

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA
11 I
1

13.11.C.1.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM STEPHANI GRATIANI ROMANI V. I. D.

Tomus Primus.

IN QVO MVLTA QVAE IN CONTROVERSIAM quotidie veniunt ſecundum Doctorum receptas ſententias, & veram praxim præcipuè Sacræ Rotæ Romanæ definiuntur.

ACCESSERVNT ADDITIONES AD DECISIONES ROTAE Prouinciæ Marchiæ eiuſdem Auctoris.

Omnia nuper edita, cum duplici Indice tam argumentorum, quam rerum, quæ in Diſceptationibus, & Additionibus continentur.

CVM PRIVILEGIO.

N. B. Tom. II. cap. 154 §. 51 et 52. deleatur historia de Leone Romano Pontifice, et S. Hilario. Dec. 10 Junii 1659. = index librorum prohibitorum.

Conuent' sanctę Marię de Scala



SVMPTIBVS IO. PAVLI GELLII.

ROMAE, Apud Aegydium Spadam: M. DC. XV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur. Si videbitur R. P. M. Sacri Palatij Apoſtolici.
Cæſar Fidelis Viceſgerens.

Imprimatur.
F. Gregorius Donatus Rom. Lectori & Reuerendiſs. P. F. Hyacinthi Petronij Sacri Palatij Apoſtol. Mag. Socius.

Digitized by Google

HORATIO LANCELLOTTO SACRAE ROTAE AVDITORI INTEGERRIMO.

Stephanus Gratianus Fœlicitatem.

QVIBVS nominibus debeam tibi Præſul Ampliſsime labores, & operam meam nemini dubium eſſe poteſt, qui merita Illuſtriſsimi Patrui tui Cardinalis Viri optimi, & omni ſapientiæ laude cumulatiſsimi erga me, meoſque, tuamq; præcipuè beneuolentiam eximiam non ignorat. Ego verò, vt hoc publicè profiteri mihi perhonorificum duco, Ita me omnium ingratiſsimum crederem, ſi ingentis debiti rationes maximas tanto munuſculo, vel expungi poſſe arbitrarer, vel imminui cuperem vlla ex parte. Non ſunt tanti lucubrationes exiles meæ, vt adæquent beneficia veſtra, Et mihi in noui promeriti loco eſt accipi benignè quale quale eſt, quod offertur. Id porrò me conſecuturum facilè ſpero ab eo, qui Sacræ Rotæ Auditor integerrimus, atque omnium calculis, & plauſu digniſsimus non eo ſolum loco, ſed etiam multo maiore, libros ad Iuriſprudentiam pertinentes aſsiduè volutat, & acutiſsimè explorat, quique modeſtia, &

Digitized by Google

patientia ſingulari paruitatem alienam fouere didicit, ne dum tolerare. Nam de ceterorum, qui hæc viſuri ſunt, vel approbatione, vel indulgentia, vt ſperem, facit auctoritas patrocinij tui, quæ vel vna mihi gratiam, fauoremq; tam citra periculum, quàm vltra merita conciliatura eſt; vt dum ego te pro officio colere, & quado licet, ornare velle videor, ad honoris, & dignitatis fontes, vnde tu diues es, re vera ipſe ornandus, & cohoneſtandus acceſſerim. Veniet nimirum in hominum manus hic liber meus, & aditum fortaſſe non modo facilem, ſed etiam honorificum impetrabit non ſui commendatione, ſed præſidio tuo; qui mihi ſolidæ laudis cumulus futurus eſt; alioqui ſatis ornamenti habituro, ſi eum iſtis oculis vnus ipſe digneris: Quamquam ſi ambitioni locus eſt, ideo velim, ſicut ille aiebat, ire per ora virum, vt intelligant vniuerſi, me in tuis, tuorumq; nominibus, & fuiſſe ſemper, & libentiſsimè futurum. Vale Romæ.

Kalend. Iulij.

M.DC.IX.

Digitized by Google

CAROLVS AMORINVS ROMANVS.

Studioſo Iuris Vtriuſque Lectori.

QVI Iuris ciuilis dignitatem, neceſſitatem, commoda multis verbis demonſtrare contendat, is profectò, & actum agere ineptè videatur, & luci meridianæ lucem, ac meridiem quærat. Etenim, vt omittam de magnis ingenijs dicere, quæ ampliſsimam huic ſcientiæ famam ſua laudatione pepererunt, quis tandem eſt, qui neſciat, Ciuitates & Prouincias Legum præſidio niti, & vigere? quo ſublato Ius, faſq; omne tolli neceſſe ſit, hoc eſt ipſum Ciuitatis ſtatum, & communitatis bonum funditus conuelli, & ciuilem denique vitam deſinere in agreſtem? Quis ignorat, eos, qui ſapientiam regundorum animorum ſectati ſint, omnibus temporibus maximam iniſſe non ſolum gratiam, ſed & venerationem apud omnes, eorumq; domos, tanquam aſylum, perfugium, & conſilium publicum celebratos fuiſſe? Nemo ferè eſt vel in hiſtoria, vel in antiquitate mediocriter verſatus, qui non ex Iuriſprudentiæ caſtris complures ſeculis omnibus nullo plenè negotio producere poſſit, qui celeberrimum ſibi nomen, alijs verò ſalutem, & innumerabiles propemodum vtilitates quæſiuerint legum honeſtiſſima profeſſione; Et meritò: Nam cum omnes vitæ partes tuendas, regendas, ornandas ea cognitio complexa ſit, i non poteſt non ad eam confugere quiſquis, vel iniuriæ depellendæ, vel officij præſtandi, vel aſſerendæ dignitatis ſtudio teneatur. De capite, de fortunis, de liberorum iure, de voluntatibus vltimis, de omni genere, & ratione viuendi, ſi difficultates inciderint, eodem nimirum curæ conuertendæ ſunt, vt quid præci-

piat,

Digitized by Google

piat, quid vetet, norma rerum publicarum, & actionum humanarum Lex, a peritis Iuris, hoc eſt nobiliſſimæ diſciplinæ conſultis oracula referantur. Apud eos videlicet expediendarum difficultatum, & nodorum diſſoluendorum ars eſt; Alibi vita velut in pedicis, & tenebris cum aſsiduo motu, & ſollicitudine traducatur. Vt profectò conſultiſsimè feciſſe dicendi ſint, qui ad eam prudentiam complectendam ſtudia ſua, & induſtriam maturè tranſtulerunt ab otio domeſtico, curiſq; quotidianis. Eorum gloriam ego ſi minus aſſecuturum eſſe me ſperem, at ſequi ſtudioſè voluiſſe mihi glorioſum ſemper exiſtimaui. Proinde me à primis annis adduci ad bonas artes, vnde ad hanc ſcientiam gradus foret Maiorum meorum auctoritate ſum paſſus, atque adeo magnam eiſdem habeo gratiam, ſemperq; debiturus ſum, quod ipſorum laboribus nomen, famamq; mihi nonnullam comparare poſsim. Quod nunc horum librorum editione tentare audeo, poſtmodum editurus fortaſſe mea, cum acceſſerit ætas penè puerili maior, & ciuilis prudentiæ ſcientia, Deo adſpirante, maturior. Tu fruere benigne Lector Auunculi mei ſcriptis, & adde Nepoti animos aliquid moliendi, quod proprium ſit, & (quem ad finem poſt Deum conſilia dirigimus) Reipublicæ fructuoſum. Vale.

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum ſicut accepimus dilectus filius Carolus Amorinus Opus DISCEPTATIONVM FORENSIVM inſcriptum, cum Additionibus ad Marchia Deciſiones dilecti filij STEPHANI GRATIANI Iuriſconſulti Romani eius Auunculi de Superiorum licentia imprimi fecerit, ac vereatur, ne alij hoc ipſum Opus iam impreſſum typis iterum mandent in ipſius Caroli præiudicium. Nos eius indemnitati conſulere, ipſumq; ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & poenis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Carolo, vt decennio proximo à primæua dicti Operis impreſſione, dummodo antea à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij approbatum fuerit computan. durante, tam in Vrbe, quàm in vniuerſo ſtatu noſtro Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto, Opus ſupradictum, ſine ſpeciali dicti Caroli, aut illius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs, ſine huiuſmodi licentia, impreſſum vendere, aut venale habere, ſeu proponere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, præſertim Librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis ſub Quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amiſsionis librorum, & typorum omnium pro vna Camera noſtra Apoſtolica, ac pro alia eidem Carolo, ſeu eius hæredibus, & ſucceſſoribus, aut ab eis cauſam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti, irremiſsibiliter applican., & eo ipſo abſque vlla declaratione incurren. poenis, Ne dicto durante decennio opus ſupradictum, aut aliquam eius partem tàm in magno, quàm in paruo folio etiam prætextu declarationum, ſeu Additionum tam in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico prædictis, ſine huiuſmodi licenſia, imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſum vendere, aut venale habere, ſeu proponere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ

Sedis

Digitized by Google

Sedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & Locorum Status noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Carolo, eiusq; hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes quandocunque ab eodem Carolo, ſeu ab alijs prædictis fuerint requiſiti, poenas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſsibiliter exequantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & approbatis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Anulo Piſcatoris die quarta Iunij M. DCIX. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Scipio Cobellutius,

INDEX SINGVLORVM CAPITVM

In quibus cuiuslibet Diſceptationis materia breuiter continetur.

CARMELITANI SCALZI DI S. ... DELLA SCALA

CAPVT PRIMVM.

PER appellationem eius, qui fuit condemnatus in ducentũ, & an conſulatur non appellanti, vt poſsit petere integra tercentum coram Iudice ad quẽ. ¶ Diſpoſitio c. oblatæ. de appellation. de non præueniendo apellantem quando habeat locum. ¶ Iudex in quibus caſibus poſsit ſupplere, ¶ Appellatio in vno articulo quando deuoluat totam cauſam. fol. 1.

CAPVT II.

Præſcriptio triginta annorum an obſtet remedio reintegrandæ poſſeſsionis, & pacto retrouendẽdi cum clauſula ſemper; quandocunque, perpetuis temporibus, omnibus anno, menſe, die, hora, & quoties placuerit. ¶ Hæres quanto tempore præſcribat legatum. ¶ Citatio ſpecialis an requiratur ad conſtituendum in mala fideeum, qui tenetur retrouendere. ¶ In ciuili interruptione præſcriptionis finita hæc quando poſsit inchoari noua præſcriptio. 3.

CAPVT III.

Datio in ſolutum an liberet fideiuſſores, & extinguat hypothecam, itaut non poſsit rediri ad primæuam actionem, ſi euictio ſequatur. ¶ Confeſsio procuratoris quando poſsit per dominum reuocari. ¶ Petitio, & ſolutio pro reſiduo an impediat quod plus non petatur. ¶ Sententia reſpectu maioris ſummæ an valeat in parte debita. ¶ Fideiuſſor quando teneatur variata inſtantia. 7.

CAPVT IIII.

Iudex cauſæ principalis ſuccedens in locum Iudicis appellationis quando poſsit iudicare. ¶ Aduocatus, Aſſeſſor, & Notarius an poſsint eſſe Iudices. ¶ Canonicus ſuccedens Epiſcopo ſibi dato in adiunctum cum retentione canonicatus an ſolus cognoſcat cauſam, in qua erat iudex. ¶ Delegatus conſequens dignitatem alterius condelegati defuncti quando poſsit ſolus iudicare cauſam vtrique commiſſam. 10.

CAPVT V.

Vxor an perdat dotem ſeu legatum propter ſecundas nuptias, & inhoneſtam vitam. ¶ Conditio de reſtituenda hæreditate, ſi efficiatur Sacerdos, an ſit extendenda ad caſum, ſi deceſſerit ſine filijs. ¶ Virgo ſtuprata quando debeat dotari, ſeu duci in vxorem. ¶ Per contractum matrimonij an vacent beneficia. ¶ Mater quãdo perdat tutelam per ſecundas nuptias etiam nulliter contractas, & an illam recuperet, ſi vidua remanſerit. 13.

CAPVT VI.

Stante reſcripto committẽte Iudici cauſam appellationis an idem Iudex cognoſcat de meritis, & toto negotio in caſu, in quo appellatio interpoſita ab vno articulo non deuoluebat. ¶ Iudex an poſsit prius pronunciare ſuper negotio principali, antequam pronunciet ſuper appellatione ab interlocutoria. 17.

CAPVT VII.

In ſubhaſtationibus quando debeat interuenire pretium, & attendatur læſio, & creditor poſsit offerre, & æſtimatio, & excuſsio mobilium debeat præcedere. 19.

CAPVT VIII.

Solutio ante tempus quando permittatur etiam per non debitorem. ¶ Depoſitum an liberet deponentem ſuperueniente inopia depoſitarij. ¶ Facta diſdicta Cenſus iuxta formam Bullæ an poſsit ſolui ante lapſum duorum menſium, qui dantur venditori inuito creditore. ¶ Actio vtilis an acquiratur contra depoſitarium illi, ad cuius fauorem fuit factum depoſitum. ¶ Clericus depoſitarius an conueniatur in foro ſeculari. 22.

CAPVT IX.

Statutum loci particularis quando ſit ſeruandum ommiſſo prouinciali, & ſuperiori. ¶ Confirmatio ſtatutorum qualis eſſe debeat. ¶ Conſtitutiones Papales quãdo prius ſeruentur, quàm Aegidianæ. ¶ Pœna noua an tollat antiquam. ¶ Populus quando habeat, facultatem condendi ſtatuta. 25.

Digitized by Google

CAPVT X.

Appellatio coram honeſtis viris quando valeat, & an ſit denuo appellandum coram iudice, & requiratur petitio apoſtolorum. ¶ De pœna eius qui ſibi magiſtratum dixit. 28.

CAPVT XI.

Gabella, & cenſus an debeat ſolui in loco contractus, vel deſtinatæ ſolutionis. ¶ Menſura an ſit facienda ſecundum locum contractus, vel vbi res ſunt ſitæ. 30.

CAPVT XII.

Dilatio, & reſtitutio in integrum conceſſa principali quando iuuet fideiuſſorem, & ſeqneſtratarium. ¶ Depoſitarius an teneatur ſoluere depoſitum ei, ad cuius fauorem fuit factum, ſi deponens non tenebatur. 32.

CAPVT XIII.

Iudex quando poſsit prouidere de tutore itaut ſatisdatio non requiratur. ¶ Fideiuſſio an, & in quo loco ſit præſtanda per diuitem. 34.

CAPVT XIV.

Facultas extinguendi cenſum data emptori an reddat illam vſurarium. ¶ Venditio vulgo dicta à godere à godere an ſit permiſſa. ¶ Iuramentum quando afficiat hæredem, vt teneatur petere abſolutionem. ¶ Cenſus contra formã Bullæ, facta reformatione, an valeat prout eſt nunc, ſeu prout eſt tunc. ¶ Contractus vſurarius an deptis actis pactis illicitis habeat executionem, & an laicus de illo cognoſcat, & illius reſciſsio coram quo iudex ſit petenda, & conſuetudo quando excuſet. 36.

CAPVT XV.

Mulier dotata prohibita ſuccedere an intelligatur excluſa ſolum à bonis dotantis. ¶ Statutum excludens ſorores propter fratres an excludat etiam filias fratrum præmortuorum. ¶ Conſtitio dotis facta viro an præiudicet vxori. ¶ Oblatio dotis an ſufficiat ſtante ſtatuto excludente filiam dotatam. 38.

CAPVT XVI.

Clericus hæres laici an ligetur inſtantia inchoata coram iudice ſeculari. ¶ Executio quando ſit petẽda contra plures hæredes pro portionibus hæriditarijs. ¶ Immiſsio in tenutam nulla an poſsit retineri pro credito. ¶ Ratione cenſus, & hypothecæ an clericus conueniatur in foro ſeculari. ¶ Sententia, aut inſtrumentũ quando ſit exequendum contra tertium poſſeſſoré. 40.

CAPVT XVII.

Appellatio à ſentẽtia ferenda an valeat. ¶ Exemptos à ſolutione gabellæ quando teneatur denunciare. ¶ Inhibitio iniuſta an ſit timenda. ¶ In dubio an pronunciandum contra gabellam. 44.

CAPVT XVIII.

Sentẽtia lata contra mortuum, & infra nouem diem luctus quando valeat. ¶ Iudicium Solutio, Venditio, Reſignatio, & ſimilia an ſint nulla poſt Reuocationem mandati, Obitum principalis, Translationem Epiſcopi, aut renunciationem, ¶ Acta quibus præiudicent, ſi non fuit intimata reuocatio mandati. ¶ De pœna creditoris vexantis debitorem infirmum, & hæredes infra nouem dies luctus. 46.

CAPVT XIX.

Promittens aliquid ſoluere ſingulis annis cum iuramento, ſi deficiat in vno termino an poſsit conueniri pro tota ſumma totius temporis. ¶ *Pœna l. ſi quis maior. C. de tranſact.* quando habeat locum, & ſeruetur de conſuetudine. ¶ Propter iuramentum an ſufficiat defectus vnius termini, vt conductor poſsit expelli. 51.

CAPVT XX.

Penſio rei conductæ venditæ ad quem pertineat, & an requiratur ceſsio facienda per vendentem emptori, ¶ Ex locatione facta per maritum quando detur actio vxori. ¶ Cedenti an poſſit ſolui poſt ceſsionem. ¶ Præpoſitus, & procurator ad contrahendum an cenſeatur etiam conſtitutus ad recipiendam ſolutionem. 53.

CAPVT XXI.

Arbores vi ventorum eiectæ an ſpectent ad Vſufructuarium, Maritum, Emphyteutam, & Emptorem, & quid in theſauro, & lapidicinis. ¶ Vaſſallus an poſsit incidere arbores per ipſum plantatas, & diruere ædificium per eum conſtructum durante feudo. 56.

CAPVT XXII.

Salnianum interdictum vt competat debet conſtare de credito in ſpecie, non in genere. ¶ Reuocatio procuratoris an præſumatur poſt lapſum multum tempus, & nihil geſtum. ¶ Per comparationem principalis an reuocetur procurator. ¶ Clauſula generalis ad omnes cauſas coram alijs iudicibus &c. de quibus ſit intelligenda. ¶ Iudicis incompetentia an ſemper poſsit opponi. 58.

Digitized by Google

Epitome Capitulorum.

CAPVT XXIII.

Licentia diſponendi altè, & baſsè quantum placebit an comprehendat arbitrium boni viri. ¶ Diſpoſitio collata in voluntatem alterius an ſit nulla. ¶ Verba quidquid placuerit aequipolleant clauſulæ quibus dederat, itaut in emphyteuſi comprehendantur extranei. 60.

CAPVT XXIV.

Poſſeſſor rei cenſuatæ quando poſsit conueniri actione perſonali, & via executiua ad ſolutionem cenſus. ¶ Aſſertio venditoris quod res eſt cenſuata an probet cenſum; & quid ſi dixit rem eſſe liberam an tunc emptor excuſetur à caducitate, ſi non ſoluit canonem. 62.

CAPVT XXV.

Locans paſcua, & fundum quando ſit præferendus in fructibus creditoribus anterioribus, & an habeat hypothecam ſuper animalibus pro pretio fæni. ¶ Mutuans ad aliquam rem emendã an illam habeat tacitè obligatã. ¶ Hoſpes an poſsit retinere pro alimentis bona eius, quem aluit, & perſonam. ¶ In actione furti an ſufficiat tacita obligatio. 64.

CAPVT XXVI.

Emptio facta per minorem cum pacto retrouendendi quando valeat. ¶ Minor, & tutor an poſsit dare nouum terminum ad redimendum. ¶ Dilatio quo caſu concedatur in cõtractibus ſuſpectis poſt lapſum tempus ad redimendum. ¶ In actibus momentaneis, qui poſſunt expediri poſt terminum quando detur petitio poſt tempus. 66.

CAPVT XXVII.

Minor & mulier an poſsint emere, & facere actum vtilem, & dotem conſtituere non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti, & an iuramentum validet huiuſmodi contractus, & ſuppleat plures defectus. ¶ Vir an lucretur fructus paraphernalium, ſi vxor nupſit ſine dote. ¶ Inuecta, & illata per minorem in domum conductam ſine decreto an ſint tacitè hypothecata pro penſione. ¶ Defectus nullitatis per quos poſsit allegari. ¶ Stante conſuetudine communicationis bonorum inter coniuges an minor nubens ſine ſolemnitatibus dicatur bona ſua communicaſſe. 69.

CAPVT XXVIII.

Proceſſus cum matre tutrice ante inuentarium an valeat. ¶ Tutor quomodo debeat iurare, & an ſufficiant verba æquipollentia, & quo caſu requiratur expreſſa bonorum obligatio, & fideiuſsio. ¶ Mater quando ſit excluſa à tutela per dationem alterius tutoris, & an tunc ſit deueniendum ad legitimum, & datiuum. 73.

CAPVT XXIX.

Forenſes quando poſsint collectari. ¶ Annui redditus an reputentur de bonis ciuitatis ad effectum imponendi collectas. ¶ Cenſus conſtituti ſuper bonis vnius territorij an debeant iudicari de bonis illius, vel alterius vbi contractus fuit celebratus, & ibi deſtinata ſolutio. 76.

CAPVT XXX.

In emphyteuſi conceſſa pro vna filia, ſi adſint plures an electio pertineat ad dominum, vel diſpoſitio vitietur, ſeu debeatur ſeniori, aut omnes admittantur. Et quid in feudo, Beneficio, Subſtitutione, Primogenitura, Reſeruatione dignitatis, Sepultura, Maioricatu, & ſimilibus. 80.

CAPVT XXXI.

Legatum concubinæ quando valeat, & quid è cõtra ſi fiat per eam amaſio; & an donatio illi facta confirmetur iuramento, & quæ dici poſsit concubina, & quis coitus attendatur, vt filij ſint naturales. 83.

CAPVT XXXII.

Legatarius ſub conditione, & ſimiles habentes ius in re, tam de præſenti, quàm ratione ſpei an ædificantes in alieno videantur donare. ¶ Expenſæ quando poſsint repeti, ſi fuerint factæ per fratres ſocialiter viuentes. ¶ Negotium vt dicatur vtiliter geſtum quomodo debeat probari. 85.

CAPVT XXXIII.

Iuſta cauſa litigandi an excuſet ab expenſis. ¶ Intereſſe an poſsit peti recepta ſorte. ¶ Sententia condemnans plures an debeat intelligi, vt quilibet pro parte teneatur. ¶ Iudex quas expenſas taxet, & quid in lucro amiſſo propter litem. ¶ Dãna an veniant appellatione expenſarum, & quomodo probentur. ¶ Et an illæ quæ ſoluuntur vigore prouiſionis poſsint repeti, & requirant fideiuſsionem de reſtituendo. ¶ Reſtitutus aduerſus inſtantiam deſertam quas expenſas debeat ſoluere, 87.

CAPVT XXXIV.

Hæres non conficiens inuentarium ad quas pœnas teneatur, & quid in legatis pijs, alimentorum, & quando grauatur ſoluere debitoris. ¶ Promiſsio ſoluendi legata an operetur remiſſionem inuentarij. ¶ Si mandetur præſtari aliquid legatario donec ſoluatur legatum an poſsit dici vſura, & quando ſit neceſſaria interpellatio, & ſufficiat extraiudicialis. 90.

Epitome Capitulorum.

CAPVT XXXV.

Coitus damnatus quis dicatur, & an vulgo quæſtus, & filius ſolutæ, & coniugati ſit natus ex coitu damnato, itaut non poſsit ſuccedere matri, & excludere aſcendentes. ¶ Coitus cum clerico an ſit inceſtus, ſeu ſimplex fornicatio. ¶ Vxoratus cognoſcens ſolutam an committat adulterium, itaut contra eum poſsit agi ad ſeparationem tori, dotis reſtitutionem, & criminaliter ad pœnam. 94.

CAPVT XXXVI.

Fratres quando poſsint diuidere, & inter ſe alienare emphyteuſim ſine conſenſu domini, & debeatur laudemium. ¶ Priuatio an ſubſiſtat nõ præcedente declaratione. ¶ Alienatio, & non ſolutio partis quo caſu faciat cadere à toto. ¶ Hæredes quando teneantur in ſolidum. ¶ Pœnæ an committantur data nullitate actus, & quando puniatur affectus non ſecuto effectu. ¶ Per diuiſionem emphyteuſis an præiudicetur domino quo ad canonem, ita vt ab omnibus debeat petere. 98.

CAPVT XXXVII.

Succeſſor quando teneatur ſtare locationi, & quid in eo, qui non habet plenum ius, ſed donec fuerit ſatisfactus. ¶ Saluianum interdictum an competat contra eum qui emit præcedente deliberatione per iudicem facta, & an emptori cõpetat actio executiua cõtra poſteriores creditores, qui ſe obligarũt de reſtituẽdo prioribus, & potioribus. ¶ Executio an detur ꝓ eo, quod virtualiter reſultat ex inſtrumento. 103.

CAPVT XXXVIII.

Exceptio diſcuſsionis an requiratur in ſaluiano, & an illud competat ſi extet conſtitutum, aut nul[illegible]as hypothecæ. ¶ Creditor habens generalem & ſpecialem hypothecam quando poſsit agere ad bona obligata in genere. ¶ Res hypothecata ſi alienetur cum conſenſu creditoris an reincidat in eandem hypothecam, ſi redierit ad debitorem. ¶ Aeſtimatio in dote quando faciat emptionem. 106.

CAPVT XXXIX.

Prohibitus aduocare contrafaciendo quam pœnam incurrat, & an prohibeatur in camera cõſulere, & quid in Epiſcopo, & alijs in dignitate conſtitutis. ¶ Salarium quando ſit debitum cõſulenti ſine ſcriptis, & ſine labore. 109.

CAPVT XL.

Iudex an poſsit declarare cauſam deſertam parte non petente, & an ſufficiat peti executionem, an intelligatur petita deſertio. ¶ Ratio vnica non ſpecificata quando habeatur pro expreſſa. ¶ Iudex à quo, an Iudex ad quem debeat pronunciare cauſam deſertam, & ſententiã exequi. ¶ Deſertio appellationis an fiat ipſo iure, & poſsit committi executio illa non declarata nõ citato appellante. ¶ Fatalia quãdo non currãt dum cognoſcitur de aliquo emergente. 111.

CAPVT XLI.

Notoria iniuſtitia an faciat admittere appellationem ad vtrumque effectum in caſibus in quibus aliàs prohiberetur. ¶ Appellatio an excludatur per commiſsionem, vt aliquid fiat ſtatim, & confeſtim. ¶ Clauſula appellatione remota, & ſi quid exequendum exequatur quid operetur. ¶ Iuramentum ad probandum damnum vigore ſtatuti an ſit vera probatio non admittens cõtrariam probationem, & an interim donec probetur ſit facienda executio. 115.

CAPVT XLII.

Sententiæ quando iudicentur conformes ſi in tertia addatur nouum grauamen ſuper intereſſe quanti plurimi. ¶ Et quæ requirantur, vt huiuſmodi intereſſe ſit debitum. ¶ Et an dicatur vnum, & idem cum obligatione eius, quod debetur. ¶ Et an poſsit dici quæſtio emergens, & dependens cum cauſa principali. ¶ In alternatiua locorum electio an pertineat ad debitorẽ, ſeu creditorem. ¶ Aeſtimatio frumenti an duret poſt triennium. ¶ Vt ſit locus executioni trium conformium qualis debeat eſſe conformitas. 118.

CAPVT XLIII.

Cenſus, & ſeruitus quando poſsit conſtitui in bonis emphyteoticis, & prohibitis alienari, & pro danda dote. ¶ Et an caducitas euitetur, ſi cenſus extinguatur ante intimatã acceptationem caducitatis. ¶ Pro fructibus dotalibus an licita ſit alienatio bonorum fideicommiſsi. ¶ Legatum an valeat de fructibus erogandis in opua pium poſt mortem vaſſalli. 122.

CAPVT XLIV.

Legitima aucta per ſtatutum an debeat relinqui titulo inſtitutionis. ¶ Alimenta ſubrogata loco legitimæ quando transeant ad hæredes. ¶ Filiæ excluſæ ſi per ſtatutum mandetur aliquid dari, an illo non dato diſpoſitio ſit nulla. ¶ Priuatio an inducatur modo non impleto. ¶ Filio an ſit ſuccurrendum in legitima contra patrem diſsipatorem, & vxori contra virum malè adminiſtrantem, & an ſufficiat cautio patris, & mariti. 126.

CAPVT XLV.

In alienatione rerum Eccleſię quando probari debeat verſio pecuniarum in illiua vtilitatem, & cauſam perpetuò duraturam. ¶ Tempus alienationis an inſpiciatur ad cognoſcendum ſterilitatem, & quando ſit conſiderandum detrimentum

mentum futurum in re, quæ vendi non poſſet niſi modico prætio propter bellum. ¶ Modus an conditio dicatur ſi prætium debeat conuerti in aliquam cauſam, & quis ligeturad probandum talem conuerſionem. ¶ Fructus quando reſtituantur in actu celebrato contra formam iuris. ¶ Cenſus Eccleſiæ factus ad ſeptem pro extinguendo alium ad octo an poſsit dici ex cauſa neceſſaria. 127.

CAPVT XLVI.

Libellus habentis directum dominium an valeat, ſi fuerit facta petitio pleno iure, liberè, ſeu plenariè, & quid huiuſmodi verba ſignificent. ¶ Trebellianica an dicatur prohibita, ſi relicta ſit hæreditas pleno iure. ¶ Vſufructuarius an poſsit aliquid prætendere in re alteri legata. ¶ Lucrum conceſſum vxori pleno iure an debeat intelligi quo ad vſufructum, & proprietatem itaut derogetur l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. ¶ Proprietarius vendens pleno iure an dicatur turbare vſufructuatium. 131.

CAPVT XLVII.

Fideicommiſſarius an habeat remedium quorum legatorum, publicianam, rei vendicationem, & alia hæredi competentia, & quando requiratur reſtitutio verbalis. ¶ Habens facultatem capiendi legatum propria auctoritate an debeat adire iudicem, vel poſsit ex ſe capere, non ab hærede ſeu fideicommiſſario. 133.

CAPVT XLVIII.

Clauſula codicillaris quando ſuſtineat teſtamentum nullum. ¶ Iuramentum an habeat vim clauſulæ derogatoriæ, & an ſufficiat generalis mentio d. clauſulæ, itaut valeat ſecundum teſtamentum; & quid in priuilegijs quando per clauſulam non obſtantibus, quorum tenores, & ſimiles ſit derogatum primæ conceſsioni. 135.

CAPVT XLIX.

Vxor an poſsit agere ex promiſsione dotis facta marito. ¶ Pactum extinctionis cenſus ad fauorem debitoris an proſit fideiuſſori, itaut per eum poſsit peti extinctio illius propter ſuam indemnitatem. ¶ Actio an detur ei, cuius contemplatione fuit actus geſtus. ¶ Et quid in aduocato an poſsit agere pro expenſis contra victum, vel victorem. 138.

CAPVT L.

Solutum per patrem pro condemnatione filij quãdo ſit imputandum in legitimam, & quid in dote data per auum nepti, officijs, & libris emptis pro filio. ¶ Legitima an ſit danda in corporibus hæreditarijs, & in ea debeat imputari pecunia, & vſufructus. ¶ Vniuerſalis inſtitutio quando habeat vim particularis diſpoſitionis. ¶ Decedens ab inteſtato an videatur relinquere proximioribus bona, de quibus poterat diſponere. ¶ Si non ſufficiat pecunia relicta filio pro legitima, quando etiam ſupplementum debeat eſſe in pecunia. 142.

CAPVT LI.

In debito non aſcendente libram auri an ſufficiãt duo teſtes ad probandum apocham quo ad effectum l. ſcripturas. C. qui potior, in pign. ¶ Libra auri quot ſcuta contineat. ¶ Tempus circa valorem monetæ an ſit inſpiciendum quando ſtatutum inductum eſt, vel cum ſit ſolutio. ¶ Donatio non inſinuata vltra quingentos ſolidos an corruat ex diſpoſitione l. ſancimus. C. de donat. ¶ Dos promiſſa in ſcutis aureis quando ſit ſoluenda in auro. 144.

CAPVT LII.

Præſcriptio in cauſa fiſcali, mutuo, & depoſito quando procedat. ¶ Per Bullam in Cœna Domini an ſit interrupta omnis præſcriptio contra Romanam Eccleſiam. ¶ Beneficia reſeruata an poſsint optari non obſtante præſcriptione per regulam Cancellariæ à ſingulis Pontificibus renouatam. ¶ Statutum vt præſcribatur debitum certo tempore an valeat ceſſante bona fide. ¶ Hæres habentis malam fidem an poſsit præſcribere à ſe ipſo. 146.

CAPVT LIII.

Quando attendatur tempus euenientis conditionis. ¶ Hypotheca tacita in bonis tutoris, ſeu patris adminiſtratoris bonorum filij à quo tẽpore incipiat. ¶ Donatio propter nuptias an habeat tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis ſicut dos. ¶ Lucrum dotis, ſeu Dos an dicantur ex cauſa lucratiua. 149.

CAPVT LIV.

Rebellionis crimen quando incurratur per reſiſtentiam factam officialibus Principis. ¶ Quibus pœnis rebelles puniantur. ¶ Adminiſtratio bonorum illius à quo tempore ei ſit interdicta. 151.

CAPVT LV.

In quibus cauſis attendatur diſpoſitio l. hæreditatum ad l. falcid. quo ad æſtimationem vitæ hominis. ¶ Iuriſdictio ordinaria quando efficiatur delegata. ¶ Sportulæ quibus debeantur. ¶ Prohibitus aduocare an habeat ſalarium conſulendo in camera. ¶ Procurator malè ſe gerens pro quo tempore priuetur ſalario. ¶ Solutio facienda in auro quando poſsit fieri in argento. ¶ Pauperi per quem prouideatur de aduocato, & quando illi præſtentur litis expenſæ. 135.

CAPVT LVI.

Salarium quando præſtandum aduocato, & poſſit augeri vel minui,& debeat taxari in expenſis, & pro eo competat retentio ſcripturarũ, & illo non ſoluto poſsit procurator reuocari. ¶ Aduocatus & Fiſcus an iurẽt de calumnia. ¶ Promittens patrocinium quando teneatur ad illud etiam in cauſa appellationis. ¶ Clauſula releuans, Et ſatiſdatio de iudicio ſiſti an operetur quo ad omnes inſtantias. ¶ Probatio expenſarum quomodo ſit facienda, & in eis an veniant damna, & illarum occaſione Iudex incompetẽs quando efficiatur competens. ¶ Et quæ actio contra procuratores detur. ¶ Acquiſita per Notariũ,Medicum, & Aduocatum,quando dicantur quaſi caſtrenſia. ¶ Iudices à ſponte dantibus an aliquid poſsint accipere. 157.

CAPVT LVII.

Expenſæ victus quando Epiſcopis, & alijs viſitantibus debeantur, & an ſint ſoluendæ in pecunia & Notarius in viſitatione poſsit aliquid percipere, & quid in Delegato cui committitur diſpenſatio matrimonialis. ¶ Clerici ſeu Monachi quando poſsint aduocare. ¶ Doctor pauper an poſsit ordinari ſine beneficio, aut titulo patrimonij. ¶ De priuilegijs doctorum, & an illorum ſalaria habeant tacitam hypothecam cum beneficio prælationis. 162.

CAPVT LVIII.

Caſus non factæ nominationis quando æquiparetur cum eo,qui ſit nulliter nominatus,ſeu præmoriatur,antequam nominatio euenerit. ¶ In emphyteuſi an maſculinum concipiat fœmininum. ¶ Sequentia quando declarent, præcedentia. ¶ Præſentato cedente, aut decedente ante inſtitutionem an dicatur conſumptus turnus, & quid in habente defectum,ob quem non deberet inſtitui. 165.

CAPVT LIX.

Falcidia prohibita ex aliquo legato an cenſeatur diminuta in præiudicium hæredis, vel aliorum legatariorum.¶ Immunitate conceſſa per Principem quando onus exempti accreſcat alijs,vel cedat in commodo concedentis. ¶ Conſuetudo non conficiendi inuentarium an valeat. ¶ Et quomodo hæres in locum illius teneatur patefacere bona hæreditaria, medio iuramento,& an illud poſsit referri. ¶ Remiſsio inuentarij quando valeat. 167.

CAPVT LX.

Citatio quando ſit legitima, & debeat continere locum examinis. ¶ Notarius an debeat facere fidem de iuramento tactis ſcripturis, vel ſufficiat dicere teſtis iuratus.¶ In probatione temporis depoſitio vnius an ſuppleat dictum alterius. ¶ Alimenta quando ſint præſtanda ei, qui aliunde habuit. ¶ Et quis Index,& Notarius in eis ſit competens. ¶ Commiſsio examinandi teſtes in cauſa Eccleſiaſtica an poſsit demandari laico, & receptio iuramenti committi notario. ¶ Ex mutuo facto alicui vt ſe alat an competat ſolum actio mutuanti contra debitorem alimentorum,vel etiam detur ei, qui debebat alimentari. 169.

CAPVT LXI.

Fatalia quando non currant dum diſputatur de deſertione,nullitate,aut emergentibus. ¶ Concluſio in cauſa an ſuppleat citationem ad ſententiam. ¶ Et an per eam euitetur deſertio, vel requiratur etiam inſtantia pro ſententia.¶ Lis quando dicatur extincta,vel ſuſcitata. ¶ Cauſa terminanda intra aliquod tẽpus an poſsit poſt illud decidi, ſi fuit data dilatio excedens dictũ tempus pro teſtibus examinandis. 172.

CAPVT LXII.

Pro legatis quæ actiones competant, & an detur ſaluianum, & quomodo ſint in eo concipienda verba ſententiæ, ¶ Filio quomodo ſuccurratur pro legitima quando non adſunt niſi iura, & actiones. ¶ Legata pia an præſtentur ante aditam hæreditatem. ¶ Et quid in illis,quæ fiunt in ſubſidium ſtudij,vbi debeant præſtari. ¶ Periculum deferendi rem legatum ad quem pertineat. ¶ Et an legatam fructuum ex prædio deſignato ſit conditionale. ſi illi naſcantur,& ſit debitum pro ſequenti anno. 174.

CAPVT LXIII.

Tutori datiuo quando ſit locus exiſtẽte legitimo, & teſtamentario, & an primo excuſato admittatur ſequens in gradu. ¶ Propter temporale impedimenta tutela cui ſit deferenda, & an illo ceſſante quis tutor debeat admitti. 179.

CAPVT LXIV.

Delegationi quando ſit locus,itaut poſt illam debitor liberetur. ¶ Verbum promitto an importet ſtipulationem. ¶ Mercator quando dicatur conſtitutus debitor per acceptationem litterarum mandantium vt ſoluat. ¶ Pactum vt delegans debeat facere bonum nomen debitoris an inducat delegationem. 180.

CAPVT LXV.

Frater quando præſumatur dotaſſe ſororem animo donandi, & pro ea dotanda an poſsint alienari bona fideicommiſſo ſubiecta. ¶ Dos conſtituta,& perdita an ſit iterum conſtituenda. ¶ Maritus an poſsit negare alimenta vxori,& illã expellere de domo ob dotẽ non ſolutã. 182.

Digitized by Google

Epitome Capitulorum.

CAPVT LXVI.

Index an poſsit eligi in arbitrum, ſeu arbitratorem, & illi concedatur executio, & inuocatio brachij ſecularis. ¶ Appellatione Iudicum an veniant Arbitri. ¶ Lis quando dicatur mota, ſeu finita ad effectum ſtatuti prohibentis compromitti in Iudicem lite pendente. ¶ Pro obtinenda executione ſententiæ an ſit dandus libellus. 184.

CAPVT LXVII.

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergẽtis quomodo probetur, & an in eo ſit locus iuramento ſuppletorio, & quando Tutor, ſeu procurator alienas pecunias exigens ad illud teneatur. ¶ Ratio damni, & fructuum non perceptorum an ſit habenda in eo qui pro alio ſoluit. 188.

CAPVT LXVIII.

Inuecta, & illata in domum conductam quãdo ſint hypothecata ꝓ pẽſione. ¶ Bona minoris an ſint tacitè obligata pro repetitione eorum, quæ tutor expendit. ¶ Præſens, & tacens quando dicatur conſentire. ¶ Pro penſionibus tacitæ reconductionis an poſsit agi via executiua, & cenſeatur facta repetitio obligationis cameralis, iuramenti, pignorum, & fideiuſſorum. ¶ Obligatio cameralis quando ſit extendenda. ¶ In repetitione teſtis an requiratur nouum iuramentum. 190.

CAPVT LXIX.

Per prohibitionem expreſſam de non alienando ratione conſenſus requiſiti per teſtatorem in alienatione facienda an mortuis illis, quorum conſenſus requirebatur poſsit inſtitutus bona libere alienare. ¶ Quando ſit probandum bona petita fuiſſe in dominio teſtatoris, qui fideicommiſſum reliquit. 193.

CAPVT LXX.

Legatum quantitatis præſtandum duobus an debeatur cuilibet inſolidum. ¶ Dictiones Et, cum, amplius, necnon, verum, & ſimiles quid ſignificent. ¶ In inſtitutionibus quando quis cenſeatur vocatus ordine ſucceſsiuo. ¶ Legatũ in quibus caſibus ſit ampliandum. ¶ Electio in alternatiuis an ſpectet ad legatarium. ¶ In vno copulatorum quando cenſeantur repetitæ conditiones. ¶ Vxor an habeat ſolum alimenta, ſi ei relinquatur vſusfructus cum filijs. 195.

CAPVT LXXI.

Adminiſtrator an teneatur ad cuſtodiam librorũ donec fuit reddita ratio. ¶ Tutoris poteſtas quando duret finita tutela. ¶ Editio librorum in quibus caſibus ſit facienda. ¶ Obligatus ad cuſtodiam quando liberetur. ¶ Tutori an competat remedium ſpolij, & rei venditatio. 199.

CAPVT LXXII.

Mater an teneatur petere curatorem ventri, & intra quantum tempus ſub pœna priuationis hæreditatis, & de officio iſtius curatoris. ¶ Quę ſint probanda ad excludendum matrem à ſucceſsione filij. ¶ Verba data opera, defunctorie, dicis gratia, & perfunctoriè quid ſignificent. ¶ Error dubius iuris quando excuſet. ¶ Rei ampliati qui dicantur, & quando iudices pronunciabant non liquere. 201.

CAPVT LXXIII.

Tempus præfixum quo ad legata relicta pauperibus, & dotem præſtandam an poſsit præueniri. ¶ Annus ad exequendum voluntates teſtatorum quando incipiat currere. ¶ Miſſa quæ mandatur celebrari in aliquo loco an poſsit alibi dici. 205.

CAPVT LXXIV.

In poſſeſſorio ordinario, & ſummariſsimo quãdo prohibeatur appellari tam quo ad effectum deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum, & quid in interlocutorijs, & in minore. 207.

CAPVT LXXV.

Natus per tranſitum in loco, vbi mater non erat manſura an ſortiatur originem illius loci, & quid ſtante Baptiſmo. ¶ Dignitas, & notariatus quando poſsit concedi non dum nato. ¶ Parochus contrahentium matrimonium quis dicatur in habitantibus in parochia cauſa addiſcendi ſeu famulandi. 209.

CAPVT LXXVI.

Ab interlocutorijs quando appelletur, & an ſtatuta prohibentia appellationem reſtringantur ad deciſoria, vel incidentia. ¶ Iudex procedendo ad vlteriora an videatur reijcere appellationẽ. ¶ Acta procuratoris non habentis mandatum quando valeant, ſi non fuit ſemper proteſtatum. ¶ Litigans cum aliquo an cenſeatur perſonam illius approbare. 210.

CAPXT LXXVII.

Computatio an ſit facienda ſecundum Ius Canonicum, vel Ciuile quando agitur de proximitate, Beneficijs, Cappellanijs collatiuis, pœnis cõtrahẽtium inceſtas nuptias matrimonio, & eius effectu, legitimatione, & ſimilibus. 213.

CAPVT LXXVIII.

Interdictum quorum bonorum quando detur cõtra eum, qui non poſsidet. ¶ Fundans ſe in vita an debeat illam probare. ¶ Hæreditas nõ adita quando tranſmittatur, & quomodo probetur. ¶ Agens cum tutore hæredum an illos approbet vt minores. ¶ Iudex an poſsit declarare bona pertinere ad actorem, quamuis reus non poſsideat, ſi conſtat de iure agentis.

¶ Pu-

¶ Publica vox, & fama quomodo probanda. ¶ Præſcriptio cæpta in maiore quando currat contra hæredem minorem. 215.

CAPVT LXXIX.

Teſtamentũ filijfamilias, furioſi, minoris, & vſurarij quando reconualeſcat. ¶ Prohibitus teſtari an prohibeatur donare cauſa mortis ¶ Conſuetudo an poſsit dare filiofamilias teſtamenti factionem, & facere, vt executioni demandentur inſtrumenta, & teſtamenta inualida. 218.

CAPVT LXXX.

Prohibitio paſculandi quando habeat locũ, & admittatur pignoratio damnum dantium, & an valeat ſtatutum interdicens facultatem concedendi vuas viatoribus in alieno fundo. ¶ Per ſolam captionem pignorum, vel voluntariam dationẽ illorum an cenſeatur interrupta præſcriptio. ¶ Res ablatæ pro repreſalijs an ſint deſcribendæ, & præſentandæ Iudici. ¶ Differẽtia inter vim turbatiuam, & expulſiuam quo ad interrumpendam præſcriptionem. 220.

CAPVT LXXXI.

Actio iniuriarum an cõpetat pro verbis mentiris, & dicis mendacium, tã in iudicio quàm extra, & in quo dicta verba differant. ¶ Excipientes crimina cõtra teſtes an teneantur actione iniuriarũ, ſi non probent, & quæ cauſa excuſet. 2 3.

CAPVT LXXXII.

In reſtitutione fideicommiſsi an veniant bona aſſignata per patrem filijs, & ſint conferenda, & præſumantur donata. ¶ Verba cõcedere, dare, & ſimilia an transferant dominiũ. ¶ Donatio quando confirmetur morte patris, & datũ filio ſit imputandũ in legitimam. ¶ Statutũ loquens de donatione an comprehendat eas, quæ fiunt ob cauſam, & inter patrem, & filium. 225.

CAPVT LXXXIII.

Filij propter bonam fidem parentum quando iudicẽtur legitimi. ¶ Denunciationes an poſsint remitti per Vicarium & illarum omiſsio quando reddant matrimonium clandeſtinum, & an requiratur probatio, quod illæ interuenerint, itaut nati ex tali coniugio poſsint dici legitimi hæredis detecto aliquo impedimento. 2 8.

CAPVT LXXXIV.

Nunciatio noui operis an gaudeat priuilegijs attentatorum, & procedat contra reficientem. ¶ Ædificium quando dicatur nouum. ¶ Manutenere quid ſignificet. ¶ Nuncians nouũ opus in quibus caſibus dicatur renunciare iuri ſibi competenti ad demoliendum ædificatum. ¶ Stante defectu iuris nunciantis quando ſit locus demolitioni. 230.

CAPVT LXXXV.

Committens cauſam iactationis an dicatur reus, vel actor, & quid in petẽte ſe abſolui, & aduerſario perpetuũ ſilentiũ imponi, & in præceptis tendentibus ad defendendam poſſeſsionẽ. 233.

CAPVT LXXXVI.

Promittens rẽ pupilli ſaluam fore an conueniatur non excuſſo tutore. ¶ Ex pluribus tutoribus, & ſyndicis an quilibet poſsit adminiſtrare, & conueniri in ſolidum. ¶ Tutor vnius prouinciæ quando teneatur pro non exactis per tutorem alterius prouinciæ, ¶ Diuiſio adminiſtrationis inter contutores quid operetur. ¶ Liberatio facta, vel legata per minorem vni contutori an proſit alijs. ¶ Tutor teſtamentarius an debeat ſatisdare. ¶ Diſpoſitio loquẽs de tutore an habeat locum in eo, qui de facto adminiſtrat. 234.

CAPVT LXXXVII.

Inſtitutio in omnibus alijs bonis præterquam in legatis an operetur, vt illa debeant capi de manu hæredis, & cẽſeantur incluſa in inſtitutione. ¶ Dictiones præterquam, alias, cetera, & ſimiles quid ſignificent. 238.

CAPVT LXXXVIII.

Renouatio emphyteuſis, & feudi quando habeat locum, & quid in hoc operetur conſuetudo, ſeu pactũ, quod illa finita liceat pro ſe retinere, vel cuicunque poſsit concedi. ¶ Statutum an ſit potentius, quàm pactum. ¶ Prima generatio quando incipiat à primo acquirente. ¶ Negligentia emphyteutæ non ſoluentis canonem an præiudicet creditoribus. 239.

CAPVT LXXXIX.

Molendinum nouum ædificare quando liceat in præiudicium antiquioris. ¶ Lucrum radicatũ in quibus caſibus æquiparetur damno. ¶ Collectas non ſoluens an cõſtituatur in quaſi poſſeſsione libertatis. ¶ Conſuetudo, & præſcriptio an valeat vt quis non poſsit accedere niſi ad vnum molendinum. 242.

CAPVT XC.

Inhibitiones obtentæ cum promiſsione de rato, & à Iudice, qui caret iuriſdictione an operentur attentata, & an poſsint impetrari ſine mandato, & quando illud præſumatur per expenſam factam in aliquo actu. ¶ Productio ſcripturarum an legitimet perſonam producentis. ¶ Per traditionem inſtrumenti an ſit inducta liberatio debitoris, & donatio actionis contra alium ſocium obligatum. ¶ Clauſula vt ſoluatur creditori, & ei qui affert inſtrumentum an requirat probationem tituli.

¶ Mode-

Digitized by Google

Epitome Capitulorum.

¶ Moderatio inhibitionis an poſsit probari per iudices. 244.

CAPVT XCI.

Tutor an poſsit deferre iuramentum, itaut noceat pupillo, & quid ſi adſint aliæ probationes, & an hæc qualitas defectus illarum ſit probanda. ¶ Minor quando reſtituatur aduerſus delationem iuramenti. ¶ Tutor in quo caſu poſsit remittere debitum pupilli. 246.

CAPVT XCII.

Cauſa commiſſa canonico an poſsit expediri, ſi tempore ſentẽtiæ fuit reſignatus canonicatus. ¶ Epiſcopus quando cognoſcat de cauſa delegata Vicario. ¶ Ordinarius an iudicet de his, ad quæ alius fuit deputatus priuatiuè. ¶ Cauſæ commiſſæ Legatis, ſeu Vicarijs an illis remotis ſint iterum delegandæ. ¶ Procurator recuſans mandatum acceptare an poſsit denuo illud ſuſcipere, & ſit præſumendum longo temporis ſpatio reuocatum. ¶ Quando poſsit dici ſatisfactum per dationem pignorum, & ſatisdationem. 247.

CAPVT XCIII.

Rogitus teſtium an requiratur, vt valeat teſtamentum ſecundum diſpoſitionem c. cum eſſes. de teſtam. ¶ Confitens extra iudicium feciſſe teſtamẽtum an excludat ſuſpitionem falſitatis. ¶ Inſtrumentum de ſcriptura notarij reperta in filſa quando poſsit leuari, ſi illa non adſit in protocollo. ¶ Blaſphemia quomodo ſit probanda, vt adimat fidem teſti, & inducat infamiam. ¶ Verba quod puniatur pro prima vice an intelligi debeant pro prima vice blaſphemiæ, vel punitionis. 251.

CAPVT XCIV.

Expenſæ funeris, & infirmitatis quibus creditoribus ſint præferendæ, & an procedat tam in hærede, quàm in illo, qui ei mutuauit ob dictam cauſam, & quomodo idem mutuũ debeat probari. ¶ Funeraria quæ dicantur, & quis in eis ſit iudex competens. ¶ Succeſſores ad quæ debita prædeceſſorum teneantur. ¶ Salarium Vicarij an ſit debitum neceſſarium. ¶ Penſio an dicatur aſsignata loco alimentorum, & vbi debeat ſolui, & in qua moneta, & quando poſſit ſolui æſtimatio pro frumento, vino, & ſimilibus. ¶ Forenſes, & viatores vbi ſint ſepeliendi. ¶ Pro ſepultura quando ſit ſoluenda quarta parochialis. ¶ Pater an eligat ſepulturam pro filio, & quid in amicis. 253.

CAPVT XCV.

Ex duobus procuratoribus ſimul datis eadem die an Iudex poſsit eligere, quem velit, vel neuter eorum debeat eſſe procurator. ¶ Per mandatũ ſpeciale quando derogetur generali. 259.

CAPVT XCVI.

Donatio pro ingreſſu Monaſterij an ſit ſimplex, vel ob cauſam, ſi eſt facta etiam hæredibus, & ad habendum, & alienandum cum promiſsione non reuocandi, & ſimilibus clauſulis. Et an intelligatur ſolum durare donec adeſt propoſitum religionis. ¶ Dictio, pro. an ſignificet cauſam finalem, & ex quibus illa præſumatur. ¶ Pactum non reuocandi donationem ob ingratitudinem an faciat illam irreuocabilem, ſi ſequatur ingratitudo, & quid in hoc operetur dolus verus, ſeu præſumptus. 260.

CAPVT XCVII.

Coniunctus quando admittatur pro coniuncto, & quid ſi adeſt procurator. ¶ Iuramentum an poſsit referri per coniunctum & quando recuſari poſsit, ſi vnus ex pluribus creditoribus illud deferat. ¶ Mandatum ad iurandum, & opponendum crimina qualiter ſit concipiendum. 263.

CAPVT XCVIII.

Promiſsio tertiæ partis bonorum datorum in dotem an trahatur ad quæſita poſt factam donationem, & an operetur effectum dilatiuum, vel ſit donatio cauſa mortis. ¶ Dictiones ſua, ipſius, & ſimiles quando reſtringant diſpoſitionẽ ad bona præſentia. ¶ Legatum an ſit intelligendum de bonis tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris, & quid in obligatione, & donatione omnium bonorum. ¶ Dos an dicatur ex titulo lucratiuo, & quãdo ſit priuilegiata, itaut comprehendat futura. 264.

CAPVT XCIX.

Arbiter an poſsit iudicare ſecundum ſtatuta, & conſuetudines, ſi cauſa compromittatur decidenda ſecundum ius, vel lege, aut ius commune, & quando conſuetudo præualeat iuri. ¶ Inſtitutio de eo, in quo de iure debent ſuccedere filij, & filiæ an ſit intelligenda ex æquis portionibus, ſi aliter vocentur à iure municipali. 267.

CAPVT C.

Iudices, & notarij ob quam cauſam ſuſpicionis in totum recuſentur, vel illis detur adiunctus, & an oppoſitio ſit neceſſaria. ¶ Recuſationi quando videatur tacitè renunciatum. ¶ In cauſis in quibus datur adiunctus quomodo verba ſententiæ ſint concipienda. ¶ Iudex an poſsit interrogari de cauſis ſuſpicionis, & ab illarum declaratione appellari, & an mandatum ſpeciale requiratur.

¶ Adiun-

Digitized by Google

¶ Adiuncti an ſint ordinarij, vel delegati, & an appelletur ad ſuperiorem adiuncti, & an à ſententia lata per clericum, & laicum debeat peti recurſus ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem. 268.

CAPVT CI.

Locupletior an præſumatur factus ille, ad quem res peruenit, & cui incumbat onus probandi ſpeciem locupletationis. ¶ Aſſenſus quod contractus habeatur pro iurato an habeat vim iuramenti, 273.

CAPVT CII.

Monaſterium an debeat dare legitimam. ſeu alimenta filijs ſtatim poſt ſecutam profeſsionem patris, & quid in marito, ſi vxor de eius cõſenſu ingreditur religionem. ¶ Mors naturalis an ſit expectanda, vt fideicommiſſum ſit debitum. ¶ Bona alienata an poſsint vendicari donec durat vita naturalis monachi profeſsi. ¶ Finito iure auctoris quando expiret ius ſucceſſoris. ¶ Vir an poſsit tranſire ad monaſteriũ, ſi vxor quoque non ingreditur religionem. 273.

CAPVT CIII.

Saluianum interdictum, aut ſpolium an admittat appellationem, ſi prima ſententia fuit abſolutoria, & quando cauſa appellabilis duret talis. ¶ Executio in quibus caſibus poſsit dici vulnerata per ſententiam. ¶ Statutum tollens appellationem in poſſeſſorio an ſit deciſiuum, ſeu ordinatorium, ¶ Error an debeat eſſe expreſſus in ſentẽtia, vt dicatur notoriè nulla, & continere errorem facti. 376.

CAPVT CIV.

Legatum alimentorum quando poſsit dici perpetuum, & ſi mandetur præſtari ab infraſcriptis ſuis hæredibus, vel donec dicti hæredes vixerint an ſit extinctum per mortem illorum, & quãdo hæres hæredis dicatur hæres teſtatoris. ¶ Verba infraſcriptos, meos, ipſos, eoſdem, prædictos, & ſimilia an extendi debeant ad futuros. ¶ Legatum cum prohibitione alienandi an ſit perſonale. ¶ Legatarius an debeat ſtare in domo hæredis hæredis, ſi alimenta relinquantur præſtari in domo hæredis. ¶ Fideicommiſſum quando ex ratione generali extendatur. ¶ In relicto ab inſtituto an cenſeri debeat grauatus ſubſtitutus. 278.

CAPVT CV.

Declaratio in quam cauſam fuerint ſolutæ pecuniæ an ſpectet ad debitorem, ſeu creditorem, & an pro debito antiquiori, & potius pro ſorte, quam vſuris. ¶ Error quomodo probandus. ¶ Mandatum generale ad omnes cauſas, & ad iurandum de calumnia an ſufficiat, itaut non requiratur expreſsio ſpecialis cauſæ, ſuper qua eſt iurandum. 283.

CAPVT CVI.

Epiſcopi, vel Vicarij Canonici quomodo ſedeant in Capitulo, ſeu Studio. ¶ Subrogatus quando gaudeat priuilegio conceſſo principali in honore, & præheminentia. ¶ Coadiutor cum futura ſucceſsione an in abſentia coadiuti Canonici debeat ſedere in loco antiquiori coadiuti. ¶ Vicarius an ſit honorandus, prout Epiſcopus. ¶ Locus manus dextræ an inducat præſumptionem maioritatis. ¶ Imago Beati Petri quare pingatur à ſiniſtris, Paulus autem à dextris. 285.

CAPVT CVII.

Debitum contractum per patrem quando dicatur verſum in vtilitatem familiæ, itaut filij, & vxor teneantur ad illius ſolutionem, & an ſit attendenda ſecunda verſio, vel prima, ¶ Venditio aduentitiorum filij, & paraphernalium vxoris quando permittatur. ¶ Maritus an debeat reſtituere fructus bonorum extra dotem iſtorum. ¶ Frumentum fuiſſe erogatum in vſu in familiæ quomodo probetur. ¶ Pater quo caſu poſsit conueniri pro mutuo facto filio exiſtenti in ſtudio. 289.

CAPVT CVIII.

Vxori quando liceat alienare fundum dotalem pro redimendo viro. ¶ Et an maritus hoc poſsit facere etiam vxore inuita. ¶ Et quid in bonis ſubiectis fideicommiſſo tam pro debito, quàm delicto. ¶ Et an æquiparetur caſus redemptionis captiuorum cum liberatione è carceribus. ¶ Renunciatio filiorum, & vxoris an reſcindatur ex ſola reuerentia, & metu præſumpto. ¶ Solutio an debeat accelerari, itaut filius non excuſetur, ſi ſtatim patrem non excarcerauit. ¶ Et quando pro eo filiusfamilias minor validè fideiubeat. 291.

CAPVT CIX.

Conuictus de mendacio in vna parte poſitionum an ſibi præiudicet quo ad reliquas, itaut præſumantur veræ. ¶ Debitor minoris ſummæ conuentus pro maiori quando poſsit totum negare. ¶ Minor an reſtituatur aduerſus mendacium, damnum, & furtum commiſſum ex ſua confeſsione. ¶ Negans in prima inſtantia, & confitens in ſecunda an gaudeat beneficio confeſsionis. ¶ Pœnæ contra negantes, & mendaces in quibus caſibus procedant, & in illis ſit locus pœnitentiæ. ¶ Sta-

Epitome Capitulorum.

¶ Statuta minuentia pœnam ad fauorem confitentium, & illam augentia contra negantes quomodo ſint intelligenda. 295.

CAPVT CX.

Locus religioſus quando efficiatur per illationem mortui. ¶ Sepulchra, Cappellæ, & alia annexa ſpiritualibus an poſsint vendi, & competat reſtitutio, ſi vendita ſint minori pretio, quàm alij obtuliſſent. ¶ Præheminentia in Eccleſia, & locus honorabilior in ſedendo an acquiratur per laicum, & pretio æſtimetur. ¶ Actio iniuriarum, & officium Iudicis an competat contra eũ, qui non patitur honorẽ alicui decerni. 299

CAPVT CXI.

Vicarius Epiſcopi an ſit præferendus Capitulo, & Canonicis in proceſsionibus, Synodo, conuiuio, & alijs ſimilibus actibus, & quando habeat iuriſdictionem in ſuffraganeos. ¶ Abbas an præferatur Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & Archidiaconus Presbytero, Miles, Doctori, & Delegatus Papæ Ordinario. ¶ Vna, & eadem perſona quando poſsit diuerſo iure cenſeri. ¶ Prærogatiua, & immunitas, quæ debetur principali quando ſit debita locumtenenti. ¶ Libertus an præſtet eandem reuerentiam tutori patrono, quam ipſi patrono. ¶ Differentia inter Vicarium conſtitutum ab Epiſcopo, & creatum à Papa. ¶ Maioritas iuriſdictionis quando arguat ſuperioritatem præheminentiæ. 301.

CAPVT CXII.

Præſtatio alimentorum an ſit facienda ſecundum dignitatem, ſeu neceſsitatem eius, qui debet ali, & quid in Spurio, & in Seruis, & quando in illis ſtetur arbitrio Iudicis, & quomodo dignitas ſit interpretanda. ¶ Inter ſeruos an quidam ſint digniores alijs, & de illorum ætate, & funeribus, 310.

CAPVT CXIII.

In poſſeſſorijs quando ſatis ſit allegare factum ſiue cauſa obligatoria. ¶ Poſſeſsio translata in hæredes vigore ſtatuti an ſit vera, & naturalis. ¶ Manutentio poſſeſsionis in quibus caſibus poſsit impediri, & quæ requirantur, vt illi ſit locus. ¶ Soluens nomine alterius quando cenſeatur ſoluere de mandato illius, & an ſolutio per manus alicuius ſit intelligenda tanquam ab eius miniſtro. ¶ Dolus in venditione rei alienæ an præbeat cauſam reſciſsionis contractus. ¶ Penſio translata an dicatur noua, ſeu antiqua. ¶ Obligatio ad fauorem nominati in penſione an debeat extendi ad translatarios. ¶ Cenſus an ſit extinctus, ſi fuit translatus ad alia bona, & an fideiuſſores liberentur. 312.

CAPVT CXIV.

Deſcriptio, & ſequeſtrum pendente appellatione quando ſit concedendum ex officio Iudicis, ſeu ad inſtantiam partis, & an poſsit ab eo appellari. ¶ Reuocatio ſequeſtri an debeat fieri in fine litis, & duret etiam in cauſa appellationis. ¶ Remiſſoria ſi fuit conceſſa in cauſa beneficiali an promiſsio de ſtando vnicæ ſententiæ intelligatur, ſi poſt remiſſoriam fuerit lata ſententia pro promiſſore, & ſecunda contra eum. 318.

CAPVT CXV.

Sententia, appellatio, reſcriptum, & fideiuſsio vnius quando proſit alijs. Et quid operetur communio in beneficijs reſeruatis, alternatiua, ſucceſsione, priuilegijs, & ſimilibus. ¶ Promittens ſe obligaturum ad aliquam ſummam infra certum tempus an poſsit conueniri adueniente tempore pro dicta ſumma, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet. ¶ Pro enunciatis in inſtrumento quando agatur executiuè. 321.

CAPVT CXVI.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij quando habeat priuilegium, vt poſsit offerre de bonis ad iuſtum prætium. ¶ Onus ſoluendi aliquid ſuper fundo an inducat prohibitionem alienationis. ¶ Dictiones in, de, ſuper, vltra, plus, amplius, & ſimiles quid ſignificent. ¶ Legatum ſcutorum centum vltra dotem ſcutorum mille an comprehendat etiam dotem. ¶ Confeſsio facta in teſtamento quando probet verum debitum, & reuocato teſtamento cenſeatur reuocata. ¶ Legans centum cum adiectione plus, vel vltra reliquiſſem, ſi pater tuus ſoluiſſet, quod mihi debeat an includat liberationem debiti. ¶ Promiſsio ſoluendi de bonis quando excludat ſolutionem in pecunia. 324.

CAPVT CXVII.

In bonis inuectis, & illatis quando competat via executiua, & hypotheca tàm pro penſione, quam deterioratione domus. ¶ Beneficium prælationis in emptione fructuum, expellendi colonum pro vſu ſuo, & percipiendi vſuras dotis an competat ſucceſſori, & ceſsionario. ¶ Redimens rem alteri obligatam quando poſsit illam retinere, donec ſibi reddatur, quod expendit. ¶ Soluens penſionem domus pro alio an ſuccedat in eius locum quo ad hypothecam. 329.

Ceſti-

CAPVT CXVIII.

Reſtitutio in integrum an detur aduerſus præſcriptionem triginta vel quadraginta annorum. ¶ Et quando reſcinditur res iudicata poſt tres conformes. ¶ Ex acquiſitione vnius legati quo caſu ſit præſumenda ſcientia alterius. ¶ Hæres an præſcribat legatum, & legitimam ſpatio triginta vel quadraginta annorum. ¶ Poteſtas aliquid faciendi an dicatur potius ius, vel facultas, & an poſsit præſcribi. ¶ Bona ingredientis monaſterium quando cenſeantur ipſo iure in illud translata. ¶ Per electionem de exequendo perſonaliter an præiudicetur, vt non poſsit exequi in bonis. ¶ Exceptio litis pendentiæ, ſeu vſurarum, & nullitatis quando obſtet executioni inſtrumenti. ¶ Actori in quibus caſibus licitum ſit variare, & diuerſos iudices adire. 331.

CAPVT CXIX.

Per inſordeſcentiam in excommunicatione an quis habeatur pro confeſſo, & poſsit priuari beneficijs. ¶ Sententia lata propter contumaciam, vel delictum quando ſit definitiua, vel interlocutoria, & poſsit quandocunque reuocari. ¶ Motus proprius Pij V. denegans audientiam an intelligatur de ſententijs tàm ſuper crimine, quàm ſuper contumacia, & in quibus caſibus procedat. ¶ Bannum quando reſoluatur in ſimplicem citationem. ¶ Et an habitus pro confeſſo, & conuicto non comparens ſecundum formam ſtatuti poſsit docere de ſua innocentia per cõtrarias probationes. 336

CAPVT CXX.

Vxor inops in quibus caſibus habeat quartam partem bonorum mariti diuitis, & quid in viro paupere, matrimonio putatiuo, & dote parua, & quod tempus ſit inſpiciendum, & in quibus bonis debeatur, & an commenſuretur alimentis, & poſt taxationem augmentum recipiat, & quando amittatur, & debeat attendi dos conſtituta per virum in articulo mortis, ſed legatum illi factum à tertio, & an illud poſsit vxor repudiare, & an recipiat tanquam hæres, vel quotam bonorum, & teneatur ad onus æris alieni. ¶ Donatio omnium bonorum, ſeu vſufructus an valeat, ſi nihil aut parum reſeruetur. ¶ Alimenta an debeantur filio, qui ex induſtria poteſt ſibi victum quærere. 338.

CAPVT CXXI.

Appellans quando teneatur ſecundum formam Iuris Communis, & Concilij Tridentini ſuis expenſis transferre acta omnia ad Iudicem appellationis. ¶ Pro ſententia ſine actis an ſit præſumendum. ¶ Et quo caſu vis illius ſit ſuſpenſa, ſeu extincta per appellationem. ¶ Cauſa quando dici poſsit iuſtificata ad euitandam deſertionem, ſi vna tantum pars produxerit acta prioris inſtantiæ ſtante ſtatuto præfigente terminum vtrique parti ad iuſtificandum, & impugnandum. ¶ Quæ ponuntur ratione frequentioris vſus quo caſu reſtringant diſpoſitionem. 346.

CAPVT CXXII.

Fideiuſſor an obligetur quando lex reſiſtit obligationi principalis. ¶ Exceptio falſæ cauſæ decreti Iudicis in contractu mulieris, & minorum quando annullet obligationem ipſo iure, & inter ſpolium. ¶ Et quid ſi decretum fuerit interpoſitum partim ex vera, partim ex falſa cauſa. 349.

CAPVT CXXIII.

Monachus an poſsit eſſe elector pauperum, conſiliarius, Iudex compulſorialis, & executor teſtamenti. ¶ Laicus an ſit capax Beneficij Eccleſiaſtici quamuis reputetur clericus. ¶ Beneficia quomodo dicantur continere ſpiritualitatem, & temporalitatem. ¶ Monachus an ſit habilis ad obtinendum beneficia ſecularia curata ſine diſpenſatione, & quid in Canonico Regulari. ¶ Clericatus in quibus caſibus ſit præſumendus in forma ſolemni. 351.

CAPVT CXXIV.

Statutum mandans prius relinqui certis perſonis antequam concedat alicui bonorum ſuorum diſpoſitionem quando cenſeatur interdicere donationem inter viuos. ¶ Verbum relinquo an debeat intelligi ſolum de actu vltimæ volũtatis. ¶ In quibus perſonis, & caſibus ſit attendendus locus actus celebrati quo ad ſolemnitates. ¶ Actus nullus an ratihabitione confirmetur. ¶ Mulier quando poſsit ratificare ſine ſolemnitatibus contractum celebratum in loco, vbi ſolemnitates requirebantur. 353.

CAPVT CXXV.

Adminiſtrator quando in exigendis nominibus teneatur deculpa leui, lata, & dolo, & an per pupillum debeat probari, & per eum dicta nomina ſint agnoſcenda. ¶ Præſumptio vnius temporis quando trahatur ad aliud quo ad paupertatem, mores, diuitias, & ſimilia. ¶ Magiſtratus an probet fideiuſſorem, & tutorem ſuſceptum fuiſſe idoneum. ¶ Quæ mora noceat tutori ſi non exigendo, & quando ei imputetur, ſi nomina debitorum efficiantur non ſoluendo. ¶ Pupillus an tutor debeat probare, quod nomina debitorũ eſſent idonea tempore ſuſceptæ tutelæ. 359.

CAPVT CXXVI.

In legato apothecæ quando veniat domus deſtinata ad vſum illius. ¶ Appellatione vineę an veniat arundinetum. ¶ Deſtinatio quando habeatur pro facto, & an poſſit reuocari. ¶ Frumentum repoſitum ad vſum fundi an veniat in legato fundi inſtructi. ¶ Prędium quando dici poſſit ſeparatum ab alio. ¶ In legato palatij an veniat domus empta, ne perueniendo ad manus alterius altius tollatur in præiudicium luminum palatij. 360.

CAPVT CXXVII.

Collatio beneficiorum, & conceſſio dimiſſorialium quando poſſit fieri extra diœceſim, & in Curia Romana. ¶ Et quid in iure viſitandi, & poſt mortem Epiſcopi, & reuocationem Vicarij, & admiſſam reſignationem in curia. ¶ Abdicatio iuris eligendi, & admiſsio aliorum ad participandum, & viſitatio quando habeantur pro leui, vel magno pręiudicio. ¶ Vicario an liceat conferre beneficia reſeruata vigore alternatiuæ. ¶ Mandatum an expiret per translationem Epiſcopi, ſicut per mortem. ¶ Vicario Sedis Epiſcopalis an duret donec fuerint pręſentatæ litterę Capitulo. ¶ Mutatio opinionum an ſit permiſſa in eadem facti ſpecie. 362.

CAPVT CXXVIII.

Debitum quando ſit deferendum ad domum creditoris. ¶ Vſufructuarius, ſeu proprietarius an teneatur ad collectas. ¶ Solutio in vno loco quo caſu pręiudicet, vt ſit continuanda in eodem. ¶ Fidelitas quando inretur per vaſſallum genuflexum. ¶ Teſtes examinati extra terminum in quibus caſibus probent. fol. 366.

CAPVT CXXIX.

Pro rebus, & pecunijs deſcriptis in inuentario an competat actio contra tutorem antequam reddatur ratio adminiſtrationis. ¶ Tutor quando poſſit conueniri ad factum, ſeu ad certum quid reddendum. ¶ Compenſatio in quibus caſibus admittatur de liquido ad nõ liquidum. ¶ Mater, & quilibet adminiſtrator an debeat ſibi ſoluere dotem, & ſuum creditum, itaut non ſoluens perdat intereſſe. ¶ Matri an & quando competat petitio dotium ſuarum ante redditam rationem adminiſtrationis. 368.

CAPVT CXXX.

Legatarius an teneatur ad onus legato iniunctum. ¶ Solui an licitum ſit ante tempus, & aliud pro alio. ¶ Confeſsio qualificata an poſſit diuidi. ¶ Vſusfructus quomodo conſtituatur in rebus mobilibus, & earum reſtitutio qualiter ſit facienda. ¶ Promiſsio indemnitatis an requirat excuſsionem. ¶ Fideiuſsio quando extendatur ad fructus. ¶ Maritus accipiendo dotem an præiudicet ſibi quo ad interuſuria. 371.

CAPVT CXXXI.

Legatum Eccleſiæ, vel Ciuitati relictum quando præſcribatur ſpatio centum annorum. ¶ Et an expiret illa deſtructa. ¶ Alimenta relicta dignitati an tranſeant ad ſucceſſorem. ¶ Qualitas requiſita an debeat eſſe ſucceſsiua. ¶ Inactus, in quo ſupponitur nomen vnius vice alterius, cuius contemplatione negotium geritur an debeat attendi ſimulatio, & quid in penſione ad vtilitatẽ alicuius an fideiuſsio ſpectet ad eum, vel ad commodum illius. in cuius perſona erat penſio. 374.

CAPVT CXXXII.

Debitor quando poſſit repudiare ſibi relicta in præiudicium ſiſci, & creditorum. ¶ Renunciatio bonorum eius, qui ingreditur religionem an validè ſint per Monaſterium ſine conſenſu ingreſsi. ¶ Vxor an poſſit remittere ius alimentorum ad fauorem mariti. ¶ Spes iuris quærendi an requirat inſinuationem. ¶ Acquiſitio momentanea an ſit conſiderabilis, itaut in illius renunciatione requiratur ſolemnitas Conſtitutionis Paulinæ. ¶ Penſio translata an ſit noua, vel antiqua. ¶ Prohibitus ab emendo quando poſſit emere pro capacibus, quos nominabit. 376.

CAPVT XXXIII.

Beneficium quod debet dari Sacerdoti, vt celebret miſſas an poſſit conferri ei, qui non eſt actu Sacerdos. ¶ Et an poſſit cogi, vt per ſe ipſum celebret. ¶ Quando dicatur beneficium ſub eodem tecto ad inducendam incompatibilitatem. ¶ Beneficium requirens perſonalem reſidentiam in quibus caſibus vacet ipſo iure per aſſecutionem ſecundi etiam requirentis d. reſidentiam. ¶ Cura fori iuriſdictionalis an poſſit exerceri per alium. ¶ Et an de ea ſit facienda mentio in impetratione beneficij. ¶ Et quando inducat incomparabilitatem, prout cura pœnitentialis. 380.

CAPVT CXXXIV.

Legatum vſusfructus an cenſeatur factum animo compenſandi cum dote. ¶ Prohibitus exigere quando accipiat à ſponte ſoluente. ¶ Maritus an ſit debitor dotis ex cauſa voluntaria, ſeu neceſſaria. ¶ Per legatum factum vxori

ſi dotes non petierit an ſit dilata ſolutio, ſeu extinctum debitum dotis. ¶ Liberatio generalis an ſit extendenda ad incognita, & ad ea, pro quibus datur rei vendicatio. 383.

CAPVT CXXXV.

Pœna conuenta inter fratres iuratos de tractando ſe vt fratres quando poſsit exigi, & detur querela inofficioſi. ¶ Meretrix quæ dicatur. ¶ Bona patris an poſsint confiſcari ſtantibus pluribus filijs. ¶ Teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam an rumpatur in totum, ſeu quo ad legitimam tantum. ¶ Spurius an ſit infamis infamia facti. ¶ Expoſiti an habeantur pro legitimis. ¶ Fraternitas an probetur per tractatum ſeu nominationem, & quid in compatre, commatre, & ſimilibus. fol. 385.

CAPVT CXXXVI.

Dominium, & fructus rei legatæ quando ſtatim tranſeant in legatarium, ¶ Tranſmiſsio legati quando fiat, & an impediatur per adiectionem diei incertæ ſolutioni, executioni, & ſubſtantiæ legati, & quid ſi illius petitio differtur in tempus ætatis, ſeu mortis. ¶ Legatum conceptum per verba ſi, vel cum talis morietur, aut poſt mortem alicuius an dicatur conditionale, & poſsit tranſmitti. ¶ Prohibitio generalis moleſtiarum de qua moleſtia intelligatur. 389.

CAPVT CXXXVII.

Relictum mulieri cum conditione ſi Titio nupſerit an ſit debitum, ſi interpellata recuſet illi nubere, quamuis poſtea pœniteat. ¶ Et an huiuſmodi conditio ſit adimplenda infra triennium poſt pubertatem. ¶ Conditio ſi continenter vixerit an intelligi debeat de abſtinentia perpetua à nuptijs. ¶ Non præſtans fideiuſſores promiſſos an lucretur pecunias per obitum illius, ſuper cuius vita fuit facta ſocietas, ſi mora non præceſsit. ¶ Legatum ſub conditione ſi viduus erit an debeatur ſi in viduitate non perſeuerauerit. 394.

CAPVT CXXXVIII.

Legatum ad vſum, & vſufructum quando tranſmittatur ad hæredes. ¶ Inſtitutio de ſpurio cum capax erit an ſit valida. ¶ Societas an ſubſiſtat ſuper officio alieno. ¶ Legitimatio qualis eſſe debeat, vt quis æquiparetur legitimo, & naturali. ¶ Matrimonium inter prohibitos ſi Papa diſpenſabit an valeat adueniente diſpenſatione ſine nouo conſenſu. ¶ Gratia ad validandum matrimonium, & prolem legitimandam, ſi non ſequatur matrimonium an ſit valida quo ad legitimationem prolis.

¶ Coadiutoria cum futura ſucceſsione non habens effectum propter mortem coadiuti quando maneat firma quo ad gratiam ſucceſsionis. ¶ Beneficium cum reſeruatione penſionis nullum quo ad prouiſum an præiudicet penſionario, ſi impetretur per alium. ¶ Pluribus narratis in commiſsione quando ſufficiat vnum verificari. 396.

CAPVT CXXXIX.

Edictum ne quis ingrediatur fundum alienum etiam venandi cauſa quando valeat itaut tranſgreſſor non faciat prædam ſuam. ¶ Ingreſſus territorij, & expulſio habitantium an concedatur habenti iuriſdictionem. ¶ Venatio, aucupium, & piſcatio an poſsit prohiberi. ¶ Clericus venator an ſit puniendus per Iudices ſeculares in amiſsione armorum, canium, & prædæ per eum captæ. 400.

CAPVT CXL.

Per tranſitum ad ſecunda vota mater quando, & quibus bonis filij priuetur. ¶ Pœnæ ſecundo nubentium an ceſſent ſtante tacito conſenſu filij, ſeu nepotis, & tutoris. ¶ Exhæredatio filij an cenſeatur ſublata per habitationem cum patre. ¶ Plena probatio an dici poſsit, ſi notarius poſt extenſam depoſitionem primi teſtis ſcripſerit alios depoſuiſſe, prout primus depoſuit. 402.

CAPVT CXLI.

Cenſus quando poſsit conſtitui ſuper omnibus bonis, vel ſuper domo non declaratis certis confinibus. ¶ Et an poſſeſſores teneantur in totum. ¶ Pactum vſurarium in cenſu quando vitiet contractum. ¶ Prætium annui reditus quale ſit, & an valeat ad rationem ſeptem, ſi ex bonis non percipiantur niſi quinque. ¶ Solutio anticipata an ſit valida itaut propter huiuſmodi pactum poſsit cenſus declarari nullus. 404.

CAPVT CXLII.

Spoliatus quando non ſit reſtituendus ſi per confeſsionem conſtat de notorio iuris defectu. ¶ Exceptio rei iudicatæ an impediat reſtitutionem ſpoliati. ¶ Confeſsio vt inducat notorium an debeat eſſe poſt concluſum in cauſa. ¶ Spoliator allegando dominium an impediat cauſam ſpolij. ¶ Attentata ſi concurrunt cum ſpolio an tertius impediat, ne poſſeſsio reſtituatur. 407.

CAPVT CXLIII.

Vſusfructus dotis quando ſit debitus tam primo, quàm ſecundo viro. ¶ Mulier an cenſeatur dare marito dotem, eiuſque augmẽtum, & omnia ſua bona. ¶ Fructus pignoris an ſint computandi

tandi in ſortem, tàm reſpectu mariti, quàm aliorum creditorum. ¶ Priuilegia dotis, & & interuſuria an poſsint cedi, & debeantur mutata perſona mariti, & quando non fuit adimpletum. ¶ Non præſtans fideiuſſores promiſſos an poſsit lucrari pecunias per obitum illius, ſuper cuius vita fuit facta ſocietas. ¶ Caſus ſoluti matrimonij an extendatur ad nuptias non ſequutas, itaut ſaluianum interdictum competens pro vnu poſsit etiam intentari pro alio. 408.

CAPVT CXLIV.

De vxore, famulo, & aliis deponentibus in cauſa, in qua habent intereſſe, & pro marito, & domino. ¶ De teſtibus non Confeſsis, vel non Communicatis, Singularibus, Domeſticis, Inhabilibus, & examinatis in cauſa criminali quando probent in ciuili. ¶ Iuramento ſuppletorio vt ſit locus, quæ requirantur, & an ſufficiat confeſsio probata per teſtes ſingulares, vt illud poſsit deferri. ¶ Abſolutus in cauſa criminali an poſsit ciuiliter condemnari, & de cautela reſeruante ius ciuiliter agendi. ¶ Condemnatio ad reſtitutionem rerum quæ veniunt neceſſariè in querela an ſubſiſtat ex ſola contumacia. ¶ Iudex criminalis an poſsit omittere condemnationem criminalem, & reum ciuiliter condemnare. fol. 413.

CAPVT CXLV.

Iudicium in quibus cauſis debeat incipere à principali, ſeu procuratore, & quæ cauſæ dicantur graues. ¶ Poſt conſtitutionem procuratoris an ſit citandus principalis. ¶ Mandatum, Cura ad lites, & facultas conceſſa ad diſpenſandum, Tranſactio, Priuilegium, & ſimilia quando comprehendant futura. ¶ Perſonalis perquiſitio an ſit neceſſaria, vt valeat citatio ad domum. ¶ Pactum, & Donatio quando poſsit ſuſtineri ad fauorem Infantis, & nondum concepti. ¶ Vxor donans communibus liberis an intelligatur donaſſe nepotibus, ſi non extent liberi. 418.

CAPVT CXLVI.

Iudex requiſitus per iuris ſubſidium quando poſſit cogi ad exequendam ſententiam; itaut recuſando admittatur appellatio. ¶ Verbum oportet, debet, poſsit, aut ſimilia an inducant neceſsitatem. ¶ Appellatio an ſit licita ab eo, qui habet poteſtatem iudicandi arbitrio ſuo, & à Iudici non ſupplente ex officio, ſeu non relaxante carceratum ſub fideiuſſoribus, quando eſſet ſolitus hoc facere, vel à non minuente pœnam minori delinquenti, vel denegante impartiri officium ſuum, ſeu ab excedente modum in exequendo. 421.

Iudex aditus pro executione an debeat ſeruare ſtatuta ſua, vel Iudicis illam committentis. ¶ Cautela vt vbique locorum poſsit peti executio alicuius inſtrumenti. 421.

CAPVT CXLVII.

Iudici ſeu Arbitro quando permittatur declaratio laudi, & ſententiæ etiam definitiuæ. ¶ Inferior an poſsit cogi reuocare, & interpretari ſuam ſententiam, & an delegans illam interpretetur ex mente Delegati. ¶ Copula, &, quando coniungat cum omnibus qualitatibus. ¶ Obligatus ad cauendum an debeat dare fideiuſſores. & Interlocutoria quoties poſsit reuocari. ¶ Declaratio an aliquid de nouo inducat, & quandocunque concedatur. 423.

CAPVT CXLVIII.

Ad cognoſcendum congruam dotem an attendatur tempus contractus, vel mortis patris, & auctarum facultatum. ¶ Et quid in legitima ſeu renunciatione. ¶ Statutum diſponens filias eſſe contentas dote prohibendo, ne quid vltra petant an ſit fauorabile, vel odioſum, & an excludat eas à petitione ſupplementi, ſi conſtat de læſione, & dos fuit minor legitima. ¶ Enormis læſio quæ dicatur, & an enormiſsima ſit conſideranda reſpectu rei, de qua agitur vel totius ſubſtantiæ patrimonij, & per quas clauſulas excludatur, & intra quantum tempus competat reſtitutio. 427.

CAPVT CXLIX.

Dominus quando ſit præferendus in emptione fructuum per colonum recollectorum. ¶ Et quid in Vaſſallo, Proprietario, Emphyteuta, Vſufructuario, Conductore, Ceſsionario, & ſimilibus. ¶ In quibus caſibus poſsit quis cogi ad vendendũm, & an attendatur prætium, quod ab alijs offertur quamuis iuſtum excedat. ¶ Stante penuria an debeant contribuere victualia etiam perſonæ Eccleſiaſticæ, & per quos Iudices compellantur. ¶ Conſuetudo an valeat, quod Iudices ſeculares cognoſcãt de cauſis ſyndicatus & alijs pertinentibus ad annonam in præiudicium Epiſcoporum. ¶ Beneficium tacitæ hypothecæ in rebus inuectis, & illatis an competat Ceſsionario, qui ſoluit penſionem locanti, & de ſimilibus priuilegijs, quando tranſeant ad ſucceſſores. fol. 430.

CAPVT CL.

Executio quando ſit concedenda contra non nominatum, & ſucceſſorem. ¶ Aduerſus hæredem an agatur in ſolidum,

pro re cenſuali, & emphyteotica. ¶ Oblatio ſoluendi, & ſolutio de rebus hæreditarijs an inducat aditionem. ¶ Contra poſſeſſorem pignoris quando poſsit agi via executiua etiam non facta liquidatione. ¶ An probandum ſit aliquem eſſe hæredem, non extante oppoſitione, aut quando quis ſuſcipit iudicium, fol. 432.

CAPVT CLI.

Appellationi an ſit renunciatum per approbationem ſententiæ tacitam, & expreſſam. ¶ Reſolutio contractus quando cenſeatur remiſſa. ¶ Ex confeſsione incidenter facta an poſsit ſequi condemnatio. ¶ Perſona teſtis inducti an ſit approbata per producentem, tàm reſpectu futuri, quàm præteriti examinis. ¶ Iuramentum in litem quando ſit dandum hæredi. ¶ Teſtis per verbum credo an probet. ¶ Sententia an poſsit ferri pro fructibus decurrendis. ¶ Iudici quando permittatur cognoſcere de futura obligatione. 434.

CAPVT CLII.

Emphytheuta, & habens ius coloniæ quando dicatur male verſari, vt poſsit expelli ob deteriorationem, ſeu ob omiſſam denunciationem temporis recollectionis. ¶ Defectus in minimo an conſideretur in ſoluente canonem. ¶ Per electionem vnius pœnæ quando tollatur altera. ¶ Agens ad canonem ſeu illum recipiens an ſibi præiudicet, vt non poſsit expellere emphyteutam, & quid in beneficiato non ſoluente penſionem, & marito expellente vxorem. ¶ Probatio deteriorationis, & non ſolutionis canonis ad quem pertineat, & an poſsit ſuper ea pronunciari ſi non præcedat monitio deſiſtendi ab eo, ex quo fundus ſit deterior. 437.

CAPVT CLIII.

Sententia quando iudicetur nulla ob temporis breuitatem. ¶ Decretum Iudicis an valeat, ſi non fuerit interpoſitum in ſcriptura ſeparata. ¶ Statutum requirens decretum interponi per duos dies ante, quando excludat, vt non poſſit prius adhiberi. ¶ Aſſertio Iudicis an requiratur, quod fuerint adhibitæ ſolemnitates, & quæ verba æquipolleant cauſæ cognitioni. ¶ Pro Magiſtratu quando ſit præſumendum. ¶ Conſuetudo quomodo probetur de non adhibendo ſolemnitate de iure requiſitas in inuentario, & cognitionem cauſæ in decreto iudicis. ¶ Et quid in conſuetudine interpretatiua. 440.

CAPVT CLIV.

Iuriſdictio quando poſsit prorogari, & cenſeatur potius conceſſa cumulariuè, quam priuatiuè. ¶ Pro turbata iuriſdictione an poſsit agi criminal iter. ¶ Data facultate intentandi remedium particulare coram vno Iudice. quando alius pro eo poſsit adiri. ¶ In cauſa alimentorum qui Iudex ſit competens. ¶ Per verba taxatiua quando excludantur caſus ſimiles, & derogetur iuriſdictioni. ¶ Laicus ratione peccati quando poſsit per Epiſcopum puniri, & Iudex incompetens efficiatur competens ratione ſalarij, & expenſarum in cauſa. ¶ Habens iuriſdictionem priuatiuam an excludat ordinarium, vt data negligentia non poſsit illam exercere. 442.

CAPVT CLV.

Minor ætas quando probetur per dationem tutoris. ¶ De antiquo more ſcribendi diem natiuitatis, & obitus, & an iſta probentur per librum Curati, & quid in excommunicatione. ¶ Interlocutoria quando poſsit pluries reuocari tàm per Iudicem, quàm per ſucceſſorem. ¶ Declaratio an ſemel tantum permittatur. ¶ Hæres an declaret voluntatem defuncti. ¶ Sententiæ in cauſa matrimoniali interdicti, & excommunicationis quando tranſeant in iudicatum. ¶ Appellatio an ſit deſerta, ſi non expediatur cauſa in termino præfixo procuratori per Iudicem à quo. 445.

CAPVT CLVI.

Citationis defectus quando ſanetur per comparitionem citati, productionem mandati, & conſtitutionem procuratoris. ¶ Opinio vehemens quod fœmina ſit in vtero, an operetur certitudinem, itaut faciat conditionem haberi pro impleta ſtante ſubſtitutione, ſi maſculus naſcatur. ¶ Citatio quando inducat præuentionem iuriſdictionis. ¶ Productio verbalis an operetur idem, quod realis. ¶ Sententia parte non inſtante quando valeat, & quid ſi fiat citatio ad ſententiam pro prima die, & poſtea quandocunque. ¶ Per admiſsionem nouorum iurium an reuocetur citatio ad ſententiam. ¶ Productio inſtrumenti quando ſufficiat, ſi non detur copia parti. 450.

CAPVT CLVII.

Inſtitutio, & communis reputatio quando probet filiationem. ¶ Teſtator an præſumatur potius ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, quàm iuris communis. ¶ Regula ſi vinco vincentem te multo magis vinco te quãdo procedat. ¶ Cippi, & Generis nomine qui veniãt. ¶ Oblatio dotis an ſufficiat ad excludendam filiam dotatam ex forma ſtatuti, & an illius conſtitutio ſit facienda viro, vel vxori.

¶ Vrr-

& Verba ſpectare. & pertinere, ius competere, & teneri. & obligatum eſſe quid importent, & an faciant cauſam appellabilem. ¶ De pœna exequentis ſine mandato. ¶ Præconia, vt creditores familiarium Poteſtatis doceant coram eo de eorum credito an illos ligent, & eis præiudicetur quamuis in termino præfixo non comparuerint. ¶ Diſpoſitio ſtatuti excludentis fœminas quando trahatur ad ſorores ante ſtatutum dotatas. 453.

CAPVT CLVIII.

In cauſa appellationis an liceat examinare teſtes ſuper articulis productis in prima inſtantia, vel directò contrarijs, & quid in Minore, Eccleſia, vel Republica. ¶ Caſtra, & Villæ an gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum, ſiue ſint magnæ, ſiue paruæ, vel minimæ. ¶ Et an illis competat dicta reſtitutio ex clauſula generali. ſiue iure minoris. 456.

CAPVT CLIX.

Clericus an poſsit alienare, & permutare bona, ad quorum titulum fuit ordinatus, & quando incurrat pœnam ſuſpenſionis, & ſimoniæ ob dictam cauſam. ¶ Appellatione Sacrorum Ordinum an veniant Minores. ¶ Conſtitutio Pij Quinti circa reſignationes in manibus Ordinarij an habeat locum in beneficijs quæ reſignantur ad effectum vniendi fabricæ Eccleſiæ. ¶ Collatio noua an requiratur, ſi reſignatio fuit nulla, & ſine effectu. ¶ Epiſcopus poſt mandatum ad reſignandum, & reſignationem admiſſam quando poſsit conferre beneficia. ¶ Patrimonium, ad cuius titulum quis fuit ordinatus an habeat priuilegia Eccleſijs conceſſa. ¶ Reſignans an amittat ſtatim poſſeſſionem, & fructus. ¶ Donatio facta filio ob cauſam clericatus, ſeu matrimonij an poſsit reuocari, & ſit imputanda in legitimam. 458.

CAPVT CLX.

Procurator conſtitutus ad emendum fundum an ſi emat teneatur præſtare mandati etiam portionem, quàm habebat in eodem fundo. ¶ Emptio, ſeu ſocietas de pecunijs alterius cui acquiratur, & competat ius diſdicendi, & per cuius obitum vacet. ¶ Emens pro alio an liberetur præſtando intereſſe. ¶ Expenſæ factæ per vnum ex fratribus ſocialiter viuentibus quando poſsint repeti. ¶ Diuiſio inter fratres quomodo ſit facienda, & quando Minor eligat, & Maior faciat partes. 462.

CAPVT CLXI.

Dies termini quando computetur in termino, & cœptus habeatur pro completo, & tempus currat de momento ad momentum, tam in ſocietate officij, quam appellatione, re iudicata, reſignatione infirmi, prohibitione deferendi arma, præcepto ad reluendum tenutam, & ſimilibus; Et quid ſtantibus dictionibus à, ab, vſque & proximos, & quando illæ ſtent ſeparatiuè, & incluſiuè. 461.

CAPVT CLXII.

Folium album ſubſcriptum, & traditum Arbitratori an operetur approbationem laudi poſtea lati. ¶ In Societatibus officiorum an ſit præſumenda ſcientia nominationis per ſubſcriptionem in carta vacua. ¶ Arbitrator quando iudicet de non comprehenſis in compromiſſo. ¶ Sententia, Decretum, Executio, Datio in ſolutum, Electio, Locatio, Donatio, Obligatio fideiuſſoris, & ſimilia nulliter geſta an ſuſtineãtur in parte verè debita, & permiſſa. ¶ Vtile per inutile quando vitietur. 467

CAPVT CLXIII.

Denunciatio maleficij quomodo ſit facienda, & quando excuſetur Syndicus obligatus ad denunciandum. ¶ Scientia præſumpta an ſufficiat ad imponendam pœnam corporalem. ¶ Dictio aliàs an intelligitur de ſimilibus, & maioribus. ¶ Statutum imponens aliquam pœnam, & aliam arbitrio Iudicis, de qua debeat intelligi. 469.

CAPVT CLXIV.

Arbores quando veniant in locatione prati. ¶ Forenſes & Clerici an ligentur ſtatutis tam in ordinatorijs iudiciorum quàm deciſiuis. ¶ In promiſsione de ſoluendo infra aliquod tempus, vel dando pignora electio an pertineat ad promittentem, ſeu creditorẽ. ¶ Obligans ſe quod alius ſoluet an poſsit conueniri ſine excuſsione. 471.

CAPVT CLXV.

Diminutio, ſeu augmentum patrimonij, an cedat incommodo hæredum, vel legatariorum. ¶ Et quid in nominibus debitorum effectis ditioribus, vel non ſoluendo, & in rebus relictis filio pro legitima. ¶ Per inuentarium quando cõſeruetur hæres indemnis. 473.

CAPVT CLXVI.

Abſentes in quibus caſibus habeantur pro præſentibus, itaut lucrentur fructus, & diſtributiones, & quando capitulum poſsit illos abſentibus

Digitized by Google

tibus concedere. ¶ Nouitius egrediens de Monaſterio intra annum probationis, & poſtea reuerſus an coniungat tempus cum ſequenti. ¶ Epiſcopus abſens quando gaudeat alternatiua. ¶ Sententia condemnans in fructibus an comprehendat diſtributiones quotidianas, & in quibus differant. 475.

CAPVT CLXVII.

Officia quando poſsint concedi vltra vitam concedentis, & in illorum reſignatione an requiratur ſuperuiuentia iuxtà regulam de viginti. ¶ Procuratores, Vicarij, Habentes beneficia amouibilia, & ſimiles ſemel approbari an poſſint remoueri ſine cauſa. ¶ Feuda, & officia quando tranſeant ad fœminas. ¶ Notarius an poſsit exercere extra iuriſdictionem eius, qui illum creauit, & ſcribere in cauſis delegatis, & appellationum. 478.

CAPVT CLXVIII.

In reuocando actum quando ſit adhibenda eadem ſolemnitas, quæ in illius conceſsione fuit adhibita. ¶ Scriptura requiſita ad probationem, ſi non poteſt adhiberi an admittat teſtes. ¶ Concilium Tridentinum requirens ſcripturas authenticas quo ad iuspatronatus vniuerſitatum an excludat teſtes deponentes amiſsionem ſcripturarum, & tenorem illarum. 483.

CAPVT CLXIX.

Archiepiſcopi, & eorum Vicarij quando poſsint punire Suffraganeos, & cogere illorum ſubditos ad perhibendum teſtimonium, ſuſcipiendam delegationem, & illis dare licentiam contrahendi matrimonium. ¶ Acceſſoria an deuoluantur per appellationem in cauſa principali. ¶ Iuriſdictio an ſit vbi eſt coactio, & quomodo intelligatur. 485.

CAPVT CLXX.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem quando poſsint reſeruari in ſententia definitiua, & an detur appellatio à decreto reſeruationis. ¶ Proceſſus an valeat, ſi ſuper Delegatum ante præſentationem reſcripti, & quid ſi partes non opponant, & in Iudice Conſeruatore. ¶ Affines, Amici, & Serui an poſsint agere remedio recuperandæ, acquirendæ, & retinendæ poſſeſsionis pro Domino abſente. 487.

CAPVT CLXXI.

Conſuetudo an valeat, vt libri Mercatorum habeant vim inſtrumenti cum hypotheca, & quando, & inter quos probent, & an intelligantur ſolum de pertinentibus ad eorum officium, & de ſummis, de quibus non ſolet confici inſtrumenta. ¶ Partitæ aliquæ verificatæ an faciant præſumi alias veras. ¶ Statutum mandans probari per iuramentum ſalarium vnius anni quando non conſtat de conuentione, an debeat tantum intelligi de famulis, qui conducuntur oretenus ſine ſcriptura, & de ſalario plurium annorum. 490.

CAPVT CLXXII.

Legatum, & donatio cauſa mortis quando cenſeatur reuocari per alienationem, & hypothecam rerum donatarum, & legatarum. ¶ Et quid ſi ſequatur ſententia capitalis contra donantem tàm ſi fuerit facta vxori, quàm extraneo, & an debeat præcedere traditio, vel ſufficiat conſtitutum. ¶ Augmentum dotis an habeat priuilegia dotis, & reputetur ipſa dos tàm ſi fiat ob vxore, & tertio, quàm ab ipſomet viro, & quando debeat cõſeruari filijs primi matrimonij. 492.

CAPVT CLXXIII.

Remedium ſpolij quando competat hæredi, ſeu Prælato ſucceſſori ex perſona defuncti quamuis non probauerint poſſeſsionem, & quanto tempore præſcribatur, & an debeat probari violentia, & poſsint cumulari cum remedio adipiſcendæ. ¶ Libellus dicentis ſe ſpoliatum, & reintegrandum, & manutenendum in poſſeſsione an ſit admittendus. ¶ Solemnitates inſtrumenti quando ſuppleantur ex alijs. ¶ Cumulatio remedij contrarij an debeat admitti ſtante clauſula ius & iuſtitiam, non ſe adſtringens, & omni meliori modo. 494.

CAPVT CLXXIV.

Mutuum an depoſitum ſit præſumendum quando pecuniæ ponuntur penes mercatorem tam per principalem, quàm per officiales banchi, ſeu alios, qui eas exegerunt nomine illius. ¶ Creditor an poſsideat pignus conuentionale, & prætorium ad ſui commodum, vel ad vtilitatem debitoris, & an ei dentur interdicta poſſeſſoria, & quid ſi non fuerit traditum an ſufficiat conſtitutum, ſeu precarium. ¶ Et an dicta remedia poſſeſſoria competant colonis, & inquilinis. ¶ Lucrum quando poſsit percipi ex depoſito. 469

CAPVT CLXXV.

Cenſus impoſitus ſuper re tradita emptori per clauſulam conſtituti an ſit nullus ſi in contractu poſtea fuit reſeruatum dominium ad fauorem venditoris, & an ſit potius locatio, ſeu venditio ſtante dicta reſeruatione, & poſsit aliquid percipi donec pretium ſoluatur. ¶ Fructus an ſint debiti ex cenſu impoſito ſuper re non libera, & quando poſsit agi ad pretij reſtitu-

tutionem etiam contra fideiuſſores, & via executiua, & ante euictionem, & detur reſciſsio contractus illa non ſecuta. ¶ Denunciatio litis motæ quando ſit facienda. ¶ Ignorantia an excuſet venditionem ab intereſſe, & pœna. ¶ Reſeruatio dominij, & hypothecæ an proſit domino, itaut ſit præferendus quamuis pro reſiduo pretij fuerit facta ſocietas in eodem contractu venditionis. 500.

CAPVT CLXXVI.

Alimentorum ſubtractio an permittatur pro inſigni viro, per quem Reſpublica, & Eccleſia ſuſtentatur. ¶ Et quando debeat dari eleemoſyna de neceſſarijs ad vitam, & conditionem ſtatus etiam futuri magis eminentis. ¶ Et an licitum ſit exponere ſe periculo mortis, pro alio, & illam oppetere. ¶ Et de conſuetudine precandi diminutionem annorum ad augendā vitam Imperatoribus triumphantibus, & ijs qui maximè diliguntur. 503.

CAPVT CLXXVII.

Iuspatronatus quando acquiratur per augmentum dotis, & an illud reſeruans pro ſe, filijs, & deſcendentibus poſsit variare, & in alium transferre omnia iura ſibi competentia etiam reſpectu alimentorum. ¶ Et quando facultas nominandi Rectorem alicui conceſſa poſsit ab illo adimi, & alteri concedi, & per iſtam nominationem quis efficiatur verus patronus, quamuis non dotauerit, non conſtruxerit, neque fundauerit. ¶ Dotans Altare ad quod debeat præſentari Sacerdos per ſe, & Titium, & alios quos ad ſui libitum duxerit eligendos, ſi prius præſentauit cum Titio, an in alijs præſentationibus valeat illum excludere, & alium eligere qui cum eo præſentet. 505.

CAPVT CLXXVIII.

Legitima matris an ſit triens totius hæreditatis in caſu, in quo fratres ſunt præteriti, & quando tales habeantur pro exhæredatis, & faciant partem. ¶ In legitima, & in legatis quando habeat locum ius accreſcendi. ¶ Per ſtatutum, in quo fratres tantum ex parte coniuncti vocantur ad ſucceſsionem excluſa matre an præſeruetur vel minuatur legitima ei debita de iure communi. 508.

CAPVT CLXXIX.

Demolitio bonorum, & ciuitatum delinquentium, & conuerſio in vſus inhoneſtus, & ſuperſeminatio Salis ob quam cauſam fiat, & an poſſit impediri per creditores, & ſuper eis iterum ædificari, & exempla multoties quibus huiuſmodi pœna fuit irrogata. ¶ Sed quare reddat terram ſterilem, dicatur diuinum, ſignificet perpetuitatem ſiue in bonum, ſiue in malum, adhibeatur in connubijs, in conuiuijs, & in quolibet Sacrificio, pinguedinem contineat, & fecunditatem pariat. ¶ Eſus carnium quare ante diluuium denegatus, & poſt illud permiſſus. ¶ Et de vita abbreuiata poſt idem diluuium. ¶ Pactum ſalis quid ſignificet, & de prouerbio ſalem ferere. ¶ Prælati cur dicantur ſal terræ, & vxor Loth quare in Statuam Salis conuerſa cum alijs effectibus ſalis. ¶ Merita delinquentium, & anteceſſorum quando operentur abſolutionem criminum, & an poſsint legari, & competat actio pro eorum remuneratione. 510.

CAPVT CLXXX.

Prætium laudemij quale ſit, & in quibus caſibus debeatur, & quid in retrouenditione, & donatione facta de re emphyteotica in comprehenſos non tamen proximiores. & in pacto, vt emptor teneatur præferre venditorem, ſi contingat rem emptam vendi, & in reſolutione contractus, & ex noua cauſa, & in ſimilibus. ¶ Caducitas an incurratur ſi res emphyteotica retrouenditur vigore conuentionis de retrouendendo ſine noua licentia Domini. 515.

CAPVT CLXXXI.

Ad contrahendum domicilium, & incolatum quæ requirantur, & quod tempus ſufficiat. ¶ Penſio collata per Epiſcopum filió fratris, qui cum eodem filio acceſsit ad eius Epiſcopatum declarando velle ibi habitare an ſit valida. ¶ Situatio bonorum, & aſsidua in loco conuerſatio an inducat competentiam fori. ¶ Electio ad quem pertineat quando quis poteſt conueniri coram pluribus Iudicibus. ¶ Iudex an poſsit excommunicare ſubditum exiſtentem extra territorium. 517.

CAPVT CLXXXII.

Priuilegium l. vnic. C. quando imperat. iur. pupill. & vid. quando habeat locum, & an illi ſit derogatum per facultates Auditoris Cameræ, itaut pupillus poſsit coram eo conueniri ſtante obligatione camerali. ¶ Priuilegium primum quo caſu videatur ſublatum per conceſsionem ſecundi, & quid ſtante clauſula Motu proprio, quorum tenores, & alijs derogatorijs etiam ad futura. ¶ Pactum vel ſtatutum an valeat, vt detur parata executio creditoribus contra bona pupillorum. ¶ Et quando ſolutio illis facta ſine tutoris auctoritate liberet ſoluentem. 520.

CA-

CAPVT CLXXXIII.

Pro computis recognitis per principalem ſeu per Iudicem in illius contumaciam an ſit danda executio etiam in præiudicium anteriorum creditorum. ¶ Et quæ requirantur, vt ſcriptura poſsit dici recognita. ¶ Appellatio an detur à calculatione. ¶ Promittens certam quãtitatẽ, & plus, & minus, quod facto calculo debitum apparebit an poſsit conueniri executiuè ante liquidationem. ¶ Condemnatio ad ſoluendum, quod per calculatorem liquidatur an valeat, & mereatur executionem ſine noua ſententia, ¶ Inſtrumentum an debeat pronunciari eſſe liquidum, vt pro eo competat executio. 524.

CAPVT CLXXXIV.

Continuatio magiſtratuum in officio an ſit permittenda vltra biennium, & an ſufficiat maior pars Concilij, non obſtante vnius reclamatione, & quid de conſuetudine ſeruetur. ¶ Leges annales, ſeu annariæ quid contineant.
¶ Aduocatorum munus an eſſet olim perpetuum. ¶ Officialis an contrahat domicilium in loco officij, & an ibi poſsit conueniri, & de honore illi debito in ſalutando, & præcedendo tanquam ſit caput Ciuium. ¶ Et de pœna præuaricantis in officio, & præmio bene ſe gerentis. 527.

CAPVT CLXXXV.

In locatione quando habeat locum remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. & pactum de mutuando an illam reddat illicitam. ¶ Locans operas tàm fabriles, quàm obſequiales etiam in perpetuum quando poſsit cogi ad illas præcisè præſtandas, an tranſeant ad hæredes, & valeat illorum ceſsio, & delegatio, & in eis læſio admittatur, & an ſit licita conuentio ſeruiendi in triremibus, & pactum operandi, donec debitum ſoluatur creditori. ¶ Artifices, & Tribuni voluptatum qui dicantur, & an eis debeatur merces non conuenta.
¶ Exceptio ceſsionis bonorum operarum an poſsit opponi. 532.

CAPVT CLXXXVI.

Priuilegia Doctorum an competant Aduocatis, & Procuratoribus, ſicut actu legentibus, & quid in ignaris, & Doctoribus ex reſcripto, & non exercentibus, aut operam dantibus mercaturæ, & ſimilibus, qui malè in eorum munere ſe gerunt. ¶ Milites non militantes, ſed parati ad militiam an gaudeant priuilegijs militum. ¶ De lege Titia, & Cincia prohibente munera aduocatis. ¶ Et quomodo intelligantur verſus illi Auſonij de ea loquentes contra Iuriſconſultum ignarum. ¶ Et de varijs nominibus quibus appellabantur tam Doctores imperiti quàm malè ſe gerentes.
¶ Indoctus an poſsit eſſe Iudex. ¶ Ciues ex priuilegio an ſint propriè Ciues. ¶ Impedientes ſtudia à quibus poſsint expelli. 535.

CAPVT CLXXXVII.

In promiſsione dandi quod ab alijs ſoluetur quæ ſumma debeat attendi, ſi diuerſimode fuerit ſolutum, & quando ſit facienda coacernatio ſummarum diſcordantium, & illius diuiſio media eligenda. ¶ Inſtumentum an præſumatur falſum non reperto originali. ¶ Et quando illius inſpectioni ſit locus productis duobus exemplis contrarijs, ſeu diuerſis. 543.

CAPVT CLXXXVIII.

Scriptura an requiratur in emphyteuſi. ¶ Dominium quomodo probetur quādo agitur tàm ad declarandam deuolutionem, quàm ad ſolutionem canonis, & an recognitio ſufficiat cum alijs adminiculis, & qualia debeant eſſe.
¶ Cenſus potius an ſit præſumendus, quàm emphyteuſis. ¶ Caducitas quando habeat locum in contractu cenſus. ¶ Emphyteuta an priuetur ob pacta non ſeruata. ¶ Et quando poſsit cogi edere inſtrumenta inueſtituræ, & iudicare, quæ ſint bona emphyteotica, & an ſatis ſit confeſsio tacita reſultans ex ſolutione canonis, vel requiratur expreſſa fatendo ſe emphyteutam. 545.

CAPVT CLXXXIX.

Ornamenta, & munera, quæ dantur ſponſæ, & vxori per virum, & conſanguineos cui acquirantur. ¶ Et an valeat conſuetudo illis donandi, & viro concedatur facultas vendendi.
¶ Et quid in donatis filio arrogato, & Oratoribus. ¶ De dono matutinali, ſeu Morgengab, vel Hypobolon, quod dabatur ſponſæ manè poſt concubitum. ¶ Et de muneribus, quæ dabantur ab inuitatis in conuiuio ſponſæ, ſeu puero recenter nato. ¶ Facere nomen quid ſignificet. ¶ Exiſtenti in magiſtratu quando poſsit donari per vxorem, & affines.
¶ Separatio tori an æquiparetur cum diuortio, itaut debeatur augmentum dotis, & an facta illius reintegratione veniat eadem dos, & donatio. 549.

CAPVT CXC.

Iudex Secularis procedens cōtra Clericum quando ipſo facto incurrat pœnam excommunicationis, & Epiſcopus poſsit illum vendicare, & non vendicando puniatur. ¶ Non incedens in habitu; & tonſura quo caſu perdat priuilegium fori, & controuerſia an quis ſit clericus

per

cum quando ipſo facto incurrat pœnam excommunicationis, & Epiſcopus poſsit il lum vendicare, & non vendicando puniatur. ¶ Non incedens in habitu, & tonſura quo caſu perdat priuilegium fori, & controuerſia an quis ſit clericus per quem Iudicem debeat cognoſci, & quid in habitu, & veſtibus illius. ¶ Delegatio cauſæ criminalis clerici an fiat laico. ¶ Clericus an condemnetur in expenſis differēs proponere exceptionem clericatus. 552.

191 Reſignans beneficiū quando poſsit pœnitere, vel cogatur ad renunciandum. ¶ Effectus quis ſit paruæ datæ, ſeu parui conſenſus, & quo caſu faciat actum perfectum. ¶ Intimatio reuocationis voluntatis quando debeat fieri procuratori cōſtituto ad reſignandum, vt principalis poſſit pœnitere, & cui ſit facienda. ¶ Epiſcopo an poſt acceptationem alternatiuæ liceat mutare voluntatem, & ab ea recedere. 553.

192 Depoſitio ſubornati quando probet cōtra ſubornantem, & faciat iuditium ad torturam. ¶ Teſtes reprobantes inſtrumentum an debeant eſſe omni exceptione maiores, & quo caſu hæc qualitas ſit probanda tàm in teſtibus inſtrumentarijs, quàm in alijs non deſcriptis in inſtrumento. 556.

193 Poſsidens rē melioratam an habeat retentionem melioramentorū, abſq; eo quod probet ſe melioraſſe. ¶ Vſufructuarius quando repetat modicas expenſas factas in vſufructu. ¶ Poſſeſſor bonæ fidei quo caſu compenſet fructus cum melioramentis. ¶ Denunciatio de non meliorando quando operetur malam fidem, & excludat ſumptus factos repeti, & an requirat ſpeciale mandatum. ¶ Reſtituta re non deductis melioramentis an competat actio ad illorum recuperationem. ¶ Condictio incerti quando detur ad retradendum rem traditam ad effectum retinendi pro expenſis. ¶ Et quid in vendente rem ſeruituti obnoxiam, & poſtea tradente illam tanquam liberam. ¶ Et hærede, qui ſoluit legatum aut reſtituit hæreditatem non deducta falcidia. ¶ Emens ſcienter rem ſubiectam fideicommiſſo quando perdat melioramenta. 558.

194 Ex pluribus tutoribus an ſufficiat vnum citari, & actor illum eligat, & quando detur reſtitutio ignoranti, quod non adeſſent alij tutores. ¶ Ignorantia in facto alieno quo caſu excuſet. ¶ Citatio poſſeſſoris quando ſit facienda per eū, qui petit ſe immitti in poſſeſsionem. ¶ Emens cenſum pro nominando an debeat intimare nominationem, & valeat extinctio cenſus, ſi ſoluatur ementi. ¶ Tutela quando per vnum ſit adminiſtranda, & an diuiſio illius operetur, vt vnus tutor poſsit cōueniri pro altero. ¶ Adminiſtratores plures, ſeu actores, & procuratores conſtituti à iuroſibus quando cenſeantur conſtituti inſolidum. 562.

195 Conductor molendini aquarum impetu deſtructi quando poſsit petere remiſsionē penſionis. ¶ Et an ei obſtet quod damnum potuerit præuideri. ¶ Renunciatio omni legum auxilio, & omnibus caſibus fortuitis an comprehendat non præuiſos. ¶ Augmentum penſionis an fiat locanti propter vbertatē inſolitam quemadmodum fit remiſsio conductori propter ſterilitatem inopinatam. ¶ Emphytheuta quando liberetur à refectione, & canone ob interitum rei, & caſus ſimiles 566.

196 Syndici, & Magiſtratus perpetui, & temporales an habeant adminiſtrationem cum libera, & poſsint obligare Ciuitatem, ſingulosq; inſolidum, & executiuè ex mutuo per eos recepto, & in ſimilibus contractibus. ¶ Debitum communitatis contractum per anteceſſores quando grauet ſucceſſores, & forenſes. ¶ Per clauſulam cum libera an quis poſsit tranſigere, & alia facere, quæ poſſet ipſemet principalis. ¶ Et quid ſi eſt poſita in mandato procuratoris ad lites. 569.

197 Statutum quod maritus lucretur totam dotē decedente vxore liberis exſtantibus, quam debeat conſeruare filijs communis matrimonij, an deroget l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. ¶ Et an diſpoſitio dicti ſtatuti ſit odioſa vel fauorabilis exemplo alterius excludentis fœminas à ſucceſſione propter maſculos. ¶ Legitima an poſsit in totum tolli per ſtatutum. 571.

198 Legitima, & eius ſupplementum an debeatur contra voluntatem teſtatoris. ¶ Et quo ad hæredem an ſit debitum neceſſariū itaut ſit cenſendū relictum animo compēſandi, quod p illū relinquitur ei, cui teſtator legauit. ¶ Pactum ingrediendi propria auctoritate an tribuat aliquā poſſeſsionē, & exe-

c

& executionem antequam ſit liquidatum, & an talis ingreſſus detur pro legitima, & eius ſupplemento. ¶ Et quando pro eis competat retentio, & hypotheca. 573.

199 Remiſſoria in quibus caſibus ſit concedenda. & quid ſi tendat ad impugnandā rem iudicatam ex diuerſa cauſa, & quando dicatur talis. Et an ab illius denegatione, & confeſsione poſsit appellari. ¶ Sententia, Teſtamentum, & alia vltima voluntas, & ſimiles actus an valeant de nocte ſine tribus luminaribus. ¶ In Codicillis an requiratur conſpectus teſtatoris prout in teſtamentis. 575.

200 Amicitia qualis debeat eſſe, vt repellat teſtem. ¶ Et an illius appellatione intelligendum ſit de magna ſeu parua. ¶ Et an idem operetur quod coniunctio ſanguinis. ¶ Sine virtute an poſsit dari aliqua amicitia, & qualiter interpretari debeamus dictum illud, Senſum diligendi, & beneuolentiæ à natura gigni, itaut non ſit quærenda alia ſignificatio, probitatis, & virtutis. 577.

FINIS.



Digitized by Google

STEPHANI GRATIANI
ROMANI V. I. D.
Diſceptationum forenſium Iudiciorum.

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Leges quali diſceptatione indigeant.*
2 *Libri diſputationum, ſeu quaſtionum fori à quibus ſcripti, & quid contineant.*
3 *Rerum humanarum magna varietas, & inconſtantia.*
4 *Nulla certior regula iudicandi, quàm ſimilia proſpicere.*
5 *Similitudo in ratione comprehẽditur in caſu expreſſo quamuis diuerſitas ſit in facto.*
6 *Rerum iudicatarum obſeruantia à pluribus poteſt fieri non ab vno.*
7 *Interpretationes vtiles colliguntur ex reſponſis iuriſconſultorum.*
8 *Varia inſcriptiones quibus vſi ſunt tam veteres, quàm recentiores Iuriſconſulti in eorum lucubrationibus edendis.*
9 *Omnia noua placent.*
10 *Diſceptatio idem eſt quod cognitio veritatis & iudicium, ac finis contentionis. n. 45.*
11 *Iudicium animi appellatur dilucidatio iuſti atque iniuſti.*
12 *Diiudicatio ſignificat diſceptationem, & diiudico, idem eſt quod diſcepto.*
13 *Diſceptatio ſumitur pro arbitratu, & cognitione. & diſceptator pro arbitro. & eo qui litem dirimit.*
14 *Dialectica eſt diſceptatrix, & Iudex veri, ac falſi.*
15 *Diſceptare controuerſias pro componere.*
16 *Diſceptatio libera, & legitima, ac iudicialis, quæ dicatur. num. 18.*
17 *Legitimus dicitur qui legibus paret.*
19 *Ius & æquum eſt medium pluris, & paucioris, & Iudex dicitur mediator.*
20 *Iuſtum quærentes medium quærunt, & ad iudicem ire eſt ad ius accedere.*
21 *Iudex qualis debeat eſſe, & quid ei incumbat. & quo caſu dicatur iniquus. num. 24.*
22 *Aequale quando dicatur.*
23 *Iudex à Graeis vocatur* Diebaſtes.
25 *Iniquitas idem eſt quod inæqualitas. & num. 27.*
26 *Mammona iniquitatis quid ſignificet*
28 *Diſceptatores domeſtici, ſeu Iudices Diatitæ qui dicantur, & de eorum ætate, & ad quos ab eis appelletur.*
29 Arbitri *honorarij qui ſint, & de pœna honoraria, tutore, ſucceſſionibus, & ſimilibus. n. 34.*
30 D*iſceptatio honoraria, & domeſtica, quæ dicatur.*
31 *Arbitri, qui ſortito arbitrandi poteſtatem habebant, qui ſint.*
32 *Iudex diſceptationis, & quæſtionis qualis ſit.*
33 *Iudices delegati vocabantur Reciperatores, ſeu Recuperatores.*
35 *Arbitri appellabantur Diatita.*
36 *Diæta ſignificat Iudicium, & cœnaculum.*
37 *Diætarij qui dicantur, & fures Diætarij qui ſint.*
38 *Mos Diſceptatorum, & arbitrorum copiam ſui faciẽdi, vt querelantibus reſpõderẽt*

39 Ver-

39 Verborum ſignificatio non debet per Iuriſconſultos ignorari.
40 Diſceptare accipitur pro diſputare,& è contra diſputatio pro diſceptatione.
41 Diſputare dicitur,vbi iure , & legibus diſceptatur,& ſumitur pro agitare rem , itaut verum cognoſcatur . n.49.
42 Diſceptator ſignificat Aduocatum .
43 Diſceptans dicitur qui litigat .
44 Diſceptare ſumitur pro pendere.
46 Quæſtio idem eſt quod Diſceptatio,& dubitatio, ac finis iudicij, ſeu quæſtionis.
47 Conſtituere Diſceptationem vulgò dicitur accordare ſcripturas.
48 Diſceptare ſignificat commentari , & tractare .
50 Diſputare rationem quid ſit .
51 Iudicium quam ſignificationem habeat .
52 Diſquiro idem quod diſcepto , & diſquiſitio pro inquiſitione , & diſceptatione .
53 Diſpunctio dicitur diligens examinatio, & diſceptatio, prout etiam expunctio .
54 Expungere rationes eſt vltimam manum calculo imponere.
55 Arbitrium ſumitur pro opinione , & officio decidendi , & etiam pro ſententia , ac fine controuerſiæ .
56 Conſtitutio iudicij , & diſceptationis quid ſit. & n.57.
58 Cauſa accipitur pro euentu,& deciſione , & pro lite, ac diſceptatione.
60 Facta, ſeu fata cauſarum , & diſceptationũ quæ dicantur.& n.61.
62 Fatales dies qui ſint.
63 Iudicium forenſe, ideſt ad forum pertinens . & n.64.
65 Homo forenſis pro Aduocato.
66 Forum competens,ideſt legitimum,& tribunal competens. n. 67.
68 Forenſis,& Domeſticus contraria .
69 Vitam ſilentio tranſigere non debemus.
70 Triſte eſt decedere ſine herede tam rerum , quàm bonorum intellectus.
71 Otium emollit vires,ſicut rubigo ferrum,& nihil agẽdo homines malè agere diſcũt .
72 Alexandri Macedonis , & Catonis dictum contra nihil gerentes .
73 Poena aduerſus ignauos, & deſides ex legibus Athenienſium .
74 Draco pœnam capitis otioſis impoſuit , & quare eius leges ſanguine, nõ atramento condita dicerentur.
75 Lex apud Aegyptios , qua ſinguli tenebantur oſtendere qua arte viuerent.
76 Otioſi iuuenes è Ciuitate expellendi tanquã patriæ magis oneri , quàm honori.
77 Otij magis quàm negotij eſt ratio exigẽda .
78 Adoleſcentes ſi nihil ſingulis quibuſcunque diebus egiſſẽt ex cœnaculo expellebãtur
79 Induſtrius & diligens præferendus eſt pigro & inutili .
80 Inertes ſunt reuocandi ad laborem .
81 Otium & voluptas ſunt arma Dæmonis ad animas captandas.
82 Deſidia omnia lædit,& corrumpit.
83 Dea induſtriæ quæ erant antiquitus .
84 Vitia otij negotio diſcutiuntur.
85 Feriati à labore abiectiſſimi cenſebantur.
86 Initia Diei ciuilis quare à Noctis medio ducerentur .
87 Labore prudentior ſe ipſo quis efficitur.
88 Veſpaſiani , & Hadriani dictum quomodo Imperator mori debeat .
89 Breuitas & longitudo quanto vitanda .
90 Multa & magna breuiter ſunt dicenda.
91 Inueniendis inuenta non obſtant .
92 Ampliora facienda ſunt quæ accepimus.
93 Humana induſtria ſemper noua excogitat.
94 Obtrectatorum natura, & eorum nulla ratio habenda. n.95. & 96.
97 Gratiæ referẽda ſunt etiam ſcriptoribus qui veritatem nõ omnino attigerunt.n.98.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

LEgibus latis naturaliter
euenire ſolet, vt ſit neceſ-
ſaria diſputatio, & diſce-
ptatio fori, † cũ illę indi-
1 geant interpretatione, nõ
qualicunq. tamẽ, aut quo-
rũcunq; aut. vbicunq; pro-
dita, ſed ea, quæ eſt ſæpius examinata in
Auditorio Principũ; aut Magiſtratuum, &
coniuncta auctoritati prudentium longo
tempore, & multis, magniſq; meritis quæ-
ſita *l. 2. §. his legibus ff. de orig. iur. l. nã im-*
2 *perator. 7. de legib.* Huiuſmodi † ſanè plures
collectæ ſunt à Vulpiano, Venuleio, & Tri-
phonino in his libris, quos Diſputationum
ſeu Quæſtionum fori inſcripſerunt, in qui-
bus plenius in iudicijs reddita reſponſa
continentur, quę auctoritates Prudentium
dicuntur *l. in tabulis 34. de ſtat. liber.*
l. verbis. 120. de verb. ſignific. l. ius au-
tem ciuile. 7. de iuſt. & iur. & latius ex-
plicat *Cuiac. de origin. iur. verſic. cepit.*
col. 6. in fin.

Et licèt res humanæ non certa quadam, & im-
3 mutabili ſerie voluantur, † itaut ob earum
magnã varietatem, & inconſtantiam veri-
ſimile ſit multa, præter id, quod veriſimile
eſt, euenire, vt *Agatho* dicebat: Nihilo-
minus è ſimilibus ſimilia plerũq; exiſtunt
4 neq. vlla eſt certior regula iudicandi, † quo
maquæq. res euaſura ſit, quàm inſpicere
quem exitum ſimilia in lõginquitate tem-
poris ſæpius, ac frequentius habuerint.
Adeo vt ſimilitudo operetur idem iuris eſ-
5 ſe in caſu ſimili, †. & expreſſo, & ſufficiat,
quod idem ſit in ratione, licèt in facto
adſit diuerſitas, vt comprehendatur ſub
expreſſo caſu *Abb. in c. quoniam frequenter*
vt lit. non conteſt. & in c. fin. 9. in alijs. nu.
57. eod. tit.

Cum autem natura deneget, vt idẽ homo mul-
ta ſecula, & integra mente, ac integris
6 sẽſibus viuat, † & omniũ ſentẽtias audiat
& ad omnes cõſultationes Principum fre-
quẽter adhibeatur, Id præſtant plures, qui
diligenter obſeruando rationes, pondera,
& momenta, quibus quiſque nixus eſt, &
rerum perpetuò iudicatarum auctoritates
adnotando, faciunt, vt omnibus ætati-
bus vixiſſe videamur, omnibus publicis cõ
ſilijs interfuiſſe, & omnia quæcunq. conti-
gerunt præſentes ſpectaſſe, & obſeruaſſe.
Itaut in eis incredibilem quãdam vim cõ-
ſilij vigere, & eorum ſententiam de rebus
gerendis in oraculi propemodum loco, &
numero haberi fatendum ſit, vt docet *Mu-*
ret. in orat. ad Tacit. col. 4.

Ad huiuſmodi nodos iuris expediendos pleri-
que tam veteres, quàm recentiores Iuriſ-
7 conſulti multa publicè expoſuerunt, † &
euulgãda curarunt, ex quibus vtilia reſpõ-
ſa, & ſolertes, ac ſalutares interpretatio-
nes colliguntur, Itaut eorum ingenijs
non modica gratia habenda ſit, cũ illorũ
præſidio, & præclaris artibus iter huma-
narũ actionũ infinitis difficultatibus ob-
ſtructum, & impeditum liberum reddatur,
& Ciuitates, & Imperia rectè gubernẽtur.
Et omiſſis diuerſis tractatibus, & lecturis
in quibus multa, quæ in controuerſiam
quotidie veniunt plenius definiuntur, Iidẽ
Iuriſconſulti, vt caſus eis occurrẽtes, & eo-
rum lucubrationes breuius explicarẽt, va-
riis inſcriptionibus vſi ſunt *Tertullianus*
8 enim † & *Iacobus Butrigarius* ediderunt
Quæſtiones, quem ſequuti ſunt *Abbas Ro-*
landinus, Queſada, Nitar. & alij. Lapus
autem *Soarez, Anna, & Gutierez* Alle-
gationes. *Patrus de Onzola, Cuiacius, &*
Aluarus Valaſcus Conſultationes. Sextus

Pompeius, *Ioannes Oldernonpius*, & *Gulielmus Francus* Varias lectiones. *Offredus* Quæſtiones Iuris Canonici. *M. Mantua* Obſeruationes Legales. *Aleiatus* Paradoxa. *Ioannes Robertus* Sententias Iuris. *Theodorus Petrus* Concluſiones controuerſas. *Hartmannus Piſtoris* Quæſtiones Iuris Romani. *Antonius Auguſtinus* Emendationes. *Gonzallus Mendez Vaſconcellus* Varia Iuris Argumenta. *Bernardus Vurmſerus*, & *Hartmannus de Armannis* Practicas obſeruationes. *Nicolaus Piccolomineus* Quæſtiones vtriuſque Iuris. *Coſta*, & *Franciſcus Sarmientus* Selectas interpretationes. *Antonius Contius*, & *Ludouicus Vitalis* Varias Quæſtiones. *Bonaguida* Declarationes variarum cauſarum. *Triphonianus*, *Pileus*, *ſeu Bagarottus*, *Bartolus*, *Maranta*, *Roffredus*, *Florianus*, & *Hieronymus Zanchus* Diſputationes. *Berous*, & *Ancharanus Regienſis* Familiares Quæſtiones. *Mendozza* Diſputationes Iuris Ciuilis. *Iacobus Thomingus* Quæſtiones Illuſtres. *Petrus Maurocenus*, & *Rolandinus* Varias determinationes. *Gabriel Quæſada* Quæſtiones Fiſcales. *Philippus Curtioſius* Sententias ad Ius Ciuile pertinentes. *Iacobus Cancer*, *Rebuffus*, *Couaruuias*, *Gomeſius*, & *Ioſeph. Gonzalez.* Varias reſolutiones. *Peguera* Quæſtiones criminales. *Vaconius à Vacuuia* Declarationes Iuris Ciuilis. *Ferdinandus Vaſquius* Controuerſias Illuſtres. *Ioannes Robertus*, *Germanius*, *Petra Perenon*, & *Lopez* Animaduerſiones. *Brunus à Sole* Quæſtiones legales. *Couarruuias*, & *Guterius* Practicas Quæſtiones. *Franciſcus de Claperys* Centuriam cauſarum Fiſcalium. *Facchineius* Controuerſias. *Guterius* Quæſtiones Canonicas. *Petrus Caballus* Reſolutiones Criminales. *Flores Diaz* Recentiores practicas Quæſtiones Iuris Ciuilis, & Canonici. *Duarenus*, & *Aleiatus* Diſpunctiones. *Ferrantes Garciareius* Patrocinia. *Gramaticus* Vota. *Cotta* Memorabilia. *Bellonus* Supputationes. *Hieronymus de Monte*, & *Guilbertus* varias Iuris Quæſtiones. *Cuiacius*, *Andreas Gail*, & *Miſingerius* Obſeruationes. *Burgenſis* Quæſtiones Ciuiles. *Cæſar Coſta* Ambiguitates Iuris *Molignatus* Quiſquilias. *Papponius* Arreſta. *Granatius* Theoremata. *Aluarus Valaſcus*, & *Anna Robertus* Res Iudicatas *Vdalricus Zaſius* Reſponſa ſingularia. *Caballinus* Milleloquia Iuris. *Petrus Gregorius* Syntagmata. *Zaſius* Intellectus ſingulares. *Radulphus Fornerius*, & *Parladorus* Res quotidianas. *Iacobus Riccardus* Miſcellanea. *Mattheus Pachum* Singulares Interpretationes. *Briſſonius*, & *Gulielmus Fornerius* Librum ſelectorum. *Rogerius* Interpretationes Iuris. *Vincentius Carbotius*, & *Petrus Belloi* Varia Iuris. *Boetius Epo* Quæſtiones Iuris Pontificij. *Petrus Burgos* Librum Electorum. Prout etiam multi alij Electorum Cõmentaria, de quibus *Budeus in Commentar. lig. Græc. fol. 179.* Quamplures Conſilia, Reſponſa, Concluſiones, Notabilia, Lucubrationes, Singularia, & Deciſiones. Alij propria capita ſuis operibus inſeruerunt, prout vnicuiq; in mentem venit magis expedire, Quæ conſulto omitto, cum nimis longum eſſet omnia recenſere.

Horum exemplo, cum ego quoq; licèt, Iuriſconſultorum minimus, multa ad praxim pertinentia collegiſſẽ, viſum eſt potius caſus in huiuſmodi opere diſcriptos ſub nomine Diſceptationum prodire: Tum vt aliquis nouus titulus, & ab alijs non editus pona-
9 tur, † cum omnia noua placeant *Gloſ. in probem. ff. de veter. §. in ſecũdo autem anno. in verb. noua*, & *in auth. de conſulib. §. quantacunque in fin. in verb. miraculum.* Tum quia nullo alio nomine magis proprio, & à Iuriſconſultis vſitato poterat huiuſmodi inſcriptio procedere, quã ſub hoc vocabulo Diſceptationum. Etenim cum hic fuerint deciſæ variæ quæſtiones, ad ius Ciuile, & Canonicum pertinentes in diuerſis cauſis, in quibus iudicium meum interpoſui, & tanquam Arbiter, & Conſultor
10 & tanquam Iudex, † hæc propriè dicitur Diſceptatio, ideſt cognitio veritatis, prout explicat *Cicer. pro Flacco.* Et hoc Iudicium animi appellatur Dijudicatio iuſti atque
11 iniuſti † ſecundum *Ariſtot.* de quo per *Menoch. conſ. 202. n. 12. lib. 3.* Et Diiudi-
12 catio accipitur † pro Diſceptatione *Cicer. de legib.* Et dijudico pro Diſcepto, & diligenter iudico *Teren. in Heaut.* Ego di-
„ cam quod mihi venit in mentem, tu diiudica.

Quare in *l. cum hi quibus. 8. §. ſi cui in fin. de*
13 *tranſact.* Diſceptatio pro arbitratu, † & cognitione ſumitur, prout ibi declarat *Budeus.* Vnde etiam Diſceptator dicitur Arbiter *l. 3. §. tam & ſi verſ. quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt. ff.*
„ *de arbitr.* Et voluit *Cicer. ad Sulpit. lib. 13.*
„ Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquã cõ-
„ trouerſiam vocarentur re Arbitro, & quod
„ commodo tuo fieri poſſet te Diſceptatore
„ vterentur *Idem part. 7. & de legib. 3. & pro Cæcin.* vbi Diſceptator, qui litem dirimit,
14 & Arbiter *idem 4. Academ.* † Dialecticam
„ innẽtam eſſet dicitis veri, & falſisquaſi Di-
„ ſceptaricem, & Iudicem. Et Diſceptare cauſam pro arbitrari dicit etiam Iuriſconſultus in *l. ſed & ſi compromiſſum. de*
15 *arbitr.* † Et Diſceptare controuerſias pro componere, & diiudicare, & illas Diſce-

pta-

„ ptationibus ſolnere *Cicer.4.Tuſcul.& pro*
„ *Milon.* Et iſte inquit præpoſitus eſt quæ
„ ſtioni, qui hæc iuſtè, ſapienterq; diſceptet
Idem Cicer. in partition. ad filium Nam
aut auſcultator eſt, qui audit, aut Diſce-
ptator.

Hinc dicimus liberam Diſceptationem, ideſt
facultatem iudicandi ſecundum conſcien-
16 tiam, & legitimam Diſceptationem, † ideſt
legitimũ iudicium aſcriptum iuri ſcripto,
& moribus recepto *Budeus in pandect. in l.vlt.ff.de ſenator. & Cicer. in topic. & in*
17 *partition.* † Legitimum enim appellamus
eum, qui legibus paret; Nam cũ omnis le-
gitimus iuſtus ſit, ſequitur, vt & omnia le-
gitima quodammodo iuſta ſint, quando
tamen à ferendarum legum ſcientia defi-
nita ſunt, vt declarat *Ariſtot. & ibi Muret. 5.æthic fol.368.verſ.quando autem qui*
18 *contra legem facit.* † Et diſceptatio iudi-
cialis, & legitima nil aliud eſt quam com-
paratio quædam rerum, & cauſarum *Galleſ. de exercitat. iur. perit. lib.1. in fin. nu. 18 tom.1.tract.f.171.* Et declarat *Ariſt. lib.5*
19 *æthicor.c.4.* † vbi concludit Ius, & æquum
pluris, & paucioris eſſe medium pro por-
tione arithmetica, & Iudicem medium, ſeu
medianum, aut mediatorem, ad quem
confugiunt homines cum altercantur, vt
ille tanquam Diſceptator redigat eorum
altercationes ad æqualitatẽ. *Et polit. lib. 3. c.vlt.* vbi iuſtum quærentes medium quæ-
20 runt, † Ideo dicimus ad Iudicem ire, ideſt
ad ius ipſum accedere. Nam Iudex ſi hoc
nomen ſuſtinere, ac tueri vult eſt quaſi ius
animatum, hoc eſt ſanctus, inadulabilis,
21 inexorabilis, † erectus, terrificus *Cel. Rhodig. lect. antiq. lib.23.c.14.* Et quemad-
modum Ius eſt medium quiddam, Ita &
Iudex, qui exæquat, & tanquàm linea di-
uiſa in partes inęquales, quo maior pars
ęqualẽ ſuperat, id aufert, & addit ad mi-
norem partem, Cum autem totum biſa-
riam diuiſum eſt, tunc aiunt ſe ius habe-
22 re, cum æquas partes accipiunt. † Ae-
quale autem eſt minoris, & maioris ad
analogiam arithmeticam, atq; ob id ius
dicitur à Græcis dicęon, quoniam eſt di-
cha, ideſt duas in partes æquales diuiſum;
23 vt ſi quis dicat dichaon, † & ab ijſdem Iu-
dex vocatur dichaſtes, prout latius expli-
cat *Ariſt. 5. æthic. c.4. Cel. Rhodigin. lect. antiq. c.16. lib.23.* Ideo dicitur iniquus Iu-
24 dex, ideſt inæqualis, Hoc enim nomen, † tã
quàm commune complectitur plus, & mi-
nus; Nam ſiue plus, ſiue minus aliquis
ſumat, aut depoſcat ab ęqualitate diſcedit
Muret. ad Ariſt. lib.5. æthic. verſic. eſt au-
25 *tem iniquus. f.367.* † Et iniquitas idem
eſt, quod inæqualitas, vt docet *Gloſ. in c. ſi non ſunt facienda. in verb. iniquitatis. 32. q.4.* Vbi quod benè vtendum eſt mammo-
na iniquitatis, ideſt diuitiis inæqualiter di
26 ſtribuitis, † cum æquum ſit ſibi neceſſaria
retinere, & ſuperflua pauperibus erogare
hæc eſt enim iniquitas, ſi contra fiat, Prout
etiam dicimus locum, & aſcenſum iniquũ
ideſt non æqualem *Liu. lib.2. ab verb. cond. & lib.8. bell. punic.* Et pugnam iniquam
27 pro non ęqua, & impare † *Virg. 11. ænead.*
Et loci iniquitas ideſt inæqualitas *Cæſar. 1. bell. ciuil.* Et iniquus pro magno, & au-
guſto, non æquali *Virg. 1.4. & 5. Georg.*

Quibus adde Dietitas Iudices quoſdã fuiſſe ſeu
28 domeſticos diſceptatores; † ad quos ho-
mines litigaturi ex compacto deferebant
diſceptationẽ ſuarum controuerſiarũ no-
lentes ambigere apud Iudices ordinarios
Oportebat autem huiuſmodi arbitros eſſe
ſexagenarios, aut paulo minus, à quibus
ij qui Iudices dicuntur appellabantur, ſi
ſententia videbatur iniqua. A quo com-
promiſſo, vel arbitrio licebat recedere re
integra *Bud. in comment. ling. græc. f.150. in fin.* Vbi etiam, quod iſti erant Arbi-
29 tri, † quos latini Honorarios vocabant *Ci-*
„ *cer. 5. tuſcul.* Quorum controuerſiam ſo-
„ lebat tanquam Honorarius arbiter Car-
„ neades iudicare. *Et in lib. de fato.* Ac mi-
„ hi quidem videtur cum duæ ſẽtẽtiæ fuiſ-
„ ſent Veterum Philoſophorum Chryſippus
„ tanquam arbiter honorarius mediũ fieri
„ voluiſſe, ſed applicat ſe potius ad eos, qui
„ neceſſitate motus animos liberatos volũt.

Quemadmodum etiam huiuſmodi arbitriũ ap-
30 pellabant veteres honorariam, † & dome-
ſticam diſceptationem *Cicer. pro Cecin.*
„ Omnia inquit iudicia reperta ſunt, aut cau-
„ ſa diſtrahendarum controuerſiarum, aut
„ puniendorum maleficiorum. Quorum al-
„ terum leuius eſt, propterea quod, & mi-
„ nus lędit, & perſæpe diſceptatore dome-
„ ſtico diiudicatur. Alterum eſt vehemen-
„ tiſſimum, quod, & ad grauiores res perti-
„ net, & non honorariam operam amici,
„ ſed ſeueritatem Iudicis, ac vim requirit,
prout latius explicat *Bude. in commen-*
31 *tar. ling. græc. fol. 151. & 152.* † Vbi
etiam de alio genere arbitrorum, qui non
electione, vt ſupra dictum eſt, ſed ſortito
arbitrandi poteſtatem habebant, & ij erãt
annui Magiſtratus, & ibi etiam de Præto-
re, qui Romæ Iudicibus præerat, & Iudex
32 quæſtionis, † ſeu diſceptationis dicebatur
& quæſitor, de quo etiam *Idem Bude. in pandect. Cuiac. lib. 21. obſeruat. c.30.* cum
alijs per *Marcell. Donat. ad Tacit. lib. 1. in illis verbis patiens tulit abſolui reum criminis maieſtatis de pecunijs repetundis itum ad Reciperatores fol. 96. & ad Sueton. Tranquil. in Auguſt. cap. 32. f. 239.*
33 Vbi multa de Iudicibus Delegatis, † qui
à Romanis Antiquis appellabantur Recu-
peratores, ſeu Reciperatores, & de Iudi-
cio

cio recuperatorio , & honorario arbitro,
honoraria pæna , honorarijs Iudicijs . &
34 actionibus , ſucceſſoribus , † & poſſeſſori-
bus ; & honorarijs tutoribus, & curatori-
bus, & ſimilibus , de quibus etiam Rebuff.
*in l.ſoluendo.114. verſ. ſexta.ff. de verb. ſi-
gnific. f.628. & in l. pecuniæ.178. in fin.ff.
eod.tit.f.818.*

Vocabantur autem præfati arbitri , ſeu dome-
35 ſtici diſceptatores, †Diætitæ à verbo græ-
co diætin , quod eſt arbitri officio fungor,
cū Diæta apud Græcos ſumatur pro loco
quo arbitri ad iudicandum conueniunt à
36 diæteo iudico, vt arbiter , † Vnde Diæ-
ta criminum , ideſt iudicium criminum,
& de Diætetis ideſt arbitris plura *Pollux.
lib.8.* quem refert *Cel. Rhodig. lect. antiq.
lib. 12. capitulo 18.* Vbi etiam , quod iſti
differebant ab illis, qui vocabantur Dica-
ſtæ, hoc eſt Iudices, & illorum echinus erat
nunc æneus , nunc ex opere figlino , in
quem teſtium dicta conijciebantur. Quid-
quid aliàs Diæta diceretur cænaculum, in
quo æſtate ad vmbram , hieme ad ſolem
37 cænatur *Plin. in Epiſt.* † Vnde Diætarij mi
niſtri Diætę *l. quæſitum. 12. §. hoſtiarij
autem.ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. le-
gat.* & Diætarii fures, qui in aliena cænacu
la furandi animo ſe dirigunt , & plus pu-
niuntur, quam fures, de quibus *in l.ſatula
rij.7.in princ.ff.de extraordin.crimin.*

Iſti autem diſceptatores , & Arbitri ideſt Diæ-
titæ Iudices erant per ſingulas tribus lecti
38 numero quatuor, & qua raginta.† Moris
autem erat in locum certum Arbitros cō
uenire, copiamq; ſui facere, & præbere cui-
uis queribundo , vt ſi ipſi ſordidè, vel am-
bitioſe , vel offenſo animo arbitrio vſi eſ-
ſent in promptu reſponderent ei , qui ſe
ab illis damno effectum eſſe cōquereretur
prout ex *Demoſthenis interprete* docet
Bude. in comment. ling. græc. f.150. ad med.
Vbi etiam quod Diætan verbum non ſolū
arbitrari, ſed etiam conciliare, & compo-
nere diſcordiam ſignificat.

Et quoniam Verborum ſignificatio non debet
39 per iuriſconſultos ignorari † *l. verbum.
123. in princ. ff. de verb. ſignific.* Scien-
dum eſt etiam, quod aliquādo Diſceptare
40 accipitur pro contendere , † & diſputare,
ſicut è contra diſputare eſt agere, diſſerere
& diſceptare *l. 1. de inoffic. teſtam. l.2.§.
deinde. de orig. iur.* Et diſputatio ponitur
pro diſceptatione Rebuff. *in l. rei appella-
tio.5.col.9.in fi. verſic. diſputare. de verb.
ſignificat. per tex. in l.eum dici.§. plenum.
41 de arbitr.* † Et vbi iure, & legibus diſcep-
tatur dicitur diſputatio Rebuff. *ibid. per
l. 1. §. accuſatio. ad trebell. l. 1. §. quæſi-
tum.ff. quor. legat.* Ex quo diſceptator po-
42 nitur pro Cauſidico, † & Aduocato *Alber.
in verb. diſceptator. per tex. in l. quidam.
§. idem pomponius de arbitr.* Et deciſio
imperialis dicitur , quæ dirimit diſſenſio-
nes, & diſceptationes *Gloſ. in l. vnic. C. de
emendat. codic. iuſtin.* Rebuff. *in l. 3. col.
43 vlt. ff. de verb. ſignif.* † Et Diſceptans
idem eſt, quod litigans *l. vbi. 22. §. vlti-
mum. C. ad leg. iul. de falſ.* Et de Præſide
Prouinciæ, qui memor iuris publici in diri
mēda diſceptatione legum placita cuſto-
dire debet *l. ſi is contra quem 5. in fin.
C. de ædific. priuat.* Vnde dicitur , quod
poſt iudicium poſſeſſoriū ea, quæ ſuperſūt
ad diſceptationem litigij ſuper proprieta-
te immutilata permaneant *l. 1. ad fin. C.
44 ſi per vim vel alio mod.* † Licèt etiam ver-
bi diſceptare quādoq; ſit alius vſus, vide-
licet pro pendere *Cicer. famil. 10. ad
Planc. Imper.* Quamquam in vno prælio
„omnis fortuna Reipublicæ diſceptat, quod
„quidem cum hæc legerem, iam decretum
„arbitrabar fore, Tamen ipſa fama, quæ de
„tua voluntate percrebuit magnam es lau-
„dē conſecutus, ideſt quamquā omnis Rei-
publicæ fama de tui prælij exitu pendeat.

Magis tamen proprie Diſceptatio hic ponitur
45 pro iudicio, & fine contentionis, † ſeu di-
ſputationis ex ſupra allegatis, Sicut dici-
mus de quæſtione , quæ idem eſt quod diſ
ceptatio, & dubitatio *l. fin. ff. quod iuſſ.*
Rebuff. *in l. quæret. 135. verſic. quæſtio in
46 terdum. de uerb. ſignific. f. 704.* † Signifi-
cat tamen iudicium , finem , & cognitio-
nem quæſtionis , prout explicat *Prateus.
in uerb. quæſtio.* & voluit *Bude. in pan-
dect. ad l. poſterius. de orig. iur. f. 127.*
Vbi etiam concludit, quod conſtituere di-
47 ſceptationē accipitur pro eo, † quod vul-
go dicimus accordare ſcripturas Rebuff.
*in l. locus. 60. col. 5. ad med. uerſ. conſti-
48 tuere. ff. de uerb. ſignificat.* † Et diſcepta-
tio, ideſt ratiocinatio, explicatio rei , quæ
tractatur , vt ſcribentis commentarios, &
diſcepto tracto , & commentor *Bude. in
commentar. ling. græc. f.79. in fin. & f.560.*

Prout etiam diſputare eſt agitare rē aliquam ,
49 vt aut verum tandem cognoſcatur † *Cicer.*
„*de amicit.* Catonem induxi ſenem diſpu-
„tantem, quia nulla aptior videbatur perſo-
„na, quæ de illa ætate loqueretur *Lactant.*
„*lib. 7.* Immortales eſſe animas Pherecy-
50 des , & Plato diſputauerunt . † Et diſpu-
„tare rationem dixit *Plaut. in aulul.* Vbi
„diſputata eſt ratio cum Argentario etiam
„plus ipſius debet .

Sic quoq. iudicium ſignificat contentionem le-
gitimam , litem, quæſtionem , & diſcepta-
51 tionem. † Licèt etiam aliquando denotet
cognitionem, notionem, & exiſtimationem
ſuæ opinionis *Cicer. pro Cecin.* Omnia
„iudicia aut diſtrahendarum controuerſia-
„rum, aut puniendorum maleficiorum cau-
„ſa reperta ſunt

Hinc

Digitized by Google

Hinc etiam diſquiro eſt per omnes partes quæro,
52 itaut inquirendo nihi lateat,† àquo diſ-
quiſitio , quæ eſt inquiſitio voluntatis , &
indicij diuerſorum, & idem quod Diſcep-
,, tatio *Sueton. in Cæſar.* Primo Præturæ die
,, Q. Catulum de refectione Capitolij ad
,, diſquiſitionem Populi vocauit . Et perti-
,, net etiam ad forum , Vnde *Liuius* . Et
,, non quid ego fecerim in diſpoſitionem
,, venit,ſed quid iſti paci debuerint in di-
,, ſceptationem *Cicer. de Aruſp. Reipub.*
,, Quanquam ad facinoris diſquiſitionem
,, intereſt eſſe quamplurimos.
Idem eſt de Diſpunctione , quæ dicitur diligens
53 & exacta examinatio, † atque diſceptatio
l. ſi ſtatulibera ſerua.ad fin.de ſtatuliber.
Rebuff.in l.cognoſcere.56.§.diſpungere. in
princ.ff.de verb.ſignific. Vbi etiam quod
diſpungere , & expungere pro eodē capi-
tur *l. in omnibus. §. fin.de diuerſ.& tēpor.*
54 *præſcription.* † Vnde expungere rationes
eſt vltimam manum calculo, & diſpunctio-
ni imponere *l.penult. & ibi Gloſ. in verb.*
expuncta.de adminiſtr.rer.ad ciuit.perti-
nen.l.ex cauſa.de re milit. cum cōcordā-
tibus ibi allegatis *per Gloſ. in verb. ex-*
pungitur .
Quare etiam arbitrium licèt ſignificet opinio-
55 nem *l. 1.de ſolution.* † Et officium deciden-
di controuerſias *toto tit. de recept. arbitr.*
Tamen ſumitur pro ſententia tā Iudicis ,
quàm Arbitri , & pro fine controuerſiæ
l.idem pomponius. verſ. is qui conuenit. &
§ recepiſſe.de arbitr.l.eli exceptione. §. ali-
quando .ff. quod met. cauſ.Rebuff.in l.illa
verba arbitratu .68. col.3. ante med.ff. de
verb. ſignificat. Et quidquid propriè lo-
quendo differat Arbitriū à Iudicio, Tamē
Antiqui aliquando arbitrio, aliquādo iu-
dicio experiri ſoliti ſunt eiuſdē rei nomi-
ne , prout multis exemplis latè explicat
Bude,in comment.ling.græc.f. 153.
Vlterius Conſtitutio iudicij, & diſceptationis eſt
controuerſia quædam iudicium præcedēs
56 ſecundum *Bude.in l.quamuis.1. de furt.* †
Licet verius non ſit controuerſia, ſed finis
cōtrouerſiæ præcedētis iudicium, vt quā-
do pars opponit ſe non teneri procedere
coram aliquo Iudice, & Iudex conſtituit,
an hoc fieri debeat *l. ſi quis ex aliena. de*
iudic. Quod fit vbi reiectis exceptionibus
dilatorijs iudex decernit in cauſa proce-
57 dere,† Ideo conſtitutio iudicij dicitur ſen
tentia Iudicis ſuper exceptionibus decla-
ratorijs reijciēdis pronunciando ſe Iudi-
cem competentem; Et conſtitutus reus di-
citur poſt illam interlocutoriam , prout
latè declarat *Rebuff.in l. locum.60.col.pe-*
nult. verſ. conſtitutio iudicij . de verb. ſi-
gnificat.
Ita quoque Cauſa exponitur pro euentu, & deci-
58 ſione,† *gloſ. in l. cum in verius*, 21. *& ibi*
Alber.ff.de his quæ in fraud.credit. Rebuff.
in l. rei appellatione . col. 4. verſ. decimo
tertio cauſam . de verb. ſignific. Quamuis
aliquando accipiatur pro diſceptatione,
quæſtione,cōtentione,& lite, quam *Cicer.*
in Topic. vocat rem poſitam in controuer-
ſia,& diſceptatione *l.2. & vlt. C. vt intr.*
cert.temp.crimin.quæſt.termin.l.cauſas.C.
de tranſact.l.2.de requirend. reis.l.in om-
nibus. de diuerſ.& tempor. præſcript. cum
ſimilibus , de quibus per *Rebuff. in l. rei*
appellatione. col. 2. ad med. verſ. ſecundo
60 *pro quæſtione.de verb.ſignif.f.*156.† Vnde
dicuntur Facta cauſarum, vt *in l. 1. C. de*
offic.ciuil.iudic. Vbi Honorati ideſt Aduo-
cati non habent facultatem ſedendi cum
Iudice tēpore,quo cauſarū merita,vel fa-
cta pāduntur. quod ſcilicet ſit litis conte-
ſtatione,& aſſertione partium *l.2.C. ſi per*
61 *vim vel alio mod.*† Licèt etiam dicātur Fa-
cta cauſarum,vel Facta Diſceptationis, vt
in *l.41.C.Theodoſ. de appellat.* & tam Fa-
cta , quàm fata legendū eſſe docet *Cuiac.*
lib. 16. obſeruat.c. 9. per tex. in l.3. C.de
legib.l.aduocati.14.C.de aduocat.diuerſ.iu
62 *dicum.* † Sunt enim in cauſis,aut incidunt
Facta quædam,& dies,qui vocantur Fata-
les *l.tempora. C. de tempor.appellat.c.cum*
ſit romana. & c.ex ratione.de appel. Gloſ.
in §.1.in verb .anni.de his qui ingred. ad
appell. Rebuff. in l. quæret. 135. in fin. de
verb. ſignif. Vel quia in cauſis ſeu diſcep-
tationibus adſit Fortunæ iudiciū *l.ſeruus.*
13.ff.de ſtat.homin. Et explicat *Cuiac.d. c.*
9. vbi etiam quod apud *Latinum Pacatū*
,, dicitur, Nolo miſerorum vel factum one-
,, rare , vel fatum .
Hoc fuit conſilium inſcriptionis huius operis
63 ſub nomine Diſceptationum,† quibus ad-
didi Forenſium Iudiciorum,cum ad forum
pertineant, prout vſus eſt *Cic. 1. de Orat.*
Forenſes inquit diſceptationes iudiciorū,
,, aut deliberationum *Et 1. Offic.* Cōtentio
,, tribuatur diſceptationibus iudiciorū, cō-
64 cionum Senatus *Quintil. lib.2. c. 4.* † Et
,, iuris diſceptationē dixit etiam *Cicer. pro*
Milon. Hinc Forenſes cauſæ *Idem de na-*
tur.Deor. Et Forenſis homo, ideſt cauſidi-
65 cus,† & Aduocatus, & qui ſe in foro exer
cet *Quint.lib.5.c.10.* Et forenſis, & publi-
cus vſus *Cic. in paradox.* Et forum cōpe-
tens , ideſt conueniens, & legitimum par-
66 tium ad inuicem contendentium † *ut in*
rubr. de for. compet. in Decretal, Sext. &
Clement.& in rubr.C.de iuriſd. omn. iud.
& for.compet. Quod alias vocatur tribunal
67 competens † per Iuriſconſultum *in l. ſed*
& hæ. §. non ſolum. de procurat.Rebuff. in
l.conditionales creditores. 54.in fin.de uer-
68 *bor.ſignificat.*† Et Forenſis,& Domeſticus
contraria *Cicer.Licin.lib.5.*
Accipe igitur ſtudioſè lector has qualeſcunque
meas

meas lucubrationes, quas in publicũ pro-
dire paſſus ſum incenſus ſolum incredibi-
li quodam animi ardore omnem vitæ meæ
rationem ſic inſtituendi, vt ſi quid eſſet in
me ingenij, quod exiguum eſſe fateor, id
omne in publicam vtilitatem conferrem?
69 Sciebam enim omnes,† qui ſe ſtudent præ-
ſtare cæteris animantibus ſumma ope niti
debere, ne vitam ſilentio tranſigant, veluti
pecora, quæ natura prona, ventrique obe-
dientia finxit, vt ait *Saluſt.* Cum etiam
qui in aliqua diſciplina laborarũt aſtrin-
gantur ex profeſsionis debito, quæ mente
conceperunt inſtar ſeminis in lucem pro-
70 ferre, † Quemadmodum enim triſte eſt
decedere ſine hærede *§. adhuc autem. in-
ſtit. de bonor. poſſeſſ. l. & quia. 6. in princ.
& ibi Gloſ. in verb. ſucceſſores ff. de inter-
rog. action. §. 1. inſtit. quib. ex cauſ. manu-
mit. non lic.* Ita quoq; miſerrimum iudi-
catur habenti à Deo Opt. Max. gratiam
intellectus poſteris ſuis, ideſt Studioſis
nihil ſcriptum relinqnere, quo poſsint ve-
lut hæredes intellectus aliqualiter conſo-
lari, vt docuit *Bal. in procem. Decretal. n. 7.
& in prælud. feudor.* quem ibi multum
extollens ſequitur *Iaſ. col. 1. in fin. verſ.
verum vt præclarè.*
Accedat quod Veterum nos monuit auctoritas,
vt aliquo genere exercitationis animus
ſit excitandus, cũ plurima mortalibus cõ-
moda per exercitationẽ, damna verò per
Segnitiem eueniant. Conſuetudo enim, &
exercitatio intelligendi prudentiã acuit,
& eloquẽdi celeritatem indicat, memoriã
firmat, & alit. Naturæ vitium tollit, Inge-
nij vires excitat, Scientiã auget, meliores,
& doctiores efficit, & vnaquæque res per
exercitiũ recipit incrementum *l. non in-
telligũt. 3. §. diui fratres. vbi Gloſ. in verb.
ſicut enim. de iur. fiſc. l. 2. §. poſt originem.
vbi Gloſ. in verb. produci. ff. de origin. iur. c.
poſt translationem. 11. §. item ſi quis prop-
ter. de renũciat. l. penult. in fin ff. ad exhib.
l. legatis ſeruis. §. ornatricibus. de leg. 3. l.
milites. C. de re milit. lib. 12. Cic. 1. de orat.
71 & 2. de diuinat. Quintil. lib. 1. c. 1.* † Otium
verò è contra emollit vires, ſicut rubigo
ferrum, vt *Menander* dicebat. Itaut nihil
agendo homines malè agere diſcant ſe-
cundum *M. Catonem.* Vnde *Alexander ille
Macedo* quo die nihil geſſerat ſe non re-
72 gnaſſe exiſtimabat. † Et *Cato Senior* trium
duci ſe pænitentia profitebatur, ſi fœminæ
arcana retexiſſet, ſi nauibus perexiſſet,
quo poſſet pedibus, ſiq; dies quãdoq; ina-
nis foret tranſmiſſa. Et recenſet *Gul. Lepo-
reus Heduen. in ſuo tract. art. memorat. lib.
4. c. 10.* vbi de otio diſſerit. Athenienſes in
forum protrahere ſolitos eſſe ignauos ho-
73 mines, † & languore marceſcentes, & vitã
ſilentio prætereuntes, eosq; vti facinoroſos
plectere; Quod etiam refert *Caſſan. in ca-
talog. glor. mund. in procem. in princ. poſt
74 Valer. lib. 2. de inſtitut. antiq.* † legimus
enim Draconem primum, & celebrem le-
gumlatorem apud Athenes eos, qui otij
dãnati forent capite cenſuiſſe mulctãdos,
Vnde ex hoc factum creditur, vt illum
Orator Demades nõ atramẽto, ſed ſangui-
ne leges condidiſſe dictaret ſecundũ *Cel.
Rhodigin lect. antiq lib. 11. c. 3. in princ.*
Lex autem illa Draconis quamuis durior videre-
tur, & ab humanitate aliena, vt per *Fran-
ciſc. Patrit. lib. 1. de inſtitut. reipubl. tit.* 8.
Tamen neque ratione caret, cũ etiam ſcri-
75 bat *Diodorus* † legem fuiſſe apud Aegyp-
tios, qua ſinguli cogebantur nomina ſua
apud Præſides profiteri, & oſtendere, qua
arte, & quo lucro viuerent, & ſi qui mẽti-
rentur capite dãnabantur, vt per *Caſſan.
in catalog. glor. mund. p. 11. conſid. 1. col. 1.
in fin. fol. 252.* Nec iniuria, Otioſi enim, &
76 ignaui Iuuenes venenum Ciuitatis ſunt, †
proni ad libidinem fiunt, bonis inuident,
aliena appetunt, & denique turbulenti, ac
ſeditioſi euadunt, Ideoq; neque admittẽdi
ſunt ad munera, cũ imò Præſes curare de-
beat huiuſmodi malis hominibus Prouin-
ciam purgare *l. 3. de off. præſid.* Tales enim
diſsipant Ciuitates *Prouerb. 26.* Et Ocioſi,
ac Ignaui, & Inutiles Patriæ ſuæ magis
oneri, quàm honori ſunt *Val. lib. de teſtam.
quæ reſciſ. ſunt. c. 2.*
Laborare igitur vnuſquiſque debet, vt vſui ſit
77 ſibi, & alijs, Otij enim magis, † quàm ne-
gotij rationem exigere debẽt, qui Reipu-
blicæ præſunt, & optimi etiã Patresfami-
lias ab his, quibus imperant, Quidquid
Galba dictitaret, Neminem otij ſui ratio-
nem reddere cogendum: Quod quidem &
78 Doctiſsimi Veteres cenſuerunt, † Antequã
enim epularentur, Adoleſcentes ad men-
ſam deuocabant, ab eisq; rationem exige-
bant, quid officijs, quidq; negotij per diẽ
peregiſſent, & illis ſolis eſculenta appone-
bant, quorum induſtriam comprobabant:
Illos autem ex cœnaculo expellebant, qui
per ignauiam, & inertiam nihil egiſſent,
& cibum officio, & negocio, vt lucraren-
tur, imperabant *Franciſc. Patrit. lib. 1. de
inſtit. reipubl. tit.* 8.
Inde etiam Diligens, & Induſtrius præferendus eſt
79 inutili, & pigro † *l. ſuſpectum. de ſuſpect.
tutor. §. fin. inſtit. eod. tit.* Itaut quoque
inertes, ideſt ſine arte cogẽdi ſint ad labo-
80 rem, & negotiationẽ † *l. vnic. & ibi Luc.
de Pen. C. de mendicant. valid. lib.* 11. Cum
etiam reprobetur, qui fructum nõ afferũt
Matth. 3. & 7. Prouerb. 6. & 21. Otium
enim & voluptas arma ſunt Hoſtis Anti-
81 qui † ad animas captiuãdas *c. niſi cũ pri-
dẽ. §. verũ. vbi Gloſ. in verb. otioſitas. de re-
nunciat. c. nunquam. & ibi Gloſ. penult.*
de

Digitized by Google

82 *de conſecrat. diſt.* 5. † Et Deſidia animum
corrumpit , & omnia lædi. *§. hæc omnia. auth. de quæſtor. l. penul. C. de annal. except.* Et dicitur Nouerca eruditionis *c. ni-*
83 *hil. 83. diſt.* † Vnde etiam Strenuam, Agenoriam, & Stimulam Induſtriæ Deas excogitauit Priſcorum ſedulitas *Cel. Rhodi-*
84 *gin. lect. antiq. lib. 11. c. 2. in princ.* † Et otij
vitia negotio diſcenti, docuit *Q. Curt.* Et
Theſſalus quidam interrogatus , qui nam
85 in Theſſalia cenſerentur abiectiſsimi, † A
labore inquit , Feriati .

Qua ratione à Romanis inſtitutum proditur memorie, vt Ciuilis Diei initia à Noctis me-
86 diu ducerentur : † Vt Solis exortus eſſet
quidem operis initium , Tempus autem ,
quod præcedit apparatui impenderetur .
Quippe paratos, inſtructoſq; obire negotia
opportet , non inter obeundum inſtrui, vel
apparari *Cel. Rhodigin. lect. antiq. lib.* 11.
c. 1. col. 2. in fin. Meritò igitur fugiendum
87 eſt otium , † labore enim , & difficultate
rerum ſe ipſo prudentiorem fieri Xerxes
dictitabat; Et Veſpaſianus vt refert *Dio* ,
grauiter affectus à Medicis reprehenſus ,
quod imperatorijs non abſtineret functio-
88 nibus, † reſpondit, Prefectos rebus ſtantes
mori oportere, quod etiam monenti quietem Hadrianum dixiſſe referũt. Et quamuis in quibuſdam gentibus non in vltimis habitum laudibus otium inueniatur , Vnde illo perfrui Tracum moris eſt, & præclatum exiſtimatur, Et legum conditores feſtos ad hoc ipſum inſtituiſſe vidẽtur dies, veluti neceſſarium laboribus interponentes temperamentum. Tamen honeſtis iucundiſq; illectationibus laxandus eſt animus, Itaut non ſit otium ſine litteris, cum abſque illis mors eſſet, & hominis viui ſepultura, vt dicebat *Seneca*, ſecundum quẽ ſoli etiam omnium otioſi ſunt, qui Sapientiæ vacant, Vnde P. Scipinnem , qui prior Aphricanus eſt appellatus , dicere ſolitũ ſcripſit *Cato*, Nunquam ſe minus otioſum eſſe, quàm cum otioſus, nec minus ſolum , quàm cũ ſolus Magnifica verò vox, inquit M. *Tullius*. Et magno viro, & ſapiente digna, quæ declarat illum, & in otio de negotijs cogitare & in ſolitudine ſecũ loqui ſolitum, vt neq; ceſſaret vnquam, & interdum colloquio alterius non egeret.

Et quamuis non me lateat ob ingenij mei imbecillitatem conſequi non poſſe, vt præſtantibus viris placeam, At certè id cõſequar receptas Doctorum ſententias , & veram praxim præcipuè Sacræ Rotæ Romanæ ſequendo, & eorum doctrinas fideliter allegando , & breuiter dicendo , vt minus moleſtus ſim, licet enim aliquot capita in huiuſmodi opere deſcripto longa videantur , Tamen id accidit ob plures quæſtiones, quæ in eadem facti ſpecie, & in eiſdẽ
capitibus definiuntur. quando præſertim
89 longiori diſcuſsione opus eſt, † Cum etiã
reprehenſibile ſit nimis in ſcripturis ſiue breuitati, ſiue longitudini eſſe cõnexum , Quia primum præcedit ſtudioſorum deſiderium , ſecundum ſenſus legentium onerat, vt docet D. *Hieron. apud Gierem. lib. 2. in princ.* quem ſequitur *Felin. in probem. decretal. in princ. verſ. notabo igitur.*
90 Vbi etiam , † quod multa, & magna breuiter ſint ſcribenda ſecundum *Valer. lib. 4. c. 1.* Sed aliud eſt breuem eſſe, aliud capita rerum attingere . Ideo *in probem. ff. veter.* miſerrimum iudicatur pauca ex multis, & breuiſsima ex ampliſsimis accipere, vt adhuc ſitientes ab eis recedant . Quærendum eſt tamen, vt dotius legentes quem breuem eſſe doleant . Suauius eſt enim illos dicere, Cur hic tam cito deſijt? Quam abire cupientes quando tandẽ hic deſinet; Nimio ſatius eſt , quod cum fame relinquit, quàm quod ſatietate diſtendit. Vnde apud *Philomonem* quendam Anaximenem, cũ is prolixam orationem habuiſſet à Theocrito redargutum, Verborum
,, quidem flumen eſt , Mentis verò gutta .
,, Et Samniorum Legatis longiore vſis ora-
,, tione à Spartanis dictum apud *Plutar-*
,, *chum.* Priora quidem obliti ſumus, ſed nec
,, poſteriora ob id percepimus .

Neque verò me ab inceptis terruit, dum confero infantiam meam, & paruam eruditionem cum amplitudine, & meritis virorum Sapientium, qui tam felici prouentu rem literariam auxerunt, vt nihil addi poſſe videatur , Adeo vt rerum magnitudo ſicut præſtantia ingenia euocauit , Ita ſcriptorum præſtantia rerũ magnitudinem adæquauerit . Etenim multum reſtat operis ,
91 multumq; reſtabit , † cum inueniendis inuenta non obſtent, & in dies creſcat ſciẽtia, neq; vlli nato poſt mille ſecula præcludetur occaſio aliquid addendi, vt docet *Senec. epiſt. 65. lib. 9. & epiſt. 69. lib. 11.* Vnde exemplo boni patris familias ampliora
92 facienda ſunt, † quæ accepimus, vt maior
iſta hæreditas ad poſteros tranſeat *Idem Senec. d. epiſt. 65.* Nam intellectus ad inſtar Solis oritur, & occidit, vadit, & redit ac nunquam moritur, ſed ſuis vicibus occultatur ſaue ſol cadit, & imber ſuper vitem, & ficulneam, & producũt vberes fru-
93 ctus , † nec natura deſinit eos producere,
cum præſertim humana induſtria, quæ nihil intactũ reliquit , multa poſtea excogitauerit, quæ longiori indigent commentatione , prout omnia prædicta notat *Bald. in probem. decretal. nu. 8.* Et adeſt tanta materiæ copia , vt potius Faber labori, quàm labor Fabro defuturus ſit , Itaut prior dies poſterioris diſcipulus dici poſſit . In iſto enim vario, & effuſo ſcribendi
genere

genere alius alio plura quidem inuenire
poteſt,nemo vero omnia.
Minus duxi inchoatum opus deſtituendum eſſe
ob aſsiduã maledicentiam, & probra eo-
rum qui aliena facta,& dicta malignè de-
94 trectant;† Commiſerendũ eſt enim eorum
naturæ, qui dum omnia carpunt morbo
ſuo morem gerunt, & dum ſua tãtum mi-
rantur aliorum ſunt incurioſi, cum pro-
prijs rebus ſolum intentos alienarum fa-
cilè capiat obliuio. Vt hoc æuum eſt in
,, quo calumnię, vt ille inquit, Quaſi her-
,, ba irrigna ſuccreuerunt vberrimè. Aetas
enim noſtra mirificam quandam extulit
vim hominum improborum,qui magnam
laudem in obtrectatione poſitam putant,
95 nec † quidquam cupidius faciunt, quàm,
vt quidquid poſſunt, quacunque ratione
poſſunt, ex aliena gloria deterant, cre-
duntque ita ſe demum emerſuros, ſi eos,
qui extant depreſſerint, quam rationem
graſſandi ad famam cum nemo vnquam
approbauerit, nulla eſt eorum habenda
,, ratio, illiſque reſpondeat D. *Hieron. in*
,, *procem. Paralipom.* Sæpè rodentes in pu-
blico detrahunt, quod in angulis libenter
,, legunt,& ſequitur *Felin. in procem.decre-*
96 *tal.in princ.* † Vnde etiam *Martial.* Ecce
,, rubet quidam pallet, ſtupet, oſcitat,odit;
,, Hoc volo nunc nobis carmina noſtra pla-
,, cent. Et quod ineptè faſtidioſis diſpli-
cet inter cæteras laudes hanc quoque nõ
poſtremam eſſe ſtatuendum eſt. Multa
ſunt non publici ſaporis,quæ qui ſurdiore
palato ſunt, inguſtata prætereunt, cum
elegantiores homines,& talium deliciarũ
intelligentes mirificam quandam ex eis
percipiant ſuauitatem, prout explicat
Muret. variar. lect.lib. 9.c.8.
Sufficiet nobis induſtriam noſtram in re honeſta,
ac laudabili exercuiſſe, & hoc qualicunq;
labore aliorum laborum minuiſſe, ſum-
morum enim virorum exemplo incitati
longe quidem, ac multum impari facul-
tate, ſed non diſpari voluntate eandem
viam ſequuti ſumus, vt Doctorum ſen-
tentias, quantum in nobis fuit, obſcuras
illuſtrare, & definire conaremur, quod ſi
non aſſecuti ſumus,erit tamen æqui, bo-
97 niq; conſulendum, † Nam inquit *Ariſt.*
in metaphyſ. Non ijs modò, quorum ſen-
tentiæ accedimus, ſed & illis, qui verita-
tem non omnino attigerunt, teſtari gra-
tias decet; Hi enim aliquid contule-
runt, Nos ſiquidem excitarunt, acue-
98 runtque; † Etenim ſi Thimotheus non
fuiſſet, tantam nõ haberemus canendi ar-
tem, quod ſi nec præiſſet Phrynis minor
apparuiſſet Thimotheus, prout explicat
Cel. Rhodigin: lect. antiq. c.28.lib.7. Tu
Lector Vale, & ſi non iuuantem, at certè
volentem defende, ac protege.

DISCEPTATIONES FORENSIVM IVDICIORVM STEPHANI GRATIANI ROMANI V. I. D.

EPITOME.

APPELLATIO in vno articulo deuoluat totam cauſam, & ſuſpendat iuriſdictionem in reliquo. Per appellationem vnius condemnati in ducẽtum an conſulatur alteri, vt poſsit petere integra ter centum coram iudice appellationis, quamuis non appellauerit. Iudex quando ſuppleat in cauſa, & in facto. Appellatus committens cauſam an iuuet appellantem. Diſpoſitio *c. oblatæ. de appellat.* de non præueniendo appellantem non habet locum in curia.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in vno articulo an deuoluat totam cauſam. & n. 2.*

3 *Appellatio limitata producit effectum limitatũ.*

4 *Per appellationem vnius condemnati in ducentum eſt conſultum alteri, vt poſsit petere integra ter centum coram iudice appellationis quamuis ipſe non appellauerit.*

5 *Iudex ad quem videns reum in minus condemnatum poteſt ſupplere.*

6 *Iudex ſupplet in cauſa. quæ venit ad petitionem coadiuuandam, ſecus ad originem nouæ petitionis.*

7 *Vna pars ſupplet quoad iuriſdictionalia, quæ alius facere tenebatur.*

8 *Appellatus faciens cauſam committi an iuuet appellantem, quamuis nihil fecerit, & excuſet cum à deſertione. & n. 9. & 10.*

11 *Diſpoſitio c. oblatæ. de appellat. de nõ præueniẽdo appellantem non procedit in curia. & n. 12.*

13 *Iudex an ſuppleat etiam in facto, quando de ipſo ſibi conſtat tanquã iudici. & n. 14. & 15.*

16 *Victor abſolutus ab expenſis quando debeat appellare reſpectu expenſarum. n. 17. & 18.*

19 *Appellatio non eſt communis vbi fuit appellatum in parte & partibus. Idem in reſcripto num. 21.*

20 *Approbatio ſententiæ in parte & partibus producit effectum limitatum.*

CAPVT PRIMVM.

INVOCATO prius Diuini Nominis auxilio, quod ſemper etiam in omnibus ſubſequentibus capitibus præmiſſum cenſeatur, cum ſine eo factum ſit nihil. *Iob c. 1.* & omnis agens fruſtra agat, neque aliquid honeſtum, aut vtile inchoari poſsit *c. non ob-*
1 *ſeruetis. 17. q. 7.* In diſceptatione illa † an appellatio interpoſita in vno articulo deuoluat totam cauſam, & ſuſpendat iuriſdictionem in reliquo, verior eſt opinio negatiua quam tenet *Butr. in c. ſuper eo. in primo. de appellat. Franc. in c. ſi duobus. 7. num. 6. eod. tit.* Iſtud tamen procedit quando articulo eſt
2 ſeparatus, non ſi vnicus, connexuſq́, vel † indiuiduus *Dec. in c. bona*. vbi de communi *num. 19. in fin. col. 4. poſt med. de appellat.* Ratio quia cum vnica ſit cauſa, tota deuoluitur, ſecus quando eſt duplex, & ſolum
3 appellatur ab vna, quia † tunc tanquam limitata producit effectum limitatum *Pariſ. conſ. 66. nu. 7. lib. 1. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. nu. 87.*
Ideo in caſu Saluſtij Mercurij mihi propoſito, quia petitio de qua in actis erat ex eadem cauſa, dixi potuiſſe iudicem appellationis ſupplere ad fauorem eius, qui non appoſitum, quamuis iudex à quo ſolum condemnauerit in ſcutis ducentis, & non pro tota ſumma petita ſcutorum tercentum, & condemnatus in ducentum ſolum appellauerit, quaſi per ap-
4 pellationem † illius ſit conſultum alteri, vt poſsit petere integra tercentum coram iudice appellationis prout concludit in ſpecie *Alex. conſ. 183. in cauſa & lite. col. 5. in fin. verſ. & fortius dico. nu. 4. lib. 6. Bal. in l. fin. ad med. verſ. quæro de tali caſu. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Speculat. in §. 1. col. fin. de appell. verſ. ſed pone peto centum. & ibi add. in verb. ampliorem. Bart. in l. ſi quis libellos. C. de appell. Surd. deciſ. 143. nu. 4.* Ratio quia non appellans tunc videtur ſententiæ acquieſcere, quando altera pars non appellauit,

alias ſecus, cum ex eius appellatione licet be-
neficium conſequatur *Imol. in c. cum ioannes. col. 3. in fin. verſ. & aduerte. n. 16. poſt Bocr. ibi. col. in fin. verſ. vltimo facio. de fid. inſtrument. Abb. conſ.* 140. n. 8. *in fin.*

Præſertim quia ratione partis totum deuolui-
5 tur; † Vnde iudex ad quem videns reum in
minus condemnatum debet ſupplere, prout
etiam facit in cauſa quæ venit ad petitionem
coadiuuandam *l. titianus. ff. quod cum eo*, ſe-
6 cus ſi † veniret ad originem nouæ petitionis
l. per hanc. C. de temporib. appellation. Bal. in d. l. fin. verſ. extra noto. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.

Et facit, quia in correlatiuis etiam ſi vni eorum
ſit data forma, alter tamen ſatisfacit formæ
illud faciendo, itaut ſit legitima & bona iuriſ-
dictio, cum vna pars poſsit ſupplere quo ad iu-
7 riſdictionalia, quæ alius † facere debebat *vt
not. in l. fin. de off. præfect. vrb. Gomeſ. in ſpecie. de annul. q. 65. in fin. & in verſ. præterea*, vbi ex hoc infert plaries fuiſſe in Rota
deciſum, quod etiam ſola diligentia appellati
iuuet appellantem, prout in termino decem
dierum præfixo ad proſequendum appellatio-
nem; nam ſi infra illum appellatus fecit cau-
ſam committi, adeo iuuatur appellans, vt non
8 poſsit dici quo ad eum cauſa deſerta, licet † per
appellantem nihil factum fuerit *Egid. deciſ. 159. Caputaq. deciſ. 36. nu. 4. lib. 2. Rota deciſ. 7. de appellat. in nou.* vbi etiam quod dili-
9 gentia appellati prodeſt appellanti, † licet de-
derit exceptiones generales, dummodo non
perſiſtat in eis, & ſic reſcriptum quod impe-
trauit appellatus erit commune *c. 1. & 2. de mut. petit. Innoc. in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpoliat.*

Nec aduerſatur *clem. ſi appellationem. de appellat.*
Quia procedit quando neutra partium infra
terminum proſequitur appellationem, ſed poſt
10 terminum lapſum, tunc enim diligentia † etiã
vtriuſque non prodeſt *Rota deciſ. 7. de appellat. in nou. & deciſ. 47. eod. tit. in antiq.* quaſi de-
ſerta & extincta appellatione non poſsit illa
reconualeſcere, neque appellatus valeat am-
plius proſequi, vt ſit litium finis *Card. in clem. appellationem. in princ. verſ. ita autem de appellat.* Ideò diſpoſitio *tex. in c. oblata. 57. de appellat.* de non præueniendo partem appellantem
11 in impetratione reſcripti † non habet locum
in curia, vbi ſtatim datis apoſtolis pars appel-
lata poteſt impetrare commiſsionem ſuper ap-
pellatione prout teſtatur *Rot. deciſ. 16. de appell. in nou. poſt Io. Menoch. in rubr. de reſcrip. colum. 2. verſ. quid eſt ergo quod tota dic. n. 17.*
12 Ratio † eſt vt citius imponatur finis litibus
c. finem. de dol. & contum. & vt circuitus
euitetur. *clem. auditor. de reſcript.* prout etiam
concludit *Prob. ad Monac. in rubr. eod. tit. in verb. valet impetratio.* cum declarationi-
bus de quibus per *Franc. in c. oblata. in fin. de appellat.*

Amplius iudex poteſt ſupplere ad fauorem il-
lius qui non appellauit, & addere, cum enim
ſuccedat loco primi iudicis debet poſſe om-
nia, quæ poterat primus, quaſi iudex ſuppleat
non minus in facto, quàm in iure, quando
13 de † ipſo facto ſibi conſtat, tanquam iudici
Surd. in ſpecie poſt Rot. & alios per eum alle-
gatos. *deciſ. 143. n. 4. verſ. quarto in hanc ſententiam.* Quamuis *Bald. in l. ampliorem. in princ. nu. 1. in fin. C. de appellat.* velit quod
ſi pars eſt præſens debet petere, alius iudex
non ſupplebit; Et quando requiratur præſen-
tia partium, vt iudex parte etiam non peten-
te poſsit ferre ſententiam *Alex. in l. 1. num. 13. C. vt quæ deſ. aduoc. Barbat. latè in c. conſuluit. de offic. deleg.* Et quod iudex ſuppleat etiam
14 non petente † parte in his quæ ſibi conſtant
velut iudici, quamuis ſint facti voluit *Oſaſ. deciſ. 1. n. 42. poſt Caſtr. in l. age. 3. in fin. verſ. ſed in caſu. C. de tranſact. latè Aſin. de execu-*
15 *tion. §. 2. c. 34. n. 7.* vbi tamen limitat niſi † pe-
titio vel exceptio requireretur pro forma *Feli. in c. cum ordinem. nu. 11. de reſcript. col. 7. ad med. verſ. ſed aduerte dupliciter. per l. cum quidquid. de iudic.*

Non obſtat *deciſ.* Iaffr. 458. vbi quando victor
16 fuit abſolutus ab expenſis debet † etiam appel-
lare reſpectu expenſarum, quaſi tunc non ha-
beat locum *l. fin. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* Quia intelligitur quando abſolutio expen-
17 ſarum eſt expreſsè facta, † quaſi tunc ſit neceſ-
ſe illam reuocare, & ſic venire contra factum
primi iudicis, ſecus vbi condemnatio eſſet om-
miſſa, quia tunc potius ſuppletur eius factum
in eo, quod eſt ommiſſum: Vnde non mirum, ſi
fuerit aduocatus, quaſi non ſit iudicaturus ſine
pecunia tanquam ſuetus lingua venali opes ac-
quirere, & ibi adducit verſus Palladis poetæ
græci, quod tamen non eſt verum, cum multi
aduocati integerrimè, & ſumma cum laude,
& prudentia munus iudicandi ſubierint, prout
latius dicam infra in capite particulari. & mul-
ta quando ſententia lata per aduocatum ſit
nulla, & quæ dicatur identitas cauſæ *Bertaz-*
zol. conſ. crimin. 579. & ibi latiſsimè *Claud.*
in Addit.
Idem in iudice, qui non poteſt eſſe notarius cau-
10 ſæ † *Bart. in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl. §.*
ſanè ſi hæc. in fin. num. 15. cum ſeq. Innoc.
in cap. cum à nobis. de teſtib. Dummodò non
ſumus in cauſis modicis, in quibus nulla requi-
11 ritur † ſcriptura, immo in eis creditur iudi-
ci *Bart. in auth. breuiores. C. de ſent. ex breui.*
recitan. & in l. nemo. C. de aſſeſſor. Matthæſil.
not. 1. & ibi latè Add. in verb. primo nota.
Et dummodo non ſimus in iuriſdictione volun-
taria, quando ſcilicet exercitium vnius actus
12 non † præſtat impedimentum exercitio alte-
rius *l. 1. C. de colleg. illic. l. ſi conſul. de adopt.*
vbi filius familias præſes poteſt ſe ipſum apud
ſemetipſum emancipare *l. 1. de off. procons.* Idem
in notario, qui ſi alias eſt iudex poteſt ſcribere
vt notarius, & auctoritatem præſtare vt iudex
in iſtis voluntarijs *Bart. poſt gl. in l. iubemus.*
§. ſanè ſi hæc. in fin. C. de ſacroſ. eccl. Silu. de
benef. q. 19. p. 3. nu. 6.
Non obſtat *Bald. in l. eos. in princ. nu. 2. C. de*
appell. vbi concludit, quod poſsit de cauſa co-
gnoſcere, qui aliàs iudicauit per notata *in l. fi-*
lius. in fin. de inoff. teſtam. quaſi cognoſcat tan-
quam nouus homo, quia inquit apud dignitatẽ
eſt habitus iudicandi, & apud perſonã eſt actus
tanquam apud vnum organum ipſius dignita-
tis, & ideo conſideramus radicem, ex quo *ibi*
Bald. in verb. plenitudine dicit ita per Docto-
res concludi, quod etiam voluit *gloſ. in l. filius*
non impeditur. in verb. cum non proprio. de inoff.
teſtamen. & latius *Idem Bald. conſil. 55. lib. 1.*
13 conſuluit, quod ſtante ſtatuto, † vt à pote-
ſtate appelletur ad capitaneum, ſi cõtingat, po-
teſtatem gerere vtrumq; officium de ſententia
lata per eius vicariũ tanquã poteſtatem cogno-
ſcere ipſe velut capitaneus, nec proceſſus erit
nullus: Vnde cum conſideretur tanquam nouus
homo non ſunt amplius præterita inſpicienda,
vt dicimus de doctore expulſo è Collegio, qui
14 reſtitutus admittitur tanquam † nouus non re-
cuperando primum locum. Et de monaco tranſ-

ælias ſecus, cum ex eius appellatione licet be-
neficium conſequatue Imol. in c. cum ioannes.
col.3.in fin.verſ. & aduerte. n.16. poſt Boer.
ibi. col. in fin.verſ. vltimo faciq. de fid. inſtru-
ment. Abb.conſ. 140. n. 8. in fin.

Præſertim quia ratione partis totum deuolui-
5 tur; † Vnde iudex ad quem videns reum in
minus condemnatum debet ſupplere, prout
etiam facit in cauſa quæ venit ad petitionem
coadiuuandam l. titianus.ff. quod cum eo, ſe-
6 cus ſi † veniret ad originem nouæ petitionis
l. per banc. C. de temporib. appellation. Bal. in
d. l. fin. verſ. extra noto. C. quando prouoc.non
eſt neceſſ.

Et facit, quia in correlatiuis etiam ſi vni eorum
ſit data forma, alter tamen ſatisfacit formæ
illud faciendo, itaut ſit legitima & bona iuriſ-
dictio, cum vna pars poſsit ſuppleee quo ad iu-
7 riſdictionalia, quæ alius † facere debebat vt
not. in l.fin. de off. praefecti. vrb. Gomeſ. in
ſpecie. de annal.q. 65. in fin. & in verſ. pra-
terea, vbi ex hoc infert platies fuiſſe in Rota
deciſum, quod etiam ſola diligentia appellati
iuuet appellantem, prout in termino decem
dierum præfixo ad proſequendum appellatio-
nem; nam ſi infra illum appellatus fecit cau-
ſam committi, adeo iuuatue appellans, vt non
8 poſsit dici quo ad eum cauſa deſerta, licet †per
appellantem nihil factum fueeit Egid. deciſ.
259. Caputaq. deciſ. 36. nu. 4. lib. 2. Rota de-
ciſ. 7. de appellat. in nou. vbi etiam quod dili-
9 gentia appellati prodeſt appellanti, † licet de-
derit exceptiones generales, dummodo non
perſiſtat in eis, & ſic reſcriptum quod impe-
trauit appellatus erit commune c. 1. & 2. de
mut. petit. Innoc. in c. ex conqueſtione. de re-
ſtit. ſpoliat.

Nec aduerſatur clem. ſi appellationem.de appellat.
Quia procedit quando neutra partium infra
terminum proſequitur appellationem, ſed poſt
10 terminum lapſum, tunc enim diligentia † etiã
vtriuſque non prodeſt Rota deciſ.7. de appellat.
in nou. & deciſ. 47. eod. tit. in antiq. quaſi de-
ſerta & extincta appellatione non poſsit illa
reconualeſcere, neque appellatus valeat am-
plius proſequi, vt ſit litium finis Card. in clem.
appellationem.in princ.verſ. ita autem de appel-
lat. Ideò diſpoſitio tex. in c. oblatæ. 57. de appel-
lat. de non præueniendo partem appellantem
11 in impetratione reſcripti † non habet locum
in curia, vbi ſtatim datis apoſtolis pars appel-
lata poteſt impetrare commiſsionem ſuper ap-
pellatione prout teſtatur Rot. deciſ. 16. de ap-
pell. in nou. poſt Io.Menoch. in rubr. de reſcrip.
colum. 2. verſ. quid eſt ergo quod tota dic. n.17.
12 Ratio † eſt vt citius imponatur finis litibus
c. finem. de dol. & contum. & vt circuitus
euitetur. clem. auditor. de reſcript. prout etiam
concludit Prob. ad Monac. in rubr. eod. tit.
in verb. valet impetratio. cum declarationi-
bus de quibus per Franc. in c. oblatæ. in fin. de
appellat.

Amplius iudex poteſt ſupplere ad fauorem il-
lius qui non appellauit, & addere, cum enim
ſuccedat loco primi iudicis debet poſſe om-
nia, quæ poterat primus, quaſi iudex ſuppleat
non minus in facto, quàm in iure, quando
13 de † ipſo facto ſibi conſtat, tanquam iudici
Surd. in ſpecie poſt Rot. & alios per eum alle-
gatos. deciſ.143. n.4. verſ. quarto in banc ſen-
tentiam. Quamuis Bald. in l. ampliorem. in
princ. nu. 1. in fin. C. de appellat. velit quod
ſi pars eſt præſens debet petere, alius iudex
non ſupplebit; Et quando requiratur præſen-
tia partium, vt iudex parte etiam non peten-
te poſsit ferre ſententiam Alex. in l.1.num.13.
C. vt quæ deſ. aduoc. Barbat. latè in c. conſuluit.
de offic. deleg. Et quod iudex ſuppleat etiam
14 non petente † parte in his quæ ſibi conſtant
velut iudici, quamuis ſint facti voluit Oſaſ. de-
ciſ. 1. n. 42. poſt Caſtr. in l. age. 3. in fin. verſ.
ſed in caſu. C. de tranſact. latè Afin. de execu-
15 tion. §. 2. c. 34. n.7. vbi tamen limitat niſi † pe-
titio vel exceptio requireretur pro forma Feli.
in c. cum ordinem. nu. 11. de reſcript. col.7. ad
med. verſ. ſed aduerte dupliciter. per l. cum
quidquid. de iudic.

Non obſtat deciſ. Iaſſr. 458. vbi quando victor
16 fuit abſolutus ab expenſis debet † etiam appel-
lare reſpectu expenſarum, quaſi tunc non ha-
beat locum l. fin. C. quand. prouoc. non eſt ne-
ceſſ. Quia intelligitur quando abſolutio expen-
17 ſarum eſt expreſsè facta, † quaſi tunc ſit neceſ-
ſe illam reuocare, & ſic venire contra factum
primi iudicis, ſecus vbi condemnatio eſſet om-
miſſa, quia tunc potius ſuppletur eius factum
in eo, quod eſt ommiſſum: Vnde non mirum, ſi
18 hoc caſu tenetur † expreſsè appellare, quia
victus fuit expreſsè abſolutus Felin. in c. ſigni-
ficauerunt. col. 1. de exception.

Præterea illud procedit quando fuiſſet appellatum
in parte & partibus, tunc enim appellatio non
eſt communis, immo obſtaret res iudicata,
19 ſi non appellaretur, † prout dicimus de capi-
tulis ſeparatis Felin. in c. 2. colum. 1. verſ. li-
mita ſecundo. de mut. petit. Franc. in c. ſi duo-
bus. 7. nu.5. & 6. de appellat. Ratio quia fuit
appellatum limitate. Vnde ſequitur effectus
limitatus, qui non poteſt prodeſſe aduerſa-
20 rio; † Exemplo approbationis ſententiæ in
parte & partibus, proteſtationis & ſimilium
Mandoſ. qui de vera opinione teſtatur form.17
commiſ. in gloſ. in parte & partibus. ad fin.
21 vbi ampliat ad reſcriptum, quod non † iuuat
aduerſarium, quando commiſsio appellationis
eſt cum verbis, quatenus contra, vel in parte, &
partibus, cum ex hoc colligatur mens illius,
qui noluit alium iuuari, vnde operabitur etiam
inuito aduerſario, tanquam dependens à vo-
luntate ipſius gloſ. in l. alimenta. in verb. oſten-
derit. C. de neg. geſt. Bart. in l. vlt. in fin. de eo
quod cert. loc.

EPI-

EPITOME.

Præſcriptio triginta annorum an intelligatur ſublata per verba ſemper & quandocunque perpetuis temporibus, omnibus anno, menſe, hebdomada, die, hora, & toties quoties placuerit. Et an emens cum pacto retrouendendi cum dictis clauſulis poſsit habere bonam fidem. Et quid in contractu Principis, & ſtante iuramento. Remedium reintegrandæ poſſeſsionis an præſcribatur ſpatio triginta annorum. Princeps quam præſcriptionem poſsit tollere. Hæres quanto tempore præſcribat legatum. Qualis citatio requiratur ad conſtituendum in mala fide eum qui tenetur retrouendere, & an ſufficiat generalis, & quid in litis pendentia, re litigioſa, & exceptione. An in ciuili interruptione præſcriptionis facta per libellum, ſeu citationem finita lite poſsit inchoari noua præſcriptio, tam de iure ciuili, quàm canonico.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſemper, & quandocunque reſtringuntur ad triginta annos.*

2 *Contrahentes in dubio uidentur ſe conformare ſecundum diſpoſitionem legis.*

3 *Præſcriptio triginta annorum in dubio non intelligitur ſublata.*

4 *Promisſio retrouendendi ſemper perpetuis temporibus, omnibus, anno, menſe, hebdomada, die, & hora, & toties quoties placuerit non facit, ut ſit locus retrouenditioni poſt triginta annos. & nu. 5. 6. Amplius tam in diſpoſitione legis, quàm hominis. num. 17. & 19. & quid ſtante iuramento, ſeu promisſione obſeruandi ſub uerbo Principis num. 53. & 54.*

7 *Remedium reintegrandæ poſſeſsionis præſcribitur ſpatio triginta annorum. & nu. 10.*

8 *Actiones perpetuæ dicuntur illæ, contra quas poteſt opponi ſola præſcriptio triginta, uel quadraginta annorum.*

9 *Verba quacumque temporis conditione non obſtante important qualitatem temporis non præſcriptione.*

11 *Dictiones nunquam. ſemper, perpetuò, & ſimiles intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam.*

12 *Exceptiones perẽptoriæ ſemper opponi poſſunt, non tamen poſt ſententiam. & n. 13.*

14 *Actio ad repetendum dotem eſt perpetua, tollitur tamen curſu 30. annorum.*

15 *Actio perſonalis eſt perpetua, extinguitur tamen triginta annis.*

16 *Diſpoſitio hominis non recipit reſtrictionem ſicut diſpoſitio legis.*

18 *Interpretatio eſt facienda contra eum qui potuit alterius exprimere uoluntatem ſuam, & non expresſit.*

20 *Princeps utendo uerbis ſemper, & quandocunq; in dubio præſumitur ſe conformare cum lege. & num. 21.*

22 *Princeps poteſt tollere præſcriptionem 30. vel 40. annorum, non autem centum. n. 23.*

24 *Antiquitas temporis idem poteſt, quod Imperator cum cauſa.*

25 *Emens cum pacto retrouendendi ſemper, & quandocunque non poteſt habere bonam fidẽ. & n. 27. Contrarium eſt verius. n. 28.*

26 *Mala fides impedit omnem præſcriptionẽ, etiam temporis immemorabilis.*

29 *Hæres præſcribit legatum ſpatio 30. annorum antequam acceptetur per legatarium. & eſt verior opinio. nu. 30.*

31 *Obligatus ad reuendendum non conſtituitur in mala fide niſi fiat certa requiſiti per eum, qui vult redimere, neque ſufficit citatio generalis ad interrumpendam præſcriptionem, & n 32. 37. & 39. Intellige vt n. 40. 41. & 42.*

33 *Citatio non inducit litis pendentiam niſi ſit certa, & in ea exprimantur illa, ex quibus poſsit reus inſtrui.*

34 *Litigioſa res non efficitur, niſi in citatione reus factus ſit certus de re ipſa pro qua conuenitur. Declara vt nu. 35.*

36 *Exceptio ſicut actio eſt proponenda in ſpecie, & debet eſſe clara.*

38 *Litem motam eſſe non ſufficit, niſi inſtituatur illa actio, contra quam præſcribitur.*

43 *Præſcriptio non eſt interrupta in retractibus per litis conteſtationem, ſi actor non fuit proſequutus litem ceptam.*

44 *Citatio etiam legitimè facta non interrumpit præſcriptionem, ſi cauſa eſt perempta culpa actoris.*

45 *Litis conteſtatio non interrumpit præſcriptionẽ ſi facta ſit abſque mente proſequendi litem.*

46 *In ciuili interruptione præſcriptionis facta per libellum, ſeu citationem finita lite poteſt inchoari noua præſcriptio, tam de iure ciuili, quàm canonico. & n. 47. & 48.*

49 *Mala fides an inducatur per litem motam.*

50 *Dubitans potius æquiparatur ignoranti, quàm ſcienti.*

51 *Dubitatio eſt animi pasſio cum ignorantia extremorum.*

52 *Ignorans alium eſſe dominum præſcribit.*

CAPVT II.

IN diſceptatione illa multum per Doctores controuerſa. An pacto retroemendi præſcribatur ſpatio triginta annorum quando actum fuit vt ſemper, quandocunq; & perpetuò poſsit redimi dixi opinionem affirmatiuã eſſe verio-
1 rem, & magis receptam. Ratio quia † iſta verba de ſui natura reſtringuntur à lege ad triginta annos *gl. in c. 2. in verb. quandocunque de feud. dat in vim leg. commiſſor. ubi Bald. nu. 5. verſ. nota ſingulariter*, *& Præpoſ. col. 1. ad*
2 *med. ſub nu. 3.* † vnde partes in dubio videntur voluiſſe contrahere ſecundum legis diſpoſitionem. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. quidam cum filium. de uerb. oblig.* Maximè in materia

præſcriptionis, in qua illa verba nou inducunt
infinitatem, quicquid ſit in alijs caſibus Bald.
in l. 1. col. vlt. in fin. uerſ. item nota hic de di-
ctione. ff. ſolut. matrim. Quare non poteſt col-
3 ligi elara intentio conttahentium, † quod vo-
luerint iſtam præſcriptionem tollere Alex. conſ.
170. viſis ſtatutis. col. 1. in princ. verſ. nec præ-
dictæ concluſioni. n. 5. lib. 7. Socin. Iun. conſ. 145.
nu. 43. lib. 1. Cagnol. in l. 2. nu. 80. ad fin. verſ.
ad quartum. C. de pact. int. empt. & uend.
Rol. conſ. 21. nu. 48. cum ſeq. lib. 2. & iſta eſt
4 verior, & magis communis opinio, † quam
ſequitur Iaſ. in l. petens. vbi Curt. Iun. col. 4.
in princ. nu. 14. C. de pact. Couar. lib. 1. var.
reſol. c. 9. num. 2. Aim. conſ. 71. num. 1. Cephal.
conſ. 43. num. 12. latè Gabr. de præſcript. con-
cluſ. 6. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2.
nu. 7. & de magis communi teſtatur latè Me-
noch. conſil. 143. nu. 23. lib. 2. & conſil. 201.
num. 85. lib. 3. & conſil. 962. nu. 38. vſque ad
n. 43. lib. 10. Franc. Zoannett. de empt. & vend.
cum pact. de retrouend. in princ. n. 28. tom. 6.
p. 1. fol. 69. quicquid latè ipſe concludat con-
5 trarium. Et iſtã opinionem etiam ſeruat † Ro-
ta Romana in pacto de retrouendendo, quam-
uis adeſſet iuramentum, quia in hoc caſu non
perpetuatur actio niſi vſque ad 30. annos vt
per Card. Pamphil. florentin. bonorum 19. febr.
1593. & coram Card. Lancellott. Reatin. tenu-
ta 13. decembris. 1576. ſeu 3. aprilis 1579. vbi
6 concludunt † præſcriptionem obeſſe non ob-
ſtante promiſsione de retrouendendo ſemper,
perpetuis temporibus, omnibus, anno, menſe,
hebdomada, die, hora, & toties quoties placue-
rit, quia iſta verba quamuis infinitatem im-
portantia, ſemper à iure recipiunt interpreta-
tionem ſecundum poteſtatem contrahentium,
vt non egrediantur tempus quo iura volunt
actiones extingui Bal. conſ. 303. ad euidentiam
præmittendum. in fin. n. 3. lib. 1. Ang. conſ. 55.
Gerard. ſing. 18. nota diligenter. in princ.

Prout etiam dicimus in remedio reintegrandæ
7 poſſeſsionis, † quod præſcribitur ſpatio 30. an-
norum. Quamuis enim in c. reintegrandæ.
3. q. 1. adſint illa verba quacunque temporis
conditione. & gloſ. in c. ſollicita. de reſtit. ſpo-
liat. dicat perpetuò agi poſſe ad pœnam, ſiue
damnum, quaſi nulla conditio temporis valeat
opponi d. c. reintegrandæ. Tamen iſta perpe-
tuitas debet intelligi incluſa ſpatio 30. anno-
8 rum, † quemadmodum actiones perpetuæ di-
cuntur illæ, contra quas ſola præſcriptio tri-
ginta, vel quadraginta annorum opponi poteſt
Inſtit. tit. de perpetu. & tempor. action. Briſſon.
de verb. ſignif. in verb. perpetuæ actiones. Ro-
9 land. conſ. 72. in fin. nu. 22. lib. 2. † & illa verba
quacunq; temporis conditione important qua-
litatem temporis non præſcriptionem Contard.
de moment. poſſeſſ. §. 4. limit. 2. nu. 28. Menoch.
remed. 15. de recuper. poſſeſſ. nu. 422. Grauat.
ad Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 41. verſ. fautores enim.
& ſequitur Rot. coram Cardin. Seraphin. nul-
lius, ſeu Maceraten. remedij reintegrandæ.
17. maij 1600. vbi ex hoc concludit non ob-
ſtantibus illis verbis veriorem, & magis com-
10 munem opinionem eſſe, † quod remedium re-
integrandæ præſcribatur ſpatio 30. annorum,
quidquid alias Rotæ antiquæ contrarium ſen-
ſerint, à quarum deciſionibus fuiſſe receſſum
teſtatur ſequendo Abb. Butr. & alios in c. ſol-
licitæ de reſtitut. ſpol. Gabr. concluſ. 5. nu. 64.
eod. tit. Dec. conſ. 21. & pro tenui facultate mea.
colum. penult. in fin. verſ. & vlterius videtur
actori obſtare. nu. 22. Honded. conſil. 83. nobi-
les domini de Gratianis. nu. 49. lib. 1. Et hanc
eſſe veriorem ſententiam, & tenendam latè con
cludit Bertazzol. conſ. ciuil. 123. num. 13. poſt
Rol. conſ. 72. nu. 19. lib. 2. Alex. conſil. 6. col.
antepen. nu. 16. ibique Natt. in addit. in verb. ſit
perpetuum, lib. 3. Grat. conſ. 70. num. 18. lib. 2.
latè Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu.
408. Ruin. conſ. 44. in iudicio. col. pen. in fin.
n. 16. lib. 4. Maſſa. de exercit. iur. peritor. lib. 3.
nu. 56. quem ſequitur, & multum commendat
Grauat. ad Veſtr. lib. 7. c. 3. nu. 41. & iſtam
opinionem latè etiam defendit Coſt. in tract. de
facti ſcient. & ignor. centur. 2. diſtinct. 60. nu.
25. vbi etiam impreſsit tenorem deciſionis Ro-
tæ Romanæ per Cardin. Seraphin. & allegatio-
nes ſubſcriptas per varios iuris conſultos, tam
Vrbis, quàm aliorum locorum. Cum etiam iſtæ
11 dictiones † ſemper, nunquam perpetuo, & ſi-
miles intelligantur ſecundum ſubiectam mate-
riam Rebuſ. in l. nam quæ ſine liberis. 149.
col. 3. in fin. verſ. nam ſic iſtæ dictiones de verb.
12 ſignif. vbi ex hoc infert † exceptiones peremp-
torias ſemper opponi poſſe l. 3. de exception. Et
tamen poſt ſententiam regulariter non oppo-
nuntur l. peremptorias. C. ſententiam reſcindi
13 non poſſ. vnde debent intelligi ſemper † ante
ſententiam diffinitiuam c. exception. de except.
Ita etiam actio ad repetendum dotem quam-
14 uis † ſit perpetua l. in rebus. §. omnis. C. de
iur. dot. tamen tollitur curſu 30. annorum
prout etiam actio perſonalis, quæ ſui natura eſt
15 perpetua † extinguitur nihilominus eodem
temporis ſpatio Menoch. conſil. 143. n. 17. & 19.
lib. 2. & conſ. 962. n. 40. & 41. lib. 10. & multa
de iſtis dictionibus ſemper, omni tempore, quo-
tidie, & ſimilibus Felin. in proœm. Gregor. in
verb. rex pacificus col. 1. in fin. nu. 3.

Non obſtat prædicta procedere in diſpoſitione le-
gis, non hominis, quæ non ita facilè recipit re-
16 ſtrictionẽ, † prout diſpoſitio legis Bart. in l. ge-
neraliter. §. vxori. de leg. 3. cum enim lex dicat
quod conceſsio per verba ſemper, & quando-
cunq; finiatur ſpatio 30. annorum, ad tollendũ
contrarietatem legum; debemus etiam inter-
pretari idem eſſe in præſcriptione per eam in-
ducta, quæ ratio ceſſat in diſpoſitione hominis,
in qua iſta contrarietas non poteſt conſiderari,
vt in ſpecie concludit Ruin. conſ. 111. n. 2. lib. 1.
& conſ. 150. n. 7. lib. 4. Gabr. conſ. 144. n. 26. lib.
2. poſt Alex. in l. ſi patroni. n. 15. ad trebellian.

Quia verior eſt opinio, quod in vtroque caſu, tã
17 hominis, quã † legis admittatur iſta reſtrictio.

Ra-

Digitized by Google

Ratio quia non colligitur ex huiuſmodi verbis
aliqua certa voluntas, ex qua poſsit dici partes
voluiſſe excludere illam præſcriptionem 30. an-
norum, ad quam tollendam non ſufficiunt ver-
ba generalia gloſ. in c. 1. §. praterea. in verb.
præſcriptione. de capitul. corrad. & ibi Bald.
nu. 4. verſ. alia. Ruin. conſ. 185. nu. 5. lib. 1. Iaſ.
in l. 1. col. penult. nu. 42. C. de ſer. fugit. Tiraq.
de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. nu. 12. Et cum
ſint verba dubia non iuuãt eum, qui reſeruauit
ſibi facultatem redimendi, contra quem debet
fieri interpretatio, cum potuiſſet clarius inten-
18 tionem ſuam exprimere, † quæ in dubio præ-
ſumitur eſſe ſecundum diſpoſitionem iuris re-
ſeruantis præſcriptionem, ne illa cenſeatur ex-
cluſa per verba ſemper, & quandocumq; Alex.
conſ. 113. viſo inſtrumento. nu. 5. lib. 2. Bece. conſ.
101. nu. 91. & conſ. 104. n. 34. Rol. conſ. 21. n. 42.
lib. 2. & ita in ſpecie contra Ruin. & Gabr. per
19 multa † concludit Surd. deciſ. 2. nu. 22. verſ. nec
mouet quod illa verba. & per tot.

Amplius idem eſſet in contractu Principis, qui in
dubio vtendo illis verbis ſemper, & quando-
20 cunq; videtur ſe conformare cum lege, † itaut
non excludatur huiuſmodi præſcriptio prout
in indiuiduo latè concludit Surd. deciſ. 2. Quid-
quid contrarium ſequatur Socin. conſ. 86. n. 10.
lib. 1. alias conſ. 166. nu. 11. lib. 2. & Socin. Iun.
conſ. 146. nu. 56. lib. 1. Quia debent intelligi,
quando appareret voluiſſe Principem tollere
21 præſcriptionem, ſecus in dubio, † tunc enim
videtur velle vti iure communi Innoc. in c. in-
notuit. de elect. Bald. in l. ex imperfecto. in fin. C.
de teſtam. Dec. conſ. 285. in cauſa communitatis.
nu. 6. col. penult. ad med. verſ. & ideo princeps
in contractibus Rolan. conſ. 13. nu. 45. lib. 3. Pe-
regr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 1. nu. 11.

Verum ſi conſtaret de eius voluntate poſſet Prin-
22 ceps tollere pręſcriptionem, † prout ſtatutum.
Ratio quia cum ſit lex animata in terris gloſ. in
§. penult. auth. de conſulib. conceditur legi dero-
gatio alterius legis l. ſed & poſteriores. 27. de
legib. l. præſcriptio. C. de oper. public. Bald. in l.
receptitia. in princ. C. de conſtit. pecun.

Intelligendo de pręſcriptione 20. vel 40. annorum,
ſecus in immemorabili centum annorum, quæ
23 eſt † tanti momenti, itaut nõ tollatur per clau-
ſulam non obſtante lapſu temporis, neq; aduer-
ſus eam detur reſtitutio per Principem propter
præſumptionem iuris & de iure, contra quam
non eſt probatio, neq; datur reſtitutio, quam-
uis prætendatur ex capita ignorantiæ, quaſi
tunc fruſtra conſideretur, an quis ſciuerit vel
ignorauerit latè Roland. conſ. 59. nu. 16. & 18.
24 & per tot. lib. 4. † Iſta enim antiquitas tempo-
ris poteſt quantum poſſet Imperatorum cauſa
Iaſ. in l. quominus col. 6. ad med. nu. 42. verſ.
tertia ratio quia vetuſtas. de fluminibus. Iſern.
in c. 1. in verb. flumina publica. ad fin. nu. 8.
verſ. hac videntur contraria, quæ ſint regal. conſ.
89. nu. 17. lib. 2.

Non obſtat quod emptor emens cum pacto reuẽ-
25 dendi ſemper & quandocumq; † non poſsit ha-
bere bonam fidem, cum ob huiuſmodi pactum,
& conditionem non valeat iuſtè credere rem
ad ſe omnino pertinere l. bona fidei. de verb. ſi-
26 gnif. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 7. nu. 2. † qua
bona fide ceſſante nõ poteſt dari vlla præſcrip-
tio, quamuis ſimus in tempore immemorabili
gloſ. in c. 1. in verb. niſi. de præſcript. in 6. vbi
Franc. col. vlt. Aim. conſ. 146. nu. 2. Afflict.
deciſ. 368. nu. 10. & in ſpecie pacti retrouenden-
27 di † latè Cald. de reſtitut. in integr. in verb.
ſua facilitate. nu. 72. verſ. neq; video. vbi à n. 67.
vſq; ad 76. per multas rationes cõcludit verio-
rem opinionem eſſe, quod nullo vnquam tem-
pore præſcribatur pacto retrouendendi cum
clauſulis quandocunq; ſemper, cum placuerit,
aut ſimilibus; Præſertim quia tex. in c. fin. de
præſcription. videtur corrigere leges ciuiles
quoad præſcriptionem tricennariam cum mala
fide, vnde non erit tutus emptor huiuſmodi ſpa
tio 30. annorum, quaſi ſciat rem ſubiectam re-
ſtitutioni ad luitionem pretij per venditorem
oblati, vel offerrendi prout notat Matth. Coler.
in c. vlt. nu. 34. in fi. de præſcript.

Quia reſpondetur obligatum ad retrouendendum
non teneri offerre reuenditionem facere niſi
28 requiratur; † vnde meritò dicendum eſt inte-
rim præſcribere, quamuis enim ſciat ad id te-
neri, tamen non eſt in mala fide, cum poſsit cre-
dere nolle vendentem retroemere, & ſatis eſt
eſſe paratum reuendere quandocunq; require-
retur infra tempora à lege determinata, & ſic
antequam labatur ſpatium 30. annorum, quod
ſecundum iura tollit omnem præſcriptionem,
prout in ſpecie concludit Rimin. Iun. inſtit.
per quas perſon. nob. acquir. in princ. nu. 30. Et
facit quod dicimus de legatario, contra quem
hæres præſcribit antequã legatum acceptetur,
29 cum † poſsit cogitare quod non velit agnoſce-
re legatum, ideo non poteſt conſiderari aliqua
mala fides, cum illud non teneatur hæres offer-
re Anchar. in c. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6.
Socin. conſ. 64. in cauſa vertente. col. 4. in princ.
verſ. praterea. nu. 7. lib. 1. Quam opinionem li-
cet dicat non eſſe tutam Idem Cald. in d. verb.
ſua facilitate. nu. 73. ad fin. verſ. tum etiam il-
30 la: Tamen vera eſt ſententia, † & ab ea non
eſt recedendum prout latè dixi deciſ. 4. nu. 15.
& per tot. cum alijs de quibus infra. c. 114. Surd.
deciſ. 25. nu. 4. & nu. 25. & de alim. q. 6. tit. 9.
nu. 20. Vaſq. controu. illuſtr. c. 55. nu. 26. Rot.
per Cardin. Pamphil. Peruſina bonorum de Bar-
tolinis 4. Feb. 1585. & 19. nouemb. 1584. in ea-
dem cauſa. latè Menoch. conſ. 143. nu. 39. vſq;
ad nu. 43. lib. 2.

Et adeo iſta bona fides eſt in obligato ad retrouẽ-
dendum, vt non conſtituatur in contraria mala
31 fide, † niſi fiat ſpecialis & certa requiſitio per
eum, qui vult redimere, prout cum alias de hoc
quæreretur dixi verius eſſe, nõ enim ſufficit ge-
neralis citatio ad interrumpendam huiuſmodi
præſcriptionem; vnde in citatione debet expri-
32 mi cauſa ſuper oblatione retractus † neq; ſatis
eſt generalis ad reſpondendum in iure, vel peti-

tionibus Iaſ.in l.fin.in princ. col.2. verſ. tertio
limita.nu.6.ad med. ff.de eo per quem fact. erit
Caſtrenſ. conſ. 10. lib. 1. Sim. de Pret.conſ.132.
nu 80. lib. 1. Bece. conſ. 12. nu. 9. Monter.de-
ciſ.Aragon.21.nu.21.
Prout dicimus de citatione,quæ non inducit litis
33 pendētiam,niſi ſit certa, † & in ea ſint expreſ-
ſa ea, per quæ poſſit reus inſtrui Balb. de præ-
ſcript.3.p.6.p.q.4.nu.23. verſ. tertio limitatur.
tom.17.fol.108. Mandoſ.reg.34.q.35.nu.16.
Et idem in caſibus,in quibus per ſolam citationē,
34 † res efficitur litigioſa,nam intelligitur modo
per eam reus factus ſit certus de re ipſa, pro
qua conuenitur in iudicio, & dummodò expri-
matur cauſa Caſtrenſ.in l.1. C.commun.diuid.
n.6.verſ.dummodo.Salic.in l.3.in fin. C.de liti-
gioſ. Peregr.de iure fiſc. tit.6.lib.4 nu.3.in fin.
35 vbi intelligit † quo ad collitigantes,ſecus quo
ad alios poſt Ang.& Bald.in l.2.C.de præſcript.
30.ann.Itaut non ſolum actio in ſpecie ſit pro-
36 ponenda,ſed etiam exceptio, † nominando il-
lam, & factum proponendo; debet enim eſſe
apta ſuo tempore, loco, & ordine obiecta, &
certa,& clara Oldrad.conſ.206. in cauſa. col.1.
nu.2.verſ. reſtat ad quaſdam. Bald. in repet. l.
edita.col.antepen.nu.111.C.de eden.Rebuf.in l.
verbum oportebit.8.§.actionis. verſ. tertio ſicut
actio.de verb.ſignif.
Ratio eſt, quia per huiuſmodi interruptionē præ-
ſcriptionis pars prætendit cauſare malā fidem
in emptore obligato ad reuendendum; Vnde
debet illi innoteſcere, & reddere eum certum,
37 quod venditor eſt redempturus,† alias non po
teſt dici in mala fide,neq; prætendi interrupta
aliqua præſcriptio ita in ſpecie pacti de retro-
uendendo concludit Surd. deciſ. 5. verſ. addo
quod non ſufficeret nu. 9. quia inquit non ſatis
38 eſt litem eſſe motam, † niſi etiā ſit inſtituta il-
la actio,contra quam præſcribitur l. ſicut.C.de
præſcript.30. annor.Corn. conſ.181. col.penult.
verſ. nec obſtat quod ante impletos. lib.2. prout
etiam in ſpecie huiuſmodi pacti retrouenden
39 di † voluit Tiraq.de retract. lignag. gloſ.2.§.8.
nu.5.& §.9.gloſ.2,nu.19.
Neq; obſtat conſ. Bald. 299. proponitur quod iam
ſunt. in fin. lib.2. vbi concludit, quod citatio
generalis, & indiſcreta interrumpit præſcrip-
40 tionem, † cum ſit ſpeciale in ea, quaſi citans
videatur in citatione omne ius ſuum intētaſſe;
Quia vel huiuſmodi opinio non eſt admitten-
da, cum omnes Doctores contrarium ſequan-
tur vt ex Iaſ. Caſtrenſ. & alijs ſupra allegatis
41 dictum eſt; Vel procedit † quando citatio non
eſſet in totum generalis,quia non omnino ſpe-
cialis requiritur, ideſt vt deſcendamus ad ſpe-
ciem, ſed ſatis eſt emptorem citari reſpōſurum
ſuper oblatione retractus ei facta ab actore,
itaut ſaltem generaliter res ipſa declaretur in
huiuſmodi oblatione ita in ſpecie reſpondet
Tiraq.de retract.lignag.gloſ.2.§.8.nu.5.& hoc
eſt quod voluit Bart. in l. fin. in vlt.not. C.de
42 ann. except. vbi † quod generalis petitio ſuffi-
cit ad interrumpendum pręſcriptionem in om-
nibus, quæ ſub illa generaliter comprehendun-
tur;Maximè vbi proceditur ſine figura iudicij.
ſi enim fiat aliquis actus circa merita cauſæ
operatur interruptionem præſcriptionis Aret.
conſ.30. ad fin. verſ. nam coram quatuor. Balb.
de præſcript.3 p.6.p. q.4. nu. 32. Et an clauſula
non ſe adſtringens, omni meliori modo, ius,
& iuſtitiam cum ſimilibus clauſulis,quæ ſolent
apponi in libellis operentur interruptionem
præſcriptionis non ſecus, ac ſi fuiſſet facta ſpe-
cialis petitio dicam infra cap.in particulari.
Immo in huiuſmodi retractibus neq; præſcriptio
43 eſſet interrupta per litis conteſtationem, † quā
do actor litem ceptam non fuiſſet proſequutus
gloſ. in c. placuit. §. poteſt.in verb.interrupta.
16. q. 3. quod dicit ſingulare Felin. in c. cau-
ſam quæ. nu. 28. limit. 3. de teſtibus. Boui. de
ſtatut. vrb. præſcript. gloſ.21.nu. 12. tom. 17.
fol. 194. vbi quod citatio etiam legitimè fa-
44 cta non interrumpit præſcriptionem, † ſi cau-
ſa eſt perempta culpa actoris Surd. conſ. 500.
nu.2. lib. 4. Itaut etiam litis conteſtatio facta
non ea mente, vt quis litem proſequatur, non
45 interrumpat præſcriptionem, † ex quo negli-
gentia non ceſſat, vbi non adeſt animus proſe-
quendi,quaſi non ſit conſideranda illa momen-
tanea interruptio prout latè in ſpecie conclu-
dit Monter. deciſ. 21. nu.13. vſq; ad nu.19. &
quomodo iſte animus colligatur Cephal. conſ.
460.nu.35.vſq;ad 38.lib.4.
Ideo in iſta interruptione ciuili facta per litis cō-
teſtationem, libellum, aut citationem, finita
46 lite inter partes iudicialiter mota, † poteſt in-
choari noua præſcriptio Balb.de præſcript.p.3.
par.6. princip.q.4 nu. 42. Abb.in c.illud nu.18.
eod. tit. & ab eo die tempus inductum ad præ-
ſcribendum incipit currere,poſtquam vtraque
47 pars ceſſauit litē proſequi, † perempta videli-
cet inſtantia l. fin. C. de præſcript. 30. annor.
Quod procedit etiam de iure canonico, ſecun-
dum quod noua præſcriptio inchoari poteſt,
48 † prout de iure ciuili poſt interruptionem prę-
ſcriptionis ciuiliter factam c. placuit. §. præ-
ſcriptionum. 16. q.3. Ratio eſt, quia ad incho-
andum nouam præſcriptionem poſt primam
interruptam per ius canonicum nihil ſancitum
eſt,ergo ſtabitur deciſioni iuris ciuilis l. præci-
pimus. C. de appellat. & ita in ſpecie concludit
Abb.in c.illud nu.19. vbi Matth. Coler. in fin.
nu.29.de præſcript.
Nec facit quod in iſto caſu videtur adeſſe mala
49 fides, quaſi reddatur quis dubius † propter li-
tis conteſtationem, & cauſam in iudicio dedu-
ctam de iure ſuo l. nemo. 10. C. de acquir. poſ-
ſeſſ. vnde non ſuffragabitur bona fides, cum
per litem motam afficiatur poſſeſſor malæ fidei
tamquam ſciens ſe poſſidere rem ad ſe nō per-
tinentem l. ſi fundum. 17. C. de rei vendic. l. ſi
maior. C. de reſcind. vend. l. ſed & ſi lege. 15.
§. ſi ante litem conteſtatam. de petit. hæred. vnde
amplius præſcriptio non procedet ſtante mala
fide, etiam per mille annos. c.fin. de præſcript.
Quia iſta non eſt vera ſcientia rei alienæ, ſed du-
bie-

Digitized by Google

50 bictas propter litem motam. † Quare non po-
teſt dici mala fides, cum dubitans potius æqui-
paretur ignoranti, quam ſcienti *Bart. in l. fin.
§. vlt. nu. 2. C. de furt. Iaſ. in l. quandiu. nu. 5. C.
qui admitt. & in l. 3. §. genera. nu. 16. de acquir.*
51 *poſſeſ.* † Quaſi dubitatio ſit animi paſſio, cum
præciſa ignorantia extremorum. *Bald. in rubr.
C. de probat. nu. 4. in fin. verſ. tertio modo videt.*
vnde non prohibebitur præſcribere, cum non
ſit in ſcientia vera rei alienæ, ſed in probabili
52 errore, † prout etiam ignorans alium eſſe do-
minum præſcribit *§. ſi quis à non domino. inſtit.
de rer. diuiſ. Matth. Coler. in c. illud. in fin. de
præſcript.*

Vltimò prædictis obſtabat iuramentũ, quod quã-
53 do eſt adiectum in cõtractu venditionis † cum
pacto redimendi quandocũq; prout in caſu no-
ſtro facit, vt nõ currat aliqua præſcriptio *Ang.
conſ. 55. Guglielmus in fin. Caſſan. conſ. 11. nu.
41. col. 14. in fin. verſ. vigeſimo poteſt adduci.*
Quod procedit quamuis promiſſum fuerit ob-
ſeruare aliquid ſub verbo principis, quia iſta
promiſſio habet vim iuramenti *c. penul. de iur.
iur. Aim. conſ. 241. nu. 11.* & in terminis ita con-
cludit *Decian. conſ. 35. nu. 23. lib. 2.*

Contrarium tamen eſt verius, etiam ſtante iura-
mento; Quia prædicta procedunt quando facta
eſſet conuentio de retrouendenda re alienata
quandocunq; prætio reſtituto renunciando ex-
preſsè vnicuicunq; præſcriptioni cum iuramen-
to. Nam tũc nulla vmqnam currit præſcriptio,
quaſi illa impediatur per renunciationem iu-
54 ratam; † ſecus quando in contractu adijcitur
pactum, prout in caſu noſtro, cum iuramento
ſimpliciter pro obſeruatione contractus nulla
facta expreſſa mentione præſcriptionis; tunc
enim hoc iuramẽtum non impedit curſum præ-
ſcriptionis triginta annorum, cum illud intelli-
gatur ſecundum naturam actus, cui adijcitur
ita in terminis diſtinguit *Felin. in rub. de præ-
ſcription. col. 7. in princ. fallent. 4. verſ. ſed forte.*
vbi quod eſt multum notandum ita intelligen-
do *Ang.* exaduerſo allegatum *d. conſ. 55. in fin.*
Quod etiam voluit *Alex. in l. nemo poteſt.* 58.
*col. penul. poſt med. verſ. & ſimiliter cum iuri
introducto. ff. de leg. 1.* vbi quod eſt menti te-
nendum, & quod ab alio ſcriptum non reperi-
tur. licet alios alleget *Iaſ. in d. l. nemo poteſt.
col. penul. nu. 81. in prima lectur.* & concludunt
*Socin. Iun. Balb. & ceteri de quibus latè Me-
noc. conſ. 101. nu. 122. & 123. lib. 3.* vbi appro-
bat dictam diſtinctionem. & ita etiam quod nõ
obſtet iuramentum eſt *deciſio Rotæ per Cardin.
Pamphil. Florentina bonorum. 19. Februarij
1593. cum alijs ſupra allegatis.*

E P I T O M E.

Petitio, ſeu ſolutio pro reſiduo quando impediat, quod plus non petatur. Datio in ſolutum an liberet fideiuſſores, & extinguat hypothecam ſi ſequatur euictio, itaut non poſſit rediri ad primæuam actionem, & quid in re permutata. Confeſsio procuratoris quando poſsit renocari per dominum. Identitas an probetur per duo confinia ſi fuerunt deſignatæ plures demonſtrationes. Sententia reſpectu maioris ſummæ quando valet in parte verè debita. Fideiuſſor appellans tenetur variata inſtantia, ſecus ſi principalis appellaret.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor liberatur per ſolutionem factam à debitore.*

2 *Quitatio pro reſiduo impedit ne plus poſſit peti, quamuis plus debeatur.*
Idem in petente pro reſiduo n. 3. & quid in ſoluente. nu. 4.

5 *Datio in ſolutum quando liberet fideiuſſores, & dicatur extincta hypotheca, ſi contingat euictio. & nu. 14 16. 17. 18. & 21. & quid in datione in ſolutum facta à iudice. nu. 22. & 23.*

6 *Res propria quando ſit domino obligata. & nu. 16.*

7 *Euicta res dicitur per ablationem proprietatis, & poſſeſſionis.*

8 *Confeſſio procuratoris quando noceat domino.*

9 *Confeſſio reuocatur conſtito de errore. & n. 10.*

11 *Dominus poteſt deducere cõtrarium eius, quod procurator deduxit in materia poſitionum, etiam non probato errore.*

12 *Confinia duo ſufficiunt ad probandum identitatem. Amplia vt nu. 13.*

15 *Actione perſonali ſublata tollitur hypothecaria.*

19 *Pœnitentiæ eſt locus in contractibus innominatis ob non implementum.*

20 *Permutari datur regreſſus ad rem permutatam exiſtentem etiam penes tertium, ſi res ſibi data fuit euicta.*

24 *Sententia tamquam indiuidua ratione exceſſus neq; in parte verè debita ſuſtinetur.*

25 *Liquidatio damnorum debet fieri, & illa non reſeruantur, niſi quando de eis conſtat, ſed ignoratur quantitas. & nu. 26.*

27 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris neq; extenditur variata re, iudice, cauſa, vel actione. Intellige vt nu. 28.*

C A P V T III.

SEntentiam latam contra D. Fabium ad fauorem Dominorum de Albertinis dixi eſſe reuocandam. Quia fideiuſsio facta per eundem Fabium pro Mario fratre eſt extincta ſtante ſolutione per principalem debitorem, † per quam fideiuſſor eſt liberatus *inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. l. fideiuſſor. de fideiuſſ. Bal. in l. 2. nu. 3. C. de fideiuſſor. minor. Pariſ. conſ. 121. nu. 25. lib. 1.*

De ſolutione autem conſtabat, quia Marius principalis debitor ſoluit ſcuta 615. pro reſiduo dotis Perſancti ſuo genero, ad cuius inſtantiam fuerunt ſequeſtratæ pecuniæ Marij in manibus fratrum de Albertinis, vt in proceſſu
fol.

Digitized by Google

fol.62.die vltima Septembris.1592.vbi fuit da-
tum in ſolutum prædium cum arboribus, & vi-
neis in contrada tulignani, prout etiam idem
Perſanctes pro dicto reſiduo dotis fuit immiſ-
ſus in poſſeſſionem vineę,& apothecæ 24.augu-
ſti. 1592. vt in proceſſu fol. 54. ſtante præſer-
tim decreto iudicis mandãtis eidem conſigna-
ri prædium vineatum d. Marij, & apothecam,
quæ ſit illi hypotheca, donec vinea eximatur
à prætenſa obligatione, vt in eodem proceſſu
fol.58.die 21. Nouembris.1591. & cum prædi-
2 cta ſolutio † fuerit pro reſiduo dotis non po-
teſt amplius aliquid peti, etiam ſi plus ei de-
beretur *l. ſi ex pluribus. 89. in princ. vbi gloſ.in
verb. reliquum. de ſolut.* Caſtr. *l.in 2.in fin.* C.
*de hæred.inſtit. Iaſ. conſ.*100. *redemptoris.nu.*3.
lib. 4. Rebuff. *in l. poteſt reliquorum 95. col. 2.
verſ. nota tamen ſingulariter. de verb. ſignif.
Veronen. caut.* 121. *ego do tibi.* Salic. *in l. ſi
quidem. in fin. verſ. quærit etiam. nu.* 3. C. *de
tranſact.*

Maximè quia etiam petitum fuit in iudicio per
3 creditorem pro reſiduo, † quo caſu ei præ-
iudicatur, itaut non poſſit aliud petere, quam-
uis plus ſibi deberetur *Guid. Pap. q.* 177. *Ber-
tazzol. clauſ.34.nu.2.in fin.gloſ.11.* licet aliud
ſit quando petitio eſſet ſine clauſula pro reſi-
duo, aut ſine taxatiua tantum, vel dictione ſo-
la, aut ſimili; tunc enim non cenſeretur plus
ſibi non deberi, quamuis contractus eſſet in
maiori ſumma, & poſſet peti reliquum *Bart.in
l. ſi quidem.* C.*de tranſact. Aret.in* §. *ſi minus.
in* 1. *not. inſtit. de action.* Cum aliud ſit in ſol-
4 uente, qui ſi dicat † ſoluere puta quinquagin-
ta tantum, quæ debet, & creditor tacitus reci-
piat, tamen poterit reliquum petere, cum ſit
differentia quod creditor petat taxatiuè, vel
debitor offerat, & ſoluat taxatiuè, niſi appa-
reat quod creditor illud reciperet animo tran-
ſigendi *Bart. in l. ſi cum dos.in princ.n.*3. *verſ.
ſed pone quod debitor. ff.rer.amot. Salicet.in d.l.
ſi quidem. vbi* Iaſ. *nu.* 2. *verſ. immo plus.* Idem
Iaſ.*in* §.*ſi minus.in princ.nu.3.inſtit. de action.
Bertazzol.clauſ.34.gloſ.*11. *nu.*4. licet aliter vi-
deatur concludere. *Idem* Iaſ. *in l.2. nu.7. verſ.
item ad iſtum tex.* C.*de hæred.inſtit. &* Doctor.
in l.ſi ex pluribus.in princ.de acceptil.

Neq; obſtat quod vinea fuerit euicta occaſione
cenſus ſcutorum 500. in ea conſtituti; vnde
cum ſolutio non ſit facta irreuocabiliter non
arctauit Petrum ſanctem, vt non poſſet redire
ad primeuam actionem, & hypothecam, quæ
nõ extinguitur, quamuis acquiſiuerit dominiũ
rei ſibi obligatæ,cũ contingat illud eſſe ammiſ-
5 ſum per euictionem † poſtquam reuiuiſcit obli-
gatio,& hypotheca *l.qui res. 98. in princ.de ſo-
lution.l.ex ſextante.* §.*latinus largus.de except.
rei iud. Affl.decif.7.nu.1.& decif.16.nu.4. Dec.
in l.neq;pignus.nu.2.de reg. iur. & ibi* Cagnol.
in princ. Caſtr. *in l. huiuſmodi. 86.* §. *qui ſer-
uum.in fin.de leg.*1. Socin. *conſ.170. in præſenti
conſultatione col. 4. verſ. non obſtat ſecundum.
nu.5.lib.2.Tiraq.de retr.lignag.*§.1.*gloſ.7.n.70.
Ang.conſ.208.andreas ſignini. in fin. verſ. con-
trarium credo. Aretin. conſ.159. longa eſt iſta.
col.9 in princ.nu.14.verſ.ſecundo hoc probatur.*
Ratio quia res propria poteſt eſſe domino obli-
6 gata, quando † ille non eſt dominus irreuoca-
biliter, cum enim non ſit perfecta acquiſitio do
minij.non extinxit pignus,& hypothecam,neq;
ei debet eſſe damnoſa. *Bart.in d.*§.*latinus lar-
gus.& in l.ſi finita.nu.43. col.vlt.verſ.ſed circa
hoc dubitatur.de dam.infect.*

Quia reſpondetur non conſtare de euictione, cum
non ſit probatum, quod fuerit euicta poſſeſſio,
7 vel proprietas ablata, aut † dominum prout
requiritur *l.ſi ſeruus venditus.* 21. *de euiction.*
Caſtr.*in l.emptorem.*13.§. *idem neratius.de act.
empt.* Surd.*decif.*12.*nu.*7.

Et licet præſupponatur aduocatum Fabij in ſuis
allegationibus fateri illam adeſſe, tamen iſta
confeſſio non præiudicat principali, tanquàm
facta à non habente mandatum, ex arrupto,
8 nulla † præcedente interrogatione,aut monitu
iudicis,non per modum contentioſę iuriſdictio-
nis, & per eum qui non eſt dominus litis. *Bart.
in l.certum.*§.*ſed an,& ipſos.de confeſſ.& in l.2.*
§. *quod obſeruari. de procurat.* Dec. *conſ.* 220.
nu.1.Bal.in l.vnica.nu.30.C.de confeſſ.& regu-
lare eſt vt confeſſio aduocati non præiudicet
domino niſi facta ſit ipſo ſciente, & ratificante,
aut præſente procuratore, itaut etiam ſemper
poſſit reuocari per eos *Franc.in c.cum cauſam.
62.col.1.nu.2.in gloſ.in verb.adire. de appellat.*

Præſertim quia dominus reuocauit confeſsionem
probando procuratorem ſic confitendo erraſ-
ſe circa factum, & illius contumaciam reuoca-
uit, quo caſu domino non præiudicat, quam-
9 uis procurator confeſſus † fuiſſet etiam articu-
los partis aduerſæ domino ſciente, & ad requi-
ſitionem iudicis Rot. *decif.373. alias 9. de pro-
curat. in antiq. & decif. 2. de confeſſ. etiam in
antiq.* Dec. *conſ.*493. *viſo tenore. col. penult.
nu.29. Franc. in c. fin. col.penult. in fin. nu.7.
verſ. vltimo limita. de iur.iur. in 6. Maſq.con-
cluſ.364. nu.4.*

Conſtito enim de errore ſemper poteſt reuocari
10 confeſsio,quamuis deliberatè † eſſet facta Soc.
*conſ. 97. in præſenti conſultatione. col. 3. lib. 4.
poſt* Bald. *in l. error. col.fin. nu. 12. verſ. cre-
do mediam opinionem.* C. *de iur. & fact. ignor.*
Rom. *conſ.391. vt præpoſita. col.1. Gabr.* qui de
magis communi,& æquiori opinione *de confeſſ.
concluſ.*1.Quamuis in materia poſitionum poſ-
ſit etiam principalis deducere contrarium e-
11 ius, † quod ſuus procurator in eiſdem poſitio-
nibus deduxit, itaut non teneatur probare er-
rorem *Surd.decif.17.nu.16.*

Error autem apparet quia in actis conſtat de li-
beratione vineæ à moleſtijs illatis per Emig-
dium, qui fideiuſſerat pro cenſu impoſito per
Marium ad fauorem Ludouici Saladini,& cum
prætẽderet ſe eximi à dicta fideiuſsione habuit
prædium ſeruatis ſeruandis à Marphiſa filia, &
hærede Marij cum conſenſu Perſanctis eius vi-
ri, vt in proceſſu fol.82. vbi etiam quod Emig-
dius

dius occaſione prædicta ſumpſit in ſe onus ex-
tinguendi huiuſmodi cenſum. Ex quibus ap-
paret eſſe conſultum indemnitati Perſanctis,
qui etiam vlterius pro defenſione prædij ſibi in
ſolutum dati pro reſiduo dictæ dotis habuit
apothecam, quam poſtea vendidit, vt in proceſ-
ſu fol. 78. De cuius identitate conſtat cum ve-
12 rificentur duo † confinia, de quibus in eodem
proceſſu fol. 56. quæ ſufficiunt ad probandum
identitatem l. forma. in princ. de cenſibus. l. ſi
quis in fundi vocabulo. de leg. 1. Bart. in l. de-
monſtratio falſa. q. 7. nu. 14. de condit. & de-
monſtr. Rum. conſ. 50. nu. 12. lib. 1. Rol. qui de
13 communi conſ. 67. nu. 4. & 5. lib. 2. † Quamuis
tres demonſtrationes fuerint deſignatæ, qua-
rum vna reperiatur falſa, cum ſufficiat verifica-
tio duarum, licet ſecus quando fuiſſent expreſ-
ſæ quatuor Alex. conſ. 38. viſis, & diligenter
ponderatis. col. 2. nu. 5. verſ. modo ſic quotieſcunq;
lib. 5. & conſ. 73. col. 3. in fin. verſ. plus dicit.
lib. 3. vbi allegat Caſtr. in l. in teſtamento qui-
dam. 27. de condit. & demonſtrat. qui tamen
hoc non dicit, vt notat ibi Natt. in addit. in
verb. in lege. Cum immo Caſtr. contrarium te-
neat in l. ſi in nomine. C. de teſtam. nu. 4. verſ.
ſed qualiter. quod dicit eſſe verius Rolan. conſ.
67. lib. 2. nu. 17. & 18.

Præterea quamuis conſtaret de euictione, tamen
quia ſumus in re data in ſolutum, ſi contingat
illam poſtea euinci per tertium non datur am-
plius actio contra fideiuſſores, qui ſunt libera-
14 ti † per dationem in ſolutum, neque creditor
poteſt vlterius agere hypothecaria, quæ eſt ſub-
lata, & imputet ſibi, qui non fuit proteſtatus
nolle reddere ab obligatione fideiuſſorum, &
hypothecę, quæ proteſtatio conſeruaret prime-
uam actionem, alias ſine ea hypotheca eſſet ex-
tincta, nec ageretur amplius pignoratitia, ſed
vtili ex empto, & ratio eſt, quia cum ſit ſubla-
15 ta † perſonalis, idem etiam erit de hypotheca-
ria tanquam acceſſoria l. ſi tibi. §. de pignore. de
pact. Præſertim quia eſt factus dominus rei ſi-
bi in ſolutum datæ vnde non poteſt amplius ha
bere rem propriam hypothecam l. neq; pignus.
de reg. iur. & quia eſt receſſum à priori con-
tractu per dationem in ſolutum, quæ ſimilis eſt
emptioni l. 3. ff. pro empt. l. ſi prædium. C. de eui-
16 ction. & ita in ſpecie concludit † Bart. in l. ſi
quis aliam rem. 46. in princ. de ſolut. Bald. conſ.
123. quidam Alexander. nu. 1. lib. 1. Veronenſ.
caut. 123. ſi aliquis eſt debitor. Caſtr. in l. libe-
ra. 8. nu. 3. verſ. item allegatur. C. de ſent. &
interlocut. omn. iud. poſt gloſ. ibi in verb. non
prohiberis. Bart. in l. eleganter. in princ. nu. 2. de
pignor. action. & in d. l. libera. nu. 3. verſ. contra
hoc oppono. Imol. conſ. 12. viſo quodam inſtru-
17 mento. nu. 3. verſ. pro prædictis etiam. † Et iſta
eſt verior, & magis communis opinio, quando
ſumus in ſpecie data in ſolutum pro pecunia,
vt eſt caſus de quo agimus Cin. in l. libera. in
fin. verſ. ſed fallit. C. de ſent. & ibi Bal. nu. 2.
verſ. ex hoc ſequitur. Surd. conſ. 145. nu. 37. &
deciſ. 266. nu. 6. Quidquid ſit in alijs caſibus,
puta ſi detur ſpecies pro ſpecie, genus pro ſpe-
cie, ſpecies pro genere, vel fauore dotis, vel
quando debitor non eſt ſoluendo, vel ſi ipſe cre-
ditor vendit iure creditoris, vel in ſimilibus, in
quibus procedit contraria opinio prout diſtin-
guunt Bald. & alij in d. l. libera. Surd. conſ. 145.
per tot. lib. 1.

Ratio differentiæ eſt, quia in illis caſibus contra-
ctus ſunt ſimiles permutationi, non emptioni,
& quando res permutatur non dicitur fieri no-
18 uus contractus, † neq; à prima actione recedi-
tur, niſi res tradita fiat accipientis perfectè, &
irreuocabiliter, nam permutans tenetur ad dã-
dum l. 1. de rer. permut. cum ſit contractus inno-
19 minatus, in quo eſt locus penitentiæ † ob non
implementum vnius partis l. ſi pecuniam. in
princ. de condit. ob cauſ. l. fin. eod. tit. Et idem
eſt quod res non tradatur, vel quod tradita ſit
euicta l. non quocunq; 84. de leg. 1. Becc. conſ.
83. nu. 7. poſt Bald. conſ. 296. quæritur. in princ.
20 lib. 2. Itaut permutanti detur † regreſſus ad
rem exiſtentem etiam pænes tertium, ſi res ſibi
data fuerit euicta latè Surd. deciſ. 173. per tot.
21 Aliud eſt quando ſpecies † datur pro pecunia,
quia tunc eſt celebratus contractus venditio-
nis l. fin. de bon. auctor. iudic. poſſid. Neq; ven-
ditor tenetur ad dandum, ſed tradendum, & ſe-
quuta traditione ſufficit, quod teneatur de eui-
ctione, quæ actio competit in locum primæ iam
ſublatæ per iſtum nouum contractum Cin. in
l. libera. in fin. C. de ſentent. & interlocut.
omn. iudic.

Neq; obſtat quod non ſumus in datione in ſolu-
tum facta à parte, ſed à iudice. Quia eadem
ratio militat in vtroq; caſu, cum factum iudi-
22 cis dicatur † factum partis Bald. in l. ſi ob cau-
ſam. C. de euiction. Tiraq. de retract. lignager.
§. 1. gloſ. 14. nu. 13. Dicitur enim voluntaria
partis alienatio; Prout ita etiam in ſpecie da-
tionis iudicialis concludit Surd. deciſ. 266. per
tot. iuxta depoſitionem tex. in l. eleganter. in
princ. de pignor. actio. Vltra quod in caſu de
quo agimus dationi in ſolutum factæ per iudi-
cem acceſſit etiam noua datio debitoris de ea-
23 dem † re, ſeu confirmatio, quæ eundem effe-
ctum operatur Bart. in l. more. nu. 5. de iuriſd.
om. iud. Pariſ. conſ. 3. nu. 40. lib. 4.

Adde quod pecunia ſequeſtrata in manibus fra-
trum de Albertinis erat ſolum in ſumma ſcu-
torum 400. vt in proceſſu fol. 61. pro qua tan-
tum Fabius fideiuſſerat: Vnde cum in ſenten-
tia fuerit condemnatus pro ſcutis 579. eſt iudi-
24 canda nulla † ratione exceſſus gloſ. vlt. in l. fi.
de iuriſd. omn. iud. & ibi Alex. de communi. col.
fin. nu. 10. cum diſtintionibus, de quibus per
Ceual. q. 60. nu. 2. & q. 382. nu. 1. poſt Salic. in
l. 2. C. de re iudic. Bal. in l. vnic. in princ. nu. 2.
C. de error. calcul. cum ſimilibus, de quibus per
Lap. alleg. 80. quæris cum locatio. & quod ſen-
tentia reſpectu ſumma ſit indiuidua, vnde nec
in parte verè debita ſuſtineatur eſt deciſio Gip-
tij Ariminen. ſeu Romana pecuniaria 25. iunij
1593. poſt Put. deciſ. 323. lib. 1. Oranus Ro-
mana

Digitized by Google

mana pecuniaria de Pinellis. 20. octobris. 1593.

Idem dixi de condemnatione Fabij circa damna, & intereſſe paſſa per fratres de Albertinis ob prætenſam euictionem bonorum, quæ fuerunt mandata liquidari in executione ſententiæ; Quia non conſtat de damnis prædictis
25 prout † debebat conſtare *Bal. in l. 1. in princ. poſt Azo. ibi. nu. 1. C. ſi aduerſ. vendit. pignor. Maſq. conclus. 270. in prino. lib. 1. Surd. deciſ. 209. nu. 3.* Reſeruatio enim liquidationis damnorum, & intereſſe fit quando de illis eſt facta
26 probatio, † ſed ignoratur certa quantitas *Bart. in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Corn. conſ. 318. col. fin. lib. c. Cagnol. in l. quatenus. 24. col. fin. de reg. iur.*

Vltimò Fabius fideiuſsit pro Mario ad fauorem Perſanctis, qui tanquam creditor Marij obtinuit ſequeſtrari pecunias illius in manibus fratrum de Albertinis emptorum molendini Marij; Vnde cum fideiuſsio ſit reſtricta pro Mario, quod ſtabit iuri, & iudicatum ſoluet in cauſa Perſanctis, non poterat mihi ad aliam cauſam, & diuerſas perſonas, & ſic ad fauorem fratrum de Albertinis ſub prætextu, quod molendinum per eos emptum à Mario fuerit euictum è Perſancto: Nam Albertini debent agere contra hæredes Marij, non aduerſus Fabiũ, qui fideiuſsit ad fauorem Perſanctis, non autem fratrum de Albertinis, cuius fideiuſsio nõ
27 poteſt illi ſuffragari † cum ſit ſtricti iuris, neq; extendatur variata re, cauſa, iudice, vel actione *l. blanditus. 12. C. de fideiuſſ. l. non à iudice. 64. de iudic. Rom. conſ. 210. circa primum, in princ. Natt. conſ. 202. nu. 5. Roland. conſ. 58. n. 18. lib. 1. Surd. deciſ. 212. n. 2.* Ideo ſucceſſor datus in vna inſtantia non tenetur de alia, nec coram alio iudice, quando principalis appellat, nam liberatur quamuis ſententia con-
28 firmetur, † ſecus ſi ipſe fideiuſſor appellet; tunc enim tenebitur pro eo, quod iudicat iudex per eum electus appellando. Ratio quia videtur prorogare obligationem ſuam ad iudicem appellationis *Io. Fab. in §. alia. in fin. n. 3. verſ. dic non teneri. inſtit. de ſatiſdat. Surd. conſ. 271. nu. 52. lib. 2.*

E P I T O M E.

Iudex cauſa principalis ſi ſuccedat in locum iudicis appellationis quando poſsit iudicare, & ſuſpectus remoueri. Quid in Archiepiſcopo in cauſa quam cognouit vti Epiſcopus, & in Principe, & alijs, qui habent priuilegium iudicandi in cauſa propria. Aduocatus an poſsit eſſe iudex. Et quid in Aſſeſſore, & notario.

Cauſa commiſſa duobus delegatis abſque clauſula, quod alter ſine altero poſsit procedere, ſi vnus obierit, & alter conſequatur dignitatem defuncti, quando poſsit ſolus iudicare tanquam gerens vices vtriuſque dignitatis.

Canonicus qui habuit Epiſcopum in adiunctum ſuccedens in eius Epiſcopatu cum retentione canonicatus non poteſt ſolus cognoſcere cauſam, in qua erat iudex.

S V M M A R I V M

1 *Iudex qui alias iudicauit in cauſa ratione affectionis non debet amplius illam cognoſcere, & ideo vti ſuſpectus recuſatur.* Intellige *vt nu. 21. & 23.*

2 *Archiepiſcopus non poteſt iudicare in cauſa in qua prius ſententiauit vt Epiſcopus.*

3 *Idem in* Aduocato *&* Conſultore, *& in eo qui iudicauit in cauſa ſimili. nu. 4.*

5 *Aſſeſſor non poteſt eſſe qui in cauſa fuit aduocatus. Declara vt n. 6. & 7.*

8 *In iuriſdictione contentioſa non licet ſuſtinere vices plurium.*

9 Aduocatum *fieri iudicem an expediat.*

10 Iudex *non poteſt eſſe notarius cauſa.* Intellige *vt nu. 11. & 12.*

13 Stante *ſtatuto vt à Poteſtate appelletur ad Capitaneum ſi poteſtas gerat vtrumque officiũ, in* Capitaneus *cognoſcat de ſententia lata per eius* Vicarium *tanquam Poteſtatem.*

14 *Expulſus de collegio reſtitutus non recuperat primum locum.*

Idem in monaco tranſlato, & poſtea reuerſo ad primum monaſterium.

15 *Suſpitio non ceſſat per ſuperuenientiam muneris iudicando vel alterius dignitatis.*

16 *Canonicus que habuit Epiſcopum in Adiunctũ ſuccedens in eius Epiſcopatu cum retentione canonicatus non poteſt ſolus cognoſcere cauſam, in qua erat iudex.*

17 *Cauſa commiſſa duobus abſque clauſula quod alter ſine altero poſſit procedere, ſi vnus obierit, & alter conſequatur dignitatem mortui poteſt ſolus iudicare.*

18 *Iura plurium, quæ ad vnum deueniunt faciunt cum funge vice plurium.*

19 *Actus tenaens ad fauorem alterius intelligitur ſi opponatur.*

20 *Sententia non præſtito iuramento perhorreſcentia, quando ſit nulla ſi in reſcripto dicatur, prout iurare paratus extitit.*

21 *Iudex cauſa principalis poteſt eſſe iudex cauſa appellationis parte non opponente.*

22 *Reſcriptum duobus iudicibus cum clauſula ſi non omnes, quando valeat, ſi per vnum procedatur.*

24 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem non recuſatur ſuſpectum, & iudicat in cauſa cum eius ſubdito. licet honeſtius debeat delegare. n. 25. & 26.*

27 *Cardinalis, & Legatus de latere an poſſint recuſari ſuſpecti, & an ab eorum ſententijs appelletur.*

28 *Conſuetudo an valeat, vt quis ſibi ius dicat, & in cauſa propria iudicet.*

29 *Ordinarius & delegatus de iure canonico poſſunt in totum recuſari ſuſpecti.*

C A P V T IIII.

Alium iudicem dixi eſſe delegandum in caſu mihi propoſito, neque coram eo pro ſecu-

ſecutionem appellationis faciendam. Nam
cum idem iudex alias antequam eſſet auditor
ſententiam in huiuſmodi cauſa potuiſſet ra-
tione affectionis non debet amplius illam co-
gnoſcere. Ratio nam quamuis in cauſa appel-
lationis poſsint fieri nouæ probationes, ex
quibus iudex mutaret opinionem; tamen lex
1 præſumit illum fauere † primæ ſententiæ, &
ideo habet eum ſuſpectum *Aret. conſ. 29. nu. 25.
Capic. deciſ. 146. Cephal. conſ. 28. nu. 36. Menoch.
conſ. 94. nu. 13. lib. 1.* Et ita in ſpecie conclu-
dit *gloſ. in c. querelam. 24. de elect.* vbi quod
hoc non ſolum eſt de honeſtate, ſed etiam de
neceſsitate. *& in cap. 1. §. ſi contra in verb.
tutor. 3. q. 7. per l. prætor. de iuriſd. omn. iud.*
vbi explicat verbum poteſt, ideſt debet; Et
quod poſsit recuſari tanquam ſuſpectus dicit
omnes concordare *Anchar. in d. cap. quere-
lam. col. 1. oppoſit. 1. nu. 6. & ibi Card. col. 4.
in fin. poſt Goffr. Phil. & alios per eum allega-
tos.* Idem ſequitur *ibi Io. de Anan. nu. 6. verſ.
in gloſ. 1.* vbi de † Archiepiſcopo, qui prius ſen-
2 tentiauerat vt Epiſcopus, prout etiam *Specul.
de appell. §. nunc tractemus. col. fin. verſ. quod
ſi appellatum. & ibi Addit. in littera D. Idem
Specul. de iud. deleg. §. ſupereſt. nu. 4. & n. 10.*
adducens argumentũ quod dicitur de eo † qui
3 fuit ante aduocatus, prout etiam notat *gloſ. in
l. eos, in princ. in verb. procuratum. C. de ap-
pell. vbi Bart. in princ. num. 6.* & ad eandem
gloſ. ſe remittit *Franc. in cap. accepta. 35. nu. 2.
eod. tit. & in cap. poſtremo. col. penul. verſ. vi-
geſimonono. de appellat. Maranta in praxi act.
7. nu. 63. eod. tit.*

Idem eſt in iudice, qui alias fuit conſultor in
eadem cauſa qui poteſt allegari ſuſpectus *Ca-
pic. deciſ. 146. num. 3.* Quemadmodum in eo,
4 qui alias iudicauit in † cauſa ſimili, qui etiam
poteſt recuſari *Innoc. in cap. irrefragabili. in
princip. de offic. ordin. Aret conſil. 29. num. 25.
Rebuf. ſuper conſuetud. Gall. de recuſat. art. 9.
num. 32. gloſ. vnic. tom. 3. fol. 165. Menoch.
conſ. 94. num. 13. lib. 1. Cephal. conſil. 28.
num. 36.*

Prout etiam prohibetur quis eſſe iudex, & aſſeſ-
5 ſor in cauſa in † qua fuit aduocatus *Specul.
de aſſeſſor. §. vltim. in fin. per l. quiſquis. de
poſtul. l. fin. C. de aſſeſſor. Felin. in cap. ir-
refragabilis. num. 4. de offic. ordin. colum. 2.
in fin.* Etiam ſi fuiſſet aduocatus in alia cauſa,
dummodo connexa, & iudicem dependente
cum illa, in qua vult eſſe iudex, quia poterit
nihilominus recuſari *Capic. deciſ. 146 nu. 5.*

Intelligendo vt poſsit recuſari ab eo tantum con-
6 tra quem † fuit aduocatus, non ab illo, pro
quo poſtulauit, quamuis ſecreta cauſæ propa-
lauerit *Add. ad Felin. in c. irrefragabili. in
verb. qui fuit. de offic. ordin. Carpan. ad con-
ſtit. Mediolan. c. 61. num...* Licet è conuerſo ſi
7 prius ſententiam tulit, poſſet in eadem † cauſa
eſſe aduocatus defendẽdo quod iudicauit *Cin.
in l. quiſquis. q. 1. C. de poſtul. Petr. Aug.
Maria in tempor. tit. 2. q. 6. in fin. poſt Auiles
in cap. prætor. cap. 3.*

Eodem tamen tempore non poſſet quis eſſe iudex,
aduocatus, & aſſeſſor, quia in iuriſdictione
8 contentioſa † non licet ſuſtinere vices plurium
l. nemo. C. de aſſeſſor. l. quiſquis. C. de poſtul.
Et eſt incompatibile, vt quis ſibi ipſi conſulere
poſsit *Dec. conſ. 8. num. 3. in fin. verſ. & hoc
clarum.*

Amplius voluit *Alciat. lib. 11. parerg.* vt neque
9 expediat creare iudicem, qui ſimpliciter † alias
fuerit aduocatus, quaſi non ſit iudicaturus ſine
pecunia tanquam ſuetus lingua venali opes ac-
quirere, & ibi adducit verſus Palladis poetæ
græci, quod tamen non eſt verum, cum multi
aduocati integerrimè, & ſumma cum laude,
& prudentia munus iudicandi ſubierint, prout
latius dicam infra in capite particulari. & mul-
ta quando ſententia lata per aduocatum ſit
nulla, & quæ dicatur identitas cauſæ *Bertaz-
zol. conſ. crimin. 579.* & ibi latiſsimè *Claud.
in Addit.*

Idem in iudice, qui non poteſt eſſe notarius cau-
10 ſæ † *Bart. in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl. §.
ſanè ſi hæc. in fin. num. 15. cum ſeq. Innoc.
in cap. cum à nobis. de teſtib.* Dummodò non
ſumus in cauſis modicis, in quibus nulla requi-
11 ritur † ſcriptura, immo in eis creditur iudi-
ci *Bart. in auth. breuiores. C. de ſent. ex breui.
recitan. & in l. nemo. C. de aſſeſſor. Mattheſil.
not. 1. & ibi latè Add. in verb. primo nota.*
Et dummodo non ſimus in iuriſdictione volun-
taria, quando ſcilicet exercitium vnius actus
12 non † præſtat impedimentum exercitio alte-
rius *l. 1. C. de colleg. illic. l. ſi conſul. de adopt.*
vbi filius familias præſes poteſt ſe ipſum apud
ſemetipſum emancipare *l. 1. de off. procon.* Idem
in notario, qui ſi alias eſt iudex poteſt ſcribere
vt notarius, & auctoritatem præſtare vt iudex
in iſtis voluntarijs *Bart. poſt gl. in l. iubemus.
§. ſanè ſi hæc. in fin. C. de ſacroſ. eccl. Silu. de
benef. q. 19. p. 3. nu. 6.*

Non obſtat *Bald. in l. eos. in princ. nu. 2. C. de
appell.* vbi concludit, quod poſsit de cauſa co-
gnoſcere, qui aliàs iudicauit per notata *in l. fi-
lius. in fin. de inoff. teſtam.* quaſi cognoſcat tan-
quam nouus homo, quia inquit apud dignitatẽ
eſt habitus iudicandi, & apud perſonã eſt actus
tanquam apud vnum organum ipſius dignita-
tis, & ideo conſideramus radicem, ex quo *ibi
Bald. in verb. plenitudine dicit* ita per Docto-
res concludi, quod etiam voluit *gloſ. in l. filius
non impeditur. in verb. cum non proprio. de inoff.
teſtamen.* & latius *Idem Bald. conſil. 55. lib. 1.*
13 conſuluit, quod ſtante ſtatuto, † vt à pote-
ſtate appelletur ad capitaneum, ſi cõtingat, po-
teſtatem gerere vtrumq; officium de ſententia
lata per eius vicariũ tanquã poteſtatem cogno-
ſcere ipſe velut capitaneus, nec proceſſus erit
nullus: Vnde cum conſideretur tanquam nouus
homo non ſunt amplius præterita inſpicienda,
vt dicimus de doctore expulſo è Collegio, qui
14 reſtitutus admittitur tanquam † nouus non re-
cuperando primum locum. Et de monaco tranſ-

lato

lato ad aliud monaſterium, & poſtea ad primũ
reuerſo Bart. in l. 2. de decurion. Surd. de alim.
tit. 9. q. 28. n. 25. in fin.
Quia verior opinio eſt contra Bald. vt dicit Anchar. in c. querelam. vbi alij idem concludunt de elect. Immo idem Bald. d. conſ. 15. in fin. dicit eſſe faciendam delegationem, vt omnis ſuſpitio ceſſet.
Præſertim quia ſuperuenientia iſtius muneris iu-
15 dicandi, ſeu alterius dignitatis non † efficit,
vt ſuſpitio & affectio ceſſet, quæ cum ſuperſit non debet quis cogi coram ſuſpecto litigare, quod eſt periculoſum, & malos effectus parit l. apertiſsimi. & l. cum ſpeciali. C. de iudic. cap. cum inter. de except. cum alijs per Roland. conſ. 19. n. 1. lib. 3.
Ideo dicimus, quod ſi Epiſcopus fuerit datus in
adiunctũ canonico, qui per mortẽ illius Epiſco-
16 pi † ſucceſsit in eius Epiſcopatu eum retẽtio-
ne canonicatus, non poterit tamẽ ſolus cognoſcere & terminare cauſam, in qua erat iudex. Ratio nam licet ſuſtineat vices vtriuſq; dignitatis; Tamen ex quo illi tanquam ſuſpecto fuit datus adiunctus, ſuperueniẽtia illius dignitatis non facit ceſſare ſuſpitionem, prout ita in ſpecie concludit Mand. de commiſſ. form. 8. in verb. adiunctum. q. 3. Quamuis alias cauſa commiſ-
ſa duobus delegatis ſub nomine dignitatis abſ-
17 que clauſula, quod alter † ſine altero poſsit
procedere, ſi vnus obierit, & alius conſequatur dignitati mortui, poterit ſolus procedere, ex quo gerit vices vtriuſque dignitatis Io. And. in cap. rationi. col. penul. & ibi Franc. nu. 3. de reg. iur. in 6. Lap. alleg. 88. commune florentia. col. 2. in fin. verſ. ſed ponamus. nu. 3. Dec. in c. quoniam abbas col. 8. ad fin. de offic. deleg. n. 12. q. 6. in fin. verſ. quid autem è contra. & ibi Felin. col. fin. in princ. n. 10 verſ. committitur cauſa duobus. Ratio, quia quando iura plurium
18 perſonarum deueniant ad vnum † ille ſolus
fungitur vice plurium, & facit quod omnes facere potuiſſent l. non eſt nouum. de act. empt. Bart. in l. ſi mihi & titio. in princ. de leg. 1. cum alijs per Surd. conſ. 30. nu. 13. & de alim. q. 25. tit. 9. nu. 31.
Secundo contrarium procedit quando non fuiſſet oppoſitum per partem, de qua oppoſitione conſtat in caſu, de quo agimus. Tunc enim per tacitam approbationem partium non poteſt dici de nullitate proceſſus, & ſuſpicio ceſſat, ideo non fit delegatio, cum quilibet actus
19 tendens ad fauorem † alterius ſit intelligen-
dus ſi per eum opponatur declarando velle vti exceptione ſibi competente Iaſ. in l. vniuerſa reſcripta. C. de precib. imper. offer. Alex. in l. 1. §. ſublata. ad trebel. Menoch. præſumpt. 46. lib. 2. Gabr. de fideiuſſ. concluſ. 1. nu. 57. Aim. conſ. 121. n. 4. Put. deciſ. 353. lib. 4. & multa ſimilia latè adducit Gonzal. ad reg. 8. cancell. gl. 56. n. 48. vſque ad n. 109. Mandoſ. form. 7. cõmiſ. in verb. prout quandocunquè iurare. ante q. 2. vbi ex hoc concludit non eſſe nullam ſenten-
20 tiam non præſtito † iuramento perhorre-
ſcentiæ, quamuis in cõmiſsione dicatur prout iurare paratus extitit, quia id intelligitur parte opponente; Secus tamen quando per ſignaturam dictam fuiſſet præſtito iuramento perhorreſcentiæ, quia tunc eſſet defectus iuriſdi-
21 ctionis. Et ita in ſpecie † caſus noſter declarat Hoſtien. in c. querelam. in princ. de elect. vbi intelligit illum tex. procedere, quia non fuit appellatum, neque oppoſitum & ſequitur ibi Cardin. nu. 7. col. 6. Cepoll. caut. 159. nu. 4. vbi quod iudex cauſæ principalis, licet non poſſit iudicare in cauſa appellationis, tamen ſecus eſt quando partes conſentiunt, & eſt tex. in c. accepta. 35. de appellat. Ita vt ſufficiat etiam conſenſus tacitus Surd. conſ. 465. n. 10. lib. 4.
Quemadmodum dicimus de ſententia Iudicis aduocati, quæ valet, neque ſubiacet nullitati, ſi nõ fuerit recuſatus ſuſpectus Alex. & Iaſ. in l. ſolit. de iuriſd. omn. iudic. Aim. conſ. 299. nu. 14. cum alias fungens officio iudicis, & aduocati nulliter iudicet, & puniatur etiam pœnis, de quibus in l. athletas. §. calumniatur. de his qui notant. infam. Franc. Marc. deciſ. 698. p. 1.
Idem eſt in reſcripto ad lites duobus iudicibus directo cum clauſula, & ſi non omnes, nam ſi pars non proteſtetur & opponat, quod debeat
22 coram duobus procedi, valebit proceſſus
per vnum factus, neque poterit dici nullus defectu iuriſdictionis cap. cum plures. de off. deleg. in 6. cuius diſpoſitio imitatur ſtante oppoſitione partis quod proceditur contra ambobus Caputaq. deciſ. 71. p. 3.
Tertio prædicta intelliguntur quando ſumus in Principe, qui non ſubiacet legi, vel in eo qui non habet ſuperiorem, tunc enim non co-
23 getur delegare † Card. in d. cap. quere-
lam. nu. 7. col. 4. Ratio eſt, quia non præſumitur, quod Princeps aliter ſit iudicaturus, quàm ipſe Deus cap. nouit. de appell. l. 1. de off. præfect. prætor. Lancellott. in templ. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. tit. de poteſt. & potent. imperat. Ex quo Princeps non recognoſcens ſuperiorem
24 non recuſatur † ſuſpectus, & iudicat in cauſa
vertente cum eius ſubdito Felin. in cap. 1. n. 5. de probat. Bal. in cap. 1. de inueſtit. in mar. fact. Oldrad. conſ. 124. n. 3. Surd. conſ. 50. n. 9. &
25 conſ. 465. n. 16. Licèt honeſtius faceret † vt
etiam Princeps litigans cum ſubdito cauſam delegaret gloſ. in c. 1. in verb. eccleſia. 16. q. 6. Dec. in c. cum venissent. n. 34. de iudic. Salic. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Oldrad. conſ. 124. nu. :. cum Princeps poſsit ſe ſubmittere iuriſ-
26 dictioni † inferioris Iaſ. in l. eſt receptum. de
iuriſd. omn. iud.
Et idem in ſimilibus perſonis, in quibus non poſſet cadere ſuſpicio ob inſignem aliquam dignitatem, prout de Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Legatis de latere, qui an poſsint
27 recuſari ſuſpecti † docet Abb. in cap. nouit.
43. vbi Franc. n. 4. de appell. Idem Franc. in cap. poſtremo. 36. n. 15. q. 7. col. 5. eod. tit. Roland. conſ. 19. n. 17. lib. 3. Paris. conſ. 31. n. 98. lib. 1.

Felin.

Digitized by Google

Felin. in c. cum. col 5. ad med. nu. 9. verſ. habet ergo recuſatio. de except. & an poſsit appellari ab eorum ſententijs *Bald. in l. vnic. de off. præfect. prætor. & in l. 2. in fin.* C. *de appellation. latè Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. c. 6. nu. 37. vſque ad nu. 52.* B*arbat. de legat. de later. q. 5. num. 12. Manfred. de Cardin. decis. 156. in fin. tom. 13. p. 2. fol. 99. Alban. eod. tit. q. 42. verſ. tertio hi antiſtites.*

Quæ etiam procederetur in ciuitatibus habentibus priuilegium iudicandi in cauſa propria *Muta. ſuper conſuetud. panormit. c. 86. nu. 23.*

28 Itaut etiam ſufficiat cõſuetudo, † ex qua poteſt induci, vt quis ſibi ius dicat, & in cauſa propria iudicet *gloſ. in c. 1. de pæn. in 6.* cum declarationibus, de quibus per *Doctor. in l. qui iuriſdictioni. de iuriſd. omn. iud. & in c. cum contingat. de for. compet. Iaſ. in l. 2. nu. 108.* C. *de iur. emphit.* Et quod valeat conſuetudo iudicandi in cauſa propria, etiam cum facultate citandi extra territorium, latè *Surd. conſ. 465. per tot. lib. 4.*

Prout neque deberent fieri huiuſmodi delegationes quando eſſemus in iudicibus, in quibus nõ procedunt in totum tales recuſationes, quando ſcilicet extaret ſtatutum, ſeu conſtitutio mandans ob cauſas ſuſpitionis dari aliquẽ adiunctum, de quo dicã latius infra cap. 10. Quic-
29 quid aliud ſit de iure canonico, † ſecundum quod tam iudex delegatus, quàm ordinarius poteſt in totum recuſari propter ſuſpicionem, & tanquam ſuſpectus remoueri *c. ſi quis contra clericum. de for. compet. Abb. in c. cum ſpeciali. 61. in 1. notab. & verſ. est alia differentia. de appellat.* Mandoſ. *in form. 8. commiſſ. in verb. adiunctum.*

EPITOME.

Vxor ſecundo nubens, vel inhoneſtè viuens quando ammittat legatum, & dotem, & detur hæredibus mariti exceptio retentionis, & dotis. Cõſtitutio de reſtituẽda hæreditate ſi efficiatur ſacerdos an extendatur ad caſum ſi deceſſerit ſine filijs. *Pœnæ* ſecundo nubentium non ſunt ſublatæ quo ad viduas inhoneſtè viuentes. Mater perdit tutelã per ſecundas nuptias neq; recuperat, quamuis vidua remaneat, & quid ſi nuptiæ fuerint nulliter cõtractæ. Vxor an perdat dotem propter adulterium. Virgo ſtuprata quando debeat dotari, ſeu duci in vxorum. Per contractum matrimonij quando vacet beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Legatũ ammittit vxor propter ſtuprum quamuis nõ adſit conditio caſte uiuendi. Amplia ut n. 15. & 16. Intellige ut nu. 13.*

3 *Conditio qua ex uerisimili mente teſtatoris colligitur habetur pro expreſſa & n. 5.*

4 *Conditio in caſu mortis uxoris extenditur ad caſum uita inhoneſta ex mente teſtatoris.*

6 *Conditio de reſtituenda hæreditate ſi efficiatur ſacerdos extenditur ad caſum ſi deceſſerit ſine filÿs. Contrarium n. 7.*

8 *Legatum ut quis non contrahat matrimonium cum tali extenditur ad caſum ſi cum eo inhoneſte uiuat.*

9 *Legatum ut quis non nubat cum tali ualet.*

10 *Libertas matrimonÿ poteſt modificare quo ad tempus, locum, & perſonas. Amplia ut n. 11.*

12 *Ingratus erga defunctum efficitur indignus aliquid capere ex eius bonis. Intellige ut n. 14*

17 *Offenſa commiſſa uiuo teſtatore, & eo ignorante operatur effectum reuocationis legati, itaut poſsit excipi per hæredes de ingratitudine.*

18 *Alimenta quæ mãdauit maritus præſtari uxori per annum luctus non acquirũtur ei ſi intra annum nubat.*

19 *Dos perditur propter ſtuprum commiſſum ab uxore uidua. Contrarium eſt uerius nu. 20. & de ratione nu. 21.*

22 *Hæredes non poſſunt opponere adulterium cõmiſſum per uxorem uiuente, & inſcio uiro, nec retardare reſtitutionem dotis. Amplia vt nu. 23.*

24 *Vxor non ammittit hodie dotem propter adulterium. Contrarium eſt uerius n. 25.*

26 *Pœna ſecundo nubentium non ſunt correcta quo ad uiduam ſtuprum committentem. & de ratione n. 27. Intellige ut n. 28.*

29 *Vxor nubens infra annum luctus ammittit relicta à marito. Intellige ut n. 30. Contrariũ eſt uerius ut n. 31. Declara ut n. 32.*

30 *Vxor præfertur filÿs in accuſando occiſores mariti, & in pace facienda dummodo non ſecundo nubat.*

33 *Legatum uſusfructus uxori donec caſte uixerit in uiduitate, & ſi nubat centum ſi non uixit caſte & poſtea nupſerit acquiret centum.*

34 *Pœna contra ſecundo nubentes extenduntur ad nuptias nuliter contractas.*

35 *Tutelam perdit mater per matrimonium tàm ualidum, quãm nullum.*

36 *Mater quamuis nunquam ſuſceperit tutelam non admittitur ad eam, licet uidua remaneat ex ſecundo matrimonio exemplo eius, quæ fuit priuata tutela iam accepta propter ſecundas nuptias. & n. 37.*

38 *Pœna remittitur ex ſolo facto quamuis nullo, ubi conſideratur ſolũ factũ non illius effectus.*

39 *Clericus contrahens matrimonium nullũ perdit beneficium, ac ſi ualide cõtraxiſſet, quamuis non ſequatur copula, & non interuenerit parochus. dummodò non ſit nullum ex defectu conſenſus.*

40 *Vxor quæ efficitur infamis ex alia cauſa, quàm uita inhoneſta non perdit legatum. & nu. 41.*

42 *Licentia nubendi data uxore non extenditur ad nuptias infra annum luctus.*

43 *Facultas teſtandi non excludit ſolemnitates ſecundum quas tenetur facere teſtamentum.*

44 *Virgo ſtuprata debet duci in uxorem, uel dotari. Intellige ut nu. 45. & 47.*

46 *Non dicitur honeſtè uiuere. quæ habet mentem corruptam.*

48 *Filia viuens luxurioſè non debet ali nec dotari, nec hæres inſtitui.*

CAPVT V.

VXor relicta legataria, vel inſtituta hæres,
à viro, quod ammittat legatum commit-
1 tendo ſtuprum, dixi verius eſſe, quamuis † non
fuerit in eo poſita conditio caſtè viuendi. Ra-
tio quia per huiuſmodi turpem vitam infert
iniuriam marito *§. quæ uero. auth. de nupt.*
Salic. in ſpecie.in l. fideicommiſſum.in fin.C.de
fideicomm. vbi quod eſt notandum tanquã quo-
tidianum *Lup. in rubr. de donat. int. uir. &*
uxor. §.67. nu.4. Cephal. *conſ. 500.nu.39. Ca-*
ualcan. de uſufr. nu.113. Cott. *in memorab. in*
uerb.mulier. in fin.Bald.in c.tua. ad fin.de pro-
cur. Oſaſc. dec.ſ 77. in fin. Ceual. *q.708.in fin.*
2 Intelligendo † tam de vnico, quàm de pluribus
ſtupris. Quicquid *Fab. & Vaſq.* contrarium
ſentiant, contra quos eſt verior opinio, vt dicit
Surd. de alim. tit. 7. q.4. in fin.

Et facit etiam ratio, quia præſumendum eſt teſta-
torem non reliquiſſe, ſi de ſtupro cogitaſſet;
3 vnde † iſta conditio habetur pro expreſſa *gloſ.*
In l.tale pactum. §. fin. de pact. Bald. *in l. cum*
acutiſſimi.in princ.C.de fideicom. latè Tiraq. *in*
l.ſi unquam.in præfat.nu.35. C.de reuoc.dona-
tion. vbi multa quantum valeat veriſimilitudo
in quibuſcunque diſpoſitionibus, & in qualibet
materia *n.37. uſque ad n.63.*

Ideo dicimus, quod ſi teſtator inſtitutis filijs rel-
quit mille ſuæ vxori toto tempore vitæ ſuæ ſi
honeſtè, & caſtè vixerit, & poſt eius mortem
eadem mille vadant ad titium, ſi vxor viuat in-
honeſtè non expectatur mors illius, ſed legatum
acquiritur ſtatim legatario, non hæredi. Ra-
4 tio, nam licèt verba ſint † in caſu mortis, tamẽ
hoc fuit, quia teſtator non credidit vxorem eſ-
ſe ducturam talem vitam, cum idem dixiſſet, ſi
de hoc cogitaſſet Bart. *in specie in authen. hoc*
locum. C.*de ſecund. nupt.n.10. & 13.col. penul.*
ad med. verſ. qua ratione. Alex.*conſ.100 nu.7.*
lib.4. & ibi Natt. *in addit. in verb. determina-*
tum. Rol.*conſ.70 nu.37.lib.3.*Surd. qui de ma-
gis communi *conſ.44.n.6. lib.1. & de alim.tit.*
9.q.25.ſnu.26.

Prout regulare eſt vt ſtante huiuſmodi veriſimili
mente teſtatoris extenſio admittatur de vno
5 caſu ad alium † quando in vtroque eſt eadem
ratio *Alex.conſ.100.per tot.lib.4.* vbi ex hoc cõ
cludit, quod conditio ſi hæres efficiatur ſacer-
dos poſt eius mortem reſtituat hæreditatẽ ali-
cui, debeat extendi ad caſum ſi deceſſerit ſine
filijs, cum videatur poſita illa conditio ſacer-
dotij propter filiorum defectum, qui caſus ſi-
6 milis eſt † cum illo, ſi ſine liberis deceſſerit, ſe-
quitur *Dec.conſ.127.nu.16.Boer.q.354.col.fin.*
*verſ.ſecundo quod ſi teſtator.*Aim.*conſ.59.nu.5.*
*Cephal.conſ.166.n.49.*Decia.*conſ.1.n.91. lib.1.*
7 licèt contrarium voluerit † *Alciat.in l gallus.*
§.& quid ſi tantum.in 2.lectur.n.43.de liber.&
poſth. Menoch. *conſil.243. nu.33.& 54.& præ-*
ſump.73.nu.4. verſ.ex his intelligimus.lib.4.&
de arbitr. caſ. 309. cent. 6. Ratio, quia ex alia
cauſa potuit moueri teſtator cum poſſit eſſe,
quod quis efficiatur ſacerdos, & tamen relin-
quat filios legitimos ſuſceptos ante clericatũ,
vnde potius erit relinquẽdum iudicis arbitrio,
qui conſiderabit, an veriſimile ſit fuiſſe hoc co-
gitatum per teſtatorem, prout concludit *idem*
Menoch.d.caſ.309.nu.5. poſt Galiag. *in d.§.&*
quid ſi tantum.n.28.& 29.

Vnde etiam videmus, quod legatum factum mu-
lieri vt non contrahat matrimonium cum tali
plebeio perditur, quamuis illi non nupſerit, ſed
8 cum eo † inhoneſtè viuat propter veriſimilem
mentem legantis, qui hoc amplius prohibuiſ-
ſet, tanquam magis ignominioſum cum inter-
dixerit matrimonium, & ne plus habeat luxu-
ria quam caſtitas, & quia pœna contra nuben-
tes extenditur ad eas, quæ non caſtè viuunt
Gonzal. in specie de alternat. gloſ.57. in fin.
num. 56.

Et valet legatum, quod quis non nubat tali, cum
9 non impediat † libertatem matrimonij quoad
alios *l.hoc modo.de condit.& demonſtr.Felin.in*
cap.1.de ſponſal. Dummodo alteri poſsit com-
modè nubere *Caſtr.in l.cũ tale. §. ſi arbitratu.*
limit.5.fol.240.ff.de condit.& demonſtr. Nam
libertas matrimonij licèt non poſsit impediri
in totum, tamen poteſt modificari ratione lo-
corum, perſonarum, & temporis *Caſtr. & alij*
in l.turpia.de leg.1.Aim.conſ.1 .n.6. Surd.deciſ.
30.n.27.uſq; ad nu.31. Itaut iſta diſpoſitio mo-
11 dificatiua perſonarũ ſit verificanda † tam in
prima vice, quàm ſecunda *Iaſ.in l.ſi ſic ſtipula-*
tus.2. nu.4. de verb. obligat. vbi de conditione,
quod non nubat niſi mercatoribus, nam mor-
tuo primo viro mercatore, etiam talis debet
eſſe ſecundus, quidquid alias actus benè perfe-
ctus ſufficiat verificari in primo, & ſequitur
Muta ſuper conſuetud, panormit.cap.47. n.96.

Quibus cõfert quia ingratus erga defunctum exi-
ſtimatur indignus aliquid capere ex eius teſta-
12 mento, aut vltima voluntate, cum † faciat ſe
indignum beneficio recepto *l.1. de his quib. ut*
indign. ubi Bart. exemplificat in eo, qui vxo-
rem, ſeu filiam defuncti poſt eius mortem co-
gnouit.

Intelligendo in vxore defuncti viduante, alias ſi
de nouo nupſiſſet offenſa non reſpiceret prio-
13 rem virum † *Peregr. in ſpecie de iur.fiſc. lib.2.*
tit.8.n.2,& lib.3.tit.15.nu.10. Ratio, quia non
eſt amplius in primo matrimonio, in quo cen-
ſetur eſſe ſolum dum viduat *l.fin.C.de bon.ma-*
tern. Ideo nec ipſa adulterando poſt ſecundas
14 nuptias † offendit primum virum, prout nec
adulter, qui ſi eſſet vaſſallus non caderet à feu-
do *Præpoſ.in c. 1. §. item ſi fidelis. quib. mod.*
feud. ammit. Iſern. in c. 2. de feud. ſin. culp.
ammitt.

Immo indiſtinctè vxor priuatur legato viuendo
inhoneſtè, ſiue poſt annum luctus, ſiue infra
15 annum, cum vtroque † modo offendatur mari-
tus: Itaut perdat etiam omnia alia priuilegia
fori,

ſori, & quartam debitam iuxta auth. præterea
C.vnde vir.& vxor. Surd.de alim.tit. 7. q. 24.
n.16.Menoch.de arbitr.in addit.ad caſ.66.n.14.
& vndecim pœnas contra viduam ſtuprum cō-
mittentem latè refert Idem Menoch.in addit. ad
caſ.188.de arbitr.

Amplius mulier, quæ commiſit adulterium, ſiue
16 poſt factum legatum, ſiue ante † illud ammit-
tit Ruin. conſ.55. num.3.lib. 3. Card. Mant.de
coniect.vlt.volunt.lit.5. nu. 7. lib. 12. vbi am-
pliat ad concubinam: Ratio quia tex. in §.pe-
nult.auth.de reſtitut.& ea qua par.licet loqua-
tur in ſtupro commiſſo intra annum luctus, ta-
men non excludit poſt annum, ibi enim ita cō-
tigit in facto, ideo illa reſtrictio non eſt facien-
da Surd.de alim.tit.7.q.24.nu.16.ad med. & in-
terpretamur legatum pro adempto, quando
ventum eſt ad caſum, in quem teſtator non reli-
quiſſet ſi ſciuiſſet, vt in vxore quæ cōmiſit adul-
terium viuente viro qui neſciuit Doctor. in l.
fideicommiſſum. C.de fideicom. Surd.de alimen.
17 tit.9.q.30.nu. 29. Offenſa † enim commiſſa vi-
uo teſtatore, & ignorante operatur effectum
reuocationis legati, itaut ſaltem poſſit excipi
de ingratitudine Io.Andr.ad Specul de feud. in
verb.reuoluitur.§.vlt.Bald.in c.1.§.porro. quæ
fuit prim. cauſ. benef. ammitt. Alexandr. in l.
rei iudicatæ. §.hæredi.ff ſolut.matrim.on. Aret.
conſ. 14. Peregr. de priuileg. fiſc. tit. 8. lib. 2.
num.11.

Ideo etiam ex tali coniecturata mente teſtatoris
18 dicimus † quod quamuis cauſa alimentorum
ſit fauorabilis & priuilegiata: Tamen ſi vir
relinquat vxori alimenta præſtanda per annum
luctus, non acquiruntur ei, ſi intra annum ſecū-
do nubat, quia licet videantur eſſe verba, quæ
potius deſignent annum, quam inducant vidui-
tatem, itaut annus luctus dicatur primus an-
nus, etiam ſi maritus tanto tempore non lugea
tur; Nihilominus ex veriſimili mente legantis
credendum eſt noluiſſe pręſtari alimenta, etiam
poſtquam nupſiſſet, maximè cum ſic exonera-
ret ſecundum virum, qui tenetur alere vxorem,
& benefaceret perſonæ ſibi inuiſæ, prout per
multas & ſimiles rationes latè concludit Surd.
de alim.tit.9.q.30.per tot.

Addebatur idem eſſe in dote quam vxor perdit
19 ob inhoneſtam vitam, & ſtuprum † maximè ſi
eſt commiſſum infra annum luctus Rolan.conſ.
86.num.41.lib.2.Oſaſc.decíſ. 77. in fin. Alciat.
præſumpt.9.reg.2.nu.3.Couar. de ſponſal. p. 4.
c.7.§.6.nu.10.

Licet hoc non ſit tutum cum verior ſit opinio,
quod indiſtinctè non perdat vxor dotem prop-
20 ter ſtuprum commiſſum, † ſiue poſt annum lu-
ctus, ſiue infra annum Alex. in l.ſororem. C. de
his quib.vt indig. Duen. reg. 12. limit. 3. verſ.
contrarium tamen.Dec.in c. paſtoralis. col. fin.
de iudic. Pinell.in l.vlt.num.9. C. de bon. mat.
Aim.conſ.205.nu.24. & magis communem, &
æquiorem dicit Ceuall.q.708.n.9.Ignat. Lopez
ad Diaz.reg.786.col.3.Odd.conſ.51.& 85. Me-
noch.latè caſ.287.in addit.de arbitrar.num. 32.
vſq; ad n.63. vbi facta dinumeratione doctorū
& rationum concludit hanc magis veram opi-
21 nionem eſſe, & ſequendam. † Ratio, quia mi-
nor eſt iniuria quæ fit marito defuncto; quam
viuenti, & quia ſtuprū leuius eſt delictum, adul-
terio cum minus puniatur. §.item lex iulia.in-
ſtit.de public iudic.

Ideo neq; eſt tuta opinio illa, quod hęredes poſsint
opponere adulterium commiſſum per vxorem
22 viuente viro, † & illo inſcio, & ſic retardare re-
ſtitutionem dotis ſecundum Alex.in l.rei iudi-
catæ nu. 5.§.hæredi.ff.ſolut. matrim.on. & conſ.
189.nu.1.lib.6.Ruin.conſ.185. n.1.& 2. lib. 3.
Menoch.conſ.30.Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 24.
nu.15.Quia contrariū ſeruatur, vt dicit Ceual.
q. 708. in fin. vbi quod nec per viam actionis,
nec exceptionis poſſent hoc facere hæredes.
Ratio nam in pœnis non fit extenſio ad amiſ-
ſionē proprii patrimonii, prout eſt dos. in qua
non habet vxor à marito titulum lucratiuum,
vnde ſi amittit relicta a viro, non infertur ad
ammiſsionem dotis Peregr. de iur. fiſc. lib. 2.
tit.8.nu.13.in fin.

Magis negaretur iſta retardatio reſtitutionis do-
tis propter prætenſum adulterium hæredibus
23 viri † contra hæredes vxoris, aut hæredes hæ-
redum, cum viua vxore daretur forſan illi ma-
ior defenſio Rota diuerſ. in ſpecie decíſ. 86. in
cauſa mantuana par.3.lib.2.fol.46. vbi num.2.
magis huiuſmodi opinio admittitur, ſi hæredes
ſaltē præſumptiuè viuēte vxore ſciuerint adul-
teriū, puta quādo eſſet de eo fama publica aut
aliquid ſimile ex quo colligeretur ita eſſe ad
not. per Bartol. in l. ſi poteſt colum. 12. de ac-
quir.hæred.

Præſertim quia hodie neq; vxor ammittit dotem
24 propter † adulterium vt latè concludit Plauti.
in rubric.C.de eden.num.4. poſt Curt.Iun.ibid.
25 licet horum opinio † non ſit admittenda cum
contrarium ſit verius prout omnibus reſpōdet
Menoch.de arbitr.caſ.287.num.33. in addit. &
caſu.419.nu.6.

Non obſtat quod hodie ſint correctæ pęnæ ſecun-
26 do nubentium. Quia in vidua † ſtuprante non
eſt aliquid immutatum per canones, per quos
inhoneſtas improbatur ſiue ſtuprum ſit infra
annum, ſiue poſt, cum in vtroq; caſu ſi inhone-
ſtè viuat incurrat omnes pęnas incapacitatis
relictorum auth. eiſdem. C. de ſecund. nupt.
Bartol. in l. ſi ſolis C. de reuoc. donat. Rip.
in l.final.num.98.C.eod. Cardinal.in cap. fin.
C. de ſecund. nup. Iacob. de Beluiſ. Ioan. Gar-
ron. Bermond. Bero. & alij per Menoch. de ar-
bitr.in addit.caſ.288. num.29. Peregrin.de iur.
fiſc.tit.15.lib.3. nu.5.

Ratio eſt ne plus habeat luxuria quā caſtitas cō-
27 tra tex.† in §.fin.auth.de reſtit. & ea quæ par.
Et quia filij magis inhonorātur per ſtuprū quā
per ſecundas nuptias Peregr. d.tit. 15. num. 5
vbi tamen n.16.declarat quod nō incidit in pę-
28 nas l. 1. & 2. C. de ſecundis nupt. † quæ non
extenditur vltra annum luctus, ſed in alias pę-
nas incurrit prout in ammiſſione relictorū per

Digitized by Google

maritum, itaut illis priuetur quamuis poſtea
nubat, vel cum amaſio, vel cum alio Idem Pe-
regr.d.n.16.poſt Brou.conſ.32.n.30.lib.2. Præ-
poſ.in c.tanta.q.9.qui fil.ſint.legit.Io. de Garro.
in l.1.n.73.C.de ſecund.nupt.
Amplius dicebatur, quod vxor etiã nubens infra
annum luctus nedum inhoneſtè viuens amittit
29 relicta à † marito prædefuncto tãquam ingrata
quaſi illius anima contriſtetur ex ſecundis nup-
tijs Alex.ad Bart.in l.1. C. de ſecund. nupt. poſt
gloſ. in l. decreto. C. ex quib. cauſ.infam. irrog.
Surd.de alim.tit.9.q.30.n.34. Ceual. qui de cõ-
muni q.151.n.3.vbi quod perditur legatum fa-
ctum vxori ſi caſtè vixerit per ſecundas nuptias
30 ſi huiuſmodi conditio ponatur filijs † mariti.
ſeu ab ipſo marito, ſecus ſi ab extraneo Card.
Mant.de coniect.vlt.volunt.tit.19. nu.31.lib.11.
Prout etiam dicimus vxorem tranſeuntem ad ſe-
cunda vota non præferri filijs in accuſando oc-
ciſores mariti,& faciẽdo pacem de illius mor-
te,cum ex iſtis nuptijs perdat huiuſmodi priui-
legium ita in ſpecie poſt Villalpandum per eum
allegatum concludit Flores pract. quæſt. lib. 1.
q.7.in fin. num.16. Quamuis alias præferretur
ſi non contraxiſſet ſecundum matrimoniũ tam
in pace, quam in accuſatione, Boer.deciſ.233.
nu.2.Plaz.in epit. delict.c.40. num.2. cum alijs
per eum Flor.dict.q.7.per tot. vbi quod ita fuit
iudicatum licet contrarium teneat Franc. de-
ciſ.382. par.2. de quorum veritate dicam infra
in cap.particulari.
Licet prædicta de ammiſſione legati non ſint tu-
31 ta,cũ contraria opinio ſit verior,Ratio † quia
licitè nubit, vnde pœnam non meretur Bald.
conſil.381.lib.5.Capr.conſ.70.nu.10. Aim.conſ.
36.Pariſ. conſ.95. num. 23.lib.2. & ita iudica-
tum dicit Peregr.de iur.fiſc. lib.3.tit.16. num.4.
in fin.& magis veram opinionem teſtatur Sur.
de alimen.tit.9.q.30. num.30.vbi tamen intelli-
32 git ſecus eſſe, quando teſtator fecit † mentio-
nem de ſecundis nuptijs, ita vt illas videatur
abhorruiſſe, tunc enim perditur legatum Io. de
Carron.in rubr.C.de ſecund.nup.nu.32. Soccin.
conſ.56.viſo & teſtamento.col.2.ad med.verſ.ſed
præmiſſis non obſtantibus.nu.3.lib.3.
Verum eſſet, quod ſi legaretur vxori vſusfructus
per maritum donec caſtè vixerit in viduitate,
33 & ſi nubat centum, ſi non vixit caſtè † in vidui
tate, & poſtea nupſit priuabitur legato centũ
latè Simon.de Pret.interpretat.1.vlt.volunt.lib.
4.dub.10.num.121.fol.421.Ceual.quæſt.151.in
fin.num.6.
Notandum eſt etiam, quod in caſibus in quibus
34 habent locum pœnæ ſecundarum † nuptiarum
procedunt quoq;in eo, qui contraxit nuptias
inceſtuoſas, cum non debeat eſſe melioris con-
ditionis illo, qui legitimè nupſit Caputaq. de-
ciſ.154. par. 2. Ideo mulier perdet tutelam per
35 ſecundum matrimonium † tam validum quam
nullum, ne plus habeat luxuria quam caſtitas
Bald.in c.ex parte nu.20. de appellat. Peregr.de
iur.fiſc.tit.15. num. 6. lib.3. vbi etiam quod il-
lam perdet ſiue luxurietur intra, vel poſt annũ
luctus Bart. in auth. ſacramentum. C. quand.
mul.tut.offic.Caſtr.in l.omnem.C.ad trebel.Ca-
putaq.deciſ.267.p.2.
Accedat,quia per tranſitum ad ſecunda vota,ſiue
valida ſiue nulla ſit ſuſpecta legi;Ideo videmus
36 quod propter huiuſmodi ſuſpitionem † ſi ma-
ter nunquam ſuſcepit tutelam ſed illam habuit
auia, qua exiſtente tutrice mater tranſiuit ad
ſecundas nuptias, ex hoc excluditur à tutela,
quamuis poſtea vidua exiſtens ex ſecundo ma-
trimonio velit tutelam ob tranſitum auię ad ſe
cunda vota, licet enim nunquam fuerit priuata
mater quando ſecundo nupſit, tamen ratio ſuſ-
picionis durat donec viuit, & militat in vtroq;
37 caſu tam ſuſceptæ, † quam non ſuſceptæ tutelæ
prout in puncto concludit Surd. qui dicit non
inueniſſe in ſpecie à doctoribus tactum huiuſ-
modi caſum deciſ. 106. num. 14. ſequitur Mut.
ſuper conſuetud.Panormit.c.50.nu.25.Cum per
iſtam ſuſpicionem non temporaliter ſed perpe-
tuo excludatur exemplo viri vergentis ad ino-
piam,cui nõ reſtituitur dos quamuis poſtea di-
nes efficiatur Bart.in l.ſi conſtante.n.107.ſolut.
matrim.Mſing.obſeru.85.cent.3.
Et facit quia vbi lex conſiderat potius ipſum fa-
38 ctum,quàm effectũ tunc cõmittitur pœna † ex
ſolo facto,quamuis de iure non ſubſiſtat Bartol.
in l.quid ergo §. cũ autem de his qui not.infam.
& in l.ſi quis legatum.ad leg. corn.de falſ. Vn-
de clericus contrahens matrimonium licèt nul
39 lum † ex aliquo defectu perdit ipſo iure bene-
ficium nõ ſecus ac ſi validè contraxiſſet, prout
alias cum de hoc diſceptarentur dixi verius eſ-
ſe. Ratio quia ſaltem quantum in eo fuit con-
traxit Rom.conſ.488.num.6.& multis ſimilibus
comprobat Gonzal.de altern gloſ. 57.n.43.vſq.
ad nu.54.& eſt deciſio Rot.per Car.Lancellottũ
lucana hoſpitalis de inſula 13. Iunij 1576. vbi
quod beneficium vacat per contractum matri-
monij per verba de præſenti gloſ.in c.1.in ver.
derelinquendo.de cleric.coniug.Couarr. de ſpon-
ſal.p.2.c.6.§.3.nu.4.Quamuis non ſequatur co-
pula Rot.deciſ.1. de ſponſalib. in antiq. & deciſ.
vnic.de cleric.coniu.in nou.& quãuis matrimo-
nium ſit nullum ex quocunq;alio defectu,quam
conſenſus, quia contrahens quantum in ſe fuit
contraxit, & ideo cenſetur habuiſſe beneficiũ
pro derelicto, & quia non debet eſſe melioris
conditionis, qui nulliter, quàm qui licitè con-
traxit Rom.conſ. 483. dubitatur primo. col.2.in
fin n.6.& ibi Mandoſ. in verb. conſanguinei.&
in verb.contraxiſſet.Abb.in c.1.n. 7.in fi.de cle-
ric.coniug.Auffrer. ad deciſ.cap.tholoſ.240. latè
Capr.regul.91.n.53. cum ſeq.
Itaut prædicta procedant quamuis in matrimo-
nio non interuenerit parochus iuxta Conc.Tri-
dent.ſeſſ.24. cap. 1. in quo licèt adſit decretum
irritans inducens reſiſtentiam iuris in actu ge-
ſto contra illius formam, Tamen non per hoc
poteſt dici, quod deficiat conſenſus,quia etiam
in matrimonio contracto cũ conſanguineo lex
reſiſtit cum decreto irritant. cap. non debet. de
conſang. & affinit. & tamen inducitur vacatio
bene-

Digitized by Google

beneficij in matrimonio contracto cum cõſan-
guineo. Ratio, quia in hac materia reſpicitur
factum ipſum, non facti validitas; tunc enim
dicitur adeſſe defectus conſenſus, quando nullo
modo fuit præſtitus; vt in contractu per vim,
& metũ, ſeu in non habente intellectum; nõ au-
tem ſi fuerit datus conſenſus qui per legem an-
nullatur. & etiam ex matrimonio clandeſtino
oritur conſenſus *vt in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1.
in proem.* & ita in ſpecie quod vacet benefi-
cium per contractum matrimonii quamuis nõ
interuenerit parochus dicit *idem Cardin. Lan-
cellot. lucan. hoſpitalis de inſula. 13. iuny. 1576.*
vbi etiam quod non requiritur, vt ad d. vaca-
tionem debeat eſſe talis nullitas matrimonii,
quæ inducat impedimẽtum publicæ honeſtatis;
cum contrarium appareat *in c. 1. de ſponſalib.
in 6.* vbi etiam hoc impedimentum oritur in
conſanguinitate, & tamen vacat beneficium per
contractum matrimonii cum conſanguineo.

Obſeruandum eſt etiam, quod ſi mater efficeretur
40 infamis ob aliam cauſam, † quàm vitæ inho-
neſtæ non perderet legatum ſibi à viro relictũ;
Ratio, quia maritus legauit ob pudicitiam, &
illius præmium, vnde quando in alio deliquit
ceſſat cauſa reuocationis, quaſi in eo ſolo caſu
veniat contra prohibitionem legantis *Ang. in
ſpecie de teſtam. in gloſ. item reliquit mulieri
concubinæ alimenta. ſequitur* Surd. *de alimen.
tit. 7 q. 24. num. 23.* Quamuis contrarium con-
41 cludat † *Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt.
lib. 11. tit. 19 in fin. nu. 36.*

Item aduertendum eſt, quod licentia data per vi-
42 rum nubendi nõ extenderetur † ad nuptias in-
fra annum luctus. Ratio, quia cum offendatur
maritus per ſecundas nuptias, tam infra annũ,
quàm poſt annum, debemus licentiam intelli-
gere, vt minus illum offendat. prout dicimus de
licentia teſtandi, quæ non excludit ſolemnita-
tes, ſecundum quas teneretur facere teſtamẽ-
43 tum quaſi alteri legi non debeat † contraue-
niri *l. ſi quando de inoffic. teſtam.* & ita in ſpe-
cie concludit *Surd. de alim. tit. 9. q. 30. num. 44.
poſt Io. de Garron. in l. 1. num. 78. C. de ſecund.
nupt.*

Vltimò eſt obſeruãdum, quod honeſtas vitæ adeo
requiritur in mulieribus, vt quamuis alias vir-
44 go ſtuprata debeat † duci in vxorem, ſeu dota-
ri, tàm de iure diuino *Exod. cap. 22.* quàm
pontificio. *c. 1. & 2. de adul. Caſſan. conſ. 40.
Theſaur. deciſ. 3. num. 2.* Tamen ceſſat hæc pœ-
na, quando virgo erat vitæ vilis, & minus ho-
neſtæ *Pariſ. conſ. 160. lib. 4. Cephal. conſ. 140.
nu. 16. lib. 1. Burſat. conſ. 69. num. 13. lib. 1. ſe-
quitur* Menoch. *de arbitr. in addit. ad caſ. 288.
nu. 18.* Ratio, quia non dicitur commiſſum ſtu-
prum ex quo nec vidua, nec virgo eſt, cum etiã
non dicatur honeſtè viuere, quæ habet mentem
corruptam. licèt corpore ſit intacta *Card. Man-
tic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 19. in fin.*
Immo etiam virgo ſtuprata, ſi poſtea cum alijs
45 ſe commiſcuerit non conſequitur dotem † à
ſtupratore latè *Carroc. dec. 98. per tot.* quaſi per
mutationem ſtatus in deterius non teneatur
ad obſeruantiam qui ſtuprauit, prout filia quæ
viuendo luxuriosè, nec ali, nec dotari debet à
patre, neq; hæres inſtitui *l. ſi pater C. de inoff. te-
ſtam. Specul. qui fil. ſint legit. §. 1. num. 16. verſ.
quid ſi filia.* cum diſtinctionibus de quibus la-
tè *Surd. de alim. tit. 7. q. 4. per tot.*

E P I T O M E.

Seante reſcripto, in quo tota cauſa committitur
iudici appellationis, an poſsit per eundem iu-
dicem cognoſci de meritis, & toto negotio in
caſu in quo appellatio interpoſita ab vno arti-
culo non deuoluebat, puta ſi eſſet fruſtratoria,
iniuſta, & nulla, vel potius cauſa ſit remittenda
primo iudici. & quid ſeruetur in curia Roma-
na. Per appellationem in curia ab interlocu-
toria, quando poſsit peti aduocari totum ne-
gotium antequam tractetur de iniuſtitia appel-
lationis. Iudex an ex conſenſu partium poſ-
ſit prius pronunciare ſuper negotio principa-
li antequam pronuncietur ſuper appellatione
ab interlocutoria.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex appellationis non cognoſcit de meritis
cauſæ & toto negotio quando appellatio inter-
poſita ab vno articulo non deuoluit, quamuis
adſit reſcriptum, in quo tota cauſa committi-
tur eidem iudici, & de ratione. nu. 2. 3. & 6.
Fallit in curia* Romana *nu. 7. & 8.*

4 *Reſcriptum quamuis nihil diſponat vltra ius
commune ſufficit tamen, quod operetur mo-
nitionem, & nu 5.*

9 *Per appellationem ad curiam ab interlocuto-
ria iudicis inferioris poteſt peti aduocari to-
tum negotium antequam tractetur de iuſtitia
appellationis, quamuis de natura cauſæ non
poſſet appellans obtinere committi cauſam in
curia. Intellige vt nu. 10.*

11 *Pronunciandum eſt prius ſuper appellatione
ab interlocutoria, & eius nullitate antequam
pronuncietur ſuper negotio principali, itaut
iudex neq; hoc poſsit facere ex prorogatione
partium quamuis ſit* Legatus, *aut alius qui
poſſet adiri per viam querelæ. Fallit in Pa-
pa. n. 12. Contrarium tamen eſt verius etiam
in quolibet iudice inferiore, qui poteſt adiri
per viam recurſus. num. 13. & de ratione.
nu. 14. Amplia vt nu. 15. & 16. Declara, vt
num. 18. & 19.*

17 *Ratio naturalis debet mouere iudicem ſicut
lex. qui poterit reſtringere, ſeu ampliare ver-
ba legis.*

20 *Archiepiſcopus in cauſis ſubditorum ſuffraga-
neorum habet tantum poteſtatem per appel-
lationẽ, & ſolum in caſibus in iure expreſsis.*

C A P V T VI.

Q Vando appellantes impetrant reſcripta

in quibus tota cauſa committitur iudici appel-
lationis, dixi verius eſſe, quod vigore eiuſdem
1 reſcripti non poſsit iudex appellationis † co-
gnoſcere de meritis, & toto negotio in caſu,
in quo appellatio interpoſita ab vno articulo
non deuoluebat, puta quia eſſet fruſtratoria;
nulla, aut iniuſta; tunc enim eſſet remittenda
2 primo iudici. Ratio, † quia commiſſio intel-
ligitur ſub cõditione, quatenus benè fuerit ap-
pellatum, cum de iure iudex appellationis tunc
cognoſcat de articulo, à quo non fuit appella-
tum, quando benè eſt appellatum; vnde etiam
reſcriptum eſt intelligendum ſecundum ius cõ-
mune, quia non eſt veriſimile, quod Papa vo-
3 luerit † auferre iuriſdictionem iudici, niſi hoc
dicat, vel aliter appareat de eius ſcientia. Ita
in ſpecie concludit. *Berou. q. 120. nu. 9. in fin. Aegid. deciſ. 419. ſi auditori, Vant. de nullit. defect. iuriſd. ordin. nu. 65. Rom. conſ. 362. in 2. dub. Felin. in c. cauſam q; col. 6. in fin. nu. 6. poſt verſ. nec dicas in beneficialibus de reſcript.* vbi quod
eſt ita tenendum, quicquid dubitet, *Franc. in c. vt debitus. 59. nu. 45. in gloſ. penult. de appell.* &
ita ſeruari teſtatur. *Surd. deciſ. 175. nu. 7. & 9. in fin. verſ. nihilominus. & per tot.* Mut. *ſuper Conſuetud. Panorm. c. 16. nu. 50.*

Neq; obſtat quod reſcriptum parum operaretur,
cum idem ſit de iure cõmuni, ſecundum quod
iuſtificata appellatione remanet negociũ prin-
cipale ipſius cauſæ decidendum per iudicem
4 appellationis; Vnde ſtante † reſcripto deberet
intelligi commiſſum negocium principale, etiã
in caſu in quo appellans ſuccumberet.

Quia ſatis eſt, quod huiuſmodi reſcriptum opere-
5 tur ſaltem † monitionem ſecundum doctrinam.
Innoc. in c. prudentiam. de offic. de leg. cum alÿs per Felin. in c. cauſam de ſent. & re iudic. colum. fin. & in ſpecie, ita reſpondet, *Idem Felin. in c. cauſam, nu. 6. de reſcript.* cum etiam poſſit com-
miſsio aliquid operari quoad ordinem cogno-
ſcendi, & procedendi, vt declarat *Berou. quaſt.* 120. *nu.* 11.

Maximè quando cauſa appellationis committitur
in eodem reſcripto ſuper illo articulo cum to-
to negocio, tunc enim videtur totum negocium
commiſſum acceſſoriè ad articulum, ſuper quo
fuit principaliter appellatum; Vnde tanquam
acceſſorium debet regulari ſecundum naturam
6 principalis; † Itaut non intelligatur commiſſum
totum negocium, niſi deuoluat articulus prin-
cipalis appellationis ſecundum quem illud erit
interpretandum *vt in puncto dicit Berou. q. 120. nu. 8. in fin.*

Prædicta tamen in curia Romana non ſeruantur
7 propter clauſulam quam, & quas, † quæ ſolet
apponi in quibuſcunq; commiſsionibus prout
declarat *Mandoſ. ad Rom. conſ. 362. in prima addit.* & de huiuſmodi ſtilo curiæ teſtatur etiã
Felin. in c. cauſamq. in verbo interpretatio, in fin. verſ. & addit. nu. 6. in fin. col. 7. de reſcript.
vbi quod ſi eſt commiſſa auditori cauſa graua-
minis cum toto negocio, illa non reuertitur de
ſtilo curiæ ad priorem iudicem, quamuis pro-
nunclauerit male appellatum ſuper articulo
grauaminis. ſequitur *Berou. q. 120. num. 12. verſ. at de ſtilo curiæ. latè Bellam. deciſ. 37.*
8 *vbi appellatur* qui ſubdit † rationem huius ſti-
lo, ſeu conſuetudinis, quia non eſt locus, vbi
poſsint melius & citius cauſæ termi nari prout
in palatio apoſtolico propter copiam petito-
rum & diſertiſsimum modum decidendi, con-
ſulendi, & audiendi cauſas: Ideo infert ceſſare
iſtam conſuetudinem in cauſis commiſsis alte-
ri extra palatium apoſtolicum præterquam
Cardinali, cui propter honorem non committi-
tur cauſa niſi per Papam.

Ideo etiam dicimus, quod per appellationem ad
9 curiã ab interlocutoria iudicis inferioris † po-
teſt per aduocati totum negocium, antequam
tractetur de iuſtitia, & rectitudine appellatio-
nis, quamuis etiam ex natura cauſæ, vel ex de-
latione iudicis, vel partis non poſsit appellans
obtinere cauſam committi in curia, dummo-
10 do † præſtetur iuramentum, in quo aſſeratur
non adeſſe ſpem conſequendi iuſtitiam in par-
tibus *Franc. in c. nicolao 64. nu. 7. q. 3. de appellat.* vbi dicit eſſe menti temendum. *Dec. in cap. interpoſitæ. §. 1. eod. tit. Abb. Stapbil. Rot. & alÿ per Couarr. pract. quaſt. cap. 10. num. 6. verſ. illud ſanè non eſt prætermittendum.* vbi quod
eſt ſpeciale in curia cum hoc non liceret iudici
inferiori qui haberet ius cognoſcendi cauſam
appellationis, non enim poſſet retinere cogni-
tionem negotij principalis, niſi iuſtificaretur
grauamen appellationis interlocutoriæ *c. 1. de for. compet. in 6.*

Obſeruandum eſt etiam quod adeo prius debet
pronunciari ſuper appellatione ab interlocu-
toria, & eius nullitate, antequam de nego-
11 cio † principali cognoſcatur, vt neque iudex
poſſet hoc facere ex prorogatione partium, &
conſenſu litigantium, quamuis eſſet Legatus,
aut alius qui poſſet adiri per viam quærelę pro-
ut in ſpecie concludit *Couar. pract. quaſt. cap. 10. in 6. ad med. verſ. quod minime. Boer. deciſ. 257. ſupra tactum fuit. nu. 2. verſ. quinimo non poſſet. poſt Card. & Dec. in c. vt debitus. de appellat.* Ratio quia tex. *in c. cordi. quod eſt primum. de appell. in 6.* loquitur ſolum in Papa,
12 in quo eſt † ſpeciale, vt omiſſo articulo appel-
lationis poſsit cognoſcere de cauſa principali
prout ſibi viſum fuerit vel de partium volunta-
te; vnde in alijs eſt ſeruandum ius commune vt
debitus honor tribuatur iudicibus.

Iſta tamen non ſunt tuta, & contrariũ eſſet cõclu-
dendum, quod ſtante conſenſu partium etiam
13 iudex inferior † qui poteſt adiri per viam quæ-
relæ, vel recurſus poſsit cognoſcere de meritis
cauſæ, quamuis appellatio non deuolueret, aut
eſſet male appellatum ab aliquo articulo. Quia
14 ratio de qua *in d. c. cordi.* nõ eſt ob aliquã † ſpe-
cialitatem ſummi Pontificis, ſed propter con-
ſenſum partium, qui facit, vt pendentia litis
non obſtet, ſiue ſimus coram vno, ſiue alio iu-
dice quãdo tamen cauſa eſt ciuilis, & inter lai-
cos, prout concludit *Franc. in c. vt debitus. col. penult.*

Digitized by Google

penult. nu. 32. q. 4 verſ. tertia & vltima concluſ.o. de appellation.

Amplius neq; requirentur conſenſus vtriuſq; partis, ſed ſufficeret ſolum conſenſus appellati,
15 qui † inuito appellante poſſet petere, vt cognoſcatur ſuper principali cauſa ommiſſo articulo appellationis. Ratio quia *tex. in c. cordi. de appellat. in 6.* licèt requirat conſenſum vtriuſq; litigantium, tamen non per hoc exclu-
16 dit caſum conſenſus † ſolius appellati, cum appellans ſatis dicatur conſenſiſſe à principio quando coram eo introduxit appellationem, itaut non liceat ei poſtea diſſentire, tamquam
17 in expreſſa calumnia. Ratio enim naturalis † debet mouere iudicem, ſicut lex, ideo poterit reſtringere, & ampliare verba legis. *c. ſecundo requiris. de appell. l. ſcire oportet. §. conſequens. in vera. ſufficit. de excuſat. tut. gloſ. in auth. vt ſine probibit. matres debitr. & creditr. poſt princ. in verb. exiſtimamus.* Vnde quamuis tex. loquatur de conſenſu partium, tamen poteſt reſtringi ad appellatum tantum, cum ratio ſuadeat, vt appellans non poſſit conqueri; Dum-
18 modo tamen prius reuocetur grauamen, † ſi aliquod fuit illatum appellati, prout in ſpecie concludit *Franc. in c. vt debitus. col. ult. q. 5. de appell. poſt. Abb. ibi. nu. 35. col. penul. in fin. uerſ. extera gloſam quaro da quaſtione notabili. Surd. decif. 175. in fin.* vbi dicit magis veram & communem, quidquid alij contrarium ſenſerint loquens indiſtinctè in quolibet iudice, qui poteſt adiri per viam querelæ, ſeu recurſus *poſt. Crot. conſ. 27. nu. 8. Præpoſ. in d. c. ut debitus. col. 11. ad med. uerſ. alius etiam additur ca-*
19 *ſus.* vbi ampliat † ad Legatum, & Archiepiſcopum, quoad laicos ipſi archiepiſcopo ſubditos, cum poſsint prorogare, nec requiritur conſenſus ſuperioris in eis; licèt aliàs archiepiſcopus non poſſet etiam de conſenſu appellantis & appellati procedere, niſi vbi appareret deuolutum per appellationem videlicet quando pronũcia-
20 tur legitima appellatio, cum in cauſis † ſubditorum ſuffraganeorum habeat ſolum poteſtatem per appellationem, & in alijs caſibus tantum in iure expreſsis, de quibus latius *per Doctor. in c. 1. & c. romana. de for. compet. in 6. & c. paſtoralis. in princ. de offic. ordin.*

E P I T O M E.

Subhaſtationes ſunt faciendæ ſecundum conſuetudinem loci præſente pecunia non habita fide de pretio niſi conſuetudo probetur in ſpecie in contrarium, & in illis attenditur læſio, & quæ debeat eſſe. Creditor admittitur ad offerendum. Æſtimatio debet præcedere antequàm bona ſubhaſtentur, & quo modo intelligatur. Excutienda ſunt primo bona mobilia antequam deliberentur immobilia, non tamen erit nulla deliberatio ſi non appelletur, Maximè quando adeſt obligatio cameralis: neq; debitor poteſt reuocare ſubhaſtationem niſi reſtituto pretio.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum loci ſuperioris non attenditur niſi in defectum ſtatuti loci inferioris. & nu. 14.*
2 *Subhaſtationes ſunt faciendæ ſecundum conſuetudinem loci ubi fiunt.*
3 *Obſeruantiam ſequi debemus.*
4 *Oblatio redditur nulla ſi non ſit ſimplex, ſed conditionalis.*
5 *Subhaſtatio debet fieri præſente pecunia, neq; conſuetudo in contrarium ualet niſi in ſpecie probetur. & nu. 6.*
7 *Creditor ſeu alius pro eo poteſt offerre quando uenduntur bona ſubhaſta. & nu. 8.*
9 *Paupertas debet concludenter probari.*
10 *Leſio attenditur etiam in ſubhaſtationibus factis de mãdato iudicis. Intellige ut n. 11. & 12*
13 *Forma ommiſſa in ſubhaſtationibus reddit actum nullum, & facit ut reſtituantur fructus percepti, & percipiendi.*
15 *Illatio non fit ex diuerſis.*
16 *Subhaſtatio eſt nulla ſi eſt facta non obſtante oblatione debitoris de ſoluendo. Intellige ut nu. 17. cum ſeq.*
18 *Temporis lapſus inducit tacitã renunciationem.*
19 *Aeſtimatio debet præcedere antequam bona ſubhaſtentur. Amplia ut nu. 20. Declara ut nu 22. 23. & 24.*
21 *Aeſtimatio eſt facienda ſecundum pretium præſentis temporis non præterita emptionis.*
25 *Excuſſio mobilium debet præcedere ſubhaſtationem immobilium alias ſubhaſtatio eſt nulla. Contrarium eſt uerius ut requiratur appellatio. nu. 26.*
27 *Diſcuſſio non requiritur ſi Iudex moneat debitorem ut indicet bona mobilia, & non fuerint indicata.*
28 *Excuſſio non requiritur ſtante obligatione camerali itaut ſubhaſtatio ſit ualida ommiſſis bonis mobilibus.*
29 *Debitor uolens annullare ſubhaſtationem debet pretium ſolutum per licitatorem reſtituere.*
30 *Probatio debet fieri quod non extent mobilia.*
31 *Iudex præſumitur rectè officium ſuum exequi.*

C A P V T V I I.

SVbhaſtationem de qua agebatur in caſu mihi propoſito dixi declarandam validam, tanquam factam ſecundum formam ſtatuti, in quo datur facultas creditoribus res in tenutas captas vendere plus offerenti factis tribus bannimentis: itaut etiam liceat eidem creditori offerre, & cum alijs concurrere; quod ſtatutum erat ſeruandum ommiſſa conſtitutione prouinciali, quæ tanquam generalis cedit ſtatuto particulari, quod præualet in illo loco cũ
1 ſpecies deroget generi, † neq; recurritur ad locum ſuperiorem niſi in defectum ſtatuti loci inferioris *Socin. conſ. 7. nu. 7. lib. 1. Ancbar. in c. 1. in 1. lectur. nu. 21. & 41. de conſtit. Gabr. conſ. 29. nu. 47. lib. 2. Honded. conſ. 13. nu. 11. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 330. num. 3. p. 2. cum*

alijs

alijs de quibus latè infra cap. 9.

Et in ſubhaſtationibus ſeruanda eſſe ſtatuta, &
2 conſuetudinem † loci dicit *Iodo. de ſubhaſtat. c.2. nu.4. Coler. de proceſſ. executiu. p. 3. c. 9. nu.92. poſt* Bald. *in l.ordo. 3. nu. 9.* C. *de execut. rei iudic.* ne detur occaſio fraudibus, & ne conſequatur plus exactor ex gratia quam debitor ex prætio propter poſſeſſiones viliori prętio diſtractas *l. ſi quos debitorum. 16.* C. *de re-*
3 *ſcind. vend.* Et ne recedatur † ab obſeruantia, quam ſemper ſequi debemus *l. 1. & 2.* C. *quæ ſit longa conſuetud. l. minimè. 23. de legib. & ſenatuſconſult.*

Non obſtat nullitas oblationis tanquam factæ Matheo pro ſcut. 1710. qui minus obtulit quam Baldaſſinus, cuius oblatio aſcendit ad ſcuta. *1735* .contra *authen. hoc ius porrectum.* C. *de ſacroſ. eccleſ.* Bart. *in l. ſi tempora. 4. in principio.* C. *de ſid. inſtrument. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10.*

Quia oblatio Matthei licet minor reſpectu quantitatis erat iudicanda maior tanquam ſimplex,
4 & ſine † vlla conditione, prout alia per Baldaſſinum facta, quæ non debebat attendi propter conditiones extrinſecas, quæ illam reddũt nullam, & inefficacem *Alex. conſ.78. viſo. & diligenter. col.fin. nu.29 & 30.lib.5. Grat.conſ.93. nu.7. lib.1. Neuiz.conſ.38.nu.14. Rot.per Cantuc.coman.domorum, & intereſſe.16.iunij.1578. & per Cardin* Pamphil *anconitan. fructuum de rinaldinis. 19.nouemb.* 1585.

Maximè cum neq; oblatum fuerit de ſoluendo in contanti prout obtulit Matheus, quod requirebatur cum prædia in ſubhaſtatione debeant vẽdi præſenti pecunia, alias venditio poſſet reuocari Bart. *in l. à diuo pio. §. ſed ſi emptor. de re iudic* vbi *Ang. ad med* dicit multum notandum, quod propter prætium non ſolutum licitum eſt rehabere rem, & alij vendere, quod non permittitur in priuatis, & ſequitur *ibi Alex. col.2. ad med. nu.5. & 6. Iaſ. nu.4. Surd.conſ.168. nu.24. lib.2. Vrſill. ad Affiict. deciſ. 358. in fin. verſ. & circa prædicta.* Rota *coram* Sanctiſſimo *Tiburtin. caſtri ſambuci. 27. ianuar. 1578.*

Immò neq; conſuetudo in contrarium obſtabit,
5 quod † fiat ſubhaſtatio habita fide de prætio, & non præſenti pecunia niſi in ſpecie probaretur Rota *coram* R.P.D. Litta *imolen. ſeu fauentin. bonorum. 25. iunij. 1593. & 16. maij. 1594.*

Et quod pecunia debeat eſſe præſens in diſtra-
6 ctionibus † *tradunt* Rebuſ. *Ferrar. & alij de quibus per* Coler. *de proceſſ. executiu. p. 3. c. 9. nu. 94.* Ratio, quia facultas vendendi non tribuit, vt quis poſſit habere fidem de pretio *Bal. in l. inciuile. n.3.* C. *de rei vend.* dummodo aliud non ſeruetur de more regionis *Idem* Coler. *d. c.9. nu. 95.* & dummodo creditor non conſentiat venditioni, & ſubhaſtationi habita fide de prætio *Cardin. Pamphil. Vrbeuetan. domus. 5. decembris. 1594. R.P.D.* Penia *Peruſina dotis. 1. iulij. 1598. in fin.*

Neq; obſtat prætenſa paupertas Mathei quaſi ex hoc colligatur obtuliſſe pro principalibus creditoribus non pro ſe ipſo. Quia non per hoc dicitur nulla ſubhaſtatio, cum poſſit creditor, &
7 etiam alius † pro eo offerre, quando venduntur per curiam bona in tenutam capta prout diſponit ſtatutum. Quod etiam eſt de iure communi *l.2. vbi* Bal. *in fi.* C. *ſi in cauſ. iudic. pign. Idem* Bal. *in l.ordo. nu. 1.* C *de execut. rei iudic. vbi Salic. in princ. verſ. quæro primo. Iaſ. in l. à diuo pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic. nu.8. in fin.* Ratio, quia non eſt æquum vt fiat differentia
8 inter venditorem, & tertium, † ſeu extraneum licitatorem quando vtriuſq; par eſt conditio *Surd.conſ.256.nu 6.lib.2.*

Vltra quod paupertas non probatur, cum de illa deberet aliter conſtare, quam per fidem productam quæ non facit fidem; vnde concludenter
9 erat † probanda *gloſ. in l. ſi vero. §. pro rei qualitate. qui ſatiſd. cogant.* Bald. *in l. non prius 4. in princ.* C. *quando fiſcus vel priuat.* Dec. *conſ.120. col.2. in princ. nu.3.* Affl. *deciſ.377. nu.6.* Rimin. *Iun. conſ.171. nu.120. lib.2.*

Non obſtat læſio allegata, quæ etiam attenditur
10 in ſubhaſtatione facta mandato iudicis † *Alex. in l. prætia rerum. ad l. falcid. Dec. conſ. 209. viſo puncto. col.2. nu.3. verſ. nec talis deceptio. Duen. reg.286. nu.6.* Quia ex oblationibus factis verius eſt non poſſe conſiderari aliquam læſionem, quæ etiam excluditur, cum non præſumatur fraus in venditione cum iudicis decreto, ex quo enim datur plus offerenti videtur diſtracta iuſto prætio *l. 1. ad med.* C. *de præd decurio. lib.10.*

Et contraria procedunt quando læſio probaretur vltra dimidiam, cum etiam remedium *l.2.* C. *de reſcind. vend.* habeat locum in rebus venditis in publica ſubhaſtatione; licèt enim præſumptio ſit pro decreto, non tamen excluditur contraria probatio Bart. *in l. 1.* C. *de præſcript. 30. vel 40. annor. Iaſ. in l. pacta nouiſſima. nu. 9. col. 2. in fin. verſ. tamen hoc vltimum.* C. *de pact.* & de magis communi, & vera ſententia teſtatur *Moria. in empor. tit. 9. q. 23. de contrah. empt. & vendit. nu.4.* cum alijs per *Ceuall. quæſt.536. nu.2.*

Dummodo tamen non eſſemus in caſu in quo em-
11 ptor fuiſſet ad † emendum coactus occaſione publici debiti, in qua iſta læſio non attenditur *Ang. conſ 142. in fin. Aretin.* Burg. Imol. *& alij per* Duen *reg 187. nu.6. in fin. verſ. in qua contrarietate. Hieron. Ceual. q 172. nu.4. latè Peregr. de iur. fiſc lib.6. tit.4. nu.8. verſ. nonnulli vero.* vbi quod raro venditiones fiſcales ſolem-
12 niter, & bona fide factæ † retractantur prætextu ſolius læſionis, vt facilius emptores inueniantur *l. ſi hypothecas.* C. *de remiſſ. pignor. l. bene à zenone.* C. *de quadr. præſcript. Alciat. conſ. 12. lib.8. tom.3.*

Nec facit, quod fuit actum vigore conſtitutionis prouincialis in ſubhaſtatione de qua agimus, vnde quamuis extet ſtatutum aliter diſponens, videntur partes illi renunciaſſe, & aliam viam elegiſſe ſecundum formam d. conſtitutionis, quæ tamen poſtea non fuit ſeruata, ex quo om-

nia

nia inde ſequuta ſunt nulla *c.cum dilecta.de re-*
ſcript. *Bald. in l. 1. poſt med. verſ. in contra-*
rium .de lib. & poſthum. in l. non dubium.
nu. 2. C. *de legib.* Itaut non ſeruata forma re-
quiſita in ſubhaſtationibus etiam fructus ſint
reſtituendi tam percepti, quàm illi, qui perci-
pi potuiſſent, quaſi adſit mala fides *latè Surd.*
conſ. 115. nu. 11. & 13. poſt Bart. & Ang. in
l.ex diuerſo.in princ.de rei vendic.Roland.conſ.
31.nu.e6 lib.1.

Quia reſpondetur conſtitutionem fuiſſe ſolum ac-
ceptatam reſpectu ſolemnitatis concernentis
tempus ad reluendum, de qua non diſponit ſta-
14 tutum; vnde in illius defectum † erat recur-
rendum ad conſtitutionem generalem prouin-
ciæ *Caſt. conſ.39. lib. 2. Mandoſ.ad Rom. conſ.*
218. in verb. terminetur. Honded. conſ.13. nu.
51. lib.1.

Nec releuat non fuiſſe ſeruatum aliud ſtatutum,
per quod mandatur obſeruari conſtitutionem
prouincialem, vbi agitur de inſtrumẽtis in for-
ma Cameræ, prout erat creditum de quo age-
batur. Quia procedit in productione inſtru-
menti cameralis quãdo petitur illius executio
vnde non comprehendit caſum ſubhaſtationis,
15 cum de ea adſit aliud particulare † ſtatutum,
vt ſupra dictum eſt, & ſic de vno ad aliud non
rectè infertur tanquam ex diuerſis *l. papinia-*
nus exuli. de minor. l.naturaliter. §.nihil com-
mune.de acquir. poſſ.l.fin. de calumniat. Socin.
conſ.24.in fin.nu.13.lib.3.

Minus obſtat quod quamuis fuerit facta ſubhaſta
tio pro iuſto prætio, tamen eſt nulla, vel debet
reſcindi cum hęredes principales tempore ven-
ditionis comparuerint petendo calculari cum
16 oblatione ſoluendi reſiduum, † quæ oblatio e-
rat admittenda *l.fundus qui luey titij.9. de re-*
*ſcind.vẽd.l.ſi reſiduum.*5. C.*de diſtract.pignor.*

Quia contrarium conſtat ex actis, neq; apparet de
aliqua legitima contradictione, & quatenus ex
taret, non fuit in tempore tanquam facta re nõ
integra poſt venditionem, & dilationes datas
iuxta formam ſtatutorum, & cõſtitutionis pro-
17 uincialis, vnde non releuant *Caſtr. conſ.156.*
nu. 1. verſ. ſecundo probo. lib. 2. Itaut qui non
paret terminis à iure ſtatutis videatur renun-
18 ciare, cum temporis † lapſus hoc indueat *Bal.*
in l. ſi ego. de neg. geſt. & conſ.466. in 2. dub.
lib. 1.Tiraq. de retract. conſang. §. 3. gloſ. 4.
nu. 2. latè Surd. deciſ. 189. nu. 8. & in delibe-
ratione quod fiat irreuocabilis propter lapſum
temporis *Neuiz. conſ. 77. nu. 12. verſ. immo*
ex quo fuit. per tex. in l.3.§.an ergo.de reb.cor.
Rom. conſ.199. præſens. in fin. verſ. vltimo hoc
idem probetur.

Non obſtat ſi diceretur non præceſſiſſe æſtimatio-
nem, quæ requiritur antequam bona ponantur
19 ſub haſta. † Ratio, quia ſi ea non præcedit poſ-
ſet magna fraus committi in præiudicium de-
bitoris, prout ita in ſpecie concludit *Caſtr. in*
*l. ſi quos. 16. nu.*2. C. *de reſcind. vend.* Rolan.
20 *conſ.32. nu. 33. lib. 1.* † Quod habet locum e-
tiam in debito priuati, quicquid dicat *Becc.con-*
ſil. 95. nu... qui ſolum vult procedere in de-
bito fiſci; Quia contraria opinio eſt verior,
nam ſi in fiſcali requiritur æſtimatio, quod eſt
plus priuilegiatum, multo magis in alio caſu
non tam fauorabili, vt in ſpecie concludit *Idem*
Caſt. conſ.156. viſis actis, & atteſtatis in princ.
lib.2. quod etiam voluit *Affl. deciſ. 258. nu. 5.*
verſ. quarta ratio. ſequitur *Iodoc. de ſubhaſt.*
c.3. nu.11. tom. 6. p.1.fol.79. Matth. Coler. de
proceſſ. execut. c. 9. p. 3. nu. 97. vbi ſubdit vt
plurimum reticeri licitatoribus verum prętium
rei diffinitum ab æſtimatoribus, & aliquando
carius æſtimari pignus, vt appareat quis pluris
21 ſit licitaturus: † ita tamen, vt iuſtum prætium
non ſit conſtituendum ex præterita emptione,
ſed ex præſenti æſtimatione *l. 5. §. diui. de iur.*
fiſc. Pereg. in ſpecie ſubhaſtationis *de priuil.*
fiſc. lib.6.tit.4.nu.8.

Quia reſpondetur prædicta procedere quando cõ
22 ſtaret de magno exceſſu † inter prętium iuſtum,
& illud pro quo facta eſt ſubhaſtatio, de quo hic
non apparet, cum potius ex oblationibus, de
quibus in actis conſtet de contrario prout in
ſpecie declarat *Caſtr. conſ.156. nu. 1. verſ. non*
obſtat ſi dicatur. lib. 2. & ſequitur *Surd. conſil.*
256.nu.3.& conſ.39.nu.16.lib.1.

Secundò, non ſumus in caſu in quo non reperitur
23 emptor, cum bona fuerint † ſubhaſtata tertio
plus offerenti; & contraria procedunt nullo exi-
ſtente licitatore, in cuius ſubſidium dantur bo-
na creditori pro iuſto prætio, & ita loquitur
*Salic.in l.1.in princ.C.ſi in cauſ.iud.pign.*quem
citat *Affl.d.deciſ.185.nu.5.* Tunc enim non po-
terit ſciri iuſtum prætium niſi præcedat æſti-
matio peritorum *l.1.C.ſi in cauſ.iudic.*

Tertiò æſtimatio tunc erit neceſſaria quando pi-
gnus iudiciale, vel prætorium datur in ſolutum
24 creditori, quia nullus licitator comparuit, † nõ
autem quando venditur ſub haſta ipſi creditori
tanquam plus offerenti, & ita ſe ipſum declarat
Afflict.d. deciſ.185. dum præſupponit quod bo-
na nullum emptorem inueniant, cum æquum
non ſit, vt extantibus licitatoribus debeat præ-
cedere æſtimatio, quæ fiet in caſu, in quo dare-
tur in ſolutum creditori *Bal. in l.ordo. nu.*1.C.
de.execut.rei iudic. & ita in ſpecie latè conclu-
dit *Sura.conſ.256.nu.5.vſq; ad nu.8.lib.2.*

Nec aduerſatur non fuiſſe factam excuſſionem bo-
25 norum mobilium, quæ debent † capi ante im-
mobilia in executione iudicati *l. à diuo pio. §.*
in venditione. de re iudic. Itaut huiuſmodi or-
dine non ſeruato executio ſit nulla *Felin. in c.*
quoad conſultationem. col.7. ad med.verſ. reme-
dia aduerſus. de re iudic. Imol.in d.§. in vendi-
tione. col. 2. verſ. preterea etiam ſi diceretur.
vbi Alex. nu.13.

Quia contrarium eſt verius, & ſeruatur in practi-
ca, quod etiam ommiſſo iſtius ordinis non red-
26 dat nullam executionẽ, cum ſolum † poſſit gra-
uatus appellare ob illum ordinẽ non ſeruatum.
Ratio quia dictus ordo non eſt datus pro for-
ma, ſed ad inſtructionem iudicis *gloſ. in d. §.*
in venditione.in verbo iubentur.& ibi Bart.n.8.

Socin.

Socin. conſ. 158. *viſit proceſſu ſententijs. col.* 9.
verſ. neq; obſtat. nu. 26. *lib.* 2. vbi quod non eſt
recedendum ab hac opinione; pr out etiam di-
cit *Imol. in d. §. in venditione. col.* 2. *ad med poſt*
verſ. & ideo in dubio. & teſtatur etiam latè *Sur.*
conſ. 39. *nu.* 22. *lib.* 1. vbi etiam *nu.* 7. dat cau-
telam, vt fiat monitio ad conſignandum bona
27 mobilia † ſi extabunt, vel alia in quibus poſſit
fieri executio, quibus non indicatis probabi-
tur mobilia non extare, & habebitnr ac ſi eſſet
facta diſcuſsio *Bart.* qui dicit multum notan-
dum, *in d. §. in venditione, & ibi Iaſ. nu.* 18. *col.*
fin. verſ. in ſecunda parte. Bald. in auth. ſed ho-
die. C. de act. & obligation. n. 2. *in fin. verſ. item*
probatur ſi dato termino. & multis comprobat
Matth. Coler. de proceſſib. exequutiu. p. 1. *c.* 6.
nu. 159. *vſq; ad nu.* 161.

Præterea ſtante obligatione camerali non erat
28 opus ſeruare huiuſmodi † ordinem. Ratio,
quia omnia bona videnter conſtituta in pignus
prætorium per guarantigiam, itaut debitor il-
lius occaſione habeatur pro condemnato *Bald.*
in l. factum. C. famil. erciſ. Socin. conſ. 24. *nu.*
48. *lib.* 1. *col. vlt. in fin. verſ. quidam etiam*
volunt. Surd. conſ. 39. *nu.* 21. *lib.* 1. vbi etiam
nu. 24. reſpondet quamuis executio eſſet nul-
la non audiri debitorem allegantem nullita-
29 tem, niſi † actualiter numeret totum debitum
l. fin. C. ſi aduerſ. fiſc. Caſtr. in l. ſi aliam. 46.
col. vlt. ad med. uerſ. adde quartum caſum. ff.
de ſolution. Salic. in l. 1. *col.* 2. *ſub nu.* 3. *uerſ. at-*
tende tamen. C. ne lic. tert. prouoc. Neuiz. conſ.
37. *nu.* 12. *Bald. in l.* 3. *nu.* 3 *uerſ. nota ex hac le-*
ge. C. ſi aduerſ. fiſc. de qua numeratione non cō-
ſtat in caſu de quo agimus.

Vltra quod erat etiam probandum extare mobi-
30 lia per eum qui dicit † executionem non legi-
timè factam, tanquam fundamentum ſuæ in-
tentionis *gloſ. in l. ſi uero. §. qui pro rei quali-*
tate, qui ſatisd. cogant. Natt. conſ. 344. *nu.* 3.
cum ſit præſumendum pro iudice quod ritè, &
31 rectè † executionem commiſerit, quia hoc ſpe-
ctat ad officium ſuum *l.* 2. *C. de offic. ciuil. iudic.*
Alciat. præſumpt. 9. *reg.* 3. *nu.* 1. *Caſtr. conſ.* 270.
uiſo puncto. col. 1. *nu.* 1. *in fin. uerſ. & ſi hoc uo-*
luit. Bald. in l. 1. *in fin. C. ne quis in ſua cauſ. iu-*
dic. uerſ. in inquirente.

EPITOME.

Depoſitum ſemel legitimè factum liberat debitorem, itaut non teneatur amplius deponere ſuperueniente inopia depoſitarij. Solutio ante tempus quando permittatur & an per alium quam per debitorem. Facta diſdicta cenſus iuxta formam bullæ poteſt ſolui ante lapſum duorum menſium, qui dantur venditori etiam eo inuito. Actio vtilis an acquiratur contra depoſitarium ex depoſito ad eius fauorem facto per debitorem tàm in iudiciali, quàm extraiudiciali, & quid in vtili rei vendicatione. Clericus depoſitarius ſeu fideiuſſor laici quando conueniatur in foro ſeculari.

SVMMARIVM.

1 *Actum ſufficit ſemel adimpletum.*
2 *Fideiuſſor non eſt iterum dandus effecto primo non ſoluendo.*
3 *Solutio ante tempus non debet fieri. Intellige ut nu.* 5.
4 *Debitor cenſus facta diſdicta poteſt ante lapſum duorum menſium qui dantur venditori iuxta formam bullæ ſoluere inuito creditore.*
6 *Tempus ad ſoluendum præſumitur in dubio fauore debitoris.*
7 *Tertius poteſt ſoluere nomine debitoris inuito creditore. fallit in emphiteuta nu.* 8. *cui neq; poteſt ſolui ante tempus nu.* 9. *& de ratione nu.* 10.
11 *Emphitheuta ſoluens anticipatè canones anteceſſori excuſatur a caducitate ſi non ſoluat ſucceſſori.*
12 *Creditor emphitheuta poteſt ſoluere canonem pro eo inuito domino.*
13 *Venditor habens facultatem redimendi poteſt omni tempore redimere.*
14 *Denunciatio quæ debet fieri iuxta formam bullæ per bimeſtre antequam redimatur cenſus intelligitur ſtipulata quamuis partes non cōuenerint de ea.*
15 *Creditor non acquirit actionem contra depoſitarium ex depoſito facto per debitorem ad eius fauorem, Intellige in depoſito extraiudiciali ſecus in iudiciali n.* 16. *Contrarium eſt uerius tam in uno, quàm in alio. nu.* 21. *&* 22. *& de ratione nu.* 23. *&* 24. *& agit etiam uia executiua. nu.* 27.
17 *Depoſitum dicitur iudiciale ſi fuerit confirmatum à iudice.*
18 *Oblatio in iudicio habet uim depoſiti.*
19 *Confirmatio actus nulli dicitur noua conceſſio.*
20 *Actus ſecundus attenditur.*
25 *Creditor ex depoſito facto ad eius fauorem poſtquam acceptauit habet contra depoſitarium utilem actionem, & contra pecuniam utilem rei uendicationem. Intellige ut nu.* 26.
28 *Clericus depoſitarij cogitur officio iudicis ſecularis ad reſtituendum depoſitum. Contrarium eſt uerius nu.* 29.
30 *Clericus fideiuſſor laici non ſibi præiudicat quo ad forum etiam ſi fideiuſſerit coram eccleſiaſtico, quia non conuenitur niſi in foro ſuo.*
31 *Actio utilis acquiritur ex pacto appoſito in traditione rei propria.*
32 *Depoſitum debet eſſe integrum alias non ualet.*
33 *Solutio anticipata in fructibus cenſus reprobatur etiam de conſenſu partium.*

CAPVT VIII.

Executionem commiſſam contra frāciſcum ſeriam dixi declarandam nullam, quia cōſtabat de depoſito per eum legitimè facto, vnde non tenebatur iterum deponere quamuis ſuperuenerit inopia depoſitarij, quę nō debet nocere deponenti, quando nulla culpa vel factum poteſt

poteſt ti imputari, ex quo poſ[illegible] depoſitū
non durate. Ratio quia ſuff[illegible] actum
1 fuiſſe legitimè † impletum F[illegible] c. innouamus. de pac. & treug. Bart. in l. pignus. C. de pignor. act. Afflict. in ſpecie deciſ. 172. nu. 2. & 3. Alex. conſ. 75. in cauſa & litc. col. vlt. num. 6. verſ. circa ſecundum principale. lib. 7.

Et facit quod dicitur de fideiuſſore, qui ſi à principio detur idoneus non debet iterum dari, ſi efficiatur non ſoluendo, dummodo non ſimus
2 in fideiuſſoribus † iudicialibus, in quibus eſſet denuo ſatisdandum l. 3. §. ſi ſemel. vt in poſſeſſ. leg. Iaſ. in l. ſi ab arbitro. not. 8. nu. 11. col. 3. ff. qui ſatisd. cog. Doctor. in l. prætoriæ. de præt. ſtipulation. Gomeſ. var. reſol. lib. 2. c. 13. tit. de fideiuſſor. nu. 7. Hercul. de caut. de non offend. c. 50. num. 24. & nu. 28.

Non obſtat allegata nullitas depoſiti tanquam facti ante tempus duorum menſium qui dantur per conſtitutionem Pÿ Quinti domino cenſus qui interpellantur ad iſtum retrouendendū cum non poſsit quis cogi ad recipiendum pecu-
3 niam ante † tempus ſolutionis debitæ Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum nu. 5. de verb. oblig. Dec. in l. cum tempus. 17. de reg. iur. vbi loquitur de domino, qui non cogitur ante tempus canones recipere Corbul. qui de communi de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit. 17. verſ. ſecundum tamen eſt.

Quia verius eſt, quod dñs cenſus tenetur illū retrouendere & prætium recipere ante bimeſtre datum ad diſdicendum, cum poſsit præueniri ſolutio ſortis, & poſtea in fine bimeſtris ſolui fructus illius, qui non debentur anticipatè. ita-
4 ut licitum ſit depoſitum † ſi recuſentur recipi pecuniæ, prout in ſpecie eſt deciſio Rot. coram Sanctiſsimo Romana prætenſorum fructuum cenſus. 9. maÿ 1584. vbi etiam quod ſatis dicuntur oblatæ pecuniæ in contanti, quando offertur cedula libera & ſimplex ſi cenſus ſit in magna quantitate cum non videatur conueniens illam afferri ad notarium.

Neque enim intereſt creditori, vt prius, vel poſtea ſoluatur, cum potius ſit eius fauor ſolutio ante
5 tempus † facta, quaſi dicatur plus ſolui. §. plus autem. de inſtit. action. Sura. de alim. q. 41. tit. 9. nu. 29. Cum etiam in dubio tempus ad ſoluendum cenſeatur appoſitum ad fauorem
6 debitoris, qui poterit ante † tempus ſoluere l. quod in diem. de ſolut. Dec. in l. cum tempus. 17. nu. 4. verſ. ſecundo quod dictum eſt. de reg. iur. & eſt tex. in l. continuus. §. cum ita ſtipulatus. in fin. de verb. oblig. vbi quod in diem debetur ante ſolui poteſt, licet ante peti non poſsit l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. l. liber homo. §. decem. ff. eod. tit. cum alijs per Coler. de proceſſib. exequut. c. 3. p. 1. num. 267.

Prout dicimus de ſolutione facta à quocunq; ter-
7 tio † nomine debitoris, quam creditor tenetur recipere cum eius non interſit ab vno, an ab alio ſatisfiat l. ſolutionem. de ſolutionib. l. qui decem. §. 1. ff. eod. Bart. in l. cum ſeruus. nu. 1. de verb. oblig. Rol. conſ. 14. nu. 10. lib. 1.

Contrarium autem procedit in eo cuius intereſſet, prout in domino cui inuito non poteſt ſol-
8 ui canon † ab alio, quam emphiteuta, cum debeat recognoſci pro tali Bald. in l. acceptam, col. vlt. in fin. q. 25. nu. 37. [C. de vſur. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gl. 9. nu. 262. Surd.] deciſ. 174. n. 32. & deciſ. 180. nu. 10.

Prout neque etiā ei poteſt ſolutio fieri ante tem-
9 pus † Bald. in l. plures apochis. in fin. C. de fid. inſtrum. Imol. in c. potuit. num. 35. uerſ. tertio tangit. de locat. Ratio differentiæ eſt, quia particularis ſolutio affert domino plus commodi, & ſua intereſt, vt fiat recognitio annuatim
10 propter † recognitionem annuam, quæ inſurgit ex annua ſolutione, quæ non eſſet ſi fieret vnica ſolutio pro pluribus annis, præſertim quia etiam ſæpè conſiſtunt canones in frumento, vino, & alijs ſpeciebus, quæ curſu temporis mutantur quoad valorē, prout concludit Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limitat. 17. nu. 3. verſ. huius dicti plures, vbi quod iſta eſt verior opinio, Quidquid contrarium ſentiat Bald. in l. ſi quis argentum. in princ. nu. 8. C. de donat. vbi quod emphiteuta poteſt à principio ſoluere pro quindecim annis. Verum tamen eſſet, quod emphiteuta, qui ſoluit canonem prælato pro futuris temporibus, nō ſoluens poſtea
11 ſucceſſori † excuſaretur à caducitate, quamuis illa ſolutio cum non liberaſſet tanquam facta alteri, quam creditori Corn. conſil. 67. col. 1. verſ. ego ſubdo. in primo dubio lib. 2. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit. 17. in
12 princ. Surd. deciſ. 78. num. 7. Poſſet † tamen creditor emphiteutæ ſoluere canonem pro ſuo intereſſe, ne res cadat in commiſſum non ſoluēte emphyteuta Rip. in l. 1. nu. 12. col. 3. de pigno. Dec. conſ. 58. col. 2. ad med. & ita ſeruari dicit Ann. ſing. 168.

Quinimò poterat dici non eſſe expectādum tempus duorum menſium, quia in caſu de quo agimus nullum aderat pactum in inſtrumēto cenſus, quod pro redemptione facienda deberet fieri denunciatio per duos menſes ante; Vnde videbatur tacitè per partes renunciatū huiuſmodi priuilegio tanquam in eorum fauorem inducto, & ſic ſtatim erat locus retrouenditioni nullo alio tempore expectato, & in cōſequē-
13 tiam depoſitum non potuit † oppugnari tanquam factum ante tempus, cum venditor, qui habet facultatem redimendi poſsit omni tempore redimere, dummodò non ſit conuentum, quod fiat retrouēditio pręcisè anno, vel die tali, quia tunc deberet expectari ille annus, ſeu dies Tiraq. de retr conuent. §. 1. gloſ. 2. nu. 68.

Licèt iſta non ſint tuta, quia ſecundum formam Conſtitutionis Pÿ V. requiritur huiuſmodi denunciatio per bimeſtre ante. Vnde quamuis hoc non fuerit expreſſum, tamen intelligitur conuentum. Ratio, quia iſta ſunt de natura actus, ideo ſemper inſunt quāuis non exprimātur l. non dubitatur. C. de euiction. ſtante præſer-

ſertim clauſula de qua in eodem inſtrumento,
14 quod cenſus intelligatur factus † iuxta formã
bullæ; & non alias, nec alio modo, neque enim
eſt præſumendum, quod illi fuerit renunciatũ,
quod licet poſsit fieri per partes, tamen hoc in
dubio non habet locum, ſed ſolum vbi conſta-
ret de eorum voluntate, quæ tunc eſſet atten-
denda, alias remanet in diſpoſitione iuris, &
conſtitutionis, per quam datur forma, quæ eſt
ſeruãda; prout in ſpecie per plures rationes ita
concludit *Surd.conſ.198.n.19. & per tot.lib.2.*

Neque obſtat per huiuſmodi depoſitum nõ fuiſſe
quæſitam actionem creditori contra depoſita-
15 rium,† cũ non quæratur actio alteri per vnius
contractum, quãuis illius contemplatione fue-
rit factus *l. 1. C. per quas perſon. nob. acquir. l. ſi pro te pater. C. de dot. promiſſ.* Doctor. *l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de leg. 1. Franc. deciſ. 33. in princ. Aim. conſ. 288. col.penul.n.5. verſ. quarto principaliter.* Neque enim datur
creditorri actio vtilis cõtra depoſitarium ſi ad
illius fauorem fecit depoſitum, niſi in depoſito
iudiciali facto de mandato iudicis, & per eum
16 electo, cum ſecus † ſit in extraiudiciali, prout
eſt caſus noſter *gloſ.in l. acceptã. 19. de vſur.in verb.actione. & ibi* Bald. *col. 1. ad med.num.4. Alex.conſ.75.num.7.col.3.verſ.ſecundo respondeo. lib. 7. Tiraq. de retract. conuent. §.4.gloſ. 7.nu.11.Surd.conſ.185. num.4. lib. 3.* vbi quod
ſupradicti Doctores debent intelligi in depoſi-
to iudiciali cum loquantur ſecundum diſpoſi-
tionem *tex.in d. l. acceptam.* quæ loquitur in
tali depoſito.

Quia reſpondetur depoſitum de quo agimus fuiſſe
iudiciale tanquàm factum ſciente, ac tolerante
17 iudice,† quod habet locum, ac ſi ipſe mandaſ-
ſet, cum præſentia iudicis det maiorem aucto-
ritatem. quam ſi fuiſſet factum extra iudicium
Bald.in l.pacta nouiſsima. C. de pact. Menoch. præſumpt.62. lib.2. in princ. Prout dicimus de
oblatione facta in iudicio, quæ habet vim de-
18 poſiti † ad actionem quærendam *Natt. conſil. 331.nu.2.Rol.conſ.7.n.29 lib.3.* & ita in ſpecie
concludit *Surd.conſ.385. nu.34. & 35.lib.3.& conſ.322. num.7.in fin.verſ.non omitto quod in primis. eod. lib.3.*

Et quamuis prius depoſitum eſſet factum ſine iu-
dicis auctoritate; Tamen quia fuit per eundem
iudicem confirmatum habetur pro iudiciali,
19 quaſi confirmans † dicatur de nouo dare, quã-
do actus eſſet nulliter factus *l.1.§. omnia.C. de vet. iur. enucleand.Pariſ.conſ.3.num.40. lib.4. Felin.c.1.de treug.& pac.Natt conſ 669.nu.16.*
Præſertim, quia per iſtum ſecundum actum vi-
detur receſſum à primo depoſito, itaut iſte ſe-
20 cundus attendatur, † & debeat dici iudicialis
*Alex.*in ſpecie *conſ.75.in cauſa & lite col. 3.n.7 verſ.ſecundo reſpondeo. lib.7.*

Secũdò reſpondetur, non ſolum creditori eſſe dã-
dam actionem contra depoſitarium, quando ſu-
21 mus in † depoſito iudiciali, ſed etiam in extra-
iudiciali propter generalitatẽ *tex. in l. publia. ff. depoſ. & in l. penult. §. ſi vero. C. ad exhib. Bald.in l.cum patrem. nu.2. verſ. aduerte.* C.*de iur. dot.* vbi dicit ſpeciale in depoſito, quòd de
22 tur † vtilis actio ex pacto deponentis, quia in
tali contractu exuberat bona fides *Iaſ. in l. ſtipulatio iſta habere. §. ſi ſtipulor. nu.26.in nona fallent.& ibi Alex.nu.19.de verb.oblig. Seraph.*
23 *priuil. iuram.74.nu.91.* Ratio, † quia vbi pa-
ctum interponitur in traditione rei propriæ cõ
tineat realitatem, propter quam reputatur ce-
lebratus contractus naturalis inter depoſitariũ
& creditorem *Bart.in l.publia. in princ.num.4. ff. depoſiti.* quod intelligitur tam in matre, quã
in extraneis, quia tex. ibi loquitur in matre, &
filio ex facti contingentia, cum in vtroque caſu
ſit eadem ratio, & ſequitur *Bald. ibid.in princ. verſ. ſed aduerte.*

Et in ſpecie latè id concludit *Surd.conſ.322.nu.6.*
24 *lib. 3.* vbi quod iſta eſt verior † opinio quantũ
ad vtilem actionem quæ datur creditori cõtra
depoſitarium, tam in iudiciali, quàm extraiudi-
tiali depoſito, etiam quando dominium eſſet
translatum in depoſitarium, cum in hoc con-
tractu exuberet bona fides.

Amplius cum debitor depoſuerit ad vtilitatẽ cre-
ditoris, vt poſsit eam habere quandocunq; vo-
luerit, datur non ſolum vtilis actio, ſed etiam
25 vtilis rei vendicatio, † quia ex quo nunc rati-
ficat depoſitum, transfertur dominium pecuniæ
in ipſum creditorem *l.ſi ego.de neg geſt.* Nam
actio depoſiti, quæ eſt perſonalis datur contra
depoſitarium, & rei vendicatio datur cõtra ip-
ſas pecunias, potius quam cõtra depoſitarium,
quia creditor petit declarari illas ad ſe perti-
nere, & depoſitarium cõdemnari officio iudicis
ad reſtituendum; intelligendo quando pecunia
26 eſſet apud depoſitarium,† nam ſi reſtituit, age-
retur contra debitorem, qui eam recuperauit
in caſibus, in quibus eſt licita reſtitutio, quia
nõ debet reſtituere, quando eſſet depoſitũ iudi-
ciale ſine mandato iudicis, prout neq; in extra-
iudiciali poſtquam creditor acceptauit depoſi-
tum, prout hæc omnia latè declarat *Caſtr. in l. acceptam col.2.num.5. & 6. verſ.& quod etiam quæ dicta ſunt.* C. *de vſur. vbi Bald.num.4.* ſub-
dit, quod qui deponit conſentit, vt creditor pe-
tat depoſitum, vnde ille aget ex pacto tacito
27 debitoris,† ita vt ſummatim executiuè contra
depoſitarium procedatur iudicis officio *arg. l. cum pro quo. de in iuſ.voc.* & ampliat ibi *Bald.*
ad clericũ depoſitariũ, qui poterit cogi officio
28 iudicis ſecularis,† ad reſtitutionẽ depoſiti, qua
ſi non procedatur cõtra eũ per modum iudicij,
ſed executiuè, & in conſequentiam officij ſu-
ſcepti ſequitur *Afflict. deciſ.24. quidam clericus. num.3.Auffr.ad deciſ. tholoſ. 167. item fuit quæſitum ſi pecunia, & de poteſtate ſecul. in eccleſ. fall.24. reg. 2. fol. 257.* & notandum dicit
Surd. conſ.280. nu.11. poſt Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. qui ſatiſd. cogant. Quæ tamen quo
ad clericum non ſunt ita ſimpliciter admitten-
29 da, † prout declarat *Tiraq. de retr. conuen. §. 4. gloſ. 7. nu.9.& 10.* & faciunt multa ſimi-
lia de quibus per *Surd. conſ.396. nu.23.& per tot.*

Digitized by Google

tot. vbi de clerico fideiubente pro laico iudicatum ſolui, quod non poſſit conueniri corã laico, quia non præiudicat ſibi in foro; ita ut quãuis fideiubeat etiam pro clerico coram nõ ſuo
30 iudice † eccleſiaſtico, neq; poſsit conueniri coram eo, ſed coram ſuo competenti iudice.

Immo neq; eſſet ſpeciale in depoſito, cum etiã in quolibet alio contractu acquiratur vtilis actio ex pacto appoſito in traditione rei propriæ
31 ad † cuius fauorem eſt celebratum pactũ *Bar. in l. certi cõdictio. §. quoniam. col. vlt. ver. ſecundo oppono. n. 6. ſi cert. pet.* & ibi *Iaſ. col. 1. num. 3. in fin.* teſtatur non eſſe recedendũ ab hac opinione in iudicando, quicquid in diſputatione poſſet contrarium dici, & ibi etiam *Dec. n. 9. in fin.* teſtatur de communi *Gabr. de verb. oblig. concluſ. 1. n. 132.*

Neq; obſtat depoſitum non fuiſſe integrum vnde
32 non fuit extinctum debitum † cum creditor nõ cogatur recipere ſolutionem imminutã *Alex. conſ. 75. col. vlt. nu. 6. verſ. circa ſecundum. lib 7.* Nam particularis ſolutio affert multa incommoda *l. tutor. §. huius de vſur. l. plane. famil. erciſcund. Iaſ. in l. quidam extimauerunt. ſi cert. pet. Surd. deciſ. 186. nu. 2.*

Quia contrariũ apparet ex actis, quod immo depoſitum fuit factum de tota ſumma, quoad ſortem principalem, nam reſpectu fructuum bimeſtris non erat faciendum cum debeãtur in fine iuxta formam bullæ prohibetis anticipatas ſo-
33 lutiones, quæ neq; valerent † de cõſenſu partiũ *Honded. conſ.* vnde non debebat creditor recuſare depoſitum, cum illud accipiendo non præiudicaret ſibi in fructibus quos poterat debito tempore conſequi, cum etiam recipiens depoſitum non integrum non prohibeatur reſiduam petere, in quo ſibi non præiudicat, ad inſtar accipientis pignus non idoneum, qui integrum repetit *Aim. conſ. 106. nu. 2. & 4.*

EPITOME.

Statutum loci particularis quando ſeruandum ſit ommiſſo prouinciali, ſeu ſuperiori. Confirmatio ſtatutorum operatur ſi eſt formalis non permiſsiua. Populus immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ non habet facultatem condendi ſtatuta. Caſtrum vnitum, ſeu translatum, quando retineat leges ſuas. Conſtitutiones Papales in prouincia Marchiæ prius ſeruandæ, & poſtea ægidianæ, & quo modo intelligatur. Pœna noua an tollat antiquam impoſitam de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loci vbi actus geritur debet attendi in concernentibus ſolemnitatem contractuum.*
2 *Forum ſortiri & ſtatutis ligari paria ſunt.*
3 *Statutum ſpeciale derogat generali.*
Procurator nõ cenſetur reuocatus per conſtitutionem ſecundi ſi primus nominatio ſit ſpecialis, ſecunda generalis.
4 *Statuta confirmata à Papa dicuntur papalia. Intellige in confirmatione formali non permiſſiua. num. 5.*
6 *Statutum per ſe validum licet confirmetur non denominatur à confirmante.*
7. *Statuta non poſſunt fieri per populum immediatè ſubiectum ſedi apoſtolicæ ſine illius cõſenſu.*
8 *Confirmatio in forma communi non extenditur niſi ad ſtatuta honeſta.*
9 *Confirmatio communis præſumitur in dubio.*
10 *Statuta excludentia fœminas propter maſculos ſunt inhoneſta de iure communi.*
11 *Ciuitati prius naſcimur, quam prouinciæ.*
12 *Leges propriæ magis obligant quam generales.*
13 *Statuta particularia præualent prouinciali. & nu. 14. Amplia ut nu. 15. & 19. Intellige ut nu. 23. & 24.*
16 *Caſtrum vnitum alteri territorio quando retineat leges ſuas. & nu. 17. 18. & 21.*
20 *Traslatio vnius ciuitatis ad aliam cenſetur facta cum proprijs legibus.*
22 *Conſtitutiones ſynodales non obligant vbi adeſt particularis conſtitutio.*
25 *Statutum loci particularis ſi non eſt incompatibile prouinciali vtrumq; eſt ſeruandum.*
26 *Dictio niſi ponit actum.*
27 *Cõſtitutiones papales prius ſeruãdæ, & quæ poſt illa veniant, & quomodo intelligantur. nu. 29.*
28 *Statuta veniunt appellatione iuris ciuilis.*
30 *Iuramentum obligat in ſpecie.*
31 *Pœna noua ſtatuti debet ſeruari per prætorem ommiſſa impoſita per ius commune propter iuramentum.*
32 *Pœna iuris communis quando cenſeatur ſublata per nouam. & nu. 33.*

CAPVT IX.

CONcludendum dixi pro validitate donationis de qua agebatur in caſu mihi propoſito. Ex quo enim fuerunt in ea ſeruatæ ſolẽnitates requiſitæ per ſtatutum, non poterat dici nulla propter ommiſſam formam conſtitutionis prouincialis, quæ tanquam generalis non eſt ſeruanda in concurſu ſtatuti particularis.
1 Ratio, quia in his, quæ concernunt † ſolemnitates contractuum, attenditur ſtatutum loci, vbi actus geritur *Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumm. trinit. nu. 13. verſ. nunc veniamus. Abb. conſ. 52. lib. 2. col 1. in fin. nu. 3. Capitaq. deciſ. 283. p. 1. Corn. conſ. 185. nu. 9. lib. 2.*

Secundò, quia contrahentes tenebantur ſeruare ſtatuta Recanatenſia cum ſint illius fori, quaſi
2 paria ſunt † forum ſortiri, & ſtatutis ligari *Socin. conſ. 79. nu. 9. lib. 4. Burſat. conſ. 189. nu. 6. & nu. 58. poſt gloſ. in c. quod clericus. de for. compet. Ruin. conſ. 200. nu. 14. col. 3. ad fin. lib. 2. Butr. in rubr. de conſuetud. verſ. vnam regulam. col. 1. in fin. nu. 7. Surd. conſ. 575. nu. 34. lib. 4.*

Tertiò nam ſtatutum ſpeciale derogat genera-
3 li † *l. fin. C. de teſtam. Bal. conſil. 201. in prouincia. nu. 2. verſ. in contrarium. lib. 1.* Nulla habita ratione an ſtatutum particulare præce-

Digitized by Google

dat, vel ſubſequatur, cum ſemper generi per
ſpeciem derogetur, ſiue genus præcedat ſpeciē
ſiuè ſpecies præcedat genus. *Felin.in c.1.n.10.
verſ.ſecunda diſpoſitio.col.7.in fin. de reſcript.*
Dec.*in l.in toto iure.80.colum.3. nu. 7. verſ. &
illa concluſio.de reg. iur.* Bart. *in l. quaſitum.
12.§.ſi quis fundum. de fund. inſtrum.* Ideo li-
cèt primus procurator cenſeatur reuocatns
per conſtitutionem ſecundi *l.ſi quis. 31. §. fin.
de procur.* ſecus ſi prima nominatio fuit ſpe-
cialis, & ſecunda generalis. *Put. deciſ. 167.
lib.3.*

Quartò, quia com ſtatuta Recanatenſia ſint con-
4 firmata per Papam ratione cōfirmationis † di-
cuntur facta à confirmante, & debent præuale-
re, cum dicantur ſtatuta papalia *l. 1. ſed neque
C.de vete.iur.enucl.*Bald. *in l. ex placito. nu. 6.
col.2.verſ.oppono prætor. C. de rer. permut. poſt*
Bar.*in l.more.nu.5.de iuriſd.omn.iud.Surd. cōſ.
63.nu.27.Barbat inter conſ.* Alex. *123. ſcripſit.
col.6.in fin.lib.4.Affl.ad Cōſt. Regn. in præ-
lud.q.3.nu.4.* & ita io ſtatutis confirmatis quod
præualeant dicit *Caſtr.conſ.129.lib.1.*

Præſertim, quia confirmatio huiuſmodi ſtatutorū
eſt formalis non permiſſiua, ſi enim non eſſet
5 talis† non denominaret confirmatum à confir-
māte, ſed à ſpecifico efficiente in quo eſt virtus
*Bald.in l.ex placito.nu.6. C. de rer.permut. Fe-
lin.in c.eum acceſſiſſent.col.2. nu.5. verſ.ſecun-
da declaratio. de conſtitut.* Ideo ſtatotum per ſe
validum tanquam non indigens cootirmatione
quamuis poſtea confirmatum, poterit tolli ſine
6 auctoritate† ſuperioris; cum ſecus eſſet, quādo
ſine confirmatione erat inualidum, quaſi tunc
confirmatio ſit formalis *Alex. Iaſ. & aly in l.
omniū.C.de teſtam.Surd.conſ.58. nu. 20. lib. 1.*
vbi quod ſecundum iſtā diſtinctionē debent in-
telligi doctores, dū ſimpliciter dicunt non poſſe
tolli per collegium ſtatuta confirmata per ſu-
periorem *Doctor.in l.omnes populi. vbi* Caccia-
lup.n.114 ff.de iuſt.iur.

Quæ magis procedunt cum ſimus in Ciuitate im-
mediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ, quæ ex con-
ſuetudine ſeruata non poteſt ſtatuta condere.
*Bald.in l.omnes populi.n.6.col.2. verſ. præterea
7 nullus de iuſt.& iur.* vbi quod † requiritur au-
ctoritas ſuperioris, itaut ſi tota prouincia Mar-
chiæ faceret ſtatuta non valerent, licèt in aliis
locis non ſubiectis ſeruetur contrarium. *Idem
Bald.conſ.407.præſumendū eſt.n. 2. lib.2. & eſt
deciſio Rot.per* R.P D.*Cantuccij. M. faliſci hæ-
reditatis.19. marty. 1584.* vbi quod res eſt ſine
difficultate ſtante ægidiana *lib.2.c.36.* quæ ex-
tenditur per *Paul. iiij.* ad totum ſtatum eccle-
ſiaſticū, ſubdens quod iſtæ confirmationes ſum-
morum Pontificum in forma communi tanquā
8 generales † non extenduntur ad ſtatuta, niſi
quatenus ſint iuſta, cum deficiat clauſula ex
certa ſcientia *Dec. in rubr. de confirm. util.
vel inutil.nu.2.* Prout etiam in dubio præſume-
9 retur confirmatio † in forma communi. *Rip.
lib.1.reſponſ.c.22.num. 18.* Et regulariter con-
firmatio non trahitur ad inhoneſta *Alexandr.
conſ.59.num.9.lib. 1.* Ideo ſtatuta, quæ de iu-
re communi reputantur inhoneſta oon valent
neque illis ſuffragaretur d.generalis confirma-
tio *Cantuc. in eadem deciſ. montis faliſci hære-
10 ditatis.* vbi ex hoc concludit quod ſtatuta† ex-
cludentia fæminas propter maſculos ſtantibus
etiam remotiſſimis agnatis reputantur de iu-
re communi inhoneſta *l. maximum vitium C.
de lib.præter.* & odioſa irrationabili odio *Corn.
conſ. 96. lib. 1.* Vnde iſtæ confirmationes non
ſuffragantur, cum contraria procedant quan-
do fæminæ excluduntur à deſcentibus non au-
tem à tranſuerſalibus.

Et de ſtatutis, quando poſſint fieri per populum
ſine confirmatione Papæ plura *Matth. Coler.
de proceſſ. executiu. part. 1.cap. 3.num. 12. cum
ſeq.* vbi quod non requiritur conſenſus ſupe-
rioris in ſtatuto, quod ex conſenſu ciuium con-
ſtat, dummodo populus ſtatoens ſit munitus
omnimoda iuriſdictione cum mero, & mixto
imperio, ſiue iſte leges ſint conceptæ ſuper cō-
modiore adminiſtratione rerum loci, ſiue con-
cernant deciſiones litium *Alex.conſ.177.nu.4.
lib.2. Natt. conſ.12. num.1. Gozzad. conſil.35.
nu.16.in fin.verſ.& licèt magis communis.* Pro-
ut etiam de huiuſmodi ſtatutis quando poſsint
fieri per Communitates, & requiraotur maior
pars plora *Fab. Ann. conſ. 94. lib. 2.* & de Le-
gatis de latere quod non poſsint facere ſtatuta
contraria iuri communi *Cantucc.d.deciſ. Mon-
tis.Faliſci hæreditatis poſt Iaſ.in l.omnes populi
in prima lectur.n.30.de iuſt.& iur.*

Quintò quia iu ſpecie quis naſcitur propriæ ci-
11 uitati,† in genere prouinciæ, vnde magis quis
12 debet aſtringi legibus proprijs† quam genera-
libus *Caſtren.conſ.79.lib.4.*

Sextò in puncto conſtitutionis marchiæ & ſtatuti
13 particularis, de quo agimus † ita concludit
*Galr.conſ.29.nu.47.lib.2.Alban.conſ.120. n.2.
Bald.conſ.201.in prouincia.l.1.Eugen. conſ.45.
nu.46.Rota.diuerſ.deciſ.330.n.3.p. 2.* & præciſè
in ſtatuto Recanatenſi eſt *deciſio Rotæ per Car-
din. Seraphinum.* Recanaten.*donationis 28. iu-
ny.1571.quæ eſt diuerſ.p.1.deciſ.384.& per* R.
P. *D.Robuſter.deciſ.330.p.2.*

Septimò, quia communis eſt Doctorum concluſio
quod loca inferiora habentia ſtatuta particu-
14 laria † debent ſeruare eorum ſtatuta cum illa
habeantur pro lege ommiſsis prouincialibus
*Burſat. conſ. 189.nu.38.lib.2. Alber.conſ. 375.
nu.6.lib.1.Honded. 1.conſ.13.n.11.lib.1.Soccin.
conſ.79.nu.24.lib.4.& conſ. 7. nu.7. lib. 1.* vbi
de ſtatuto Aretii ſeruando non obſtante con-
ſtitutione florentiæ *Caſtr.conſ.39.ad med. n.3.
lib.2.* vbi de prouincia Marchiæ Treuiſanæ, *&
conſ.32.nu. 2.p.2.Felin.in c.1.nu.23.de ſponſal.*
vbi intelligit tam in delictis, quàm in contracti
bus *Idem Felin.in c. translato. de conſtit.* Viui.
*in communib. opin. in verb. prouincia aucta.
Caualcan. de tutor. num. 93.* Lancellot. *Gal-
lia de ſtatut.* Coroll. 8. *num.81.tom.2. fol.294.
Ceph.conſ.414. lib.3.* Bertaz. *conſ. ciuil. 23. &
24.*Mandoſ.*ad Rom. conſ. 213. Alex. conſ. 151.
nu.3.*

Digitized by Google

num.5.lib.2. Rot. *per* R. *P. D. Oranum romana bonorum de pretis 28. maij vel nouembr. 1594.* vbi de ægidiana, quæ non habet locum bononiæ, vbi viget particulare ſtatutum *poſt* Rot. *diuerſ.deciſ.330.n.3.p.2.*

Et dicta ſtatuta localia præferuntur non ſolum in diſpoſitione, quæ ex conſenſu directo reſultat,
15 ſed † etiam in ea, quæ ex contrario ſenſu includitur, vt in ſtatuto plebis S. Stephani non obſtante ſtatuto florentiæ concludit Go*zad.conſil. 37.per tot.Caualcan.de tutor.n.86. & 87.*

Idem in caſtro vnito alteri territorio acceſſoriè,
16 quod retinet† leges ſuas antiquas *Alex.conſil. 151.viſo thimate ſupraſcripto.nu.5.lib.2.* vbi de caſtro Releuano, Nouantulæ, & Baſilicano, quæ fuerunt conceſſa Nicolao Marchioni ferrariæ, quod non debent viuere ſecundum leges ferrariæ, ſed ſuas. In dubio enim ſi non conſtat de mente occupantis ſtandum eſt iuribus antiquis
17 illius loci, quia talis acquiſitio † intelligitur ſinè præiudicio dictorum iurium, ſecus quando expreſsè accipitur, vt ſibi vniatur, & ſit tanquam vnum regnum Bart. *in tract. de inſul. in quaeſt. incip. ſed quaro ille gentes. in princ. in verb. nullius. cum alijs late per eundem* Bart. *in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. de pignor. action.* vbi ſi datur comitatus quod ſit regni regitur ſecundum leges ſuas, alias ſi dicatur quod ſi de Regno. Et faciunt quæ dicit *Caſtr.conſ.39.lib.2. & Brun.de augm concluſ.5.princip.num.9.tom.*
18 *17.fol.357.* vbi multa† quādo vnio ſit per modum acceſſionis, necne, cum alijs ſimilibus illationibus per eum allegatis.

Immo adeo præualent iſta ſtatuta particularia, vt
19 ſufficiat non ſolum approbatio† ſtatutorū, quæ ſunt introducta à locis inferiorum, ſed etiam ſcientia ſuperioris quomodocunque cauſata ſine eorum contradictione R*om.conſil.218.præſens caſus: ſub.num.1.*

Idem in tranſlatione vnius ciuitatis ad aliā maiorem, nam cenſetur facta cum ſuis legibus,
20 quibus antea vtebatur † quando ſit tranſlatio ſimpliciter & principaliter in perſonam alicuius, ita quod ſit dominus ſeparatus, & principaliter illius loci tranſlati, quia tunc ſecundū antiquas leges debet gubernari, ſecus ſi acceſſoriè fiat trāslatio, itaquod locus trāslatus vniatur alteri tunc enim ſecundum leges Regni cui vnitur R*ip. reſponſ.* 20. *lib.1.* cum alijs dictinctionibus, de quibus per A*nchar.in repet. cap.1. num.214 col.67.de conſtitut.* vbi multa de vnione perpetua, vel ad tempus, & quando transfertur in eadem iuriſdictione ſimpliciter, aut ſecūdum quid cum alijs per F*elin.in cap.tranſlato. num.6.verſ.ſed adde.col.3. de conſtit. latè Honded.conſil.13.num.7. cum ſeq.lib.1.* vbi multa de legibus, quibus regebatur caſtrum exemptum ante ſeparationem, & de ſtatutis conditis poſt ſeparationem S*urd. conſil.* 560. *num.6. in fin.lib.4.*

Prout etiam quādo locus ſolum vnitur quoad gu-
21 bernationem, & protectionem † intelligitur enim ſecundum ſua ſtatuta, ſecus quando incorporaretur Regno, quia tunc efficitur pars illius, & ampliatur quaſi quadam alluuione A*ngel.conſ.247.punctus,* vbi quando Papa vniuit vnum monaſteriū alteri an reſtatur legibus primi vel illius cui vnitur.

Idem in conſtitutionibus ſynodalibus, & ſimili-
22 bus quæ non ligant, vbi adeſt† particularis cōſtitutio Gonzal. *ad reg.8. cancell. nu.17.gloſ.9. §.1. ubi nu. 18. vſque ad n.23.* quod ceſſante ſtatuto particulari recurreretur ad diſpoſitionem ſynodalium, quibus deficientibus ſeruandum eſſet ius commune *Iaſ. in l. omnes populi in 1. lect.n.10.de iuſt. & iur.* Rota *diuerſ. deciſ.522. in princip.p.1.*

Non obſtat ſeruandum potius eſſe ſtatutum loci
23 ſuperioris per ciuitates illi ſubiectas† tanquā magis dignum & prædominans *Alex.conſ.151. num.5.lib.2.* Ca*ſtr.conſil.171.viſa & ponderata num.1.par.1.* R*uin.conſil.39.num.15. lib.1:* Soc. Iun *conſil.80.in fin.lib.1.& conſil.12.n.1.lib.3. Port.* Imo*l.conſ.163.n.16.Burſat.conſ.189.nu.3. Put.deciſ.176.dubitauit nu.2.p. 3.*

Quia prædicta procedunt vbi deficeret Statutum loci particularis, tunc enim recurrendum eſ-
24 ſet † ad ciuitatem ſuperiorem C*urt.conſil.46. ad fin.* A*lciat. conſil.77. num. 2. in fin.* Bu*rſat. conſil.189.num.21.Corn. conſil.151.nu. 6.lib.3* Ratio quia quādo membra nō habent proprias leges, tunc recurritur ad caput S*ocin. conſil.7. num.7.lib 1.& conſil.217. in præſenti conſultatione n.2.lib.2.* Ita vt debeat eo caſu recurri ad ſtatuta ciuitatis dominatis, quamuis in loco per aliud ſtatutum ſit diſpoſitum, quod deficiētibus ſtatutis ſeruatur ius commune. Ratio nā ſtatutum ciuitatis ſuperioris vim obtinet iuris communis S*urd.* qui de magis recepta opinione teſtatur *conſil.560.n.6.lib.4.*

Minus obſtat huiuſmodi ſtatuta eſſe inuicem cō-
25 patibilia, quo caſu † poterunt adhiberi ſolemnitates vtriuſque ſtatuti B*ald. in cap.tranſlato num.4.verſicul.dic quod aut ſtatuta de conſtit. ubi Felin.col.3.ad med.nu. 6. verſ.ſubdit* Prout regulare eſt vt vnum ſtatutum non tollat diſpoſitionem alterius circa ſolemnitates D*ec. conſ. 110.verè ut puto col.1.Pariſ.conſil. 89.num.63. lib.1.Bertazzol. clauſ.7.gloſ.27. in fin.* Quia Reſpondetur quod ſtatutū particulare Recaneti ponit orationem negatiuam ſubdēdo dictionem, niſi, vnde perinde eſt, ac ſi dixiſſet, quod
26 donationes ita factæ valeant † quia illa dictio ponit actum B*art.in l.actione, n. 1. C. de tranſact.ubi Dec.nu.5.Oſaſc.deciſ.131.num.2.Grat. reſponſ.126.num.19. lib.2.* Ideo non poteſt dici compatibile hoc ſtatutum cum conſtitutione, quia ſi vult quod valeat, ergo debet intelligi cum effectu, & ita in ſpecie reſpōdet R*ot.diuer. deciſ. 384. p. 1.* & ſtatutum ſpeciale attenditur quando ſe non compatitur cum generali B*art. in l.1.§.hoc autem edictum, n.7.de nou.ope.nunciat.Sur.conſil.568.n.8.lib.4.*

Nec aduerſatur cōſtit.Marc.*c.ſi.lib.6.* vbi diſponitur prius ſeruari conſtitutiones papales inſer-
27 tas in conſtitutionibus † Marchiæ, ſecundo

Digitized by Google

Aegidianas & Bertrandi; Tertio pontificias. Quarto conſtitutiones Marchiæ. Quinto iura canonica. Vltimo iura ciuilia. Vnde cum vocentur primo conſtitutiones Marchiæ debent
28 ceſſare ſtatuta, quæ veniunt appellatione † iuris ciuilis vltimo loco poſiti *§. ſed iuſ. inſtit. de iur.natur.gent. & ciuil. latè Silueſtr.in §.ex non ſcripto eod. tit. Ceual. quæstione 238. Becci. conſil.1.nu.15.*

Quia conſtitutio loquitur quando inter iſta adeſſet contrarietas, quemadmodum clarius idem ſtatuitur *in eadem const. March. cap. 36. lib. 2,*
29 ſecus illa ceſſante, prout in caſu de quo † agimus, cum tam ſtatutum, quam conſtitutio tendat ad eundem finem obuiandi fraudibus, quæ tolluntur ſeruando formam vnius vel alterius ſtatuti argumento eorum quæ dicit *Bald.in l.1. C.de furt.n.22.& in l.1.verſ.8.quaro C.ſi ſeruus extero.*

Ideo etiam in conſtitutionibus rotalibus. *§. 10.*
30 mandatur Auditoribus illius Prouinciæ † præſtari iuramentum de ſeruando primo ſtatuta particularia locorum, & conſtitutiones prouinciales; Vnde iſtud iuramentum debet obligare præciſè, & in forma ſpecifica *c.ad nostram il primo de iur. iur.* Ex quo dicimus, quod pœna noua per ſtatutum impoſita indiſtinctè
31 per Prætorem eſt ſeruanda, † omiſſa illa, quam imponit ius commune, quia per eum iuratur obſeruantia ſtatutorum *Bal.in l. data opera col. 5.in princ.num. 13.verſ & fatuus eſſet iudex.C. de his qui accuſ.non poſſ.& in l. non est nouum. in fin.de legib.*

Et quando cenſeatur derogatum pœnæ iuris com-
32 munis † per nouam impoſitam à ſtatuto *Bart. in l.1.de ui bon.rap.Bald. in l.data opera colum. 8.C.qui accuſ.non poſſ.Felin.in capit.quod ſuper his.de maiorit. & obed.Ioann. And.ad Specul.de pen.temp.litig.in fine Salicet.& Cin. in l.ſi qui ſepultura.de ſepul.violat. Alexand. ad Bartol.in l.quicunque C. de ſeru. fugitiu.* Et quod totus mundus ſeruat per legem nouam eſſe ſublatam antiquam dicit *Alberic.de ſtat.par.1.q.8. in fi. tom.2.fol.3.* Quando tamen conſtaret expreſsè
33 vel tacitè, † quod ſtatutum vellet à d. pœna recedere *Ruin.conſil.86.nu.11.lib.5.* Et ad materiam latè *Angel.de maleſ.in verb. & ibi caput à ſpatulis amputetur, verſicul.quid autem ſi ſint plures Abb.in cap.de cauſis.col. penul.vbi Dec.n. 14.de offic.deleg.& ibi Felin. in fin. Rom.conſil. 217.hac præmiſſa.ad med.& ibi Mando.in uerb. ommiſſa.*

Ex quibus dixi non obſtare allegatam nullitatem defectus ſolemnitatis conſtitutionis. Quo vero ad alias exceptiones, & præſertim inhabilitatẽ notarij rogati de huiuſmodi donatione adeſt particularis reſolutio de qua dicam infra. cap.

E P I T O M E.

Appellatio coram honeſtis viris quando valeat, & ab eis requiratur petitio apoſtolorum. An ſit denuo appellandum poſt reditum iudicis. Quando debeat interponi coram iudice à quo. De pœna eius qui ſibi magiſtratum dicit.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio coram honeſtis uiris non ualet ſi non conſtat de metu. aut abſentia iudicis à quo. Intellige vt n. 3.& de ratione, nu.4.*
2 *Iudici eſt debitus honor tribuendus.*
5 *Præſentia officialis præſumitur cum ex debito officij teneatur ad reſidendum.*
6 *Actus eſt faciendus coram iudice competenti ſi copia poteſt haberi.*
7 *Appellatio valet quamuis non fiat coram iudice à quo ſecundum conſtitutionem Marchiæ. Idem de iure communi num. 8. intellige ut num.9.& 10.*
11 *In caſu in quo ualet appellatio coram honeſtis uiris propter abſentiam iudicis an poſt illius reditum ſit appellandum coram eo, & n.12.*
13 *Appellatio coram honeſtis uiris non requirit petitionem apoſtolorum, & nu.14. & de ratione num.15.*
16 *Honeſti uiri qui eliguntur in huiuſmodi appellationibus ſunt tãquam teſtes, & debent dare apoſtolos teſtimoniales.*
17 *Appellatio etiam ualebit ſi interponatur coram unico honeſto uiro.*
18 *Magiſtratum ſibi dicens punitur pœna læſæ maieſtatis.Intellige ut n.19.& 20.*
21 *Fideiuſſoribus eſt relaxandus reus puniendus pœna pecuniaria non corporali.*

C A P V T X.

Coram duobus ex dominis Canonicis eccleſiæ cathedralis Ciuit. Maceratẽ tanquam honeſtis viris fuit interpoſita appellatio à ſententia lata per Reuerendiſſ. D.Epiſcopum eiuſdem ciuitatis, & cum dubitaretur de illius validitate dixi concludendum negatiue. Nam non
1 conſtabat de metu, ſeu abſentia † iudicis à quo, itaut coram eo non poſſet appellatio interponi, prout requiritur, vt valeat appellari coram honeſtis viris *Franc. in c.ſi iuſtus metus quod eſt ultimum num.31.de appellat.Salic.in l.2. nu.1. C.de his qui propter met.iudic.Aim.cõſ.240.n.3*
Nam alias eſt appellandum coram eo, qui ſen-
2 tentiam tulit, vt illi debitus † honor deferatur, agitur enim de facto illius, qui prætenditur grauaſſe, prout dicimus de recuſatione iudicis *Bal.in l.apertiſſimi.n.3.verſ.ſimile habemus. C. de appel.Soc.conſ.45.n.1.lib.1.& conſ.39.nu.32. col.7.ad med.lib.4.Lap.allegat. 38. col.2.*
Immo debet exprimi cauſa legitima metus in pro
3 teſtatione, quæ fit † cum appellatur coram honeſtis viris, & poſtea eſt probandum, quod eſſet ſolitus carcerare, iniuriam inferre, vel minari appellanti ſeu aliquid ſimile, ex quo metus deducatur *Bart.in l.de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.de nou.oper.nunciat.Socin.conſil. 45.col.1. ad med.verſ. & in tali. lib. 1.* Sufficit enim exprimere cauſas metus, non cauſas cauſæ, quas

debet

debet deducere poſtea in proſecutione prote-
ſtationis *Bal.in l.2.nu.2.verſ.tertio qualiter de-
bet fieri.C.de his qui propter met.iud.non appel.*
Secundò,quia per conſtitutionem rotalem §.21.A
ſententijs dominorum Epiſcoporũ totius pro-
uinciæ datur appellatio ad Auditores Rotæ
Marchię:Vnde cum eſſet in facultate appellan-
tis faciliter illos adire tamquam in eodem lo-
co exiſtentes , non valet appellatio coram ho-
4 neſtis viris , quæ admitteretur , ſi non † poſſet
haberi copia iudicis ad quem *Dec.* in ſpecie
*in c.fin.nu.4.de appell.Aim.conſ.240.n.3. verſ.
deniq; quando* . Ratio, quia prius debet requiri
iudex à quo , & in illius defectum iudex ad quẽ
antequam recurratur ad ſubſidiarium remediũ
honeſti viri *l.1.§. dies. quand. appellat. ſit.* vbi
Ang. Aret. teſtatur ita iudicaſſe *Ruin. conſ. 6.
nu.11.lib.4.*& multum notandum dicit *Lancel-
lot.de attent p.2.c.12.ampliat.15.nu.51.*Et cum
ſimus in officialibus,qui tenentur reſidere,prę-
ſentia illorum debet præſumi abſq; alia proba-
tione,non enim eſt præſumendum;quod abſint,
5 ne inducatur † delictum *Oldrad.conſ.198.circa
primum punctum.col fi.ad med.verſ.& ſi babe-
mus veritatem.*Aim.*conſ.240.n.3.in prin. verſ.
ſed magis in terminis* .
Ideo videmus non audiri eum, qui allegat inſtan-
tiam non currere propter impedimentum iudi-
cis,ſi potuit ſibi conſulere per recurſum ad ſu-
periorem *Alex.conſ. 72. videtur prima conſide-
ratione colum.4.in princ. nu.11.lib.3.* Dec.*conſ.
677.viſis & conſideratis.nu.3.Pedam. deciſ.12.
nu.9.Cardin.Pamphil.Peruſina de Vbaldis.17.
iuny.1588.* vbi etiam quod impedimentum in-
firmitatis non excuſat appellantem,qui non re-
dijt pro apoſtolis, cum potuerit ſibi ex hoc pro
uidere per aliam viam mittẽdo procuratorem
Rota coram R.P. D. *Lauretan. forolinien. fidei-
commiſsi.21.Aprilis.1585.*
Prout regulare eſt,vt ſemper actus debeat fieri co-
6 ram iudice competente , † cuius copia ſi non
poſſet haberi, valebit, ſi fiat coram incompetẽ-
te , vt de citatione facta ab incompetente , quæ
interrumpit præſcriptionem , ſi non potuit fieri
coram competente *arg. l. vbi abſunt. de tutor.
& curat.dat.ab his* Angel.*in l.ſi vacantia.* C.*de
bon vacant. lib. 10.* Mandoſ.*reg. 34.de annal.
q.40.nu.3.Balb.de præſcrip.6.p.q.4.nu.14.verſ.
ampliatur quarto* .
Maximè,quia per Conſtitutionem *Marchiæ lib. 6.
7 c. 6.* non requiritur † quod appelletur coram
iudice à quo ; ſed ſtatim poteſt adiri iudex ad
quem,quod factum eſt, vt facilius conſuleretur
indemnitati appellantium, qui ſæpe retrahebã-
tur ab huiuſmodi appellationibus propter re-
uerentiam & timorem iudicis , qui ſententiam
protulit .
Prout etiam ceſſante cõſtitutione hoc eſt de iure
cõmuni , ſecundũ quod valet appellatio in ab-
8 ſentia † eius qui ſententiauit , dũmodo poſtea illi
vel parti notificetur *Vital. in clem. 1. colum. 2.
nu.20.de appell.* vbi quòd notificatio debet fie-
ri intra decem dies *Ruin.conſ. 113. ex multis* .
*nu.18.lib.4.*Quod procedit quamuis ſine cauſa
9 appelletur in abſentia † iudicis à quo , prout
ita ſeruari de ſtilo curiæ dicit *Franc.in c.appel
latio.nu.3.in fin.de appellat.in 6.& ibi Gemin.
nu.2.poſt Speculat.in §.qualiter.eod.tit.*
Immo neq; notificatio requireretur reſpectu ne-
10 gotij deuolutiui, cũ ſolũ ſit neceſſaria† quoad
effectum ſuſpenſiuum , quia alias iudex , & pars
poſſent procedere ad executionem ſine vitio at
tentatorum *c.ſi duobus. de appellat.* Mandoſ. *ad
Lap.alleg.38.in verb. intimata. Franc. in c. fin.
q.vlt.n.42.de appell.Caſſad.deciſ.3.eod tit.Lan-
cellot.de attent. appell pend.t.12. nu. 11. & 21.
ampliat.15.tom.5.fol.351.*
Tertio addebatur, quia licèt propter abſentiam
iudicis à quo valeat appellatio corã honeſtis vi
ris , tamen appellans debet poſt reditum iudi-
cis illum adire,& coram eo appellare,cum non
ſufficiat impedimentum,ſi illud non durauit,&
11 ſic eo ceſſante† debet etiam ceſſare id, propter
quod fuit permiſſum ius regulas trãſgredi pro-
ut concludit in ſpecie *Angel.Aret.in l.1.§.dies.
col.5.in fi.quand.appell.ſit.Felin. in c.ex tranſ-
miſſa.col.2.in fi.n.5.verſ.ad hac vltima.de præ-
ſcript.Alex.conſ.19.n.3.lib.1.* Quamuis hoc nõ
12 ſit tutum cum contrarium ſit verius † prout
concludit *Caſſad.deciſ.8.de appellat.nu.6. verſ.
pro concluſione vero Aegid. deciſ. 381.* Ratio ,
quia licèt abſentia, aut impedimentũ ceſſet, tñ
illa proteſtatio trahit ſuũ effectũ appellationis,
Vnde nõ eſt opus eam geminare,cũ enim detur
per legem nouũ remedium honeſti viri , & ſuc-
cedat loco eius,quod debebat interponi coram
iudice à quo, non eſt conſideranda ceſſatio im-
pedimenti,licet eſſet vtile hoc facere, ne tenea-
tur appellans metum , aut impedimentum pro-
bare;prout teneretur quando appellaret extra-
iudicialiter corã honeſtis viris *Bald.* in ſpecie
*in l.2.n.3.verſ.quæro quid ſi poſt.C.de his qui p
pter metum iudic.Prepoſ.in c. fin. n.7. de appell.*
Quarto etiam dicebatur non fuiſſe petitos apoſto
los,prout requiritur ſecundum *Angel. Aret in
d.§. dies.* Sed neq; hoc erat neceſſarium , nam
quando appellatur coram iudice ad quem, ſiue
13 corã honeſtis perſonis non ſunt petendi † apo-
ſtoli ; quia ſat eſt,vt appellãs proteſtetur, quod
ſi haberet copiã iudicis illos peteret *Dec.* qui
de cõi *in c.fi. n 4 de appell. Sal.in l.2.n.2.verſ.
itẽ collige.C.de his qui prot.met. iud.* Frãc.*in c.
ſi ſuſt. met*' *.n.35.de appell.q.13.Caſſad.deciſ.8.
eod tit. n.* 8. Iſti enim viri ſunt veluti teſtes , &
illorum loco habentur ; Vnde ſatis eſt , quod
14 faciant fidem de† actu coram eis geſto, dando
apoſtolos teſtimoniales *Specul.de appel. iudic.
n. 14. verſ. poſſunt autem. Doctor. in l. cum
quidam.eod.titul.ſoccin.conſ 45. viſa appellatio-
ne nu.1.lib.1. Lap alleg.121.* Ratio quia non
eſt nẽceſſaria petio apoſtolorum, quando per
aliquem actum transfertur iuriſditio ad iudi-
15 cem ad quem,† & tollitur iudici à quo, prout
operatur huiuſmodi appellatio facta corã ho-
neſtis perſonis *Abb.in c.ſuggeſtum de appellat.
nu.7.Lancel lot.de attent. appell. pend. ampliat.*

15.n.11.c.12. Surd. deciſ.228. in fin. lib. 2.
Quo vero ad pœnam in qua prætẽdit fiſcus cano-
nicos intereſſe propter admiſsionem appella-
tionis concedendo literas inhibitorias, & cita-
tionem in forma erit cognoſcenda per ſacram
conſultam, per quam fuit mandatum illos car-
cerari tanquam ſibi iuriſdictionẽ & magiſtra-
tum adſcripſerint, cum illis non licuerit hac fa-
cere, quia ſolum eliguntur tanquam teſtes, &
16 debent † dare apoſtolos teſtimoniales Socin.
conſ.45.n.2. cum ſufficiat coram eis proteſtari
Ruin.conſ.85.nu.4.lib.5.Grauat. ad Veſtr. c.3.
lib.7.nu.58. Immo etiam ſufficeret vnum virum
17 honeſtæ conditionis adhiberi † vltra notarium
& teſtes, coram quod appellatio interponatur
intra tamen tempus decem dierum, qui dantur
ad appellandum Abb.in c. fin. col.1. de appell.
Lap. alleg. 39. num. 8. Lancellott. d. ampliar.
15.n.9. & 16.c.12. de attent. appell. pend.
Et quidem pœna eius qui ſibi magiſtratum dicit
18 eſt grauis, itaut etiam aliquando † incidat in
crimen læſæ maieſtatis l. 3. §. fin. ad leg. iul.
maieſt. Guid. Pap. q. 423. nu.2. Cappel. Tholoſ.
q 402. Capic.deciſ.130. n.21. vbi nu.24. exten-
dit non ſolum ad gerentes ſe pro magiſtratu,
ſed etiam ad eos qui talia fieri curarunt; Licet
in caſu, de quo agimus pro qualitate facti &
perſonarum eſſet arbitraria & leuis pecuniaria
19 quaſi † ceſſet dolus malus. qui requiritur vt
quis grauiori pœna puniatur in iſtis qui vſur-
pant alienam iuriſdictionem Menoch: de arbitr.
caſu 320.nu.1. vbi n. 4. dicit maximè procede-
re quando exercentur leuiora iuriſdictionalia
l. in his C. de diuerſ.offic.lib.12. vbi quod incur-
ritur pœna indignationis, quæ ſolet eſſe arbi-
traria, & in quibus leuis pecuniaria Bald. in l.
legis virtus nu. 1. de legib. & in auth. patimus.
C. de epiſ. & cleric. Idem Menoch. de arbit.caſ.
365.n.6 & quod requiratur dolus malus vt poſ-
20 ſit puniri aſſumẽs † iuriſdictionẽ alterius Affl.
in c.1.§.hona committ. crimen.et verſ. vigeſimo.
quinto quaro. quæ ſint regal. Claud. ad Bertaz-
zol.conſ.crimin.11. in verb. priuatus.
Ex quibus etiã dicendum eſt verius eſſe, quod poſ-
ſint relaxari ſub fideiuſſoribus, cũ ſimus in caſu
21 in quo † non haberet locum pœna corporalis,
tunc enim non poſſet pro ea dari fideiuſſor Bal.
in l. neque C. ne fil. pro patr. & in l. 1. C. de
exhib. reis Rom.conſil.15.col.1. n.2 Bart. & alij
in l.1. de cuſtod. reor. & in l. diuus.eod.tit. Mar-
ſil.conſil.75.nu.1. lib.1. & in rubr. de fideiuſſor.
n.210. cum declarationibus de quibus latè Me-
noch.de arbitr.caſ.303. per tot. lib. 2. centur. 4.
prout poſtea ex decreto ſacræ conſultæ relaxa-
ti fuerunt.

EPITOME.

Gabella an & quando ſit ſoluenda in loco con-
tractus vel deſtinatæ ſolutionis. Et quid in
conſtitutione cenſus. Menſura an ſit facienda
ſecundum locum, vbi ſunt res ſitæ, vel potius
vbi fuit contractum.

SVMMARIVM.

1 Gabella debet ſolui in loco contractus non de-
ſtinatæ ſolutionis, & de ratione n.3. & eſt ve-
rior opinio n.5.7.12.13.14.16.18. Amplia vt
n.6.8. & 10. Intellige ut n.17.24. & 25.
2 Gabella ſi non ſoluitur in nundinis neque ſol-
uitur ob traditionem factam extra nundinas.
& nu. 15.
4 Locus contractus inſpicitur quoad ſolemnitatẽ.
9 Moneta an ſolui debeat de pecunia loci con-
tractus.
11 Gabella eſt ſoluenda in contractus, ſi de cenſu
debeat ſolui non vbi res ſunt ſitæ.
19 Menſura eſt facienda ſecundum locum ubi res
eſt ſita, non ubi fuit contractum. Contrarium
eſt uerum. nu.20. & de ratione nu.21. Intelli-
ge vt nu.22. & 23.
24 Locus contractus dicitur ubi eſt facta conuen-
tio, non ubi fit inſtrumentum. Amplia ut
num.27.

CAPVT XI.

Gabella eſt onus conſequutiuũ contractus:
Vnde dixi verius eſſe illã debere ſolui in
1 loco contractus † Bald. in l.1.verſ.quarto quæ-
ro num.3.C.de contrah.empt. & in l. magis pu-
to §. illud verſ. item eſt hic de reb.cor. Dec. con-
ſil.457.num.1.poſt Alex. conſil.143. viſo titulo
quæſtionis num.5.lib.6. & conſ.51. viſo thema-
te in princ. lib. 3. vbi Natt. in addit. infert ad
quæſtionem, quod ſi de rebus emptis in nundi-
nis non ſoluitur gabella, neque ſoluetur ob tra-
2 ditionem † factam extra nundinas, quia tradi-
tio habet neceſſariam relationem ad contractũ
Bald. in l. 1. C. de nundin. poſt med. verſ. ſed quid
ſi extrahunt. Tiraq. de retract. lignager. §.1. gloſ.
2. num.48.
Ratio eſt, quia gabella eſt onus conuentionis, ſeu
3 obligationis, non onus rei tradendæ, † ideo de-
bet inſpici locus contractus Socin. conſil. 302.
videbatur primo aſpectu. col.1. verſ ſecunda con-
cluſio. & conſ. 103. placet concluſio, in princ. lib.2
& ſequuntur ibi Felin. Strozz. & Angel. & ita
dicit etiã Bald. conſuluiſſe cui ſe ſubſcripſerunt
Anchar. & alij. Idem voluit Bal. in l. unica.
C. ubi conuenitur qui certo loco dare promiſit. n.
3. vbi quod illa ſolutio pertinet ad firmitatem
4 contractus, ergo ſicut † in ſolẽnitate inſpicitur
locus, vbi contrahitur, ideſt vbi contractus in-
ter partes abſoluitur, & ita hic Ferret. de Ga-
bell.n.377 & 378. Cephal.conſil. 58.n.33.lib.1.
vbi quod eſt onus, ſiue ſolemnitas contractus
& conſ.553.n 9.lib.4. Et quod attẽdatur locus
5 contractus † nõ deſtinatæ ſolutionis eſt verior,
& magis cõmunis opinio, quam tenẽt Abb. An-
ton. & Aretin. in c. licet ratione. quod eſt finale.
de for. compet. ubi Fel. nu.18. uerſ. item ad illud.
col. 8. ad med. vbi quod eſt communis, quem ſe-
quitur etiam atteſtando de cõmuni Gabr. conſ.
6 20.col.fin. nu.9. lib.1. vbi ampliat † non ſolum
procedere quando contractus ſit, puta Romæ,
& eſ-

Digitized by Google

& effectus confertur florẽtiam, ſed etiam quan-
do contractus ſit Romæ, & pactum ſit vt contra
ctus intelligatur factus florentiæ Ludou. cõcl. 15.
in fin. illat. 43. Ratio eſt, quia quemadmodum
quis non tenetur ad gabellam iuxta locum, vbi
deſtinatur, & confertur ſolutio, cũ ſit neceſſe, vt
7 verè † contrahat, non fictè, quæ fictio in ſtatutis
ceſſat; Multo magis id dicendum eſt in eo, qui
paciſcitur, vt contractus in illo loco cenſeatur
factus, cum multo plus fictè contrahat in eo lo-
co per dictum pactum, nec vllo modo poteſt in-
telligi voluiſſe prodeſſe gabellarijs; & ab hac
opinione tanquam communi in practicà non
eſſe recedendum dicit Conſtantin. Coptius in re-
pet. d. c. fin. de for. compet. nu. 47. Roman. ſing.
478. per italiam. vbi dicit hãc opinionem verio-
8 rem, etiam quod † eſſent forenſes, qui in dicto
loco contraherent, cum gabella veniat in con-
ſecutionem cõtractus. vbi Additio ampliat etiã
ad hypothecariam, quod debitor ſortiatur fo-
rum in loco contractus Ludouic. concluſ. 15.
col. 4. verſ. & propterea ſi vendo. Iaſ. in l. cun-
ctos populos. col. 4. & in l. 2. lect. col. 12. C. de ſa-
croſ. eccleſ. Afflict. in §. vectigalia. col. 3. n. 49. quæ
ſint regalia. Barbat. in addit. ad Bald. de milite
vaſſallo qui contumax eſt. col. 2. in literab. vbi
9 etiam infert ad † monetam, quæ ſi aliter con-
ſtruatur in loco ſolutionis, aliter in loco contra
ctus debet ſolui de pecunia loci contractus An-
char. in c. dilecti. de for. compet. & in rubr. de con-
ſuetud. Ceual. q. 733. n. 13. Barbat. conſ. 15. in fin.
lib. 2. Socin. conſ. 247. col. 4. verſ. non obſtat quod
tertio loco. latè Bertaz. clauſ. 30 gloſ. 5. nu. 1.

Ideo etiam dicimus, quod ſi de contractu ſit ſol-
10 uenda gabella, † & contractus celebretur ſub
conditione in vno loco, & in alio purificetur
conditio attenditur locus contractus, prout e-
tiam eſt in tempore Tiraq. & alij per Bertaz.
clauſ. 30. gloſ. 12. nu. 8.

Idem eſt in cẽſu, de quo ſi debeat ſolui gabella erit
11 ſoluenda † in loco contractus, non vbi eſt ſita
res quæ ſubijcitur cenſui Bald. in l. 1. q. 4. C. de
contrah. empt. Socin. conſ. 302. videbatur primo
aſpectu. col. 1. ad fin. verſ. ſecunda concluſio. &
conſ. 303. lib. 1. cui ſe ſubſcripſerunt Felin. Ro-
bert. de Strozz. & Ang. ſequitur Dec. conſ. 457.
nu. 2. qui loquuntur in ſtatuto mandante ſolui
gabellam de dote, vt non teneatur is, qui ac-
cepit vxorem extra territorium, vbi matrimo-
nium conſumauit, & gabellam ſoluit Bertaz-
zol. clauſ. 30. nu. 7. gloſ. 12. & ita in ſpecie cen-
ſus latè concludit Felicia. ſolis. de cenſib. lib. 2.
c. fi. n. 2. Quidquid contrarium ſequatur Parlad.
rer. quotid. c. 3. §. fin. & Morla in empor. de con-
trahen. empt. tit. 9. ante q. 1. nu. 56. Quia contra
eos eſt verior opinio. Ratio, quia iſtæ annuæ
præſtationes dicuntur quoddam ius immobile,
abſtractum & ſeparatum de per ſe, & dicuntur
eſſe de loco, vbi eſt perſona creditoris, & eſt de-
ſtinata ſolutio, & vbi fuit celebratus contractus
cũ preſertim iſta gabella non liget forenſes tan
quam munus quod imponitur perſonæ pro re-
bus, & ſi perſona non eſt ſubdita collectantis
vel ratione domicilij, vel originis nõ poteſt eis
imponi ob defectum iuriſdictionis Bart. in l. li-
bertas. §. ſola ratio. ad municipal. nu. 1. Natt.
conſ. 150. nu. 4. & in ſpecies cenſus ita conclu-
dit. Aret. conſ. 10. Caſſan. ſuper conſuetud. Bur-
gund. tit. de confiſcation. §. 1. in tex. & aperte-
ment. nu. 18. Rot. per Oradin. Roman. de abur-
deſia. 1571. & per Cardin. Lancellot. Auenion.
& Cauallicen. collectarum 16. Maij. 1583. cum
alijs de quibus infra cap. 19.

Non obſtat Bald. in l. multum. col. vlt. verſ. po-
ne ergo. nu. 12. C. ſi quis alt. vel ſibi. vbi conclu-
dit eſſe inſpiciendum locum contractus, & ver-
borum prolatorum quoad ſolemnitatem illius
12 ſecus quoad reliqua, † quia inſpicimus locum
collatæ ſolutionis prout in gabella & Bald. ſe-
quitur ibi Salic. & latè comprobat Coptius in
c. fin. de for. compet. nu. 41. Bertach. de gabell.
p. 6. principali. nu. 8. licèt relinquat cogitandum
Parlad. rer quotidian. p. 1. §. 8. c. 3. nu. 50. Ce-
uall. q. 733. n. 6. cum alijs allegatis per Bertaz.
clauſ. 30. gloſ. 12. nu. 7. & per eundem in addit.
ad Bertazol. conſ. crimin. 519. verſ. dubit. abi-
lis reddit. in fin. lib. 2. Ratio autem eſt, quia
licet conferendo ſolutionem fictè contrahatur,
quæ fictio non habet locum in ſtatutis, tamen
actus habet plurimum veritatis propter verum
conſenſum, & veram voluntatem, quæ eſt vbi
vult eſſe, Vnde etiam ſi ius ciuile non eſſet
quo iure ſunt inductæ fictiones, tamen de iure
13 gentium, † quo omnes gentes vtuntur ibi fie-
ret exactio, vbi eſt collata ſolutio, & ſic reſpe-
ctu effectus, qui oritur ex contractu, ille dicitur
verè factus in loco deſtinatæ ſolutionis, & ſic
cum ſtatuta reſpiciant effectum contractus, ſi
iſte effectus verè adeſt in loco deſtinatæ ſolu-
tionis, ſine dubio videtur attendendum ſtatu-
tum vigens in illo loco.

Quia reſpondetur contra Bald. eſſe magis commu-
14 nem opinionem † vt teſtantur Aretin. Felin. &
alij in fin. de for. compet. Gabr. conſ. 20. col. fin.
nu. 9. Rol. conſ. 100 lib. 3. nu. 14. poſt med. verſ.
pariter non obſtat. & veriorem opinionem dicit
Morla de contrah. emption. tit. 9 ante q. 1. nu. 54.
15 vbi ex hoc infert † nec in foro cõſcientiæ, neq;
in foro exteriori deberi gabellam, ſi contractum
ſit in loco immuni ab illius ſolutione, quamuis
ſoluatur in loco vbi res eſt ſita Bald. in l. 2. C.
de nundin. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2.
nu. 30. & ita practicari teſtatur Matth. Coler.
de proceſſ. executiu c. 1. p. 2. nu. 87. vbi quod ma-
16 ximè procedit in mercatoribus † nundinarijs
locorum, in quibus emptor tenetur ſoluere da-
tia, quantumuis emerit habita fide de prætio,
vel in alium locum ſolutionem deſtinauerit,

Et eſt ratio, quia dicitur propriè fictio, quod vi-
deatur cõtrahi in loco deſtinationis ad doctri.
Aret. in §. præterea. inſtit. de action. vbi dicit eſſe
gloſ. ſingularem. in l. cum qui. §. Iulianus. in gloſ.
2. de conſtit. pecun. Alias enim ſequeretur quod
in omni actu, qui parit obligationem, ſemper a-
ctus fictus haberetur pro vero cõtra l. 3. §. hæc ver
ba. de neg. geſt. vt per Aret. & Fel. in d. c. fi. n. 18.

Præ-

Digitized by Google

Præterea opinio Salic. Bald. & aliorum procedit
17 in venditionibus † confectis per epiſtolam, videlicet cum venditor degit Peruſijs, & vendit emptori exiſtenti Bononiæ, tunc enim inſpicitur locus Bononiæ, quia ibi perficitur contractus emptoris, qui accepit merces deductas in contractum in eo loco pro pretio æſtimato, alias ſecus, cum locus deſtinatæ ſolutionis non habeatur pro loco contractus, ſed is, vbi negotium fuit perfectũ; quaſi hoc caſu nihil ſuperſit agendum, prout diſtinguit Coler. de proceſſ. execut. c. 1 p. 2. n. 84. ſubdens quod ita exemplificat Alex. in add. ad Bar. in l. ſi ut proponitur. 61. n. 2. littera G. de fideiuſſ. & mandat.

Non obſtat quod nullibi ſit ſoluenda gabella, neq;
18 in † loco contractus, neq. deſtinatæ ſolutionis ſecundum opinionem Copty in c. fin. de for. compet. Quia non eſt tuta opinio vt ex ſupradictis apparet.

Nec aduerſatur, quod menſura ſit facienda ſecun-
19 dum † locum vbi res eſt ſita, non vbi fuit contractum Ceual. q. 733. Oſaſ. deciſ. pedem 114. Oldrad. conſil. 168. Alex. conſil. 21. viſis. bis quæ in themate. ad med. verſ. ſimiliter ſi attendamus. lib. 2. ergo idem in gabella.

Quia contrarium eſt verius Socin. conſil. 247. circa primum conſultationis. col. 4. n. 3. verſ. non ob-
20 ſtat quod tertio loco adducebatur † Affl. deciſ. 363. n. 4. post Bar. in l. ſemper in ſtipulationibus 34. de reg. iur. ubi Cagnol. num. 4. de communi. verſicul. ſed non eſt recedendum. Roland. conſil. 300. n. 8. lib. 2. Ceual. q. 733. n. 9. Licet in fine diſtinguat in rebus mobilibus conſiderari locum contractus ſecus in immobilibus, quia tunc attenditur vbi res eſt ſita Purpur. in l. vinum. n. 93 ſi cer. pet. Ang. in l. ſi fundus. de euiction. Pari. cõſ. 64. n. 71. lib. 1. Nam in contractibus id tempus ſpectandum eſt in quo contrahimus l. ſemper in ſtipulationibus. 34. de reg. iur. Ratio eſt quia in his quæ concernunt deciſionem contra-
21 ctus circa deciſoria † cauſæ & litis, quo ad effectus cauſatos, & cauſandos ex ipſo cõtractu ſecundum ipſius naturam nullo facto extrinſeco occurrente, inſpicitur ſtatutum, & conſuetudo loci contractus, quamuis alibi eſſet facienda ſolutio, prout eſt quando agitur de menſuratione quia tunc tractatur de executione contractus, & de effectibus ab eo cauſatis Caccia. ſup. & alij
22 per Rolan. conſ. 100. n. 13. ad med. lib. 3. † & quod attẽdatur locus cõtractus in menſura niſi aliud conſuetudine ſeruetur dicit eſſe verius Idẽ Roland. conſil. vlt. lib. 3. & conſil. 13. lib. 4. Bertazz. clauſ. 20. gloſ. 19. nu. 9. vbi quod eſt verior opinio. Quando enim partes contrahunt habent intentionem contrahendi iuxta conſuetudinem loci vbi actus fit, itaut ſi d. conſuetudo varie fuerit obſeruata per iſtam difformitatem ſi at-
23 tendenda conſuetudo † conformis iuri communi Bart. in l. 2. in fin. princ. ff. ſolut. matrim.

Verũ eſſet, quod quando grauatur perſona ad ga-
24 bellam † ſoluendam, tunc forenſis contrahens ſolueret illam in loco domicilij, non contractus ſecus ſi grauamen reſpiceret cõuentionẽ Gabr. de conſuet. concl. 2. n. 14. poſt Caccialup. in l. cunctos populos. col. 51. C. de ſum. trinit. Prout etiam
25 ſi quis † exiret locum vt fraudaret gabellam, quia tunc tenetur ſoluere, etiam in loco, à quo receſſit Gabr. ibid. nu. 15. poſt Caccialup. in d. l. cunctos populos verſ. quandoq; vero ille qui contrahit Bertazzol. clauſ. 30. gloſ. 12. nu. 7.

Locus autem contractus intelligitur vbi eſt facta
26 conuentio, † non vbi eſt factum inſtrumentum Butr. in c. fin. & ibi Abb. nu. 30. de for. compet. Etiam quod contractus, vel inſtrumentum alibi renouaretur, quia attenditur locus, in quo primo eſt facta conuentio, & cõtractus fuit firmatus Bald. in l. vniuerſa ad fi. C. de precib. imper. offer. verſ. vltimo noto. Firman. de gabell. p. 6. q. 2. Ideò gabella debetur in loco contractus, non vbi fit inſtrumẽtum, niſi ſtatutum loquatur de inſtrumento non de contractu Bertaz. clauſ. 30. n. 7. in fin. gloſ. 12. vbi ſubdit, quod hoc caſu non deberetur gabella de contractu celebrato ſine inſtrumento Imol. conſ. 17. in cauſa. ante fin. Tiraq. de retract. lignag. § 2. gloſ. 1. nu. 3.

EPITOME.

Dilatio ſeu ſecuritas conceſſa principali quando iuuet fideiuſſorem, & ſequeſtratarium. Et quid in beneficio reſtitutionis in integrum, an ex eo iuuetur fideiuſſor. Depoſitarius non tenetur ſoluere depoſitum ei ad cuius fauorem eſt factum, ſi principalis non tenebatur.

SVMMARIVM.

1 *Defenſor neceſſarius poteſt iuuare reum principalem ex iure proprio ipſius defenſoris.*

2 *Dilatio conceſſa principali, quando iuuet fideiuſſorem. & nu. 4. 5. & 9.*

3 *Priuilegium principalis prodeſt fideiuſſori in obligationibus dandi, quando principalis aſſumit iudicium pro fideiuſſore ad ſui defenſionem.*

6 *Beneficium reſtitutionis in integrum non tranſit in fideiuſſorem. Intellige vt n. 7. 11. & 12.*

8 *Diſpoſitio reſtricta ad vnam perſonam extenditur ad aliam, quando perſona incluſa non gauderet ea diſpoſitione.*

10 *Exceptio competens reo iuuat fideiuſſorem.*

13 *Securitas conceſſa debitori ne moleſtetur in ære, aut perſona, an proſit ſequeſtratio, ſi antequam fuerit data ſecuritas erant bona ſequeſtrata.*

14 *Depoſitarius non tenetur ſoluere depoſitum factum, vt ſoluatur alicui omni exceptione remota, ſi principalis non tenebatur ſoluere ex quo vnus ex contrahentibus venit aduerſus contractum.*

CAPVT XII.

IN caſu in quo dilatio conceſſa reo non prodeſt fideiuſſori, proderit tamen oppoſitio rei. Ratio, quia poteſt reus tanquam procura-

tor

Digitized by Google

tor in rem ſuam accipere defenſionem fideiuſ-
ſoris ex ſua perſona, & opponet beneficium di-
lationis. Cum enim ſit neceſſarius defenſor eſt
1 ſpeciale in eo † vt poſſit iuuare reum principa-
lem ex iure proprio ipſius defenſoris *l. idemq; §. generaliter. ff. mandat. l. procurator. §. 1. ad exhib. gloſ. in l. ſi fideiuſſor. §. quadam. ff. rem rat. hab.* & ita in ſpecie poſt *Cin.* cõcludit *Bald. in l. quoties. in fin. C. de precib. imper. offer.* vbi
dicit multum notandum, quia de apicibus iu-
ris *Idem Bald. in l. tam mãdatori. 12. col. 2. verſ. ſecundum ſcilicet. n. 8. C. de non num. pecun.* vbi
2 loquitur de dilatione † conceſſa per Principem
cruce ſignatis, ſi enim reus ſit talis, & non fide-
iuſſor, non debet illi prodeſſe. Ratio, quia eſt
conceſſum ſignatis per cauſam extrinſecam, quę
non elidit obligationem. Tamen ne fideiuſſor
habeat regreſſum contra principalem poteſt
comparere ex perſona ſua, & opponere de be-
neficio ſibi conceſſo pro ſuo intereſſe, ne conue-
niatur à fideiuſſore. idem ſequitur *Iaſ. in l. cum filius. 49. §. 1. in fin. ff. de verb. oblig. Marſil. in rubr. de fideiuſſor. nu. 27.* vbi de dilatione re-
ſpiciente ipſam obligationem, licet perſonalem,
quam poteſt reus principalis opponere ex per-
ſona ſua ad defenſionem fideiuſſoris. *Imol. in d. l. cum filius. §. 1. in fin.* vbi dicit caſum ſingula-
rem, quod in obligationibus dandi priuilegium
3 principalis proſit † fideiuſſori, quando princi-
palis aſſumit iudicium pro fideiuſſore ad illius
defenſionem, quamuis enim ſit priuilegium per-
ſonale illi proderit *Matth. Coler. de proceſſ. exe-quut. c. 3. in fin. p. 1. nu. 12.*

Prædicta tamen declaraui procedere, quando pri-
4 uilegium conceſſum principali † remaneret inu-
tile ſi fideiuſſori non prodeſſet, alias ſecus: Vn-
de quamuis fideiuſſor exigeretur infra annum,
ſi tamen intra annum non poſſet habere recur-
ſum contra principalem, qui habuit priuilegium
illum non iuuaret; ita in ſpecie concludit *Alex. in l. cum filius. §. 1. in fin. verſ. vltimo tangit. de verb. oblig.* quod etiam voluit *Cin. in l. quoties. in fin. verſ. ſed pone quod eſt fideiuſſor. ibi quid dicemus*, licet loquatur ſub dubio *C. de precib. imper. offerend.* vbi quando reus principalis po-
5 teſt exigi à fideiuſſore conuento, & exacto † tunc
proderit iſta defenſio ſuſcepta per principalem,
vt eſt caſus *in l. ſi fideiuſſor. de re iudic.* ſecus au-
tem ſi non eſt exigendus principalis à fideiuſſo-
re ob priuilegium, quod etiam contra fideiuſſo-
rem vendicat ſibi locum, tunc enim defenſio ni-
hil prodeſt, quia ceſſat ratio, ne per aliam viam
fiat illud, quod priuilegium prohibet.

Idem dixit *Bart. in l. ſtichum. §. quod vulgo. col. 1. ad med. nu. 2. verſ. ad hanc lecturam. de ſolut.*
6 vbi quod licet beneficium † reſtitutionis non
tranſeat ad fideiuſſorem, tamen ſi fideiuſſor eſ-
ſet habiturus regreſſum contra minorem, mi-
nor poteſt aſſumere defenſionem pro fideiuſſo-
re ſuo, & vti contra creditorem inuitum bene-
ficio reſtitutionis *l. idemq; §. generaliter. ff. mand.* ſecus ſi non eſſet habiturus regreſſum;
Et ita intelligit opinionem Doctorum, qui vo-
lunt obligationem fideiuſſoris extingui, quia
7 per hoc conditio creditoris † non fit deterior,
quoniam ipſemet, vel eius hæres poſſet credi-
torem excludere ab actione intentata contra
fideiuſſorem: ſi autem fideiuſſor non haberet re-
greſſum contra minorem non poſſet aſſumere
eius defenſionem, & vti ſub beneficio ſecundum
Din. in l. Marcelius. de fideiuſſor. ne per hoc fiat
deterior conditio creditoris. *& Bartol.* ſequitur
Imol. in d. §. quod vulgo.

Et regulare eſt, quod diſpoſitio reſtricta ad vnam
perſonam extenditur ad aliam, quando perſona
8 incluſa non gauderet ea diſpoſitione, † quia ſic
per indirectum fraudaretur eius beneficio *Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de tranſact. Natt. conſ. 65 n. 2. Alc. conſ. 216. nu. 7. Doctor. in l. fin. C. de muner. & honor. non continuand. lib. 10.* Et ita pronuncia-
ui in cauſa Simonis Franciſci mihi commiſſa,
quod fideiuſſori non prodeſſet dilatio de qua
agebatur, cum ille non poſſet habere recurſum
contra principalem minorem. Nam licet alias
9 exceptio † competens reo iuuet etiam fideiuſſo-
rem, cui licitum eſt opponere omnes exceptio-
nes reo competentes, etiam reo inuito *l. ſi teſtamento. in princ. de fideiuſſ. Alex. conſ. 66. nu. 3. lib. 4. Bart. in l. 1. C. vbi in rem act. Natt. conſ. 50. nu. 23. Marſil. in rub. de fideiuſſor. nu. 268. Bertazzol. clauſ. 41. gloſ. 7. nu. 4.* Tamen dila-
10 tione debitori † conceſſa non vtitur fideiuſſor
Bald. & Salic. in l. 2. C. de precib. imper. offer. Cucc. de morat. preſcript. nu. 122. Alex. & Iaſ. in l. filiusfamilias. §. in hac. in fin. de verb. oblig. Surd. conſ. 327. nu. 22. Itaut lite pendente
cum principali exigatur fideiuſſor *Bald. l. fin. n. 2. C. de fideiuſſ. Aſin. §. 3. ampliat. 32. in praxi. n. 12. Surd. conſ. 327. n. 22. lib. 3.*

Non obſtat quod opinio *Bart. in d. l. ſtichum aut pamphilum* reprobetur per *Caſt. & Alex. in l. 1. C. de fideiuſſor. minor. & per Cuman. in d. §. quod vulgo. Iaſ. in l. ſi cum procuratore. nu. 5.*
11 *de re iudic.* Quaſi iſta defenſio minori † non ſit
neceſſaria, tanquam ad eum non pertineat de-
fendere fideiuſſorem, qui nullo caſu habet re-
greſſum cõtra ipſum minorem, cum ipſe aduer-
ſus fideiuſſorem poſſit petere reſtitutionem *l. 1. C. de fideiuſ. minor.* vnde non dicitur defenſor
neceſſarius. Quia *Bart.* loquitur in minore qui
eſt defenſor neceſſarius, vnde debemus accipe-
re eum caſum, in quo adeſt neceſsitas defenden
12 di, itaut ſi non defendat ſuſtineat † iacturam
patrimonij, vel illi non ſuffragetur reſtitutio in
integrum, quominus fideiuſſorem liberet, eũq;
indemnem conſeruet, prout in ſpecie concludit
Iacob. de S. Greg. in l. 1. C. de fideiuſſor. min. Rebuf. de reſtit. artic. 2. gloſ. 3. nu. 9. tom. 2. ad leg. gall. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vend. p. 2. nu. 43. Cald. de reſtit. in integr. in verb. minoribus. nu. 50. poſt med. vbi quod ita debet intelligi opi-
nio *Bart.* & ibi multos caſus addit, in quibus
minor neceſsitate quadam adducitur defende-
re fideiuſſorem, ne damnum patiatur, nec reſti-
tuitur aduerſus eum; in illis enim poteſt aſſume-
re eius defenſionem, itaut exceptio tunc com-

pe-

petens minori principali proſit etiam eius fideiuſſori *l.idemq.10.§.generaliter.ff.mandat.*

Amplius ſi fuerit conceſſa ſecuritas debitori, ne moleſtetur in ære, aut perſona proderit etiam ſequeſtratario, quamuis ante ſecuritatem iam eſſent bona ſequeſtrata, itaut creditores nō poſſint illum cogere ad præſentandum eadem bona, ſi debitor comparens ad defenſionem ſequeſtratarij opponat de dilatione, aut ſecuritate ſibi conceſſa, licèt enim ille non ſit fideiuſſor, ſed conueniatur actione depoſiti *gloſ. in l. ſequeſter.de verb.ſignif.* Salic.*in l.vnic.nu.15.C. de probib. ſequeſt. bonor.* Alex. *in l. intereſſe. nu. 6. de acquir. poſſ.* vel præſcriptis verbis *Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. fin.nu.3. qui ſatiſd. cog.poſt Bart.in l. ſi oleum.de dol.mal.* Tamen ſi id permittitur ratione intereſſe, quod imminet ipſi principali conſequutiuè damnato fideiuſſore, propter indemnitatem quæ eſt ei præſtanda, multo magis concedi debet quando intereſt principaliter ipſi debitori, qui comparet non tam ad defēſam ſequeſtratarij, quàm ſui ipſius, ita in ſpecie per multas rationes cōcludit *Sur. deciſ.301.per tot.*

Immo etiam depoſitarius tamquam miniſter deponentis non tenebitur ſoluere depoſitum penes cum factum ſoluendum tertio omni exceptione remota, ſi principalis nò tenebatur illum
13 ſoluere, puta ſi vnus ex illis † contrahentibus veniret aduerſus contractum; licèt enim ſimus in depoſito in quo exuberat bona fides pluſquā in alijs contractibus, non tamen denegatur depoſitum illi qui depoſuit, ſed alteri, Vnde potius deponenti quam ipſi eſſet reſtituendum *Ancbar conſ. 360.ex ſerie facti. nu.1. Felin. in c. peruenit. il 2.nu.4 ante fin.verſ.& per iſtam regulam. de iur. iur. Gonzal. de alternat. gloſ. 27. num.16.*

E P I T O M E.

Iudex ſuperior poteſt prouidere de tutore præuia inquiſitione ita vt ſatiſdatio non requiratur, quod ſecus eſt in inferiore. Fideiuſſio an & in quo loco ſit præſtanda per diuitem, & idoneum facultatibus, vel potius ſufficiat bonorum obligatio, & quid debeat probari.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſuperior poteſt prouidere de tutore præuia inquiſitione abſq; neceſſitate ſatiſdationis ad exemplum teſtamētary. ſecus in iudice inferiore. & de ratione.nu.2.*

3 *Tutor datus ex inquiſitione non tenetur ſatiſdare: & quo modo hoc procedat nu.4.*

4 *Præſumptio quæ inſurgit ex decreto prætoris poſt inquiſitionem factam eſt iuris & de iure.*

5 *Præſumendum eſt pro decreto iudicis maioris non minoris.*

6 *Tutore pronunciato idoneo per inquiſitionem non reperto tali iudex non tenebitur pupillo. Intellige vt nu.7.*

8 *Fideiuſſio non requiritur ſi tutor ſit ſoluendo, & ſufficit bonorum obligatio. Intellige vt nu. 9.10.11.12. & 13. & quid ſeruetur in praxi num.14.*

15 *Fideiuſſio ſi non eſt neceſſaria in diuite debet prius pronunciari illum eſſe idoneum nō ſimpliciter, ſed reſpectu facultatum pupilli, & n. 16. & facilitate conueniendi nu.17.*

18 Fideiuſſor *eſt dandus in loco contractibus, & de hominibus illius loci.*

19 Res *immobilis debet reinueſtiri in loco contractus.*

C A P V T XIII.

IVdex ſuperior poteſt prouidere de tutore pupillo præuia inquiſitione, ita vt ſatisdatio non ſit neceſſaria exemplo teſtamentarij, qui
1 neq; fideiuſſione † oneratur, quod ſecus eſt in iudice inferiore, qui etiam ſi adhibeat inquiſitionem, non tamen poteſt remittere ſatiſdationem. Ratio, quia datus à maiore iudice nititur maiore auctoritate, propter quam eius fides eſt magis approbata, itant factum ab eo cenſeatur ritè, & rectè geſtum, quod non eſt in
2 iudice inferiore, † prout in defenſoribus Ciuitatum, aut ſimilibus, de quibus lex non tantum præſumit; Iſta eſt diſtinctio approbata per omnes in *l.tutores.de confirm.tutor.*Cin.*in rubr.*C. *de tutor & curator qui non ſatiſd.* Salic. *in l.1. in fin.* C. *eod.* Bart.*in l.ſi nemo.la 2. §. 1. de teſtam. tut. & in l. tutores. in fin. ff. de confirm. tut. poſt gloſ. in §. fin. auth. vt hi qui oblig. ſe haber. perhib. res min. in verb.aget.* Aret. *in §. ſed ex his legib. in fin.inſtit.de attil.tutor.Bald. in l.1.§.item ſolent.in 1.lect. nu.5.de offic.præfect. verb.* & ita tenendum eſſe tanquam magis receptum dicit *Silueſter. inſtit. de ſatiſdat. tutor & curat. in princ. col. fin. nu.43. & col.4. in fin.num.17.*

Ratio autem quare iſti dati ex inquiſitione non ſatiſdant eſt, quia fuit adhibita cauſæ cogni-
3 tio, † ob quam lex præſumit eos idoneos ſtante decreto, & electione iudicis, & ſeruatis illis quatuor de quibus in *l. naturali. §. 1. de confirm.tut.* an ſcilicet dederit qui dare potuerit,
4 an ille acceperit, † cui fuerat dandus, & is datus ſit, cui dandi facultas fuerat, & pro tribunali decretum ſit interpoſitum; ſi enim aliquid ex iſtis deficeret non præſumeretur pro datione, & ceſſarent effectus inquiſitionis *Aſin. in praxi.§.7.limit.141.nu.5. Ang.conſ.325. col.2. verſ.de tertio.nu.3. Silueſter inſtit. de ſatisd. tutor.in princ.nu.15.in 8.notab.* vbi etiam *nu. 38. in gloſ.in verb.idonei* ſubdit quod hæc præſumptio, quæ inſurgit ex decreto prætoris, vel præſidis poſt inquiſitionem factam, & cauſa cogni-
5 ta ſit præſumptio iuris, & de iure, † contra quam non admittatur probatio in contrarium. Ratio quia lex præſumit pro iudice, quod det idoneū dū præmittit cognitionē cauſæ, & poſtquā præſumpſit, ſtatuit illum haberi pro tali & non teneri ad ſatiſdandum; ideo non poterit veniri con-

ri contra expreſſam diſpoſitionem legis l. pro-
ſpexit.ff.qui & à quib.
Quare cum dicimus præſumendũ eſſe pro decre-
to iudicis non eſt intelligendum de decreto in-
terpoſito per minorem magiſtratum, vt in ma-
6 giſtratu † municipali, & pedaneis iudicibus
exemplificat Bald.in l.tutores.de confirm. Mar-
ſil.ſing.438. lex multum confidit. Quod eſt in-
telligendum in magiſtratu municipis idiota, &
ignaro,non iuris perito, cum etiam in munici-
pijs legum doctores gerant magiſtratum Aret.
conſ.69.viſo puncto.col.1.in fi.ver.præterea da-
to Alciat.Pariſ.& alij per Bertaz.clauſ.10.gloſ.
2.nu.17.verſ.quarto limita.
Ideo ſtante præſumptione prædicta iſte tutor da-
tus per inquiſitionem, & pronunciatus idone-
7 us,ſi poſtea † reperiatur minus idoneus, vel
fiat non idoneus,nõ tamen iudex tenebitur pu-
pillo vel minori gloſ. in §. nos autem. inſtit. de
attil.tutor.Surd.deciſ.91.in fin. Quamuis alias
ſi vſus eſſet dolo, vel negligentia in inquiſitio-
ne de facultatibus teneretur l. 6. §. neque præ-
tor.& §.præter.de magiſtr.conueniend. Silueſtr.
inſtit.de ſatiſd.tutor.in princ.col.pen.n.40.in fi.
& dixi deciſ.69.n.28.& in additione.
Ex quibus declaraui non valuiſſe dationẽ tutoris
de qua agebatur in cauſa mihi delegata,quãuis
præſupponatur præceſſiſſe inquiſitionem,cum
ſimus in iudice minore,qui non poterat remit-
tere ſatiſdationem l. 1. C. de tutor. & curator.
qui non ſatiſd.cum alijs ſupra allegatis & ita
hodie ſeruari per modernos officiales dicit Pa-
pienſ.in form.libel.ad redden.rationem.in uerb.
in ſuo ultimo teſtamento.n.22.late Sur.deciſ.91.
num 3.
Non obſtat, quod præſupponebatur iſtum tutorẽ
eſſe ſoluendo,quo caſu nõ videtur requiri fide-
8 iuſſio,cum ſufficiat † bonorum ſuorum obliga-
tio Bar.in l.quicunque la 2.C.de fund.patrimo.
lib.10.& ibi Alex.in addition.Fel.in c. ad hæc
ad fin.de ſent.excom.Caſtr. in l.diuortio. §. in-
terdum.ſolut.matri.Rom.conſil.67. uiſo thema-
te prænarrato.col.2.in fin. uerſ. tertio hoc ipſum
probatur. & ibi Mando. de communi. in uerb.
poſſidere.in fin.Idem Mandoſ.ad Rom. conſil.8.
in uerb.imminet euictio Iaſ. in l.1.col. antep. in
fin.uerſic.ſed iſtis non obſtantibus.n.18. qui ſa-
tiſd.cog. Afflict.deciſione 171.ubi Vrſil.in princ.
Bald. in l. 1. §. ſi magiſtratus. in fine de magi-
ſtr. conuen. Dec. in l. plus cautionis 25. in fine
de reg.iur.ubi Cagnol.num.9.concludit, quod
9 obligatus † ex diſpoſitionis legis vel ſtatuti nõ
ſatiſdat ſi eſt idoneus, ſecus in eo qui tenetur
ex diſpoſitione hominis Ale.cõſil.37.uiſo & op-
portunè diſcuſſo.col.4.ad med.uerſic. plus dixit.
n.15.lib.2. Et in ſpecie de tutore ita concludit
per multa Hyppol.Riminal.conſ.812.n.12.per l.
teſtamento.de teſtam.tutor.poſt Piag.de tutor.q.
7.n.27.& 28.limit.4.
Quia verius eſt iſtam ſatiſdationem eſſe præſtan-
dam cum fideiuſſoribus. Ratio nam ex quo lex
exigit ſatiſdationem cum fideiuſſore neceſſa-
10 rio ea debet † interuenire, itaut neque depoſi-
tum aut pignorum datio illam ſuppleat,quam-
uis alias ſi requireretur ſimpliciter ſatiſdatio,
non eſſet danda fideiuſsio: Ita in ſpecie conclu-
dit Silueſt. inſt.t. de ſatiſd. tut. in princ. nu.19.
in 8. notab. poſt gloſ. ibi in verb. ſatiſdent. per
tex. in l. prætoriæ ſatiſdationes. de prætor. ſti-
pulationibus.
Neq; obſtant contraria quia verior eſt opinio af-
11 firmatiua, quod etiam diues, & idoneus † te-
neatur fideiubere, quando lex mandat quod ali
quis fideiubeat, cum illius forma ſit adimplen-
da Bald.in l.minor.25.annis.§.fin.cum l.ſeq.de
procurat. Alex.in l.diuortio. §.interdum.ff. ſo-
lut.matrim.& in l.1.nu.12.qui ſatiſd.cog Grat.
conſ.135.nu.9.& 13.lib.2. poſt Alberic.in l.ha-
bitationem.§.fin.de pericul. & commod.rei ven-
dit.& hanc veram opinionem eſſe dicit Add. ad
Alex conſ.37.in verb.idoneus.lib.2. Sadolet. &
alij per Cott. in verb. cautio cum fideiuſſore. ad
med.Aret.Rub.& alij per Surd.deciſ.291.nu.12.
& 13. vbi etiam quod quamuis contraria eſ-
12 ſent vera, debet conſtare illum eſſe † notoriè
ditiſsimum,& ſoluendo, licet quando principa-
lis eſſet idoneus ſufficeret præſtare fideiuſſorem
parum diuitem Bart. in l. mulier. in fin. C. de
iur.dot. Marſil.in rubr.de fideiuſſ.nu.179. Ra-
tio quia patrimonia ipſorum habentur pro vno
idem Marſil.ſing.3.ad hoc vt ad carcerationem.
Bertazz.clauſ.42.gloſ.8.nu.5.
Et quod idoneus non teneatur ad fideiuſsionem à
lege requiſitam non eſſe planum, & expeditum
13 ex † traditis per Alex.in l.diuortio. dicit Rota
per R. P. D. Ortemberg. Bononien. ſeu Romana
cenſus.16. decembris. 1602. in fin. vbi quod eſt
maximè controuerſum & coram R.P.D. Robu-
ſter.Romana vineæ 5.Iunij. 1579. quæ eſt deciſ.
281.diuerſ.p.2.& quod requiratur fideiuſsio,et
14 in diuite † dicit ſeruari in praxi Mut. ſuper
Conſuetud.Panormit.c.50.nu.69. in fin. contra
Hyppol.Rimin.d.conſ.812. & ita etiam ſeruan-
dum eſſe quidquid alij contrarium ſentiant di-
cit Spin.de teſtam.gloſ.29.nu.34.vſq;ad 37.
Præterea quamuis fideiuſsio non eſſet neceſſaria
15 tamen prius erit pronunciandum illum † eſſe
idoneum, de quo non conſtat in caſu noſtro,
prout ad hoc tenetur Iudex quando inquirit,
vt tutor non debeat fideiubere l.tutores. in fin.
de confirm. tut. quod dicit multum notandum
Surd.deciſ.91.nu.5.poſt Aret.in §.ſed ex his le-
gibus. de attil. tutor. Aſin.in praxi. §.7. limit.
141.num.5.
Amplius quamuis probetur huiuſmodi tutorem
eſſe diuitem, tamen non ſufficit, vt excuſetur à
fideiuſsione,cum eſſet etiam probandum,quod
16 inſpectis facultatibus † pupilli ſine fideiuſſore
erat talis; vt pupillo non poſſet damnum affer-
re: ita in ſpecie cõcludit Alex.ad Bart.in l.qui-
cunq.la 2.C.de fund.patrimon.lib.11. cum ido-
neus dicatur quando fideiuſſor,vel eius princi-
palis habet tantum in bonis, quantum minor
haberet Caualcan.de tutor.nu.92.poſt Roderic.
tit.de los emplacimentos.nu.14.
Vltimo fides producta ad probandum bona quæ
poſ-

Digitized by Google

poſsidentur per tutorem non eſt talis, vt faciat
illum eſſe idoneum ad effectū, de quo agimus.
Nam in ea deſcribuntur multa bona, quæ per
eum poſsidentur extra locum, vbi fuit datus tu-
tor, quo caſu non dicitur quis idoneus facili-
17 tate † conueniendi, licèt dicatur idoneus facul-
tatibus, & ſic cōtingeret magnum damnum pu-
pillis, ſi cogerentur litigare extra patriā ſuam,
& agere contra bona alterius territorij, & iu-
riſdictionis *Alex. in l. 2. in fin. qui ſatiſd. cog.* Ri-
min. Iun. conſ. 812. nu. 25. Bald. in l. fin. C. *per
quas perſon. nob. acquir.* cum ob timorem longi-
tudinis litigij, & ſimiles cauſas non dicatur fi-
deiuſſor idoneus *Cauolc. de vſufr. nu. 147.*
Ideò, qui tenetur dare fideiuſſorem debet illum
18 date in loco contractus, & de hominibus † il-
lius loci *Bart. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.
qui ſatiſd. cog. Roland. conſ. 58. nu. 19 lib. 1. Ber-
tazz. clauſ. 39. gloſ. 2. nu. 3.* Prout dicimus de
prætio reinueſtiendo in re immobili, quod de-
19 bet poni in territorio loci † contractus *Mar-
ſil. in rubr. de fideiuſſor. nu. 262. Boer. deciſ. 99.
nu. 4. Bertazz. clauſ. 42. gloſ. 4.* Idem in excuſ-
ſione, quæ requiritur quamuis conſtet debito-
rem principalem non habere bona in loco, dum
modo tamen habeat in alia prouincia quæ non
ſit multum remota, ſed vicina & ſub eodem præ-
ſide, quia tunc excuſsio non requireretur *The-
ſaur. deciſ. 40. Marcobrun. conſ. 28. Surd. conſ.
309. num. 1. lib. 3.*

E P I T O M E.

Facultas extinguendi cenſum data illius emptori ſiue in eodem contractu ſiue in alio an reddat actum vſuratium. Cenſus contra formam conſtitutionis Pij V. ſi reformetur an valeat pro vt eſt nunc, ſeu pro vt ex tunc. Contractus vſurarius an demptis pactis illicitis habeat executionem. Et quando conſuetudo reddat eundem contractum validum. Venditio ad gaudendū vulgo dicta à godere à godere an ſit permiſſa. Iuramentum an afficiat hæredem vt teneatur petere abſolutionem. Reſciſsio actus coram quo iudice petenda. Iudex laicus an cognoſcat de contractu vſurario.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum dicitur inualidum ſi emptor habet facultatem extinguendi cenſum quamuis non ſit appoſita in eodem contractu. & nu. 3. Amplia vt nu. 5. & 6.*
2 *Venditori cenſus non emptori eſt danda facultas illum extinguendi.*
4 *Actus unus contemplatione alterius dicitur correſpectiuus, & uno ſublato alter tollitur.*
7 *Cenſus contra formam Conſtitutionis Py V. ſi reformetur incipit valere, prout eſt nunc nec ſuſtinetur pro tempore præterito. & nu. 8.*
9 *Contractus vſurarius eſt nullus quo ad vſum, & ſtipulationem illorum, quorū ſit ademptio dando executionem in reliquis.*
10 *Venditio ad gaudendum vulgo à godere eſt reprobata. & in ea computantur fructus in ſortem. Amplia, vt n. 11.*
12 *Conſuetudo reddit pactum validum, quod alias erat illicitum & derogat legi quamuis per legem imponatur pœna ipſo iure, & ipſo facto. intellige ut n. 13.*
14 *Actus in dubio eſt iudicandus licitus.*
15 *Iuramentum operatur vt quis poſſit cogi ſoluere vſuras. Intellige vt n. 16.*
17 *Hæres ex iuramento defuncti tenetur ad obſeruantiam promiſsionis per eum facta Amplia vt num. 18.*
19 *Iuramentum extinguitur per mortem iurantis neq. periurium tranſit ad hæredem, qui ſine abſolutione poteſt contrauenire. Idem in alio ſucceſſore. n. 20.*
21 *Reſciſsio contractus eſt petenda coram iudice domicilij, non loci vbi fuit celebratus, & n. 22*
23 *Iudex laicus an cognoſcat de cōtractu vſurario.*

C A P V T X I I I I.

PActum extinctionis cēſus de quo agebatur
in cauſa Camilli, & Benedicti q. Rocchi di-
xi inualidum & illicitum. Ratio quia emptor
per facultatem ſibi datam illum extinguendi eſt
omnino certus de lucro vltra ſortem, ideſt de
1 fructibus † percipiendis eo tempore, quo non
extinguitur cenſus, quod eſt prohibitū, & red-
dit pactum inualidum *Henric. Boic. in cap. in ci-
uitate. ad fin. de vſur. Bald. conſil. 487. apparet.
lib. 1. Imol. conſil. 25. Conar. variar. reſo. libr. 3.
cap. 8. nu. 7. in fin. verſ. ſupereſt tamen.* iſta enim
2 facultas ſolum permittitur † venditori, non
ementi ſecundum conſtitutiones Martini, Cali-
ſti, & Pij V. & ita in ſpecie concludit *Sotus
de iuſt. & iur. lib. 6. q. 5. artic. 3. concl. 1. Corrad.
de contract. q. 84. concl. 3. Summ. Anton. part. 2.
c. 8. §. 14. circa fin. tit. 1. & eſt deciſio* Rotæ *per
Cardinal. Lancellott. Peruſina cenſus 3. Februa-
rij. 1571.* Quidquid contrarium ſequatur *Me-
din. de cenſib.* Quia contra eum eſt verior opi-
nio vt teſtatur *Solis de cenſib. lib. 1. cap. 7. nu. 15
poſt Nauar. de vſur. notab. 22. n. 72.* Et facit de-
ciſio coram *Cardinali Seraphino Vrbeuetan.
cenſus 18. decemb. 1592.* vbi pactum appoſitū
in cenſu contra ſubſtantiam contractus reddit
cenſum ipſo iure nullū, quando videlicet vendi
tor non poſſet redimere, niſi arbitrio emptoris,
tunc enim reſoluetur in mutuum, & fructus cō-
putantur in ſortem *Fariſ. conſil. 54. nu. 79. lib. 1.
Roland. conſil. 40. n. 37. lib. 2.* Itaut neq. ſufficiat
bona fides pro acquirendis fructibus, quia ſu-
mus in contractibus à iure reprobatis; cum ſe-
cus ſit in caſibus in quibus nulla labes vſurarū
poteſt cōſiderari, tunc enim ſi abeſt mala fides,
fructus poſſent percipi *l. ſed ſi lege §. ſcire de pe-
tit. hæredit. Rot. deciſ. 4. de reſtit. ſpol. in nou.*
Non obſtat quod non fuerit appoſitum iſtud pa-
ctum in conſtitutione cenſus, ſed in alio con-
3 tractu, & ex diuerſis cauſis, itaut vnus † non
referatur ad alium, & ſic non poteſt dici vnicus
actus

Digitized by Google

actus *Purpur. in l. lecta. col. 6. ff. ſi cert. pet. & ibi Cagnol. nu. 110. Guid. Pap. ſing. 477.* Quia
cum in caſu noſtro vnus ſit cõtemplatione alte-
4 rius † dicitur correſpectiuus *Bal. in l. petens.*
n.49. C. de pact. & conſ. 327. in fin. lib. 3. Becci.
conſ. 62. nu. 6. Ideo poſito, & ſublato vno poni-
tur & tollitur alterum, cum nõ debeant diuer-
ſo iure cenſeri *l. calumnia. §. ſcia. de alim. legat.*
l. etiam. §. ex cauſa. de minor. Aim. *conſ. 16. nu. 4.*
& conſ. 179. n. 13. & in ſpecie, quod non valeat
5 huiuſmodi pactum † quamuis non deductũ in
ſtipulatione, ſed emptor ſit aliunde obligatus
cõcludit *Sum. Anton. p. 2. c. 8. tit. 1. §. 14. in fin.*
vbi ampliat etiam, quando eſſet certum quod
cenſus redimeretur, ſi enim ex illa cauſa eme-
6 ret, vt † redimatur, licet non ex forma contra-
ctus, tamen re ipſa eſſet illicitus, & haberet na-
turam vſuræ, cum arguatur eius enixa volun-
tas deſiderans cenſus extinctionem, quæ red-
dit actum illicitum *Rot. per* Card. Lancell. *d. pe-*
ruſina cenſus. 3. Februarij 1571.

Nec facit, quod cenſus debet intelligi factus ſecũ-
dum formam Bullæ, prout etiam partes volue-
7 runt, & proteſtati ſunt; † Quia non per hoc va-
lidatur pactum, & ſi debet reformari ſecundum
formã conſtitutionis ſublatis pactis repugnan-
tibus, & mutatis mutãdis incipiet valere actus
vt nunc, tanquam ſi hodie factus eſſet, non auté
ſuſtineretur pro præterito tẽpore. Ratio, quia
8 vbi aliquid mutatur † circa ſubſtantiam con-
tractus iã perfecti, nouus efficitur actus *Bart.*
in l. iuriſgẽtium. §. adeo. de pact. Bald. in l. pacta
nouiſſima. C. eod. Et in ſpecie ita cõcludit *Surd.*
conſ. 318. n. 26. vbi quod omnes ſolutiones vſq;
ad diem reformationis factæ imputantur in
ſortem, & illam extinguunt, quia reformatio
non trahitur ad præteritum, cum eo tempore
non eſſent extrema habilia, & deficerent ſub-
ſtantialia contractus.

Verum eſſet, quod conſtitutio principalis cenſus
valebit ſublato pacto vſurario: Nam quamuis
leges dicant contractum vſurariũ eſſe nullum,
intelliguntur quo ad vſum, & illarũ ſtipulatio-
9 nem, † quarum ſit ademptio, & in reliquo datur
executio, & ſi non conſtat aliquid ſolutum in
cauſam vſurarum, non ſit compenſatio, itaut
ſors minuatur *Ang. in l. 4. §. condemnatum. de*
re iudic. Gail. obſeru. 2. lib. 2. & obſeru. 5. nu. 7.
eod. lib. latè Surd *conſ. 327. nu. 17. & 18.* & ita
in ſpecie de huiuſmodi pacto in cenſu appoſito
concludit *Couar. var. reſolut. lib. 3. c. 8. nu. 7. ad*
fin. verſ. nec tamen cenſeo.

Idem etiam dixi quoad alium contractum vendi-
10 tionis, quia fuit ſolutum prætium pro † domo
empta ad gaudendum hinc inde, & vt vulgo
dicitur à godere à godere, quo caſu contractus
eſt pignoratitius, & fructus ſunt imputandi in
ſortem, & illam extinguunt *c. conqueſtus. de*
vſur. Bald. in l. 1. C. de pignor. act. Mantu.
ſing. 230. fuit alias. Lup. in c. nauiganti. n. 135.
11 *de vſur.* ſiue ſimus in pignore iudiciali; † ſiue
conuentionali, ſiue extet pactum quod non im-
putentur, ſiue non *Surd.* latè *conſ. 194. nu. 10.*
vſq; ad *nu. 15.* Quod procedit etiam in fructi-
bus domus, qui conſiſtunt in habitatione, & in
operibus, vecturis, & ſimilibus *Bald. in l. 2. C. de*
partu. pignor. Idem Surd. conſ. 327. nu. 29. qui
etiam loquitur in ſpecie de huiuſmodi contra-
ctibus ad gaudendum.

Neq; obſtat quod ſimiles contractus paſsim fre-
quententur in iſtis locis. ex quo debent potius
iudicari liciti, & non vſurarij, cum conſuetudo
12 illos † reddat tales *Bart. in l. quid ſi fugitiuus.*
§. apud labeonem. de edil. edict. Aim. conſ. 145.
n. 12. Dec. conſ. 169. viſo themate. col. penul. ad
fin. Roland. conſ. 58. n. 19. & 20. lib. 4. Itaut etiã
conſuetudo poſsit legi derogare, quamuis per
legem imponatur pœna ipſo facto, & ipſo iure,
quo caſu delinquens excuſabitur à pœna legis
prætextu talis conſuetudinis *Abb. in c. 1. de tre-*
gu. & pac. cuius opinio eſt verior, quidquid cõ-
trarium ibi ſequatur *Hoſt.* prout latè concludit
Claud. ad Bertazz. conſ. crimin. 267. verſ. con-
trarium docuit. & verſ. ego arbitror. & ibi re-
ſpondet rationibus in contrarium adductis per
Alph. de Caſtr. lib. 1. de leg. pen. c. 12. in princ.

Quia verius eſt, quod conſuetudo non poteſt de-
rogare iuri naturali, vel diuino, cuius tranſgreſ
ſio peccatũ inducit, nec poſitiuo, niſi ſit ratio-
nabilis, & præſcripta *c. fin. de conſuetud.* & quo
modo procedat, latè declarant *Summiſtæ in*
verb. vſura. & ibi Silueſt. §. 2. Cum etiam
conſuetudo nunquam excuſet, quo ad ſaluandũ
13 contractum ab iniuſtitia † & inualiditate, & à
reſtitutione eius, quod fuit indebitè exactum
Aim. cõſ. 6. col. 22. n. 103. in fin. Alex. conſ. 39. vi-
ſis & conſideratis. lib. 3. Natt. *conſ. 586. nu. 10.*

Licèt in dubio ſi non conſtaret manifeſtè; quod
14 eſſet † illicitus, frequentia actuum, vſus, & con-
ſuetudo ſuſtineret illum tam reſpectu pœnæ,
quàm etiam iuſtitiæ & validitatis contractus,
cum potius in dubio ſit iudicandus licitus *Bal.*
in l. vnica. q. 3. n. 39. C. de his quæ pæn. nom. Se-
raph. priuil. iuram. 132. n. 20. latè *Surd. cõſ. 327.*
n. 52. & 53. Et regulare eſt, quod etiam in caſi-
bus, in quibus cõſuetudo excuſaret à pœna nõ
tamen excuſat a reſtitutione vſurarum, neque
enim illa operatur validitatem contractus
Natt. conſ. 498. n. 24. lib. 3. Menoch. *præſumpt.*
122. n. 97. lib. 3. Rot. *per Card. Lancell. Romana*
ſocietatis. 2. iunij. 1579. cum alijs per Farinacc.
de pœn. temper. q. 85. n. 8. verſ. limita ſecundo.
tom. 1. p. 2.

Minus obſtat, quod quãuis contractus ſit fænera-
15 titius, tamen ratione iuramenti † poteſt quis
cogi ad ſoluendum vſuras *c. debitores. de iur.*
iur. Bald. in l. ad hæc. n. 4. C. de vſur. col. 1. verſ.
quæro nunquid Rom. *conſ. 466. n. 4. Abb. in c. ex*
adminiſtrationis. de iur. iur. q. 2. nu. 10.

Quia procedit vbi ſumus in principali debitore,
qui propria auctoritate non debet ſpernere iu-
16 ramentum, ſed recurrendum eſt ad † eccleſia-
ſticum iudicem pro illius abſolutione, ſine qua
non eſſet audiendus, cum iuſiurandum debeat
ſeruari quandocunque fieri poteſt ſine interitu
ſalutis æternæ: Vnde eſſet periurus non ſoluens

vſuras Doctor. *in c.debitores. de iur.iur. Menoc. conſ.24.nu.26.* Guid.Pap. q.80. *videmus quotidie.in fin.verſ. nec obſtat.* Decian. *in pract. crimin.lib.6.c.11.nu.32.* Quicquid dixerit Barbat. *in d.c.debitores.*

Nos autem ſumus in hæredibus, qui licèt tenean-
17 tur † ex iuramento defuncti ad obſeruantiam promiſſionis per eum factæ *Bald.in auth.ſacramenta.puberum. C.ſi aduerſ. vendit. Pariſ.conſ. 54. nu.13. lib.1.* Tamen vbi contractus eſt nullus, prout eſt in caſu, de quo agimus licitum eſt hæredibus illum impugnare non obſtante iuramento defuncti, & etiam nulla petita abſolutio-
18 ne; † cum enim iurans deceſſerit, virtus iuramenti eſt extincta, neq; periurium tranſit ad hęredem, ideo ſine vlla abſolutione poterit contrauenire, & agere ad reſciſſionem contractus *Bald.in l.3.col.1.verſ quærit.nu.1. C. plus val. quod agitur. & in auth.ei qui.n.42. verſ.occurrit quæstio.C.de bon.auctor.iud.poſſid. Alex.cōſ. 129.nu.22.lib.6.& conſ.151.nu.11.lib.7.*

Ratio, quia propter periculum animæ adhibetur abſolutio, & diſpenſatio, quod non eſt in hærede; vnde fruſtra impetraretur diſſolutio eius, quod non eſt ligatum *Dec. conſ.202. ut uera.in fin.Soc.conſ.115. nu.11. lib.1.* Cum igitur contractus alias nullus eſſet ſolum validus propter
19 vim iuramenti; † illa obligatio tanquam perſonalis fuit extincta cum vita defuncti; itaut quo ad hæredem remaneat actus nullus ceſſante vi iuramenti *Ruin.conſ.107.nu.18.lib 1.Pariſ.conſ.75.nu.21.lib.3.* latè *Surd. conſ.165.n.9. & 10.& conſ.194.nu.25.lib.2.* Rot.*per Cardin.* P*amphil. Mediolanen. bonorum.14. iunij.1597.*
20 vbi ex hoc † concludit Abbatiſſam, & Moniales potuiſſe agere ad reſciſſionem contractus abſq; abſolutione iuramenti, cum non fuerit probatum eſſe illaſnet, quæ iurarunt, quæ veluti ſucceſſores non egent huiuſmodi remedio, cum ad eas reatus periurij tanquam perſonalis non tranſierit *Bald in l.etiam.in fin.de iur.iur.* Rot. per R.P.D. Ro*bſter.Tirasonen.decimarum 4.octobris.1576. & coram* R.P.D. *Cantucci.Amerin.domus.4.maij 1579.*

Quo ad vltimum dicebatur petendam eſſe reſciſſionem contractus coram proprio iudice domicilij, non vbi contractus fuit celebratus, quia iura concedentia contrahentem poſſe conueniri in loco cōtractus intelliguntur quo ad ipſius contractus actionem exercendam, non quo ad reſciſsionem *Dec.in rubr.de iudic.nu.2.col.2.in fin. uerſ. ſimiliter ſi agatur.* poſt *Bald. in l. 2. nu.* 1. & ibi *Caſtr. ubi & apud quem in integr. reſtitut.poſtul.*

Contrarium tamen eſt verius, quod ſi locus vbi
22 fuit celebratus cōtractus † eſt idoneus, ibi tractetur de illius diſſolutione, ſi præsēs ibi fuerit reus per *tex.in l.in contractibus.14.§.ult.* C.*de non num. pecun.* quem vnicum, & ſingularem dicit *Matth. Coler. de proceſſ. exequut. c.1.p.2. nu.24. ad med.* & ibi teſtatur de communi opinione, cum diſtractus iudicentur ſecundum naturam, & qualitatem contractuum *l. ab emptione.58.de pact.Bart.in l.& ideo.12.in princ.n.2. de condict. furtiu.* Vnde quemadmodum attendimus locum celebrati contractus, quatenus debitor ibi reperitur *l.hæres abſens. 19. §.1. de iudic. c.romana. §. contrahentes. de for. compet. in 6.* Ita etiam pro diſtractu, ac reſolutione, & reſciſsione contractus *Alex.in l.pomponius.13. §.præterea.de acquir.poſſeſſ.* poſt *Bar. in l.qui loco certo.27.de cond.indeb. Butr. in c.fin. nu.12. uerſ.ſed eſt dubium. de for.compet. Lapus.alleg. 10. Anchar.* qui de communi.*q.14.nu.11. lib.1.* & ita intelligitur *tex.in l.2.C.ubi, & apud quem cognit. in integr. reſtitut.* nam illius diſpoſitio procedit, quando reus non adeſt in loco contractus; ſecus ſi ibi adſit, quia de hoc ibi non agitur, prout concludit *Couar.lib.1. uariar.reſol.c.4.nu 1. circa med. Coler. de proceſſib. exequutiu.p.2.c.1.nu.24.& 44.*

An autem Iudex laicus cognoſcat de contractu vſurario verior eſt opinio, vt ad eum ſpectet
23 iſta † cognitio, quando agitur de quæſtione facti, ſecus ſi de ſubſtantiā contractus, quia tunc ad eccleſiaſticum pertinebit *Bart.in l.ſi ſia.n.7. ff ſolut. matrim. Dec. conſ.170. col. fin.* Couar. *qui de communi de ſponſal. p.2. §.12. nu.5. c.8.* Quidquid dicat *Iaſ.in l.quoties.n.7. C. de iudic.* quia contra eum eſt verior opinio. vt per *Oſaſc. deciſ.137.nu.11. Nauar.in c.nouit.not.6.illat.7. nu.44.de iudic.Soin. de teſtam.gl.13 nu.67. in rubr.Socin. Alciat.Rip.Guter. & alij per* Ceual. *q.11. nu. 9.* licèt etiam hoc caſu poſſet defendi quod ſit mixi fori, & illius cognitio ſpectet quoq; ad iudicem ſecularem, ex rationibus, de quibus per Farinacci. *de inquiſit. q.8. nu. 140. uerſ.quarta ſit concluſio.*

E P I T O M E.

Mulier dotata prohibita ſuccedere per ſtatutum patri, matri, vel fratribus an intelligatur excluſa à quocumq; fuerit dotata, vel ſolum à bonis dotantis. Statutum excludens ſorores propter fratres an excludat etiam filias fratrum præmortuorum. Oblatio dotis quando ſufficiat ſtante ſtatuto excludente filiam dotatam. Conſtitutio dotis facta viro an præiudicet vxori.

S V M M A R I V M.

1 *Si per ſtatutum mulier dotata non ſuccedit patri, matri, vel fratri excluditur à quocunq; fuerit dotata.& de ratione nu.2.& 3.Amplia ut nu.4.& 5.& de cautela, ut fiat renunciatio per mulieres.nu.6.& 7.*

8 *Statutum excludens ſorores ſtantibus fratribus defuncti excludit etiam filias fratrū præmortuorum.& nu.21.*

9 *Extenſio eſt licita in ſtatutis, ubi adeſt maior ratio, etiam in pœnalibus.nu.12.*

10 *Soror nō debet excludi per filiā fratris defuncti.*

11 *Comprehenſio permittitur in ſtatutis.& nu.20.*

13 *Ratio tacita idem operatur quod expreſſa, etiam in ſtatutis.*

14 Re-

Digitized by Google

14 *Remotiori non debet plus iuris concedi, quam proximiori.*
15 *Excluſio ueniens in conſequentiam quando at tendenda.*
16 *Filia fratris repreſentat patrem per fictionem, & repreſentationem.*
17 *Fictio ceßat ubi æquitas repugnat.*
18 *Per excluſionem unius non cenſetur alius excluſus.*
19 *Statuta ex identitate rationis nō extenduntur.*
22 *Statum excludens interpretationem non intelligitur excludere bonam, & rationabilem.*
23 *Oblatio dotis ſufficit ſi excluditur filia dotata per ſtatutum, & de ratione, n.24.* Intellige *ut n.25.& 26.27.*
28 *Lex operando ipſo iure non requirit hominis miniſterium.*
29 *Conſtitutio dotium facta uiro, quando praiudicet vxori.*

CAPVT XV.

ADſunt in multis locis ſtatuta, quod mulier dotata non ſuccedat patri, vel matri, vel fratri, ac patruo, & cum quæreretur, an
eſſent intelligenda de dotatis ab ijs, à quorum
hæreditate excluduntur tantum, an verò ſuffi-
ciat à quocunq. dotatas fuiſſe. Verior eſt opi-
1 nio † quod excludantur à quocunque ſint do-
tatæ: Vnde ſi fuerit dotata a matre excludetur
non ſolùm ab hæreditate matris, ſed etiam alio
2 rũ qui ſunt nominati in ſtatuto. Ratio quia † hęc
ſtatuta concernunt fauorem maſculorum, & ſta
tuentium mens fuit, vt mulier ſit contenta ſua
dote, cum enim alternatiuè loquantur ſatis eſt
quod in vno verificentur, prout in ſpecie con-
cludit *Caſtr. conſil. 91. præſuppoſito quod dictum
lib. 1. Cephal. conſil. 578. nu. 15. lib. 4.* Curt. Iun.
conſil. 65. col. 3. in prin. n. 3. Beeei. conſ. 112. *n.* 18.
3 Et iſtam opinionem ſeruandam eſſe † tanquam
veriorem, & magis communem dicit *Theſaur.
deciſion. 62. n. 3. verſic. primus caſus* Quicquid
Iaſ. Dec. cum alys per eum allegatis contrarium
ſentiat, *& ibi* ampliat ad ſtatutum excludens
4 dotatam ab hæreditate aſcendentis, quia † do-
tata ab vno intelligetur excluſa ab hæreditate
aliorum aſcendentium *Alex. conſil. 29 quoniam
abundè n. 6. lib. 1. Laur. de* Palat. *de ſtatut. n. 147*
& magis receptam opinionem dicit *Add. ad
Theſaur. d. deciſ. 62. poſt. Mandoſ. ad* Rom *conſil.
485. in verb. non dotantis, Menoc. conſ. 3. per tot.*
vbi latè oſtendit hanc eſſe veriorem ſentētiam,
& magis receptam.

Amplius quamuis ſtatutum non loqueretur alter-
natiuè, ſed ſimpliciter, quod fratres ſuccedant
fratribus ab inteſtato, excluſis ſororibus dota-
tis, non eſſet intelligendum de dotatis ab ijs, à
quorũ hæreditate excluduntur tantũ, ſed ad ex
5 cludendas ſorores ſufficit eas † à quocunq. do-
tatas fuiſſe, prout ita ſeruat Rota *per* Cardinal.
Pamphil. Balneoregien. *16. maij 1594. & coram*
Cardinal. *Seraphin.* Romana *hæreditatis de Sel-
lis. 1. iulij 1598.* vbi loquitur de ſtatuto vrbis
lib. 5. c. 24. per quod defuncto ſine filijs ab in-
teſtato ſuccedunt pariter germani fratres, etiā
non vterini excluſis ſororibus, dummodo ſint
congruè dotatæ, vel fratres ſint parati dotare,
cuius ſtatuti diſpoſitio fuit declarata, vt habeta
locum à quocunq; fuerint dotam: Quāuis alias
ſtatutum excludens dotatam à ſucceſſione bo-
6 norum intelligatur excludere † ſolum ab hęredi
tate dotantis; Vnde ſi dotetur à patre, & dece-
dat mater, aut frater, ſuccedat matri, & fra-
tri. Statutum enim non extenditur ad perſo-
nas non ſpecificatas, & ita in ſpecie concludit
*Bald. in l. 1. verſ. modo accidit quæſtio. n. 4. C. de
legitim. hæred.* Cephal. *conſ. 278. nu. 95. Theſaur.*
qui de cōmuni & vera opinione teſtatur *deciſ.
62. n.* 1. Ideo ſolet adhiberi cautela, vt filiæ do-
7 tatæ † renuncient cum iuramento hæreditati
fraternæ, quia aliàs illi ſuccederent, etiam ſi
frater tranſmiſiſſet hæreditatem, & ius ſucce-
dendi in alium *Aſſl. deciſ. 178.*

An autem ſtatutum prædictum excludens ſoro-
res ſtantibus fratribus defuncti, excludat etiam
filias fratrum præmortuorum, cum continge-
ret de hoc dubitari, licet hinc inde adſint opi-
niones: Tamen dixi non eſſe recedendum à ſen-
8 tentia affirmatiua, quod filiæ fratrum † cenſeā-
tur excluſæ. Primo, quia maior ratio exclu-
ſionis adeſt in perſona, de qua agitur, quàm in
9 excluſa à ſtatuto, quo caſu eſt licita † extenſio
*Bald. in c. 1. §. porro. num. 7. quæ fuit prim. cauſ.
beneſ. amit. Iaſ. in l. fin. num. 4. verſ. ſed eſt me-
lior. ff de in ius vocand. Felin. in c. fin. de conſti-
tut Surd. deciſ. 139. nu. 8.*

Secundo, quia iſta interpretatio conformat ſe
cum mente ſtatuti, quaſi valdè abſurdum ſit, vt
10 ſuperſtite ſorore † ſuccedat filia fratris defun-
cti, & ſoror illius excludatur *Ruin. conſ. 168.
num. 19. lib. 3.* latè *Peregr. de fideicom. art. 11.
nu. 46. Soccin. Iun. conſ. 129. nu. 36. lib. 3.* Vnde
11 potius dicitur † comprehenſio, quàm extenſio
*Aim. conſ. 113. nu. 3. Caſtr. conſ. 332. alias 148.
col. 2. lib. 1.* Natt. *conſ.* 109. *nu.* 3. *Roland. conſ. 27.
n. 6. lib. 1. Surd. deciſ. 6. nu. 25.*

Tertiò, quia etiam in correctorijs, & pœnalibus,
12 ſi in caſu non expreſſo adeſt maior ratio, † ha-
bet locum eadem deciſio *Bald. in l. tranſigere.
oppoſ. 8. C. de tranſact. Surd. deciſ. 254. nu. 16.*

Quarto, quia vera ratio ſtatuti, eſt fauor agnatio-
13 nis, quæ licèt ſit tacita idem operatur † quod
expreſſa *Surd. deciſ. 124. n. 7.* vnde potius illa
ratio eſt attendenda, quàm diſpoſitio, immò
præfertur verbis, & ampliat dictum *Idem Surd.
deciſ. 19. nu. 1.*

Quintò quia non debet plus iuris concedi remo-
14 tiori, † quam proximiori *l. ſi viua matre. ad
med. C. de bon. matern. Natt. conſ. 201. num. 21.
in princ.*

Sexto nam in filia fratris concurrit eadem quali-
tas ſexus fœminei, propter quam ſoror, & fęmi-
næ excluduntur per maſculos fauore conſeruan
15 dæ agnationis: Vnde excluſio venit † in con-
ſequentiam *Bart. in l. 2. §. videndum in fin.
ad tertul. Nat. conſ. 201. n. 2. verſ. quia ſtatutum.*

eptimo fratris filia repreſentat patrẽ per fictio-
nem, nõ enim poteſt ſuccedere ex ſuo gradu, cũ
16 ſit remotior fratre,† & ſic ſuccedit per repreſẽ-
tationem. *§. reliquum. auth. de ſucceſſ. ab inteſt.*
17 Vnde iſta fictio debet ceſſare † vbi repugnat
æquitas *Rub. Alex. conſ. 149. n. 10.*

Octauo nam licet per vnius perſonæ excluſionem
18 non cenſeatur† excludi alia *l. ſi vero. §. de viro.
ſolut. matrim.* maximè in ſtatutis, quæ ex iden-
19 titate rationis† non extendũtur de vno in aliũ
Bald. in l. illum. nu. 1. C. de collat. Tamen quia
hic adeſt maior ratio dicitur comprehẽſio, non
20 extenſio, & potius incluſio, quę in ſtatutis† per-
mittitur *Alex. conſ. 89. circa primum dubium.
col. 3. verſ. & ſubdit quod. num. 6. lib. 6. Dec. conſ.
312. licèt propoſiti. col. 2. in fin. verſ. ſecundo iſta
concluſio. Bald. in l. quod vero contra verſ. ſed
pone quod ſtatutum. de legib.*

Nono multis alijs omiſſis, quæ poſſent allegari la-
21 tè † hanc opinionem defendit *Socin. Iun. conſ.
10. nu. 11.* vſq; ad *n. 31. l. b. 4. Cuman. inter conſ.
Curt. Senior. 34. num. 10. Ruin. conſ. 205. num. 5.
lib. 2.* & eſt verior ſententia, & magis receepta,
quam etiam ſeruat *Rota per Cardinal. Seraphi-
num Romana hæreditatis de Capranica. 23. ia-
nuarij 1581.* Quicquid contrarium ſentiat *Al-
ciat. conſ. 39. lib. 2. tom. 1.* Quæ opinio etiã pro-
22 cedit quamuis ſtatutum excluderet† interpre-
tationem, quia non intelligitur excluſa bona, &
rationabilis interpretatio *Bart. in l. omnes po-
puli. nu. 65. de iuſt. & iur. Dec. conſ. 64. in fin.
Bald. in l. quamuis. vbi Iaſ. n. 2. in fin. C. de im-
puber. Rip. reſponſ. 3. n. 16. de legib. & conſuetud.*

Vltimum de ſtatuto excludente filiam dotatã an
ſufficiat offerri dotem; verius dixi deberi do-
23 tem pro data, ſi non ſtetit per fratres, quo mi-
nus fuerit ſoluta, ſed per mulierem, ſi dotes ob-
latas recuſauit recipere: Vnde ſtante iſta mora
ſufficit fratribus oblatio dotis. Non enim
24 debet eſſe in facultate filiæ excludere † fratres
à beneficio ſtatuti, & cum per eam ſtet, quomi-
nus dotetur, dicitur dotata *Caſtr. in l. titio cen-
tum. 70. §. titio genero. in fin. verſ. quid ſi pater
ſimpliciter. nu. 9. de condit. & demonſt. Bal. in l.
pactum. q. 10. verſ. in contrarium. C. de collation.
& in l. fin. nu. 14. C. de pact.*

Prædicta tamen ſunt declaranda procedere quan-
do ſtatutum excludit filiam ſimpliciter, & eam
mandat dotari, tunc enim ſufficit dotem offerri
ad excluſionem filiæ, ſecus ſi ſtatutũ dicit, prout
25 in caſu aliàs mihi propoſito† quod filia dotata
non ſuccedat, nam illud non habebit locum, ſi
nõ reperitur dotata tempore, quo ſucceſſio de-
fertur, quamuis maſculus dotem offerat. Ra-
tio, quia vbi ius ſuccedendi eſt iam delatum fi-
liæ, tunc non poteſt dici dotata per recuſatio-
nem dotis oblatæ, cum non cogatur filia remit-
tere ius ſucceſsionis ſibi quæſitũ, & dotem ac-
ceptare forte minorem; Vnde recuſando non
poteſt dici in mora. Ita in ſpecie declarat *Alex.
conſ. 83. viſo themate ſuprascripto col. vlt. n. 10.
lib. 3. & conſ. 13. circa primum dubium. col. 4.
in fin. verſ. & iſtam diſtinctionem. eod. lib. &
vbi latè Addit. in verb. non dicitur.* & eſt verior,
26 ac magis communis opinio,† quidquid alij cõ-
trarium ſentiãt, vt teſtatur *Mandoſ. ad Roman.
conſ. 441. vt deciſionem in verb. excludit. Mar-
ſil.* qui dicit menti tenendum *ſingul. 481. com-
munis opinio n. 3.* & ita etiã loquitur *Caſtren. in
d. §. titio genero. n. 9.* & ſequitur *Dec. conſ. 24.
col. 2. ad med. verſ. ſeptimo determinatio. & conſ.
487. in cauſa quæ in ciuitate. col. 2. in fin. nu. 9.*

Immò idem eſſet non ſolum quando filia non do-
tata tẽpore mortis accepit hæreditatem, & il-
27 lam acquiſiuit, † ſed etiam ſi dotatio ſuperue-
nit, antequam illa acquirat hæreditatem, neque
enim debet excludi quamuis reperiatur dota-
ta ante aditionem. Cum enim agatur de hæ-
reditate, & ſucceſsione paterna, facta eſt acqui-
ſitio ipſo iure abſq; neceſsitate agnitionis. qua-
28 ſi lex operando † ipſo iure non requirat homi-
nis miniſterium. *Gloſ. in l. ſcimus. in princ. C. de
inoff. teſtam.* & ita in ſpecie concludit *Roland.
conſ. 96 nu. 25. & 26. lib. 4.* Et ita eſt tenendum,
Quicquid contrariũ ſenſerit *Roman. conſ. 442.
nu. 2.* quaſi ius adeundi non ſit quæſitum, vnde
facilius poſsit tolli; Quia contra eum eſt verior
opinio, & communis, vt teſtatur ibi *Mandoſ.
in verb. excludit. verſ. ſed hoc mihi non placet.
Surd conſ. 45. nu. 41. lib. 1. Gulielm. Bened. in c.
raynutius. in uerb duas habens filias. nu. 174. de
teſtament.*

Amplius neq; conſtitutio dotium facta viro præ-
iudicaret vxori, quaſi vnius cõuentio non pro-
ſit, neq; noceat alteri: Vnde per virum vxor non
29 debet repelli † à ſucceſſione tanquam dotata,
cum dotis promiſsio, aut ſolutio non fuerit fa-
cta mulieri, prout debebat fieri etiam ſi vxor
ſciens talem promiſsionem, & dotis conſtitu-
tionem taceret, cum in præiudicialibus tacens
non dicatur conſentire, & in dubio præſumen-
dum eſt tacuiſſe, quia ſciebat ius ſuum durare
prout in ſpecie concludit *Iſern. in c. 1. num. 24.
uerſ. ſi uero marito promittatur. & uerſ. quid
ergo ſi ſciuit. de natural. ſucceſſion. feud.* & ve-
riorem opinionem, ac ſequendam dicit *Surd.
conſ. 45. nu. 44.* vſq; ad *n. 55.* contra *Io. Anton.
Canetium in conſtit. Regni Neapolitan. in ex-
traag. ſi aliquem. nu. 56. fol. 321.* cum decla-
rationibus tamen, de quibus per *eundem Surd.
conſ. 519. nu. 3. uſq; ad num. 11. lib. 4.* vbi multa
de veritate opinionis *Iſerniæ in d. c. 1. de natur.
ſucceſſ. feud.*

EPITOME.

Clericus hæres laici an ligetur inſtantia inchoata coram iudice ſæculari. Executio quando ſit petenda cõtra plures hæredes pro portionibus hæreditarijs, quamuis defunctus eſſet obligatus inſolidum. Et quid ſtante hypotheca cum prohibitione alienationis, cauſa dotis, alimẽtorum, aut cenſus, vel pacto capiendi propria auctoritate. Immiſsio in tenutam nulla quando poſsit retineri pro credito, & an ſufficiat fideiuſsio. Ratione cenſus, & hypothecę an clericus poſsit con-

conueniri in foro ſeculari. Sententia, aut.inſtrnmentum, quando ſit exequenda contra non nominatum, ſeu tertium poſſeſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Clericus hæres laici non tenetur proſequi coram Iudice ſeculari litem cœptam contra laicum. Contrarium nu. 31. Intellige vt n. 32. & qua ſit verior opinio. nu. 34.*

2 *Cauſa vbi cœpta eſt ibi debet terminari. Intellige vt nu. 3.*

4 *Eccleſia ſuccedens priuato contra quem erat cœpta præſcriptio vtitur priuilegio ſuo, quo ad præſcriptionem.*

5 *Eccleſia ſi ſuccedat in emphiteuſi priuati habet priuilegium, vt faciat cadere à iure ſuo non ſoluentem infra biennium.*

6 *Priuilegiatus conuenitur coram iudice defuncti, cuius fuit hæres, quando priuilegium eſt particulare non incluſum in corpore iuris.*

7 *Contractus conſiſtens in pecunia dicitur diuiduus ratione diſtributionis inter hæredes, qui ſolum tenentur pro rata. Amplia vt nu. 8. & de ratione. nu. 9. limita vt nu. 10.*

11 *Hypotheca eſt indiuidua non pro portione hæreditaria, quamuis res hypothecatæ ſint diuidua. & nu. 12.*

13 *Hypotheca cum prohibitione alienandi facit vt ſententia poſſit exequi contra non nominatum habentem cauſam à condemnato, quamuis ius executiuum non fuerit productum in eſſe tempore alienationis. Amplia vt nu. 14.*

15 *Dotis cauſa tanquàm fauorabilis facit vt hæres poſſit conueniri inſolidum.*

16 *Executio in annuis redditibus committi poteſt, etiam contra vnum ex hæredibus.*

17 *Poſſeſſor annui redditus conuenitur non facta excuſſione. & nu. 18.*

19 *Clericus ratione cenſus poteſt conueniri coram ſeculari. Intellige vt nu. 20. Contrarium eſt verius nu. 21. & 23. Quamuis adeſſet conſuetudo in contrarium. nu. 24.*

22 *Stare in iudicio eſt actus reſpiciens perſonam cum in illo quaſi contrahatur.*

25 *Colonus non tenetur ſoluere pro prædijs dominorum, quidquid ſit pro ſua negotiatione.*

26 *Hæres, & ſingularis ſucceſſor poteſt conueniri propter pactum, quod auctoritate propria poſſint capi redditus, itaut non liceant alienari bona in præiudicium contractus.*

27 *Iudex compellit ex officio hæredes conueniendum, vt vnus eorum præſtet alimenta. Intellige vt nu. 29.*

28 *Obligatio alendi an ſit diuidua.*

30 *Obligationis qualitas non variatur mutatione perſonæ.*

33 *Inſtantia tranſit ad hæredem corã eodem iudice. Clericus ligatur contractu auctoris.*

35 *Sententia nulla defectu poteſtatis poteſt confirmari.*

36 *Immiſſio in tenutam nulla, ſeu annullanda poteſt concedi iure retentionis ſtante hypotheca, & de ratione. num. 37.*

38 *Agens ad nullitatem tenetur debitum offerre. Amplia vt nu. 39.*

40 *Immiſſio propter contumaciam non venientis eſt diuerſa ab illa propter contumaciam non ſoluentis.*

CAPVT XVI.

RETractauda videbatur executio facta in
cauſa Franciſci Comitati mihi commiſſa.
Primo, quia eramus in clerico, qui licèt eſſet hę-
1 res laici, tamen † non tenebatur proſequi coram
iudice ſeculari litem cęptam contra laicum, cui
ſucceſſit. Ideo erat iterum conueniendus ſuper
eadem re, vel actione coram eccleſiaſtico iudice.
Ratio, quia eſt exemptus à ſeculari iuriſdictione,
& iure proprio ſuſcipit, & defendit litem
Felin. in c. quia g. col. 2. in fin. de iudic. vbi
dicit hanc opinionem veriorem. *Rip. in c. decernimus. nu. 22 col. 7. verſ. decimoquarto dubitatur. eod. tit. Aſin. in praxi. §. 2. c. 12. nu. 54. poſt gloſ. in c. clericum nullus. il 2. 11. q. 1. & ibi Archid. & Gemin. num. 3. verſ. quod eſt falſum. Aegid. & Præpoſ. nu. 2. ad fin. Spin. de teſtam. gl. 33. nu. 72. in princ. Peregr. de fideicom. art. 53. n. 20. ad med. poſt Bald. in l. 1. in fin. & ibi Salic. C. ſi pend. appell. mors interuen.* cum etiam clericus
non poſſit ſe ſubmittere foro ſeculari *c. ſi diligenti. 12. & c. ſignificaſti. 18. de for. compet.*
Ideo dicimus, quod licet cauſa ſit terminanda vbi
2 eſt † cœpta propter pręuentionem, etiam ſi mu-
tetur conditio perſonæ *c. propoſuiſti. de for. compet.*
Tamen hoc procedit vbi eſt præuenta ea-
3 dem perſona, ſecus ſi diuerſa debitoris † laici
& clerici *Rot. deciſ. 5. de for. compet. in antiq.*
quia clericus etiam in reali gaudet priuilegio,
& cõuenitur in foro eccleſiaſtico *Archid. in c. 1. de cleric. coniug. in 6.*
Prout etiam ſi eccleſia ſuccedit priuato, contra
4 quem erat inchoata præſcriptio vtitur † priui-
legio ſuo quoad præſcriptionem, itaut non ſufficiat
præſcriptio priuati, quia per illud priuilegium
non tollitur in totum præſcriptio, ſed
ſolum differtur, ſeu mutatur *Felin. in d. c. quia g. col. 2. in fin. verſ. pro hoc facit. & in c. eccleſia ſancta mariæ. q. 15. de conſtit. Iaſ. in auth. quas actiones. col. pen. in princ. verſ. ſum in vltima parte. C. de ſacroſ. eccleſ. nu. 36.* vbi in fine ſubdit
idem in eccleſia, quæ ſuccedit priuato in
5 emphiteuſi, nam pro † tempore, quo fuit priua-
ti, ceſſans in ſolutione expellitur per triennium,
ſecus pro tempore quo fuit eccleſiæ, quia ſufficit
biennium *Salic. in l. 3. q. penult. C. de iur. emphiteutic.*
Neq; obſtat *l. hæres abſens. de iudic.* vbi priuilegia-
tus debet conueniri coram iudice defuncti, cu-
ius fuit hæres non obſtante priuilegio hæredis;
Quia illud procedit in habente priuilegiũ par-
6 ticulare, non incluſum † in corpore iuris; ſecus
in priuilegio generali, quod eſt in corpore iu-
ris incluſum, prout eſt priuilegium clericorum
Spin. de teſtam. gloſ. 33. de addit. hæred. nu. 76. vbi

etiam reſpondet ad illud,quod hæres repreſen-
tet perſonam defuncti *auth. de iur.iur. à moriēt.*
præſtit. Quia habet locum vbi non repugnaret
priuilegium conceſſum à iure, quo caſu non fit
talis repreſentatio.

Secundò,quia aderant plures hæredes,cōtra quos
erat petenda executio pro portionibus hæredi-
rarijs,quamuis defunctus eſſet obligatus in ſo-
lidum , cum enim contractus conſiſteret in pe-
7 cunia dicitur diuiduus † ratione diſtributionis
inter hæredes, qui ſolum tenentur pro rata, &
ipſo iure diuiditur inter eos actio, & obligatio
l.in executione.verſ. prima ſpecies. vbi commu-
niter Doctor. *de verb. oblig. l. 2.* C. *de hæredit.*
action. latè *Gomeſ.de indiuid. tom.2.c.10.nu.3.*
*verſ.primo caſu quando.col.3.*quamuis ſimus in
8 inſtrumento , quod haberet † paratam execu-
tionem *Gracian.reg.355.nu.21.Ceual.q.76.nu.*
*11.*contra *Ang.in auth.hoc ita. C. de duob.reis.*
Nam quilibet hæres repreſentat perſonam de-
9 functi pro illa parte, † pro qua eſt hæres,& non
pro alia *gloſ.in l.2.§.fin.de prætor.ſtipul.* Bart.
*in l.auus neptis.de pact.*Iaſ.*in l.eum qui. §.te &*
totium.de verb.oblig.

Contrarium tamen prædictis non obſtantibus de-
claraui, quia eramus in hærede poſsidente rem
obligatam cum clauſula de non alienando , &
reſciſsione contractus,ſi contrarium fieret,quo
10 caſu † non conſideratur ratio conueniendi hæ-
redes pro portionibus hæreditarijs, ſed contra
vnum poteſt actio exerceri , cum poſsideat pi-
11 gnus.Etenim hypotheca eſt indiuidua,† & non
pro parte hæreditatis , Vnde etiam exactio de-
biti erit indiuidua quaſi hypotheca ſit affixa in
qualibet re, & ſequatur inſolidum quemcunq;
poſſeſſorem *l.2.C.de hæredit.actio.l.ſi neceſſario.*
§. ſi vnus. de pignor. action. l. fin. C.ſi vnus ex
plurib. hæred. gloſ. in l. moſchis. ff. de iure fiſc.
12 quamuis res hypothecatæ † ſint indiuiduæ *l.pi-*
gnoris.de pignor.l.rem hæreditariam.de euictiō.
Afflict. deciſ.213.in fin. Couar. var. reſol. c. 7.
nu.7.lib.3.Corn.conſ.237.nu.3.lib.3.Rip.in l.ſi
debitor.col.2.in princ.de pignor.

Amplius ſtante hypotheca cum prohibitione alie-
nandi inſtrumentum ſeu ſententia contra prin-
cipalem poteſt exequi aduerſus ſingularem ſuc
13 ceſſorem , quamuis † non nominatum in in-
ſtrumento habentem cauſam à condemnato,li-
cet ius executiuum non fuerit productum in
eſſe tempore alienationis ſequutæ . Ratio,quia
debitor nulliter alienauit , vnde non impedit ,
quo minus capi poſſit in executione iudicati
*Rodr.Soar.*qui dicit ſingulare *in l.poſt. rem iu-*
dicatam.ampliat.9.n.5.& 13.de re iudic. Surd.
conſ.405.nu.8. lib.3. vbi ampliat etiam ſi nulla
14 præceſſerit diſcuſsio principalis debitoris, † cū
poſsit agi via executiua contra poſſeſſorem pi
gnoris, vel hypothecæ, Dummodo adſit prædi-
cta clauſula de non alienando, nam alias gene-
ralis hypotheca non ſufficeret. Ideo in electio-
ne creditoris eſt exercere actionem, vel contra
debitorem,ſeu illius hæredes, vel cōtra tertium
poſſeſſorem rei hypothecatæ *l. ſi creditor.§.fin.*
de diſtr.pignor. Neguſ.de pignor. p.2.m.1.nu.5.
Couar. lib.3. variar.reſol.c.7. nu.6. Ceual. qui
ita practicari teſtatur *q.76.n.29. & q.35.n.16.*

Secundo quia ſumus in cauſa dotis , ob cuius fa-
uorem vnus hæredum poteſt conueniri in ſoli-
dum , neq; excipit quod actio diuidatur , cum
15 ſolum poſsit agere † contra hæredes familiæ
herciſcundæ *l cum ab vno de leg.2.* Bart. *in l.de-*
bitorum pactionibus. C.*de pactis.* Dec.*in l.pacto*
ſucceſſorum.n.1.in fin.verſ. & hoc non procedit
in caſu notabili.C.eod.Afflict.deciſ.333.n.2.Iaſ.
in l.ſeruo legato. §. ſi teſtator. in princ. nu.2.in
fin verſ fallit vno caſu . vbi dicit ſingulare, &
notandum,*& ibi Imol.in princ.de lig.1* Quam-
uis multa in contrarium alleget *Surd.deciſ.90.*
per tot. vbi intelligit *tex. in d l. cum ab vno*,
quia ita ibi teſtator diſpoſuerat imponendo il-
lud onus legatario:Ideo tenebatur agnoſcere,&
ſoluere legatum dotis,ſecus ceſſante voluntate
teſtatoris , quia non cenſetur immutatum ius
commune, ſecundum quod hæredes non tenen-
tur niſi propriæ portione hæreditatis, cum in
hoc non reperiatur in ſpecie dos priuilegiata .
Non tamen eſſe recedendum à communi intel-
lectu doctorum; qui volūt hoc eſſe ſpeciale do-
tis vt cōcludūt omnes *in l.2.C.de hæred. action.*

Tertio dos erat conſtitura in annuis redditibus
16 ſeu cenſibus , quo caſu magis † ſpecialiter in-
ductum eſt, vt pro illis poſsit committi execu-
tio contra vnum hæredem. Ratio,quia eſt onus
reale affixum ipſi rei, quæ ſequitur poſſeſſorem
in ſolidum , & non pro portionibus hæredita-
rijs;cum hypotheca ſit indiuidua,& talis debet
eſſe exactio debiti , non habita conſideratione,
quod prædium cenſuatum poſsideatur pro par-
te Iaſ. *in §. item ſi quis in fraudem. col.fin.nu.*
128. inſtit. de action. Quicquid contrarium ſe-
quatur *Guid.Pap.q.432 nu.4.Vincent.de Fran-*
ch.deciſ.5.p.1. Afflict.ſuper conſtit.regn.rub.17.
de defenſ. impoſit. & contempt. & pœna eorum.
*nu.26.lib.1.*Quia contra eos eſt verior opinio vt
per *Rom.conſ.128.prout ex tenore.n.1.poſt* Bart.
in l.moſchis. de iur. fiſc. Corn.conſ.237.viſo in-
ſtrumento.nu.3.lib.3. Rip.*in l. ſi debitor. col.2.*
in princ. verſ.ſed hic quæritur de pignor. Feli-
cian.de ſolit. qui dicit hoc ſpeciale in hypothe-
ca cenſuali. *de cenſibus. lib.3. c.4. nu.1.4.col.4.*
17 vbi etiam quod † poſſeſſor pro iſtis annuis red-
ditibus conuenitur nulla facta excuſsione *Ce-*
ual q.76. in fin nu.33. Lup. in l.2.nu.67.C.de
pact.int.empt.& vend. Surd.conſ.162.nu.12.in
princ. Quicquid ſit in alijs hypothecis , in qui-
bus requiritur excuſsio *Bald. in l. res creditor.*
17.de diſtract.pignor.Alex.conſ.153.circa litem.
nu.5.verſ.& poſito.lib.6.Gabr.de fideiuſſor.con-
*cluſ.1.nu.23.*Quoniam cenſus aut penſio debe-
tur ſuper re ipſa , quæ per tertium poſsidetur;
18 Vnde non † opus eſt excutere;nam diſcuſsio fit
quando ad ſecuritatem , & cautionem alicuius
debiti aliqua res eſt hypothecata,non tamen ſi
illud, quod petitur debetur ex ipſa re *Aim.cōſ.*
217.n.5.in fin.verſ.nec iſto caſu.

Quarto etiam ratione cenſus poteſt clericus con-
ucni-

ueniri coram ſæculari. Quaſi tunc magis con-
ueniatur poſſeſsio, quam clericus, nam ſucce-
19 dit in † re cum ſuo onere *l. fin. C. ſine cenſ. vel*
reliq. & ita in ſpecie cõcludit *Ceual. q. 36. n. 19.*
vſq; ad *n. 23. poſt* Guilielm. *de Cun. in l. de his.*
C. de epiſ. & cleric. Guter. lib. 2. pract. quæſt. c.
20 *132. n. 9.* dummodo † fiat executio contra bo-
na, non contra perſonam, prout firmat *Bald in*
l. 3. C. de epiſc. & cleric. vbi quod res ipſa per-
tinet ad iudicem ſecularem, qui poteſt mittere
ad rem pro tributo, ſeu cenſu, ſecus quoad per-
ſonam; in qua nihil poteſt *auth. ſtatuimus. C. de*
epiſc. & cleric. Idem *Bald. in auth. ſed & pericu-*
lum. C. ſine cenſ. vel reliq. vbi quod laici vigo-
re cenſus cogerent rem ipſam, vel colonos, vt vẽ-
dãt de fructibus illius agri, & ſoluant cenſus, &
ſequitur ibi *Salic. in fin.*

Iſta tamen non ſunt tuta: Nam quamuis res cen-
21 ſuata tranſeat in quẽcunq; poſſeſſorem † cum
onere ſoluendi cẽſum, quo res affecta eſt ſi per-
ueniat ad ecclesiam, ſeu clericum *Specul. de lo-*
cat. §. nunc aliqua verſ. 86. Corn. conſ. 264. vi-
detur prima facie. col. 2. n. 6. verſ. ex quo demon-
ſtratur. lib. 4. Aim. conſ. 217. nu. 5. colum. 21. in
princ. verſ. tertio præmitto. Surd. conſ. 162. num.
11. lib. 2. Guid. pap. q. 79. an clerici, nu. 1. quia
eſt onus reale, quod cõcomitatur rẽ, & eſt actio
in rem ſcripta, quæ competit contra ſingularẽ
ſucceſſorem, itaut pro eo detur iudicium poſſeſ
ſorium, & petitorium *Gabr. conſ. 141. n. 4. lib. 2.*
Surd. decis. 204. nu. 9.

Tamen non per hoc ſequitur, quod ad huiuſmodi
cenſum ſoluendum cogi poſsit clericus per iu-
dicem ſecularem. Quoniam ſi perſona eſt ex-
cepta, etiam eſt excipienda res, tanquam acceſ-
ſoria, cum clericus in reali quoq; debeat gaude-
22 re priuilegio clericali, & quia † ſtare in iudicio
reſpicit perſonam, cum in iudicijs quaſi con-
trahatur *l. 3. §. idem ſcribit. de pecul.* & in ſpe-
cie ita dicit Rota *deciſ. 5. ad fin. de for. compet.*
in antiq. & deciſ. 10. de conſuetud. etiam in an-
tiq. Abb. in c. qualiter, & quando. 17. col. pe-
nul. & vlt. nu. 8. & 9. de iudic. vbi quod opi-
23 nio *Guliel. de Cun.* contrarium tenentis † non
procedit de iure canonico, & diuino, quidquid
ſit de iure ciuili. Et hanc opinionem tenendam
dicit *Soccin. in c. ſane. col. 8. num. 10. verſ. nona*
declaratio. de foro compet. & voluit *Bald. in c. 2.*
in fin. verſ. alij dicunt de iudic. vbi dicit non
eſſe ſequendum *Guliel. de Cun.* quamuis con-
ſuetudo ita † ſeruaret, quia eſſet abuſiua poſſeſ-
ſio, quæ non iuuat, cum nemo poſsit poſsidere
rem, quam perpetuo non poteſt habere *c. ad de-*
cimas. de reſtit. spol. in 6. Idem ſequitur *Raph.*
in l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccl. Rol. conſ.
2. nu. 37. lib. 2. vbi quod ita eſt tenendum, ſiue
gamus perſonali, ſiue reali, ſiue petitorio, ſiue
oſſeſſorio, ſiue ordinario, ſeu ſummario iudi-
io Idẽ *Roland. conſ. 23. n. 13. lib. 2. poſt Io. And.*
c. qualiter. de iudic. Soccin. conſ. 13. num. 30.
b. 4. & magis communem dicit *Mingſ. obſer-*
u. 21. cent. 1. in princ. licet ibi dicat con-
arium ſeruari, prout etiam dicit *obſeru. 95.*
cent. 4. Aufr. de poteſt. ſecular. in eccleſ. reg. 2.
fall. 4. in actione reali. verſ. contrariam tamen
opinionem. poſt Collect. Speculat. Io. de Plat. Ar-
chid. & alios per eum allegatos. vbi quod iſta eſt
communis opinio, & quod ita ſeruat ſtilus Ro-
manus, quamuis ibi in Regno Franciæ dicat ſer-
uari contrarium.

Neque obſtat, quod laicus coget colonos clerici
vt vendant fructus, & ſoluant cenſum *Bald. in*
auth. ſed & periculum. C. ſin. cenſ. vel reliq.
25 quia † colonus non tenetur ſoluere pro prædio
domini, neq; ad id cogitur, quicquid ſi pro ſua
negotiatione, vel rata fructuum ſuorum *Luc. de*
pen. in l. fin. C. de quib. muner. lic. ſe excuſ. Natt.
conſ. 409. nu. 6. Theſaur. deciſ. 116. nu. 10. Ber-
tazzol. clauſ. 21. gloſ. 20. nu. 2.

Quintò propter pactum, de quo in inſtrumento
quod auctoritate propria abſq; alicuius iudi-
cis decreto poſsint capi redditus, & penſiones
exigi pro ſolutione cenſuum, itaut alienari non
liceãt dicta bona in præiudicium ipſius contra-
ctus, per quæ verba tanquam adiecta ad exe-
26 cutionem † iuris realis, nedum vnus hæredum
poſsidens pignus, ſed etiã tertius ſingularis ſuc-
ceſſor tenebitur, itaut contra eum huiuſmodi
pactum exerceri poſsit *Bart. in l. 3. col. 4. verſ.*
item dubitatur. C. de pignor. Neguſ. eod. tit.
4. p. concl. 7. nu. 20. Tiraq. de iur. conſt. poſſeſ. p. 1.
nu. 37. Corn. conſ. 218. lib. 1. qui licèt multa in
contrarium alleget, tamen dicit non eſſe rece-
dendum ab opinione *Bart.* prout etiam latè te-
ſtatur *Rot. Genuen. per Carthar. deciſ. 12. nu. 3.*
& deciſ. 94. nu. 4. ſtante præſertim liquidatione
facta per *notata in l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus.*
de re iudic.

Sextò, quia dos deſeruiebat pro alimentis, in qui-
bus iudex compellit ex officio hæredes ad in-
27 uicem † conueniendum, vt vnus eorum ſubeat
totum onus alendi *l. 3. §. fin. & l. ſi pecunia.*
de alim. & cibar. legat. licet aliàs nemo ex plu-
ribus hæredibus cogi poſsit ad illa præſtandũ
in ſolidum, cum obligatio alendi ſit diuidua
28 ſecundum † *Soccin. in l. ſtipulationes non diui-*
duntur. n. 339. de verb. oblig. Quamuis ibi *Iaſ.*
n. 30. verſ. non obſtat quod præſtatio. teneat cõ-
trarium, quod ſit indiuidua, quem ſequitur latè
Surd. de aliment. tit. 9. q. 14. num. 6. Etenim po-
tius videtur promiſſio facti *l. in executione. de*
verb. oblig. & quia ex parte debitoris dicitur
quaſi ſeruitus, cum illius reſpectu ſit obligatio
in rem, & tranſeat ad hæredes *Bart. in l. 4. § ca-*
to. nu. 32. in fin. de verb. oblig. & omnes ſeruitu-
tes ſunt indiuiduæ *Doctor. in d. l. ſtipulationes*
non diuiduntur. Iſta tamen non faciebant, quia
dos erat in pecunia, neq; apparebat quod eſſet
in cauſam alimentorum, & quamuis in eorum
locum cenſeretur ſubrogata. Tamen execu-
tio non poterat fieri cõtra vnum ex hæredibus,
cum etiam in præſtatione alimentorum onus
non exigatur inſolidum, licet iudex ex officio
29 faciat † obligatos conueniri in vnum, qui il-
lud onus ſubeat *l. 3. §. fin. de alim. & cibar. le-*
gat. cuius diſpoſitio procedit quando à pluri-

bus

bus hæredibus relinquuntur alimẽta per teſta-
torẽ quaſi tũc in ipſa origine, & initio diuidatur ex illius voluntate, ſecus ſi iam fuerat facta
promiſſio ab vno, cui ſuccedunt plures, qui omnes tenentur in ſolidum, nec in perſona eorum
30 variatur qualitas † obligationis, quæ iam inceperat ab vno, & ſumit initium ſine aliqua diuiſione *l. 2. §. ex his de verb. oblig.* Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. num. 7. oppoſ. 6. & ibi* Alex. *n. 12. ff. eod.* & ita eſſe tenẽdum, quicquid *Iaſ. ibid. num. 18.* contrarium teneat, dicit Surd. *de alim. q. 14. tit. 9. n. 20.*

Non obſtant contraria . Quia ad primum dicitur
31 quod verior eſt opinio vt clericus † ſuccedens laico ligetur inſtantia coram iudice ſeculari inchoata Bart *in l. hæres abſens. de iudic.* & ibi Bald. *in 1. lectur. in princ.* Caſtr. *n. 3. & 4.* Ang. *n. 3.* Curt. *iun. n. 10.* Galleſ. *ad 2. par. obligation. camer. q. 2. n. 2.* Couar. *c. 8. pract. quæſt. num. 3. in fin. verſ. nihilominus ego* vbi quod eſt verior ſententia Vaſq. *de ſucceſſ. creat. limit. 17. §. 22. n. 71. verſic. qua opinione retenta* latè Sur. *deciſ. 110. per tot. & conſ. 221. lib. 2. n. 16* vbi qood eſt magis vera, & communis ratione, auctoritate & numero doctorum Ceual. *q. 36. n. 13.* vbi quod ita practicatur lite cõteſtata corã iudice laico,
32 ſecus † re integra, quia tunc procedit cõtraria opinio Matth. *Boſſ. ad Auffrer. de poteſt. ſecul. in eccleſ. reg. 2. fall. 6.* vbi quod eſt opinio æquior, & verior Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 39. n. 8.* Viui. *lib. 2. opin. 82.* Ratio,
33 quia inſtantia tranſit † ad hæredem coram eodem iudice *l. is qui Romæ. de iudic. l. ſi cum hominem de fideiuſſor. l. ſi conſtante. §. fin. ſolution. matrim.* & quia ſi inchoato iudicio laicus efficiatur clericus cogitur coram eodẽ iudice cõparere Bald. *in l. ſi quis poſt & quam. de iudic.* Cagnol. *in l. 2. n. 250. C. de pact. int empt. & vendit.* & ne actor, qui iam inſtruxit iudicium cogatur cum impenſa nouum inchoare, & quia clericus ligatur contractu auctoris, vnde quaſi contractu, ideſt iudicio Bart. *in l. de eo. de iudic.* Cum *an. conſil. 176. col. 2.*

Præterea quicquid ſit de iſta quæſtione, cum forſan ob priuilegium clericorum, quibus multum eſt deferendum eſſet difficile cõtra eos obtinere Boer. in ſpecie *deciſ. 69. in fin.* quem ſequitur Rot. *per Cardin. Seraph. flor ntin. domus 10. iunij 1591.* quæ eſt inter *deciſ. criminales recollectas per* Farinac. *deciſ. 81. num. 5.* quia bona eſt
34 ratio, † quæ pro religione facit *l. ſunt perſonæ de relig. & ſump. fun.* Videbatur quod quamuis executio fuiſſet conceſſa per non habentem iuriſdictionem, tamen quia conſtabat de eius iuſtitia erat confirmanda, cum etiam ſententia
35 nulla defectu poteſtatis, & iuriſdictionis † confirmetur Ale. *conſil. 111. viſo themate ſupraſcripto in princ. lib. 5.* Vant. *in ſi. tractat. de nullitate num. 132.* Maximè ſi per partem non opponatur, quia tunc eſſet prius diſcutiendum de nullitate cũ eſſet noua nullitas, ſi poſt oppoſitionem non pronunciaretur ſuper ea Caputaq. *deciſ. 60. n. 2. p. 1.* Put. *deciſ. 150. lib. 1.* & quod dicitur ſententiam nullam eſſe confirmandam ſi de iuſtitia illius conſtat Innoc. *& Dec. in cap. 1. de confirm. vtil. vel. inut.* intelligitur parte non opponente Rot. *per* R. P. D. Littam *Eſina reſtitutionis dotis 13. martij. 1600.* dixi *deciſ. 144. & etiam in addit.*

Ideo etiam immiſſio creditoris in tenutam prædij debitoris nulla, ſeu annullanda poterit retẽtionis iure concedi, & prædium non dimittetur
36 per creditorem † ſtante hypotheca Bald. *in l. fundus. qui lutij tity in lectur. antiq. de reſcind. vend.* Neguſ. *de pignor. 2. m. 3. p. q 10. num. 20.* Galleſ. *ad form. oblig. camer. par. 3. ad fin. in quæſt. poſt proceſſum incident. nu. 32.* Dec. *conſil. 449. nu. 22. & voluit* Bart. *in l. 3. §. vlt. in fin de acquir. poſſeſſ. & in l. ſi non ſortem §. ſi centum. de condic. ir deb.* & hanc eſſe veriorem & magis communem opinionem latè teſtatur Surd. *deciſion. 46. n. 7. & 14* quidquid dixerint Salices. *& alij in auth. qui curat. q. 12. C. de bon. auctor. iud. poſſid.*

Ratio, quia cum res datur alieni in ſolutum, ſiue
37 per ſententiam, ſeu ex inſtrumento † executiuo, quod habet vim illius videtur quodammodò pro illo obligata. Vnde licèt ſit nulla, tamen aliquod ius competit in re, & ideo agens
38 ad nullitatem tenetur † debitum offerre *l. 1. vbi Doctor. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10.* Neuiz *conſil. 77. n. 12.*

Ita vt neq; ſufficiat fideiuſſio pro relaxanda poſſeſſione, quãdo miſſio fuit facta, vt debitor ſol-
39 uat in † executionem iudicati, cum ſecus eſſet nulla præcedente ſententia ex primo decreto, tunc enim efficitur pignus prætorium, & miſſio facta eſt, vt defendar, ideo data cautione de ſiſtendo, & refectis expenſis res recuperatur *l. ſi pecunia in fin. et in poſſ. ff. legat* Bart. *in l. conſentaneũ n. 15. col. penult. C. quomod & quand. iud. & in l. properandum. §. ſin autem reus n. 3. in fin. verſicul. item ſubdit. & ibi* Bald. *in 7. not. C. de iudic.* Alia enim eſt immiſſio propter cõ-
40 tumaciam † non venientis, alia propter contumaciam non ſoluentis *c. ex parte directæ 23. de verb. ſignif. l. ſtatu liberationem. ff. de ſtat. liber.* Iacob. *de Aren. & aly per* Bald. *in d. §. ſin autem reus num. 3.*

Nec facit ſecundum obiectum de pluribus hæredibus, quia ſtante clauſula de non alienando, & reſciſſione contractus, ſi contrarium fiat, & ſtãte hypotheca, & alijs de quibus in primo, ſecũdo, & tertio fundamento rectè potuit agi contra vnum ex pluribus hæredibus ex rationibus de quibus ſupra.

EPITOME.

Appellatio à ſententia ferẽda an valeat, ita vt reſſcriptum ſuper ea obtentum ſuſtineatur. Exemptus à ſolutione gabellæ quando teneatur denunciare. In dubio an pronunciandum contra gabellam. Inhibitio Pontificis ſeu ſacræ Rotæ Romanæ iuſta, ſiuè iniuſta quando ſit timenda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non valet ſi fuit appellatum priuſquã iudicetur tamquam à ſententia ferenda.*

2 *Appellans debet exhibere ſententiam, aut tenorem ipſius in appellatione inſerere.*

3 *Reſcriptum non extenditur ad futuram appellationem.*

Inhibitio Pontificis, ſeu Rota Romana iuſta, ſeu iniuſta eſt timenda.

4 *Appellatio eſt licita ab interdicto, ſeu excommunicatione antequam feratur, & n. 5. Intellige vt ibi.*

6 *Denunciatio non requiritur vbi quis eſt certus.*

7 *Denunciatio omnis excluditur vbi datur libera facultas deferendi merces.*

8 *Exemptus à gabella an teneatur denunciare. & num. 9.*

10 *Cauſa quamuis iniuſta excuſat à pœna & dolo. Declara vt n. 11.*

12 *Conſuetudo attenditur in vectigalibus.*

13 *Dolus requiritur vt non denuncians incidat in pœnam.*

14 *Teſtis vnicus inducit bonam fidem, ſeu dubietatem, quæ præbet iuſtam cauſam credendi, & num. 16.*

15 *Bona fides oritur ex quibuſcunq. cauſis.*

17 *In dubio pronunciandum contra gabellam, & n. 19. 20. 22. & 23.*

18 *Immunitas à gabella eſt fauorabilis.*

21 *In panalibus fit reſtrictio.*

CAPVT XVII.

REſcriptum obtẽtum per D. Angelum Gauc
cium, & litis conſortes contra D. Alexan
drum Varengum dixi fuiſſe nullum cum omni-
bus inde ſecutis, quia in illo exponitur contra
eos pronunciatum ad fauorem Varenghi, quod
non verificabatur, cum reſcriptum ſit ſub die
18. maij 1595. & ſententia 8. iulij eiuſdem an-
ni, & ſic per duos ferè menſes ante prolationem
ſententię. Vnde cum fuerit appellatum ante-
*in l.auus neptis.de pact.*Iaſ.*in l.cum qui. §.te &
titium. de verb.oblig.*

Contrarium tamen prædictis non obſtantibus de-
claraui, quia eramus in hærede poſsidente rem
obligatam cum clauſula de non alienando , &
reſciſsione contractus,ſi contrarium fieret,quo
10 caſu † non conſideratur ratio conueniendi hæ-
redes pro portionibus hæreditarijs, ſed contra
vnum poteſt actio exerceri , cum poſsideat pi-
11 gnus.Etenim hypotheca eſt indiuidua,† & non
pro parte hæreditatis , Vnde etiam exactio de-
biti erit indiuidua quaſi hypotheca ſit affixa in
qualibet re, & ſequatur inſolidum quemcunq;
poſſeſſorem *l.2.C.de hæredit.actio.l.ſi neceſſario.
§. ſi vnus. de pignor. action. l. fin. C.ſi vnus ex
plurib. hæred. gloſ. in l. moſchis. ff. de iure fiſc.*
12 quamuis res hypothecatæ † ſint indiuiduæ *l.pi-
gnor ſ.de pignor.l.rem hæreditariam.de euictiõ.
Afflict decïſ.213.in fin.* Couar. *var. reſol. c. 7.
nu.7.lib.3.*Corn.*conſ.237. nu.3.lib.3.*Rip.*in l.ſi
debitor.col.2.in princ.de pignor.*

Amplius ſtante hypotheca cum prohibitione alie-
nandi inſtrumentum ſeu ſententia contra prin-
cipalem poteſt exequi aduerſus ſingularem ſuc
13 ceſſorem , quamuis † non nominatum in in-
ſtrumento habentem cauſam à condemnato,li-
cet ius executiuum non fuerit productum in-
eſſe tempore alienationis ſequutæ . Ratio,quia
debitor nulliter alienauit , vnde non impedit ,
quo minus capi poſſit in executione iudicati
Rodr.Soar. qui dicit ſingulare *in l.poſt. rem iu-
dicatam.ampliat.9.n.5.& 13.de re iudic.* Surd.
conſ.405.nu.8. lib.3. vbi ampliat etiam ſi nulla
14 præceſſerit diſcuſsio principalis debitoris, † cũ
poſsit agi via executiua contra poſſeſſorem pi-
gnoris, vel hypothecæ, Dummodo adſit prædi-
cta clauſula de non alienando, nam alias gene-
ralis hypotheca non ſufficeret. Ideo in electio-
ne creditoris eſt exercere actionem, vel contra
debitorem,ſeu illius hæredes, vel cõtra tertium
poſſeſſorem rei hypothecatæ *l. ſi creditor.§.fin.
de diſtr.pignor.* Neguſ.*de pignor. p.2.m.1.nu.5.*
Couar. *lib.3. variar.reſol.c.7. nu.6.* Ceual. qui
ita practicari teſtatur *q.76.n.29. & q.35.n.16.*

Secundo quia ſumus in cauſa dotis , ob cuius fa-
uorem vnus hæredum poteſt conueniri in ſoli-
dum , neq; excipit quod actio diuidatur , cum
15 ſolum poſsit agere † contra hæredes familiæ
hereiſcundæ *l cum ab vno de leg.2.*Bart.*in l.de-
bitorum pactionibus.* C.*de pactis.* Dec.*in l.pacto
ſucceſſorum.n.1.in fin.verſ. & hoc non procedit
in caſu notabili.C.eod.Afflict.decïſ.333.n.2.*Iaſ.
*in l.ſeruo legato. §. ſi teſtator. in princ. nu.2.in
fin verſ fallit vno caſu .* vbi dicit ſingulare, &
notandum,*& ibi* Imol.*in princ.de leg.1* Quam-
uis multa in contrarium alleget Surd.*decïſ.90.
per tot.* vbi intelligit *tex. in d l. cum ab vno*,
quia ita ibi teſtator diſpoſuerat imponendo il-
lud onus legatario:Ideo tenebatur agnoſcere,&
ſoluere legatum dotis,ſecus ceſſante volontate
teſtatoris , quia non cenſetur immutatum ius
commune, ſecundum quod hæredes non tenen-
tur niſi proprie portione hæreditatis, cum in-
hoc non reperiatur in ſpecie dos priuilegiata .
Non tamen eſſe recedendum à communi intel-
lectu doctorum; qui volũt hoc eſſe ſpeciale do-
tis vt cõcludũt omnes *in l.2.C.de hæred.action.*

Tertio dos erat conſtituta in annuis redditibus
16 ſeu cenſibus , quo caſu magis † ſpecialiter in-
ductum eſt, vt pro illis poſsit committi execu-
tio contra vnum hæredem. Ratio,quia eſt onus
reale affixum ipſi rei, quæ ſequitur poſſeſſorem
in ſolidum , & non pro portionibus hæredita-
rijs; cum hypotheca ſit indiuidua,& talis debet
eſſe exactio debiti , non habita conſideratione,
quod prædium cenſuatum poſsideatur pro par-
te Iaſ. *in §. item ſi quis in fraudem. col.fin.nu.
128. inſtit. de action.* Quicquid contrarium ſe-
quatur Guid.*Pap.q.432.nu.4.Vincent.de Fran-
ch.decïſ.5.p.1. Afflict.ſuper conſtit.regn.rub.17.
de defenſ. impoſit. & contempt. & pœna eorum.
nu.26.lib.1.*Quia contra eos eſt verior opinio vt
per Rom.*conſ.128.prout ex tenore.n.1.poſt* Bart.
in l.moſchis. de iur. fiſc. Corn.*conſ.237.viſo in-
ſtrumento.nu.3.lib.3.* Rip.*in l. ſi debitor. col. 1.
in princ. verſ.ſed hic quæritur de pignor. Feli-
cian.de ſolis.* qui dicit hoc ſpeciale in hypothe-
ca cenſuali. *de cenſibus. lib.3. c.4. nu.1. col.4.*
17 vbi etiam quod † poſſeſſor pro iſtis annuis red-
ditibus conuenitur nulla facta excuſsione Ce-
*ual q.76. in fin nu.33. Lup. in l.2.nu.67.C.de
pact.int.empt.& vend. Surd.conſ.162.nu.12.in
princ.* Quicquid ſit in alijs hypothecis , in qui-
bus requiritur excuſsio *Bald. in l. res creditor.
17.de diſtract.pignor.Alex.conſ.153.circa litem.
nu.5.verſ.& poſito.lib.6.Gabr.de fideiuſſor.con-
cluſ.1.nu.23* Quoniam cenſus aut penſio debe-
tur ſuper re ipſa , quæ per tertium poſsidetur;
18 Vnde non † opus eſt excutere;nam diſcuſsio fit
quando ad ſecuritatem , & cautionem alicuius
debiti aliqua res eſt hypothecata,non tamen ſi
illud, quod petitur debetur ex ipſa re Aim.*cõſ.
217.n.5.in fin.verſ.nec iſto caſu.*

Quarto etiam ratione cenſus poteſt clericus con-
ueni-

ueniri coram ſæculari. Quaſi tunc magis conueniatur poſſeſsio, quam clericus, nam ſucce-
19 dit in † re cum ſuo onere *l.fin. C.ſine cenſ. vel reliq.* & ita in ſpecie cõcludit *Ceual.q.36.n.19.* vſq; ad *n.23.poſt Guilielm.de Cun.in l.de his. C.de epiſ.& cleric.Gutter.lib.2. pract. quæſt. c.*
20 *132.n.9.* dummodo † fiat executio contra bona, non contra perſonam, prout firmat *Bald in l.3.C. de epiſc. & cleric.* vbi quod res ipſa pertinet ad iudicem ſecularem, qui poteſt mittere ad rem pro tributo, ſeu cenſu, ſecus quoad perſonam; in qua nihil poteſt *auth. ſtatuimus. C.de epiſc.& cleric.* Idem *Bald.in auth.ſed & periculum.C.ſine cenſ. vel reliq.* vbi quod laici vigore cenſus cogeret rem ipſam, vel colonos, vt vẽdãt de fructibus illius agri, & ſoluant cenſus, & ſequitur ibi *Salic.in fin.*

Iſta tamen non ſunt tuta: Nam quamuis res cen-
21 ſuata tranſeat in quẽcunq; poſſeſſorem † cum onere ſoluendi cẽſum, quo res affecta eſt ſi perueniat ad ecclesiam, ſeu clericum *Specul. de locat.§.nunc aliqua verſ.86.Corn. conſ.264. videtur prima facie.col.2.n.6.verſ.ex quo demonſtratur.lib.4.Aim.conſ.217.nu.5.colum.21. in princ.verſ.tertio præmitto. Surd.conſ.162. num. 11.lib.2.Guid.pap.q.79.an clerici, nu.1.* quia eſt onus reale, quod cõcomitatur rẽ, & eſt actio in rem ſcripta, quæ competit contra ſingularẽ ſucceſſorem, itaut pro eo detur iudicium poſſeſſorium, & petitorium *Gabr.conſ.141.n.4.lib. 2. Surd.deciſ.204.nu.9.*

Tamen non per hoc ſequitur, quod ad huiuſmodi cenſum ſoluendum cogi poſsit clericus per iudicem ſecularem. Quoniam ſi perſona eſt excepta, etiam eſt excipienda res, tanquam acceſſoria, cum clericus in reali quoq; debeat gaude-
22 re priuilegio clericali, & quia † ſtare in iudicio reſpicit perſonam, cum in iudicijs quaſi contrahatur *l.3.§. idem ſcribit. de perul.* & in ſpecie ita dicit *Rota deciſ. 5. ad fin.de for. compet. in antiq.& deciſ. 10. de conſuetud. etiam in antiq. Abb. in c. qualiter, & quando. 17. col. penul. & vlt. nu. 8. & 9. de iudic.* vbi quod opi-
23 nio *Guliel. de Cun.* contrarium tenentis † non procedit de iure canonico, & diuino, quidquid ſit de iure ciuili. Et hanc opinionem tenendam dicit *Sorrin.in c.ſane.col. 8. num. 10.verſ. nona declaratio.de foro compet.* & voluit *Bald.in c. 2. in fin. verſ. alij dicunt de iudic.* vbi dicit non eſſe ſequendum *Guliel. de Cun.* quamuis con-
24 ſuetudo ita † ſeruaret, quia eſſet abuſiua poſſeſſio, quæ non iuuat, cum nemo poſsit poſsidere rem, quam perpetuo non poteſt habere *c.ad decimas.de reſtit. ſpol. in 6.* Idem ſequitur *Raph. in l. iubemus nullam.C. de ſacroſ.eccl.Rol.conſ. 12.nu.37.lib.2.* vbi quod ita eſt tenendum, ſiue agamus perſonali, ſiue reali, ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio, ſiue ordinario, ſeu ſummario iudicio Idẽ *Roland.conſ.23.n.13.lib.2.poſt Io.And. in c.qualiter. de iudic. Soccin.conſ.13. num.30. lib.4.* & magis communem dicit *Miſing. obſeruat. 22.cent. 1. in princ.* licet ibi dicat contrarium ſeruari. prout etiam dicit *obſeru. 95. cent.4. Aufr. de poteſt. ſecular. in eccleſ. reg. 2. fall. 4. in actione reali. verſ. contrariam tamen opinionem.poſt Collect.Specular. Io.de Plat. Archid.& alios per eum allegatos.* vbi quod iſta eſt communis opinio, & quod ita ſeruat ſtilus Romanus, quamuis ibi in Regno Franciæ dicat ſeruari contrarium.

Neque obſtat, quod laicus coget colonos clerici vt vendant fructus, & ſoluant cenſum *Bald. in auth. ſed & periculum. C. ſin. cenſ. vel reliq.*
25 quia † colonus non tenetur ſoluere pro prædio domini, neq; ad id cogitur, quicquid ſi pro ſua negotiatione, vel rata fructuum ſuorum *Luc. de pen. in l.fin.C.de quib.muner.lic.ſe excuſ. Natt. conſ.409. nu.6. Theſaur. deciſ.116.nu. 10.Bertazzol.clauſ.21.gloſ.20.nu.2.*

Quintò propter pactum, de quo in inſtrumento quod auctoritate propria abſq; alicuius iudicis decreto poſsint capi redditus, & penſiones exigi pro ſolutione cenſuum, itaut alienari non liceãt dicta bona in præiudicium ipſius contractus, per quæ verba tanquam adiecta ad exe-
26 cutionem † iuris realis, nedum vnus hæredum poſsidens pignus, ſed etiã tertius ſingularis ſucceſſor tenebitur, itaut contra eum huiuſmodi pactum exerceri poſsit *Bart.in l. 3. col. 4. verſ. item dubitatur. C. de pignor. Neguſ. eod.tit. 4.p.concl.7.nu.20.Tiraq.de iur.conſt.poſſeſ.p.1. nu.37.Corn.conſ.218. lib. 1.* qui licẽt multa in contrarium alleget, tamen dicit non eſſe recedendum ab opinione *Bart.* prout etiam latè teſtatur *Rot.Genuen.per Carthar.deciſ.12. nu. 3. & deciſ.94.nu.4.* ſtante præſertim liquidatione facta per *notata in l.à diuo pio. §.ſi ſuper rebus. de re iudic.*

Sextò, quia dos deſeruiebat pro alimentis, in quibus iudex compellit ex officio hæredes ad in-
27 uicem † conueniendum, vt vnus eorum ſubeat totum onus alendi *l. 3. §.fin. & l. ſi pecunia. de alim.& cibar.legat.* licet aliàs nemo ex pluribus hæredibus cogi poſsit ad illa præſtandũ in ſolidum, cum obligatio alendi ſit diuidua
28 ſecundum † *Soccin.in l.ſtipulationes non diuiduntur.n.339. de verb. oblig.* Quamuis ibi *Iaſ. n.30.verſ.non obſtat quod præſtatio.* teneat cõtrarium, quod ſit indiuidua, quem ſequitur latè *Surd.de aliment. tit.9. q.14.num.6.* Etenim potius videtur promiſſio facti *l. in executione. de verb. oblig.* & quia ex parte debitoris dicitur quaſi ſeruitus, cum illius reſpectu ſit obligatio in rem, & tranſeat ad hæredes *Bart.in l.4.§ cato.nu.32.in fin.de verb.oblig.* & omnes ſeruitutes ſunt indiuiduæ *Doctor. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur.* Iſta tamen non faciebant, quia dos erat in pecunia, neq; apparebat quod eſſet in cauſam alimentorum, & quamuis in eorum locum cenſeretur ſubrogata. Tamen executio non poterat fieri cõtra vnum ex hæredibus, cum etiam in præſtatione alimentorum onus non exigatur inſolidum, licet iudex ex officio
29 faciat † obligatos conueniri in vnum, qui illud onus ſubeat *l.3. §.fin. de alim. & cibar. legat.* cuius diſpoſitio procedit quando à pluri-

bus

Digitized by Google

bus hæredibus relinquuntur alimẽta per teſta-
torẽ quaſi tũc in ipſa origine, & initio diuidà-
tur ex illius voluntate, ſecus ſi iam fuerat facta
promiſſio ab vno, cui ſuccedunt plures, qui om-
nes teneantur in ſolidum, nec in perſona eorum
30 variatur qualitas † obligationis, quæ iam in-
ceperat ab vno, & ſumit initium ſine aliqua di-
uiſione l. 2. §. ex his de verb. oblig. Bart. in l. ſti-
pulationes non diuiduntur. num. 7. oppoſ 6. & ibi
Alex. n. 12. ff. eod. & ita eſſe tenẽdum, quicquid
Iaſ. ibid. num. 18. contrarium teneat, dicit Surd.
de alim. q. 14. tit. 9. n. 20.
Non obſtant contraria. Quia ad primum dicitur
31 quod verior eſt opinio vt clericus † ſuccedens
laico ligetur inſtantia coram iudice ſeculari
inchoata Bart in l. hæres abſens. de iudic. & ibi
Bald. in 1. lectur. in princ. Caſtr. n. 3. & 4. Ang.
n. 3. Curt. iun. n. 10. Galleſ. ad 2. par. obligation.
camer. q. 2. n. 2. Couar. c. 8. pract. quæſt. num. 3. in
fin. verſ. nihilominus ego vbi quod eſt verior
ſententia Vaſq. de ſucceſſ. creat. limit. 17. §. 22.
n. 71. verſic. qua opinione retenta latè Sur. deciſ.
110. per tot. & conſ. 221. lib. 2. n. 16 vbi quod eſt
magis vera, & communis ratione, auctoritate
& numero doctorum Ceual. q. 36. n. 13. vbi quod
ita practicatur lite cõteſtata corã iudice laico,
32 ſecus † re integra, quia tunc procedit cõtraria
opinio Matth. Boſſ. ad Auffrer. de poteſt. ſecul.
in eccleſ. reg. 2. fall. 6. vbi quod eſt opinio
æquior, & verior Lup. in rub. de donat. int. vir.
& vxor. §. 39. n. 8. Viui. lib. 2. opin. 82. Ratio,
33 quia inſtantia tranſit † ad hæredem coram eo-
dem iudice l. ſi qui Romæ. de iudic. l. ſi cum ho-
minem de fideiuſſor. l. ſi conſtante. §. fin. ſolution.
matrim. & quia ſi inchoato iudicio laicus effi-
ciatur clericus cogitur coram eodẽ iudice cõ-
parere Bald. in l. ſi quis poſt & quam. de iudic.
Cagnol. in l. 2. n. 250. C. de pact. int empt. & ven-
dit. & ne actor, qui iam inſtruxit iudicium co-
gatur cum impenſa nouum inchoare, & quia
clericus ligatur contractu auctoris, vnde quaſi
contractu, ideſt iudicio Bart. in l. de eo. de iudic.
Cuman. conſil. 176. col. 2.
Præterea quicquid ſit de iſta quæſtione, cum for-
ſan ob priuilegium clericorum, quibus multum
eſt deferendum eſſet difficile cõtra eos obtine-
re Boer. in ſpecie deciſ. 69. in fin. quem ſequitur
Rot. per Cardin. Seraph. flor. ntin. domus 10. iu-
nij 1591. quæ eſt inter deciſ. criminales recolle-
ctas per Farinac. deciſ. 81. num. 5. quia bona eſt
34 ratio, † quæ pro religione facit l. ſunt perſo-
na de relig. & ſump. fun. Videbatur quod quam
uis executio fuiſſet conceſſa per non habentem
iuriſdictionem, tamen quia conſtabat de eius
iuſtitia erat confirmanda, cum etiam ſententia
35 nulla defectu poteſtatis, & iuriſdictionis † con-
firmetur Ale. conſil. 111. viſo themate ſupraſcrip-
to in princ. lib. 5. Vant. in ſi. tractat. de nullitate
num. 132. Maximè ſi per partem non oppona-
tur, quia tunc eſſet prius diſcutiendum de nul-
litate cũ eſſet noua nullitas, ſi poſt oppoſitio-
nem non pronunciaretur ſuper ea Caputaq. de-
ciſ. 60. n. 2. p. 1. Put. deciſ. 150. lib. 1. & quod di-
citur ſententiam nullam eſſe confirmandam ſi-
de iuſtitia illius conſtat Innoc. & Dec. in cap. 1.
de confirm. vtil. vel. inut. intelligitur parte non
opponente Rot. per R. P. D. Littam Eſina reſtitu
tionis dotis 13. martij. 1600. dixi deciſ. 144. &
etiam in addit.
Ideo etiam immiſſio creditoris in tenutam præ-
dij debitoris nulla, ſeu annullanda poterit retẽ
tionis iure concedi, & prædium non dimittetur
36 per creditorem † ſtante hypotheca Bald. in l.
fundus qui lutij titij in lectur. antiq. de reſcind.
vend. Neguſ. de pignor. 2. m. 3. p. q 10. num. 20.
Galleſ. ad form. oblig. camer. par. 3. ad fin. in
quæſt. poſt proceſſum incident. nu. 32. Dec. conſil.
449. nu. 22. & voluit Bart. in l. 3. §. vlt. in fin de
acquir. poſſeſſ. & in l. ſi non ſortem §. ſi centum.
de condic. ir deb. & hanc eſſe veriorem & magis
communem opinionem latè teſtatur Surd. deci-
ſion. 46. n. 7. & 14 quidquid dixerint Salicet. &
alij in auth. qui curat. q. 12. C. de bon. auctor.
iud. poſſid.
Ratio, quia cum res datur alicui in ſolutum, ſiue
37 per ſententiam, ſeu ex inſtrumento † executi-
vo, quod habet vim illius videtur quodammo-
dò pro illo obligata. Vnde licèt ſit nulla, ta-
men aliquod ius competit in re, & ideo agens
38 ad nullitatem tenetur † debitum offerre l. 1.
vbi Doctor. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal.
lib. 10. Neuiz. conſil. 77. n. 12.
Ita vt neq; ſufficiat fideiuſſio pro relaxanda poſ-
ſeſſione, quãdo miſſio fuit facta, vt debitor ſol-
39 vat in † executionem iudicati, cum ſecus eſſet
nulla præcedente ſententia ex primo decreto,
tunc enim efficitur pignus prætorium, & miſ-
ſio facta eſt, vt defendat, ideo data cautione de
ſiſtendo, & refectis expenſis res recuperatur l. ſi
pecunia in fin. vt in poſſ. ff. legat Bart. in l. con-
ſentaneũ n. 15. col. penult. C. quomod & quand.
iud. & in l. properandum. §. ſin autem reus n. 3.
in fin. verſicul. item ſubdit. & ibi Bald. in 7. not.
C. de iudic. Alia enim eſt immiſſio propter cõ-
40 tumaciam † non venientis, alia propter contu-
maciam non ſoluentis c. ex parte directæ 23. de
verb. ſignif. l. ſtatu liberationem. ff. de ſtat. liber.
Iacob. de Aren. & aly per Bald. in d. §. ſin autem
reus num. 3.
Nec facit ſecundum obiectum de pluribus hære-
dibus, quia ſtante clauſula de non alienando, &
reſciſſione contractus, ſi contrarium fiat, & ſtã-
te hypotheca, & alijs de quibus in primo, ſecũ-
do, & tertio fundamento rectè potuit agi con-
tra vnum ex pluribus hæredibus ex rationibus
de quibus ſupra.

EPITOME.

Appellatio à ſententia ferẽda an valeat, ita vt reſ-
ſcriptum ſuper ea obtentum ſuſtineatur. Exem-
ptus à ſolutione gabellæ quando teneatur de-
nunciare. In dubio an pronunciandum con-
tra gabellam. Inhibitio Pontificis ſeu ſacræ
Rotæ Romanæ iuſta, ſiuè iniuſta quando ſit
timenda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Appellatio non valet ſi fuit appellatum priuſquā iudicetur tamquam à ſententia ferenda.
2 Appellans debet exhibere ſententiam, aut tenorem ipſius in appellatione inſerere.
3 Reſcriptum non extenditur ad futuram appellationem.
Inhibitio Pontificis, ſeu Rota Romanæ iuſta, ſeu iniuſta eſt timenda.
4 Appellatio eſt licita ab interdicto. ſeu excommunicatione antequam feratur, & n. 5. Intellige vt ibi.
6 Denunciatio non requiritur vbi quis eſt certus.
7 Denunciatio omnis excluditur vbi datur libera facultas deferendi merces.
8 Exemptus à gabella an teneatur denunciare. & num. 9.
10 Cauſa quamuis iniuſta excuſat à pœna & dolo. Declara vt n. 11.
12 Conſuetudo attend tur in vectigalibus.
13 Dolus requiritur vt non denuncians incidat in pœnam.
14 Teſtis vnicus induceit bonam fidem, ſeu dubietatem, qua præbet iuſtam cauſam credendi, & num. 16.
15 Bona fides oritur ex quibuſcunq. cauſis.
17 In dubio pronunciandum contra gabellam, & n. 19. 20. 22. & 23.
18 Immunitas à gabella eſt fauorabilis.
21 In pænalibus fit reſtrictio.

CAPVT XVII.

REſcriptum obtētum per D. Angelum Ganccium, & litis conſortes contra D. Alexandrum Varenguin dixi fuiſſe nullum cum omnibus inde ſecutis, quia in illo exponitur contra eos pronunciatum ad fauorem Varenghi, quod non verificabatur, cum reſcriptum ſit ſub die 18. maij 1595. & ſententia 8. iulij eiuſdem anni, & ſic per duos ferè menſes ante prolationem ſententię. Vnde cum fuerit appellatum ante-
1 quam iudicaretur, appellatio non valet † tamquam à ſententia ferenda, prout in ſpecie concludit Ang. *conſil. 188. ſed nunc videndum reſtat. col. 1. verſ. & in contrarium, & col. 2. verſ. ex prædictis puto*. Ratio, quia appellans debet exhibere ſententiam, vel in appellatione pone-
2 re effectum illius, quod ſufficit † quamuis eam non exhibeat, cum iſta inſertio operetur cōpetentiam iudicis ad quem *Bald. in l. 2. C. vt lit. pend. n. 3. Neuiz. conſil. 93. num. 15.* Quare non poterat appellari à ſententia, quæ lata non eſt, neq; habet nomen, aut ſubſtantiam illius, quia eum appelatum dicimus, neceſſario concludimus antea definitum *Lancellot. de attent. p. 3. c. 26. nu. 14. de probation: attent.* & ſic commiſ-
3 ſio eſt nulla; † quia non poteſt extendi ad futuram appellationem *Aegid.* in ſpecie *deciſ. 100. in commiſſon. 2. verſ. fateor tamen. de reſcrip.*.
Amplius quamuis regulariter inhibitio rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit timenda, prout etiam illa, quæ emanauit à Summo Pōtifice quidquid ſit in alijs curijs, in quibus ſolum timetur, quādo eſt iuſta, & rationabilis, prout latè concludit *Sur. conſil. 424. n. 28. vſq. ad n. 46. lib. 3.*
Tamen quādo præceſſit inhibitio vigore commiſſionis cauſæ extortę, antequam iudex ſententiā ferret, & diffinitiuè grauaret, poſſet ſine metu alicuius pœnæ ſperni, prout de huiuſmodi ſtilo docet *Card. Plat. Roman. pecuniaria de Ruſpolis 10. maij 1589.* Ratio, quia illa commiſſio cauſæ, & inhibitio tamquam procedens ex actu nullo non tribuit aliquam iuriſdictionem *l. fin. C. de diuerſ. reſcript. Rot. deciſ. 2. de except. in nou.* vnde non debet cauſare attentata *Rot. deciſ. 75. de appel. in antiq. Feli n. in c. ex tenore. 16 n. 2. de reſcript. Aegid. deciſ. 219.*
Non obſtat *Bald. in l fin. ad med. C. ſi reus vel accuſat. mort. fuer.* vbi vult poſſe appellari à ſententia ferenda, prout dicimus de interdicto,
4 aut excommunicatione, † à qua licet appellare antequā feratur *Innoc. in c dilecto. de appellat.* Quia *Bal.* illud non dicit determinando, ſed arguendo, prout reſpondet *Ang. d. conſil. 188. col. 2. in prin.* vbi etiam quod eſt ſpeciale in ſenten-
5 tia excōmunicationis, vel interdicti, † itaut nō ſit licita extenſio ad alios caſus *l. ius ſingulare de legib.* & dicam infra in c. particulari.
Præterea vltra nullitatem aderat etiā bonum ius pro Varengo, quod eius merces non inciderint in commiſſum ſtante exemptione facta per Publicanos pro pretio inter eos conuento de non ſoluendo gabellam, tam occaſione mercium ipſius Varenghi, quàm pro omni eo, & toto quod poſſet prætendere, vnde cum Publicanus
6 ſit certus de eo quod ſibi debetur, non requiritur alia denunciatio *Caſtr. in l. interdum. §. 1. poſt Bar. ibi ff. de publ. & vectigal.* quaſi videatur data libera facultas deferendi, quæ pęnitus
7 excludit † omnem denunciationem *Rum. conſi. 211. n. 8. lib. 5.*
Non obſtat, quod quamuis non teneretur Varengus ſoluere gabellam, tamen tenebatur denun-
8 ciare, Ratio ne appoſitis alijs mercibus † poſſit fieri fraus *Car. in clem. ſi. de cenſi. Ceph. cōſil. 451. n. 259. lib. 3. Maſc. concl. 834. n. 5. Ludouic. concl. 15. col. 19. verſ. iſti tamen clerici.*
Quia ſecundum aliam opinionem neq; denuncia-
9 tio requiritur † *Anchar. in clem. præſenti de cenſib. Ferret. de gabel. n. 172. Firman. eod. tit. q. 29. p. 9. Bertaz. conſil. crim. 336. n. 9. lib. 2. & conſil. 193 lib. 1.*
Et quicquid ſit de huiuſmodi opinionibus, de quibus dixi *deciſ. 148. cum alijs in addit. ad d. deciſ.* ſatis eſt, quod Varengus probauit conſuetudinem non denunciandi per eos, qui ex cauſa onerosa fuerunt exempti à ſolutione gabellæ, quæ conſuetudo debet illum excuſare, cum quæli-
10 bet cauſa, quamuis † iniuſta excuſet à pœna, & dolo *l. igitur. §. placet. de liber. cauſ. Iaſ. in l. qui iuraſſe in princ. de iur. iur. Rom. conſil. 214. iſta captura. nu. 4.* quicquid dicat *Bald. in cap. cum bertoldus. col. 2. de re iudic. Mantuaſ. reg. 24. n. 16. col. penult.*

Ma-

Digitized by Google

valet. Contrarium n. 29. & de ratione. nu. 30. ſed verior eſt prima opinio. n. 32.

31 *Inuito ſi aliquid poteſt fieri multo magis ignorante.*

33 *Opinio præualet veritati in his quæ expediuntur ratione publici officij.*

34 *Sententia contra infirmum ignoranter lata valet.*

35 *Excuſator mittitur ad docendum de infirmitate, ſeu quando eſt longum impedimentum.* Intellige *vt n. 36.*

37 *Iudicium valet ſi non fuit intimata reuocatio mandati procuratori.* Intellige *quo ad præiudicium domini, ſecus ſi in eius fauorem.* Maximè *ſi fuit proceſſum ad conſtitutionẽ aliorum procuratorum.* Proteſtatio *non intimata tenet in præiudicium proteſtantis.*

38 *Solutio per exigentem cum mandato reuocato eſt nulla, quando adeſt ſcientia reuocationis.*

39 *Procurator vendens poſt reuocationẽ mandati, quam ignorauit obligat dominum, licèt non transferat dominium; & dominus tenetur ad intereſſe. n. 40. & de cautela circa hoc. n. 41.* Idem *in procuratore vendente poſt mortem principalis. n. 42.*

41 *Geſta per iudicem reuocatum ualent ante ſcientiam reuocationis.* Amplia *ut n. 44.* Intellige *ut nu. 45.*

46 Reſignatio *recepta per uicarium ualet poſt reuocationem quam ignorabat.* Intellige *ut n. 47.* Idem *poſt translationem* Epiſcopi, *aut renuntiationem. n. 48. Amplia ut num. 50. Idem poſt mortem* Epiſcopi. *n. 51.*

49 *In dubio præſumitur ignorantia reuocationis.*

52 *Collatio de beneficio ualet, cuius uacatio contigit* Sede Apoſtolica *uacante, quod erat reſeruatum ſi non uacaret ſedes, quamuis Epiſcopus non habuerit notitiam de morte* Papæ.

53 Sententia *infra nouem dies luctus defuncti eſt nulla, quamuis non ſit oppoſitum dummodò conſtet de ſcientia iudicis.*

54 *Creditor vexans infra nouem dies luctus heredes debitoris nulliter agit. & de pœna, & obſeruantia in huiuſmodi caſu, & quomodo hoc intelligatur. n. 55. & 56.*

57 Sententia *contra abſentem non eſt nulla ſi illam iudex ignorauit.*

58 *Impedimentum quod ignoratur non cauſat nullitatem.*

59 *Extenſio fit ab impedimento infirmitatis ad omnia alia.*

60 *Ignorantia, aut ſcientia attenditur, quando actus annullatur a lege. prout in minore, & quando ex facto litigantium, ut in mandato, citatione, & in proceſſu contra furioſum quãuis ignoretur furor. n. 61.*

CAPVT XVIII.

PEr conſtitutionẽ de qua in caſu mihi propoſito diſponitur, quod ſi contigerit abſentia, vel infirmitas, aut aliud iuſtũ impedimentũ alicuius ex Iudicibus, cauſæ coram impedito ſtet in ſuſpenſo per octo dies, quibus elapſis ſubrogetur alius, per quẽ procedatur, dũmodo acta ſcribantur per notarium iudicis impediti. Ex quibus dicebatur de nullitate ſentẽtiæ tanquã latę per vnum ex dictis iudicibus dum erat infirmus contra prohibitionem, & formam eiuſ-
1 dem † conſtitutionis, quo caſu dicitur nulla *l. non dubium. de legib.* Natt. *conſ.* 214. *n.* 12 cũ deficiat poteſtas *c. ſi diligenti de foro compet. Card. in clem.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ.* Rimin. Iun. *conſ.* 179. *n.* 21. *lib.* 2.

Stante præſertim decreto annullatiuo, de quo in fine conſtitutionis quoad omnia in eis contenta, quod operatur etiam parte non opponente,
2 & magis † actum vitiat *Dec. conſ.* 10. *Neuiz. conſ.* 87. *n.* 6. *Bal. in l.* 1. *de lib. & poſth. Felin. in c. cum dilecta. de reſcript. n.* 6. *Tiraq. de retract. conuent. gloſ.* 6. *§.* 4. *n.* 32.

Quod etiam procedit de iure communi, ſecũdum
3 quod loco iudicis infirmi † ſubrogatur alius *l. ſi longius.* 18. *vbi Bart. & Caſtrenſ. in princ. de iudic.* qui extendunt ad notarium cauſæ, ad-
4 uocatum, † & ſimiles *Salicet. in l. placuit. C. de pedan. iudicib.* Itaut fiat delegatio cauſæ per ordinarium in caſu infirmitatis, & abſentiæ, quamuis ſit meri, & mixti imperij *Iaſ. & alij in l.* 1. *de offic. eius.* vbi ampliant etiam ad in-
5 firmitatem fratrum, † patris, filiorum, & ſimilium *Ceual. q.* 42. Diaz *reg.* 517. *ordinarius. verſ. amplia. Tiraq. de pœn. temper. cauſ.* 51. *n.* 78. *poſt gloſ. in c. communis. in verb. ſuorum.* 23. *diſtinct. Alex. in l. quæſitũ. de re iudic.* Quod
6 eſt de iure ciuili, cum alias de iure † canonico cauſæ meri, & mixti imperij ſint delegabiles *Couar. lib.* 3. *var. reſolut. c.* 20. *col.* 1. *ad mid.* cum declarationibus de quibus per eum; Et ſufficit terminos eſſe ſeruatos coram primo iudice,
7 cum † ſubrogatus in locum impediti acta eius ſequi debeat *l. mortuo. de iudic. Caputaq. deciſ.* 259. *p.* 2. Quod maxime procederet in iudice
8 Rotali, cum remaneat tribunal cauſæ, † & alij exerceant iuriſdictionem impediti mortui, vel abſentis I*dem Caputaq. deciſ.* 172. *n.* 3. *p.* 3.

Adeo quod huiuſmodi impedimentum proueniẽs à iudice non requirat proteſtationem partis, nec ſit fides exhibẽda, cum proceſſus ſit nullus,
9 quamuis † non opponatur *Felin. in c. ſciſcitatus. col.* 3. *de reſcript. Bald. in l. ſi procurator. col.* 4. *de procurat. verſ. reddat. V ant. de nullit. defect. iuriſd. ordin. n.* 136. Itaut infirmitas prę-ſumatur longum impedimentum *Dec. in c. prudentiam. col.* 4. *n.* 45. *verſ. & ad hoc etiam. Maſq. concluſ.* 896. *n.* 2.

Et facit quod dicimus de duobus iudicibus, qui licet fuerint dati in ſolidum, quamuis vnus prę-occupauerit, poteſt alter cognoſcere, quando
10 ille eſt impeditus infirmitate, † vel alia iuſta cauſa, aut eſt abſens, vel non procedit, ſeu lentẽ procedit *Gemin. in c. cum plures. de offic. deleg. in* 6. *in princ. n.* 5. *&* 7. *& ibi* Franc *col.* 1. *in fin. in* 4. *not. verſ. & idem ſi malitioſè. & col.* 2. *in fin. in gloſ. in verb. recuſaret. argum. l. ſi eã dotem.*

Digitized by Google

dotem. §. ſi pater. ſolut. matrim. Io.Andr.in c. ſi contra vnum.de offic.deleg.gloſ.in c. paſtoralis. eod. tit. Rot. per Cardin.Seraphin. Maceraten.dotis.10.martij 1581.Licet alias cauſa duo bus commiſſa in ſolidum altero præoccupante
11 alius † non poſſit ſe intromittere Franc. in c. cum plures. n.2.poſt gloſ.ibi in verb. de eodem. in fin. de offic. deleg. in 6.

Contrarium tamen declaraui,quia tam dicta cõſtitutio,quàm diſpoſitio iuris communis debet intelligi de infirmitate graui,quæ non fuit ta-
12 lis † in caſu,de quo agebamus.Ratio,quia magna infirmitas aufert intellectum c.fin.qui matrim.accuſ.poſſ. non leuis l.2. §.corporis debilitat. de excuſ.mun. Purpur. in l.1.de offic.eius. nu.542. Cum præſertim in impedimento non lõgo,ſeu infirmitate leui melius,& tolerabilius ſit tantiſper expectare,quam iudiei nouo cauſam committere l. penul. §. fin.de vacat. mu-
13 ner. Mandoſ. reg.19. q.7.n.2. & ita † in ſpecie concludit Caſtrenſ. in l.ſi longius.in princ. de iudic.Iaſ. in d.l.1.n.83. Idem Mandoſ.reg.19. q.7.n.2.in fin.per tex. in l.quæſitum. de re iudic. Felin. in c. ſi pro debilitate. de offic. deleg. col.2. in gloſ.1.n.3. vbi quod debet eſſe talis, vt cauſet impotentiam ad laborem poſt gloſ.in c. communis filius. 33. diſtinct. Menoch. de arbitrar.caſ. 60.in fin.vbi quod debet impedire illius muneris executionem.

Pront regulariter appellatione infirmitatis ve-
14 nit † grauis Franc.in c.2.in 3.notab.de renunciat. in 6. poſt Bald.in l. quæſitum. de re iudic. Menoch. de arbitr. caſ 429. nu.9. in addit. Iſta
15 enim † æquiparatur abſentiæ Purpur.in l. 1. de offic. eius. n.522. verſ.ſecundo extenditur. per l.2.§.furioſus.de iur.codicil.Bald.in l.imperium. q.6.de iuriſd.omn.iud. in 1.lectur.col.2. Soccin. conſ. 153.pulchra & ſubtilis. col. fin.
16 verſ.quinto.lib.2. vnde pro tali † infirmo poterit alius adhiberi, qui conſentiat iuxta formam ſtatuti Lamberteng.de contract.mul.gloſ. 8.q. 20.n. 56.Boccacci. ad Conſtit. March. vt minorum. gloſ.3. n. 153. Quamuis ſecundum
17 alios debeat præſtare conſenſum per † procuratorem Carpan.ad Conſtit.Mediolanen.c.328. n,301. & quando ſit grauis,necne,relinquitur arbitrio medicorum Alex. in l.furioſum.col.2. C.qui teſtam.fac.poſſ.Purpur.in d.l.1. nu. 539. Abb. in c. tenor. n. 2. de re iudic. Maſq. concluſ.896.n.62. Licet quoad effectum regulę de viginti circa reſignationes infirmorũ ſufficiat
18 leuis infirmitas,cum tam ex ea,†quàm ex magna poſſit ſequi effectus illius regulæ Rot. per R.P.D.Cantucc.Imolen. canonicatus & præbendæ.28.Iunij.1378.quæ eſt deciſio diuerſ. 77. p.2 n.17.Ex quibus nõ obſtant contraria, quę procednnt in graui infirmitate non autem leui,vt eſt caſus noſter ex ſupra allegatis.

Secuuda nullitas deducebatur,quia ſentẽtia fuerat lata contra eum, qui tempore pronunciationis erat mortuus, prout in proceſſu probatum extitit, quo caſu nullus actus poteſt ſuſti-
19 neri,ant concipi † tanquam cõtra eum,qui in rerum natura amplius nõ extabat l.in ſumma. §. fin. de re iudic. l. paulus.quæ ſent.ſin.appell. Caſſad.deciſ.2.n.11.de appellat. Quod procedit
20 quamuis actus ad mortui † fauorem conciperetur l.eius qui in prouincia,verſ.quid ſi ſtipulator.ſi cert.pet.Alex. in l.ſi deceſſerit. n. 7. qui ſatiſd.cog. Peregr.de iur.fiſc.lib.4.tit.5.n. 34. vbi quod neq; in criminalibus mortuus condẽ-
21 natur, quia † iudex damnat ſolum memoriam defuncti,& eius bona publicat pro tali delicto vel pronunciat illum tale delictum commiſiſſe Bald. qui hanc practicam docuit conſ.60.lib.2. Grãmat.deciſ.6.n.9. Gig.de crimin.laſ. maieſt. p 2.q.20. & 22.per gloſ.in §.interdum.in verb. damnata.inſtit de hæred.quæ ab inteſt.deferuntur.Ratio eſt,quia morte rei peremptoriũ ſoluitur, & licet inſtantia tranſeat ad hæredem,
22 tamen† contra eum eſt procedendum,non cõtra defunctum Bero.conſ.10.in princ. vbi etiam ampliat,quod poſſet iterum iudicare iudex,cũ iſta ſentẽtia ſit nulla Capic.deciſ.1.n.26.Alias ſi valeret diceretur ſentẽtia lata contra abſentem non contumacem, quod eſſet abſurdum l.ea quæ.C.quomod.& quand.iud.

Maximè quia huiuſmodi ſententia erat ad particularem vtilitatem litigantium, cum ſecus eſſet fauore libertatis, vel pro vtilitate Eccleſię,
23 tunc † enim valeret Bald. in l. vnic. §. in primo. in fin. n.17.C. de caduc. tollend. Caputaq. deciſ. 140. part. 3. Eccleſia enim ſemper intelligitur viuere,& ſic ſententia non ſolum datur perſonæ, ſed etiam Eccleſiæ, vt ibi not. Bald. Proue etiam quando procurator ad illã
24 cauſam conſtitutus ante † mortem fuiſſet litẽ conteſtatus,vel dominus ſatiſdediſſet de ſoluẽdo iudicatum præſente, & non contradicente ipſo procuratore, quia in his caſibus valeret
25 ſententia cõtra defunctum, dummodo † cõcipiatur in perſonam procuratoris l. nulla. vbi Bald. in fin.C.de procurator.Vant.de nullit.ex defect. iuriſd. ordin.n.106. in fin. Prout quan-
26 do eſſet lata contra vnum † viuum,& alterum mortuum Gabr.conſ. 56.n. 15. lib. 1. Vel quã-
27 do eſſet citatus ad ſententiam † ante mortem Butr. in c.quis gu. col.2. in princ.ſub n. 7. de iudic. Mil.in verb.ſententia lata cõtra mortuũ.

Qnibus tameu non obſtantibus contrarium dixi, nam non fuit probata ſcientia iudicis de morte eius contra quem fuit lata ſententia; Vnde cum præſumatur ignorantia,ſequitur,vt ob eã non poſſit dici de huiuſmodi nullitate,cum ve-
28 rior ſit opinio,quod propter ignorantiã † valeat actus,& ſententia contra mortuum. Ita in ſpecie concludit diſtinguendo Ang. conſ. 223. pro deciſione.

Neque obſtat, quod ſententia contra mortuum
29 etiã ignoranter lata nõ valeat † vt concludit Caſtr.in l. ſi deceſſerit. qui ſatiſd.cogant.Surd. conſ.99.lib. 1. n.13.licèt non firmet allegando alios in contrarium. Vinc. de franc. deciſ.245. n. 3. lib.2.poſt Dec.in l.eius qui.§.quod ſi ſtipulatus.in primo notab ff. ſi cert. pet. Ratio quia
30 non † adeſt iudicium, cum conſiſtat ex tribus

per

Digitized by Google

perſonis iudice,actore, & reo, & hoc caſu defi-
cit vna c.forus.de verb.ſignif.Salic.in l.1.col. 2.
verſ.nec obſtat quod dolus.C.de ſatiſd.nu.3.& ſic
deeſt eſſentia iudicij Ang.conſ.334. mandatum.
in fin. Præſertim quia in iudicijs quaſi contra-
hitur; Vnde ſi deficit is, cum quo quaſi con-
trahitur ſententia eſt nulla Alberic.in l.penul.
ff. quæ ſentent.ſin. appellat. Et facit text in l.
quæſitum de re iudic. vbi propter infirmitatem
differtur iudicium inuito iudice,itaut ſententia
31 non valeat,vnde ſi inuito,† multò magis igno-
rante per regul. qui poteſt inuitus. de reg. iur.
& per tex. qui ita arguit in l. 4. §. iſtud. de fi-
deicommiſſ. libert. l. iudicium. de iudic. c. quia
cunctis.§.ex parte.de conceſ.præb. in 6.Rota de-
ciſ. 21. eod. tit. in nou. in princ.num.1.& com-
probat Iaſ.in l.non exigimus. §. ſi quis in iudi-
cio.not.5.ff.ſi quis caution.

Quia verior eſt diſtinctio præfata, quod ſi nō pro-
32 betur ſcientia mortis valeat proceſſus, † ſecus
ſi de illa conſtaret prout concludit Iaſ.in l. non
exigimus.§.ſi quis in iudicio. not. 5. in fin. ff. ſi
quis caution.Butr.in c. quia gu. col. 2. in princ.
ſub nu.7.verſ.nec obſtat ſi dicatur.de iudic. Mil.
in verb.ſententia lata contra mortuum.f. 423.
Put.deciſ.186.in fin.part. 2. vbi quod eſt verum
in prophanis, licèt ſecus in beneficialibus. Ri-
min.Iun.conſ.179.nu.30.lib.2. Becc. conſil. 110.
per totum.Guid. Pap. deciſ. 86. procurator. vbi
dicit ita ſeruari. Rebuſ.de ſentent.art.vlt. gloſ.
vnic.nu.10.tom. 3.f.434. Marant. de ordin. iu-
dicior.3. par.6.p.princip. nu. 107.Coſt.de igno-
rant.& ſcient.fact. cent.2. diſt. 74. num. 7. In
33 illis enim, † quæ expediuntur ratione publi-
ci officij præualet opinio veritati Dec.in c. poſt
ceſſionem.n.60.de probat.Iaſ.in l.barbarius.nu.
61.& 66.de offic.prætor.

Quare dicimus quod ſententia lata contra infir-
mum infirmitate graui,& magna febri laboran-
34 tem non valet ipſo iure,ſi iudex ſcit, † ſecus ſi
ignorat Bart. in l. quæſitum. de re iudic. Becc.
qui de communi conſ. 50.n.2.Rip.de peſt.in pri-
uil.iud.nu.29.Cald. de reſtit. in integr. in verb.
per quod priſtinum.nu.59.Dec.in c.2.nu.29. de
teſtib. Gabr. conſ. 50. puto. lib.1. poſt Bart. in
d. l. non exigimus. §. ſi quis in iudicio. vbi Iaſ.
in 5. not. Ideo ſolet mitti excuſator ad docen-
35 dum † de infirmitate, prout quando eſt impe-
dimentum longum Bart. in d. §. ſi quis in iudi-
cio.nu.1.verſ.aut cauſa eſt iuſta.Rim. Iun conſ.
179.nu.3.lib.2.vbi nu. 34. dicit fieri ad caute-
36 lam, † & non neceſſarium, vt quando impedi-
mentum non eſt voluntarium,& paruo tempo-
re duraturum poſt Alex.& Imol. in l.quæſitum
de re iudic. & tamen laborans infirmitate ad
mortem,habetur pro mortuo.

Item reuocatio mandati,ſi nō fuit notificata pro-
37 curatori ſtante iſta † ignorantia facit valere
iudicium Salic. in l.1.num.3. verſ. oppono quod
iudicium.C. de ſatiſd. Quamuis ſecus ſit in ma-
trimonio. c.fin. de procur. in 6. Et in alijs, de
quibus in Add.ad Salic.ibid.in verb. valet. Iaſ.
in l.eius qui in prouincia.§.quas vero,nu.1. no-
tab. 2.ſi cert. petat. Rub. Alexandr. in repet.
l.non ſolum.§.morte. nu.238. de nou. oper.nun-
ciat. Intelligendo quo ad præiudicium domini;
Nam in his,quæ concernunt eius fauorem,acta
ſunt nulla,ſi nō fuerit intimata reuocatio, quia
illa quo ad reuocantem fuit ſortita effectū;Vn-
de in eo non adeſt ignorantia, & ſic indiſtinctè
quo ad eius præiudicium præiudicabit Cardin.
in clem.vnic.num. 10.col. 4.in princ. verſ.vnde
pro pleniori notitia.ibi.& aut quæritur. oppoſ.5.
de renunciat.Felin.in c.ex parte decani.33. col.
11.in princ. verſ.fallit tertio.nu. 18. & col. 15.
nu.24.verſ.quinta regula. de reſcript. Caſtr. in
l. ſi procuratorem. de procurat. Rot. diuerſ. de-
ciſ. 410. p. 1. latè Monter. deciſ. 43.num.24.&
per tot. Vbi etiam addit ſimile proteſtationis,
quæ etiā nō intimata tenet in præiudiciū pro-
teſtantis Rot. deciſ. 11. de procurat. in antiq.
Caſſad.deciſ.2.n.14. de appellat. Maximè quan-
do reuocatio non fuit ſimplex, ſed qualificata
procedendo ad conſtitutionem aliorum procu-
ratorum cum clauſula reuocatoria, tunc enim
actus videtur perfectus,cum in ſimplici reuoca-
tione tanquam ſine effectu potius arguatur no-
luiſſe dominum perſiſtere in ea voluntate prop-
ter intimationem non factam Idem Monter. d.
deciſ.43.in fin.nu.42.vſq; ad nu.44.

Et faciunt quæ dicuntur de exigente cum manda-
to reuocato,vel poſt mortem mandantis,vt tūc
38 ſolutio ſit nulla, † cum adeſt ſcientia reuoca-
tionis,vel obitus l.eius qui.ff. ſi cert.petat. cum
diſtinctionibus de quibus per Bald.in l.manda-
tum et 5.col.fin.C.mandat.

Idem in procuratore conſtituto ad vendendū, qui
contrahendo poſt reuocationem mandati, quā
ignorat obligat dominum, licèt non transferat
39 dominium,†quod nō poteſt transferri ſine vo-
luntate domini Salic. in l.mandatum. C. man-
dat.Bald.in l.1.in fin.princ. de contrah. emptio.
Felin.in c. ex parte decani.nu.14.de reſcript.vbi
40 quod tenetur dominus ad † intereſſe emptoris
& ementi competit publiciana ex d. contractu
Bertazol. clauſ. 5.gloſ.1.nu.3.Ideo datur cau-
tela, vt intimetur reuocatio tam procuratori,
41 quàm perſonæ cum qua † eſt contrahendum,
ſi eſt certa, alias fiet generalis notificatio per
proclamata publica Felin.ibid.n.23.

Simile eſt in procuratore vendente poſt mortem
domini, quam ignorauit, tàm ipſe, quàm emp-
42 tor,†quia valet vēditio.Quod eſt propter æqui-
tatem,ob quam durat actio mādati, ne procu-
rator remaneat in damno §.recte. inſtit. man-
dat. Fabian. de empt. & vendit. q.3.col. 7. poſt
Io. Andr. ad Specul. eod. tit. §. 1.verſ. quod ſi
res.in verb.quid ſi dominus.Bertaz.clauſ.5. gloſ.
1.nu.4. vbi etiam quod valeret, quamuis pro-
curator ignoraret, & emptor ſciret mortem do
mini,licet hæredes poſſent illum doli exceptio-
ne ſubmouere.

Prout quoq; valent geſta per iudicem reuocatum
43 ante ſcientiam reuocationis † Bald. in l.man-
datum.15.col.pen. n. 17. vers. & nota quod.C.
mand.Felin.in c.ceterum.col.8. in fin. vers. va-

let proceſſus de reſcrip. Gemin. conſ. 47. & dicam infr.cap.124.& eſt deciſio Rot.per R. P. D. Oran, Secutin. Beneficiorum die 14. Iunij. 1592. cũ enim nullus ſit qui adminiſtret, hoc permittitur, ne ſine rectore prouincia remaneat. Quod etiam voluit Dec.conſ.294.in cauſa iſtorũ.col.2 nu.5.verſ.ſecundo reſpondetur. quod conſilium fuiſſe eanonizatum per Rotam teſtatur Lancell. de attent.p.2.c.10.de attent.poſt auoc.cauſ.n.23. tom.5.f.344.Pariſ.conſ.40.nu.6.lib.4.

Ita vt non ſufficiat † partes ſcire, cum debeat eſſe notum iudici Bart.in l.multum.circa fin.de cõdit.& demonſtr.Roman.in l.2.ſi quis in ius vocat. cum alijs per Dec.d.conſ. 294. col. 2. in fin. vbi quod poteſt eſſe notorium alijs, & non iudici.c.de manifeſta in fin. 2. q. 1. Dummodo tamen in commiſsione auocatoria iuriſdictionis non adeſſet decretum irritans, aut clauſula mo-
45 tu proprio, tunc † enim eſſet proceſſus nullus, quamuis iudex neſciret auocatam ſibi iuriſdictionem, cum illud decretum liget etiam ignorantes Mandoſ.qui de magis communi form. 6. commiſ.in fin.

Quemadmodum etiam valet reſignatio recepta
46 per Vicarium poſt reuocationem† expreſsè factam, ſi illam ignorat Boer.deciſ.347.n.12. vſq; ad nu.27.Put.deciſ.370.lib.2. Roman. ſing. 58. fuit quæſtio Romæ. Rebuſ. in praxi beneſic. de ſimon.in reſignat. n. 34. Dummodo reuocatio non eſſet facta per delictum, quia ignorantia,
47 tunc † non prodeſſet, ſed ſtatim expiraſſet poteſtas ipſo iure Couar.pract.quæſt.c.9.nu. 7. in fin.verſ igitur ex prædictis. cum alijs de quibus infra. cap.124.

Adde idem ſi poſt renunciationem, aut tranſlatio-
48 nem Epiſeopi Vicarius habens facultatem† recipiat reſignationem, quia valet ſi hoc non peruenit ad eius notitiam Peregr.& alij per Pariſ. de reſignat.q.24.lib.7.nu.38.& 40.vbi de communi. Quicquid cõtrarium ſequatur Calderin. conſil.ult.de re iud.de quo per Rot.diuerſ. deciſ. 31.p.3.lib.1. vbi quod nihil fuit reſolutum ob d.conſilium: Sed quod contra Calder. ſit verior opinio eſt deciſ.Rot.per R.P.D. Oran. Seguntin. beneficiorum.die 1.iunij.1592.

Itaut in dubio prçſumatur ignorantia reuocatio-
49 nis † §.quod autem. inſtit.de legat.l. uerius. de probat.Gabr.de regul.iur.concluſ.5.

Quæ procedunt quamuis vicarius potuerit ſcire
50 licèt † neſcinerit Put.deciſ.370.lib. 2. Pariſ. de reſignat.q.24.nu.37.lib.7.

Idẽ eſt ſi Vicarius poſt obitum Epiſcopi recipiat reſignationem, & alios actus faciat, quamuis Epiſcopus eſſet mortuus ante illius receptio-
51 nem, ſi obitum † illius ignorauit Rot. deciſ. 1. n.4.de offic.uicar.in nou.Calder.conſ.4. de offic. legat.Lancellot.par.2.c. 10. de attent. poſt auoc. cauſ.n. 23.& 24. vbi quod ita fuit concluſum in Rota, Quidquid dicat Mohed.deciſ. 215. in fin.vbi voluit, quod in hac reuocatione, quæ fit per mortem ſtatim officium Vicarij expirat, itaut non opus ſit ſcientia glos. in c. unico. de renunciat.c.fin.de procurat. Cum verior ſit opinio prædicta vt per Lancellot.ibid.Paris.d.q.24. n.33.uſq; ad n.36.Gonzal.reg.8.cancell.gloſ.15 §.2.in fin.nu.91.& in probem.§.5.nu.103. vbi etiam nu.95.uſq; ad n.124.latè concludit valere collationem factã per Epiſcopum de beneficio, cuius vacatio contigit Sede Apoſtolica
52 vacante, † quod erat reſeruatum, ſi nõ vacaret ſedes, quamuis de morte Papæ notitiam non habuerit Idem Gonzal.gloſ.65.in fin.nu. 20.& 21.uerſ.ac conſequenter. poſt Rot. deciſ. 36.nota quod ubi executor.de praben.in antiq. quam dicit auream deciſionem Felin.in c.ſciscitatus 13. col.8.in princ.uerſ.oportet notum eſſe.nu. 12. de reſcript. quaſi in beneficialibus opinio ſemper cedat veritati Idem Felin.in c.ſi uero.4. in fin. uerſ.& uide quod ſcribit. de ſent. excommunic. Lap.alleg.89.nu.9.& 13. quam etiam celeberrimam dicit Mandoſ.reg.24.q. 5. n. 4. ſubdens maximè procedere, quando reputatio præcedit actum de cuius validitate diſputatur Bald. in l.barbarius in 1.lectur.col.6.ad med. uerſ. & nota quod fama.n.11.de offic. prætor.

Ita etiam ſententia lata infra nouem dies luctus
53 defuncti eſt nulla, quamuis non fuerit† oppoſitum de tempore luctus §.sancimus.col.ſi. auth. ut cum de appellat.cognor. auth.ſed neque. C.de ſepulcr. uiolat. ſecus ſtante ignorantia iudicis cum debeat conſtare de ſcientia illius Rimin. Iun.conſ.179.n.27.29.& 30.lib.2. Et de creditore vacante hæredes debitoris infra dies lu-
54 ctus, † quod faciat omnia nulliter Menoch. de arbitr.caſ. 387. nu.22. Itaut cautiones præſtitæ iſto medio tempore per hæredes, vt ſe liberent
55 à dictis† moleſtijs creditorum ſint nullæ, & interpellatio debitoris non valeat Rip. de remed. præſeruat.contra peſt.num. 104. Et de vexante
56 debitorem moribundum, vel ſuos,† qui ius ſuũ amittit, & tantundem vexatis reſtituit Idem Menoch.d.caſ.387.nu.18.& 21.quod eſt notandum pro debitoribus infirmis vexatis tempore infirmitatis, in qua mortis periculum vigeat Farinacc.q.20.de delict.& pœn.n.141.

Et quod debitor non conſtituatur in mora, neq; teneatur ad æſtimationem quanti plurimi, ſi fuerit interpellatus tempore, quo durant nouẽ dies luctus, vel defunctum funeratur, ſeu ducit vxorem voluit Bart. in l. non ſolum. §. morte. nu.59.de nou.oper.nunciat. Rip. de peſt. p. ult. nu.93.& in c.cum m.ferrarienſis. de conſtitut. per tex.in §.sancimus. auth. ut cum de appellat. cognoscit Franciſc. Munnoz.de ratiocin. adminiſtrat.c.17.n.36. Intelligendo vt perdatur debitum, quando illi qui curant funus, aut faciũt exequias ſunt agnati, cum alij extranei poſsint extra exequias cõueniri, ſcilicet poſtridie exequiarum, ſeu die ſequenti Alber.in l.2.de in ius uocand.Rebuff.in l.ſi cuis ex empto.12.uerſ. octauo creditores.ff.de uerb. ſignificat. Niſi exequiæ fierent pro excommunicato, quia tunc facientes ſunt excõmunicati gloſ.in c.ad hac.in uerb. ſepelierint.de priuileg.Rebuff.ibid. Subdens iſta non ſeruari de conſuetudine in Regno Franciç, quo ad pœnam amiſſionis debiti, cum ſolum

actor

actor condemnetur in expenſis, & aliquando ad mulctam pro qualitate facti, & protrahantur dies citationis.

Accedit illud de abſentia vnius ex litigatoribus,
57 quam ſi Iudex ignorat, ſententia † non dicitur
nulla *Bald. in l. ea qua. C. quomod. & quand. iud. Bart. in l. 2. §. 1. nu. 3. de cuſtod. reor. & in extrauag. ad reprimendum. in verb. neglexerit.* & tamen mortuus & abſens æquiparantur *Innoc. in c. ad abolendū. de hæretic. Bart. & Bald. in l. eque. C. de tēpor. in integr. reſtit. pet. Card. in clem. 1. q. 18. in fin. de offic. vic. & conſ. 34. nu. 3. Abb. in c. præſentata. in 2. not. de teſtib. Io. Andr. in c. ſi contra vnum. in gloſ. 3. verſ. ego autem. de offic. deleg. in 6. Franc. in c. ſi delegatus. 7. in princ. eod. titul. in 6.* vbi quod verbū abſens verificatur in abſentia tēporali, & perpetua per mortem naturalem.

Et idem eſt in alijs impedimentis, quotū ignorā-
58 tia facit vt ſentētia per iudicem lata † valeat,
quæ alias ſtante ſcientia non valeret *Aub. in c. querelam. col. 1. ad med. verſ. ſed tu breuiter. de procurator. n. 4. & col. vlt. ad fin. n. 10. Caldeſ. de reſtit. in integr. in verb. per quod priſtinum. n. 46.* vbi quod fit extenſio ab impedimento in-
59 firmitatis † ad omnia alia impedimenta, ita vt
ſententia lata contra infirmum per Iudicem ſcientem, quemadmodum eſt ipſo iure nulla, nec reſtitutio eſt neceſſaria: ita in alijs impedimentis ex identitate rationis *Afflict. deciſ. 182. Guid. Pap. q. 256.*

Neque obſtat non deberi attendi ſcientiam, aut ignorantiam Iudicis, quando actus annullatur à lege, prout de iudicio agitato contra pupil-
60 lum, aut minorem † indefenſum, quo caſu ſim-
pliciter actus eſt nullus, ſiue Iudex ſciuerit, ſiue ignorauerit *l. eum & minores. C. ſi aduerſ. rem iudic.* Et idem eſt quando annullatur actus ex facto litigantium, ſi videlicet non interueniant
61 mandatum, citatio, † & ſimilia ſpectantia ad
eos *l. de vnoquoque. de re iudic.* eum ſufficiat citationem, aut mandatum non extare nō conſiderata ignorantia, aut ſcientia Iudicis, prout etiam *in furioſo*, contra quem non valet proceſſus, quamuis ignoretur furor *Gabr. conſ. 50. lib. 1.*

Quia aliud eſt in nullitate proueniente ex defectu Iudicis, & modo pronunciandi, tunc enim magis admittitur ſcientia, & ignorantia ex ſuperius allegatis.

E P I T O M E.

Promittens aliquid ſoluere ſingulis annis cum iuramento ſi deficiat in vno termino quando poſſit conueniri pro tota ſumma totius temporis. Pœna l. ſi qua maior C. de crantact. in quibus caſibus habeat locum, & an ſeruetur de conſuetudine. Propter iuramentum in locatione an ſufficiat defectus vnius termini vt conductor poſſit expelli.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans aliquid ſoluere ſingulis annis deficiens in vno termino poteſt conueniri pro tota ſumma totius temporis; Maximè ſi tota ſumma prius debita fuit ex benignitate reducta, vt ſoluatur ſingulis annis aliqua pars. n. 4.*

2 *Pœna l. ſi quis maior. C. de tranſact. habet locū tàm in reo, quàm actore, & in quolibet contractu iurato. num. 3.*

5 *Non dicitur ſcriptum pro eo, qui facit contra reſcriptum.*

6 *Emphyteuta iurans ſoluere canonem cadit in totum à contractu non expectato biennio.*

7 *Propter iuramentum ſoluendi penſionem ſufficit defectus vnius termini, vt conductor poſſit expelli. Amplia etiam auctoritate propria. n. 8. Contrarium n. 9. & 10.*

11 *Conductor poteſt expelli, etiam ſi in minimo deficiat tam à locante, quàm ab eius ſucceſſore.*

12 *Relocatio non cenſetur facta ſi conductor deficiat in ſoluendo penſionem.*

13 *Dolus requiritur vt ſit locus pœnæ. l. ſi quis maior. C. de tranſact.*

14 *Proteſtatio eſt facienda de impedimento vt excuſet. Contrarium ſeruatur de æquitate. num. 15. & 16.*

17 *Infirmitas fratrum & filiorum ſufficit ad excuſandum de dolo, vt quis non incurrat pœnam. l. ſi quis maior. C. de tranſact.*

18 *Infirmitatis appellatione venit magna, in quo ſtatur arbitrio medicorum. n. 19.*

20 *Infirmitas excuſat à mora, quamuis præceſſerit culpa impediti. & n. 21.*

22 *Infirmitatis impedimentum extenditur ad alia ſimilia.*

23 *Pœna l. ſi quis maior. C. de tranſact. non ſeruatur in praxi. Contrarium n. 24.*

25 *Conductor non ſoluens expellitur quamuis non iurauerit. Intellige vt n. 26. & 27.*

C A P V T XIX.

PRomittens medio iuramento ſoluere aliquā pecuniæ quantitatem, ſeu quid ſimile ſingulis annis, ſi deficiat in vno termino, videbatur
1 verius eſſe, † quod poſſit conueniri pro ſum-
ma totius temporis, Ratio quia incidit in periurium, & cecidit ab omni commodo contractus ſecundum diſpoſitionem *l. ſi quis maior C. de tranſact.* prout in ſpecie concludit *Rum. conſil. 172. in princ. lib.* 4. vbi quod illa pœ-
arbitrium boni uiri illud mutat in liberam
poteſtatem, & impedit appellationem, n.15.
16 *Dictio prout uiſum fuerit importat arbitrium*
boni uiri, ſecus dictio quantum, & quidquid
uiſum fuerit, & de ratione, n.17.
18 *Verba quidquid placuerit æquipollent clauſu-*
læ quibus dederit, itaut in materia emphyteu-
ſis comprehendantur extranei.& n.20.& 21.
Intellige, *ut n.19.*
23 *Liberum dicitur quod caret omni impedimēto.*
24 *Qui poteſt ex pacto diſponere dicitur diſpoſuiſſe*
decedendo ſine teſtamento.
27 *Diſpoſitio collata in alterius uoluntatem non*
eſt ualida.Intellige ut n. 28.29. & 30.

C A P V T X X I I I.

Licentia de qua agebatur in dubio mihi pro
poſito data à teſtatore diſponendi alte, &
baſſe quantum placebit, Verius eſt quod com-
prehendat liberam & abſolutam voluntatem,
1 & non † arbitrium boni viri ſecundum opinio-
nem

Digitized by Google

nem Hoſtienſ. in c. fin. col. pen. verſ. porro. de
maioritate & obed. quem ſequutur ibi Abb. Butr.
Card. & alij, & multum notandum dicit ibidẽ
Felin. col. 1. in princ. verſ. dum tangitur. nu. 4.
Card. Lancellot. Roman. 20. mill. 20. Iunij. 1580.
quae eſt deciſ. 640 diuerſ. par. 1. Ratio quia ſu-
mus in vna qualitate adiecta verbo importan-
2 te † arbitrium boni viri, vnde hęc vniuerſalitas
debet qualificare id, quod ſui natura importa-
bat arbitrium, itaut ſignificet voluntatem, cum
3 qualitas adiecta verbo illud qualificet, † & re-
portet in diuerſa ſpecie Surd. conſ. 34. nu. 43.
Bart. in ſpecie in extrauag. ad reprimendum.
in verb. videbitur. Corn. conſ. 156. col. 3. lib. 2.
Doctor. in l. ſi ſic. de leg. 1.
Non obſtat quod per verbum placebit, inducatur
4 arbitrium † boni viri l. tbais. §. ſorore. de fi-
deicommiſſ. liberat. Bart. in l. ſi quis arbitra-
tu. num. 2. ff. de verborum obligationibus. Vn-
de dicta verba, alte, & baſſo, reſtringi debẽt ſe-
5 cundum ſignificationem † verbi placuerit, vt
concludit Abb. in c. quintauallis. nu. 32. in fin.
col. 17. verſ. venio ad ſecundum: ibi, ſed in caſu
noſtro ſcienter & appenſatè. de iur. iur. Me-
noch. de arbitrar. lib. 1. q. 7. nu. 41. Rot. diuerſ.
deciſ. 640. n. 22. col. penul. verſ. accedit qa prior
6 illa diſpoſitio. p. 1. vbi ex hoc concludit, quod † ſi
poſt verba, alte, & baſſe, fuerint poſita verba,
ben prego &c. reſtringitur prima illa facultas,
itaut cenſeatur inductum fideicommiſſum,
7 prout † eſt de natura verbi rogo l. 2. in princ.
C. commun. de legat. l. fideicommiſſa. & l. poſtu-
lante. 44. §. ſed in huiuſmodi. & l. titius. 54. vbi
Bart. ad trebel. Soccin. cõſ. 123. n. 3. lib. 3. Ruin.
conſ. 111 n. 9 & conſ. 153. in fin. lib. 2.
Maxime in actibus vltimę volũtatis, in quibus ver
8 bum placuerit deſignat arbitriũ boni viri, † ſe-
cus in contractibus, nam tunc denotat verã, &
liberam voluntatẽ Beeo qui ità diſtinguit cõſ.
88. n. 48. vbi allegat Ant. de Prat. vet. conſ. 49.
num. 10. inter conſ. feud. diuerſ.
Quia ommiſſo quod de dicta opinione Abb. dubi-
9 tat † Corn. & contrariũ ſequitur conſ. 221. col.
fin. verſ. nec refragatur. lib. 2. Soccin. in l. cum
quid nu. 2. ſi cert. pet. & ibi Bolognin num. 21.
Reſpondetur, quod quando verbum plenum, &
liberum adijcitur verbo importanti arbitrium
10 boni viri † tunc importat liberum arbitrium
non reſtrictum ad bonum virum, quia verbum
liberum trahit ad ſe illud arbitrium boni viri,
cum ſit proprium verbi, libere, ſignificare libe-
11 ram voluntatẽ, † prout verbum, volo, Iaſ. in §.
bonae fidei. n. 18. inſt. de action. col. 4. in princ.
verſ. quid autem de verbo poteſtatis. Menoch. d.
q. 7. n. 16. licèt ipſe contrariũ defendat Bart.
in l. olio. n. 9. & 10. de alim. & cib. legat.
Praeterea Abb. loquitur quando dictum eſt vt ſibi
placebit ſecus quantum ſibi placebit, aut quic-
12 quid placebit, † haec enim æquipollet dictioni
omnis. l. ſi ita ſtipulatus à ſeio. de fideiuſſor. Grat.
conſ. 13. nu. 34. lib. 1. Rebuſ. in l. vnic. C. de ſent.
quae pro eo quod inter. in gloſ. in verb. quantita-
13 te n. 4. vbi dictio quantum, refertur † ad nume-
rum l. ſi ita legatum de leg. 1. licet quandoque
referatur ad magnitudinem, & menſuram Re-
buſ. ibidem, & dictio quicquid, habet tantam
vim, vt quamuis ſit appoſitum verbis impor-
14 tantibus † arbitrium boni viri, illud mutet in
liberam poteſtatem Bald. de pace conſtãt. §. no-
mine. in fin. n. 2. Ruin conſ. 133. n. 3. lib. 2. &
conſ. 222. num. 10. lib. 1. Bero. conſ. 88. n. 47. Soc-
cin. Iun. conſ. 102. nu. 32. lib. 2. Pariſ. conſ. 71.
n. 18. lib. 3. late Surd. conſ. 380. n. 37. lib. 3. vbi
15 ſubdit ex iſtis verbis † impediri appellationem
Innoc. in c. fin. de ferij. Bald. in l. 2. in princ.
verſ. tertio quod hic non fuit. C. quomod. &
quand. iud.
Et aliud eſt, quando dicitur prout viſum fuerit ſi-
16 cut loquitur Abb. aliud verò ſi dicatur † quan-
tũ, vel quicquid viſum fuerit, cum in primo ca-
ſu dicta verba importent arbitrium, quod non
eſt in ſecundo, quia extenduntur ad liberã vo-
17 luntatem. Ratio quia † propter ſuam genera-
litatem excedunt arbitrium praedictum, vt in
ſpecie notat Surd. d. conſ. 380. n. 37. verſ. aliud
enim eſt, vſq; ad n. 41. & eſt deciſio Rot. per Car-
din. Lancellot. Roman. domus S. Euſtochij 17.
Februarij. 1581. vbi quod quando cum verbo
placuerit adeſt dictio vniuerſalis, quicquid, ſi-
gnificatur libera voluntas, non arbitrium boni
viri; ſubdens per iſta verba tanquam æquipol-
18 lentia clauſulae † quibus dederit in materia em
phiteuſis cõprehendi etiã extraneos Dec. conſ.
170. in cauſa venerabilium. col. 1. verſ. ſed diffi-
cultas. n. 2. Pariſ. conſ. 71. nu. 44. lib. 3. Surd.
conſ. 551. n. 2. 8. & 18. vbi quod iſta clauſula,
quibus dederit facit emphyteuſim, & feuda hæ
reditaria alienabilia, & tranſitoria ad extra-
neos, etiam fœminas, & de clauſula quicquid,
videbitur Soccin. conſil. 266. col. 19. in princ.
nu. 38. verſ. ſed in caſu noſtro fuit data. lib. 2.
Oſaſc. deciſ. 164 num. 1.
Quando praeſertim eſt poſita d. clauſula in diſ-
19 poſitiuis, & in caſu in quo ſunt † ſeruatae ſolẽ-
nitates. Soccin. ibid. quicquid dixerit Ruin.
conſ. 99. n. 11. lib. 4. quia eſt verior opinio con-
20 tra eum ſtante dictione † quicquid, tanquam
vniuerſali Cardin. Lancellot. in d. cauſa Roma-
na domus. Roland. conſ. 34. n. 87. lib. 4. Non ob-
ſtante quod verba generalia debeant intelligi
iuxta naturam actus, ſcilicet requiſito domino
directo ſecundum Speculat. de locat. §. nunc ali-
21 quid. n. 94 Quia illius opinio † non approba-
tur Caſſad. deciſ. 3. in fin. n. 9. eod. tit. de locat.
Lancellot. ibidem.
Accedat quod Abb. debet intelligi ſecundum ſub-
iectam materiã in compromiſſis, in quibus agi
tur de praeiudicio partium litigantium, vt mi-
22 nus † eis praeiudicetur, ſecus in actibus priuato
rum, in quibus tractatur de praeiudicio agen-
tis tantum.
Quod magis erat in caſu, de quo agebamus, quia
aderant verba, quod poſſit libere diſponere,
23 & liberũ dicitur, † quod caret omni impedimẽ
to, & contradictione, itaut nulli ſubiaceat ne-
ceſſitati; vnde ſi requireretur arbitriũ boni viri

viri non eſſet libera diſpoſitio *Bal. in c. quæ*
in eccleſiarum. col. 1. n. 4. vbi Dec. *col. 1. num 3.*
de conſtit. Surd. *deciſ. 272. n. 14. & conſ. 143.*
n. 23. vbi ex his latè concludit, quod qui po-
24 teſt † ex pacto diſponere poterit dici diſpoſuiſ-
ſe decedendo ſine teſtamento.

Item facit in caſu noſtro verbum pro libito volū-
tatis, quod non importat arbritium boni viri,
25 ſed ab ſolutam † voluntatem, & nullis legibus
regulatam *Bart. & Alex. in l. ſi ſic. de leg. 1. &*
ibi Iaſ. in princ. n. 24. Menoch. lib. 1. q. 7. n. 32.
de præſump. Felin. *in c. 1. n. 51. de conſtit. verſ.*
& de his verbis. col. 15. in fin. Abb. *in c. 2. in 3.*
not. de ſequeſtr. poſſeſſ. Soccin. conſ. 123. n. 1. in
fin. verſ. ſecundo quod poſſit. vol. 3. vbi de fa-
26 cultate † vtendi, prout voluerit, quæ non im-
portat arbitrium boni viri Gabr. *conſ. 143. in*
fin. lib. 1.

Non obſtat nullitas prætenſa de huiuſmodi diſpo-
27 ſitione, tanquam collata in alterius † volunta-
tem, quod eſt prohibitum. Quaſi non poſ-
ſit vnicus actus eſſe morientis & viuentis *l. illa*
inſtitutio. de hæred. inſtit. Bald. *in l. 1. n. 6. col.*
fin. in princ. verſ. iuxta hoc quæro. C. *de ſacroſ.*
eccleſ. Ang. *conſ. 201. n. 2. Iaſ. in l. 2. in 2. not. de*
vulg. Gail. *obſeruat. 117. n. 1. lib. 2.*

Quia prædicta procedunt, quando tractatur de ar
28 bitrio, ſeu voluntate diſpoſitiua, † tunc enim,
ſiue adſint verba importantia arbitrium boni
viri, ſiue liberam, & abſolutam voluntatē ſem-
per in vtroq; caſu diſpoſitio eſt nulla. Ratio,
quia teſtator debet diſponere ſecundum ſuam,
non alienam voluntatem, cum non poſsit per
alium, quod ſibi ſolum per legem conceditur,
ſecus autem vbi agitur, prout in caſu noſtro,
de arbitrio diſtributiuo, electiuo, & declarati-
29 uo, † tunc enim non ſumus in ſubſtantia diſpo-
ſitionis, & facti, aut in facultate diſponendi, &
in facto ipſo, ſed in diſtributione, vel declara-
tione rei iam perfectæ, quæ poteſt in alterius
voluntatem conferri, tanquam actus iam fue-
rit perfectus in materia, & in forma, prout in
ſpecie diſtinguit Dec. *conſ. 494. n. 3. Ruin. conſ.*
21. n. 6. lib. 2. poſt gloſ. & Bart. *in l. illa inſti-*
tutio. de hæred. inſtit. Peregr. de fideicom. art.
33. n. 52. & clarius Surd. *conſ. 380. n. 43. vſque*
ad 46. lib. 3. poſt Bald. *in l. executorem. num. 4.*
C. *de execut. rei iudic.* & cum in caſu noſtro di-
ſpoſitio, ſeu declaratio verſetur circa acciden-
30 talia, † ſeu circunſtantias facti principalis eſt
vera declaratio, tanquam non reſpiciens ſubſtā-
tiam actus, quia tunc eſſet noua diſpoſitio, &
non admitteretur Anan. *conſ. 84. n. 1. verſ. præ-*
terea licet communiter. Becc. conſ. 3. nu. 44. Rol.
conſ. 15. n. 27. lib. 3. Ideo potuit ſecundum libe-
ram voluntatem fieri declaratio, non iuxta ar-
bitrium boni viri, prout verius eſſe dixi ex ſu-
pra allegatis.

EPITOME.

Poſſeſſor rei cenſuatæ, quando poſsit conueniri
actione perſonali directa, & via executiua ad
canonis, ſeu cenſus ſolutionem. Aſſertio ven-
ditoris, quod res eſt cenſuata an probet cen-
ſum: & quid quando dixit rem eſſe liberam, an
tunc excuſetur emptor à caducitate ſi non ſol-
uit canonem cum non eſſet libera.

SVMAMRIVM.

1 *Poſſeſſor rei cenſuatæ non conuenitur actione directa ad ſolutionem canonis, ſeu cenſus, ſed auocatur poſſeſſio per hypothecariam, quo caſu non datur retentio poſsidenti, niſi ſoluat. n. 2. Intellige vt n. 5. 10. 12. 13. & 20.*

3 *Actio perſonalis non ſequitur fundum, nec fundi poſſeſſorem.*

4 *Clauſula ius & iuſtitiam, & omni meliori modo non trahuntur ad remedium diuerſum.*

6 *Actio perſonalis quando competat pro penſione, etiam contra tertium, & agatur via executiua. n. 7. & 8.*

9 *Debitor poteſt cogi ad faciendum inſtrumentum guarantigiæ.*

11 *Præſens, & tacens ſibi præiudicat, quando vltra taciturnitatem concurrit aliquis actus poſitiuus.*

14 *Venditor aſſerens rem cenſualem non probat in præiudicium tertij niſi fuerit probata ſolutio cenſus facta per vendentem.*

15 *Dominia non acquiruntur nudis conuentionibus, ſed legitimis modis.*

16 *Vendens non poteſt facere rem eſſe liberam, quamuis talem aſſerat.*

17 *Aſſertio venditoris quod res eſt libera cauſat in emente bonam fidem, itaut non poſſit dici cecidiſſe in commiſſum, ſi non petierit inueſtituram, aut dominum non recognouerit.*

18 *Præſumitur pro libertate non pro ſeruitute.*

19 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta, & ſummariſſime ſignificant manum regiam.*

CAPVT XXIIII.

Poſſeſſor rei cēſuatæ fuit cōuentus per Mo-
naſterium Sancti Auguſtini perſonali actio
1 ne directa † ad canonis, ſeu cenſus ſolutionem,
quę actio videbatur non competere. Nam quā-
do res obligata alienatur, ſecundus emptor, vel
donatarius non ſe obligauit domino ad pen-
ſionem; dominium enim vtile tranſiuit in eum
propter voluntatem domini, non autem obli-
gatio perſonalis ad penſionem: Ideo debet
2 auocari poſſeſsio per hypothecariā, † & ſi poſ-
ſidens tunc voluerit ipſam rem retinere, non
audietur niſi canonem offerat, & ſoluat: Iſtam
practicam docet *glo. in l. ſi vſuſfructus nomine.*
7. in verb. cōdici poterit, ff. vſufr. quemad. cauc.
Specul. de locat. §. nunc vero aliqua. verſ. 127.
Caſtr. in l. in venditione. 42. in fin. de action.
emp. & in l. imperatores. 7. in princ. de public.
& vectigal. Afflict. deciſ. 95. n. 3. Iaſ. in l. 2. nu.
150. C. de iur. emph.

Prout regulare eſt, vt actio perſonalis non ſequa-
3 tur fundum, neq; fundi † poſſeſſorem *l. 1. §. ſi*
hæres.

Digitized by Google

heres.ad trebel.Guid.Pap.q.576.in princ.Vrſil.
*ad Aſſiſt. deciſ.285.n.7.*Rom.*conſil.488.hæc ſe*
queſtratio in fi.Foller.in prax. cenſuar.in verb.
huiuſmodi cenſus n.97.Aim.conſil.217.num.4.
verſic.ſecundo modo .
Ex quibus dicebat emptor ſe debere abſolui, tan-
quam fuerit contra eũ certa actio intẽtata,quæ
cum non competat,non debet trahi ad reme-
4 dium diuerſum,† ſed ſequi abſolutio, quamuis
adeſſent clauſulæ ius,& iuſtitiam , omni melio-
ri modo,& ſimiles *Surd.conſil.273.n.24.& 28.*
Contrariũ tamen dixi . Nam ex inſtrumento vẽ-
ditionis conſtat, quod venditor declarauit rem
venditam eſſe obligatam d.Monaſterio pro an-
nua quantitate,de qua in actis,& emptor iſtam
acceptauit cum huiuſmodi onere, quo caſu vi-
5 deatur ſe in conſequentiam obligaſſe † ad illius
oneris ſolutionẽ,& nõ contradicendo,aſſenſum
præſtaſſe ; maximè fauore Eccleſiæ , quidquid
ſit in alijs,quorũ reſpectu taciturnitas non ha-
betur pro cõſenſu, ita in ſpecie concludit Rom;
conſil.311.n.3.col.1.in fi.Guid.Pap.q.576.nu.2
verſi.collige.Aff.deciſio.95.n.6. Caputaq.deciſ.
302.lib.2. vbi loquitur de penſione, quod com-
petat pro ea actio perſonalis , quia beneficia-
tus acceptans beneficium grauatũ penſione ui
6 detur quaſi† contrahere,& ſe obligare ad one-
ra,cum etiam ex quaſi contractu oriatur actio
perſonalis *§.omnium.instit. de action.Gig. de*
penſ.q.51.Rom.conſil.388.n.8.col.vlt verſic. &
7. *quia ſufficiunt* . Itaut etiam tertius † poſſeſſor
cogatur recognoſcere ſub guarantigia . Nam
recognitio interponitur ad effectũ,vt poſſit cõ-
petere ius executionis contra ipſum recogno-
ſcentem,quaſi hæc ſit mentio contrahentium,
ſeu potius natura actus,quæ eſt ſeruanda. Ideo
tertius poſſeſſor iure debet cogi ſub dicta gua-
rantigia.Nam alias inſtrumentum recognitio-
8 nis † non haberet paratam executionem,prout
in ſpecie concludit *Felician.de cenſib.lib.6.c.6.*
& vlt.in fin.n.8. Exemplo debitoris, qui etiã
cogi poteſt facere inſtrumentum ſub guaranti-
9 gia † ſecundũ opinionem *Galleſ.ad formul.ob-*
lig.cam.p.3.q.3.n.3.Bened.de Barz. de guaran-
tig.p.1.q.5. contra *Ang. in l. ſi pupillus. de no-*
uat.Bar.& Alex.in l.ſi finita. §.eleganter. de
damn. infect.
Immo idem eſſet in alijs etiam non priuilegiatis ,
10 quia quilibet emptor ſciens rem eſſe † grauatã
aliquo onere per declarationem factam à ven-
ditore , non contradicendo dictæ declarationi
ſibi præiudicat , & illi videtur acquieſcere ,
Maximè quando vltra taciturnitatem concur-
rit aliquis actus poſitiuus , puta promiſſio de
releuando indemnẽ venditorem à futuro dam-
11 no,emptio,ſolutio,vel quid ſimile,tunc † enim
præſens, & tacens ſibi præiudicat *Bald. in l.*
ſi abſenti.col.2.C.ſi cert.pet.Natt. conſil.131.n.
4. lib. 1. Et ita in terminis concludit *Surd. de-*
ciſ.32.num.10.vſq. ad n.14. vbi generaliter di-
12 cit † iſtud verum eſſe nulla habita diſtinctione
inter Eccleſiam , pupillum , rempublicam, aut
alios priuatos, cum in omnibus militet eadem
ratio, quod videantur ſe obligaſſe,& quaſi con-
traxiſſe per d. approbationem. Prout etiam vo-
luit *Foller.in prax.cenſ.in verb tanquam res iu-*
dicatas,n. 30. ubi dat rationem, quia ſtante il-
13 lo onere cenſus † minus pretij ſoluitur pro re
empta, cuius rei occaſione licèt debeatur cen-
ſus , tamen acceptando cum onere videtur eſſe
præſtatio perſonalis ratione rei *ad notat. per*
Alberic.in l fin.§.vlt.de contrahen. empt..
Quæ magis procedũt in caſu de quo agimus,quia
vltra aſſertionem factam per venditorem,quod
res eſt oneri ſubiecta, concurrit probatio per
Monaſterii ex productione inſtrumenti, in quo
apparet alias fuiſſe ſolutum per venditorem
huiuſmodi canonem,ſeu cẽſum,quo caſu rectè
14 probatur † res cẽſualis non ſolum in præiudi-
ciũ venditoris,ſed etiam quorũcunq ſucceſſorũ
cum alias nõ ſufficeret ſola aſſertio venditoris
Guid.Pap.q.24 Foller. in prax.cenſ.in verb.hu-
iuſmodi cenſus ſuper rebus.n. 98. poſt Specul.de
emphit.§.nunc aliqua.verſic.74.Maſq. concluſ.
280.n.2.& 3. vbi ita intelligit *Aim.conſil.217.*
n. 4. prout etiam voluit *Bened. in c.rainutius.*
in verb.vxorem.n.444.deciſion.5.de teſtam. Ra-
15 tio quia dominia † non acquiruntur nudis
conuentionibus,ſed legitimis modis *l.traditio-*
nibus.C.de pact.
Prout è cõuerſo quamuis vendens aſſereret rem
venditam eſſe liberam, nõ tamen poteſt facere
16 rem † eſſe talẽ ſi non eſt *Bald.in l.a.C.ſin.cenſ.*
vel reliq. Caſtr. in l. inter debitorem.ff.de pact.
Berta.clauſ.21.gloſ.28.in princ. Licèt huiuſmo-
di aſſertio facta per venditorem emptori,quod
17 res vẽdita erat libera illi prodeſſet,† & cauſa-
ret bonã fidem,ita vt non petendo inueſtituram
nec recognoſcẽdo cenſum,neq. illũ ſoluẽdo, nõ
caderet in commiſſum.Quaſi pro libertate præ-
18 ſumatur non pro † ſeruitute vt concludit in
ſpecie *Guil.Bened.in c.rainutius.in verb.& vxo*
rẽ.n.449.dec.5.de teſtam. vbi dicit notãdũ quia
quotidianũ,*poſt Guid.Pap.q.24.& ibi Add.per*
tex.in l.bona fidei emptor.de verb. ſignif. & in
l.bona fidei poſſeſſor.de acquir.rer.domin.l.1.§.
dies quand. dies leg.ced.Maſq. concluſ.280.n.4.
Ex prædictis declaraui bene actum per Monaſte-
rium,ideo illi per poſſeſſorem ſatisfaciendum ,
Et cõtraria procedunt quãdo nõ cõſtaret,quod
tertius poſſeſſor ſe obligaſſet ad onus rei , quæ
ad eũ pertinet *Caſt.in l.in vẽditione.de action.*
empt. Surd. Foller. & alij ſupra allegati. Quo-
rum diſputatio neq. erat neceſſaria,cum in hu-
iuſmodi cauſa eſſet procedendum ſola facti ve
ritate inſpecta, & ſummariſſime, & etiam ſinè
ſcriptis. Vnde iudex id ſolum poterat attende-
re, an aliquo modo competat ius Monaſterio ,
19 cum per dictas clauſulas cenſeantur† ſublatæ
omnes ſolemnitates iuris ciuilis ; itaut poſſit
iudicari ſecundũ quod Deus eſſet iudicaturus,
& procedit manu regia *Natt.in clem.ſæpe §.nõ*
ſic.de verb. ſignif. Bald.in l.penult. verſic.ſexto
quæro.num.9.C.de iur. delib. Rolan. conſil.53.
num.13.lib.2. Bertazzol. in l.ſi quis maior.q.4.
nu.60.& 61. C.de tranſact. & in ſpecie cenſus

petiti actione perſonali cõtra tertiũ, quod poſ-
10 ſit pronunciari † in hypothecaria quãdo adeſt
clauſula ius,&,iuſtitiam,quæ intelligitur omni
meliori modo dicit *Afflict. deciſion.93.in fi.*

E P I T O M E.

Dominus fundi locati quando ſit præferendus in fructibus ex fundo perceptis creditoribus habentibus anteriorem hypothecam. Mutuans ad rem aliquam emendam an habeat eandem rem tacito iure pignoris obligatam. Locans paſcua quando prȩferatur anterioribus creditoribus,& habeat hypothecã ſuper animalibus pro prætio fœni. Hoſpes an poſſit retinere pro alimẽtis bona eius,quem aluit, & perſonã In actione furti an ſufficiat tacita obligatio, & conuentio, vel requiratur expreſſa.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca tacita legalis non inducitur niſi in caſibus à iure expreſſis.*
2 *Dominus fundi locati non eſt præferendus in fructibus ex fundo perceptis creditori habenti anteriorem hypothecam, & nu.*3.*Contrarium est uerius.n.* 9.10.11.*&* 16.
4 *Res uendita non est obligata uẽditori pro prætio.*Fallit.*n* 7.
5 *Creditores anteriores præferuntur uenditori in mercibus uenditis.*
6 *Venditio transfert dominium.*
8 *Mutuans ad rem aliquam emendam non præfertur habenti hypothecam ſed habet ſolum perſonalem actionem.Fallit.n.*23.
12 *Prætium quando ſuccedat loco rei.*
13 *Res empta ex pecunia pignorata non est pignorata.*
14 *Dominus potest retinere loco pignoris fructus ex fundo recollectos intra illum existentes.*
15 *Dominus rei cenſuatæ potest retinere fructus eiuſdem rei,ſi cenſus non fuit ſolutus.*
17 *Locãs paſcua habet hypothecam ſuper animalibus pro prætio fœni,& præfertur anterioribus & ita ſeruatur de conſuetudine, nu.*18.*Contrarium est uerius,n.*12.
19 *Hoſpes potest retinere perſonam, quam aluit, & multo magis bona, tanquam acceſſoria ad perſonam,& ita ſeruatur, n.*20.*&* 21.
24 *Negotium non dicitur utiliter gestum quatenus excedit debitum modum.*
25 *Colonus nõ habet facultatem uendendi fructus penſione non ſoluta.*
26 *Quod non est in bonis debitoris ſimpliciter non tranſit in obligationem creditoris ſimpliciter.*
27 *In actione furti non ſufficit tacita obligatio,& conuentio,ſed requiritur expreſſa,& nu.*28.

C A P V T XXV.

HYpotheca tacita legalis nõ inducitur niſi
1 in caſibus à iure expreſſis † *gloſ. ult. in*
*fin.in l.*2. *de priuileg. credit.* Rip. *in l.dabimus.*
*n.9.eod.tit.Surd.deciſ.*271.*nu.*10.*& de aliment.*
*tit.*9. *q.*44. *n.*20. Ex quo videbatur dominum
fundi locati non eſſe præferendum in fructibus
perceptis ex ipſo fundo creditori hypothecam
2 anteriorem † habenti, cum prior in tempore
ſit potior in iure *l. potior. qui potior. in pignor.*
*hab.*niſi in caſibus expreſſis. Ratio,quia in lo-
catione habetur fides de prætio, vnde domi-
nium fructuum vere tranſit in conductorem,
& conſequenter locator concurrere debet cum
3 creditoribus conducentis, & ita in ſpecie † per
multa argumenta concludit *Moral.q.*3.*tit.*10.
*de locat.& conduct.*vbi teſtatur eſſe veriſſimam
opinionem.
Ideo dicimus rem venditam non eſſe obligatam
4 venditori pro prætio *l.quamuis.de in rem verſ.*
*l.*1.*in fin.de reb. cor.* Quamuis enim poſſit dici
quaſi pignus, quia ante traditionem poteſt re-
tineri.Tamen non eſt verè pignus, nam re tra-
dita nõ conceditur auocatio *gloſ. in l.iulianus.*
§.offerri. in verb. retinere. ff.de action.emption.
Bald.in l.vlt.in fin.C.commod.Bart. in l.ſi cum
*dotem.§.fin.ſolut.matrim. Surd.deciſ.*220.*n.*33.
vbi ex hoc inferunt, quod in mercibus vendi-
tis præferuntur creditores anteriores vendi-
5 tori, † quamuis habeant ſolum perſonalem
*Iaſ.in l.creditor.n.*5. *col.*1.*verſ.nota tamen dili-*
*genter.*vbi de communi *ſi cert.pet Neguſ.de pi-*
gnor. 4. *memb.* 5. *num.*3. Nam per huiuſmodi
6 venditionem † fuit translatum dominium in
emptorem *§.venditæ verſ. ſed ſi is. inſti.de rer.*
diuiſ. vnde venditor habet ſolum perſonalem
ex vendito ad prætium conſequendum quæ nõ
ſequitur rem *l. procuratoris. §. plane.verſ.quod*
ſi dedi.de tributor.action. & eſt communis *Go-*
*meſ.var.reſol.c.*2.*tom.*2.
Quare cautela eſt, vt venditor faciat ſibi obligari
7 rem venditã pro ſolutione prætij, tunc † enim
præferetur omnibus creditoribus anteriorem
hypothecam habentibus,vel apponat pactum
impediens dominij translationem donec præ-
tium ſolutum fuerit Rip. *in l.priuilegia.nu.*32.
*de priuil.credit.colu.*6.*ad med. verſ.nono fallit*
*Gomeſ.& aly per Morl.tit.*9.*de contrah.emp.in*
*præmiſſis.q.*1.*num.*100.
Idem eſt in mutuante ad rem aliquam emendam.
8 qui habet ſolum actionẽ perſonalem, † non ta-
men præfertur alij habenti hypothecam *gloſ.in*
l quod qui de priuil.credit.Bart. in l. interdum.
qui potior.in pignor. habean. Salic. qui de com-
muni *in auth. quo iure. q.*2. *C.eod.tit.Bald.in*
*l.quamuis ca.*17.*C.de pignor. Surd.* qui etiã de
communi *de alim.ti.*8.*priuil.*48.*n.*4.*&* 7.Quic-
quid dicat *gloſ. in auth. quo iure in verb. per-*
ſonali in fin.C.qui potior.in pign. Quia contra
eam eſt verior opinio, vt teſtatur *Morala tit.* 9.
*de contrahen. empt. ante q.*1. *n.*101. Et contra-
ria procedunt, vbi ipſe mutuans ſibi proſpexit
per hypothecã expreſſã rei mutuatæ, tũc enim
præfertur alijs anteriorem habentibus *Afflict.*
*deciſ.*306.*n.*4. *Bertaz.clauſ.*34.*gloſ.*3.*n.*5.
Contrarium tamen declaraui, quod immo domi-
nus præferatur anterioribus creditoribus in
fru-

fructibus perceptis ex ipſo fundo locato, cum
9 illi ſint tacitè obligati † ipſi domino pro pen-
ſione l.in prædijs.7.ff.quib.mod. pign. vel hypot.
tacit. contrah. & ibi Bart. & Ang. in princip.
Idem Bart. in l.ſi ſeruus communis. 63. §. loca-
ui de furt.vbi etiam Ang.in princ.Iaſ. in l.item
quia.nu.15.ff.de pact.Surd decíſ.97. num.4.poſt
Neguſ.de pignor.4.m.2.p.n. 147. verſ. illud ta-
men.& n.148.in fin.verſ.unde vera eſt cõcluſio.
vbi teſtatur de magis recepta opinione, ſiue
10 ſimus in naturalibus, † ſiue induſtrialibus,dũ-
modo extent; Nam ſi fuiſſent alienati, eorum
prætium non veniret in tali obligatione. Ra-
tio,quia quãdo ſumus in actione ſingulari præ-
11 tium in hypothecaria † non ſuccedit loco rei
Bart.in l.1.de diſtr.pignor.& in l. qui à debito-
re. in princ.ff. quæ in fraud. credit. & ſicut non
venit prætium redactum ex fructibus, multo
minus venit prædium emptum ex prætio dicto-
rum fructuum l.3.C.in quib.cauſ.pign.tac. con-
trah Iaſ.in l.item quia.nu.18.de pact.col.penul.
12 in gloſ. in verb. inuecta. Licèt † in vniuerſali-
bus, & in ſubſidium re empta, vel præſcripta
prætium ſuccedat loco rei Ang. in d. l. in præ-
dijs.Doctor. in l. imperator. §. cum quidam. de
leg.2. & in l.ſi eum ſeruum ſi cert. pet. Neque
13 res empta † ex pecunia pignorata eſt pignora-
ta l. idemq. §. vlt. qui pot. in pign. hab. Tiraq.
de retract.lign.§.32.nu.16.vbi multis ſimilibus
comprobat,niſi in vniuerſalibus,vt latè ibidem
Tiraq.nu.19. & 20.

Ideò dixit Bald.in l.eadem.col.1.ad med. poſt verſ.
ſed hoc videtur. C. locat. quod dominus poteſt
14 retinere loco pignoris † fructus ex fundo re-
collectos, adhuc tamen intra illum exiſtentes
prohibendo,ne colonus inde exportet arg.l. iu-
lianus. §.offerri.de act.empt. l. quod ſi nolit.§.
idem marcellus.de ædil.edict.

Prout etiam dominus rei conceſſæ in cenſum po-
15 teſt detinere fructus eiuſdem † rei propter non
ſolutum cenſum, niſi fructus pendentes fuerint
Morla d.q.3.tit.10.de locat.& conduct.n.6.

Vnde dominus fundi tanquam prętendens domi-
nium actu permanẽs in hypotheca debet præ-
16 ferri † anterioribus creditoribus, vt concludit
Bald. in l.in rebus. in princ. C. de iur. dot. per
tex. in l. ſi ventri. §. in bonis. de priuileg. cre-
dit.& l.ex facto.de pecul.& l.quidam. de in rem
verſ.

Amplius qui locauit paſcua,vel prata habebit hy-
pothecam,etiam ſuper animalibus, aut armen-
17 tis † pro prætio feni, quod fuit conſumptum
ab illis, itaut præferatur anterioribus credito-
ribus Caualcan.deciſ.44.n. 47. per tex. in l. in-
terdum.& l. huius. qui potior. in pign. habean.
18 Et ita ſeruari per conſuetudinem † Mediolani
approbatã dicit Surd.de alim.tit.8. priuil. 62.
n.19. Ratio eſt ob cauſam conſeruationis rei
in qua ſi aliquid fuerit impẽſum datur hypote-
ca & retentio l.in rebus. §. poſſunt. ff. commod.
Neguſ.de pignor.3.m.7.p.nu.14.

Quod etiam procedit in homine libero, prout in
19 hoſpite,qui poterit retineri pro alimentis † ſibi
præſtitis Rebuff.de litt.obligat.gloſ. 2. num. 31.
ſuper conſtit.Regn.tom.1.art.4. vbi quod etiam
auctoritate propria hoc licebit, & ita ſeruari
20 in Carcerario, qui retinet carceratum † dicit
Guid.Pap.q.448.Surd.de alim.tit.1.q.71.nu.5.
vbi quod opinio Iacob. de Aret. tenentis con-
trarium non ſeruatur de conſuetudine, & ibi
etiam allegat Solam. ſuper Conſtit. Pedem. in
decret.de captur.debit.gloſ.3.nu.6.per l. 1. C.de
infant. expoſ. vbi etiam pro cibarijs præſtitis
corpus humanũ retinetur: Idem Surd. de alim.
tit.8.priuil.61.nu.18.& 19.vbi etiam quod hu-
21 iuſmodi retentio magis dabitur in rebus † tan-
quam acceſſorijs ad perſonam, quamuis regu-
lariter non poſſit retineri vna res non meliora-
ta pro alia meliorata Caſtr.conſ.270. lib. 2. in
1.dub. Tiraquel. de retrac.conuent. §.7. gloſ.1.
nu.11.per gloſ. quam dicit notandum in l. pla-
ne.41.in verb.deducat.vbi Ang.de petit. hered.

Licèt prædicta de armentis nõ ſint tuta,quia con-
trariũ eſt verius,vt teſtatur Surd. de alim.priu.
62.tit.8.nu.19. & tit.1.q.70.num.10. Requiri-
22 tur enim † quod locatio fuerit facta expreſsè
in illam cauſam, ſecus ſi paſcua ſint locata
ſimpliciter,vel fenum venditum,& ita loquitur
tex. in d.l. huius. qui pot.in pignor. hab. Prout
dicimus de mutuo in refectionem,vel conſerua-
tionem rei, nam ad hoc vt præferatur anterio-
23 ribus creditoribus debet probari † pecuniam
mutuatam in eam cauſam, & conuerſam in il-
lud opus, & quod fuit neceſſaria. Hypotheca
enim cum eo priuilegio eatenus competit,qua-
tenus pecunia erat neceſſaria, ſi enim mutua-
tum fuerit vltra neceſſitatem non daretur hy-
potheca l. vlt.in fin.princ. de exercitor. Neguſ.
24 de pignor.2.m.5.p.n.18. Quatenus enim † ex-
cedit debitum modum non dicitur negotium
vtiliter geſtum l. ſi ſeruum. C. de neg. geſt.Sa-
lic.in l.alimenta.n.4.C.eod.tit.verſ. & eſt ratio.
ibi.aut alias non erat facturus. per l. in rebus.
§.poſſunt.ff. commod.

Nõ obſtant contraria quod immò fructus efficiã-
tur emptoris,cum colonus habeat ius percipiẽ-
di, & faciendi ſuos, vnde poterat illud tranſ-
ferre in alium l.ædibus.§.1.de donation.l.in ve-
ditione in princ.de bon.auctor. iud. poſsid. Quia
illud eſt verum, quando colonus haberet ius
percipiẽdi fructus ſimpliciter,& eſſet merces ſo-
25 luta,ſed quando illa non fuit ſoluta, † non vi-
detur,quod habeat facultatem vẽdendi fructus
alteri,cum debeant remanere obligati domino
pro penſione Bart.in l.ſi ſeruus communis.63.§
locaui.in fin.ff.de furt.Salic. in l.traditionibus.
nu.5. oppoſ. 3. verſ. ex qua habes quod colonus.
C.de pact. Quod enim non eſt in bonis debito-
29 ris † ſimpliciter non tranſit in obligationem
creditorum ſimpliciter l.iulianus.10. vbi Bart.
de manumiſſion.

Neq; obſtat tex. in l.ſi ſeruus communis. §. locaui
ff. de furtis. vbi requiritur conuentio, vt fru-
ctus ſint obligati domino, vnde illa ceſſante nõ
erit quęrendum de hypotheca. Quia nos loqui-
mur de mercede,ſeu penſione pro qua verius eſt

fructus eſſe tacitè hypotecatos : Contrariũ au-
27 tem procedit in actione furti, ad quam † obti-
nendam non ſufficit tacita obligatio,ſed requi-
ritur expreſſa *l. ſi is qui rem. 68. & ibi gloſ. in verb.ſpeciali de furt.* & ita loquitur *text·in d. §. locati*. vbi requiritur expreſſa conuentio pro furto; *& facit l. interdum. 50. eod. tit. de furt.* vbi vxor non habet actionẽ furti pro re dotali,
28 licèt † habeat tacitam hypotecam, & ita præ-
dicta eſſe intelligenda dicit Bart. *in d. §. locati in princ. uerſ. requiritur enim. & ibi etiã* Ang. *in princ. verſ. in gloſa cauſa tollenda. poſt gloſ. in l. in actione. 19. §. fin. in verb. vendiderit. ff. de furt.*

Nec facit quod tacita hypoteca cum prælatione non inducatur, niſi in caſibus expreſſis: Quia ſatis ſupradictum eſt, eſſe expreſſum *in l. in prædijs. quibus mod. pign. tacit. contrah. cum alijs ſupra allegatis.*

E P I T O M E.

Emptio facta per minorem cum pacto retrouendendi, quando dicatur valida. Minor, & tutor, an poſſint concedere nouum terminum ad redimendum. Emptio minoris eſt nulla non adhibitis ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutũ. Dilatio quando concedatur in contractibus illicitis, & ſuſpectis poſt tempus datum ad redimendum. Minor reſtituitur non probata læſione aduerſus tempus ad redimendum. In actibus momentaneis, qui poſſunt expediri poſt terminum quando detur petitio poſt tempus, & quid in venditore. Et quando audiatur volens redimere poſt tempus conuentum.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum retrouendendi non poteſt apponi in contractu minoris, cum illud ſit alienatio. Intellige vt nu. 2. & de ratione. n. 4. 5. 6. & 7.*

3 *Pactum de retrouendendo eſt pars contractus, & pretij.*

8 *Minor & tutor non poſſunt concedere nouum terminum poſt lapſum tempus ad redimendum, neq; prorogare antequam labatur, nu. 9.*

10 *Adminiſtrator non poteſt prorogare tempus ſolutionis debitori pupilli.* Fallit *vt nu. 11.*

12 *Emptio ſeu ratificatio minoris eſt nulla nõ adhibitis ſolemnitatibus requiſitis per statutum, & de ratione. nu. 13. & 17.*

14 *Statutum quamuis loquatur in venditione extenditur ad omnes contractus.*

15 *Emptio, & venditio ſunt correlatiua.*

16 *Exemptio conceſſa emptori prodeſt venditori.*

18 *Dilatio ſolet concedi ad redimendum ultra tempus conuentum in contractibus licitis, quia in ſuſpectis venditor audiretur in perpetuum ad redimendum non obſtante lapſu temporis num. 20. & fieret imputatio fructuum in ſortem. nu. 21. Contrarium quo ad fructus. n. 22. & de ratione. n. 23.*

19 *Mora modici temporis eſt parui præiudicij.*

24 *Minor reſtituitur aduerſus tempus lapſum ad redimendum, etiam non probata læſione. n. 26.*

25 *Læſio dicitur probata quando res minoris erat maiorum ſuorum propter affectionem. & nu. 27.* Intellige *ut nu. 28.*

29 *Venditor non auditur lapſo termino ad redimendum, & eſt verior opinio. nu. 30. & de ratione nu. 31.* Amplia *quamuis venditor dixerit, ut emptor ueniat quandocunque ad redimendum. nu. 34. & de ratione. num. 35.* Amplia *nu. 36. & 37.*

32 *Petitio poſt tempus quando detur.*

33 *Conuentio non ualida, ſed dependens à facto Principis poteſt extendi etiam ſine conſenſu partis, ſecus inualida de per ſe, quam Princeps non prorogat.*

C A P V T XXVI.

EMptionem factam per minorem cum pacto
retrouendendi Dixi validã eſsẽ, Licet enim
iſtud pactum non videretur poſſe apponi ſine
1 ſolemnitatibus, † quaſi dicatur alienatio *Ca-
ſtrenſ. conſ. 112. viſo themate. in fin. lib. 1. poſt* Io.
Andr. ad Specul. *in rubr. de pact. colum.* 1. Ta-
men intelligitur quando ex interuallo poſt con-
tractum perfectum apponeretur huiuſmodi pa-
ctum, quod non eſt in caſu noſtro, cũ fuerit ſta-
2 tim † in venditione appoſitum. Ratio differen-
tiæ eſt, quia cum iſtud pactum apponitur ex in-
teruallo oritur præiudicium minori, cui iam
dominium erat acquiſitum ex contractu perfe-
cto, & conſumato, ideò iam cœpit minor nõ poſ-
ſe obligari, quod non eſt quando ſtatim fit con-
3 uentio, in qua poteſt † venditor adijcere con-
ditionem, & legem ſibi magis viſam, itaut mi-
nor eam teneatur cum illo onere acceptare,
vel in totum reprobare *l. quoties* C. *de donat.
quæ ſub mod. Soccin. conſ. 100. col. final. in princ.
nu. 2. lib. 3.*

Maximè quia huiuſmodi pactum de retrouenden-
do eſt pars contractus, & prætij, & ideò res ita
vendita pro minori prætio præſumitur emp-
4 ta, † quam neq; vendens diſtraxiſſet, niſi ex illo
pacto liceret redimere, prout per iſtas, & ſimi-
les rationes concludũt in ſpecie *Alber. & Ang.
in l. contra. §. ſi filius. ubi* Ias. *num. 10 in 4. no-
tab. de pact.* Curt. *Iun. conſ. 146. col. ultim. in
fin. nu. 6.* qui tamen hoc admittit in tutore, ſe-
cus in minore Pinell. *in l. 1. part. 3. nu. 53. uerſ.
infertur decimo nono.* C. *de bon. matern.* Tiraq.
de retract. conuent. ad fin. tit. nu. 2. cum ſeq. &
ibi *n. 13. in fin.* dicit nullam eſſe faciendam dif-
ferentiam inter tutorem, & minorem. *Surd.
5 decis. 210. nu. 25.* vbi de magis recepta, † æqua,
& vera opinione teſtatur. *& decis. 344. num. 25.
Caualcan. de tutor. nu. 246.* Bertrand. *conſ. 15.
lib. 2.* quaſi illa reſciſſio ſit executio primi con-
tractus *l. ſi is qui ſine §. ſi ab ignoto. de manu-
miſ. l. 1. in fin. de reb. cor.* Bald. *conſ. 415. iſta ſo-
6 lemnitas. lib. 2.* & non † ſit alienatio, ſed rein-
tegratio iuris Domini concedentis *Corbul. de
caus. priuat. ob non ſolut. canon. num. 2. & 3. am-
pliat.*

pliat. 27. arg. l. ſi unus. §. pactus ne.ff.de pact.
Abb.in c.2.nu.2.de condit.appoſit.

Ex prædictis colligitur reſpõſio ad tex. in l.ad re-
ſoluendã.C. de præd.minor. Quia illius diſpoſi-
tio procedit quando ex interuallo poſt perfectã
7 venditionem apponeretur † huiuſmodi pactũ,
ſecus ſi incõtinenti per rationes differentiæ de
quibus ſupra Caſtr. conſ. 318. conſiderandum.
in fin.n.4.lib.1.& conſ.245.in fin.lib.2.Doctor.
in l.ſeruus.in fin. C. de pact. & ita in terminis
concludit Tiraq.de retract. conuent.ad fin. tit.
nu.22.vbi etiam nu.13.reſpondet ad tex.in l.1.
§.vlt.cum l.ſeq.ff. de reb.cor. per quem contra-
rium tenebat Caualcan.de tutor. nu. 246. verſ.
quamuis & melius videatur. & verſ. vnde col-
ligitur.

Ideò videmus quod ſi eſſet lapſum tempus ad re-
8 dimendum minor neq; tutor poſſent † de nouo
concedere alium terminum, quia tũc eſſet alie-
nare, cum iam ſit quęſitum ius minori Tiraq.in
ſpecie de retract.conuent.ad fin.tit.nu. 17 Vbi
amplius concludit, quod neq; tempus ad redi-
9 mendum poterit prorogari per minorem, † ſeu
tutorem etiã antequam terminus fuerit elap-
ſus, prout neq; tutor, procurator, aut admini-
10 ſtrator prorogat debitori pupilli † ſeu minoris
tempus ſolutioni debiti præſtitutum per text.in
l.qui roma.§.callimachus. de verb. oblig. Bald.
in l. pactum curatoris in princ. & ibi Salic. in
fin. C. de pact. Niſi circa ſolutionem recipien
di conceſſa fuiſſet procuratori libera admini-
11 ſtratio, † vt notat Bart. in d. §. callimachus.
Alex.d.l. pactum curatoris. num. 6. C. de pact.
cum alijs diſtinctionibus, de quibus ibi per eos
& per Anchar. in clem. præſenti. de cenſib. &
per Doctor.in l.vlt.§.ſi quis profeſſus. de public.
& vectigal.

In caſu tamen de quo agebatur ſtante conſtitutio-
ne, ſeu ſtatuto producto. Aliud ſeruandũ eſſe di-
xi, quod videlicet requirantur ſolemnitates, de
quibus in eadem cõſtitutione, ne dum in pacto
appoſito de retrouendendo, ſed etiam in ipſa-
12 met ſimplici emptione per minorẽ † facta; Ita-
ut illis non adhibitis ſit nulla emptio, ſeu rati-
ficatio emptionis minoris, quamuis ipſi vtilis,
cum in ratificatione requiratur eadem ſolemni
tas, quæ in ipſo contractu: Ideo habet locũ con-
ſtitutio; Illa enim emptio operatur pignus ſeu
hypotecam rerum ſuarum, & reſtitutionem rei,
ſeu ſolutionem prætij, & alia per quæ deueni-
13 tur ad alienationẽ; Vnde † eſt comprehẽſa ſub
conſtitutione Put. deciſ. 7. lib. 3. & in ſpecie
de emptione eſt deciſio Rot. per Cardin. Sera-
phin. Camerinen. prædij. 10. nouembris. 1597.
vbi maximè hoc dicit procedere, ſi eſſet cõtra-
cta obligatio inſolidum pro alijs in contractu
comprehenſis.

Neq; obſtat quod conſtitutio loquatur ſolũ in vẽ-
ditione, quia videntur generaliter comprehenſi
14 omnes contractus, † vnde ob virtutem verbo-
rum vniuerſalium ad iſtum etiam debet exten-
di l. à procuratore. C. manda. Aim.conſil. 294.
nu.1.Natt.conſ.410.nu.6. quamuis eſſet vtilis

Felin.in c.cauſam.col. penul. in fin. verſ. contra
hæc tamen fortiter.de iudic.Surd.deciſ.278.n.19.
Ceual.q.675.nu.13.& dicam in cap. ſeq.

Maximè quia emptio, & venditio ſunt correlatiua
15 quorum idẽ eſt iudicium etiã in materia † cor-
rectoria, & pænali Iaſ.in l.fin. C.de ind.uid tol.
Becc. conſ. 72.nu. 10. Quando præſertim mili-
tat eadem ratio gloſ. in l. curatorem. C. de in-
terd.matr:m.Salic.in l.fin. C. de reſcind. uend.
Surd.de alim.q.44. tit 9. num.2.& 3.vbi quod
procedit etiam in priuilegijs, Prout de exemp-
16 tione conceſſa venditori, † quæ prodeſt etiam
emptori Felin in probem.decretal.nu.6. Gemin.
in cap. 1.col.2.verſ.fallit.ſecundo.de tempor.or-
dinat.lib.6.latè Menoch.conſ.136. nu. 14. lib. 2.
vbi etiam ex hoc concludit, quod ementes fru-
mentum à clericis non tenentur ſoluere gabel-
lam, quaſi emant ab habentibus immunitatem
cum declarationibus de quibus per Bald. conſ.
496.col.2.lib.4.& in l.licitatio.§. ult. de publi-
can.cum alijs per eund.Menoch.d.conſ.136.num.
15.17. & 21. Et in terminis ſtatuti prohiben-
17 tis venditionem, quod comprehendatur † emp-
tio Caſtr.conſ.289.præſens dubium. colum.1.in
fin.uerſ.& ego alias.lib.1. Rot. per Cardin. Se-
raphin d. Camerinen.prædij. 10.nouemb. 1597.

Quo ad ſecundum circa huiuſmodi redemptio-
nes dixi, quod in contractibus non ſuſpectis ſo
litum eſt indulgere aliquam dilationem ad re-
18 dimendum, vltra † tempus conuentum Socin.
Iun. Tiraq. & alij allegati per Surd. deciſ. 34.
nu.5. Neq; enim eſt damnum magnum mora
19 modici † temporis l.debitoribus de re iudic.l. ſi
debitori. de iudic. & præiudicium dilatium non
eſt in conſideratione Caputaq.deciſ.61.p. 2.

Amplius in cõtractibus factis minus iuſto prætio
cum pacto de retrouendendo ad certum tẽpus
venditor eſſet audiendus in perpetuum, nõ ob-
20 ſtante † lapſu temporis conuenti Hoſtien. in
ſumma de uſur.§.in aliquo.n.9.& 10.Tiraq. de
retract.conuent.§.1.gloſ.2. num. 55. Iacobon.in
l.mutuum. num. 2.ff.ſi cert.pet. Caſſan.conſ.11.
nu. 40. & in conſuetud. Burgund. rubr. 5.§.1.
nu.22.pag.808.Menoch.de arbit. lib. 2. cent. 3.
caſ. 217. vbi videtur intelligere in magno ex-
ceſſu Io.Vincen.Ann.alleg.83.nu. 4 vbi Fab. de
Ann.in addit. dicit ita paſſim iudicari, quic-
quid dicat Cagn.in l.2.nu. 63. C. de pact. int.
empt.& uendit.

Immò in huiuſmodi contractibus ſuſpectis eſſet
21 locus imputationi fructuum † in ſortem ſecun
dum Socin.Iun.conſ.104. num. 3. lib.3.Sola.in
Conſtit. Pedemont. in decreto ex frequentibus.
gloſ.1.n.48.Grammat.deciſ.76.n.15.in fi. Quod
22 tamen tanquam † nimis rigoroſum dicit non
approbandum Surd deciſ. 34. in fin. Ratio au-
tem eſt, quia ſi huiuſmodi contractus iudicare-
tur in totum fęneratitius, tunc fructus deberẽt
computari in ſortem: Vnde non eſt æquum hoc
23 idem faciendum eſſe, quando † non declaratur
talis, cum ſufficiat prouideri de alio termino
venditori, vt habeat facultatem redimendi non
obſtante temporis lapſu, abſq; eo quod duplici
one-

Digitized by Google

onere grauetur emptor, & ne in vendente duo
ſpecialia concurrant contra *l.1. C. de dot.pro-
miſ.*

Magis eſſet in minoribus, qui poſſent reſtitui ad-
24 uerſus lapſum tempus redimendi † bona per
patrem vendita, itaut non ſufficiat adfuiſſe tu-
tores, niſi probetur quod ſciuerint rem vendi-
tam cum d. pacto, Nam ſi ſciuiſſent daretur
contra eos actio per minores latè Surd. *conſil.
226.n.13.& 15.*ſubdẽs *n.17.* ſufficere res fuiſ-
25 ſe ſuorum maiorum,†ob quã affectionẽ dicitur
probata læſio *l. ſi in emptione de minor.* Alex.
*conſ.67.videretur col.penul.nu.7.lib.5.verſ. tri-
geſimus quintus eſt caſus.*Vnde quamuis legatũ
non afferens vtilitatem non valeat, tamen, ſi
mandetur rem vendi iuſto prætio, valebit lega-
26 tum, † ſi res fuit maiorum illius, cui fuit res
legata *gloſ. in l. 1. in verb. & republica ſolut.
matrim.& in l. & ſi æquo prætio. 69. de leg. 1.*
Curt.Iun.*in l.vnic.nu.16.in fin. C. de ſent. quæ
ſin.cert.quant. latè* Tiraq. *de retract. in præfat.
nu.35.*

Et quod non debeat probari læſio, quãdo lapſum
eſt tempus ad redimendum eſt verior opinio, cũ
ſufficiat ſolus lapſus temporis tanquam aufe-
27 rens ius † totaliter minori ad redimendum,
prout dicimus de confeſſione debiti, de quo ſi
non conſtabat, niſi per confeſſionem, eo ipſo
dicitur probata læſio *Ang.in l.certum.§.in pu-
pillo.de confeſſ.*Marſil. qui dicit multum notan-
dum *ſing. 446. minor læſus.* Menoch. *de arbitr.
caſ. 168.* Quemadmodũ etiam in præſcriptione
28 & ſimilibus caſibus † intelligendo de reſtitu-
tione ex clauſula generali, non ex titulo de mi-
noribus, quià iſta non competit ad lucrum, ſed
illa datur ex iuſta cauſa puta ignorantiæ Surd.
conſ.226.col.penul.nu.18.& 21.in fin.lib.2.

Quando tamen lapſum eſt tempus, intra quod non
fuit promiſſum adimpletum Verior eſt opinio,
vt ſit cõmiſſa pœna, & inducta liberatio, Prout
alias dixi cõcludẽdũ eſſe cũ de hoc dubitaretur
29 itaut amplius † venditor non poſſit redime-
re *l.cum ſtipulatus ſim mihi à proculo. vbi Iaſ.
nu.2.in 1.notab. de verb. obligation. Ang. conſ.
199. titius rem quam emit.* vbi loquitur in ſpe-
cie de pacto retrouendendi; quod etiam voluit
Bald.*conſ.108.iſte qui promiſit reuendere.lib.5.
& eſt tex.in l. ſi creditor.7.§.illud. de diſtr. pi-
gnor.* quem tex. mirum eſt effugiſſe Bald. ocu-
latiſsimum & incomparabilis memoriæ virum,
vt dicit in propoſito Tiraq. *de retract. conuent.
§.1.gloſ.2.nu.53.*vbi etiam *n.42.vſq; ad nu.55.*
30 pluribus defendit veriorem eſſe opinionem, †
quod tranſacto tempore non poſſit amplius pe-
ti, vel cogi ad reuendendum ſequitur Menoch.
de arbitr.caſ.217.nu.1.

Nec facit, quod ſimus in actu momẽtaneo, qui po
teſt expediri poſt terminum, quaſi tempus ſit
31 adiectum differendæ † ſolutionis, nõ autem li-
mitandæ obligationis, quo caſu datur petitio
poſt tempus *l.mandato titij. §. paulus reſpondit
die adiecto ff.mand.* Bart. *in l.cum qui ita. §. ita
ſtipulatum.de verb.obligat.*

Quia hoc procedit, quando dies adijcitur obliga-
32 tioni mero fauore debitoris, † ita ſcilicet vt
creditor ex parte ſua nihil habeat adimplere,
ſed vbi debitori ſatisfacienti aliquid eſt etiam
faciendum ex parte creditoris, nec aliter tene-
tur ſatisfacere, tunc niſi ſibi ſatisfiat intra tem
pus præfinitum, non tenetur poſt tempus ad-
mittere debitorem ad ſatisfaciendum, quia is
debet ſeruare promiſſa, quæ legem certam ha-
buerunt ex forma contractus, cui legi non eſt
ſatisfactum à venditore, & ita declarat Ang. *d.
conſ.199.* conſequitur Tiraq.*de retr.conuen.§.1
gloſ.2.nu.43.verſ.contrarium tamen.* Put. *deciſ.
68.part. 2.* vbi intelligit in conuentione par-
33 tium, quæ de ſe erat valida, † ſecus in conuen-
tione non valida de ſe, ſed dependente à facto
Principis, quia in iſta eſt licita extenſio, etiam
ſine conſenſu partis, cum illa non admittatur,
Et dato quod fuerit facta prorogatio non præ-
iudicat, cum Princeps non velit iuri tertij de-
rogare *ex reg. de non tollendo ius quæſitum*, &
ex diſpoſitione iuris, ſecundum quod Princeps
non concedit aliquid cum iniuria alterius Put.
*ibid.nu.2.*cum alijs quo ad huiuſmodi proroga
tiones, de quibus per Mandoſ.*reg.annal. q. 76.
cum ſeq.*

Immo non ſolum venditor non admittitur ad re-
tractum poſt lapſum tempus, ſed etiam prædi-
cta procedunt quamuis emptor nondum tran-
34 ſacto tempore † ad redimendum dixerit vendi-
tori, quod illum vult admittere ad retractum,
quandocunq; voluerit, quia iſta verba intelli-
guntur, modo venditor veniat intra illud tem-
pus inter eos conuentum Rom. in ſpecie *conſ.
27.viſo themate.in 4.dub.ſequitur* Tiraq. *de re-
tract.conuent.§.1.gloſ. 2. nu. 54. & de retractu
lignag.§.1.gloſ.10.nu.33.*

Per verba enim generalia promittẽtis ſoluere ad
35 omnem petitionem alterius † non cenſetur re-
nunciatum præſcriptioni temporis, cum intel-
ligantur, prout tacitè res inerat, ideo nihil de-
bent operari, & potius denotant quandam ad-
monitionem non aliud Ang. *in l. cum ſtipula-
tus ſim mihi à proculo.113. vbi Imol.col.3.n. 5.
verſ.an autem dicta verba. de verb. oblig.* Alex.
*conſ.170.viſis ſtatutis.n.5.col.2. in princ. verſ.
nec prædicta concluſioni.lib.7.*

Idem eſt non ſolum quando lapſum eſſet tempus
36 ad redimendum, ſed etiam in caſu, † in quo tan
tum temporis non ſupereſſet, intra quod tẽpus
non potuerit promiſſum adimpleri, quia tunc
committeretur pœna, & inducta eſſet liberatio
neq; amplius eſſet locus retractui Iaſ. *in l. cum
ſtipulatus ſim mihi à proculo. in primo notab.
de verb.oblig.*

Amplius neq; Princeps prorogaret cum poſt lap-
37 ſum tempus ſit acquiſitum ius parti † cui non
vult præiudicare; & ſi per eum eſſet facta pro-
rogatio non obeſſet vt dictum eſt ex Put. *deciſ.
68.nu.1.p.2.*

EPI-

EPITOME.

Actus vtilis minoris & mulieris an valeat ſine ſolemnitatibus ſtatuti, & quæ dicatur vtilitas. Cōſtitutio dotis facta per mulierem minorem tam ante quàm poſt contractum matrimoniū, quando & in quibus caſibus ſit valida. Emptio facta per minorem an ſit nulla, quamuis ipſi vtilis non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutarijs. Vir an lucretur fructus paraphernalium ſi vxor nupſit ſine dote. Iuramentum an validet contractus minorum, tam de iure communi, quam ſecundum formam ſtatutorum. An per iuſiurandum firmetur donatio inter patrē & filium, virum, & vxorem, & in ſimilibus caſibus, & quādo per illud ſuppleātur plures defectus. Inuecta & illata per minorem in domū conductam ſine decreto an ſint tacitè obligata pro penſione. Nullitatis defectus per quos poſſit allegari. Solemnitas ſtatuti non attenditur in quietatione neceſſaria. Stante conſuetudine cōmunicationis bonorum inter coniuges an minor nubens ſine ſolemnitatibus, & decreto iudicis dicatur bona ſua cōmunicaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Actus etiam vtilis mulieri & minori non valet ſine ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutum & n.2. & 5. intellige vt n.6.*

3 *Vtilitas non ſufficit niſi eo modo diſponatur prout iura mandant.*

4 *Forma debet in ſpecie adimpleri.*

7 *Actus non præſumitur vtilis deficiente ſolemnitate, prout è contra ſolemnitas facit præſumere actum vtilem. nu.8. & ſufficit à principio quod ſit vtilis, quamuis poſtea non ſit talis num.9.*

10 *Vtilitas actus dicitur quando nulla obligatio interuenit ſecus ſi ſit reciproca. n.11.*

12 *Læſio præſumitur niſi probetur minorem factū locupletiorem.*

13 *Emptio facta per minorem quamuis vtilis eſt nulla.*

14 *Statutum prohibens venditionem extenditur ad emptionem.*

15 *Correlatiuorum idem eſt iudicium, etiam in correctorijs.*

16 *Conſtitutio dotis per mulierem minorem de rebus immobilibus ſine decreto nulla. Amplia vt nu.17. & eſt verior opinio. nu.18. quamuis aliquo reſpectu afferat vtilitatem, ſi altero caſu eſt damnoſa. n.19. & quæ vtilitas in dote ſit cōſiderabilis, n.20. & quid in rebus, quæ ſeruādo ſeruari non poſſunt, n.24.*

21 *Vir lucratur fructus paraphernalium ſi vxor nupſit ſine dote.*

22 *Mulier nubens ſine dote non poſſet poſtea illam conſtituere ſine ſolemnitatibus tanquam faciens actum præiudicialem, prout nec dotem augere.*

23 *Læſio non conſideratur, cum quis poteſt conſequi damnum, ſicut lucrum.*

25 *Statutum non includit caſum dotis quando ſit ſpecialiter priuilegiata.*

26 *Valet alienatio de bonis quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

27 *Contractus geſti per minores ſine ſolemnitatibus ſtatutorum non validantur per iuramentum, nu.28. & 29. Quamuis de iure communi iuſiurandum firmaret actum cum faciat illum maiorem. n.30. & 31.*

32 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, donationem inter patrem & filium, nu. 33. & facit actum valere omni meliori modo. n.34. & donationem inter virum & vxorem. n.35. Fallit. n.36.*

37 *Iuſiurandum non ſupplet plures defectus. Intellige vt n.38.*

39 *Nullitas contractus ob non ſeruatam formam ſtatuti non poteſt allegari niſi per ipſos minores.*

40 *Tertius non auditur allegando nullitates non ſeruatas.*

41 *Minor licet non teneatur ex contractu nullo tamen poteſt eligere, an velit cogere contrahētem ad obſeruantiam illius, & de cautela pro emptore. n.42.*

43 *Actio datur vt quis ſit tertus de iure ſuo.*

44 *Inuecta & illata per minorem in domum conductam ſunt tacitè obligata pro penſione, quāuis non adſit decretum, & de ratione, n.45. & eſt verior opinio. n.46.*

47 *Solemnitas ſtatuti non attenditur in muliere, & minore quietantibus ex cauſa neceſſaria.*

48 *Communio bonorum quæ fit inter coniuges vigore conſuetudinis habet locum etiam in minore contrahente matrimonium abſq. ſolemnitatibus. Contrarium tamen eſt verius. n.49.*

50 *Actus hominis dicitur quando partes poſſunt illi renunciare, cum alias dicatur actus legis.*

CAPVT XXVII.

QVoad ſtatutum, de quo agebatur prohibens obligationem minorum, & mulierū ſine ſolemnitatibus in ea requiſitis, an ſuſtineatur actus, quando eſt vtilis licet illæ nō
1 fuerint adhibitæ † Veriorem dixi opinionem
negatiuam, quod non valeat Bart. *in l. cum hi. § eam tranſactionem. de tranſact.* vbi *Iaſ. nu 2. dicit communem. Felin. in c. cauſam. col. penult. in fin. verſ. contra hæc tamen fortiter arguitur. de iudic. Pinel.* qui de magis communi *in l.1.p. 2.n.31. C. de bon. matern. verſ. ego autem non dubito. Tiraq. de legib. connub. gloſ.8. nu.56. lib.16. Bertaz. conſil. ciuil. 12. n.56.* & de vera & communi ſententia teſtatur latè *Surd. deciſion. 278. n.19. Simone. de decret. lib.3. tit.8. n.125. Gabr.*
2 *conſi.67. n.20. lib.2.* & in ſpecie ſtatuti † de quo
agimus *eſt deciſ. Rot. per Cardinal. Seraphinum Camerinen. pradij 10. nouembris 1597. latè Ceual. q. 676. n.13.* vbi etiam ampliat ad res Eccleſiæ dicens magis communem, & veriorem poſt *Sarmient. de reddit. eccleſiaſt. c.2. num.1. Diaz. reg. 550. limit. 1. Gutier. pract. quæſt. c.22.*

Ra-

Ratio autem eſt,qnia non ſnfficit vtilitas niſi etiã
3 eo modo diſponatur;quo iura † diſponũt c.mo.
nachi.16. q.1. eſt enim ſolemnitas introducta
pro forma quæ debet adimpleri non conſide-
rando,an ſit vtilis, tũc enim vtilitas reſpicere-
4 tur †quando eſſet in fauorem prohibiti, non
autem pro forma Bal. in l.fin. §. neceſſitatem.
n.15.col.5.verſic. & ex prædictis dicimus.C.de
bon. quæ liber.Roland.conſil.54.n.45. lib.2. Se-
5 cunda † eſt ratio, quia ſi ſolemnitas requiritur
in minore, quando alienatio fit ex neceſſitate
multo magis ſi fiat ex cauſa vtilitatis Iaſ. in l.
2.limit.5.ff.de offic.eius.n.10.verſic.& facit cla-
ra ratio.

Non obſtant Ang. Fulgoſ. Bald. & alij de quibus
per Roland.conſil.99.n.38.lib.c.& per Lamber-
teng.de contract. cor. qui ſin.cert.ſolemn.in fin.
n.165. Qnia vel eorum opinio non eſt admit-
tenda,cum magis vera ſit contraria, vt dictum
eſt ſupra,vel procedit,quãdo euidenter conſta-
6 ret † de vtilitate, & commodo minoris Dec.
conſil.532.pro vera reſolutione.col.penul.verſic.
præterea illud Lamberteng.ibid.n. 170. & 172.
Surd.de alim.priuil.8.tit 9.n. 76.& deciſ. 278.
n.21.Rot.per Cardin.Seraphin.d.deciſ.Cameri-
7 nen.prædij,cum regulariter deficiente† ſolem-
nitate actus non præſumatur vtilis Bartol. in l.
quæcumq.verſic.ſi tas tamen C. de bon.quælibet.
Caputaq.deciſ. 200.n.3. lib.3. Prout è contra
8 quando illa interuenit facit † præſumere vtili-
tatem Bald.in c.ſicut.in fin.n.6. de re iudic. per
tex.in l.1. C.de prædijs decurial. lib.10. quod tã-
quam egregium, & notabile commendat Alex.
conſil.79.circa primum de quo quæritur.colu.4.
verſic.fortificatur.nu.6.in fin.lib.1. Itaut ſuffi-
9 ciat † apparere de illa euidenti vtilitate à
principio tempore contractus,non habita con-
ſideratione eius, quod poſtea contigit l.2.C.de
neg.geſt. Io.de Plat. in l.2. ad fin. C.de præd.&
omnib.reb.nauicul.lib.10.Soc.conſil.48. viſo in-
ſtrumento.n.3.lib. 4. Quicquid dixerit Alciat.
conſ. 167. n.4. vbi voluit ſufficere quod vtilitas
ex poſt facto ſuperueniat. Quia contra eum eſt
verior opinio Sur.de alim.priuil.56.n.78.tit.8.
Aim conſil.188.col.1.in princ.n.4.Card.Seraph.
Anconitan.terrarum.13.iunij 1578.

Tunc autem dicetur contractus vtilis,quãdo nul-
10 la interuenit obligatio ex parte † minoris vel
Eccleſiæ, & in caſu in quo ipſi alium obligant
vt in donatione, ſtipulatione, vel ſententia ad
eorum fauorem prolata, non autem quãdo ob-
ligatio eſſet reciproca, tunc enim non poſſet
11 conſiderari vtilitas, † quæ non egeat ſolemni-
tatibus, de quibus in ſtatuto.Immo præſume-
12 retur læſio † niſi eſſet probatũ factum locuple-
tiorem l. vbi Bald. C. ſi aduerſ. credit.num.5.
verſic.ad euidentiam.Seraphin.priuil.iuram.83
num.52.in fin. Ceual.q. 675. col.fin. num.21.
vſq.ad n.23. vbi dicit eſſe diſtinctionem veriſ-
ſimam, & iuridicam poſt Sarm. & alios per
eum allegatos.

Ideo in ſpecie dicti ſtatuti debet iudicari nulla ra-
tificatio emptionis minoris qnamuis ipſi vti-
13 lis,cũ in ratificatione requiratur eadem, † ſo-
lemnitas,quæ in ipſo contractu, vnde habet lo-
cum d. ſtatutum,Nam illa ratificatio operatur
pignus,& hypotecã rerum ſuarum,& ſolutio
nem prætij,per quam deuenitur ad alienationẽ
Quare eſt comprehenſa ſub ſtatuto Put. deciſ.7.
lib.3.maximè ſi eſſet contracta obligatio in ſo-
lidũ pro alijs in contractu comprehenſis,& ita
in ſpecie eſt deciſio Rotæ per Car.Seraph.Came-
rinen.prædij.10.nouembr.1597.

Neq. obſtat quod conſtitutio loquatur ſolum in
vẽditione.Quia vidẽtur generaliter cõprehenſi
omnes contractus, maximè cum venditio, &
14 emptio ſint correlatiui,prout, in puncto dicit
Caſtrenſ.conſil.289.præſens dubium videtur de-
terminari.col.1.in fi.verſic. & ego alias cuidam
magiſtro lib.c..per l.c. C. de expreſſ. lib.11.

Correlatiuorum enim idem eſt iudicium etiam
15 in materia † correctoria, & pœnali Iaſ.in l. fi.
C.de indict.viduit.tollen.Becc.conſil.72.nu.co.
quando præſertim militat eadem ratio,ſecus ſi
diuerſa gloſ in l. curatorem. C.de interd. ma-
trim.Salic.in l fin.C.de reſcind. vendit. Surd.
de alim.tit.1.q.19.n.10. & quando conceſſum,
ſeu negatum emptori comprehendat venditorẽ
& è contra tam in priuilegijs,quam ſimilibus,
latè Menoch.conſil.:36.per tot.lib.2.

Ita etiam dicimus nõ inſpecta huiuſmodi vtilita-
te non valere conſtitutionem dotis factam per
mulierem minorem de rebus immobilibus etiã
16 ſolo iure communi † inſpecto decreto, & ſo-
lemnitatibus, quamuis fundus non daretur æ-
ſtimatus, & licèt non adſit pactum,aut ſtatutũ
quod maritus lucretur partem dotis. Nam iſtis
concurrentibus amplius eſſet prohibita conſti-
17 tutio dotis, † quia magis alienatio in ſuecre-
tur. Itaut illa neq.ſit conualidata,licet matri-
monium ſoluatur per mortem viri,ex quo alie-
natio fuit nulla à principio ob fragilitatem ſe-
xus, quæ tractu temporis non poteſt conuale-
ſcere l.titia.de iur.dot.Bald. in l.1.C.ſi ad uerſ.
dot.num.4 Roland de lucr. dot.q.45. Couarru.
pract. quæſt.c. 28. nu.10. & latè omnes ſupra-
dictos caſus proſequitur Surd.deciſion.278.per
totam, vbi reſpondet ad l.ſiue generalis.de iur.
dot. & teſtatur de veriori opinione, & magis
18 recepta, † Quidquid alij contrarium ſentiant,
quaſi mulierem vtilem faciat dãdo dotem ma-
rito,à quo bone tractabitur,& facilius inuenie-
tur Soccin.conſil.80.præſens conſultatio.num.7.
vol.4.Ruin. conſil.6c. n.8. lib.3. Quia iſta vti-
litas non eſt conſiderabilis,vt ſine decreto poſ-
ſit fieri,cũ illo ceſſante præſumatur potius cõ-
tractus damnoſus,neq.eſt vtile mulieri ex ſe ip-
ſa dare dotem marito Corn.conſil.282.colu.fin.
n.1c.lib.1.& conſil.254.videtur in hoc.n.7.col.
penul.eod.lib.Phanucc.de lucr. dot.gloſ.10.nu.
25.tractat.tom.9.fol.209. Itaut in cauſa dotis
ſufficiat ad illam annullandam, ſi aliquo caſu
19 poteſt eſſe damnoſa, quamuis alio † reſpectu
vtilitatem afferret l.attilicinus.in fi.de pact.do-
tal.Alex.& Imol.in l.ſi ſocer.§.lucius.ſolu.ma-
trim.Sur.conſil.112.& n.32.

Licèt

Licet eſſet conſideranda vtilitas mulieris, quan-
20 do non fuit traducta ad domum viri, † cum
potuiſſet vir recuſare eam traducere ſine dote
Iaſ. in auth. preterea. num. 10. C. vnde vir. &
vxor; Cum etiã vir lucretur fructus parapher-
21 nalium, & aliorũ non dotalium quando† nup-
ſit ſine dotę Aim. conſ. 193. in fin. verſ. addo
etiam. vbi quod eſt æquius Rot. per Card. Lan-
cellot. Sabinen. ſeu Romana dotis 8. Iulij 1576.
vbi etiam in ſpecie conſideratur huiuſmodi vti
litatis traductionis.

Magis eſſet ſi mulier nubẽs ſine dote illam poſtea
conſtitueret, tunc enim abſq; dubio diceretur
22 facere actum præiudicialem, & illa dotis † con
ſtitutio non valeret. Priuatur enim dominio,
& adminiſtratione ſuorum bonorum Bart. q. 7.
mulier habens. Rot. per Cardin. Lancellot. 8.
iulij. 1576 ſeu 18. iunij. eiuſdem anni Sabinen.
ſeu Romana dotis; Dummodo tamen ex circũ-
ſtantijs facti non colligatur vtilitas, prout in d.
23 cauſa Sabinen. propter augumentũ factũ † per
virũ de dote ſua, quę fuit conſtituta in ſcut. 30.
mill. & augumentum in ſcut. 6. mill. & propter
lucrum quod poſſet ei prouenire ratione quar-
tæ ex ſtatuto debitæ ſoluto matrimonio, quod
lucrum aſcendit ad ſcut. 15. mill. & eſt conſide-
rabile quamuis prius poſſet mori vxor cum nõ
conſideretur læſio, quando quis poteſt con-
ſequi damnum, ſicut lucrum Alex. in l. de fi-
deicommiſſo. C. de tranſact. in princ. n. 2.

Quando tamen eſſemus in rebus, quæ ſeruãdo ſer-
uari non poſſunt valeret in eis conſtitutio do-
tis facta per mulierem minorem non obſtante
24 diſpoſitione iuris cõmunis, † ſeu ſtatuti ſine de-
creto, & ſolemnitatibus, dummodo non ſimus
in pecunia deſtinata ad comparitionẽ prædio-
rum, aut ſimilibus, quæ ſubrogantur loco im-
mobilium, aut poſſunt ſeruari, & dummodo nõ
habeat curatorẽ Caſtr. in l. vnica. C. ſi aduerſ.
dot. Neguſ. de pignor. 4. m. 2. p. n. 75. Rolan. de
lucr. dot. q. 45. num. 6. Cur. Iun. conſ. 168. n. 17.
Caualcan. de tutor. nu. 125. Phan. Lamberteng.
Pinel. & alij per Surd. deciſ. 287. per tot. vbi
quod eſt communis, & vera opinio.

Prohibitio enim ſtatuti non includit cauſã dotis
25 quando eſt ſpecialiter † priuilegiata Natt. conſ.
52. n. 14. Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1.
gloſ. 14. n. 91. cum ſeq. Neguſ. de pignor. 1. m.
p. 8. n. 26. Socc. Iun. conſ. 8. n. 22. lib. 2. Boc-
cac. ad conſtitution. vt minor. gloſ. 8. n. 56. Put.
deciſ. 160. lib. 3. Granut. theorem. 25. num. 31.
Rum. conſ. 61. n. 3. col. 2. lib. 3. Burſat. conſ. 32.
n. 11. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 31. n. 43. Honded.
conſ. 18. n. 57. lib. 1. Engen. conſ. 9. n. 32.

Ideo mulier minor poterit ſe dotare, cum de iu-
re cõmuni ſit ſpecialiter priuilegata, vt valeat
alienatio per eam facta ſine ſolemnitatibus de
26 bonis, † quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt Bart.
in l. 1. §. fuit quæſitum. n. 3. ad trebell. poſt gloſ.
ibi. quam dicit ſingularem Bald. in l. ſi curato-
rem. n. 5. verſ. hic adde vnũ. C. de reſtit. in integ.
Pariſ. conſ. 25. n. 77. lib. 2. Natt. conſ. 496. n. 14.

Secundo in caſu eiuſdem ſtatuti nõ ſeruati quoad
ſolemnitates requiſitas in contractibus per mi-
nores factis dubitabatur an ſaltẽ vigore iura-
menti iudicandum eſſet pro illorum validitate,
27 Et verius eſt quod nõ poſſint † dici validi; Nam
ſtatutum irritat etiam iuramentum ommiſſis
ſolemnitatibus, itaut præſumatur contractus
fictitius, ſimulatus, ſeu dolo initus, quo caſu iu-
ramentum nihil operatur Bar. in l. omnes popu-
li. n. 24 de iuſt. & iur. late Simone. qui de cõmu-
ni. lib. 3. tit. 8. nu. 165. de decretis minor. Sera-
phin. priuil. iuram. 82. num. 79.

Et regulariter ſtatutum requirens certam ſolem-
28 nitatẽ diſponendo, quod ſinẽ ea cõtractus, † &
inſtrumentum non faciat fidem, procedit etiam
in actu iurato. Nam ſtatuta inducentia ſolem-
nitatem probatoriam dicuntur continere pu-
blicã vtilitatem, ob quam nõ licet illi deroga-
re pacto, aut iuramento priuatorum Caputaq.
in ſpecie deciſ. 190. p. 3. vbi quod procedit tam
de iure ciuili, quam canonico poſt Alex. conſ.
95. in fin. lib. 1 Gozad. conſ. 16. num. 14. Succin.
conſ. 97. in fin. lib. 1.

Quibus confert quod quãdo ſtatutum aufert vim
probatoriam ſtatuendo nullam fidem facere, &
eſſe nullius momẽti, prout in caſu noſtro, tunc
29 iuramentum nihil operatur, † quia per illud nõ
probatur interueniſſe Caſtrenſ. conſ. 61. notan-
dum eſt primo. in fin. lib. 2. Rota diuerſ. deciſ. 8.
p. 3. lib. 1. num. 4.

Quamuis ceſſantibus prædictis contractus mino-
30 ris ſine ſolẽnitatibus firmaretur iuramẽto; per
quod ſuppletur defectus curatoris, & iudicis
gloſ. in l. 1. & in auth. ſacramenta puberum. C.
ſi aduerſ. vendit vbi Salic. & Iaſ. dicunt totum
mundum ita practicare. Aim. conſ. 7. in fin.
Hieron. Gabr. conſ. 13. nu. 2. lib. 1. Cephal. conſ.
207. n. 8. Anton. Gabr. de minor. concluſ. 5. n. 10.
Minor enim per iuramentũ repreſentatur ma-
ior, & validat contractum alias inualidum re-
ſpectu minoris ętatis, ſiue iuramẽtum ſit aſſer-
31 torium, † ſeu confirmatorium, ſeu promiſſo-
rium, Seraphin. priuil. iuram. 82. n. 2. & 23. in
fin. verſ. præſumptio tamen.

Ideo etiam dicimus iuramentum ſupplere defe-
32 ctum † inſinuationis Bald. in c. cum contingat.
col. 4. de iur. iur. Aim. conſ. 118. n. 1. Dec. conſ.
432. cum ſit quod. col. 2. in fin. n. 17. Soccin. conſ.
79. cumulatiſſime. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Gip-
tio Beneuentan. donationis. 21. octobris 1585.

Prout etiam videmus per iuramentum confirma-
33 ri donationem † inter patrem, & filium Bald.
in l. vlt. in fin. num. 6. verſ. ſed quid ſi fuit. C. de
vſucapion. pro donat. Alex. conſ. 8. viſis & conſi-
deratis. n. 2. lib. 2. Soccin. conſ. 91. viſa & dilige-
ter. num. 8. lib. 1. Clar. in §. donatio. q. 8. in fin.
Rot. per Cardin. Seraphin. Rauennaten. dona-
tionis. 29. aprilis. 1596. vbi etiam quod valet, ſi
34 fiat ob benemerita, quamuis nõ probẽtur, † cũ
adſit iuramentum, quod facit valere actum om
ni meliori modo, quo valere poteſt l. cum pater.
99. §. filius matrem. de leg. 2. Bar. in l. cum quis
decedens. 35. §. codicillis. de leg. 3. col. vlt. num. 8.
verſ. & eſt ratio.

Idem

Digitized by Google

Idem eſt in donatione inter virum, & vxorē, quæ
35 eſt valida ſtante iuramento, † nec reuocatur al
tero ſuperuiuente ex coniugibus, ſiue ſimus in
expreſſa, ſeu tacita, & præſumpta donatione re-
ſultante ex confeſsione dotis receptæ, ſine in
prohibitione legis, vel ſtatuti, & in alijs caſibus
de quibus per *Doctor. in c. cũ contingat. de iur.
iur. Alex. conſ. 7. lib. 6. Natt. conſ. 28. num. 6.
Gabr. conſ. 63. nu. 2. cum ſeq. lib. 1. late Surd.
deciſ.* 154. *nu. 1. & per tot.* Vbi tamen intelli-
git in vero iuramēto, ſecus in clauſula ſincere,
36 & fideliter, quæ † loco iuramenti ſolet apponi,
aut in promiſsione facta ſub fide, aut ſimili-
bus clauſulis.

Quæ omnia dixi intelligenda in vnico defectu, cũ
37 regulariter iuramentum † non ſuppleat plures:
Cum enim duplex prohibitio magis operetur;
ſufficit quod iuramentum faciat valere actum
aliàs nullum ratione minoris ætatis, ſecus quã-
do aliud obſtaculum reperiretur, quia tunc plu
ra iuramēta eſſent interponenda *Bald. in l. fin.
§. filijs autē. C. de bon. quæ liber.* Dec. *conſ.* 349.
nu. 6. *Cephal. conſ.* 409. *num.* 46. *lib.* 3. Rum.
conſ. 98. *num.* 7. *lib.* 1. Rimin. *Iun. conſ.* 569.
nu. 246. *lib.* 5. *& inſtit. quib. alien. non lic. in
princ. n.* 440. Menoch. *conſ.* 29. *n.* 40.

Intelligendo tamen in forma iuramenti reſtricta,
ſecus quando eſt ampla, & apta comprehende-
38 re † omnes defectus cum præcedenti promiſ-
ſione habendi rata omnia, & ſingula in inſtru-
mento contēta, iurando omnia & ſingula attē-
dere, & non contrafacere, ſub pœna periurij;
tunc enim iuramentum cēſetur ſupplere plures
defectus, puta inſinuationem, confirmationem
donationis factam inter perſonas prohibitas,
probationem meritorum, & ſimilia *Bart. in
auth. ſacramenta puberum. n.* 14. *C. ſi aduerſ.
vendit. Dec conſ* 238. *n.* 3. *Aim. conſ.* 7. *num.* 4.
verſ. amplius ſoluit. Gabr. conſ. 127. *num.* 34.
lib. 1. *Rot. per Cardin. Seraphin. Rauennaten.
donationis. in fin.* 29. *aprilis* 1594. vbi quod eſt
verior opinio & ita conciliandas eſſe ſentētias
dicit *Lambertiug. de contract in fin. n.* 36. *Ro-
land conſ.* 59. *n.* 12 *lib.* 1. *Bece. conſ.* 100. *num.* 15.
Seraphin. priuil. iuram 83. *num.* 49. *Surd. deciſ.*
154. *n.* 12. *&* 14.

Tertio cum de hoc dubitaretur declaraui huiuſ-
modi nullitates contractus ob non ſeruatam
formam ſtatuti, de qua agimus non poſſe alle-
39 gari, † niſi per ipſos minores, prout regulare
eſt, quod nullitas introducta fauore alicuius nõ
habeat locum niſi ille velit, quamuis eſſet cau-
ſata à dolo *Bart. in l. eleganter. de dol. mal. Ti-
raq. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur. nu.* 16.
C. de reuocan. donat. & in 16. *leg. connub. gloſ.* 8.
n. 91. *Aim. conſ.* 179. *n.* 5. *Rum. conſ.* 48. *num.* 12.
40 *lib.* 4. Ideo † tertius non auditur allegando
iſtas nullitates *Socin. conſ.* 78. *n.* 8. *lib.* 4. cum
declarationibus, de quibus latè *Surd. deciſ.*
108. *per tot.* In electione enim Eccleſiæ, vel mi-
noris eſt compellere contrahentes ad cõtractus
41 nulli † obſeruantiam, licet ipſi non teneantur
Abb. in c. 1. *ne ſed. vac. Card. in c.* 1. *de his quæ
ſiunt à præl. ſin. conſ. capit. Guid. Pap. q.* 159. *in
princ. Rum. conſ.* 11. *n.* 6. *lib.* 4. *Surd. de alim. tit.*
8. *priuil.* 56. *n.* 80. vbi *n.* 81. *in fin.* ampliat poſ-
ſe cogi, quamuis non eſſet vtilis contractus.

Ideo datur cautela, quod emptor agat contra mi-
42 norem, vt contractus approbetur, † vel re-
probetur *Bart. in l. Iulianus. § ſi quis. de action.
empt.* & hunc modum, vt poſsit quis agere, vt
43 certificetur de iure ſibi competenti dicit † mi-
rabilem, & notandum *Caſtr. ibid. n.* 2. *Pinel. in
l.* 1. *p.* 3. *n.* 34. *C. de bon. matern. Surd. deciſ.* 69.
num. 23. *in fin.*

Quarto, quia in obligatione neceſſaria non intrat
diſpoſitio, aut ſolemnitas ſtatuti; Ideo aliàs
dixi cum de hoc quæreretur, quod inuecta, &
44 illata † in domum conductam per minorē ſunt
tacite obligata pro penſione, quamuis non in-
terceſſerit decretum, aut ſolemnitas. Ratio
quia lex pro eo obligat, neque dicitur læſus mi-
45 nor ex obligatione legali, † vel neceſſaria *Bald.
in l. certi. q.* 8. *n.* 11. *C. locat.* Quicquid contra-
rium dicat *Bar. in l. item quia. in princ. de pact.
& in l. ſi conſtante. in princ. p.* 3. *q.* 4. *n.* 75 *ff. ſo-
lut. matrim.* cum alijs latè *per Cald. de reſtitut.
in integr. in verb. cum non abſimilis. n.* 39. *verſ.
& ideo contrariam ſententiam. Menoch. de adi-
piſc. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 66, *&* 82. Quia con-
46 tra † eos eſt verior opinio, vt per *Tiraquell.
gloſ.* 8. *l.* 16. *connub. n.* 129. *Curt. Iun. conſ.* 168.
n. 20. *poſt Bald. in l. vnic. §. & vt plenius. poſt
med. verſ. extra quæritur. C. de rei vxor. acti-
tion. Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 44. *n.* 15. *& deciſ.*
287. *n.* 25. & ita practicari dicit *Ceual. q.* 132.
in fin. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. c. 34.
n. 15. vbi tamen ſaluat opinionem *Bart.* in
bonis quæ ſeruando ſeruari poſſunt.

Prout dicimus de muliere, & minore quietanti-
bus ex cauſa neceſſaria, in qua neque attēditur
47 ſolemnitas † ſtatuti, latè *Rot. diuerſ. deciſ.* 867.
n. 3. *lib.* 3. *p.* 3. *Rom. conſ.* 394. *præſuppoſito. nu.* 3.
& conſ. 280. *ex themate. num.* 9. vbi *Mandoſ. in
verb fieri.* teſtatur, ita iudicatum in *Rota
per Put. deciſ.* 9. *de conſtitut.* cuius verba re-
fert, cum dicat non omnes habere illam deci-
ſionem, & fuit etiam deciſum per *Cardin. Se-
raphin. Romana domus, ſeu concordiæ.* 5. *Iunij.*
1595. vbi etiam, quod ſtatutum Vrbis habet
locũ in ceſsione iuriũ *Put. deciſ.* 7. *&* 53. *lib.* 3.

Idem dicebatur in communione bonorum, quæ
fit inter coniuges vigore conſuetudinis: nam
48 ſi minor † contrahat matrimonium abſque vl-
lo iudicis decreto, bona communicat, quaſi iſta
communicatio bonorum, licet contineat alie-
nationem, tamen tanquam legalis non ſit pro-
hibita, ſed admittenda *Soarez in tit. de las ar-
ras. nu.* 64. *Viuius in commun. opinion. in verb.
maritus.* per auctoritatē. *gloſ. in l. fin. in verb.
teneri, de legit. tut.* Quamuis hæc opinio non
ſit tuta, cum potius in iſta communicatione
debeat requiri decretum, quaſi per eam domi-
nium transferatur; quod ſine ſolemnitatibus
49 non † conceditur etiam in rebus minorum, li-
cet alienatio ſit legalis, Cum contraria proce-
dant

dant in hypotheca legali,ſecus in alienatione: Maximè quia huiuſmodi communio procedit à pacto inter coniuges inito,non à lege quaſi cõſuetudo habeat vim pacti, & ſubintret ipſum contractum,vt ſecundum illam conſuetudinem cenſeatur eſſe contractum, eum enim illi par-
50 tes poſſint renunciare dicitur potius † actus hominis,cum alius dicatur actus legis,quando non poſſet renunciari, prout per prædictas rationes, & alias ita in ſpecie, quod requiratur decretum in huiuſmodi communicatione latè concludit *Caldeſ. de reſtit. in integr. in verb. ſua facilitate. n.6.& 7.*

E P I T O M E.

Proceſſus cum matre tutrice ante inuentuarium an valeat. Mater quando cenſeatur excluſa à tutela per dationem alterius tutoris, & an tũc ſit deueniendum ad tutorẽ legitimum,vel datiuum. Tutor vt dicatur legitimè conſtitutus quomodo iurare debeat, & an ſufficiant verba æquipollentia; & quando requiratur expreſſa bonorum obligatio, & fideiuſsio.

S V M M A R I V M.

1 *Proceſſus cum matre tutrice ante inuentarij confectionem eſt nullus ipſo iure. Contrarium eſt verius. nu.3.& 4.Intellige vt num. 10.& 11.*

2 *Tutor præſumitur in dolo adminiſtrans ante inuentarium.*

5 *Inuentarij ommiſſio, ſeu non deſcriptio omniũ bonorum poteſt procedere ad commodum pupillorum.*

6 *Tutor remouetur vt ſuſpectus ſi nulla cauſa præcedente non confecit inuentarium.*

7 *Cauſa litis ſuffiet ad remouendum tutorem.*

8 *Dolus præſumptus non verus oritur ex ommiſſione inuentarij.*

9 *Adminiſtratio non prohibetur donec cognoſcatur cauſa ſuſpitionis.*

12 *Tutor alius poteſt dari pupillo,quando non habet tutorem ſufficientem, vel abſentem.*

13 *Tutela defertur à lege, & vbiq; exercet ſuam poteſtatem.*

14 *Decretum eſt nullum ſi non conſtat quod tutores legitimi quantumuis abſentes ſint in mora,valebit tamen interim datio.n 15.*

16 *Mater non cenſetur excluſa à tuetla per dationẽ alterius tutoris non probata aliqua mora.*

17 *Non proſequens in termino ſibi ſtatuto videtur iuri ſuo renunciare.*

18 *Matre excluſa à tutela deuenitur ad tutorem legitimum,quo non exiſtente eſt locus datiuo. Intellige vt n.19. Amplia vt n.20.*

21 *Mater poteſt tutelam petere lapſo anno tanquam tutrix voluntaria.*

22 *Mater licet priuetur ſucceſſione non tamen priuatur tutela.*

23 *Creditor pupilli remouetur à tutela. Intellige ut n.24.25. & 26.*

28 *Tutor remouetur ob litem cum pupillo,dummodo non ſit mater,aut auia,quibus datur aditũ ctius, & dummodo non ſit lis de maiori parte bonorum. nu.28.*

29 *Tutor non dicitur legitimè conſtitutus ſi non iurauit iuxta formam. §. fin. auth ut ij qui obligat. ſe haber. perbib. res minor. Contrarium eſt uerius quod ſufficiant uerba æquipollentia. n.30.& quæ ſint iſta verba. n. 31.*

32 *Relatum dicitur expreſſum in referente.*

33 *Expreſsio per relationem generalem non ſufficit vbi aliquid requiritur pro forma. Contrarium eſt verius. n.34.& de ratione.num. 35.& 36.*

37 *Effectus eſt conſiderandus ommiſſa forma verborum.*

38 *Clauſula ad omnia quæ de iure tenetur æquipollet expreſſe renũciationi de ſecũdis nuptijs.*

39 *Tutela eius qui non obligauit expreſſe bona ſua non eſt nulla. Intellige vt nu. 40. & de ratione. n. 41. 42.& 43.*

44 *Fideiuſsio requiritur in tutore ultra obligationem bonorum.*

C A P V T XXVIII.

PRoceſſus factus cũ matre tutrice ante inuentarij confectionem prætendebatur nul-
1 lus † ipſo iure *per tex.in l.fin. C. arbitr. tutel.* & ſecundum communem opinionem, de qua p *Thob.cõſ.108. n.14. Socc.Iun.conſ.22.iſta cõſultatio. lib.2. Sim.de Pret.conſ.6.nu.12. Vant. de nullit.ex defect. mand.nu. 148.* & veriorem ſententiam, dicit *Corraſ. in ſuis commun. opinion.lib.2.n. 9.caſ.10. nu.60.& 64.Capic.decis. 50.n.2. Caputaq. deciſ.387. p.2.* Tutor enim
2 præſumitur † in dolo adminiſtrans ante factũ inuentarium, & facit actus nullos *Bart.in l.legitimos.in princ.num.7.de legit.tut. Aret.in §. actionum.num. 33.in fin. & n.34. q.8.inſtit.de action. Caualcan.de tutor.n.23.& 57. Surd. de alim.tit.7.q.41.n.9.Ruin. conſ.29.n.10.lib.5.*
Contrarium dixi verius ad fauorem matris tutricis in cauſa mihi commiſſa: Nam iſta ſolemnitas non facti inuentarij non facit,quod inte-
3 rim mater non ſit tutrix, † ideo illius oſtenſio,aut probatio non eſt neceſſaria, cum ſatis ſit quem fuiſſe datum tutorem confirmatum, & ei factum præceptum de adminiſtrando; Vnde poterit adminiſtrare antequam inuentariũ conficiat, licet ex hoc poſſet remoueri tanquã ſuſpectus. Ita in ſpecie concludit *Bart.in l.tutor qui repertorium. col.2. uerſ.ſed quæro quid ſi neglexerit. ibi.contrarium puto.n.7.de adminiſtr.tut.*quem ita eſſe intelligendum,quicquid per alios in contrarium allegetur dicit *Auffr. ad deciſ.* Capp. *Tholoſ. 289. in princ.* Mannel. *Alben.conſ.21.nu.7.* Guid. *Pap.q.330. quinque ſunt neceſſaria.in princ.uer.ſecũdo requiritur.* vbi quod ita in curijs ſeruatur,tam in iudicio, quàm extra *Alex.conſ.86. uiſis dubitationibus. col.2. in princ. n.8.uerſ.non obſtat quod nõ fecerit. Granut.theorem.8. nu. 19.* vbi teſtatur ita

4 ſeruari in Sacra Rota Romana;† prout in ſpe-
cie in matre eſt deciſio Put. 318. in fin. lib. 1.
Rota per Cardin. Seraphin. Maceraten. ceſſio-
nis.9 decembris.1592. vbi etiam quod valẽt ge
ſta per matrem tutricem antequã ſit ei decre-
ta adminiſtratio, quæ non decernitur niſi inuẽ-
tario confecto. Cum etiam de iure canonico
non exigatur cõfirmatio iudicis in eo qui vult
curam, ſeu tutelam obtinere Neuiz.conſil. 17.
n.59. Siluan.conſ. 3.n.5. verſ.quinimo. Bertaz.
conſ.ciuil. 38.n.27.
Maximè quia ommiſsio inuentarij poteſt proce-
dere etiam ex induſtria ad commodum pupil-
lorum propter eorum creditores, quo caſu nõ
5 arguitur dolus in tutore,† prout etiam quãdo
confecit inuentarium, ſed in eo non deſcripſit
omnia bona, dummodò illa annotauerit in li-
bro rationum Aim. conſ.275. in 2.dub.n.11.&
12. Vnde ex hoc non debet impediri eius admi
niſtratio, cum ſatis ſit poſſe illum tanquam ſu-
6 ſpectum remoueri, † ſi nulla cauſa præcedente
non fecerit inuentarium l. fin. C. arbitr. tut.
Afflict.deciſ.207.n.3. vbi n.4. ampliat ad tuto-
rem teſtamentarium, cui neq; dabitur adiun-
ctus, ſed remouebitur à tutela, à qua vt exclu-
7 datur, ſufficit etiam leuiſsima cauſa † Bart. in
l.fin.de ſuſp. tutor. Bald. in l. quæ fortuitis. C.
de pignorat. action.col.6. in fin. num. 16. verſ.
ſed dubitatur de tutore; & quia ex ommiſsione
8 inuentarij dicitur in dolo præſumpto† non ve-
ro Soccin. conſ.46. cum in præſenti. n. 5. lib. 1.
Dec. conſ.191. in caſu propoſito.col.fin.in princ.
n.5. Surd.deciſ.216.n.20. Roland. conſ.49.n.18.
lib.1. Vnde non eſt prohibita adminiſtratio, do-
9 nec allegetur cauſa ſuſpitionis,† & de ea cogno
ſcatur, & lis conteſtetur Bart. in l.quod ſi for-
te.§.ſunt quidam. vbi Aug.n.2. dicit ſingulare,
& ita obtinuiſſe de ſolut. Grat. conſ.44. n. 12.
lib.1. Affl.deciſ.357.in fin.n.6. Quę magis pro-
cedunt in caſu noſtro, quia eramus in his quæ
poſſunt prodeſſe pupillo, licet in illis, quæ præ-
10 iudicarent, non valerent geſta † per tutorem
antequam accipiat legitimè tutelam ſecundum
Caſtrenſ.conſ. 355. poſtquam iſte tutor. col. 2.
verſ.item dico quod ſi dictus. ſub n. 4. lib.1. cum
alijs per Caualcan. de tutor.n.25. Vnde dicebat
Bar. in l. legitimos.in princ.n.8. de legit. tutor.
quod in his, quę principaliter ſpectant ad com-
11 modum pupilli, valẽt geſta † per tutorẽ, etiam
non concurrentibus ſolemnibus, prout in his
quæ dilationem non recipiunt, & ſimilibus. Idẽ
voluit Bald.poſt Bart.ibi.in l. fin. C. de tutor.
& curator.qui non ſatiſd. Alex. conſ. 163. alias
conſultus.in fin.lib.5. Cappell.Tholoſ.deciſ.289.
Corn. conſ.164. videtur in hac conſultatione.
col.2.in princ.verſ.dictæ autẽ matri.n. 4. lib.4.
Non obſtat, quod in caſu de quo agebamus fuerit
12 datus alius tutor, qui poteſt dari pupillo,† quã
do non habet tutorem præſentem, vel abſentẽ
l.tutorem. de tutor.& curat.dat.ab his. l. ante-
pen. & ibi gloſ. in verb. curatores. cum l.ſeq.
C.in quib.cauſ.tut.hab. Tutela enim cum defe-
13 ratur à lege† vbique exercet ſuam poteſtatem
l.fin.C. de præſcript. long. temp. Ideo nõ poteſt
inuitus excludi, quamuis ſi velit excuſetur;
vnde tutelę decretum erit nullum, ſi non cõſtat
iudici quod tutores legitimi quantũuis in alia
14 prouincia degentes † forent in mora Alex.
conſ.161. col.2.n.7. lib. 5. Surd.conſ.159.nu.4.
lib.2. vbi etiam n.22. quod interim valebit da-
15 tio tutoris † nõ citato legitimo extra prouin-
ciam, quia remanet ius ſuum ſaluum quando-
cunq; compareat, exemplo creditoris abſentis,
qui non eſt citatus in inuẽtario, cuius ius ſem-
per ſaluum eſt Phanucc. de inuent. p. 3. nu. 17.
tract. tom.8.p.2. f.276.
Quia reſpondetur, quod per huiuſmodi dationem
tutoris non cenſetur mater excluſa, cum non
fuerit probata aliqua mora ipſius, neq; de ea
16 iudex cognouerit, † prout requirebatur præ-
uia illius citatione Alex. in ſpecie conſ.109. vi-
ſo ſtatuto. lib.3.n.2. vbi quod ſi fuit datus tu-
tor, antequam mater aſſumat tutelam, non va-
let datio, ſi mater non ſit in mora per lapſum
quatuor menſium, conſtito enim de eius negli-
gentia, dabitur alius, quod etiam procedit in
qualibet auia, ſiue paterna, ſiue materna: Prout
quoq; concludit Dec. conſ. 16. & diligenter in
fin. poſt Bart. in auth. matri & auiæ. C.quand.
mul.tut.offic. vbi poſtquã fuit citata debet tu-
telam accipere intra quatuor menſes, niſi ex
aliqua iuſta cauſa excuſetur Anan. conſ. 100.
in fin. Surd.conſ.159.n.21. & deciſ. 106.nu.16.
Muta.in conſuetud. Panormitan. c.50.n.8. Ra-
tio, quia non proſequendo in tempore ſtatuto
17 ius ſibi competens, † videtur illi renunciare
Rom. conſ.431.in terminis.n.1. quia lapſus tem
poris renunciationem inducit l.ſi ea. C.qui ac-
cuſ.non poſſ.auth.ei qui.C.de tempor.appell.
Immo etiam quãdo mater eſſet excluſa debet de-
18 ueniri ad tutorem legitimum, quo nõ † exiſtẽ-
te eſset locus datiuo, quod tamen in caſu, de
quo agimus non fuit ſeruatum: Vnde non vale-
bit dicta datio tutoris. Ex quo enim mater per
moram ſuam deſinit eſſe tutrix ex legis diſpoſi
tione, non ex facto iudicis, debet deueniri ad
legitimum, non autem datiuum, prout conclu-
dit Bart.in auth.matri & auia.in fin. C.quãd.
mul. tut. offic.
Maxime quia iſta mater nũquam ſuſcepit tutelã,
nã ſiue recuſet, ſiue tempore excludatur eſt lo-
cus legitimo, cum ſecus ſit quando poſt illam
19 ſuſceptam tranſiſſet † ad ſecunda vota, tunc
enim eſſet locus datiuo Bart. in auth.ſacramẽ-
tum.C.quand.mul.tut.offic.;& eſt diſtinctio ap-
probata per Doctores ibidem, & teſtatur Surd.
deciſ. 106.n.6.poſt Ruin.conſ.125.nu. 8. lib. 5.
Berou. q.66.n.4. Gabr.conſ.27.n. 2. lib.1.
Et adeo iſte legitimus, ſeu proximior erit admit-
tendus, vt non dicatur in mora non petendi tu-
20 torem, quando mater eſt in medio, † quæ li-
cet eſſet excluſa tempore à tutela, tamen ex-
cluſio non ſit ipſo iure, ſed requiritur ſenten-
tia, vnde ante eam non dicitur in mora ille qui
ſequitur in ordine prout idem eſſet ſi ipſo iure
mater excluderetur, quia etiam opus eſt decla-
rato-

Digitized by Google

ratoria,quæ illi innotuerit. Ideo neque pri-
uabitur ſucceſsione ob non petitum tutorem,
ſtantibus prædictis, cum non poſſit ſibi negli-
gentia imputari,latè Surd. deciſ.48. per tot.
Cum pręſertim mater poſsit tutelam petere lapſo
21 anno, † quia eſt voluntaria tutrix,non neceſ-
ſaria,ideo non cogitur; licèt enim taceat per
annum,non videbitur tamen renunciare tutelę
in qua ſibi non dicitur obeſſe; Quamuis enim
22 generetur ei præiudicium in ſucceſsione, † nõ
tamen in tutela Bald. in l.præcibus. num.18. in
fin. verſ. & ſcias quod licet mater. C. de im-
pub. & alijs ſubſtit. per tex. in l. tutela. §. ſed
& ſi hac.vbi Bart. in princ. de legit.tutor.Qua-
re non diciturproximior negligens, qui matre
exiſtente,non petit Surd. deciſ.48. nu.8. & 9.
Non obſtat, quod mater tanquam creditrix pu-
23 pilli erat remouenda à tutela, † prout regula-
riter fit in huiuſmodi debitoribus,ſeu credito-
ribus Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.in princ.n.4.de leg.1.
Quia procedit quando creditum eſſet in magna
24 quantitate,quod non eſt in caſu noſtro † gloſ.
in auth. minoris debitor.qui dar.tut. vel curat.
poſt Aim. conſ.182. n.15. in fin. verſ. videmus
in ſimili. poſt Bart. in l. ſi quis in pignore. 36.
§.1. in fin. de pignor. act.
Secundo illud habet locum in alijs, quam in ma-
25 tre,& auia † auth. ad hac. C. quand. mul. tut.
off. Ang. in §. actionum.num. 72.inſt.de actio.
Et ita in ſpecie de matre,aut auia debitrice,
26 aut creditrice pupilli, † quod non poſsit de-
ueniri ad alium tutorem, niſi ipſa prius ſit in
mora, concludit Alex. conſ.109. viſo ſtatuto
n.2. lib. 3. vbi teſtatur de magis communi.
Pront dicimus de lite,quam habet tutor cum pu-
27 pillo, ob quam remouetur à tutela, † dummo-
do non ſit mater, aut auia, quibus datur ad-
iunctus Afflict. deciſ. 207. num. 1. poſt Bald.
in d. auth.matri.& auiæ. Immo debet eſſe
lis de omnibus bonis, aut maiori parte illo-
28 rum, vt alias † tutor ſit ſuſpectus l. propter li-
tem. de excuſ. tutor. Soccin. Iun. conſil.7. nu-
mero 23. lib.4.
Nec facit vltimum, quod tutrix non ſit legitime
29 conſtituta,cum non † iurauerit iuxta formam
§. fin. auth. vt ij, qui oblig. ſe haber. perhib.
rei minor. & in l. etſi ad ſpecies.ff. rem pupil.
ſalu.for. Bart. in l. legitimos. in princ. col. fin.
num. 7.C. de legit. tut. vbi extendit ad omnes
tutores per tex.in l. de creationibus. C. de Epi-
ſcop. aud. ſequitur Silueſt. inſt. de ſatiſd. tut.
in princ. col.pen. num. 42. Quia reſpondetur,
quod ſufficiunt verba æquipollentia,quæ adhi-
30 bita fuerunt † in huiuſmodi tutela ſecundum
conſ.Alex. 80. viſis themate. col. fin. num. 14.
lib. 5. quod fuit approbatum per Rot.deciſ.2.
coram Fabio. lib.2. 11. Decembris 1551. & per
Cardin. Seraphinum Firmana bonorum. 29.
aprilis. 1583. ſequitur Bertaz.clauſ.8. gloſ.5.
in fin. latè Bacca. de decim.tutor. c.2.num.68.
quem refert, & ſequitur Guter. de iuram. con-
firmat. c.73. num. 1. Tom. 6. p. 2. fol.117. &
ita tenendum, quicquid alij contrarium ſen-
tiant, teſtatur Spin. de teſtam.gloſ. 29.nu.29.
vſque ad n.32. vbi quod ſufficient quæcunque
verba æquipollentia, dummodo tutor iuret ſe
fideliter adminiſtraturum munus ſibi iniunctũ
Bald. in l. legitimos. in gloſ.in verb debet ergo.
de legit.tut. cum huiuſmodi iuramentum in
ſuſceptione tutelæ habeat vim clauſulæ,quę fa-
cit valere actum omni meliori modo, quo po-
teſt Doctor. in l. cum pater. §. filios matrem.
ff. de legat. 2. Verba autem æquipollentia ſunt
31 obligauit ſe ad omnia,ad quę † tenetur de iure,
& ex forma ſtatuti,quæ tanquam relatiua ſunt
in referẽte cũ omnibus ſuis qualitatibus Bart.
in l. 1. in princ. de receptator.Bald. in l. ſi de-
fenſor. §. qui interrogatus.de interrogator.act.
Dec. conſ.63. num.6. & conſ.47. vbi etiam
32 quod ſatis dicitur † expreſſum relatum in re-
ferente Ancbar. q.21.num. 11.lib. 2. Alex. in
l.ait prætor. §. ſi iudex.num. 2.de re iudic. Fe-
lin.in c.2.num.11. de reſcript. verſ. aliquando
vero priuilegium.
Ideo etiam dicimus,quod ommiſsio promiſsionis
de faciendo vtilia, & inutilia prætermittendo
non operatur nullitatẽ tutelæ; Quamuis enim
hoc requiratur per legem, Tamen actus ex hu-
iuſmodi inobſeruantiam nõ poteſt dici nullus;
Ita in terminis concludit Abb. conſ. 21. nu.11.
Eugen. conſ. 19.num.20. vbi etiam nu.10.cum
ſeq. loquitur de ſimilibus ſolemnitatibus om-
miſsis in ſuſceptione tutelæ, quæ non reddunt
illam inualidam, prout de non petita licentia
adminiſtrandi à Iudice; cum hodie ſit conſue-
tudo, vt tutores illam non petant; Ideo ſuffi-
ciet eam allegare Dec. conſ. 148. col. vlt. Imò
neque allegare erit neceſſe ſecundum Bart. in
l. 1. q.25. C. quæ ſit long. conſuetud. Abb.
conſ.21. nu.9.
Non obſtat, quod quando pro forma eſt aliquid
33 exprimendum non ſufficiat expreſsio † per re-
lationem generalem, quæ non eſt propria ex-
preſsio Grat. conſ. 28. euidentia. col.1. verſic.
nec obſtat ſi dicatur. n. 5.lib.1. Iaſ. in l.gallus.
§.idem credendum. in prima lect. col. penult.
n.17. verſ. confirmo nam cum in appellatione.
de lib. & poſth.
Nam verius eſt, quod ſit proprie expreſsio ge-
34 neralis,& improprie † ſpecialis Aret.in l.plu-
ribus. in princ. de verb. oblig. quem ſequitur
Tiraq. in 16.leg.connub. gloſ. 7. nu.194. Ang.
in l.1. §. inter filium. ad l.cornel. de falſ. Ale-
xand. ad Bart. in l. prætor. in princ. de nou.
oper. nunciat. Bald.conſ.212. ea quæ veniunt.
lib. 5. Etenim natura relationis eſt natu-
35 ra veritatis † ex coniectione ſcripturarum
patentis,& omne quod ex natura dicitur pro-
priè dicitur l. legaui. de liber. legat.Vnde cum
per d. relationem nil de nouo fiat,ſed detega-
tur factum, proprium eſt, quod implicitè di-
citur l. adeo. §. cum quis.de acquir. rer. do-
min. Bald. d. conſ.212. Cattel. Cott. in memor.
in verb. relationis natura; Ideo ſatis eſt, quod
36 talis † expreſsio facta fuerit per hanc relatio-
nem,maximè cum agatur de ſuſtinendo actu,

& idem effectus reſultet per huiuſmodi æqui-
37 pollentiam. Iura enim conſiderant † effe-
ctum verborum, non formam *l.omnium. C. de
teſtam.l.2. C.com. de legat.* & dictam æquipol-
lentiam ſufficere dicit etiam *Bald. in l. legiti-
mos. de legit. tut.* & ita ſeruari teſtatur *Add.
ad Alex.d.conſil.80.iu verb. ſufficit. Capic. de-
ciſ.50.in fin.*vbi per clauſ. obſeruare omnia ad
38 quæ de iure tenetur † ſatisfactnm eſt ſi non re-
nunciauit expreſsè ſecundis nuptijs.

Prætcrea etiam ſi tutor non obliget expreſsè bo-
39 na, non tamen ideo erit nulla tutela, niſi ex
ſpeciali aliqua ratione interſit minoris habere
quoque hypothecam expreſſam vltra tacitam
Bald.in ſpecie *in l.pro officio. C. de adminiſtr.
tutor. & in l. fin. §. & inuentario.* C. *de curat.
furioſ.*

Neque obſtat *text. in l.fin. §.in prouincijs. de
curat. furioſ. & in l. de creationibus. ad fin.*
C.*de Epiſcop. audient.* vbi tutor debet expreſsè
obligare bona,prout etiã dicit S*pecul. de tutor.
§.fin.num.1. Matthesil. ſing. 108. nota caſum.*
40 Quia intelligitur quando intereſſet † minoris
habere expreſſam hypothecam, vt declarat
Bald.in d.l. pro officio. Nam ſi non eſſet vali-
da tutela abſque expreſſa obligatione, fruſtra
lex introduceret tacitam in bonis tutoris, cum
41 non aliter eſſe tutor, † niſi præuia expreſſa
obligatione, & tamen pupillus habet bona tu-
toris tacitè hypothecata pro adminiſtratio-
ne bonorum, redditiooe rationum, & reliquo-
rum reſtitutione, & non ſolum pro adminiſtra-
tis, ſed pro neglectis, & idem in pro tutore,
vel eo qui tanquam curator ſe geſſit Bart. *in
d.l.pro officio.* Rip.*in l. dabimus. §. ſi quis cum
tutor.nu.9.de priuil.credit.Neguſ.de pignor.* 4.
m.p.2.nu.6.Spin.de teſtam.gloſ.29.nu. 14.

Et ita ſpecie, quod tutela non ſit nulla non obli-
42 gatis † expreſsè bonis,niſi quando interſit mi-
noris diſtinguit etiam S*urd. de aliment. tit.* 9.
q.44.num. 50.& 51. vbi etiam addit,quod in-
ter requiſita poſita *per* Bart. *& alios in l. legi-
timos. de legitim. tut.*non ponitur huiuſmodi
neceſsitas obligationis bonorum, quod tamen
43 non eſt tutum, † cum immo omnes illud po-
nant, prout expeeſsè dicit Bart.*in l. legitimos.
in princ.col.fin.nu. 7. verſ. tertium quod requi-
ritur.* C.*de legitim.tut. Idem* Bart. *in l. ſi quis
ſub conditione de teſtam.tutel. & in auth. matri
& auia.*C.*quand.mul.tut. offic. nu.15.col. pe-
nul.verſ.quid ſi in tutela.*Roland. *conſ.76.nu.7.
lib.*1.*Capic.deciſ 50.nu. 5.* Caualcan. *de tutor.
in princ. nu.* 24. vbi quando eſt mater requiri-
tur iſta obligatio bonorum Mut. *ſuper conſuet.
panormit.c.50.nu.69.* vbi quod ita hodie com-
44 muniter ſeruatur, † vt non ſolum expreſsè
obliget bona ſua,ſed etiam det fideiuſſorem,
licèt quando eſſet approbatæ vitæ,& diues non
requiretur fideiuſsio, quamuis per ſtatutum
requiſita ſecundum Rimi*nal.Iun.conſ.* 812. *lib.*
7.quod tamen neque ſeruari dicit Muta *ibidem
in fin.*& dictum eſt ſupra *cap.13.*

E P I T O M E.

Forenſes quando poſsint de iure communi colle-
ctari. Et quid ſtante priuilegio, & ſtatuto,
vel conſuetudine immemorabili, & in quibus
terminis d.conſuetudo, & priuilegium debeat
probari. Annuæ penſiones, ſeu redditus an
reputentur de bonis ciuitatis ad effectnm im-
ponendi collectas. Et an cenſus conſtituti ſu-
per certis bonis immobilibus ciuitatis Fulgi-
nci debeant indicari de bonis d. ciuitatis, an
potius de bonis ciuitatis Peruſinæ,ex quo con-
tractus cenſuum fuernnt celebrati Peruſij, &
ibi deſtinata ſolutio.

S V M M A R I V M.

1 *Annui redditus quando debentur actione rea-
li, vel mixta veniunt appellatione immobi-
lium. & nu.35.*

2 *Annuæ præſtationes conſtituunt quoddam ius
immobile abſtractum, & ſeparatum de per ſe
& dicuntur eſſe de loco, vbi eſt destinata ſo-
lutio,& vbi est perſona creditoris, & nu.32.*

3 *Cenſus constituti ſuper certis bonis immobili-
bus Vrbis veteris, & Vallis* Montoni *ſunt
iudicandi de bonis exiſtentibus* Romæ, *ex
quo* Romæ *fuerunt celebrati contractus dicto-
rum cenſuũ,& ibi destinata ſolutio. & n. 33.*

5 *Peruſini non poterũt collectari à* Ciuitate Ful-
*ginei pro cenſibus, ſeu annuis redditibus quos
ipſi emerunt ab ea, & ibi de ratione.*

6 *Forenſes non poſſunt de iure collectari, cum
collecta ſit munus, quod imponitur perſonæ
pro rebus; & ſi perſona non est ſubdita col-
lectantis, vel ratione domicilij, vel originis
non poteſt eis imponi ex defectu iuriſdictionis.
& nu.7.amplia vt nu.8.*

9 *Collecta ideo imponitur perſonæ pro rebus,quia
obligatio dirigitur in perſonam, licet cauſa
finalis ſit ipſa res, & quia perſona eſt di-
gnior rebus.*

10 *Forenſes poſſunt collectari à* Ciuitate *habente
ad id particulare priuilegium.*

11 *Forrenſes poſſunt collectari ſtante ſtatuto con-
dito ab eo,in cuius territorio ſunt bona foren-
ſium. Intellige vt nu.12.*

13 *Forenſes vt poſſint collectari an requiratur
conſuetudo immemorabilis, vel ſufficiant 30.
anni.& n.14.15.& 16.*

17 *Conſuetudo immemorabilis, vel priuilegium,
quomodo probetur in terminis collectæ pro
annuis redditibus.& n.18.& 19.*

20 *Annuæ penſiones, ſeu redditus non reputan-
tur de bonis* Ciuitatis *Cauallicenſis,ſed Aue-
nionenſis ad effectum illos collectandi.*

21 *Annui redditus ex ſui propria natura non
computantur inter bona mobilia,vel immobi-
lia,ſed conſtituunt tertiam ſpeciem de per ſe.*

22 *Mobilia, & immobilia propriè tanguntur, de
loco ad locum mouentur, & loco circumſcri-
buntur; ſecus in annuis redditibus.nu.23.*

24 *Annui redditus computantur inter immobilia
in ca-*

Digitized by Google

in caſu,in quo neceſſario ſunt trahendi ad al-
terum eorum.

25 *Annui redditus quo ad effectum collectandi re-*
manent ſub tertia ſpecie, qua conſtituit ſolum
ius,& actionem ad illos exigendum qua actio
non comprehenditur etiam appellatione mobi-
lium.& immobilium.

26 *Actiones dicuntur eſſe de eo loco de quo eſt per-*
ſona creditoris, cuius oſſibus ſunt affixa pro-
pter effectum exactionis.

27 *Annui redditus, vt dicantur bona immobilia*
opus eſt,vt percipiantur ex ceteris fundis non
ex redditibus generalibus.

28 Realitas *oritur ex hypotheca conſtituta ſuper*
bonis.

29 Principalis *obligatio eſt conſideranda, que eſt*
perſonalis,pro qua aſſecuranda fuit facta hy-
potheca.

30 *In contractibus, vbi non destinatur ſolutio fa-*
cienda in loco creditoris, prout in impreſtitis
Venetiarum non procedunt prædicta.

31 *Et quid vbi annui redditus ſunt neceſſario ap-*
plicandi.

CAPVT XXIX.

IN multis Ciuitatibns,& locis diuerſarũ Pro
uinciarum fuerũt deſcripta omnia bona im-
mobilia,& cenſus,ſeu annui redditus Ciuium
dictorum locorum occaſſione illos collectandi
pro ſoluendo ære alieno, & alijs de cauſis, ob
quas fuit conceſſa licentia huiuſmodi collectas
imponendi,& quoniam multi Ciues vnius Ci-
uitatis puta Peruſini habebant cenſus,ſeu red-
ditus annuos ſuper bonis ciuium alterius ciui-
tatis puta Fulginei. Dubitatum fuit an debe-
ret imponi eis collecta occaſione dictorũ cen-
ſuum,& videbatur concludendum eſſe ad fauo-
rem Fulginatenſium. Nam quemadmodum Pe-
ruſini poſſent collectari pro bonis immobili-
bus,quæ poſſiderent in territorio Fulginei,ita
1 etiam pro cenſibus,ſeu annuis redditibus,† qui
cum debeantur actione reali,vel mixta veniunt
appellatione immobilium *Iaſ. in l.ſecundum.in*
in princ.col.vlt.n.23. verſ.extra gloſam qui ſa-
tiſd.cogan. Pariſ.*conſil.86.n.6.lib.3.Ruin.conſi.*
82.col.e.lib.2.latè Gabr. *conſil.141.n.14. lib.2.*
Ideo ſi de immobilibus debet ſolui gabella,quoad
cenſus erit ſoluenda in loco vbi ſunt bona ſu-
per quibus imponitur cenſus P*arlador.rer.quo-*
tidian. c. 3. §. fin. & ita in praxi ſeruari dicit
Morla.de contrahen. emp.& uend.tit.9.ante.q.
*n.56.*cum iudicentur de illis bonis, vbi annui
redditus ſunt ſiti, licèt contrarium ſequatur
Solis de cenſib;lib.2.c.fin.n.2.
Contrarium tamen dixi verius eſſe ad fauorẽ Pe-
ruſinorum, quod non poſſint collectari à Ciui-
tate Fulginei pro cenſibus per eos emptis à Ci
uibus Fulginatenſibus. Quia iſtæ annuę præ-
2 ſtationes † conſtituunt quoddam ius immobile
abſtractum,& ſeparatum de per ſe, & dicuntur
eſſe de loco, in quo eſt deſtinata ſolutio, & vbi
eſt perſona creditoris, vt in ſpecie concludit
*Aret.conſil.10.caſus talis.*quem ſequitur & ſub-
tilitatum Principem nominat *Caſſan.ſuper Cõ-*
ſuetud. Burg. rub. 2. tit. de confiſcation. §.1.in
tex.ibi & appartenet.n.18.vſq.ad n. 24. verſic.
& [primo videtur dicendum, & ita ſecundum
prædicta fuit deciſum *per Sacram* Rotã Roma-
nam coram R. *P. D Oradino de anno* 1571. *in*
3 *cauſa* Romana *Aburdeſia.* † vbi reſoluit cen-
ſus conſtitutos ſuper certis bonis immobilibus
Vrbisueteris, & vallis Montoni eſſe iudicãdos
de bonis exiſtentibus Romæ.ex quo Romæ fue
runt celebrati contractus dictorum cenſuum,
& ibi fuit deſtinata ſolutio. Vnde idem iudi-
4 candum eſt † de iſtis cenſibus conſtitutis ſuper
bonis Fulginei per Ciues Peruſinos,cum inſtru-
menta cenſuum fuerint confecta Peruſij, & ibi
deſtinata ſolutio,licèt bona, ſuper quibus ſunt
5 impoſiti ſint in territorio Fulginei, † & ſic il-
lis nõ poterat imponi collecta, cum cenſus ſeu
redditus annui iudicentur de bonis Ciuitatis
Peruſinæ, cuius ciues non ſunt ſubditi ciuitati
6 Fulginei. Vnde tanquam forenſes † nõ poſſunt
de iure collectari; cum collecta ſit munus,quod
imponitur perſonæ pro rebus, & quando perſo
na non eſt ſubdita collectantis, vel ratione do-
micilij, vel originis non poteſt eis imponi ex
defectu iuriſdictionis *Bart.in l. reſcripto.§.fin.*
de muner & honor.& in l.libertus.§.ſola.nu.1.
ad munic.Alex.conſil.68.vt viſo & dudum n.1.
lib. 2. & conſil. 52. viſis his quæ in themate.in
princ.lib.5.per tex.in l.cum neque.vbi Bart. *C.*
de incol.lib.10.Natt.conſil.150.nu.4.vol.1.Dec.
conſil.284 & pro tenui n.4.col.2.Sur.conſil.262
*n.29.ad med latè Becci.conſil.73.nu.9.*vbi quod
poteſtas imponendi collectas dependet à iuriſ-
dictione, & non imponuntur, niſi ratione ſupe-
rioritatis,& ſolutio cenſus,& collectarum deſi-
gnat ſubiectionem. Ideo forenſibus, & exteris
non poteſt imponi. Ampliando non ſolum quã-
do quis non immediate,ſed mediatè eſt ſuppo-
ſitus iuriſdictioni imponentis collectas, quia
tunc neque ei poteſt collectas imponere *Brun.*
conſ.32.dum quæritur.col.vlt.verſ.tertia ratio-
ne. Et ita etiam fuit deciſum in cauſa *Auenio-*
nen. & Cauallicen. collectarum. die 16. Maij
1583.coram Illuſtriſſimo Lancelloto. quæ eſt in
ſpecie caſus noſtri itant ſolũ ſit diuerſitas quo
ad nomina, & ex rationibus,& auctoritatibus
in ea adductis patet reſpõſio ad contraria,quæ
poſſent adduci,prout ad hũc effectum illius te-
norem volui ſubijcere, & vt etiam debitus ho-
nor ſic auctoribus dandus ne aliorum labores
poſſideantur.

Auenionen. Caualliçen. *collectarum.*
Die 16. maij 1583.

Dum proponeretur in Signatura Sanctiſ.D.N.
commiſſio ad inſtantiam Ciuitatis Auenionen.
& Carpenctoratẽſis pro reducendo ad viam iu-
ris breue ſuæ Sanctitatis cõceſſum Ciuitati Ca
uallicenſi exortę fuerunt nonnullæ in iure diffi-
cultates, quas ſua Sanctitas mandauit mihi vt
proponerem partibus hinc inde informãtibus.
Et Domini die 9. martij & 16. maij. & 27. iu-

Digitized by Google

nij 1583. firmarunt infraſcriptas concluſiones.
Quarum prima eſt, quod forenſes de iure commu
7 ni non poſſunt collectari, † Ratio eſt, quia col-
lecta eſt munus, quod imponitur perſonæ pro
rebus, & ſi perſona non eſt ſubdita collectantis,
vel ratione domicilij, vel originis non poteſt
ci imponi ex defectu iuriſdictionis, vt notat
Bart. in l. libertus §. ſola ratio. n. 1. ad municip.
vbi dicit ita tenere DD. omnes & in l. reſcripto
§. fin. n. 4. verſ. collectæ. de muner. & honor. Fe-
der. conſil. 151. col. 2. verſ. & alia dicuntur. Dec.
conſil. 285. verſic. tertio comprobatur. n. 4. Alcial.
conſil. 39. to. 2. lib. 5. & eſt concluſio in iure ve-
riſtima vt dicit Alex. conſil. 52. col. 3. n. 10. verſ.
nec obſtat. vol. 6. Natt. conſil. 150. nu. 4. vol. 1. &
communiter à DD. approbata, vt dicit Corn.
conſil. 22. col. 2. verſic. & licet. vol. 1. Curt. Iun.
conſ. 61. col. 1. vol. 1. Parpa. in l. placet. n. 56. C. de
ſacroſ. eccl. Gabr. de iure immun. concl. 2. n. 1. &
8 2. in fin. Quæ concluſio † procedit etiam ſi fo-
renſes habeant bona ſub dominio collectantis
vt notat Bart. in l. 1. num. 34. C. de mulier. & in
quo loc. lib. 10. Corn. conſil. 22. col. 2. verſ. vt licèt
vol. 1. Alex. conſil. 68. nu. 2. lib. 2. & conſil. 52. in
princ. vol. 5. Aret. conſil. 132. in princip. Guido
Pap. conſil. 61. n. 9. Iacob. Riminald. conſil. 415.
9 n. 28. vol. 3. & ratio eſt, † quam tradit Bald. in l.
vnic. C. de eo quod inter col. 6. nu. 44. verſic. dici-
mus etiam, quia ideo collecta imponitur perſo-
næ pro rebus nam obligatio dirigitur in perſo-
nam licèt cauſa finalis ſit ipſa res, & cum per-
ſona ſit dignior rebus, attenditur potius perſo-
na, quam res vt poſt Io. Andr. & Oldrad. dicit
Natt. conſil. 105. num. 8. vol. 1. Ex hac prima
concluſione infertur, quod cum Ciues Auenio-
neñ, & Carpentoratenſes non ſunt ſubditi Ci-
uitati Caualicenſi, non poſſunt abipſa collectari
ſed à Ciuitate Auenioneñ. & Carpentorateñ.
quibus ſunt ſubditi.
Secunda eſt concluſio, quod forenſes poſſunt col-
10 lectari à Ciuitate, vel loco habẽte † ad id parti-
culare priuilegium Bar. in l. munerum. §. patri-
moniorum. nu. 4. de mun. & honor. & in d. l. 1. C.
de mul. & in quo loc. lib. 10. n. 28. ver. item fallit
in ciuitate. & in l. forma. §. illam. n. 2. de cenſib.
& in l. cum neque. in fi. C. de incol. lib. 10. Alex.
d. conſ. 68. col. 2. n. 8. verſ. nec dubium. Parpal. in
d. l. placet. n. 57. verſ. fallit. primo. Gabr. d. concl.
2. num. 2. & eſt vera & indubitata concluſio vt
dicit Cur. Iun. conſ. 60. n. 8. verſ. ſuccedit igitur.
& d. conſ. 61. col. 3. n. 10. in fin.
Tertia eſt concluſio, quod forenſes poſſunt colle-
11 ctari † ſtante ſtatuto cõdito ab eo in cuius ter-
ritorio ſunt bona forenſium ſecundum Bald. in
l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo. column. 6. num. 43.
Iuſta cauſa litigandi quando excuſet ab expenſis. Intereſſe debitum iure actionis, & officio iudicis an petatur recepta ſorte. Sententia condemnans in expenſis, quando proferenda in ſcriptis. Iudex appellationis quas expenſas taxet. Expenſæ ſolutę vigore prouiſionis an repetantur, & requirant fideiuſsionem de reſtituendo. Expenſæ victus in hoſpitio an taxentur. Accuſator & fiſcus ſuccumbens, quando condemnetur in expenſis. Artifex & Aduocatus an recuperent lucrum ammiſſum propter litem. Hæres quando excuſetur ab expenſis. Sententia condemnans plures an debeat intelligi, vt pro parte quilibet teneatur ſi obligatio ſit inſolidum. Ex pluribus collitigantibus vnuſquiſq; pro portione ſua tenetur ad expenſas. Reſtitutus aduerſus inſtantiam deſertam ſoluit expenſas, quamuis in gratia nihil de eis dicatur. Damna non veniunt appellatione expenſarum, & quomodo probētur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſta cauſa litigādi excuſat ab expenſis. Fallit quando adeſſit ſtatutum vt victus victori in illis condemnetur. Contrarium num. 3. Intellige vt n. 4. 5. & 6.*

7 *In expenſis conuentionalibus iuſta cauſa litigandi non excuſat. Intellige vt n. 8.*

9 *Iudex intelligitur ſolum abſoluiſſe ab expenſis, quæ veniant ex officio, ſecus à conuentionalibus. Declara vt n. 10.*

11 *Sententia ad libellum referenda.*

13 *Intereſſe debitum iure actionis poteſt peti recepta ſorte, ſecus in prouenientę ex officio iudicis, in quo neq; iuuat proteſtatio. n. 15.*

14 *Alimenta quando cenſeantur remiſſa per receptionem dotis.*

16 *Proteſtatio non impedit, quod venit ex iuris diſpoſitione.*

17 *Sententia condemnans in expenſis debitis iure actionis non eſt ferenda in ſcriptis. Intellige vt n. 18. ſecus in expenſis quæ veniant officio iudicis n. 19. Amplia vt n. 20.*

21 *Sententia interlocutoria non profertur in ſcriptis.*

22 *Alimentorum cauſa non eſt ſummaria ſi illa debeantur iure actionis, ſecus ſi ex officio iudicis. Intellige vt n. 23.*

24 *Iudex appellationis, nec tacite nec expreſſe taxat expenſas niſi coram ſe factas. & num. 25. & 26.*

27 *Expenſa ſoluta pendente lite vigore prouiſionis non repetuntur à ſuccumbente. & nu. 28. & de ratione. n. 29. Intellige vt n. 31.*

30 *Fideiuſſio de reſtituendo an requiratur in expenſis datis per modum prouiſionis. & num. 32.*

33 *Expenſæ ratione victus in hoſpitio non taxantur de conſuetudine, ſecus de iure. num. 34. & quomodo procedat. n. 35. & 36.*

37 *Accuſator ſuccumbens an condemnetur in expenſis, & damnis. num. 38. 39. & 40.*

41. *Fiſcus an reſiciat expenſas. & n. 42. & 45.*

44 *Aduocatus fiſci an condemnetur in expenſis.*

45 *Artifex repetit expenſas, quas non potuit lucrari, tanquam impeditus in lite.*

46 *Aduocatus recuperat lucrum, quod amittit defendendo litem propriam.*

47 *Lucrum ceſſans radicatum æquiparatur dāno.*

48 *Debitor non interpellatus extra iudicium negans poſtea in iudicio condemnatur in expenſis.*

Idem in vſufructu dotis quem iudicialiter vocatus negauit.

50 *In pluribus collitigantibus vnuſquiſque tenetur pro parte ſua reficere expenſas.*

51 *Sententia condemnans plures obligatos intelligitur vt vnuſquiſq; pro rata teneatur: quamuis obligatio originalis eſſet inſolidum. Intellige vt ibid. verſ. dummodo.*

52 *Obtinens reuiuiſci inſtantiam peremptam tenetur ad expenſas, quamuis de illis mentio non fiat in gratia reſtitutionis. & n. 53.*

54 *Abſolutus ab expenſis non prohibetur petere damna & intereſſe.*

55 *Damnorum probatio fit per coniecturas, & eſt locus iuramento ſuppletorio data ſingularitate teſtium. & nu. 56.*

CAPVT XXXIII.

EX ſententia producta in cauſa Angeli, & Fratrum mihi commiſſa Dixi non intelligi prohibitum Marinum petere expenſas, quæ veniūt
1 iure actionis, licèt enim iuſta cauſa † litigandi excuſet ab illis *l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. 1. gloſ. in §. oportet. authen. de iudic.* Tamen ſtante ſtatuto, de quo in caſu noſtro, quod victus victori condemnetur in expenſis, iuſta cau-
2 ſa non excuſat † *Alexan. conſ. 183. viſo puncto quæſtionis. in fin. lib. 5. Ang. in §. ſancimus. poſt gloſ. ibi. in verb. cauſam. auth. de exhib. reis.* Rolan. *conſil. 92. num. 13. lib. 4. Cremenſ. ſing. 120. habens iuſtam cauſam. Calcan. conſil. 28. col. 5. verſ. & ideo.*

Neque obſtat M*andoſ. reg. 29. q. 11. col. fin. nu. 12.* vbi poſt multos allegatos concludit verius eſſe, quod ſtatutum ſit intelligendum ſtante
3 iuſta cauſa litigandi, † & ibi ampliat, licet ſtatutum dicat, quod ſemper debeat victus condemnari, quia potius illud eſt interpretandum eluſorium, & non addens iuri communi, quam vt quis indebitè damnum patiatur *Aim. conſ. 3. num. 22. poſt Caſtr. conſ. 16. ſi ponderentur. col. 2. verſ. item opponitur tertio. lib. 1.*

Nam verior eſt opinio contraria, quia in caſu noſtro ſtatutum dirigit verba in victum; Vn-
4 de † non obſtante iuſta cauſa litigandi ſunt reficiendæ expenſæ, quaſi ſtatutum induat quandam obligationem ipſius victi, & eam tribuat
5 victori, † ſecus ſi verba eſſent directa in iudicem *Mattheſ. not. 80. Alex. in l. 1. col. pen. ad leg. falcid. Felin. in c. 1. de reſcript. Afin.*

§.32. in 3.limit. princi p. poſt num.6. in praxi. c. 1.fol. 447. Carthar.deciſ.Genuen.num.10.
Ideo etiam in Rota Romana fit cōdennatio in
6 expenſis, † non habita ratione iuſtæ cauſæ litigandi *Sarn. q. 41. de annal. Caputaq. deciſ. 340. lib. 1. nu.4.Mandoſ.reg.29. q.11. num.4. Caſſad.deciſ. 13.n.2.de reſcript.*

Maximè quia vltra ſtatutum, adeſt etiam promiſſio, & conuentio de reficiendo expenſas in caſu ſuccumbentiæ; Vnde quia pro illis datur ac-
7 tio, tanquam conuentionalibus cauſa iuſta† nō operatur *Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. num. 3. in fin. C. de iudic. Cephal. conſ. 265.nu.21. Natt.conſ.113. in fin.* dummodo non proueniant culpa agentis, quia etiã
8 conuentionales non deberentur, † vt quia peteret plus debito, tunc enim iuſta cauſa excuſaret ab expenſis etiam conuentionalibus; cum ſemper in quacunque ſtipulatione excludatur caſus, qui accidit culpa ſtipulantis latè *Surd. conſ.142.n.9. in fin.* Et dūmodo ſimus in expēſis promiſſis in contractu extraiudiciali, & voluntario, nam aliud eſſet in debitis ex contractu inito in iudicio, ſiue neceſſario, nam ab his expenſis non minus iuſta cauſa releuaret, quam ab ijs, quæ debentur officio Iudicis mercenario. Nã ad eas cēſentur partes voluiſſe reſpicere, ideo promiſsio ſecundum ſubiectã materiã eſt regulanda *Bald. in l.eos. §. cautione. C. de appellat. Caſtr. conſ. 16. ſi ponderarentur. nu. 19.lib. 1.* & ita iudicatum dicit *Piſtoris. q.11.n.5. & 6.*

Idem dicitur de Iudice abſoluente ab expenſis, qui non intelligitur abſoluiſſe, niſi ab his, quæ veniunt ex officio, pro quibus non dabitur am-
9 plius petitio, † ſecus à promiſsis, & conuentionalibus, ad quas licebit agere, non obſtante ſententia *Aret.in §.hac autem omnia. col. 2. inſtit. de pœn. tem. litig. Marſil. in l. patre, vel marito. nu.24.ff. de quæſtion.Gabr. de reg. iur.concl.4. in fin.* Dummodo tamen non ap-
10 pareret† ex proceſſu fuiſſe petitas expenſas litis, vti promiſſas, tunc enim etiam ab illis conuentionalibus cenſeretur iudex abſoluiſſe, neq; amplius daretur actio *Alex. in ſpecie in l. properandum. §. ſin autem. il 2.nu.6. C.de iudic. Surd. deciſ. 69. num. 3. & 4.* cum ſententia
11 ad libellum † ſit referenda *l. vt fundus. 26. ff.communi diuidundo. l. ſi ex teſtamento. 20. in fin. de except. rei iudicat.* quicquid. dixerit *Salic.in d. §.ſin autem.* qui loquitur, quando
12 expenſæ promiſſæ non ſunt petitæ, † quia tunc Iudex poteſt pronunciare ſuper non petitis, quando ſolum veniunt officio iudicis mercenario *l.4. §. hoc autem. de damn. infect. l. adiles. la 1.§. ſciendum.de adil. edict.*

Et facit, quia non eſt par ratio inter expenſas cōuentionales, & debitas ex officio; Vnde dici-
13 mus intereſſe debitum officio iudicis † peti nō poſſe recepta ſorte, cum aliud ſit in vſuris debitis iure actionis, quæ ſtipulatæ ſtant de per ſe, & non veniunt acceſſorie, & petuntur iudicio ſeparato; itaut iſta acceſſoria promiſſa per ſtipulationem poſsint peti etiam ab eo, qui ſine proteſtatione recepit ſortem *Bart. in l. fin. nu.3. ff.de eo quod cert. loc. & ibi Iaſ.nu.2. in fin. & in l.1. nu.3. C. de iudic. Bellon. conſil. 23.n.6.* & fuit deciſum per *Rot* coram R. P. D. Gipsio. *Roman. cambiorum. 13. Martij. 1587.* vbi, quod *Ang. in l.mora. q.vlt. de vſur. nu.8.* loquitur quando vſuræ petuntur officio iudicis, quia tunc per ſolutionem ſortis principalis cenſerentur remiſſæ *Surd. de alim. tit. 1. q. 42.& tit. 6.q.3.nu. 38.* vbi multa de alimen-
14 tis debitis ex officio, vel iure actionis, † & condictione ex lege quando cenſeantur remiſſa per maritum recipientem dotem ſine reſeruatione vſurarum dotalium, ſeu alimentorum.

Immo in intereſſe debito ex officio iudicis, neque iuuaret proteſtatio de recipiendo ſortem, ſal-
15 uo iure petendi intereſſe, † quia etiam cenſeretur remiſſum *Bero. conſ. 200. num.4. & 19. lib. 1.* quaſi iuris neceſsitate remiſſum dicatur,
16 & proteſtatio † non impediat, quod venit ex legis diſpoſitione. *l. & ſi quis. §. plerique. de religioſ. & ſumpt.fun.l. alimenta. C. de negot. geſt.* latè *Rot. Genuen.* per *Carthar. deciſ. 38. per tot.*

Ideo etiam dicimus, quod ſententia condemnans
17 in expenſis debitis iure actionis, † tanquam promiſsis per ſtipulationem debet proferri in ſcriptis *Iaſ. in l. nec quicquam. col. 9. q. vlt. verſ. hinc dicunt. num.60. ff. de offic. proconſ. & legat.* vbi intelligit ſecus eſſe quandò iudex
18 expreſsè † in ſcriptis condemnando in expenſis reſeruaret taxationem illarum, nam ſi poſt ſententiam, & ex internallo illas taxaret, non requireretur alia ſcriptura, quia non condemnat, ſed declarat *Bald. in l. terminato. col. 3. C. de fruct. & lit.expenſ.* Aliud eſt in expen-
19 ſis, quæ veniunt officio iudicis, † in quibus nō requiritur prolatio ſententiæ in ſcriptis *Ang. & Imol. in l. paulus. de re iudic.* etiamſi feratur ſimul cum ſententia diffinitiua, quæ licèt requirat ſcripturam, tamen ſententia cōdem-
20 nationis † expenſarum poteſt voce proferri, & ſufficiet eam probari teſtibus *Bald.& Alex. in l.patris & filij.ff. de vulg. & pupill.* prout ſententia interloquutoria, quæ non eſt profe-
21 renda in ſcriptis, † licèt poſtea in actis debeat redigi ad ſcripturam *gloſ. in c. quoniam contra. in verb. interlocutiones. de probat. Bart.in l.2. in fin.C.de ſentent. ex breuic.recitand.*

Idem dicimus de alimentis, quæ debentur iure actionis, quorum cauſa non eſt ſummaria, neque habet priuilegia, vt expediatur die feria-
22 ta, † prout eſt quando petuntur iudicis officio *Alexand.& Iaſ. in l.1. §. ſed excipiuntur. ff. de de fer.Bald. in l.nonnunquam. in 2.lect.de iud.*
23 quod intellige † in non habente alimenta aliunde, vt declarat *Surd. de alim. priuil. 2. tit.8. n.16.*

Ex prædictis apparet bene fuiſſe iudicatum circa condemnationem expenſarum; Ideo confirmaui ſententiam D. Iudicis, à quo taxando expenſas, tàm coram illo factas quam in præſenti iu-

Digitized by Google

ti iudicio ſecundum conſtitutionem per quam
datur facultas taxandi omnes, & ſingulas ex-
penſas etiã corã diuerſis iudicibus factas; licèt
24 alias Iudex appellationis nec expreſsè, † nec
tacitè poſſet taxare expenſas niſi coram ſe fa-
ctas, ſiue ſit in prima, ſecunda, vel tertia in-
ſtantia Rota deciſ. 273. alias 44. vt lit. pend. in
antiq. Dummodo per commiſſionem non eſſet
25 data † facultas taxandi omnes & quaſcunque
expenſas Veſtr. in prax. lib. 8. c. vlt. nu. 21. Quod
intellige in Delegato, ſecus in Ordinario, qui
omnes expenſas taxat etiam ſine commiſſione,
26 † productis tamen cedulis expenſarum à no-
tarijs ipſius inſtantiæ Granut. Theor. 6. in fi.

Quo ad ſecundum verius eſt, quod expenſæ illæ,
quæ fuerunt ſolutæ pendente lite vigore proui-
27 ſionis, † non poſſunt repeti, etiam ſi quis ſuc-
cumbat gloſ. in l. fin. C. de carbon. edict. Surd.
de alim. tit. 6. q. 6. nu. 6. Cum generaliter, tàm
in cauſa matrimonij, filiationis, quam in alijs
cauſis, quæ lite pendente loco prouiſionis dan-
28 tur † non ſint reſtituendæ Manſuer. in prax.
in tit. de poſſeſſion. nu. 27. Afflict. deciſ. 152. nu.
5. poſt gloſ. in l fin. C. de carbon. edict. cum
alijs latè per Surd. de alim q. 124. tit. 1. nu. 8.
vbi dicit hanc opinionem approbatam, verio-
rem, & magis humanam. Quicquid contrarium
ſequatur Couar. pract. quaſt. cap. 6. num. 7. &
Alex. Raudenſ. conſ. 60. nu. 102. verſ. quæ cum
ita ſint. Quoniam huiuſmodi expenſæ non
decernuntur, niſi prius cognitione præmiſſa
29 per iudicem apparenter, † & præſumptiuè de
bono iure petentis; Vnde non debet inferri ad
reſtitutionem, ſi contrarium appareat in pro-
greſſu cauſæ, cum legitimè factum non reuo-
cetur, quamuis deueniat ad caſum, à quo non
poſſet incipere l. in ambiguis. §. non eſt nouum.
de reg. iur. & conſiderandus eſt ſtatus princi-
pij litis, quo tempore fuit vtilis expenſarum
conſtitutio Abb. in c. cum pro cauſa. in fin. de
procurator.

Vnde pro iſtis alimentis, ſeu expenſis datis per
modum prouiſionis nulla debetur fideiuſſio de
30 illas reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, † cum
non competat reſtitutio, quamuis ſecus ſit in
alijs debitis iure actionis. Guiltel. de Lud. ſing.
139. per l. fin. C. de ordin. cognit. licèt ſecundum
Surd. de alimen. tit. 3. q. 3. in fin. indiſtinctè in
neutro caſu nulla debeatur fideiuſsio.

Verum eſt, quod vbi conſtaret de calumnia poſ-
31 ſent repeti huiuſmodi alimenta, † & litis ex-
penſæ ſecundum ea, quæ tradit Fab. Ann. conſ.
102. lib. 2. nu. 8. vbi etiam nu. 9. intelligit dari
repetitionem in extraneo Molin. lib. 2. c. 16. nu.
32 41. verſ. ab alijs. de primog. Hiſp. vbi etiã, † quod
melius eſt præſtari cautionem de reſtituendo,
quatenus de iure teneretur, ſequitur Franc. de-
ciſ. 336. in fin. p. 2.

Quo ad tertium dixi non eſſe habendam conſi-
derationem, expenſarum, quæ prætendebantur
33 factæ ratione victus in hoſpitio, † quæ non
ſolent taxari de conſuetudine Surd. de aliment.
tit. 1. q. 80. in fin. Quamuis de iure expenſa
34 victus, † tanquam neceſſaria eſſet taxanda.
Bart. in l. non ignorat. poſt princ. de fruct.
& lit. expenſ. Bald. in l. ſed & ſi lege. §. quod
autem. il 2. de petit. hæred. Detrahendo tamen
35 quod ipſe domi impendiſſet † gloſ. in c. ſtatu-
tum. §. inſuper. in verb. moderata. vbi Franc.
de reſcript. in 6. Alex. in l. recuſare. §. ſi quis
alio. num. 3. ad trebell. Ex quo enim reficiuntur,
tanquam intereſſe ipſius non intereſt, niſi qua-
36 tenus pro lite impedit, † vltra quam erat do-
mi expenſurus Surd. de alim. tit. 4. q. 25. nu. 5.
in fin.

Ad quartum quoad expenſas, quæ factæ ſunt in
accuſatione criminali Dixi eſſet taxandas, nam
quamuis accuſator, qui ſuccubuit in accuſa-
37 tione † non ſit condemnandus in expenſis, ne-
que damnis Bald. in l. qui crimen. num. 28. C.
qui accuſ. non poſſ. vbi quod ita ſeruatur in
practica Anan. in cap. accedens. num. 11. de ac-
cuſat. Maximè quando quis haberet cauſam
iuſtam accuſandi l. qui ſolidum. §. etiam. de
leg. 2. Couar. pract. quaſt. c. 27. nu. 2. Gratian.
38 reg. 486. Tamen † ſtante conuentione non ex-
cuſabit dicta cauſa Natt. conſ. 113. in fin. cum
alys ſupra allegatis.

Vltra quod etiam videtur opinio magis vera, vt
39 tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus † vi-
ctus victori condemnetur in expenſis, ſiue ſit
ſententia diffinitiua, ſeu interlocutoria, tàm
de iure ciuili, quàm canonico Cardin. Alex.
in cap. in pœnis. §. de Epiſcopis. col. 4. verſ. &
quia. 2. q. 1. Alber. in l. eum qui temere de iu-
dic. Marſil. in l. patre vel marito. num. 14. de
quaſtion. Surd. conſ. 142. in princ. Couar. quaſt.
27. pract. quaſt. Diaz. reg. 20. & in pract. cri-
min. c. fin.

Maximè quando conſtaret de expreſſa calumnia,
40 quo † caſu non ſolum in expenſis; ſed etiam
damnis eſſet puniendus, quamuis eſſet procu-
41 rator fiſci † Guid. Pap. quaſt. 269. Auffr. ad de-
ciſ. 6. Cappell. Tholoſan. Clar. in §. fin. quaſt. 7.
nu. 12. Cenal. quaſt. 539. nu. 10. vbi ita intelligit
Aim. conſ. 168. dum conſuluit fiſcum non ex-
cuſari ab expenſis, cum ceſſante notoria ca-
lumnia de conſuetudine Sindici, & Procurato-
res Fiſcales, & ſimiles, qui ex neceſsitate officij
42 † tenentur denunciare, ſint tuti à condemna-
tione expenſarum; ne illarum timore ius Prin-
cipis ſit indefenſum Boer. deciſ. 324. in princ.
Rebuf. de expenſ. art. 1. gloſ. 5. n. 20. Fiſcus enim
ex ſui priuilegio, & conditione victor non exi-
43 git, nec ſuccumbens ſoluit † expenſas litium
Bal. in l. qui crimen. n. 20. C. qui accuſ. non poſſ.
Peregr. de priuil. fiſc. lib. 7. c. vlt. in fi.

Idem eſt in aduocato fiſci, qui calumnioſam litem
44 ſuſtinent condemnatur † in expenſis Gram. de-
ciſ. 60. nu. 21. & tenetur iurare de calumnia, ni-
ſi aliud de conſuetudine ſeruetur Luc. de Pen.
in l. 1. C. de conduct. lib. 11. Peregr. tit. 3. lib. 6.
nu. 7. in fin. de iur. fiſc.

Ad quintum, licet non habeatur ratio damnorũ
aliunde prouenientium, ſed eius impenſæ tan-
tum, quæ in lite facta ſit, tamen aliud eſt, quo

Digitized by Google

ad damna quæ patitur victor, qui ex arte lu-
45 cratus fuiſſet, ſi non eſſet coactus adſiſtere
liti arte dimiſſa, poterit enim repeti, quod ar-
tifex non potuit lucrari *gloſ. in l. 1. vbi Bart. de alien. iud. mut. cauſ. fact. gloſ. in l. ſi procurator. rem rat. hab.* vbi *Caſtr.* dicit perpetuò
notandum.

Prout in Aduocato, qui defendendo cauſam pro-
priam amittit lucrum, quod feciſſet *Abb. in c. finem litibus. n. 30. de dol. & contum. Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. nu. 14. C. de*
46 *iudic.* quia nomine expenſarum † repetit vi-
ctor quod fuit damnificatus ex eo, quod lis eum
reuocauit à negocijs *Caſtr. ibidem.*

Non obſtat, quod lucrum ceſſans non conſidere-
tur *Dec. in l. non defraudantur. de reg. iur.* Quia
vbi lucrum eſt radicatum, de eo, idem iudica-
47 mus, quod de damno *Bal. in l. eum te. C. de donat. ant. nupt. Alex. conſ. 89. col. penul. lib. 2. Surd. de alim. tit. 9. q. 39. nu. 13. Rot. diuerſ. decis. 22. nu. 14. par. 2. Caſ. de Graſſ. decis. 1. num. 5. de verb. ſignif.*

Sextò verius eſſe dixi, quod debitor non inter-
pellatus extra iudicium ſi negauit in iudicio
48 debitum † condemnatur in expenſis, nam ſi-
cut negauit poſtea in iudicio, præſumitur quod
etiam negaſſet extra iudicium, ſi fuiſſet inter-
pellatus *Rom. ſing. 101. Dec. in l. qui in alterius. num. 8. de reg. iur.* vbi ſubdit, quod licet
hæres conuentus excuſetur ab expenſis, tamen
49 intelligitur, † quando publicato proceſſu de-
ſtitit à lite, nam ſi productis inſtrumentis per-
ſeuerauit in lite, & ſuccubuit, condemnatur
in expenſis, quia veriſimile eſt, quod litigaſ-
ſet, quamuis à principio fuiſſent producta in-
ſtrumenta *Natt. conſ. 232. num. 4. Cagnol. in l. 2. num. 99. C. de pact. int. empt. & vendit. Surd. tit. 5. q. 3. nu. 37. de alim.*

Hinc dicimus deberi vſumfructum dotis, licet quis
non fuerit interpellatus, ſi poſtea iudicialiter
vocatus neget illum præſtare, quaſi ex hac tergi
uerſatione debeat intelligi, quod ſemper ne-
gaſſet illum ſoluere, & præſtare, quamuis præ-
ceſſiſſet interpellatio *Menoch. conſ. 7. in fin. nu. 20. verſ. prætcrea ſatis dicitur. lib. 1.*

Septimò. Quando adeſſent plures collitigantes,
qui fuerunt condemnati in expenſis, cum de
50 hoc dubitaretur. Dixi verius eſſe, vt † vnuſ-
quiſque teneatur pro parte ſua, cum ſententia
ſimpliciter condemnans plures ita debeat de-
clarari *Afflict. decis. 215.* & ita ſeruandum
eſſe teſtatur *Caputaq. decis. 343. par. 1. Caualcan. decis. 15. nu. 31.* & eſt tex. *in l. 1. C. ſi plur. vna ſentent.* vbi quamuis ſint plures debitores
51 in ſolidum obligati, † ſi vnuſquiſq; ſimplici-
ter condemnatur, pro rata ſua tenetur; licèt
enim obligatio originalis ſit inſolidum, tamen
non eſt talis illa, quæ oritur ex ſententia, nam
quilibet videtur eſſe condemnatus pro parte.
Sententia enim cenſetur eſſe ſecundum diſpo-
ſitionē iuris, itaut ommiſſum, ſeu nō expreſſum
cenſeatur pro ommiſſo, & ſequitur *Guid. Pap. ſing. 681. ſi plures. Aim. cōſ. 10. n. 1. & cōſ. 188. n. 6*

Quibus adde text. *in l. paulus reſpondit eos. 43. ff. de re iudic.* vbi *gloſ. in verb. virili.* intelli-
git non ſolùm cenſeri condemnatos pro parte,
quando erat diuiſa obligatio originalis, & pri-
mæua, ſed etiam quando eadem obligatio eſſet
inſolidum, quia ſemper in vtroq; caſu con-
demnatio intelligitur in viriles, prout ita com-
muniter ſeruari docet *Tiber. Decian. inter conſ. Menoch. 123. nu. 10. lib. 2.* Dummodo tamen
iudex non habuerit reſpectum ad libellum, in
quo ſi fuerit inſtatum omnes condemnari, &
per iudicem relaxetur petita executio, perinde
eſt, ac ſi omnes inſolidum condemnaſſet *Bart. in l. 1. poſt med. & ibi Bald. num. 3. in fin. C. ſi plur. vna ſententia.* & ſequitur *Rota per R. P. D. Coccin. Bononien. decumaria. 28. Iunij 1602.*
Etenim cenſetur repetitæ in termino referen-
te omnes qualitates, quæ ſunt in eo, ad quem
fit relatio *l. ſi ita ſcripſero. 38. de condit. & demonſtrat. Bart. in l. ſi prior. 33. ff. ſolut. matrim. & in l. 1. in princ. ff. de receptator. Bald. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. de interrog. action. Dec. conſ. 63. num. 6. poſt princ. Ancbar. q. 21. nu. 11. lib. 2.*

Octauo. Declaraui non eſſe audiēdum, niſi refectis
expenſis, illum qui obtinuit, vt inſtantia culpa
ipſius perempta reuiuiſcat, quamuis in gratia
52 reſtitutionis † nulla mentio facta fuerit de il-
lis reficiendis *Gramat. decis. 69. Boer. decis. 249. nu. 12. Aſin. in prax. §. 2. c. 16. n. 10.* & ita intelli-
git *Marant. in specul. p. 5. n. 32. & 33.* vbi quan-
do ex proceſſu argueretur negligentia eius, qui
53 obtinuit cauſam cognoſci † non obſtante de-
ſertione, quod non audiatur niſi prius refecti
expenſis. Ratio quia culpa non debet ei patro-
cinari *l. eum qui temere. C. de iudic.* & ita etiam
ſeruari dicit *Rot. Genuen. decis. 24.*

Nonò. Dixi quod abſolutus ab expenſis non pro-
54 hibeatur poſtea petere damna † & intereſſe *l. ſi tutor. de auctor. tutor.* cum ſit differentia inter
remiſſionem expenſarum, & damnorum *Rom. ſing. 346. incip. numquid appellatione. & eſt deciſio Rot. coram R. P. D. Orano Anconitan. aſſecurationis iudicij. 10. Februarij 1597.* & ad illa
55 probanda ſufficiūt leuiores probationes, † etiā
per coniecturas *Bald. in l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.* & per teſtes de crudelitate *Alex. in l. pretia rerum. ad leg. falcid.* Itaut data ſingula-
56 ritate teſtium † ſit locus iuramento in ſupple-
mentum *Bald. in l. ſi fundum. in fin. C. de rei vendic. Oranus in eadem cauſa. 19. decemb. 1597*

EPITOME.

Hæres non conficiens inuentarium an vltra vires
hæreditarias teneatur ad alias pœnas duplæ, &
amiſſionem trebellianicæ, & falcidiæ. Et quid
in legatis pijs in foro conſcientiæ, & de iure ca-
nonico, & in cauſa alimentorum, vel ſimilibus,
aut quando grauatur heres ſoluere de bonis, &
quid ſeruetur per Magiſtratus ſuperiores. Pro-
miſſio de ſoluendo legata an cenſeatur nouare
actionem antiquam, ita vt operetur renuſſio-
nem

Digitized by Google

nem inuentarij, & quando debeat intelligi ſaluo iure, & beneficio ſibi competente. Legatum quantitatis ſi mandetur ſolui per hæredem infra aliquod tempus, & interim præſtari aliquid legatario ſingulis annis, donec ſoluatur an contineat vſuram, ita vt legatarius nihil poſsit percipere, & quid ſi legaretur quantitas reinueſtienda in tot ſtabilibus ad commodum legatarij, & quandiu non fieret reinueſtitura grauaretur hæres ad ſoluendum fructus legatario. Et quando ſit neceſſaria interpellatio, & ſufficiat extraiudicſalis.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale creatum cum auctoritate ſuperioris dicitur locus pius.*

2 *Legatario datur actio contra hæredem ommittentem inuentarium, vt teneatur vltra quam ſit in hæreditate, & ad alias pœnas. nu. 3. & quid in amiſſione trebellianica. nu. 4. & falcidia. nu. 5. & in pœna dupli. n. 6. 7. 8. & 9. Fallit in legatis pijs in quibus non conſiderantur iſta pœna, quod hæres teneatur vltra vires. num. 10.*

11 *Eccleſia non proſequitur pœnam. Intellige vt num. 15.*

12 *Hæres non faciens inuentarium in foro conſcientia non tenetur vltra vires. Declara vt nu. 13.*

14 *Inuentarij ommiſsio facit præſumi dolum, & occultationem bonorum.*

16 *Hæres quando teneatur ex delicto defuncti, & nu. 17.*

18 *Hæres de iure canonico an teneatur vltra vires hæreditarias ſi non facit inuentarium, & nu. 19.*

20 *Magiſtratus ſupremi non cogunt hæredem ſoluere vltra vires quamuis omiſerit inuẽtariũ.*

21 *Legatum alimentorum an ſoluendum vltra vires per hæredem non facto inuentario. & de ratione n. 22. & 24. Intellige vt nu. 26. & 27.*

23 *Ommiſsio inuentarij non obſtat hæredi grauato ſoluere de bonis.*

25 *Lex fundans ſe ſuper præſumptione iuris non obligat in foro conſcientia.*

28 *Promiſsio hæredis de ſoluendo legatum an cenſeatur nouare actionem antiquam, ita vt hæres teneatur vltra vires quamuis fecerit inuentarium, & illius remiſsionem operetur, & num. 31. & 33.*

29 *Promiſsio accedens obligationi non immutat illius naturam. Intellige vt nu. 30.*

32 *Promiſsio intelligitur ſaluo iure, & beneficio ſibi competente.*

34 *Legatum quantitatis ſi mandetur ſolui per hæredem infra aliquod tempus, & interim donec ſoluatur dentur quinque ſingulis annis an legatarius aliquid poſsit accipere tanquam vſuras. nu. 35. 36. 37. 38. 40. & 45.*

39 *Subditus coactus mutuare an aliquid licitè capiat.*

41 *Legatum quantitatis cum onere reinueſtiendi per hæredem ad commodum legatarij. & donec reinueſtiatur debeat aliquid præſtari iudicatur, prout de legato ſpeciei, & debentur fructus ſtante mora hæredis, etiam nulla præcedente interpellatione. & n. 42. & 43.*

44 *Licita eſt exactio ſine labe vſurarum, quando pœna eſt adiecta facto ad onus hæredis moroſi, ſecus autẽ ſi dationi quãtitatis adijceretur.*

46 *Legatarius interpellans hæredem ad ſoluendum legatum ſi aliquid percipiat iuxta ordinationem teſtatoris non committit vſuram; itaut ſufficiat interpellatio extraiudicialis.*

47 *Mulier quando non poſſit aliquid percipere ab hæredibus viri ob cauſam reſtitutionis dotis.*

48 *Creditor habens facultatem exigendi ſortem, & non exigens, & recipiens fructus committit vſuram.*

CAPVT XXXIV.

CONdemnatio hæredis de qua agebatur in ſententia D. Iudicis à quo ad fauorem Hoſpitalis S. Antonij, Verius eſt quod non potuerit ſubſiſtere. Nam omiſsio inuentarij præſuppoſita per hæredem non facit illum teneri vltra vires hæreditarias, quando ſumus in legatis pijs, prout eſt legatum, de quo agimus, cum ſit factum hoſpitali erecto, cum ſuperioris au-
1 ctoritate, † quia tunc dicit locus pius *Bart. in auth. hoc ius porrectum. col. 1. in fin. C. de ſacroſ. eccleſ. Cardin. in clem. quia contingit. in fin. de relig. domib.* & gaudet priuilegio Eccleſiæ *Alex. conſ. 9. viſis dicto themate. col. 1. lib. 1. Affl. decis. 67. in fin. Gabr. de pia cauſ. clauſ. 2. Gonzal. de alternat. gloſ. 5. §. 4. nu. 22.*

Non obſtat quod cauſa pia tanquam fauorabilis debet potius gaudere huiuſmodi priuilegio, alias eſſet deterioris conditionis, quam cæteri
2 legatarij, † quibus datur actio conueniendi hæredem ommittentem, aut doloſè conficientem inuentarium, vltra quam ſit in hæreditate. *§. ſi vero adſunt. auth. de hæred. & falcid.* Doct. *in l. paulus. & l. beneficio. eod. tit.* Grat. *conſ. 25. lib. 2.*
3 Vltra alias pœnas † de quibus per Bar. *in l. fin. §. illo. & §. ſi præfatam.* C. *de iur. de lib.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 2. tit. 10. num. 14.* Fulgoſ. *conſ. 24. Port. conſ. 50. Graſſ. in §. inuentarium. q. 12.* Qui
4 etiam *q. 24.* † ſubdit perdere trebellianicam. Add. ad *Alex. conſ. 69. lib. 4. Dec. conſ. 480. in caſu qui contingit. nu. 16. latè Menoch. conſ. 272. n. 52. vſq. ad num. 105. lib. 3.* Quod tamen non eſt tutum, cum in praxi contrarium ſeruetur *Aim. conſ. 17. per tot. Ceual. q. 26. poſt Calcan. conſ. 37. nu. 7. Roland. conſ. 27. lib. 1.* Spin. *de teſtam. gloſ. 35. nu. 9.* Add. ad Cappell. *Tholoſ. decis. 314. Graſſ. in §. trebellianica. q 7.* vbi quod eſt æquior & magis communis opinio, & in practica ſerua-
5 tur. Maximè de iure canonico, † ſecundũ quod neq; perditur falcidia, aut trebellianica, quando tamen hæres non eſt conſcius aliquid occultaſſe *Rum. conſ. 20. in fin. lib. 4. Grat. conſ. 91. nu. 41. lib. 1. Anchar. conſ. 411.* qui de communi. *col. pen. Graſ. in §. inuentarium. q. 22. num. 2.*

Prout

Digitized by Google

Prout etiam verior eſt opinio, quod non confi-
ciene inuentarium ſolum teneatur vltra vires,
6 non autem ad duplum,† & alias pœnas ad exẽ-
plum occultantis, aut ſupprimentis bona hæ-
reditaria *Salic. in l. ſancimus*. C. *de iur. delib.*
Cephal.conſ.314.nu.24.Turret.conſ.47. num.1.
& ita ſeruari dicit *Cenal. q. 731.* Quicquid di-
cant alij de quibus per *Menoch. conſ. 471. lib.*
5. dum volunt ommittentem aliquid opponere
7 in inuentario teneri ad duplum,† Quia contra-
ria opinio eſt verior, quod ſolum ammittat be-
neficium illius in totum *Bertazzol. conſ. ciuil.*
154.n.41.lib.1.Honded.conſ.34.lib.1. latè Fab.
Ann.conſ. 96. lib. 2. Ratio eſt, quia paria ſunt
8 non facere, vel doloſè facere: Immò turpius
eſt ſubtrahere, quam non deſcribere; Vnde ſi
in duplum non punitur ſubtrahens, ſed ſolum
vltra vires hæreditatis non eſt dicendum, quod
9 ille, qui non fecit in plus puniatur, †quare ſuffi-
cit eum puniri eo modo, quo puniretur ſubtra-
hens *Rol.de inuent.p.5.c.3.num.23. & conſ.73.*
*lib.*2.

Nam reſpondetur, quod in cauſa pia adeſt diuer-
ſa ratio, ideo priuilegium alijs conceſſum non
10 eſt ei concedendum. † Diſpoſitio enim, vt hæ-
res teneatur vltra vires hereditarias eſt pœna-
lis *Aret.in rubr. de acquir. hæred.* Eccleſia au-
11 tem, † & locus pius non proſequitur pœnam
c.fraternitatis.12.q.2.c. dilecti. de arbitr. Corn.
in ſpecie *conſ.39.nu.*8.*lib.4.poſt* Bart. *in l. cum*
*hæreditate.*C.*de acquir.hæred.*

Præterea hæres non faciens inuentarium non te-
12 netur in foro conſcientiæ, † vltra quam ſit in
hæreditate *Iaſ.*qui de communi. *in rubr. de ac-*
quir.hæred.poſt Bart.*ibid. num.3.*Abb. *conſ.73.*
*nu.9.lib.*2. Quicquid contrarium dicat *Feder.*
conſ.21. & Caſtr. in d. rubr. de acquir. hæred.
Quia aduerſus eos eſt verior opinio, vt teſtatur
Sym.de teſtam.gloſ.35.num.36.Ceual.q. 411. &
q.31.in fin.& quæſt.688.Peregr.de iur.fiſc. lib.
6.tit.8.num.35.Cardin. Mantic. de coniect. lib.
10.tit.4.num.16.poſt Felin.*in c.1.nu.52.de con-*
ſtitut Couar.*in c.1.num.* 16.*de teſtam.*vbi quod
13 eſt communis opinio,†quoad legatarios quic-
quid ſecus ſit, quoad creditores, quorum reſpe-
ctu ſaluat opinionem *Feder. d. conſ.* 21. prout
etiam latè concludit & diſtinguit *Menoch. cõſ.*
*89.nu.161.vſq. ad num.*166. *lib. 1.* Quoniam
ob non confectionem inuentarij lex præſumit
14 hæredem in dolo, † & quod occultauerit bona
Natt.conſ.387.n.9. Vnde lex quæ ſe fundat ſu-
per aliqua iuris præſumptione non obligat in
foro conſcientiæ *Graſſ. q. 22. in fin. de inuent.*
Quæ tamen habent locum in pœnis legalibus,
quarum exactio non fit in foro conſcientiæ, ſe-
cus in conuentionalibus quæ cum habeant cõ-
15 ſenſum ſalua conſcientia petuntur, † dummo-
do non excedant intereſſe partis, tunc enim vl-
tra id, quod verè intereſt non exiguntur ſecun-
dum opinionem *Hoſt. & Butr.in c. dilecti. de*
arbitr. de qua latè *Gabr. concl.34. num. 10.de*
criminal.

Idem eſt in hærede, qui licèt teneatur ſecundum
16 Ius Canonicum † ex delicto defuncti *c. fin. de*
ſepultur.Guter. canonic.q.lib.2.c.18.n. 54. Non
tamen tenetur vltra vires hæreditarias ſi non
17 confecit inuentarium, † quando realiter & ve-
rè nihil occultauit *Felin.in c.1.nu. 44. col. 15.*
verſ.& primo limitatur. de conſtit. Nauar. de
reſtit.lib.3.c.4.n.172.Couar.lib.3.variar. reſol.
c.3.n.8.verſ.ſed nihilominus.Ceual.q.464.verſ.
ſed contrarium.

Addebatur, quia neq; de iure canonico hæres te-
18 netur vltra vires † non confecto inuentario
Prapoſ.in cap.epiſcopus.12.q. 2. Bald.in rubr.de
acquir.hæred. Quod tamen non eſt tutum, cum
contrarium ſit verius *Abb.in c.rainaldus.de te-*
ſtam.& conſ.73. circa primum dubium. col. pe-
nul.num. 8.lib.2. Vaſq.de ſucceſſ. progreſſ. §.1.
nu. 27. & licèt contrarium ſequatur *Coler. de*
proceſſib.executiu.p.2.c.3.n.400.vbi alios addu-
19 *cit.*† Tamen non eſt diſcedẽdum ab illa opinio-
ne tãquam magis vera, quod etiam de Iure Ca-
nonico hæres teneatur vltra vires non confe-
cto inuentario, prout latè concludit *Menoch.*
conſ.89.nu.159.vſq. ad nu.160.lib.1.

Amplius ſupremi Magiſtratus quorum munus eſt
20 iudicare ſola facti veritate inſpecta † non con-
pellunt hæredes ſoluere vltra quam ſit in hære-
ditate *Phanuc.de inuent.p.7. num. 280.Aim.in*
conſ.pro genero.n. 477. verſ. tertio reſpondetur.
Franc.Marc.deciſ.434.in fin.p.1.Surd. de alim.
priuil.13.nu.2. tit. 8. Prout etiam valebit con-
ſuetudo non conficiendi inuentarium *Coler. de*
proceſſ.execut.p.2.c.3.nu. 400.

Ideò etiam dicimus legatum alimentorum nõ eſ-
21 ſe ſoluendum vltra vires per hæredem† nõ cõ-
ficientem inuentarium *Bal.in l.voluntatis. n.4.*
C.*de fideicom.& conſ.70.lib.4.*Cuman.*conſ.* 30.
dub.2.Phanuc. de inuent. p.7. nu. 58. Ratio eſt,
quia valet argumentum de pia cauſa ad alimẽ-
ta, & quia legatum alimentorum videtur limi-
22 tatum ad vires patrimonij, † ex quibus ſi ali-
quid eſt ſoluendum non attenditur inuentariũ,
Exemplo hæredis grauati ſoluere de bonis con
23 tra quem † nihil obſtat omiſſio inuentarij.
Corn.conſ.180.multitudo.col. 6. in fin. num. 9.
lib.4.Surd.de alim.tit.8.priuil.13.num. 3. verſ.
re tamen bene perſpecta . & nu. 5. vbi addit ra-
tionem, quia legatum alimentorum debet taxa-
24 ri arbitrio boni viri, † qui inſpiciet æquitatem
non iuris rigorem, vt non teneatur vltra vires,
quod conuenit æquitati naturali; Et quamuis
debeat arbitrari ſecundum leges: Tamen etiam
ſecundum leges canonum in foro conſcientiæ
non tenetur hæres vltra quam ſit in hæreditate
Iaſ.in rubr. de acquir. hæred. & præſumptio oc-
cultationis bonorum eſt incerta, ideò non eſt
25 grauandus hæres, † cum lex quæ ſe fundat ſu-
per iuris præſumptione non obliget in foro cõ-
ſcientiæ *Graſſ. q. 22. in fin. de inuentar. Abb.*
conſ.73.nu.9.lib.2.

Aliud eſt in legato alimentorum taxato à teſtato-
26 re, † tunc enim ſi hæres non confecit inuenta-
rium non poterit recuſare ſolutionem ſecundũ
mandatum teſtatoris, ſtante enim taxa per eum
facta

Digitized by Google

facta nõ requiritur alia taxatio boni viri *Nat.
conſ.387.n.9.Phanuc.& alÿ per Surd.de alim.
tit.4.q.9.n.33.* Itaut etiam vendatur proprie-
tas, ſi fructus hæreditatis non ſufficiant *Natt.
d.conſ.387.n.7.Bertrand.conſ.268.nu.2.lib.1.*
Intelligendo idem in non taxato à teſtatore,
27 dummodò tamen † ita ſolitus eſſet præſtare te-
ſtator in eius vita, tunc enim videtur taxatum,
& de eo debet iudicari, vt de taxato, puta ſi re-
linquantur alimenta, quæ conſueuit dare teſta-
tor *Idem Surd.de alim.tit.4.q.9.vbi n.36.* limi-
tat in caſu facti inuentuarij, quia tunc etiam ta-
xatum non debetur, niſi quatenus ferunt fru-
ctus, & redditus hæreditarij *Caſtr. conſ. 406.
dub. 2. lib.1.*

Non obſtat quod in caſu, de quo agimus præſup-
ponitur non ſolum adeſſe legatum, ſed etiam
promiſſionem hæredis, de illud ſoluendo infra
28 biennium, † qua promiſsione ſtante hæres non
debet gaudere beneficio inuentarij; Vnde mul-
to magis ſi illud non fuit factum, & ſic cogetur
præſtare legatum vltra vires, quaſi actio anti-
qua fuerit nouata *Dec.in auth.præterea.nu.12.
C.vnde vir.& vxor. Roland. de inuent. q.154.
n.1.Ang.conſ.32.dominus philippus.col.penult.
Phann. de inuent.p.6.nu.110. Dec.conſ.496. in
caſu domini operarij.col.3. in fin. verſ.ſicut.ſi
debitum.n.12.* licet aliàs promiſſio accedens
29 obligationi † eam non alteret, nec illius natu-
ram immutet *l. qui mutuam. ff. mand. l. pe-
nul.C. de pact.*

Quia prædicta procedunt quando actio antiqua
fuiſſet nouata, alias ſi de ea non conſtaret atté-
ditur origo & principium obligationis, quan-
30 do finis habet † neceſſariam conſequentiam
ad principium *Bald. in l. 3. §. ſeio. de minor,
Ang. in l.ſi poſſeſſor.§. redactæ. de petit. hæred.
Surd.deciſ. 297. n.1.& 12.* Vbi enim conuen-
tio eſt facta per viam ſimplicis recognitionis
31 non operatur † remiſſionem inuentarij *Add.
ad Dec. d.conſ.496. in verb. inuentarÿ.* Quod
non eſt in caſu noſtro, cum ſolũ per teſtes pro-
betur hæredem ſimpliciter promiſiſſe ſoluere
ſummam debitam: Vnde dicta promiſsio eſt
32 intelligenda † ſaluo beneficio ſibi competente
*Bald. in l.quod nomine. de condic. indeb. Rum.
conſ. 195. col.3. lib.3. Bart.in l.maritum.ſolut.
matrim.Campeg. de dot.q.246. col.1. in fin. &
q.268. Roland.de lucr. dot. q.37. n. 4.* Cum
præſertim non fuerit actum vigore iſtius pro-
miſsionis, ſed ſolũ actione legati, & promiſsio
ſoluendi debeat regulari ad illud, quod de iure
tenetur *Afflict. deciſ.399. n.13.* vbi in ſpecie
33 loquitur de hærede promittente † ſoluere om-
nia legata, quia intelligitur, quatenus tenetur
ſaluo beneficio legis, & inuentarij, & voluit
Bald. in l. fin. nu.2. C.ad leg.falcid. vbi dicit
multum notandum *& ibi Ang. Caſtr. & Cin.
per tex. in l. 1. §.ſub conditione.ff.vt legat. no-
min. caueat. l. ſi prior. ſolut. matrim. l. eum
qui. §.ſi mulier. eod. tit. Seraphin. priuil. iu-
ram.13.n.26.& priuil.77.num.8. Gramat.de-
ciſ.103.num.168.*

Et hæc quoad primum caput ſententiæ condem-
nationis hæredis: Quo vero ad ſecundam par-
tem eiuſdem ſententiæ, in qua abſoluitur hæ-
res declarãdo inualidum legatum per Franci-
ſcum petitum, Dicebatur illam eſſe confirman-
dam, ex quo enim fuerunt relicta centum ſol-
34 uenda † per hæredem infra tempus ibi præfixũ,
& interim, donec ſoluatur legatum, quinque in
ſingulos annos, legatarius non poteſt recipe-
re illa quinque ſine labe vſurarum, quia vſura
committitur, tam in contractibus, quàm in
vltimis voluntatibus; Vnde teſtator non po-
teſt ordinare, quod præſtetur quid annuum
donec legatum ſoluatur *Alex. conſ.74.viſo ti-
tulo quæſtionis.num.14. col.3.in fin. verſ. plus
voluit. lib.5.* vbi de communi, *& conſ. 27. vi-
ſo themate ſuprascripto. col. 2. lib.4. nu.5. poſt
Bart. in l. 3. de ann.legat. Bald. in l.cum al-
legas. C. de vſur. & in l.1. C.de his quæ pœn.
nomin. Mandoſ. ad Rom. conſ.510.num.14. in
verb. cenſetur.* vbi dicit opinionem *Alex.* eſſe
communem. *poſt Iaſ. in l. cunctos populos. nu.
29. C. de ſumm. trinit. Aret. conſil.151. viſo
themate. Aim. conſ. 189. in princ.* & de lega-
to, vt ſoluantur quinque pro centenario loco
fructuum, & intereſſe, donec ſors debita ſolua-
tur, quod ſit vſura eſt *deciſ.Put.71.& 107.li.1.*

Contrarium dixi verius pro validitate legati, &
reuocatione ſententiæ. Ratio quia non eſt in
facultate legatarij exigere ſortem à principio;
Vnde licite per eum percipitur, quidquid ſibi
35 à teſtatore fuit relictum, † quaſi tunc adſit ra-
tio excluſiua vſurarum, cum ceſſet voluntas
differendi exactionem, propter quam induci-
tur vſura, ita in ſpecie concludit diſtinguendo
*Soccin. in l.2. num.7.vſque ad.num.10. col. 5.
verſ.& iſta inducuntur ad quæſtionem. ff. de
his quæ pœn.nom.* vbi dicit ita fuiſſe Romæ iu-
dicatum contra *d. conſ. Aret.151.* quem non
eſſe approbandũ concludit etiam *Lup. in l. cu-
rabit. comment.1. §.4. num. 73. Couar. lib. 3.
var.reſol.c.1. ad fin. verſ. ſed vbi legatarius.*
36 vbi de veriori opinione teſtatur † *Rom. conſil.
510.quo ad primum conſultationis.col. 7. num.
15.verſ. primo quia dinumeratio.* Et hanc di-
ſtinctionem approbant *Caſtr.& alÿ.* de qui-
bus latè *Menoch.conſ.441.nu.10.lib.5. Rip.Al-
ciat. Caccialup. Sim. de Pret. & alÿ allegati
per Surd.conſ.23.& de alim. tit.8. priuil. 29.
num.6.* vbi quod hæc diſtinctio eſt verior ra-
tione, auctoritate, & numero Doctorum, *&
tit.9. q.16.nu.32.& latius.q. 18. nu. 9. vſque
ad n.15.tit.9.* vbi amplius tenet contra *Aim.
& alios.* quod neque dicitur vſura quando te-
ſtator relinquit certum quid de bonis ſuis, &
38 donec ab hærede præſtetur, † mandat interim
pœnæ nomine tantum dari legatario: Quo-
niã in hoc nulla adeſt conuẽtio inter hæredem,
& legatarium, & quod à teſtatore relinquitur
ſponte, & ex mera eius liberalitate datur, quo
caſu non cadit vſura *gloſ. in cap. conſuluit. de
vſur.* Et in legatario non poteſt conſiderari
animus committendi vſuram, qui cogitur per
teſta-

Digitized by Google

teſtatorem differre exactionem legati in tem-
pus ab illo adiectum, & ceſſante volntate ceſ-
39 ſat vſura † Ad exemplum ſubditi coacti mutua
re Principi, qui licite præter ſortem aliquid
percipit *Caſtr. in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert.*
petat. *Surd conſ.* 23. *n.* 8.

Non obſtat *Alex. d. conſil.* 74. *lib.* 5. & quod de
eo dicit Mandoſ. *ad Rom. conſ.* 510. *n.* 14. Quia
eius opinio non approbatur ſtante ſupradicta
40 diſtinctione, † prout teſtatur *Addit. ad eundem*
Alex. conſ. 27. *in verb. concludo. lib.* 4. vbi *poſt*
Bald. Caſtr Abb. Gerſon. & alios allegatos dicit
illum malè conſuluiſſe, & eius opinionem eſſe
erroneam, quamuis appelletur communis. Et
idem etiam eſt *de Aret. d. conſ.* 151. quem non
eſſe ſequendum dicit *Socem. in d. l.* 1. *n.* 7. *de his*
quæ pœn. nom. ex rationibus, & auctoritatibus
ſupra allegatis.

Quæ magis procederēt quando non eſſemus in ca
41 ſu ſimplicis legati quantitatis † cum hoc quod
ſoluantur tot pro centenario quolibet anno
quouſq; fuerit ſatisfactum legatario de ſorte
principali, ſed vbicunq; legaretur quantitas
reinueſtienda per hæredem ad cōmodum lega-
tarij in locis montium, ſeu cenſibus, & quādiu
non fieret inueſtitura imponeretur onus hęredi
de ſoluendo ſex, ſeu ſeptem pro centum ad fa-
uorem legatarij. Tunc enim huiuſmodi pręſta-
tio eſt licita, cum non fuerit legata pecunia ſim
pliciter vt pecunia, ſed vt ſpecies conuertenda
in d. locis montium ſeu cenſibus, quo caſu indi-
catur de iſta pecunia, prout de ſpecie *l. talis*
ſcriptura. in fin. de legat. 1. Itaut veniant fru-
42 ctus moræ † nō ſecus ac ſi abſolutè fuiſſet lega
tus cenſus *l.* 1. *§. fin. C. de vſur. & fruct. legator.*
& ita in puncto diſtinguit *Rot. per* R. P. D. Ora-
num Romana Saluiani *interdictis.* 20. *Nouem-*
bris. 1591. cuius tenor eſt inter deciſ. recolle-
ctas per *Farinac. deciſ.* 85. vbi etiam quod de-
bentur iſti fructus nulla exiſtente interpellatio-
43 ne, † quia ſtatim hæres debebat reinueſtire, vn-
de ſatis dicitur conſtitutus in mora per lapſum
diei *l. magnam. C. de contrah. ſtipul.* *Gozad. cōſ.*
69. *nu.* 10.

Amplius in caſu noſtro talis pœna fuit adiecta fa-
44 cto ad onus hęredis moroſi, † nō autem datio-
ni quantitatis, quaſi tunc licita ſit exactio ſine
labe vſurarum *l. huius. & ibi gloſ. de act. empt.*
Alex. conſ. 119. *nu.* 13. *verſ. vnde eo ipſo. lib.* 2.
Nauar. conſil. 15. *n.* 6. *de empt. & vendit. Farin.*
conſ. 91. *n.* 18.

Vltimo quāuis de prædictis poſſet dubitari, etiā
quando non eſſet in facultate legatarij petere
45 ſortem, ſed hæredis illam præſtare † ex his quæ
tradit *Rot. per* R. P. D. *Oran. Roman. Salu. in-*
terd. 10. *nouembris.* 1591. *verſ. & domini tenue-*
runt. In caſu noſtro ceſſabat difficultas, quia
legatarius interpellauit hæredem debitorem, &
fecit quod potuit, vt ſibi præſtaretur ſors prin-
cipalis, quo exiſtente in mora non dicitur com
46 mitti vſura, † quaſi tunc hæres debitor potius
elegerit præſtare penſionem, quām ſortem, &
nihil poteſt imputari legatario, qui non dedit
conſenſum, ſine quo non poteſt committi vſu-
ra; Itaut ſufficiat iſtam interpellationem fieri
extra iudicium coram teſtibus, cum non ſit ne-
ceſſe hæredem conuenire iudicialiter, quaſi le-
gatario nulla actio competat ad ſortem, vnde
ſi in ius vocaretur hæres reportaret abſolutio-
nem. Ita in ſpecie cōcludit & diſtinguit *Menoc.*
conſ. 541. *n.* 25. *verſ. tertia eſt opinio. & nu.* 30.
47 *verſ. cum vero eſt in poteſtate. lib.* 5. † Exemplo
mulieris, quę non poteſt annuatim aliquid per-
cipere ab hæredibus viri ob cauſam reſtitutio-
nis dotis poſt annum luctus, ſi illam non petijt,
& non fecit quod potuit, vt eā repeteret *Alex.*
conſ. 74. *n.* 15. *lib.* 5. *Aim conſ.* 89. *n.* 3. *verſ. ſed*
quia. & licèt iſti loquantur quando eſt in facul-
48 tate creditoris exigere ſortem, † Tamen ea-
dem ratio militat, quia non petendo, ſed tacitè
recipiendo fructus dicitur conſentire præſta-
tioni penſionis, atq; ita velle committere vſu-
ram *idem Menoch. conſ.* 441. *nu.* 25. *in fin. verſ.*
& quanquam y doctores. lib. 5.

EPITOME.

In ſucceſſione matris quilibet admittitur, etiam vulgo quęſitus, dummodo non natus ex damnato coitu. Secus in ſucceſſione patris. Vulgo quæſitus excludit aſcendentes in ſucceſſione matris, etiam quo ad legitimam, & poteſt dicere de inofficioſo teſtamento, & reuocat alienata vſq; ad legitimam. Natus ex ſoluta, & coniugato, quando dicatur naſci ex coitu dānato, itaut non poſſit ſuccedere matri, neq; valeat relictum eidem factum vltra quantitatem alimentorum. Vxoratus cognoſcens ſolutam an committat adulterium, itaut mulier poſsit contra eum agere ad ſeparationem thori, dotis reſtitutionem, & criminaliter ad pœnam. Coitus cum clerico an dicatur inceſtus, ſeu ſimplex fornicatio.

SVMMARIVM.

1 *Excluſus à ſucceſsione ab inteſtato debet etiā excludi à legitima, prout à iure dicēdi de nullitate, aut rumpendi teſtamentum. n.* 2.

3 *In ſucceſsionibus prima cauſa aſcendentium & num.* 4.

5 *In ſucceſsione matris quilibet admittitur, etiā vulgò quæſitus, dummodo non natus ex damnato coitu.* Amplia *vt n.* 6. 7. *&* 8. *Limita in ſucceſsione patris. nu.* 10.

11 *Illegitimus, ſeu vulgo quæſitus iniuſte à matre exhæredatus poteſt dicere de inofficioſo teſtamento, reuocat alienata in fraudem vſque ad legitimam, quæ illi debet relinqui ſine onere, & titulo inſtitutionis. nu.* 12. *&* 13.

14 *Vulgò quæſitus excludit aſcendentes in ſucceſsione matris, etiam à legitima.*

15 Natus *ex ſoluta & coniugato dicitur naſci ex coitu damnato, nec ſuccedit matri. nu.* 16. *neque eſt capax relicti, niſi vſq; ad quātitatem alimentorum. nu.* 17. Contrarium *eſt verius, n.* 20.

nu.20.& 26.Intellige vt n.27.28.& 39.

18 Vxor habet actionem contra maritum pro ſepa ratione thori, & dotis reſtitutione quamuis habuerit rem cum ſoluta,& n.19.

21 Vxoratus cognoſcens ſolutam non committit adulteriũ punibile ſecundum leges tẽporales.

22 Adulterium dicitur violatio alieni thori.

23 Fornicatio ſimplex dicitur, nõ autem inceſtus in matrimonio ſpirituali, quando mulier habet rem cum clerico, & num. 24. Intellige vt nu. 25.

29 Natus ex concubina dicitur magis deteſtabilis. quam ſi naſcatur ex ea, ad quam eſt furtiuus acceſſus. & n.30.

31 Naturalis dicitur quilibet natus ex ſoluto, & ſoluta, licet antiquitus aliud eſſet.

32 Coitus vxorati cum ſoluta eſt accuſabilis quãtum ad ſtuprum, non quo ad adulterium. Declara, vt n.33.

34 Stuprum non eſt accuſabile ſtante vtilitate perſona,& n.35.& 37.Intellige, vt n. 38.

40 Vxoratus habens filium ex concubina ſoluta haberet ex damnato coitu quando mulier ſciret illum eſſe vxoratum,& n.42.

41 Ignorantia in dubio pæſumitur.

43 Natus ex ſacerdote, & concubina an ſuccedat matri.n:45.46.47.& 48.

44 Succeſſiones deferuntur ſecundum leges, ideo non habetur ratio iuris canonici.

49 Conſtituti in minoribus ordinibus an ueniant appellatione clericorum.

CAPVT XXXV.

VEriorem Dixi ſententiam, quod mater in
caſu, de quo agebamus non potuerit im-
pugnare teſtamentum filiæ, neq. aliquod ius ſu-
per legitima prætendere. Nam cum adſit filius
1 naturalis † mater excluditur à ſucceſſione ab
inteſtato, & per conſequens à legitima Alex.
conſil.3.circa præmiſſam.n.10 lib. Ang. conſil.
105.ſtatuto cauetur.Corn.conſil.150.circa præ-
ſentem.lib.2.Dec.conſil.285 nu.7. Aim. qui de
communi. conſil.11.n.12.Natt. conſil.308.n.4.
Becci.conſil.103.nu. 21. Et cum non debeatur
legitima, nec ſuccedat ab inteſtato, etiam erit
2 excluſa à iure rumpendi teſtamentum, vel di-
cendi in eius nullitate Bald.in l.maximum vi-
tium.nu.21.C.de lib.præter.per l.illud.§.1.de
bon.poſſ.contra tab. Doctor. in l.1. & in l.pater
filium de inoffic.teſtam. Caſtr.conſil.213.lib.1.
in prin.Ruin.conſil.40.n.15.lib.3.Alex.conſ.19
circa primum dubium.n.4.lib.6. Surd. de alim.
tit.8.priuil.23.nu.3.& priuil.81.nu.3. Nam in
3 omnibus ſucceſſionibus † prima cauſa eſt de-
ſcendentium §.1.inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.
deferun.l. duodecim tabularum. C.de legit. hæ-
red. Bart. & Bald.in auth. in ſucceſſione C.de
ſuis & legit. Dec.conſil.308.nu.4. Et tunc ma-
ter admittitur ad ſucceſſionem filiorum ſi filij
4 filiorum non adſint,† quibus ſtantibus aſcedẽ-
tes excluduntur §.2.inſtit.ad tertulian.l.2.§.li-
beri.ff.eod.l. quoties C. ad orfician.Alex.conſil.
168.viſis ac ponderatis.n.8.lib.7. per rationem
tex.in l.ſcripto.in fin.ſi tabulæ teſtamenti nullæ
extabunt.

Non obſtat quod iſte filius ſit naturalis, Quia quã
do agitur de ſucceſſione matris non fit diſtin-
5 ctio filiorum, † ſed quilibet admittitur, etiam
vulgò quæſitus, dummodò non natus ex damna
to coitu l.1.§.ſed & vulgo.ad tertull.§.nouiſ-
ſime.inſtit. ad orfician. Couar. in epit.de ſpon-
ſal.p.2.c.8.§.4.num.15. Vbi ampliat ſuccedere
6 † vna cum legitimis & naturalibus l. modeſti-
nus.& l.hac parte.ff.vnde cognati.l.ſi quis illu-
ſtris. quæ eſt penul. in fin. C. ad orphic. & ibi
7 Cagnol.n.34. in vlt. not. † cum habeantur om-
nes, pro legitimis quo ad mortem Alex. in l.ex
facto.§.ſi quis rogatus il.1.n.45. ad trebel.Boer.
conſ.240.n.14.Sur.de alim. priuil.81. n.9.tit.8.
Itaut ſuccedant etiam coniunctis per lineam
8 maternam,† prout eis è contra ſucceditur Aim.
conſ.138.col.2.poſt Alex.conſ.174. ſuper eo de
quo quæritur in prin. & col.vlt.in fi. lib.5.Dec.
conſ.311.col.1.

Etiam quod ſint nati ex illuſtri, quia per diſpoſi-
9 tionem l. ſi qua illuſtris. † ſolum prohibeatur
ne cum filijs legitimis concurrant in ſucceſſio-
ne matris illuſtris, ſecus quo ad coniunctos
per lineam maternam, vt poſt Vtal. & Bologn.
per eum allegatos dicit Peregr.de iur. fiſc.lib.3.
tit.18. n.25.in fin. Quod ſecus eſt in ſucceſſio-
10 ne patris, in qua non ſolum ſpurij,† ſed nec na-
turales poſſunt ſuccedere contra teſtamentum,
& voluntatem patris gloſſ. in l. 1. in princ. in
verb.naturales.vbi Bart.de bon. poſſ. contra ta-
bul.Bald.in l.1.C.quor.bon.& in l.fin. C.de na-
tural.liber. Alex. conſil. 74. viſo proceſſu cauſæ
11 num.4. lib.2. † Itaut huiuſmodi filij illegitimi
iniuſtè à matre exhæredati poſſint dicere de
de inofficioſo l.ſi ſuſpecta. in princ. vbi gloſ. in
verb.teſtamento.de inoffic teſtam.gloſ. in l.1.C.
vnd. vir. & vxor.Catir.in l. ſi qua illuſtris.C.
ad orfician. Et bona alienata in fraudem eorũ
12 à matre † vſq.ad ſuam legitimam poſſunt re-
uocare Bar.in l.non vſq.ff. ſi quis à paren. fuer.
manumiſ. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. in
princ. inſtit.de action. Et debent inſtitui hono-
13 rabili titulo inſtitutionis. † Et illis relinqui
legitima ſine grauamine, & conditione, etiam
nullo per eos inuentario facto, prout omnes
ſupradictos caſus latè proſequitur Ioan. Roias
in epitom.ſucceſſion. tam ex teſtamento quam ab
inteſtato.c.26.nu.41.vſq.ad n.66.tom.8.part.1.
fol. 420.

Et in ſimilibus terminis quod non ſolum filij legi
timi,& naturales, ſed etiam vulgo quæſiti, &
naturales tantum excludant aſcendentes in ſuc-
14 ſione matris, † etiam à legitima, concludit
Caſſad.deciſ.vnica.de ſucceſ. ab inteſt. quam ſe-
quitur Bermoud. de publ. concub. & Couar. in
epit.de ſponſal.p.2.c.8.§.4.n.16. in fi.

Non obſtat quod ſimus in filio, qui præſupponi-
tur natus ex ſoluta, & coniugato, cuius coitus
15 dicitur † damnatus, & punibilis, vt in ſpecie
concludit Iaſ.conſil.39.colum.2.in princ. lib.3.

Digitized by Google

Archar.conſil.335. Bened.de Barz. de filijs non legitim.nat.num.4. tom.8.p.2. fol.25. Gozadin. conſ.2c. n.7. Alba.conſil.37. quamuis multa. per tot.Menoch.conſil. 60. num.3c. lib.1. Vnde na-
16 tus ex huiuſmodi coitu, tanquam ſpurius non ſuccedet matri, nec aliquid per eam poterit illi relinqui *Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. Bald.conſil.457.nu.7.lib.5.& conſil.267. ad euidentiam.col.2.lib.1. Aim.conſil.184. in fine Soccin.Iun.conſil.48.nu.8.cum ſeq.lib.4.* cum ſolum ei permittatur relictum vſq. ad quantitatem alimentorum; extra quem caſum ſpurius
17 in nullo ſuccedit matri, † etiam quæ non eſſet illuſtris, nam illa diſtinctio an oriatur ex matre illuſtri non fit in ſpurio nato ex punibili coitu *vt poſt Bald.Caccialup. & alios quos allegat cõcludit Surd. de alim. tit. 1. q.15. in fin.* Immò vxor habet actionem contra maritum adulte-
18 rum pro thori ſeparatione, † & recuperatione dotis, quamuis habuerit rem cum ſoluta *Roland. conſil. 50. per tot. lib. 1.* vbi in fin. loquitur etiam de ſoluta, *& facit.cap.1.vbi Abb. vt lit.non cont.Soccin.Iun.conſil.32. colum.c.lib.2.* Quia parificantur in hoc vxor, & maritus, quã-
19 do tamen † ageretur ciuiliter *Surd. de alim. tit.7.quaſt.25.n.5.* cum non poſſit accuſari, neq. puniri pœna adulterij *l. inter liberos. §.lex.iulia.de adulter. Archid.in c. nemo.32.q.4. Thob. conſil.53. num. 35.* vbi quod licèt ſit accuſabilis de iure canonico, non intelligitur quoad pœnam temporalem, ſed ſolum ſpiritualem *Socc. conſil.148.memini.n.4.lib.1.*

Quia magis vera, & communis opinio eſt, quod coitus inter coniugatum, & ſolutam non ſit
20 damnatus, † & ideo filij ſint admittendi ad ſucceſſionem matris. Ratio eſt, quia tunc ſolum dicitur coitus damnatus cum aliqua pœna tẽporalis imponitur per legem aut conſtitutionem Iuris Ciuilis, *Bart.in l.fin. num.4. ff.de his quib.vt indign. Matthefil. de ſucceſ. ab inteſtat. memb.2. art.1.nu.7.Bermon. de public. concub. prope fin.tract.in verb.qui etiam filios,num.73 Boſſi.de coitu damnato.nu.38. Clar.in §.fornicatio verſ. frequenter Couar.* qui ab omnibus receptum teſtatur *de ſponſ. p.2. c.8.§. num.15. in fin.* Conſtat autem, quod vbi vxoratus co-
21 gnoſcit ſolutam † non committit adulterium accuſabile, & punibile ſecundum leges temporales *l.1. vbi Salic. C.ad leg. iul. ad adulter. l. inter liberos. §.lex iulia. ff.eod. Soccin.conſil.148 num. 2. lib. 2.* Quia adulterium dicitur eſſe
22 alieni thori violatio, quod non contingit † in ſoluta *Gozzad conſil.21.col.1. n.5.* & quia maior honeſtas requiritur in muliere, quam in viro, vt poſt multos, quos allegat dicit *Boſſ. in d. tit.de coitu damnato.nu.45.* Et per vxorem fornicantem maior iniuria fit marito, quã in adulterio viri, per quem non violatur thorus mulieris *Angel. de maleſ.in verb. che hai adulterato. verſ. quos accuſet. Marſ.in l. patre, vel marito. n.9.ff.de quaſtion.* Ideo etiam dicitur ſimplex
23 fornicatio in matrimonio ſpirituali † quando mulier commiſcet ſe cum clerico Sacris Ordinibus inſignito *Cin. in l. 2. C. de epiſc. & cleric.* quicquid dicat *gloſ. & Bald. ibid* concludens eſſet inceſtum, quia verior eſt opinio contra eos, prout teſtatur *poſt Caccialup. Clar. Vaſq. & alios quos allegat Surd.de alim.titul. 5.*
24 *q.7. nu.44.* & quod non ſit inceſtus † dicit eſſe verius *Ignat.ad Cirz.in prax.c.80. verſic.ſunt quidem multi ex noſtris.* vbi quamuis teneat eſſe adulterium, & ſacrilegium ſpirituale. Tamen, quod ſit ſolum fornicatio, latè concludit *Menoch.de arbitr.in addit.ad caſ.289. n.6. verſ. tertia opinio.* vbi quod eſt magis receptum. Intelligendo quo ad Clericos Seculares, ſecus Re-
25 gulares, † qui caſtitatis votum emiſerunt, quorum coitus cum ſoluta erit non fornicarius, ſed inceſtuoſus, & adulteriũ *Fel.in c.at ſi clerici. §. de adulterijs.de iudic.Menoch ibid.* vbi ampliat de Epiſcopo coeunte cum ſoluta, quia dicitur contraxiſſe matrimonium cum ſua Eccleſia *c.inter corporalia. de translat. epiſc.Corſet.* in ſpecie *in ſing. in verb. fornicatio. in fin.*

Et in terminis quod hic coitus non dicatur dam-
26 natus inter ſolutam, & coniugatum † tenet *Caſtr.conſil.34.ſuper primo dubio. col.3.verſic. quarto principaliter, lib.2.& conſil.19. in cauſa quæ vertitur.n.1 lib.3.Angel.in §. nouiſſime. num.3.verſic.ad vnum aduertas. vbi Nicaſ. & alij inſtit.ad orſitian.Alex.conſil. 139. eleganter.circa fin lib.1. Dec. conſil. 310. in caſu propoſito.nu.2. Aim.conſil.166.licèt plurimi num.1 Salicet. in l.1. oppoſ.4. C. de adulter. & in l.ſi qua illuſtris.C.ad orſitian. & in auth. ex complexu.C.de incest. nup.Ang. Raphael. Fulgoſ.Io. de M. Sperelio. & alij per Soccin. conſil. 148. memini lib.1.* cui etiam ſe ſubſcripſit *Bal.nouel. Idem Soccin.in l.gallus. §.quid ſi is. col.pen.de liber.& poſth.* vbi teſtatur ita iudicatum *Paleot. de not.& ſpur.quæſt.42.Soccin. Iun. conſil. 91. nu.57.lib.3. Alciat. conſil.14.lib.9.nu.5.tom.3. alias 132. Hartm.Piſtoris. q.42. num.46.in fin. Spin.de teſtam.gloſ.16.princ.num.90.* vbi etiam allegat *Palat. Rub. in l.9. Taur. num.27.Petr. de fideicom.ex prohibit.alienat.q.11. num.230.* & de magis communi, & recepta ſententia teſtatur *Couar.* licèt ipſe contrarium ſequatur *de ſponſal.p.2.c.8. §.5. nu. 16. verſic. & quamuis non diffitear.& n.18.in fin.Surd.deciſ.249.n.13* licèt *n.19.* nihil concludat, teſtatur tamen de magis communi, & hanc eſſe indubitatam ſententiam dicit, *Roland.conſil.74.n.8.& 12.lib.1 Ludouicus deciſ. Peruſ.18.n.29. lib. 1.* quia acceſſus ad ſolutam non dicitur propriè adulterium *Guid.Pap.conſ.153.col.2.Rolan.d.conſ.74 nu.13 & 21.lib.1.*

Non obſtant Doctores contrarium ſequentes de quibus ſupra cũ alijs per *Hartm.Piſtoris.q.30. n.1.verſ.alij verò contra aſſeuerantibus.& per Sur.deciſ 249.n.16.& conſ. 456.n.14.lib.4.*

Quia loquuntur in diuerſo caſu, nã licèt *Dec.conſ. 305.in caſu propoſito.col. fin. num.6.* dicat eſſe
27 damnatum, tamen † ibidem poſtea concordat opiniones, vt in coniugato, qui habuit mulierẽ ſolutam loco concubinæ ſit dãnatus, quaſi illã

teneat

teneat contra prohibitionem l. 1. de concubin.
Caccialup.in l. ſi qua illuſtris.colum.1.n.4.verſ.
item adde quod pluralitas. Aliud eſt in coniuga-
28 to cognoſcente ſolutum extra domum, † prout
ſumus in caſu noſtro, maximè ſtante vilitate
mulieris,quæ præſupponitur meretrix,& ita etiã
concludit,& diſtinguit Aret. in §. nouiſſimè.nu.
4.inſtit.ad orfician. Alex.conſ.60.viſa legitima-
tione,nu.16.col.4.ad med.verſ.plus dicit, libro 1.
Alciat.conſ.14.lib.9.tom.3.nu.5.verſ.& licet ali
qui diſſenſerint. Matthesil. de ſucceſſ.ab inteſtat.
memb.2.art.1.num.8. & ita etiam poſt multa re-
ſoluit Caccialup.in d.l. ſi qua illuſtris, colum.8.
verſ.reſtat vt opportune,nu.23. vſq; ad nu.29. &
ſequitur Boſſ.de coitu damnato,nu.22.& ita con-
ciliandas eſſe opiniones dicit Peregrin. de iur.
fiſc.lib.3.tit.18.nu.36.verſ. concordando tamen.
quia inquit, quando retinetur domi, factum eſt
magis deteſtabile ſecundum Dec. conſ.305. col.
vlt.& Alciat.d.conſ.14.Ideo deterioris ſunt con
29 ditionis nati ex concubina,† quam nati ex mu-
liere, ad quam furtiuus eſt acceſſus. Vnde illis
magis fauendum eſt,quam illis, cum grauius ſit
peccatum cum concubina, Abb. in cap.tanta.co-
lum.fin.qui fil.ſint legitimi,Couar.de ſponſal. §.
4.p.2.c.8.nu.3.in princ. Vaſq.controu.illuſtr. q.
102.num.10. quamuis ipſe contrarium ſequatur
30 quo ad ſucceſſores, † Surd.de alim. tit. 1.q.9. n.
16. vbi multa quo ad natos ex concubina, qui
propriè dicuntur naturales;licèt hodie de æqui-
tate canonica remoto ſtricto iuris ciuilis rigore
31 quilibet natus ex ſoluta, † & ſoluto dicatur na-
turalis,Bald.conſ.129.nu.3.lib.2.poſt Specul. qui
fil. ſint legit.col.2.Aim. conſ.166.nu.8. Bertran.
conſ.165.num.11.lib.2.Cephal.conſ.185. nu.78.
libro 2.

Non obſtat huiuſmodi coitum poſſe accuſari quan
32 tum ad ſtuprum † quamnis non quo ad adulte-
rium,Gozad.conſ.21. colum.5. verſ.octauo quod
iſte.num.24.poſt Odofred.in l.1.C. de concubin.
Angel.in l.1.in fin. C.de adulter.Io. de Anan.in
c.2.eod.tit.Ancbar.conſ.337. viſo diligenter, nu.
35.col. fin. Quia intelligitur quando concurre-
33 rent qualitates ſtupri,† videlicet in fœmina vir
gine, vel vidua Caccialup. in l. ſi qua illuſtris,
nu.18.col.6.verſ.ſtuprum autem ſimplex, & col.
8.nu.21.verſ.item non committitur per text.in l.
qua adulterium,la 1. C.de adulter. & in l. inter
liberos,ff eod. & benè declarat,Boſſ. d.tit.de coitu
damnato, num.23. Quod ſtuprum etiam ceſſa-
34 bit, † neque erit accuſabile ſtante vilitate per-
ſonæ,Socin.conſ.148. colum.3.num.4. verſ.tertio
talis coitus,& verſ.intelligẽdum tamen eſt.Thob.
conſ.53.nu.10.& nu. 36. poſt Bart. in l. ſi vxor.
ad fin.principij,nu.4. de adulter. Et ita in ſpecie
de ſtupro reſpondet Roland. conſ.74.num.22.&
35 per tot. lib.1. vbi quod † cum meretrice non nu-
pta non cadit ſtuprum, neque quis poteſt accu-
ſari, nec puniri de eo, etiam de iure canonico,
quo ad pœnam temporalem, licèt ſecus quo ad
ſpiritualem,Gozad.conſ.21.col.2. in fin.Quia de
coitu non violento cum ſoluta, quæ non retinet
nomen honeſtæ mulieris idem iudicatur, quod
36 de coitu cum meretrice,† qui eſt impunitus l.ſi
vxor,vbi Bart.de adulter. & in l. verum, in 2.
oppoſ.de furt.l.1. de concubin. Idem ſequitur Pe-
regrin.de iur.fiſc.lib.3.tit.18.nu.36.verſ ſecundo
diſtingui poteſt,ubi poſt Aim.conſ.166.n.6.quod
37 non committitur ſtuprum † lege fori punibile
cum virgine,vidua, vel alia muliere vilis condi-
tionis,& ideo nati ex ea ſuccedent matri, Intel-
ligendo tamen de virginibus, vel viduis infimæ
conditionis paſsim vagantibus non ſeruato ve-
38 recundiæ pudore, † quia in alijs vilitas condi-
tionis, & fortunæ non noceret in his quæ perti-
nent ad cultum honeſtatis, & morum Couar. §.
3.nu.17.de ſponſal.p.2.c.8. verſ. adijciam tamen
poſt Bertrand.conſ.158.lib.3.

Neque obſtat deciſio Guid.Pap.280.quam dicit eſ-
ſe ſequendam Marilian. deciſ.1. vbi etiam alle-
gat conſ.Ancha.401.Quia loquitur talem filium
eſſe de numero illorum, qui ſuccedere non poſ-
ſunt quo ad patrem,non verò quo ad matrem,
39 & † ita reſpondet Socin.conſ.148. col.pen.nu.5.
in fin.ad text. in c.dicat aliquis.22.q.4. vbi dicit
mirari,quod ille textus allegetur in contrariũ,
cum loquatur in ſucceſsione patris,non matris,
prout ita declarat Anton.in c.tanta,qui fil. ſint
legit. Henric.Boic. in c. cum dilectus; de ſucceſſ.
ab inteſt. Vltra quod in caſu Guid. Pap. illi filij
erant ſpurij, quia interuenerunt qualitates ſtu-
pri,quod ſecus eſt in caſu noſtro ſtante vtilitate
perſonæ vt dictum eſt.

Immo vxoratus qui habet filium ex concubina
ſoluta contra l. 1. C. de concubin. tunc habere
40 ex coitu damnato, & punibili, † quando mu-
lier ſciret illum eſſe vxoratum,Caccialup.in d.l.
ſi qua illuſtris.num.28. verſicul.non ab re igitur
Boſſ.de coitu damnat.num. 30. quæ ignorantia
41 præſumitur, † ſi non probetur ſcientia c. in le-
ctum.34. q.2.cap.1. de eo qui duxit in matrimo-
nium,gloſ. in l.mariti, §.penul. de adulter.ergo
multo magis in caſu noſtro, cum mulier nõ eſ-
ſet concubina, & in qua facilius ignorantia
præſumeretur, quæ ſi excuſat a coitu accuſabi-
li,faciet per conſequens filios habiles ad ſucceſ-
42 dendum matri,† & ita in ſpecie ſtante huiuſmo
di ignorantia concludit, Alciat. conſ.14. tom.3.
lib.9.nu.5.

Quibus adde, quod etiam natus ex ſacerdote, &
43 concubina ſuccedit matri, † vnde multò magis
ſuccedet natus ex coniugato, & ſoluta. Ratio
eſt, quia tunc demum naturales excluduntur a
ſucceſsione matris, quando ſunt nati non ſolum
ex coitu damnato, ſed etiam punibili in perſo-
na mulieris. Vnde quamuis concubinatus ſit
interdictus Sacerdotibus ſecundum Ius Ciuile,
tamen in mulierem nulla pœna ſtatuitur ex di-
cto Iure Ciuili. Ideò non poterit dici coitus
damnatus: & licèt ſecundum Canones punian-
tur tàm ſacerdotes, quàm concubinæ Abb. in
cap. 2.& c.ſicut,de cohabit. clericor. quare reſpe-
ctu Iuris Canonici coitus hic dicitur damna-
tus & punibilis, tàm ex parte mulieris, quàm
ſacerdotis: Tamen hic agimus de ſucceſsioni-
bus non autem de materia pertinente ad cano-

nes, quo caſu eſt habenda ratio Iuris Ciuilis nō
44 Canonici,† cum ſuccesſiones deferantur: ſecū-
dum leges, & ſecundum Iuris Ciuilis diſpoſitio-
nem Bart. *in l. auia . C. de ſucceſſor. edict. Abb.*
in c.tanta. num.12. qui fil. ſint legitim. Socin.
45 *conſ.148. in fin.* & ita in ſpecie † de filio ſacer-
dotis ex concubina, quod ſuccedat matri latiſſi
me concludit *Hartman. Piſtoris. q.42. per tot.*
46 Quamuis prædicta opinio non ſit tuta † eum
contrarium ſequatur *gloſ. in §. fin. auth. quib.*
mod. natur. effic. ſui. Abb. in c.per venerabilem.
qui fil. ſint legit. Iaſ. conſ.71. lib. 1. latè Roder.
Suarez *in l.1.fori.tit.6.lib.3.quæ incip. Todo bo-*
47 *me.nn.29. vſque ad n.32.* & eſt ratio,† quia hic
coitus non ſolum damnatur de Iure Canonico
c.cum multa. de cohabit. clericor. ſed etiā repro-
batur per leges ciuiles *§.ſi quis autem monaſti-*
cam. auth.de monach.§.presbyteris. auth. de ſan-
ctis. epiſcop. Bart. *in l.2. de concubin.* Bald. *in l.*
quique.4.§. parentes. de in ius voc.
Intelligendo in filio ſacerdotis, & in ſacris cōſtitu
ti : Nam filius clerici in minoribus , etiam ha-
48 bentis beneficium eccleſiaſticum,† poterit ma-
tri ſuccedere . Etenim ordines minores , &
beneficia non impediunt contrahere matrimo-
nium *c.1.& 2.de cleric. coniug.* vnde cum poſsit
contrahere , quamuis amittat beneficium ipſo
iure, tamen erit iudicandus naturalis, non ſpu-
rius , & per conſequens ſuccedet matri , prout
in puncto latè concludit *Spin.de teſtament.gloſ.*
16.princ.nu.93.& 94.verſ.ſed contraria ſenten-
tia. fol. 689. Quaſi in minoribus conſtituti non
49 veniant appellatione clericorum, † niſi quo ad
priuilegium fori,& canonis *c. cum contingat. de*
ætat.& qualitat. Dec.in c.cum non ab omni.10.
nu. 3. de iudic. Couar. pract. quaſt. c.31.nu.6.
Quidquid autem ſeruandum ſit in ſpurijs,iuxta
formam Conſtitutionis *Sanctiſs. Pij V.* dicam
infra in capite particulari , cum de prædictis
fuerit tantum diſceptatum de iure communi ſe-
cundum caſum mihi propoſitum,& de dicta cō-
ſtitutione Rot. *diuerſ. decis. 487. & 505. p.1.&*
decis.214.p.2.

E P I T O M E.

Fratres quādo poſsint diuidere emphyteuſim ſine conſenſu domini , & illam inter ſe alienare , & an debeatur laudemium. Priuatio emphyteuſis non præcedente declaratione an ſubſiſtat. Alienatio partis, quando faciat cadere à tota emphyteuſi . Et de emphyteuta non ſoluente pro parte in quam pœnam incidat. Et quid in moleſtia , quæ prohibetur dari vſufructuariæ an ſufficiat vexari in parte,vt quis priuetur hæreditate . Hæredes quando teneantur inſolidum , & non pro portionibus hæreditarijs , & quid in pœna, cenſu, canone,& ſimilibus, & in tertio poſſeſſore . Pœnæ an committantur data nullitate actus , & quando puniatur affectus non ſequuto effectu . Per diuiſionem emphyteuſis an præiudicetur domino quo ad canonē , ita vt ab omnibus debeat petere .

S V M M A R I V M.

1 *Fratres ſuccedentes patri diuidunt emphyteuſim ſine domini conſenſu, & quid in alienatione inter eos facta.nu.2. 3. 4.6.& 7.*
5 *Laudemium non debetur quando eſt locus iuri accreſcendi inter eos qui diuidunt.*
8 *Fundus pluribus relictus cum probibitione vendendi poterit vendi vni ex legatarijs. & nu. 9.*
10 *Priuatio emphyteutæ debet fieri præuia citatione,& auctoritate Iudicis.*
11 *Declaratio requiritur vltra priuationem factam de emphyteuta · Contrarium eſt verius. num.12.*
13 *Dominus poteſt in alium conferre emphyteuſim quo ad ius proprietatis ; ſecus quo ad poſſeſſionem , quæ erit auocanda remedijs iuris propter caducitatem.*
14 *Emphyteuta plurium alienans de voluntate vnius incurrit caducitatem pro parte, pro qua non habuit aliorum conſenſum.& nu.15.*
15 *Feudatarius alienans partem non cadit à toto feudo .*
17 *Pœna commiſsi non datur in ſolidum contra omnes hæredes ſi vnus non ſoluit.& nu. 25. Contrarium nu.26.& 27.*
18 *Prohibitio circa vnum verificatur in qualibet parte . & nu. 12.*
19 *Moleſtia ſi prohibeatur dari vſufructuaria hæres priuabitur in totum hæreditate , non pro parte, pro qua fuit data vexatio.*
20 *Expulſio eſt indiuidua,ita vt pars ſoluta nō impediat expulſionem .*
21 *Colonus deficiens ſoluere in parte expellitur.*
23 *Emphyteuta non ſoluens pro parte non priuatur in totum maximè de Iure Canonico . num. 24. & 28.*
29 *Executio pro canone an poſsit fieri contra quemlibet ex hæredibus.*
30 *Diuiſio ſi facta ſit de conſenſu domini . quando ei præiudicetur in ſolutione canonis , ita vt debeat ab omnibus peti.nu.31.32.& 33.*
34 *Tertius poſsidens emphyteuſim conuenitur pro canone præterito . nu. 36. Amplia quamuis tranſiret ad clericum . n.37.38.39.& 40.*
35 *Quilibet poſſeſſor tenetur hypotecaria.*
41 *Hæres tenetur pro portionibus hæreditarijs . Fallit in canone ſeu cenſu. n.42.43.& 44.*
45 *Pœna priuationis intelligitur de tradente rem venditam . & n. 46.*
47 *Vendens pleno iure dicitur turbare vſufructuarium . & nu.49.*
48 *Negans incurrit pœnam priuationis , & de differentia inter negantem vſumfructum, & emphyteuſim . nu.50.*
51 *Pœnam non incurrit emphyteuta alienans nulliter, aut ſimulatè, vel exponens rem venalem . Puniens cedentem actiones ſuas intelligitur de valida,& de ea quæ fit in potentiorem.*
52 *Statutum puniens eum qui voluerit corrumpere mulierem , intelligitur ſi actualiter corruperit .*
53 *Leges omnes punientes conatum ſunt derogatæ.*

54 Aſſe-

54 *Affectus quando puniatur non ſequuto effectu.*
55 *Emens domum quam prius conduxerat nõ cenſetur recedere à locatione ſi emptio fuit nulla.*
56 *Pœna non committitur data nullitate actus. Intellige vt nu. 57.*
58 *Falſificans litteras etiam nulla punitur.*
59 *Notarius faciens inſtrumentum falſum punitur quamuis ſit nullum defectu ſolemnitatũ.*
60 *Mater perdit tutelam ob ſecundas nuptias. etiam nullas.*
61 *Contrahens matrimonium cum conſanguinea punitur quamuis nulliter contrahat.*
62 *Actus contra legem licet nullus reputatur validus in odium facientis.*
63 *Pœna cõuentionalis quamuis requirat factum validum tamen committitur quando actus inualidus affert damnum. Idem in pœna legali.*
64 *Iudex nulliter iudicans non facit litem ſuam, niſi quando de facto exequitur propter damnum parti illatum.*

CAPVT XXXVI.

IN cauſa Thomæ, Chriſtophori, & aliorum mihi propoſita verius eſſe Dixi nõ ſubſiſtere
priuationem, de qua agebatur: Nam quo ad
caput diuiſionis, cum ſimus in fratribus ſucce-
1 dentibus patri mortuo, † potuit diuidi emphy-
teuſis per emphyteotas, etiam domino irrequi-
ſito abſque incurſu pœnæ *Bart. in l. qui romæ. §. duo fratres. n. 24. de verb. oblig. vbi Alex. & Iaſ. de communi. nu. 75. Clar. in §. emphyteuſis. q. 14. Dec. conſ. 262. col vlt. in fin. Peregr. de iur. fiſc. vbi de communi. tit. 6. lib. 6. n. 53.*
Neque obſtat quod vltra diuiſionem fuerit ſequu-
ta etiã inter eos alienatio, quæ non rectè pro-
2 cedit irrequiſito domino † *Curt. Iun. conſ. 109. n. 12. Iaſ. in l. fin. n. 116. C. de iur. emphyt.* prout
neque donatio *Bart. in l. ſi domus. §. fin. n. 2. ff. de leg. 2.* Quia primo reſpondetur, quod ſecundum
veriorem opinionem poſſunt fratres alienare
3 inter ſe emphyteuſim irrequiſito † domino,
quemadmodũ diuidere *Bart. in d. §. duo fratres. q. 10. verſ. ego dico contrarium.* Quamuis fratres
acceperint fundũ in emphyteuſim pro ſe, filijs,
4 & deſcendentibus, † & promiſerint alienare ir-
requiſito domino ſub certa pœna. Ratio quia
alienandn inter ſe non eſt æquum, vt incurrant
pœnam, cum omnes ſint eiuſdem conditionis
Salic. in l. ea lege. C. de condic. ob cauſ. col. pen. Gozzad. qui de communi. conſ. 20. nu. 9. Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 7. n. 4. Itaut
5 neque debeatur laudeminm, † quando inter eos
qui diuidunt eſt locus iuri accreſcendi, cum nõ
poſsit dici nouus emphyteuta, tanquam in con-
tractu comprehenſus; Ideo quęlibet etiam alie-
6 natio inter eos conceſſa eſt † *Gabr. conſ. 84. non quia ita. col. 2. nu. 6. verſ. primus eſt. lib. 1.* Vnde
quando emphyteuſis eſt conceſſa pro ſe, filijs,
& hæredibus, quia tunc habet locum ius accre-
ſcendi admittitur alienatio inter eos † ſine cõ-
ſenſu domini *Iaſ. in l. fin. nu. 116. q. 7. verſ. & ad hanc partem etiam inuenio. C. de iur. emphyt. Dec. conſ. 262. in contractu. in fin. verſ. & talis diuiſio.* Ideo fundo pluribus relicto ſi teſtator
8 prohibeat, † ne quis partem ſuam vendat, po-
terit nihilominus vnus ex legatarijs alteri ven-
dere ſine incurſu prohibitionis *l. pater. §. quid eum. de leg. 3. Tiraq. de retract. conſan. §. 11. gloſ. 6. n. 12.* vbi etiam loquitur de vaſſallo, in-
telligens contraria de quibus per *Bald. in l. eum ij. §. ſed ſi pluribus. de condit. indeb.* quando pro-
9 hibitio, † vel eſt facta in rem, vel adeſt eadem
prohibendi ratio, & ſequitur *Surd. tit. 8. priuil. 56. n. 15. in fin. de aliment.*
Secundo quia vltra priuationem factam per do-
10 minũ, cũ citatione, & auctoritate iudicis, † quæ
debent interuenire *Alberic. in l. 2. num. 3. C. de iur. emphit. Guid. Pap. q. 107. nu. 1. Socin. conſil. 167. nu. 4. lib. 2. Iaſ. in d. l. 2. nu. 11.* Requireba-
tur etiã declaratio, de qua tamen nõ cõſtabat:
Nam quãuis pœna ſit ipſo iure, nihilnminus in-
11 telligitur † ſecuta declaratione *Io. Andr. in c. 1. de homic. n. 6. Iaſ. in l. ſi quis maior. nu. 25. C. de tranſact. Dec. conſil. 326. viſo caſu. n. 6. & conſil. 146. pro tenui. nu. 4. Bald. in l. 2. n. 3. C. de iur. emphit. Natt. conſil. 274. nu. 14. Rimin. in §. 1. n. 22. inſtit. de donat.*
Prædicta tamen nõ ſunt tuta cum ſatisfuerit pri-
uatio abſq; declaratione, quæ non requiritur vt
fiat iudicio ſeparato, ſed ſufficiat etiam petitio
12 bonorum ad ſe deuolutorum † ad pęnam com-
miſſam, quia videtur tacitè facta declaratio tã-
quã præambulum neceſſarium: Vnde ſi domi-
nus rem emphyteoticam alteri conceſsiſſet, vi-
deretur in neceſſariũ antecedens declaraſſe ca-
ducitatem commiſſam *Alex. conſil. 106. viſo themate. col. 3. verſ. nec obſtat ſi dicatur. nu. 4. lib. 4. Ruin. conſil. 166. in fin lib. 1. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat. 43. num. 8. Surd.* qui per multa ſimilia comprobat *de aliment. tit. 9. q. 25. n. 73. & ſq. ad n. 80. & tit. 1. q. 48. n. 51.*
Poteſt enim dominus ob caducitatem vaſſalli
13 feudum, vel emphyteuſim aliũ in conferre † quo
ad ius proprietatis, cum poſſeſsio poſtea iuris
remedij ſit ab eo auocanda *Calir. conſil. 68. in caſu. lib. 2. Aſflict. deciſ. 97. & in c. 1. §. ſancimus col. 2. quo temp. mil. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 60.*
Tertio adde non potuiſſe priuationem afficere,
quia ſolum pro parte erat commiſſa pœna, cum
per vnum tantum fuerit facta alienatio; Vnde
quis non debet puniri ex delicto conſortis. Pro-
ut è contra dicimus de emphyteota pluriũ do-
14 minorum alienante † de voluntate vnius, nam
etiam quod res eſſet communis incurritur ca-
ducitas pro ea parte, pro qua cõſenſus nõ fuit
requiſitus *Alberic. in l. ſi duo patroni. de in ius vocan. Bart. in l. quidam in iure. §. 1. ff. de donation. Socin. in l. 4. §. cato. nu. 147. de verb. oblig.* Quando præſertim in alienatione partis rei
15 emphyteoticæ fuit facta cõmemoratio † quod
res eſſet talis, alias ſecus ſi eſſet facta alienatio
prout de re propria *Natt. conſil. 479. nu. 3. Rol. conſil. 17. num. 20. vol. 2. Doctor. in l. communis*

ſeruus.de in ius voc. *Iaſ.in l.fin. q.13. n.125.* C.
de iur. emphit. Idem in feudatario alienante
16 partem, qui non cadit † à toto feudo *Bald. in
c.1.in princ.de vaſſal.qui contra conſtit. Lothar.
& in c.1.de alien.feud.col.3. verſ. quaro vtrum
propter.* & iſtas opiniones eſſe æquiores, com-
munes, & tenendas dicit *Ceual. q.76.nu.4.cum
ſeq.* Vbi etiam quod pœna commiſsi non com-
mittitur in ſolidum contra omnes hęredes em-
17 phiteuræ, ſed pro parte hæredis † non ſoluen-
tis *Alberic. in l.communi diuidundo. ff.com.di-
uid.* cum omnes actiones paſsiuę diuidantur in-
ter hæredes pro portionibus hæreditarijs *l. 2.
C.de hæred.action.l.in executione.de verb.oblig.*
itaut hæres ſoluendo partem pro virili rema-
neat liberatus *Gomeſ.de indiuid.tom.2.c.10.n.4*
Non obſtat quod prohibitio circa totum verifi-
cetur etiam in qualibet parte, ſiue totum ſit in-
18 tegrale, ſiue vniuerſale *l.ſi vnus. §.item ſi pa-
ctus. ff. de pact.* Vnde ſi moleſtia inferatur in
parte vſusfructus contra præceptum teſtatoris
prohibentis moleſtias dari vſufructuariæ, hæres
priuabitur in totum hæreditate, non pro par-
19 te, in qua fuit data moleſtia, † eũ in toto pars
contineatur, vt in ſpecie concludit *Ruin.conſil.
48.n.11. lib.2.poſt Bart. in l. ſtichus qui meus.
ff. de leg. 1.* Rimin. *Iun. conſil. 330.nu.7.lib.3.*
Neque pars ſoluta impedit expulſionem cum
20 enim expulſio ſit indiuidua † vtile per inutile
vitiatur in indiuiduis, & ſic ſolutio in parte vi-
tiatur ob aliam nõ ſolutam *Surd.de alim. q. 17.
tit.7.n.27.in fin.* Quare colonus deficiens in
21 parte † expellitur. *l. eadem.* C. *locat.* ergo idem
in emphiteuta *Natt.conſil.429.nu.7.Rol.conſil.
17.num.14. lib.2.*
Quia reſpondetur illud ideo eſſe propter offenſio-
nẽ perſonæ, ob quã redditur indignus, & odio-
22 ſus † quo ad omne emolumentum proueniens
ex perſona illius, qui fuit contemptus, eũ enim
perſona non poſsit offendi pro parte, contemp-
tus etiam eſt indiuiduus *l.vulgaris. ff. de furt.*
Aliud eſt ſi delinquatur circa rem, prout in em-
23 phiteuſi, in qua pœna non debet egredi † vbi
non fuit contrauentum *l. beneficio. ad l.fal-
cid. l. reſcriptum. ff. de his quib. vt indig.* Et
ita in ſpecie de emphiteuſi, & feudo diſtinguit
Surd.de alim.tit. 9. q.25. nu.68.& q.26.nu.36.
Præſertim de Iure Canonico, ex cuius benigni-
tate nunquam cadit emphiteuta, niſi pro parte
alienata non attenta ſubtilitate Iuris Ciuilis,
24 quaſi pœna † non debeat excedere delictum
c.omnis.de pœnit.Iaſ. in ſpecie *in l.fin. nu.125.
q.13.* C. *de iur.emphit.*
Idem etiã ex prædictis dixi quo ad aliam cauſam
priuationis ob non ſolutum canonem, nam ex
quo alter ex hæredibus nõ ſoluit, pœna non cõ-
25 mittitur in ſolidum, † ſed ſolum cadet ab em-
phiteuſi, qui non adimpleuit *Alberic.in l.com-
muni diuidundo. ff. com. diuid. Ceual.qui dicit
æquiorem opinionem. q. 6.*
Neque obſtat quod contrarium dicat *gloſ. in d.l.
communi.* vbi vult vtrumque cadere, quaſi obli-
gatio etiam in perſona hæredum ſit indiuidua,
26 itaut ad euitandũ pœnam non ſufficiat † par-
ticularis ſolutio *Gomeſ.* qui etiam loquitur de
emphiteuſi *in tit. de indiuid. ad fin. verſ. octa-
uo infero.* Et hanc opinionem quamuis rigoro-
ſam dicit ſeruandã in practica *Clar. q.8.§.em-
phiteuſis. num.13.Alex.in l.4.§.cato oppoſ.5. de
verb.oblig. Roland.conſil. 27.nu.16. lib.2.Cor-
bul.* qui de magis communis teſtatur *de cauſ.
priuat. ob non ſolut. canon. ampliat. 8.nu.3.* vbi
ampliat nullam eſſe faciendam differentiam in-
ter emphiteuſim hæreditariam, & illam quæ vo
catur à Doctoribus ex pacto, cum eſt recepta
pro ſe, filijs, nepotibus, & deſcendentibus, quaſi
vtroq; caſu militet eadem ratio, itaut etiam de
Iure Canonico hoc procedat, vt latè probat
*Idem Corbul.d.ampliat.8.n.13.verſ. declaratur
quinto. contra Iaſ. in l.2. num.60. verſ.& cum
prædicta.* C. *de iur. emphit.*
Quia in caſu noſtro conſtabat nullam culpam po-
tuiſſe adſcribi ei, qui ſoluit ratam ſuam, quaſi iu
ſtè, & probabiliter crediderit alios cohæredes
ſoluiſſe ſtante aſſertione per procuratores do-
mini facta, & alijs de quibus in proceſſu: Vnde
27 non videtur æquum, vt pœna cõmittatur † in-
ſolidum, prout concludit *Socin. Iun. in l. 4. §.
cato.n.93.verſ.vltra doctores.col.49. concluſ. 3.
in fin.de verb. oblig.* Vltra quod eſt verior opi-
nio, vt de Iure Canonico exploſa ſubtilitate, &
rigore iuris Ciuilis propter æquitatem, quæ in
28 eo conſideratur indiſtinctè † non debeatur pę-
na pro partibus impletis, ſiue in obligationi-
bus faciendi, ſiue dandi, ſiue in hæredibus, ſiue
in principali prouiſore *Bart. in d. §. cato. in
fin.nu.19. & ibi Socin. Iun.num.126. per text.
in c.ſuam. de pœn. Bero. conſil.196.n.14.lib.1.
Imol.in c. potuit.nu.47.de locat.col.21.in princ.
verſ. ex prædictis patere poteſt. Redoan. de reb.
eccleſ. non alien. q.24. de caduc. feudator. verſ.
emphyteuta quoque in fin.nu.13.fol.496.Ceual.
q.6.* vbi etiam allegat *Gracian.reg.188.n.2.&
Cenedo.in collectan.ad ius Canonicum ad c.po-
tuit. nu.42.locat.*
Quo vero ad aliud de executione facta cõtra vnũ
ex hæredibus, Verius eſt, vt quilibet poſsit con-
ueniri pro canone: Nam quando primus em-
29 phyteuta † conceſsit alteri emphyteuſim ſi nõ
eſt expreſsè cõuentũ tenetur ſoluere ex obliga-
tione, quæ vertitur inter ipſum, & dominum, &
ſecundus ſoluet primo, & neutro ſoluente res
incidit in commiſſum *Bald. in l.prædia.C.de fi-
deicom.* cum diſtinctionibus, de quibus per *Iaſ.
in l.2.C.de iur. emphyt.col.51.n.154.verſ.vlti-
mo circa concluſionem.* Si autem dominus con-
ſenſiſſet diuiſioni ſibi præiudicaſſet quoad ca-
30 nonem, † & tanto magis ſtante dicto conſenſu
ſi vnus ſoluiſſet partẽ, alter verò ceſſaret à ſo-
lutione incideret in commiſſum ſolum pars nõ
ſoluentis *Afflict.decif.153.nu.5.Redoan.de reb.
eccleſ.non alien. q.19. tit.de mod. ſoluen. canon.
n.9.tom.15.p.2. fol.504.* vbi *poſt Iaſ. in d. l. 2.
col.49.* concludit, quod ſi ſecundus emphyteota
eſt factus de conſenſu domini tenebitur ad ca-
nonem vel penſionem, quia cum eo videtur qua-
ſi con-

ſi contraxiſſe , ratione cuius contractus ſibi
competit actio perſonalis *l.fin.verſic. neceſſitatem.* C. *de iur. emphyt.* In exactione enim, pen-
31 ſionis diuiſio non præiudicat domino † cum
poſſit agere in ſolidum ſuper qualibet parte fũ-
di emphyteotici,quãdo eo inconſulto facta fuit
Cor.conſil.24.num.17.lib.2.poſt Federic.conſil.
228.duo fratres.num.1.verſic.ſuper primo dubio
Peregr.de iur.fiſc.tit.6.lib.6.nu.53. vbi *nu. 54.*
intelligit ſecus eſſe quãdo plures res ſub diſtin-
32 cta penſione conceduntur † puta decem campi
ſub penſione ſcutorum decem in ratione ſcuti
vnius pro campo,quo caſu quilibet poſſeſſor eſ-
ſet conueniendus *c.cõſtitutus.de relig. dom.vbi*
Anchar.nu.13.Abb.n.8.Idem Peregr.de iur.fiſc.
tit.5.lib.6.nu.40. vbi loquitur in emphyteutis
prædiorum fiſcalium , qui poſſunt prædia libe-
33 rè alienare ſaluo canone † fiſco debito quod eſt
ſpeciale in eis *Bar.in l.1.C.de fund.patrim.li.11*
& ibi pro rata fundorum conueniuntur non pro
toto cenſu *Guid.Pap.q.432.n.4.*

Idem eſt in poſſidente rem emphyteoticam titulo
34 venditionis, vel alterius contractus, † qui po-
terit conueniri pro canone etiam præterito *Soc.*
conſ.119.n.4.lib.1.Affiict.decis.95.in prin. Pariſ.conſil.53.teneturn.4.li.1.Dec.conſil.163.nõ
fuiſſet propoſiti col.penul. ad med. verſic.vltimo,
non obſtat. ibi benè viſum eſt Ratio quia em-
35 phyteuſis eſt hypothecata pro canone, † Vnde
quilibet poſſeſſor tenetur hypothecaria *Bal. in*
auth.quas ruinas.col.penul.n.5.in fin.verſi.ſexto probatur.in fin.C.de ſacroſ.eccleſ.Alex. conſil,
79.circa primum. num.9.lib.1. Quidquid dicat
Guid.Pap. deciſ. 9. incip. quidam homo vbi di-
36 ſtinguit † an primus emphyteuta venditor, lit.
ſoluendo nec ne *Aret.conſil.105.in cauſa magnifici.in prin.n.1.*Quia ſimpliciter eſt verior opi-
nio contraria *Aim.conſil.217.n.5.Gabr.conſil.*
47.n.6.& 7.lib.1. Sur.conſil.162.nu.11. & deciſ.204.nu.9.Vrſil.ad Affl. deciſion.95. num.3.
Quamuis trãſiret huiuſmodi res ad Clericũ, &
37 Eccleſiam,ad quam † vigore hypothecæ trãſit
cum ſuo onere *Cor.conſil.264.n.6.lib.4. Guid.*
Pap.q.79.Aim.conſil.217.n.5. Itaut poſſit con-
38 ueniri coram iudice laico † *Guliel. de Cun. in*
l.de his C.de epiſcop.& cleric.Ceual.q.36. n.19.
39 quod tamen non procedit † de iure canonico,
Abb.in c.qualiter & quando.in fi.de iudic.Socc.
in c.ſane declarat.9.de for.comp.Rot.deciſ.5.eod.
tit.in antiq.

Neq;aduerſatur quod non competat hypotheca
pro canone contra tertium *Ang. in l. vniuerſas.C.ne rei domin.vel.templor.Roma.conſ.311.*
Quia quãdo primus emphyteuta pro ſolucione
canonis obligauit omnia ſua bona venit etiam
res emphyteotica. Vnde illa hypotheca tranſit
40 in quemcunque ſucceſſorem , † cum aliud ſit
ſi non extaret dicta obligatio, tunc enim non
eſt obligata pro canone , neque pro laudemio
Surd. deciſ. 31. & latius ita deſtinguit *Idem*
Surd.deciſ.32.nu.4. vbi dicit veriorem opinio-
nem . Quamuis *Bald.* ſimpliciter dixerit dari
hypotecam pro canone contra tertium in

auth.ſi quas ruinas.n.5.in fin.col.penul.ad med.
verſic.ſexto probatur. ibi. ſed vltra omnes. C.*de*
ſacroſ.eccl.per tex. quem dicit menti tenendum
in auth. de non alienan. aut. permutan. reb. eccleſ.§. ſcire.in fin. de quo per Affliẽt. deciſ. 93.
in fin.

Minus obſtat , quod ſimus in pluribus hæredibus
contra quos non eſt petenda executio in ſolidũ
pro canone , . ſed contra ſingulos pro partioni-
bus hæreditarijs,cum quo ad eos diuidatur ob-
41 ligatio etiam inuito creditore , † quamuis de-
functus eſſet obligatus in ſolidũ *l.in executione*
verſ.prima ſpecies.de verb oblig.Gomeſ. de indiuid.tom.2.c.10.Parlador.lib.1.quæſt.quotid.§.1.
cap.fin.p.4.nu.13. Quia quando agitur actione
hypothecaria poteſt agi in ſolidum,& executio
committi pro canone , & redditibus annuis rei
42 emphyteoticæ, † ſeu cenſualis contra vnum ex
hæredibus *Cor.conſil.237.lib.3.num.3.Iaſ.in §.*
item ſi quis in fraudem.col.fin.nu.128. inſtit.de
action.Valaſc.de iur.emphyt.q.2.nu.15. Couar.
lib.3.var.reſol.c.7.n.7. Solis de cenſib. lib.3.c.4.
43 *nu.11. col.4.* † vbi quod eſt ſpeciale in cenſu.
quidquid contrarium ſequatur *Faber. in d. §.*
item ſi quis in fraudem. num.26.Affl.ſuper conſtit.Neapolit.lib.1.rub.17.num.26.Guid. Pap.
q.432. Franc. deciſ.5.par.1. quia contra eos eſt
verior opinio *Rip.in l.ſi debitor.col.2. in princ.*
verſ.ſed hic quæritur.de pigno.Ceual.q.76.n.21
44 *& 26.* † Itaut neq.requiratur excuſſio *Aim. cõſ.*
217.n.5.in fi.Sur.conſ.162.n.11.lib.2.

Quo ad alias res venditas,& nõ traditas dixi etiã
45 non obeſſe. † Nam quamuis imponatur pœna
priuationis emphyteutæ vendenti ſine domini
conſenſu , tam intelligitur de venditione , quæ
habuit effectum per traditionem *Specul. de locat.§.nunc aliqua.q.95. n.118.Alex.conſil. 173.*
nu.2.lib.2.col.2.in princ. verſ.ſecundo reſpondeo.
Tiraq.de iur.conſtit.poſſeſ.p.2.limit.26.n.1.Corbol.de cauſ.priuat.ob alienat.limi.38. vbi quod
46 ab hac opinione non eſt diſcedendum , † Pro-
ut dicimus de vaſſallo vendẽte feudum ſine tra
ditione *Iſern.in c.imperialem.§. calidos.de prohibit.feud.alienat.Menoch.conſ.28.in fin. nu.36.*
lib.1. vbi quod,licèt vaſſallus alienans feudum
adhibita proteſtatione ſaluo & reſeruato iure
domini cadat à feudò, Tamen procedit quando
traditio feudi facta eſt,quia alias ſine traditio-
ne ſaluum eſt ius domini,& proteſtatio prodeſt
vaſſallo, quę etiam proderit quando eſt facta
alienatio , & traditio , ſed recuperatio facilis
Idem Menoc.latè conſ.38. n.21.& 24. vbi etiam
*n.44.*quod neq.operabitur clauſula conſtituti.

Idem in proprietario vendente rem pleno iure,nõ
47 reſeruato iure vſusfructus,† qui dicitur turba-
re vſufructuarium,& incurrit pœnam priuatio-
nis,quando fuiſſet prohibitus moleſtare vſufru-
ctuarium *Ruin. conſil.48.n.8. lib.2.* quia ven-
dens pleno iure videtur negare vſumfructum ,
48 & negans incurrit pœnam priuationis,† prout
emphyteuta *Iaſ. in §. omnium inſtit. de action.*
n.87.Corbol.de priuat.ob mendac.nu.3. Tamen
quando poſſeſſio non fuit tradita,neq.per emp

49 torem capta non incurritur priuatio, † cũ nul-
la moleſtia, aut damnum fuerit factum vſufru-
ctuario,quia teſtator prohibuit moleſtiam, vt
vſufructuarius habeat integros fructus. Vnde
non ſequi debet priuatio niſi diminuto vſufru-
ctu. Aliud in emphyteuta, in quo damnum, &
50 contemptus † conſideratur per negationem,
cum in vſufructario ſolum habitus fuerit reſpe
ctus ad pecuniarum commodum *Surd. de alim. q.26 tit. 9.n.60. & 71.*

Idem quãdo alienatio eſſet nulla *Tiraq. de retrac. conſang. §. 1. gloſ. 2. n. 6.* Vel ſi fuit ficta, aut ſimu
51 lata, † vel ſi expoſita eſſet res venalis, vt per
Surd. de alim. tit. 9. n. 68. & 69. q. 16. Idem de
Cedente actiones ſuas potentiori, qui ſi punitur
per ſtatutum intelligitur de ceſſione facta in
potentiorem talem, qui poteſt incurrere terrorẽ
& metum, puta in domino caſtri habente me-
rum, & mixtum imperium *Bal. conſil. 141. caſus quadam mulier vidua li. 1. Aim. conſ. 250. n. 43. Menoch. conſ. 28. n. 31. & conſ. 38. n. 45. vſque ad n. 48. lib. 1.* Et de ceſſione valida *Bart. in l. filium. §. ſi quis contra. de leg. praeſt.* cum ſemper
debeamus conſiderare effectum, non nudum
factum latè *Idem Surd. conſ. 3. nu. 22. poſt Bart. in l. fin. de rerum diuiſ.* vbi infert ad ſtatutum
puniens eum, qui voluerit corrumpere mulierẽ
52 quod non habet locum, niſi actualiter † corru-
perit, quia verbum voluerit exponitur, ideſt vo-
luntaria vſus fuerit. *Crem. ſing. 50. defenſaui*
vbi de ſtatuto puniente pœna capitis eum qui
uoluit venenare, vel interficere, quod non habet
locum niſi ſecuto effectu,

Et faciunt quæ dicuntur de legibus abrogatis quo
ad punitionem non ſecuto effectu *Ceual. q. 540. n. 11.* vbi quod omnes leges punientes cona-
53 tum † ſunt derogatæ per generalem conſuetu-
dinem contrariam. Vnde delinquens ex ſolo af-
fectu etiam in atrociſſimis nõ punitur pęna or-
dinaria *Guter. lib. 3. pract. quaeſt. num. 78 q 7.*
quod intelligit *Ceual. ibid. n. 21.* etiam ſi pro-
hibitũ ſit iudici minuere pœnas legales, Quan-
do tamen expreſsè conatus eſſet punitus per cõ
ſtitutionem, tunc enim pœna de qua fuit facta
54 mentio erit inferenda † ſecus ſi non eſſet ex-
preſſa, nã eo caſu ſtaretur conſuetudini prædi-
ctæ; ſecundum quam etiam in grauibus non
punitur effectus, non ſequuto effectu *Clar. in §. fin. q. 92. in fin.* Et multa ſimilia adducit *Surd. deciſ. 51. per tot.* vbi quod idem eſt aliquid non
fuiſſe, vel nulliter geſtum, itaut per ſecundum
actum nunquam tollatur primus, ſi fuit iudica-
tus nullus, ex quo ibi latè decidit quod emens
55 domum, † quam prius conduxerat non cẽſetur
recedere à locatione, ſi emptio fuerit iudicata
nulla, Ampliando etiam ad eũ, qui non habuit
effectum, cum actus etiam validus dicatur nul-
lus, ſi non habuit effectum *Iaſ. in l. fin. de offic. aſſeſſ.*

Adde tamen his quæ dicta ſunt de validitate actus
nam vt ſit locus pęnæ ſtatutæ contra aliquid fa-
cientem intelligi debet de illo facto, quod de iu
re tenet, non de nullo, Intelligendo tamen in ca
ſu in quo lex vel ſtatutum prohibens, & pœnam
imponẽs reſpicit effectum validum, non nudum
56 factum de iure inualidum, † tunc enim data
nullitate actus pœna non committitur *Felin. in c. ex tenore. n. 9. de reſcript.* Et ita procedunt
quæ ſupra dicta ſunt de alienatione emphyteu
ſis valida, & ceſſione quæ de iure teneat, & ſimi-
libus. Secus tamen quando diſpoſitio conſide-
57 rauit potius factum, † quã effectum, tunc enim
ex ſolo facto quamuis inualido committitur
pœna *Bart. in l. quid ergo. §. cum autem de his qui notant. infam. Iaſ. in l. vbi pactum. num. 21. vſque ad n. 26. C. de tranſact.* vbi de falſifican-
58 te literas, † quæ erant nullæ, quod puniri de-
beat, & de notario faciente inſtrumentum fal-
59 ſum alias nullum † ob defectum ſolemnitatis
Bald. in c. ex parte. n. 20. de appell. vbi de ma-
ter, quæ perdit tutelam filiorũ ob ſecũdas nup-
tias de ſolo facto, † ac ſi matrimonium eſſet
ualidum *Gonzal. de alternat. gloſ. 58. num. 53.*
vbi multis ſimilibus comprobat *Monter. deciſ. 46. n. 42. vſq. ad n. 48.*

Prout etiam quando pœna legalis, vel ſtatutaria
imponitur propter aliquod factum, quod nul-
latenus poteſt verificari de iure tunc enim erit
locus pœnæ per contrauentionem ſolam de fa-
cto, vt in contrahente matrimonium ſcienter
cum conſanguinea, quia talis contractus non
61 poteſt verificari niſi de facto, † cum de iure nõ
valeat. Ideo erit locus pœnæ *Cardin. in clem. 1. q. 8. de cõſang. & affin. Bart. in l. vbi pactum. C. de tranſaction. vbi Iaſ. n. 22. col. 5. in fin. latè Felin. in c. ex tenore. 16. n. 9. col. 6. in fin. de reſcript. verſic. cæterum ad multa. Aim. conſ. 191. Auffr. Pariſ. Rip. & alij per Monter. deciſion. 46.*
62 *n. 49.* vbi etiam *n. 47.* † de actu facto contra le-
gem, qui licèt nullus, tamen reputatur validus
in odium facientis *Bald. in l. non dubium. n. 10 C. de legib. Tiraq. de retr. lignag. p. 1. gloſ. 1. §. 1.*
63 *n. 8.* Et in pœna cõuentionali, † quãuis requi-
ratur factum validum, tamen quando actus in-
ualidus affert damnum creditori tunc etiam
pęna committitur *Bal. in l. vbi pactum. n. 9. C. de tranſact.* Prout in pœna legali, cui erit locus,
ſi actus damnum parti inferat, quamuis ex actu
nullo aliàs pœna non committeretur, vt de Iudi-
ce nulliter iudicante, qui non facit litem ſuam,
64 niſi quando de facto exequitur † propter dam-
num parti illatum *Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci q. 16. de off. proconſ. Alex. in l. 1. §. hae autem. n. 13. ff. quod quiſq. iur.*

EPITOME.

Singularis ſucceſſor quando, & in quibus caſibus
teneatur ſtare locationi; & quid in ſucceſſo-
re neceſſario, & in eo qui non habet plenũ ius,
ſed donec fuerit ſatisfactus, & in beneficiato
quando locatio eſt facta nomine Eccleſiæ.
Saluianum Interdictum an competat cõtra eũ,
qui ſeruatis ſeruandis emit bona præcedente
ſubhaſtatione, & deliberatione per Iudicem fa-
cta, & quomodo ſuccuratur emptori, & an ei
com-

competat actio executiua contra poſteriores creditores, qui ſe obligarunt de reſtituendo prioribus,& potioribus. Executio competẽs vigore ſtatuti an detur pro eo,quod virtualiter reſultat ex inſtrumento.

SVMMARIVM.

1 *Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare colono etiam partiario. & num. 2. 3. 22. 23. 25. & 26.*

4 *Succeſſor neceſſarius tenetur ſtare locationi & nu. 5. & quid in immiſſo in poſſeſſionem tam ex primo, quàm ex ſecundo decreto. num. 7. 8. 9. & 10.*

6 *Succedens per translationẽ iuris vnius in aliũ, & per illius acquiſitionem debet ſtare colono ſecus ſi ſuccederet per priuationem iuris.*

11 Sententia *non transfert dominium, ſed translatum declarat.*

12 Creditor *non ſuccedens in plenum ius, ſed donec fuerit ſatisfactus debet ſtare locationi.*

13 *Locatio facta per tutorem arctat pupillum.*

14 *Vſufructuarius cogitur ſtare colono, & quomodo procedat. n. 15.*

16 *Succeſſor non tenetur ſtare locationi quando locator non habet plenum ius puta dominium.*

17 *Vſufructuarius &* Rector *Eccleſiæ non poſſunt locare vltra eorum vitam.*

18 Locatio *facta nomine Eccleſiæ quando liget ſucceſſorem.*

19 Beneficiatus *ſucceſſor quamuis recipiat penſionem vnius anni non tenetur ſtare colono vltra tempus receptionis, nu. 20.*

21 Per *renunciationem beneficij non præiudicatur conductori, cui ſucceſſor ſtare tenebitur.*

24 *Iuramentum habet vim hypothecæ.*

27 Emptor *ſciens à vendente rem eſſe locatam non poteſt expellere colonum, & n. 29. & 31. Idem quando penſiones reſeruantur emptori. n. 30.*

28 *Vendens cenſetur ſolum transferre ius, quod habet in eo ſtatu, qui reperitur quando emptor certificatur de iure, quod tertius in re habebat.*

32 Retentio *affert maximum commodum.*

33 Iudex *ſemper intelligitur reſeruare ius tertij.*

34 Saluianum *interdictum non competit contra eum, qui ſeruatis ſeruandis habuit bona debitorie à Iudice præcedente ſubhaſtatione, & deliberatione:* Contrarium *eſt verius, & de ratione. nu. 37. & 39. & quomodo ſuccurratur emptori. n. 41. & datur via executiua contra poſteriores creditores, qui ſe obligarunt de reſtituendo prioribus cum etiam ipſe largo modo dicatur creditor. n. 44.*

35 Iudicis *auctoritas debet præſtare pleniſſimam liberationem.*

36 Debitor *ſoluens ex iuſta cauſa putatiuo creditori liberatur.*

38 *Solutio facta poſteriori creditori non liberat ſi adſit anterior. & n. 48. & 49.*

40 *Maior pars creditorum, quando alijs præiudicet.*

42 *Actio competit, etiam non nominato ratione virtutis incluſiuæ. & n. 43.*

45 *Expreſſum dicitur quod poteſt virtualiter colligi.*

46 *Executio competens ex forma ſtatuti datur, etiam pro eo quod virtualiter reſultat ex inſtrumento.*

47 *Baldi caſus in quo primo conſuluit.*

CAPVT XXXVII.

CReditor immiſſus in poſſeſſionem bonorũ debitoris auctoritate iudicis vt illa poſſideat donec fuerit ſibi ſatisfactum prætendebat poſſe à contractu locationis à prædeceſſore ſtabilito reſilire, cum ſit ſingularis ſucceſſor, qui
1 regulariter † non tenetur ſtare colono *l. emptorem. C. locat. l. qui fundum. ff. eod. Couar. var. reſol. c. 15. lib. 2.* Quod procedit tam in colono partiario, quam in eo qui nũmis colit,
2 cum in vtroq. militet eadem ratio † ſecundum veriorem opinionem de qua *per Roman. conſ. 306. videtur prima fronte. Cephal. conſil. 681. n. 16. Franch. deciſ. 334. p. 2. Surd. deciſ. 265. nu. 53.* Intelligendo pro ſequentibus annis ſecus quo-
3 ad annum inchoatum † pro quo iam eſt facta impenſa, vel maior pars. *Bal. in l. emptorem. n. 7. verſ. ſed pone colonus.* Gabr. *conſ. 68. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 82. in fi. Sur. deciſ. 52. n. 12.*

Contrarium dixi verius eſſe in cauſa Marij mihi delegata. Nam eramus in ſucceſſore neceſſario quo caſu non attendimus perſonã creditoris, ſed debitoris, à quo inuito per iudicem trãsfer-
4 tur dominum. † Vnde tenebatur ſtare huiuſmodi locationi *Iaſ. in l. diuortio. in princ. col. 7. ad med. nu. 34. & 35. ff. ſolut. matrim. poſt* Bald. *in c. quoniam frequenter. col. vlt. in fi. vt lit. non conteſt. Cott. in memorab. in verb. ſucceſſor. verſ. ſed quid in creditore. Oſaſc. deciſ. Pedem. 82. n. 6. Benint. deciſ.* Bonon. *54. ad fi.*

Secundo qua locatio fuit facta ante litem motam; & pro penſione ſolita, itaut nulla fraus poſſit conſiderari, qua extante, etiam ſuccedens ex
5 ſententia iudicis conductorẽ expelleret, † *Abb. conſ. 108. in fi. Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glo. vnic. n. 17. Sur. deciſ. 172. n. 9.* Cagnol. *in l. 2. nu. 21.* C. *de pact. int. empt. & vendit.*

Tertio nam iſte ſuccedit per translationem iuris vnius in alium, & per acquiſitionem illius iuris quod locans habebat, quo caſu tenetur ſtare
6 locationi, † cũ ſecus eſſet ſi ſuccederet per priuationem, & extinctionem iuris, quod competebat locanti. Ratio quia reſolutio iure locatoris reſoluitur ius conducentis *l. lex vectigali. de pignor.* Abb. in ſpecie *conſ. 108. in princ.* vbi loquitur de eo, qui fuit declaratus iniuſtus detentor. *poſt* Imol. *in l. filio famil. §. ſi vir. in quinquennium. col. 2. ff. ſolut. matrim. Sur. deciſ. 40. num. 10.*

Non obſtat quod factum iudicis dicatur factum partis *l. ſi ob cauſam. 13. C. de euiction.* Vnde huiuſmodi immiſſio habetur, ac ſi ab ipſomet
7 debitore res data fuiſſet in ſolutum, † quo caſu

non

non ſtatur colono, vt concludit latè Cephal.
conſil.254. & 255. per tot. vbi nu.38. oſtendit
ita intelligendum eſſe Bart. in l. in venditione.
§.1.ff.de bon.auctor.iud. poſſid. qui non loqui-
tur in immiſſo in poſſeſſionem ex ſecundo de-
creto, ſed ex primo, licèt malè, & corruptè alle
getur, & aduertit etiam Peregr.de fideicom.art.
40.num.102.

Quia contraria opinio eſt verior, cum etiam im-
miſſus in poſſeſſionẽ ex ſecũdo decreto ad iſtud
teneatur, prout generaliter omnes Doctores
8 loquũtur † de quolibet ſuccedente per ſententiã
iudicis gloſ.in d.l.diuortio in princ.in verb.ter-
tia portio.ubi Bart.n.6.Imol.Alex.& alij ſolut.
matrim.Bald.in l. emptorem. oppoſ.3. ubi Salic.
oppoſ.6.C.locat.Ratio, nam ſemper iudex intel-
ligitur reſeruare ius tertij, & ſic conductori
nolle facere iniuriã l.in uenditione. §.1. de bon.
9 auctor.iud.poſſid. † & hanc eſſe cõmunem ſen-
tentiam dicit Roland.conſil.49.n.6.lib.2.Auffr.
ad deciſ.Tholoſ.420.in fin.Surd.deciſ.40.num.8.
qui dicit opinionem Cephali non ab omnibus
approbari. Immò ibid. in fine ſubdit, quod in
datione in ſolutum facta per iudicem, vel
quando transfertur res ex ſecundo decreto ac-
quiritur ſucceſſori ius in re ex ſola ſententia iu-
10 dicis, † quo caſu magis debet ſtare colono, cũ
ſecus ſit in eo qui erat dominus, ſed cogitur iu-
diciali via conſequi ius ſuum per ſententiam, &
auocare à tertio, tunc enim non videtur ſucce-
dere ex ſententia, quæ non transfert dominium
11 ſed translatum declarat † Socc.Iun. conſil.45.
nu.2.lib.2. Quia translatio facta à iudice, vel
datio in ſolutum, ſiuè miſſio quæ fit in execu-
tione ſententiæ dicitur neceſſaria Dec.conſ.159
col.1.in fin.latè Tiraquel.de retract.conſan.§.1.
gloſ.14.num.8.Io. de Plat.in l.1.ante fin.uerſic.
item eſt argumentum. C. de fund. patrimonial.
lib.10.

Præterea quicquid ſit in datione in ſolutum facta
per iudicem, de qua loquuntur Cephal. & Pe-
regr.ſupra allegati, quæ dicitur ſucceſſio pleni
iuris Bartol. in l. pomponius. §. iuſſu.de acquir.
poſſ.Socc.conſil.61.in præſenti. n.3. lib.1. Aim.
conſil.248.in prin. Creditor de quo agimus nõ
ſucceſſit in plenum ius, ſed donec ſibi fuerit ſa-
12 tisfactum, & ſic limitatè, quo caſu tenetur † ſta-
re colono Duen.reg.240.nu.6.Surd.deciſ.225.
n.16.Ang.in l.emptorem.n.2.C. locat. Bertaz.
clauſ.15. gloſ.2.nu.17.Soccin. qui de communi
conſil.32.col.3. in prin. uerſic.ſed poſito quod æ-
quiparetur.lib.1.poſt Rom.in d.§.ſi uir.in quin-
quennium concluſ.5.ubi Alex.n.6.

Ideò dicimus, quòd locatio facta per tutorem ar-
13 ctat pupillum, † quia tutor habet plenum ius
adminiſtrandi, & mandatum à lege, qui ex ſuo
contractu obligat pupillum, ne officium ſuum
illi ſit damnoſum Rol.conſ.49.n.7. lib.2.per l.ſi
tutela.de admin.tut.Soccin.conſ.32.col.3.in fin.
n.7.lib.1.Cephal.conſil.255.n.32.Sur.deciſ.199.
num.2.

Ita etiã vſufructuarius tenetur ſtare colono, quia
14 hæres grauatus nomine ſuo † habet plenã ad-
miniſtrationem, ideo ille cui reſtituitur ex ne-
ceſſitate tenebitur, ſiue fideicõmiſſarius ſit par-
ticularis, vel vniuerſalis, & grauatus ſit hæres,
ſiue grauatus ſit fideicõmiſſarius poſt mortem
ſuam alteri rem per fideicommiſſum tradere.
Alberic.in l. poſtulare. §. 1. ad trebel. Marzar.
de fideicom.q.39. Quicquid dicat Molin.de hi-
ſpan.primogen.lib.1.c.21.n.4. Cum contra eum
ſit verior opinio, vt dicit Peregr. de fideicomm.
art.40.n.36.& 102.cum ſeq. vbi multa quando
teneatur ſtare præcisè, vel cauſatiuè ſoluto in-
15 tereſſe conductoris, cum diſtinctione, † an ſit
annalis, triennalis, vel ad longum tempus, cum
alijs de quibus per Alex.conſ.17.num.11.lib.4.
Couar.lib.2.uar.c.16.n.3.

Prout etiam dicimus è contra, quod quando loca-
16 tor non habet ius plenum puta dominiũ † tunc
ſucceſſor non tenetur ſtare locationi l. ſi quis
domum.§.1.ff.locat. Gomeſ.de contract.c.3.n.8.
concluſ. 3. Surd. in ſuo conſilio in materia re-
miſſionis mercedis, quod eſt in fine deciſ.326.
num.78.

Ideò vſufructuarius qui reſpectu dominij nõ ha-
17 bet plenam adminiſtrationem † non poteſt lo-
care vltra eius vitã ad onus ſucceſſoris, prout
etiam Rector Eccleſiæ, ſeu beneficij. Ratio, quia
ius dominij non habet, ſed comparatur fructua
rio, & vſuario Anchar. conſil.116.ſecundum or-
dinem.in prin.uerſic.ſed contrarium.n.2.Caſtr.
conſil.2.uiſis omnibus.col.1.uerſi.uidendum.li.1
Alex.conſil.160.uiſo ac diligenter.lib.6.Soccin.
conſil.34.materia.n.4.col.pen.ad med.uerſic.un-
de illud quod dicitur li.3.quidquid dixerit Mã-
tua.conſil.135.lib.1. & Decian.conſil.14.lib.2.
Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur
Peregr.de fideicom.art.40.num.103.in fin. Rot.
deciſ.1.locat.in nou. Et quatenus ligaret ſucceſ-
18 ſorem † intelligeretur in locatione facta nomi-
ne Eccleſiæ, in vtilitatem illius, interueniente
auctoritate ſuperioris, ad tempus non longum,
per Prælatum habentem adminiſtrationem, nõ
ſimplicem præbendarium, cum alijs requiſitis
de quibus per Iaſ.conſ.94.pro domino.n.2.lib.1.
Gemin.conſil.17.pro declaratione.n.8.verſ.circa
primum dubium.Bal.conſil.255.Abbas fecit lib.
1.Add.ad Alex.conſil.108.in verb.teneri. Socc.
conſil.32.ex his quæ ſuperius.col.3.verſic.tertio
prædicta concluſio. n.7.lib.1. & cum iſtis requi-
ſitis loquuntur etiam Mantua, & Decian. ſu-
pra alegatis. Immò neq. locatio facta nomine
Eccleſiæ tranſiret ad ſucceſſorem, quando fru-
ctus rei locatę ſunt deſtinati ad victum, & de-
ſeruiunt menſæ Prælati Surd.conſ.283.n.24. vbi
multa, quando locatio nomine Eccleſiæ liget
ſucceſſorem, & obſtet ratificatio ſucceſſoris.

Immò quamuis beneficiatus ſucceſſor recipiſſet
penſionem vnius anni, neq. tenebitur ſtare loca-
tioni, quia huiuſmodi receptio nõ ſe extenderet
vltra tempus receptionis pro illo anno. Nam
locatio iam erat extincta per mortem, Recto-
ris. Vnde ex conſenſu ſucceſſoris non poterit
reuiuiſcere, niſi quo ad limites dicti conſenſus,
cum voluntas, quæ ex facto colligitur, non de-

beat

Digitized by Google

beat extendi *vltra* quam ex illo ſacto de neceſ-
ſitate infertur, & ſic receptio pro vno anno
non iufert, quod voluerit locare pro pluribus;
ſecus eſſet in expreſſa ratificatione, quia latius
20 extenderetur, quam tacita, † prout in ſpecie
concludit *Anan. in c. fin. nu. 15. ne prælat. vic.
ſuas.* latè *Surd.* qui dicit multum notandum
poſt *Redoan. Molin. & alios allegatos deciſ. 13.
per tot. & conſil. 183. n. 29. lib. 2. & de alim. tit. 4.
q. 16. n. 30. Put. deciſ. 180. lib. 1.* Tenebitur tamen
ſtare locationi ſucceſſor beneficiatus, quando
21 locator renunciauit beneficio, † quia eius fa-
ctum non nocet conductori *Idem Surd. de alim.
tit. 9. q. 42. nu. 13.*

Quartò nam locatio eſt cum iuramento; & alijs
obligationibus, de quibus in cõtractu, per quod
iuramentum locatoris cogitur emptor, ſeu ſuc-
22 ceſſor ſingularis ſtare colono præciſè, † itaut
ſoluendo intereſſe non ſit ſatisfactum. Ratio
quia propter iuſiurandum conductor habet
ſpecialem hypotecam, vnde dicitur habere ius
in re, cui poterit inſiſtere cum eodem effectu,
ac ſi bona locantis illi eſſent expreſsè obligata
*Bart. in l. 1. §. quod autem. de ſuperficieb. Corn.
conſil. 6. n. 3. lib. 4. Gozzad. conſil. 72. nu. 6.* & ita
in ſpecie concludit *Io. de Amic. conſil. 113. n. 12.
Socin. Iun. conſ. 129. n. 12. lib. 2. Seraphin. pri-
uil. iuram. 158. n. 2. Surd. deciſ. 225. nu. 10.* vbi
23 etiam ampliat † quãdo nulla obligatio bono-
rum adeſſet, cum ſufficiat ſimplex iuramentum
ſuper re locata. Etenim iuſiurandum facit
valere actum omni meliori modo quo poteſt.
Vnde ſi non poteſt valere ſine ſpeciali hypote-
24 ca, idem erit, † ac ſi fuiſſet expreſſa cũ iuramẽ-
tum habeat vim illius *Bald. in l. 1. C. commod.
Gabr. de iur. iur. concluſ. 4. Curt. Iun. conſil. 49.
in fin. n. 15. Socin. conſil. 147. in fin. lib. 1. Tiraq.
de legib. connub. gloſ. 7. l. vlt. nu. 152.*

Quintò addebatur hypoteca rei, & bonorum lo-
cantis ad fauorem coloni, quæ operatur vt non
poſſet expelli, etiam à ſingulari ſucceſſore. Ra-
tio quia tunc habet ius in re, quam permittitur
25 retinere loco pignoris, † & hypotecæ *Abb. in
c. fin. ne prælat. vic. ſuas. Grat. conſil. 95. lib. 1. n.
10. Socin. conſil. 90. viſis quibuſdam, nu. 7. col. 2.
verſ. tollitur. lib. 4. Gozzad. conſil. 100. col. fin.*
26 Quamuis hoc non ſit tutum † cum vltra hypo-
tecam ſpecialem requiratur etiam pactum de
non alienanda ipſa re locata *Iaſ. in l. filius fa-
milias. §. diui. in 1. lectur. n. 92. de leg. 1. Ruin.
conſil. 180. n. 19. lib. 1. Neguſ. de pignor. m. 1. p. 2.
nu. 7. Couar.* qui de communi. *lib. 2. c. 15. nu. 3.*
Iſtud tamen non erit neceſſarium cum ſufficiat
iuramentum, vt dictum eſt.

Sextò quamuis iſte creditor vigore ſententiæ im-
miſsionis in poſſeſsionem eſſet ſucceſſor volun-
tarius nõ neceſſarius, & immiſsio habeatur pro
facta à parte: Tamen quia ſciuit bona petita,
& ſibi adiudicata eſſe conducta, & ſequeſtrauit
penſiones in manibus conductoris non poteſt
reſilire à locatione ad exemplum emptoris, qui
ſi ſciat rem emptam eſſe locatam tenetur ſta-
27 re colono: † Quoniam acceptando contra-
ctum de re locata cenſetur illam acceptare cũ
omnibus ſuis qualitatibus, cum præſertim ven-
ditor, ſeu iudex loco illius videatur ſolum ven-
dere ius quod habet, & trãsferre rem in eo ſta-
tu in quo reperitur, quando emptor eſt certifi-
28 catus de iure, † quod tertius habeat in re
*l. qui tabernas. de contrah. empt. Bald. in rubr.
C. eod. n. 6. verſ. ſexto quæro. col. 1. ad med.* & ita
in ſpecie concludit *Berou. conſil. 2. lib. 1. Gozad.
cõſil. 24. poſt Alberic. in l. iulianus. §. pen. in fi.
de action. empt.* & hanc eſſe veriorẽ opinionem
29 quicquid alij contrarium ſenſerint, † & ſecun-
dum eam ſæpius deciſum fuiſſe teſtatur *Surd.
deciſ. 265. n. 27. verſ. & quamuis regulariter. &
n. 51. verſ. dum vero dicebatur. & deciſ. 264. n. 6.*
vbi etiam *n. 15.* ſubdit magis conductorem ex-
30 pelli non poſſe † vbicunque penſiones reſeruã-
tur emptori per *tex. in l. ſi mercedem. in princ.
de action. empt. & in l. arbores. §. 1. verſ. ſpecia-
liter excepta ff. de vſufr.* vbi illud verbum rece-
pta declaratur pro verbo excepta. *Idem Surd.
d. deciſ. 264. n. 32. in fin.*

Idem quando venditor expreſsit rem eſſe locatam
videtur enim reſeruaſſe ius coloni, cui debet
queri ius excipiendi, prout venditori compe-
31 tebat, † cum illius interſit, ne teneatur ad in-
tereſſe conductorum, & ſic non habuit emptor
plenum ius à venditore ſed limitatum, quo ca-
ſu non poteſt expellere conductorem *Surd. de-
ciſ. 225. n. 17. & 164. nu. 24.* vbi quod iſtud ius
tranſit in conductorem, cum concurrat ius re-
32 tentionis, † quæ affert maximum commodũ
*Socin. conſil. 121. n. 16. lib. 1. Alex. in l. qui excep-
tionem. §. ſi poſt. de cond. indeb.*

Ex quibus declaraui ad fauorem conductoris, cui
ſi nõ poteſt præiudicari per ementem, & ſingu-
larem ſucceſſorem ob rationes prædictas; mul-
to minus dicendum eſt hoc factum fuiſſe per iu-
dicem, qui ſemper intelligitur reſeruare ius ter
33 tij, † & ſic colono nolle iniuriã facere *l. in ven-
ditione. §. 1. de bon. auctor. iudic. poſſid. Bald. in
l. emptorem. oppoſ. 5. C. locat.*

Secũdo dubitatum fuit an poſsit agi ſaluiano in-
terdicto contra eum qui præcedente ſubhaſta-
34 tione, † & deliberatione facta ad inſtantiam
creditorum habuit à iudice bona debitoris, Et
pro negatiua opinione faciebat, quia cum fue-
rit facta adiudicatio auctoritate iudicis, & ſo-
lutum prætium, ſeu depoſitatum, ad effectũ ſol-
uendi anterioribus creditoribus, cenſetur facta
liberatio, itaut amplius non poſsit moleſtari, ne
dum à debitore, pro quo fuit ſolutum prætium
eius creditoribus, ſed nec ab alijs, qui cauſam
habent ab eo, cũ illis non poſsit plus iuris com-
35 petere, quam ei, † ex cuius perſona ius ſuum
metiuntur *l. ex qua perſona. C. de rei vendic.
Surd. deciſ. 60. in fin.* Stante præſertim aucto-
ritatẽ iudicis, & bona fide ementis in publica
ſubhaſtatione, qui non debet decipi, aut ali-
36 quod damnum ſentire, † ſed conſequi pleniſ-
ſimam liberationem *ad not. in l. ait prætor. §. 36.
permittitur. de minor. Bart. in l. minor 25. an-
nis ex aſpectu cod. tit. Bald. in l. 2. C. de ſeruit*

Ruin.

Ruin. *conſil.* 171.*n.*3.*lib.*4. vbi quoque *n.*4.am-
pliat ad debitorem ſolnentem ex iuſta cauſa
putatiuo creditori, qui etiam ſinè iudice libe-
ratur *l.*1.*§.ſi rem à ſeruo.ff.depoſ.*Bart.*&* Albe-
*rir.in l.vrbana.de rondit.indeb.*Bald. *in l.extat.*
quod met.cauſ.

Contrarium Dixi verius eſſe, quia cum iſti credi-
tores hypotecarij non interuenerint ſubhaſta-
37 tioni, non fuit extincta eorũ hypoteca, † neque
ſublatum ius eis competens *l. cum notiſſimi. §.*
1. C. *de præſcrip.* 30.*annor.* Vnde poterunt eli-
gere aduerſus quem velint agere, vel contra
poſſeſſorem prædij, vel poſteriores creditores,
qui prætium receperunt, & ſe obligarunt de re-
ſtituẽdo prioribus, & potioribus *l.* 1.*§.quod er-*
go.de ventr.inſpic. Neque emptor per ſolutio-
38 nem eſt liberatus, † quia ſolutio fuit facta cre-
ditoribus, quibus de iure non erat ſoluendum,
cum adſint alij anteriores, quod idem eſt, ac ſi
ſoluiſſe ei qui non eſſet creditor *l.*1. *§.ante om-*
*nia.de pact.*Bart.*in l.eius qui.in princ. ff.ſi cert.*
*pet.*Bald.*in l.eum maritum.* C.*de ſolution.* *Alex.*
*conſil.*37.*viſo dicto n.*1. *lib.*3. Socin.Iun. *conſil.*
107.*n.*33.*lib.*3.*Surd.deciſ.*60. *nu.*1. Et ita in
ſpecie ſaluiani interdicti quod competat con-
39 tra eum, † qui emit in publica ſubhaſtatione
eſt *deciſio Rotæ per* Card.*Seraphin.Romana ſub-*
haſtationis 20.*iunij* 1597.

Nec obſtat quod maior pars creditorum præiudi-
cet minori *l. iuris gentium . §. hodie . de pact.*
Quia procedit quando debitor eſt defunctus, &
40 hæres eius non vult adire hæreditatem, † niſi
remittatur pars debiti, vel ſi debitor aufugiſſet,
ita quod non eſſet facultas illum conueniendi,
nec inueniuntur eius bona, vel quando debitor
propter paupertatem vult cedere bonis, tunc
enim ſtatur maiori parti, non obſtante cõtra-
dictione minoris partis, cum alias prædicta nõ
procedant, quaſi tunc creditores habeant quẽ
poſſunt conuenire, prout idem eſt in ſimilibus
caſibus, de quibus per *Doctor. in l. reſcriptum*
*de pact.Afflict. deciſ.*288.*per tot.& ibi late Vr-*
ſille Stracc.de decoctor.tit.de pact.int.cred.& de
*coctor.nu.*13.*Doctor.in l.fin.C.de qui bon. ced.*
poſſ & in l.vlt.C.ad leg.falcid. Rom. *conſ.*439.
circa primum.

Nec facit quod emptor non debet eſſe in dãno
cum bona fide, & præcedente auctoritate iudi-
cis emerit, Quia poteſt ei ſuccurri cogendo po-
ſteriores creditores, & eorum fideiuſſores, vt
41 ſoluant anterioribus, † cum depoſuerit prætiũ
non ſimpliciter, ſed cum illa adiectione, vt ſol-
uatur anterioribus iuxta decretũ iudicis, quod
concernit non ſolum fauorem creditorum, ſed
etiam emptoris, cuius intererat prætium con-
uerti in ſatisfactionẽ creditorum: Vnde com-
42 petit illi actio † quamuis nõ ſit nominatus ra-
tione virtutis incluſiuæ quæ adeſt in Decreto
*l.ſeruo legato. §. ſi teſtatur de leg.*1.Rom *conſil.*
32.*viſo municipali. col.* 3. *in fin. verſ. tertio hæc*
*idem n.*7.*Bald.in l.ſi quis filium.*34.*col.vlt.n.*8.
verſ.quæro retento ſtatuto. C. *de inoffic.teſtam.*

Ex quo Doctores inferunt ad ſtatutum, quod li-
43 cèt non dicat maſculum ſuccedere, † tamen ob
virtutem incluſiuam, quæ adeſt in eo, cenſetur
diſponere purè, & liberè deficiente conditione
in filia, itaut remaneat caput incluſiuum ma-
ſculi, & illi detur actio Bart. *in l.* 2. *§. ſi duo*
*fratres . de collat. bonor. & in l.*2. *§.fin.num.*2.
verſ. præterea quando iura. ad tertul. Dec. *conſ.*
383. *viſo puncto qui longo . col.* 3. *in fin. verſ.*
*prædictis tamen n.*4. *Caſtr. in l. ſi defunctus .* 9.
in prin. C. *de ſuis & legitim.*

Et adeo ſuccurreretur emptori, vt poſsit ẽt age-
re via executiua ſtante d obligatione credito-
43 rum facta † etiam ipſius contemplatione de
reſtituendo prioribus, & potioribus. Quamuis
nõ adſit ceſsio, nec conſtet illum eſſe creditorẽ,
cum ſatis appareat de ſuo intereſſe, & largo
modo poſsit dici creditor *l. creditores . de*
verb. ſignif. & in puncto eſt deciſio Rotæ *per*
Cardin. *Seraphinum Romana ſubhaſtationis.*20.
iunij. 1597. Etenim quod colligitur ex mente
Iudicis ſatis dicitur expreſſum, quamuis expreſ
ſio requireretur pro forma, & materia eſſet ſtri-
cta, prout in ſententia, contractibus, & ſimili-
bus. Nam quidquid reſultat virtualiter ex ver-
46 bis † habetur pro expreſso *Aim. conſil.*149. n.
11. *Cephal. conſ.*151. *n.* 76. Tiraq.16. *leg. con-*
*nub.gloſ.*7. *n.*179. Et in terminis de executio-
ne competente ex forma ſtatuti, quod procedat
46 etiam pro eo, † quod virtualiter reſultat ex
inſtrumento concludit *Bartol. in l.*1. *de his quæ*
in teſtam. delet. & ibi Bald. poſt med. verſ. ut
facit ad quæſtionem. vbi quod ita conſuluit pri-
47 mo, quam intraret in Palatium, † prout etiam
notat *Roder.Soar. in l.poſt rem iudicatam. verſ.*
2.*extende hanc legem. num.* 1. *ad med. de re*
iudic. fol. 525.*Alex.conſil.*126. *repetitus col.* 1.
nu. 4. *& per tot. lib.*6. *Felin.Iaſ.& cæteri alle-*
*gati per Surd.deciſ.*254.*nu.* 39.cum alijs de qui-
bus infra cap. 115.

In caſu tamen in quo non fuiſſet factum depoſitũ
48 per emptorem, neque ſolutum prætium † cum
obligatione prædicta de ſoluendo anterioribus,
eſſet ſibi imputandum, ſi ſoluiſſet aliquibus cre-
ditoribus, & poſtea ab alijs moleſtaretur ſaluia-
49 no in bonis ſibi adiudicatis, † Quia ſicut ſol-
uens aliter quam creditori non liberatur *Socin.*
*Iun.conſil.*106.*n.*33.*lib.*3. ita neque conſeque-
tur liberationem ſoluendi ei, cui de iure nõ de-
bebat ſoluere *Surd.deciſ.*60.*in princ.*

EPITOME.

Exceptio diſcuſsionis non requiritur in ſaluiano
interdicto. Creditor in quibus caſibus poſsit
eligere bona ſui debitoris, vt ſibi ſatisfiat.
Saluianum an detur ſi extet clauſula conſtituti,
aut nullitas hypotecæ. Creditor habens ſpe-
cialem, & generalem hypotecam, quando poſsit
agere ad bona obligata in genere. Res hy-
poteeata ſi alienetur cum conſenſu creditoris
an reincidat in eandem hypotecam ſi redierit
ad debitorem. Æſtimatio in dote quando fa-
ciat emptionem, & quid ſi nuptiæ nõ ſequãtur.

SVM-

ſVMMARIVM.

1 Exceptio diſcuſsionis non requiritur in ſaluiano. & num. 2.

3 Non eſt recedendum ab opinione ſeruata in praxi.

4 Creditor poteſt eligere ex bonis ſibi obligatis in quibus velit ſatisfieri.

5 Qualibet res eſt obligata inſolidum creditori, etiam ſoluta parte debiti. n. 6.

7 Obligatio cameralis facit vt creditor poſsit eligere quam rem velit ſui debitoris, & ſine ordine apprehendere ſpecialem hypothecā omniſſa generali.

8 Clauſula conſtituti operatur vt creditor poſsit agere nulla facta excuſsione ad bona obligata. Amplia vt n. 9.

10 Saluianum interdictum non datur vbi adeſt conſtitutum.

11 Creditor habens ſpecialem & generalem hypothecam, quando agat ad bona generaliter obligata non excuſsis rebus ſpecialiter hypotecatis. & n. 12. 13. & 14.

15 Res hypothecata ſi alienetur cōſentiente creditore quamuis redierit ad debitorem an reincidat in eamdem hypothecam licèt fuerint obligata bona futura. & nu. 16. 18. & 19.

17 Remittentibus iura ſua non datur regreſſus.

20 Præſens & tacens in præiudicialibus non dicitur conſentire vbi agitur de magno præiudicio.

21 Vna res poteſt eſſe duobus obligata.

22 Hypotheca ſuper fundo dotali non valet. neque cum conſenſu vxoris. & nu. 23.

24 Saluianum interdictum non datur ſtante nullitate hypotheca, & obligatione bonorum minoris, & in bonis ſubiectis fideicommiſſo. nu. 25. Amplia vt n. 26.

27 Prædium datum in ſolutum marito, quando cenſeatur venditum. & num. 28. 29. 30. 31. & 32.

33 Tempus eſt præcisè probandum.

34 Aeſtimatio non facit emptionem, quando maritus non eſt ſoluendo, & qua actione ſuccurratur mulieri. nu. 35. 36. 37. & 39.

38 Quando res æſtimata datur in dotem reſtituitur res non pretium. ſi nuptiæ non ſequantur.

CAPVT XXXVIII.

VErior fuit ſententia non potuiſſe impediri
Saluianum interdictum intētatum per cre-
ditorem occaſione fructuum cenſus contra ter-
tios poſſeſſores bonorum ſibi generaliter obli-
gatorum, quamuis non præceſſerit excuſsio il-
lius rei, ſuper qua fuit impoſitus cenſus. Primò
1 quia † huiuſmodi exceptio diſcuſsionis non ha-
bet locum in ſaluiano, quod eſt remedium poſ-
ſeſſorium non admittens exceptiones requiren-
tes altiorem indaginem *Bart. in l. fin. C. quor.
bonor. Rip. in rubr. de pignor. n. 19.* Prout in ſpe-
cie concludit *Socin. conſ. 80. col. 2. verſ. vel etiā.
lib. 3. Aim. conſ. 201. nu. 45. Menoch. de acquir.
poſſeſſ. remed. 3. nu. 179. Alex. conſ. 13. viſo & con-
ſiderato. col. vlt. in fin. lib. 6.* Quicquid dicant
*Becci. Natt. & alij per Theſaur. deciſ. 51. 52. &
175. nu. 5.* Cum contra eos ſit communis opi-
2 nio, † & in praxi ita ſeruetur *Roland. conſ. 9. nu.
18. l. 1. 1. Burſat. conſ. 32. nu. 45. Auffr. Boer. Ti-
raq. & alij allegati per Surd. conſ. 4. n. 35.* Roſa
per R. P. D. *Litt.* Roman. *Saluiani*. 28. *Aprilis
1597.* ob quam obſeruantiam non eſſe rece-
3 dendum à d. opinione † *Cephal. conſ. 320. n. 31.
lib. 3.*

Secundò quia creditor ex multis bonis ſibi obliga-
4 tis poteſt eligere † in quibus creditum ſuum cō-
ſequi velit *l. moſ. bis. vbi Bart. n. 1. de iur. fiſc.
l. creditoris. de diſtract. pignor. Neguſ. de pignor.
p. 8. memb. 1. in fin. n. 49. & 50.* Quidquid ſen-
tiat *Couar. lib. 3. variar. reſol. c. 7. n. 7.* Cum
loquatur cōtra veriorem opinionem de qua per
*Rom. conſ. 128. n. 1. Corn. conſ. 237. n. 3. lib. 3.
Rip. in l. ſi debitor. col. 2. in princ. de pignor.* Quæ-
5 libet enim res eſt inſolidum ſibi obligata † *l. 1.
C. ſi vnus ex pluribus hæred. credit.* Itaut etiam
6 parte debiti ſoluta † omnes res ſint nihilomi-
nus ſibi obligatæ *l. quamdiu, C. de diſtract. pi-
gnor. l. ſi rem. §. omnis. de pignor. action.*

Tertiò propter obligationem cameralem, ob quam
7 creditor poteſt eligere viam quam velit, &
vna electa aliam aggredi, cum in ea non atten-
datur ordo, ſed fiat præpoſteratio cauſæ ad cau-
ſam, & vnius cauſæ ad ſe ipſam, Ita vt ille ordo
tollat etiam excuſsionem, & creditori detur fa-
cultas apprehendendi remedium generalis hy-
pothecæ omiſſa ſpeciali *Socin. conſ. 24. col. vlt.
in fin. lib. 1. Cephal. conſ. 439. n. 4. Pariſ. conſ.
103. n. 3. verſ. ſecundo dicitur. lib. 3.*

Quartò ob clauſulam conſtituti, de qua in inſtru-
8 mento, † cuius virtus operatur, vt creditor poſ-
ſit agere ad bona obligata nulla facta prius ex-
cuſsione *Bald. in l. 1. col. 1. C. de ſeruo. pign. dat.
manum. Alex. conſ. 83. n. 2. lib. 6. Roland. conſ. 9.
n. 19. lib. 1. Ang. in l. exitus. de acquir. poſſeſſ.*
9 Quod procedit † etiam vbi res agitur inter duos
creditores *Pariſ.* in ſpecie *conſ. 103. n. 8. lib. 3.
Aym. conſ. 892. n. 4.* An autem ſtante conſtituto
detur Saluianum *Surd. conſ. 191. n. 11.* concludit
10 quod non, † cum per eum ſit tranſlata poſſeſsio
*l. interdum. in princ. & l. quod meo. de acquir.
poſſ.* Vnde cum Saluianum ſit remed. adipiſcen-
dæ poſſeſsionis. *§. interdum. inſtit. de interd.* non
datur ei, qui ſemel illam eſt adeptus *Salic. in
l. 1. q. 6. C. de ſalu. Becc. conſ. 89. n. 15.*

Non obſtat *l. 2. C. de pignor.* vbi creditor habens
11 hypothecam ſpecialem in quibuſdam bonis, † &
in aliis generalem, non poteſt vti generali obli-
gatione, neque agere ad bona generaliter obli-
gata, niſi excuſſa prius re ſibi ſpecialiter hypo-
thecata, cum illa præſumatur ſufficiens pro ſolu-
tione ſui crediti *Pariſ. conſ. 50. n. 8. lib. 1. Co-
uar. lib. 3. var. reſolut. c. 18. in princ.* Maximè ſi
12 non adeſt clauſula, † quod ſpecialitas non de-
roget generali, & è contra, tunc enim ſpecialis
non impediret generalem hypothecam *Rol. conſ.
36. n. 8. lib. 4.*

Quia in caſu de quo agimus non adeſt in inſtru-
men-

Digitized by Google

meato iſta ſpecialis hypotheca, cum ſolum fue-
rit impoſitus cenſus ſuper rę certis finibus de
ſignata iuxta formam Bullæ, & poſtea generali-
ter bona omnia ſint obligata. Immo quamuis
adeſſet huiuſmodi ſpecialis hypotheca, Tamen
diſpoſitio *d. l. 2. C. de pignor.* non obſtaret, quia
eſt exorbitans, *Oſaſc. decıſ. 159. nu. 4.* Vnde nō eſt
13 trahenda ad alium caſum, † niſi quando tercius
poſſeſſor poſſideret bona hypotecata tamquam
creditor, non ex alio titulo, prout erat in caſu
de quo agebamus *Socin. conſ. 98. col. vlt. in fin.
verſ. præterea arbitror. lib. 2. Neguſ. de pignor.
2. memb. in fin. num. 51. verſ. & per hoc infert.
& p. 8. m. 1. fall. 7. nu. 20.* vbi tamen limitat in
14 tertio poſſeſſore, qui emit, † aut alio titulo ac-
quiſiuit illa bona a debitore, & pro obſeruan-
tia contractus fuiſſent ſibi obligata bona debi-
toris, quia tunc daretur illi exceptio *d. l. 2* con-
tra creditorem agentem, cum reſpectu obliga-
tionis prædictæ prętendat hypotecam, Et quod
d. l. 2. procedat ſolum, quando tertius poſſeſſor
poſſidet tamquam creditor latè concludit *Alex.
Raud. de analog. lib. 1. c. 3. num. 5. fol. 304. Fab. de
Ann. conſ. 93. nu. 1. lib. 2. poſt* Couar. *lib. 3. var. re-
ſol. c. 10. col. 2. verſ. quinto.*

Nec ſtetit quod res hypothecata de qua agimus
15 fuerit conſentiente creditore alienata; † Vnde
non reincidit in eamdem obligationem, & hypo-
thecam, quamuis redierit ad debitorem, & illi
denuo acquiſita fuerit, licèt hypotheca eſſet ge-
neralis complectens bona præſentia, & futura *l.
fin.* C. *de remiſſ. pignor.* Couar. *lib. 3. var. reſol. c. 12.
num. 2.* Huiuſmodi enim res tempore contractus
16 erat in bonis debitoris, † Vnde venit in obliga-
tione bonorum pręſentium, non futurorum, quia
in illorum obligatione non potuit debitor intel-
ligere de illis, quæ tunc erant in eius bonis, &
quę tunc temporis obligauerat, obligatio autem
præſentium fuit remiſſa, cum creditor conſen-
tiens alienationi rei ſibi obligatæ ſibi præiudi-
cet in hypotheca *l. cum te,* C. *de remiſ. pignor. Ti-
raq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. n. 136. & 173.*
Præſertim † quia remittentibus iura ſua non
datur in perpetuum regreſſus: Vnde cum per
conſenſum iam eſſet extincta obligatio, res re-
uerſa non poteſt incidere in eamdē hypothecam,
Partes enim non videntur ſenſiſſe, quod bona,
quæ aderant in obligatione tempore contractus
18 haberentur pro futuris, † & per conſenſum hu-
iuſmodi videtur creditor remittere vtramque
obligationem præſentium, & futurorum, vt de-
clarant Salic. *Bald. & alij in l. fin.* C. *de remiſ. pi-
gnor. latè Surd. decıſ. 163. num. 4.* Ceſſante igitur
hypotheca non eſt locus ſaluiano, *Nat. conſ. 474.
nu. 34. Rot. coram* R.P.D. *Lancellot.* Roman. *Sal-
uiani. 5. Decembris 1603.*

Quia reſpondetur in caſu de quo agimus non con-
ſtare de conſenſu expreſſo creditoris remitten-
19 tis pignus, qui requirebatur, cum tacitus † qui
inſurgit ex taciturnitate, & præſentia non ſuf-
ficeret, *Burſat. conſ. 32. num. 38. Neguſ. de pi-
gnor. nu. 3. p. 6. nu. 23.* Quicquid dicant *Iaſ. in
l. ſi quando. §. generaliter, n. 7.* C. *de inoſ. teſtam.
& Pariſ. conſ. 2. nu. 34. lib. 3.* Quia contra eos eſt
verior opinio, vt latè teſtatur, *Surd. decıſ. 302. per
tot. poſt Bald. in c. 1. in princ. nu. 4. verſ. alij con-
tradicunt, de probib. feud. alien. per Lothar. Crot.
in l. filiusfamilias, §. diui. num. 143. in fin. de
leg. 1. Boer. quæſt. 23. nu. 9. per text. in l. ſicut, §.
non videtur, quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur
vbi* Bart. *nu. 2. verſ. aut vendebat priuatus. Pe-
regr. lib. 6. tit. 4. num. 20. de iur. fiſc.* Ratio quia
20 in præiudicialibus præſens, & tacens † non vide-
tur conſentire *l. caius, de pignor. action.* Quan-
do agitur de magno præiudicio, quia tunc ha-
betur pro contradicente, *Iaſ. in l. quæ dotis, nu.
104. ſolut. matrim. Cephal. conſ. 235. nu. 9. Natt.
conſ. 131. num. 4.* Cum præſertim non potuiſſet
impedire creditor præſens obligationem pigno-
21 ris, † quia vna, & eadem res poteſt eſſe duobus
obligata *l. ſi fundus. 16. §. ſi duo. de pignor.
Neguſ. eod. tit. 2. memb. 2. p. num. 3.* Ideo ſibi non
præiudicat cum ſciat ius ſuum durare, *Rip. in l.
admonendi. n. 44. de iur. iur.* Ruin. *conſ. 101. nu.
38. lib. 1.* Tiraq. *de retract. conſangui. §. 1. gloſ. 9.
num. 148.*

Minus obſtat præſuppoſita inualiditas hypothecæ.
tamquam conſtituta ſuper pręedio dato in dotem
22 † quod non poterat obligari *l. fin. C. de reb. ec-
cleſ. non alien. tot. tit ff. &* C. *de fund. dotal. Surd.
de alim. priuil. 36. tit. 8. nu. 2.* Bart. *in l. ſi quis in
tantum.* C. *vnde vi. n. 12.* Ita ut nec operetur con-
23 ſenſus vxoris, † cum neque ipſa poſſit illum
obligare, N*att. conſ. 258. nu. 21. Neguſ. de pignor.
2. p. 2. membr nu. 38. Surd. decıſ. 86. num. 1.* Et re-
gulare eſt, quod ſtante nullitate hypothecæ non
24 detur ſaluianum, † prout in obligatione bono-
rum minoris, & ſimilium latè *Idem Surd. conſ.
191. nu. 16. in fin.* Et in bonis fideicommiſſo ſu
25 biectis, † & expreſsè alienari prohibitis, in qui
bus eſt nulla hypotheca *Caſtr. in l. fin. de leg. 2.*
Ideo iſta exceptio dominij incontinenti probati,
vel probandi admitteretur in ſaluiano, *Rota
per Cardinal. Seraphin.* Viterbien. *bonorum. 17.
Nouembris 1586.* vbi etiam quod hoc procedit,
quamuis tempore conſtitutionis cenſus non eſ-
ſet purificata conditio, nec factus locus fidei-
26 commiſſo, † quia expreſſa prohibitio annullat
hunc contractum, & hypothecam, ſatis enim eſt,
quod eueniente conditione reſoluatur hoc ius
recipientis reſoluto iuris agentis, *Alex. conſil.
65. lib. 5.*

Quia reſpondetur conſtare in caſu noſtro fuiſſe da-
tum prædium in ſolutum marito præuia æſti-
27 matione † vnde cenſetur, ipſi venditum *l. quo-
ties.* C. *de iur. dot. Cephal. conſ. 735. num. 1. lib. 5.*
Quod procedit etiam ſi in inſtrumento dicatur
28 vt dos debeat reſtitui † ſicut fuit habita, & re-
cepta, *Rolan. conſ. 87. lib. 4. Thob. conſ. 52. n. 6. poſt
Corn. conſ. 15. in hac conſultatione, col. 2. verſ. ſed
licèt videantur lib. 2.* Quare non adeſt nullitas
hypothecæ.

Quod magis erat dicendum, Nam præceſsit pro-
miſsio dotalis in quantitate, non autem ſimpli-
citer fuit datus fundus in dotem, qui poſtea
29 æſtimatur, † tunc enim cenſetur facta emptio

Ser.

Digitized by Google

Soccin. conſ. 57. lib. 1. Tiraq. de retractl. ligna-gēr. §. 1. gloſ. 14. nu. 20. Couar. pract. q. 28. Rota per Cardin. Seraphin. Spoletan. legitimæ. 15. nouemb. 1596. Cardin. Plat. Interamnen. fundi dotalis. 29. februarij. 1589. & R.P.D. Lancellot. Roman. Saluian. 5. decembris 1603. vbi quod ita eſt declaranda d. deciſio Card. Plat.

30 Cum ſeens ſit† quando datur fundus in dotem nulla præcedente promiſſione dotis in quantitate, licet enim fiat æſtimatio cenſetur potius facta, vt probetur valor rei, vel ſciatur quantitas bonorum, quæ conſignatur; Vnde fundus erit habendus pro dotali Roland. conſ. 92. n. 6. lib. 2. Rota per R.P.D. Peniam Spoletan. bonorũ. 16 aprilis 1602. Cardinal. Lancellot. Romana fundi dotalis 16. iunij. 1578.

Amplius in caſu de quo agebamus huiuſmodi æſtimatio eſt facta in eodem inſtrumento tempore conſtitutionis dotis. vnde dicendum eſt 31 factam fuiſſe emptionē, †cum ſecus ſit quando hoc fieret ex interuallo, Ratio quia tunc non eſt veriſimile voluiſſe contrahentes recedere à primo contractu, ne inducatur alienatio rei dotalis, quæ ſequitur ex hac æſtimatione Bald. in l. ex conuentione. C. de pact. Socc. Iun. conſil. 141. n. 14. lib. 1. Couar. pract. q. 28. ad fin. n. 10. verſ. vndecim illud hoc poſt Aret. conſ. 83. col. 2. Rota per R.P.D. Lancellot. Roman. Saluiani. 5. decembris 1603.

Nec aduerſatur quod maritus tunc temporis non eſſe ſoluendo, † quo caſu non eſt facta emptio gloſ. in l. in rebus. in verb. æſtimatæ. C. de iur. dot. Quia teſtes non probant illum fuiſſe talem, nec percutiunt tempus conſtitutionis dotis, & æſtimationis. Immo aliqui probant potius contrarium licèt deponant fuiſſe factum non ſoluendo poſt multos tamen annos, quod non facit, cum tempus eſſet præcisè probandum † l. matrem. C. de probation. Soccin. conſ. 87. per ſatis. n. 2. lib. 4. Gabr. de teſtib concl. 6. n. 11. & 12. Verum ſi probaretur non fuiſſe ſoluendo, æſtimatio non faceret emptionem, nec tranſiret dominium in maritũ, neq; in emptores bonorum dotalium, † itaut mulieri competeret rei vendicatio, quamuis dominium non ſit ciuile, ſed tantum naturale, quaſi lex fingat nunquã præceſſiſſe in damnum vxoris l. in rem. de rei vendic. cum ſit dominium reuocabile Affl. deciſ. 8. col. penul. verſ. in contrarium diceebatur. Iaſ. in §. actio num. n. 84. col. 15. verſ. item diligentiſſime. inſtit. de action. Marſil ſing. 691. fundus dotalis Couar. pract. quæſt. c. 28. num. 8. † qui tamen admittit dandam vxori vendicationem, non autem quod non cenſeatur facta æſtimatio Nouel. in l. 1. p. 3. n. 15. C. de bon. matern.

Liberarentur tamen à reſtitutione bonorum iſti emptores offerendo mulieri dotis æſtimationem † l. paulus. § qui pignoris. quib. mod. pig. vel hypot. ſolu. Bald. Nouel. de donat. priuil. 47. in princ. p. 7. Guter. pract. q. p. 2. q. 77. n. 12. Quomodo agatur per mulierem ad dotis reſtitutionem ſoluto matrimonio, ſecus eo coſtante ob vergentiam viri ad inopiam; † Tunc enim non poſſet offerri æſtimatio Afflict. deciſ. 199. Roland. qui de communi conſ. 9. n. 39. lib. 1. Ceual. q. 1. nu. 37. vbi multa ad intellectum d. l. in rebus. C. de iur. dot.

Quando autem res æſtimata datur in dotē, ſi nup-

38 tię non ſequantur, debet reſtitui res data† non prætium l. in rebus dotalibus 18. de iur. dot. Caoutaq. deciſ. 333. nu. 6. p. 3. vbi ex hoc quærit, An periculum & commodum rei æſtimatæ datę in ſolutum pertineat ad emptorem, & in eum fuerit translatum dominium, adeo quòd res vendita ad eum ſpectet cum fructibus, quando contractus non eſt validus, & non habuit effectum, An vero exemplo rei æſtimatæ, quæ datur in dotem debeat reſtitui ipſa res, non prætium, ob nuptias non ſequutas.

Et in caſu quo tranſiuiſſet dominium in maritum

39 tanquam de re ęſtimata† dabitur actio mulieri ad prætium l. in rebus. C. de iur. dot. Iaſ. §. actionum. n. 84. inſt. de action. cum maritus pro dotis ęſtimatione obligauit omnia bona, licèt eo caſu vxor non poſſet conſequi fructus Rota per Cardin. Seraphin. Roman. repetitionis dotis. 3. decembris. 1599.

EPITOME.

Prohibitus aduocare contrafaciendo quam pœnã incurrat, & quando prohibeatur in camera conſulere, & allegationem Iudici mittere. Et quid in fœmina, Epiſcopo, & alijs in dignitate conſtitutis. Salarium quando ſit debitum Aduocato conſulenti ſine ſcriptis, & ſine labore.

SVMMARIVM.

1 *Iudex fungens officio Aduocati qualiter puniatur.*

2 *Prohibitus aduocare contrafaciendo quam pœnam incurrat, & an prohibeatur conſulere in camera, & mittere allegationem Iudici. n 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*

3 *Dubitatio non cadit ubi adeſt caſus legis municipalis cuius obſeruantia præſumitur.*

6 *In cauſa ſi eſt ſuperſedendum propter abſentiam Aduocati intelligitur de eo, qui perſonaliter comparuit.*

7 *Fœmina licèt non poſſit poſtulare non tamen prohibetur in camera conſulere.*

8 *Epiſcopus propter dignitatem non debet aduocare, licet poſſit pro amico gratis conſulere. Intelligitur nu. 18. & 19.*

15 *Aduocato an debeatur ſalarium pro conſilio dato ſine reuolutione librorũ, & n. 16. & 17.*

CAPVT XXXIX.

FVngēs officio Iudicis & Aduocati punitur pœnis, † de quibus in l. athletas. §. calumniator. de his qui notant. infam. Franc. Marc. deciſ. 698. p. 1. Et prohibitus aduocare † contrafaciēdo delebitur de matricula cum priuatione ſalarij illius anni, ſi eſſet ſtipendiatus Bald. in l.

in l.placet.per illum tex.in fi.C.de epiſ.& cleric.
Rom.ſing.264.Fel.in c.literis. col.3.in fin.verſ.
& per illum textum.& ibi Dec.in 4.notab. de
conſtitut. Aſin.in prax.c.8.§.24.
Quidquid autem ſit de iure, in caſu de quo ageba
tur Dixi de hoc non eſſe quærendum, cum adſit
conſtitutio, ſeu ſtatutum confirmatum prohi-
bens Iudici ſub pœna priuationis officij aduo-
cationem, conſilium, aut ſubſcriptionē in qua-
libet cauſa, quæ directe, vel indirectè concerne-
re poſſet intereſſe alicuius partis, prout latius
in eodem ſtatuto, in quo non cadit dubitatio;
3 cum habeamus caſum legis municipalis † l.illā
C.de collation.Corn.conſ. 109.in fin. lib.1. ſtā-
te præſertim obſeruantia probata, licèt etiā in
dubio illa eſſet præſumenda Dec.conſ.534.n.9.
Roland.conſ.90.n.54.lib.1. Maſq.de probat.con-
cluſ.1332 n.3.
An autem pœna de qua in eodem ſtatuto habeat
locum quando ad petitionē alicuius ſine ſcrip-
tura, & reuolutione librorū in camera aliquis
ex dictis Iudicibus conſilium daret. Videbatur
4 reſpondendum negatiuè, † quia prohibitus ad-
uocare non prohibetur in camera conſulere.
Etenim poſtulare eſt in iudicio dicere, & qui po
ſtulat in camera non aduocat Bart. in l.1.§.1.
de poſtul.& in l.1.§ aduocatus ff.de var.& ex-
traord.cognit. vbi quod etiam poterit aliquid à
Iudice impetrare idem Bart.in l.eum qui, alias
incip.paulus.§.paulus. & ibi Ad.L.de legation.
Iaſ.in l.1.n.7.col.2.in pr.nc.de verb. obligation.
vbi quod non prohibetur mittere iudici alle-
5 gationē in ſcriptis † Alberic.de Roſat.de ſtatut.
p.1.q.161. vbi quod ita fuit obtentum in Ciui-
tate Vercellarum Caſtr.in l. 1. in princ.n.7.&
ibi Ang.in §.poſtulari.de poſtul.Audit. ad Ro-
man.ſingul.264. & iſta eſt verior opinio, quid-
quid dicat Felin.in rubr.de fid.inſtrum.colu.1.
n.2. quia fundat ſe ſuper doctrina Ang.in dict.§
poſtulari, qui tamen ſequitur contrariū prout
ſuper auctoritate Anan.in rubr. de magiſtr. qui
etiam non firmat, ſed poſtea arguit pro opinio-
ne contraria.
Ideo etiam dicimus, quod ſi debeat ſuperſederi in
6 cauſis abſente Aduocato † non erit ſuperſeden-
dum propter abſentiam eius qui dedit conſiliū
in cauſa, vel fecit allegationes in ſcriptis, niſi
comparuerit coram iudice perſonaliter Alber.
de ſtatut.p.1.q 16.Abb.in rubr. de poſtul.
Prout quoq. de mulieribus, quæ licèt prohibean-
7 tur poſtulare † l.1.§.ſexum ff.de poſtul. poſſunt
tamen in camera conſulere Dec.in l.fœminæ.col.
2.verſ.tertio poſtulare.num.9.& 10.de reg.iur.
quod eſſe nouum, & recēs dictum docet Tiraq.
ad leg.11.conub.n.28. per ea quæ dicunt in ſimi
li Bal.& Ang.in l.1.§. poſtulare ff.de poſtul.
Idem videmus in Epiſcopis, & Cardinalibus, qui
propter dignitatem non debent conſulere, vel
8 exercere officium aduocationis, † Tamen pro
amico hoc poſſunt facere gratis in camera, &
priuatim l.quiſquis. verſ.non ad turpe compen-
dium. C.de poſtul.Cepol.cau.156.& 181.incip.
in multis caſibus.in fi.

Neq. obſtat l.paulus.in fin.de legation. Quia non
9 loquitur de prohibitio ſimpliciter poſtulare, †
ſed de eo qui prohibetur ſe interponere alienis
negotijs, quod plus ligat propter dignitatem le
gationis Cepol. d. caut.156.in fin. Præterea in
d l.paulus. non dicitur quod Legati poſſint dare
conſilium in camera, ſed tantum quod poſſint
gratis conſulere Rom.in l.1.de verb.oblig. Quia
prohibitus aduocare poteſt gratis conſulere,
quod permittitur, nam homines non ſunt ita
proclines ad conſulendum gratis, ſicut median
te pecunia arg. l. ſi cum aurum. de verb. oblig.
pront in ſpecie concludit Purpur.de offic.aſſeſ-
ſor.n.155.in fi.
Contrarium tamè Dixi verius eſſe in caſu noſtro,
quia ſēper indirectè poſſet fieri fraus dicto ſta-
10 tuto, † quod generaliter prohibet aduocatio-
nem, conſilium, & ſubſcriptionem: Vnde gene-
raliter debet intelligi l de pretio.ff.de public.in
rem actio. Doctor. in l.1.de leg. 1. Et cum ratio
ſit generalis in vtroq caſu debet ampliare di-
ctum Bar.in l.regula. §. ſi quis ius ignorans.ff.
de iur.& fact.ignor.Surd.conſ.67.n.21.& conſ.
96.nu.20.
Non obſtant contraria, Quia procedunt, quando
11 prohibitio concernit ſolum aduocationē, † ſed
dictum ſtatutum addit etiam cōſiliū, quod ſiue
priuatim, ſiue publicè detur, pariformiter diuer
tit ab officio, cui iudex debet incumbere, & il-
lum facit habere affectionem in cauſa, quæ poſ-
ſet poſtea controuerti in eius Curia. & ſic red-
12 deret cum ſuſpectum, † quo caſu prohibitus ad
uocare, etiā prohibebitur in camera conſulere
Caſtr.in l.1.in princ.de poſtul.n.7. vbi conſide-
rat, an ceſſet ratio prohibitionis, nec ne Felin.
in rubr.de fid.inſtrum.n.2.10.de Anan.in rubr.
de magiſtr. col.4. Et quando reſultat idem effe-
ctus, ſiue aliquid fiat in ſcriptis, ſiue in voce,
13 prohibitio in vtroq. caſu ligat, † vt de prohibi-
tione alloquendi, quæ extenditur ad mittentes
literas, & ad ſimiles caſus, de quibus per Iaſ.
Bologn.& alios in l.1.ff.de verb.oblib. & in ter-
minis ita concludit Purpur. in tract. de offic.
aſſeſſor.n.153. vſq. ad num. 157. vbi quod iu-
14 dex prohibetur † etiam in camera conſulere,
cum diſtrahatur à cognitione cauſarum, prout
etiam Lector, qui diſtrahitur à ſtudio lecturæ;
Et quamuis in l.1. §. poſtulatur de poſtul. con-
ſulere in camera non ſit propriè poſtulare. Ta-
men non poteſt negari, quod non ſit actus di-
ſtractiuus ab officio iudicis contra mentē l.fin.
C. de aſſeſſor. Et ſtante ſtatuto prędicto prohi-
bente nedum aduocationem, & patrocinium,
ſed etiam conſilium, quod neq. in camera liceat
hoc facere dicit eſſe indubitabile Idem Purpur-
rat.de offic.aſſeſſor.n.156.
Neq. obſtat qdod huiuſmodi conſilia, quæ dantur
in camera parum præiudicent, ideo non debent
comprehendi ſub dicta prohibitione, cum fiant
15 ſine ſcriptis, † & reuolutione librorum, pro qui-
bus etiam dicitur nō deberi Aduocatis aliquod
ſalarium Barbat.conſ.34. col.19. lib.2. poſt Spe-
cul.de ſalar.§.ſequitur.poſt prin.

Quia

Quia illud procedit, ex quo Aduocatus ſine labore conſiliũ dat; Vnde quod gratis accipit gratis debet dare *Matth. 10. c. 2. de magiſtr.* quod non eſt in caſu noſtro, cũ non conſideretur labor, ſed ne iudex propter conſilium datum habeat affectionem in illa cauſa, & vt commodius incumbat officio ſuo, vt dictum eſt.

Immo neque eſt vera opinio illa de Aduocato
16 quod teneatur gratis conſulere, † quando ſine labore id facit. Nam eſſet deterior conditio eorum, qui magis ſunt docti, quam aliorũ, maximè cum nõ debeant perire ſumptus, quos prius in ſtudijs impenderunt, & labores præteriti, quos diu ſuſtinuerunt pro adipiſcenda legali ſcientia: Itaut nõ poſſit dici gratis accep-
17 tũ, quod ante actis laboribus acquiſitũ eſt, † cũ neq; in hoc ſit inſpiciendum ſolum tempus præſens, vt per plura concludit *Tiraq. de nobil. c. 29. n. 32.* vbi dicit hanc eſſe veriorem opinionem quidquid alij contrarium dicant *poſt Iaſ. in l. nec quidquam. §. vbi decretum. col. 2. de off. proconſ. & in §. ſed iſta. col. 27. in fin. nu. 113. inſtit. de action. Rebuſ. priuil. ſcholar. 46. tract. tom. 18. fol. 42.*

In caſu tamen adeò claro, vt neminem lateret, ſi
18 reddatur conſilium nõ habebit locũ pœnæ, † de qua in dicta conſtitutione; prout dicimus in Doctore ſuper eo conſulto, qui tunc nihil recipit *Socin. reg. 229. incip. lex. generaliter loquens. in princ. fall. 3.* vbi exemplificat in caſu *§. gallinarum. inſtit. de rer. diuiſ. Tiraq. de nobilit. cap. 29. num. 34.*

EPITOME.

Deſertio appellationis an fiat ipſo iure, & poſſit committi executio non declarat deſertione. Fatalia quando currant dum cognoſcitur de aliquo incidenti. Cauſa deſerta an declarari poſſit per Iudicem parte non petente, & an ſufficiat peti executionem, vt intelligatur petita declaratio deſertionis. Petens pronunciari in negotio principali quando renunciet deſertioni. Ratio vnica quamuis non ſpecificata in quibus caſibus habeatur pro expreſſa. Iudex à quo, an iudex ad quem debeat pronũciare cauſam deſertam, & quis eorum exequatur ſententiam de iure communi. Sententia ſuper deſertione quando prætermittatur cognoſcendo de ea per ſaltum. Executio Sententiæ an poſſit fieri deſerta appellatione non citato appellante.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis deſertio eſt declaranda, quamuis fiat ipſo iure. n. 2.*

3 *Lapſus fatalium exigit cauſæ cognitionem circa impedimentum.*

4 *Fatalia an currant dum cognoſcitur de attentatis, ſeu de aliquo emergenti, & n. 5. & 6.*

7 *Deſertio cauſa quando poſſit declarari, quamuis non fuerit petita.*

8 *Iudex poteſt pronunciare, non ſolum ſuper petitis, ſed ſuper cauſa petendi.*

9 *Sententia an valeat declarans quem dominum, vel hæredem, quamuis non fuerit petitum ſe declarari talem.*

10 *Libellum ſufficit præſumptiuè cõcludere etiam in criminalibus. n. 11.*

12 *Minor repetendo rem venditam videtur petere reſtitutionem in integrum.*

13 *Teſtator mandans præſtari legatum ſine diminutione cenſetur velle, quod non fiat inuentarium.*

14 *Petens pronunciari in negocio principali cenſetur renunciaſſe deſertioni.*

15 *Iudex liquidãdo fructus cenſetur condemnaſſe ad reſtitutionem illorum, & pronuncians ſuper reſtitutione hæreditatis tacitè videtur confirmaſſe ſententiam prius latam ſuper eadem reſtitutione quamuis expreſſè non confirmauerit etiam ad effectum ſtatuti de duabus conformibus.*

16 *Ratio vnica quamuis non ſpecificata habetur pro expreſſa etiam in materia ſtricta, & correctoria. n. 17. & 18.*

19 *Iudex ex officio poteſt declarare cauſam deſertam etiam ſine petitione.*

20 *Iudex quando ſuppleat, & deueniat ad ſententiam, ſeu illam non proferat parte non petente. n. 21. & 22.*

23 *Sententia eſt nulla ſi feratur non inſtante parte.*

24 *Iudex ad quem an pronunciet cauſam deſertam, ſeu Iudex à quo, licèt fuerit inhibitum. & n. 25. 26. & 27.*

28 *Iudex appellationis an ſit amplius Iudex lapſis fatalibus, & habeatur cauſa, ac ſi non eſſet appellatum. & n. 29.*

30 *Perempta inſtantia Iudex poteſt confirmare, non infirmare ſententiam.*

31 *Executio ſolet committi eidem Iudici, qui ſententiam tulit. & num. 32.*

33 *Inferior non ſe intromittit, nec reſpectu deſertionis, nec alterius cauſa, vbi ſuperior manum appoſuit.*

34 *Executio ſententiæ ad quem ſpectet de iure communi. n. 36. 37. 40. 41. 42. 44. 46. & 47.*

35 *Verba adiecta termino vniuerſali quibuſcunq; alijs comprehendunt, non ſolum ſimilia, ſed maiora, & omnes cauſas, & Iudices, Arbitros, & Arbitratores.*

38 *Sententia ſuper deſertione eſt interlocutoria, ſed habet vim diffinitiuæ. n. 39.*

43 *Agitur ex ſententia confirmãte nõ confirmata.*

45 *Appellatio reducit appellantem in ſtatu quo erat cauſa tempore litis conteſtatæ.*

48 *Deſerta appellatione deſeritur etiã iuriſdictio.*

49 *In confirmatione interloquutoriæ primus Iudex exequitur.*

50 *Sententia ſuper deſertione an prætermittatur, & ad quem Iudicem executio pertineat.*

51 *Iuſtificata deſertione iuriſdictio redit ad Iudicem à quo.*

52 *Deſerta appellatione an ſententia demandetur*

executioni non citato appellante, & an executio poſſit committi parti. n.53.
54 *Sententia an poſſit exequi per alium Iudicem, quam per eum, qui illam tulit. & num. 55. & 56.*

CAPVT XL.

INſtabatur pro executione ſententiæ in cauſa
mihi propoſita prætextu appellationis deſer
1 tæ, † quæ cum fiat ipſo iure videbatur conce-
denda, licèt non fuerit pronunciatum ſuper de-
ſertione, prout diſponit ſtatutum productum.
Quod etiam eſt de iure communi, vt euitetur
circuitus, & remoueatur occaſio appellandi,
*Alex. in l. præſes. verſ. vnde eſt conſilium. ff. de
re iudic. Ang. in l. ſi contra maiorē. C. de appel-
lation. & conſ. 130. viſis omnibus dictis. in fin.
Cott. in memorab. in verb. appellatione deſerta.
latè Surd. conſ. 139. nu. 14. lib. 1.*

Contrariū declaraui, quod immo requiratur ſen-
tentia ſuper deſertione. Nam ſolus curſus tem-
poris illam non infert, cum poſſit conſtare de
2 impedimento, † cuius probatio tanquam con-
ſiſtens in facto reddit dubiam, & non claram
deſertionem *Bald in l. eos. in princ. n. 5. col. 2.
verſ. ſetas tamen. de appellat.* Felin. *in c. ex par-
te. il 2. col. 6. verſ. & nota duo. n. 10. de reſcript.*
Et ſic appellans poterit excuſari à deſertione
Iaffred. decif. 465.

Secundo quia tempus proſequēdi appellationem
ſecundum formam ſtatuti in actis producti eſt
vtile, quo caſu non datur executio, niſi prius
pronuncietur ſuper deſertione. Tempus enim
vtile requirit inquiſitionem facti, & compu-
tum dierum non computandorum: Vnde lap-
ſus fatalium non poteſt apparere ex dinumera-
3 tione natutali dierum, † ſed exigit exteriorem
cognitionem cauſæ, an interueniat impedimen-
tum, nec ne *l. 1. diuerſ. & tempor. præſcript.
l. 3. §. ad diem. de re milit. Ang.* in ſpecie *in l.
ſi expreſſum. de appell. Franc. in c. ex ratio-
ne. 8. in fin nu. 101. eod. tit.* Bald. *conſil.* 381.
punctus ſuper quo quæritur. lib. 3. vbi ex hoc
infert temerariam dici executionem, ſi fieret
antequam declaretur cauſa deſerta, quia non
conſtat, an iuriſdictio principalis ſit deuoluta
iudici à quo.

Non obſtat ſtatutum; Nam quamuis diſponat
cauſam intelligi deſertam ſine aliqua pronun-
ciatione, tamen requirit etiam fatalia eſſe
lapſa, ſuper quo requiritur declaratoria, quod
illa efluxerint, cum multæ cauſæ poſſint allega-
ri, ex quibus iudicandum ſit fatalia non expi-
4 raſſe, † vt propter paupertatem partis proſe-
quentis, ſubterfugia aduerſarij, impedimētum
iudicis, *Doctor. in auth. ſi tamen. C. de tem-
por. appell. & in clem quādiu. de appell. Franc.
in c. ex ratione. n. 14. cum ſeq. eod. tit.* Idem
dum cognoſcitur de attentatis, vel de aliquo
5 emergenti † *Lancellot. de attent. appell. pend.
c. 12. in præfat. Veſtr in praxi. lib. 7. c. vlt. n. 19.
Io. de Amic. conſ. 6. n. 9.* Aut ex ſimilibus cau-
ſis, quæ excuſant à deſertione, & non currit
inſtātia, tām iuris, quām ſtatuti, quando is, qui
6 de illis oppoſuit, obtinuiſſet, † vel ſi non obti-
nuit habuit ſaltem iuſtam credulitatem oppo-
nendi *Alex. Felin. & alij allegati per Mand.
form. 14. commiſ. in verb. in primis & ante
omnia. q. 3. per tot.*

Ex quibus pronunciaui ſuper deſertione non ob-
ſtāte, quod pars non petierit particulariter de-
clarari cauſam deſertam, cum ſufficiat petitam
7 fuiſſe executionem, † quæ cum veniat in con-
ſequentiam, præſupponit petitionem antece-
dentem *l. ad rem mobilem. de procurat.* Quod
etiam procedit in materia ſtricta, prout eſt ſen-
tentia *Aim. conſ. 174. n. 1.* Ratio quia non ſo-
8 lum Iudex poteſt pronunciare † ſuper petitis,
ſed ſuper cauſa petendi *Innoc. in c. cum eccle-
ſia ſutrina. in princ. nu. 2. verſ. item nota quod
non ſolū. de cauſ. poſſ. & propr. Caſtr. conſ. 85.
in cauſa mota per ſer iacobum. ad med. n. 2. verſ.
& ideo iudex. lib. 2.* vbi ex hoc concludit va-
lere ſententiam, quæ declarat quem eſſe domi-
9 num, vel hæredem, † quāuis non fuerit expreſ-
ſe petitum ſe talem declarari, cum ſufficiat ſi
dixerit aduerſarium condemnari ad reſtitutio-
nē in petitione hæreditatis, vel rei vendicatio-
nis, cum in conſequentiam videatur hoc petitū
*Bart. in l. ex diuerſo. §. 1. in princ. nu. 2. de rei
10 vendic.* † Sufficit enim libellum etiā præſump-
tiuè concludere *l. omnes. 17. §. lucius. ff. quæ in
fraud. credit. Rom. conſ. 105. viſo themate pro-
11 poſito col. 1. in fin. verſ. ceterū dici poteſt.* † vbi
ampliat etiam in criminalibus *Cin. in l. nec
exemplum. C. de falſ.* cum declarationibus, de
quibus latè *Felin. in cap. vlt. col. 1. & 2.
de libel. oblation.*

Ideo etiam dicimus quod petens rem reſtitui, ad
cuius reſtitutionem obtinendam erat neceſſa-
rium contractum prius reſcindi, ſatis videtur
12 petijſſe illius reſciſſionem, † prout in minore,
qui rem vēditam repetendo, videtur petijſſe re-
ſtitutionem in integrum *Felin.* qui multis ſi-
milibus comprobat *in c. 2. nu. 13. col. 7. in fin.
verſ. demum tene menti. de libell. oblat.*

Hinc voluit *Aim. conſ. 174. in princip. n. 2.* quod
teſtator mandans præſtari legatum ſine dimi-
13 nutione † in neceſſarium antecedēs cēſetur vel
le, quòd non fiat inuentarium, quia eo facto ſi
vires hæreditariæ non ſuppetunt legatum ſine
diminutione non præſtaretur.

Idem eſt ſi quis petat pronūciari in negocio prin-
cipali, quia in neceſſarium antecedens cenſetur
14 renunciare deſertioni, † quæ aderat *Alex. &
Aret. in l. 1. de acquir. hæred. Aim. conſ. 266.
col. 2. in princ. num. 3.* ſubdens hoc prodeſſe,
vt illa ſententia valeat in vim pacti, quod ope-
rabitur illa renunciatio, & conſenſus, cum alias
ſit nulla huiuſmodi ſententia, quia appellatio-
ne deſerta non adeſt iuriſdictio, quæ per pri-
uatum tribui non poteſt ob fauorem publicum,
cui partes non poſſunt renunciare *l. priuatorū.
C. de iuriſd. omn. iud. clem. ſi appellationem. de
appellat.* Declarando tamen vt valeat in vim
pa-

pacti iuxta tradita per Seccin.conſil. 18.col.antepenult.n.39. verſic: & eſt aduertendum. Doctor.in c.examinata.de confir.vtil. & inutil.& in l.2. C. commun. vtriuſque iudic. Curt. Iun. conſil. 60. caſus in facto. num.12. column.7.in princ.
Prout etiam videmus, quod quamuis non præceſſerit condemnatio ad reſtitutionem fructuũ.
15 Tamen Iudex illos liquidando, † & pro eiſdem decernendo mandatum, in neceſſarium antecedens condemnauit ad reſtitutionem Aim.conſ. 79. num.4. Rota per Cardin. Blanchet. Roman. liquidationis fructuum. 18. Maij 1587. vbi etiam, quod Iudex, qui pronunciauit poſſeſſionem hæreditatis reſtituendam, tacitè cenſetur confirmaſſe ſententiam prius latam, in qua fuit quis condemnatus ad reſtitutionem hæreditatis, licèt in ſecunda non fuerit aliqua mentio facta de priori ſententia etiam ad effectum, vt eſſet locus ſtatuto de duabus conformibus Rota. Roman.de comitibus.coram Sanctiſſimo.25.Iunij 1576.
Maximè, quia in caſu de quo agimus ratio vnica fuit petendi executionem ob cauſam deſertam Vnde quamuis non fuerit ſpecificata habetur
cit *Idem* Surd.*decif.81.n.4.* Intelligendo dum-
modo probaretur creditorem ſolitum renoua-
51 re frumentum,† cum nõ ſufficiat dicere, quod
renouaſſet *Rip.in l.quod te.col.11.verſ. id vnũ diſcutiendum.* ibi. *quid ſi creditor. nu. 33.ff. ſi cert. pet.* de quorum tamen omnium veritate
dicam latius infra in capite particulari.

E P I T O M E.

Cenſus,ſeruitus,vſufructus,ſeu hypotheca quãdo conſtitui poſsit in bonis emphiteoticis,& alienari prohibicis, & in illis fiat executio. Legatũ an valeat de fructibus erogandis in opus pium poſt mortem vaſſalli. Pro fructibus dotalibus an poſsint alienari bona ſubiecta fideicommiſſo,quemadmodum pro dote, Cenſus quando valeat ſi conſtituatur in re prohibita alienari pro danda dote. Caducitas an habeat locum ob cenſum cõſtitutum in re emphyteotica, ſi extinguatur ante intimatam acceptationem caducitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Seruitus poteſt imponi ſuper re emphyteotica ſiue ſit realis, ſiuè perſonalis,vt vſusfructus. nu.3.4.5.& 6.*

2 *Reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis.*

7 *Bona emphyteotica quando poſſiat hypothecari ſine conſenſu domini.& n.9. 10. & 44.*

8 *In generali obligatione bonorum an veniãt bona emphyteotica, & n.37.*

11 *Executio poteſt fieri in bonis emphyteoticis, & feudalibus reſpectu fructuum.n.12.& 15.*

13 *De feudo ad emphyteuſim licet arguere.*

14 *Fructus feudi etiam naſcituri poſſũt alienari.*

16 *Dominus non debet habere alium vaſsallum quam eum quem elegit.*

17 *Legatum factũ à vaſsallo an valeat vt poſt ipſius mortẽ erogetur aliquid in opus pium ſingulis annis de fructibus feudi.et n.18. & 19.*

20 *Cenſus conſtitutus in bonis emphyteoticis valet.& n.21.*

22 *Cenſus venit appellatione immobilium.*

23 *Per cenſum quando transferatur ius reale in emptorem.*

24 *Cenſus nõ valet in bonis ſubiectis fideicõmiſſo, & fructus ſoluti computantur in ſortem. & n.25. Fallit ex cauſa dotis.n.27.31.& 34.*

26 *Fructus non poſſunt exigi ſine peccato data ſcientia cenſus conſtituti ſuper bonis prohibitis alienari.*

28 *Pro fructibus dotalibus non poſſunt alienari bona pacto ſubiecta.*

26 *Potior in ſorte eſt etiam in vſuris, pro quibus datur hypotheca.& n.30.& 33.*

32 *Origo,& principium debet inſpici.*

35 *Caducitas incurritur ob cenſum impoſitum in re emphyteotica,quæ tamen euitatur ſi fuerit extinctus ante intimatam acceptationem caducitatis.*

36 *Ius Eccleſiæ ſi non eſt factum deterius intrat excuſatio caducitatis.*

38 *Emphytheuſis dicitur perpetua per clauſulam ad habendum,& tenendum;& dominus cogitur præſtare conſenſum. & n.39.& 40.*

41 *Conſenſus habetur pro præſtito ſi dominus tenetur conſentire,& recuſat.*

42 *Alienatio non dicitur, ſi res non fuit tradita, neq; caducitas eſt inducta. Fallit n.43.*

C A P V T XLIII.

PRopter cõcordiam partium in cauſa Venerabilis Monaſterij Fratrum Sancti Frãciſci nihil declaraui quo ad nullitatem prætenſæ ſeruitutis impoſitæ ſuper domo emphyteotica.
1 Dicebam tamen eam fuiſſe validam, † etiã do-
mino irrequiſito,cui nullum ſit præiudicium.
Ratio quia non eſt ſeruitus perpetua,cum fini-
ta emphyteuſi amplius non duret, quaſi reſo-
luto iure dantis debeat reſolui ius accipientis,
2 prout concludunt† communiter Bald. *Caſtr.*
Saliс.& aly in l.3.C.de ſeruitut.Roland.cõſ.59 n. 8. lib.2. Natt.*conſ.516. nu.12.Affiict. deciſ. 380.Franc.Marc.deciſ.477.nu.1. p.1. poſt* Bart. *in l.& in prouinciali. C.de ſeruitut. & aqu. & eſt communis vt teſtatur Clar. in §. emphyteuſis. q.21.& in §.feudum.q.37.*
Quæ procedunt non ſolum in ſeruitute reali, ſed
3 etiam in perſonali,vt in vſufructu, † nam po-
teſt emphyteuta facere vſufructuarium in fun-
do emphyteotico Bart.*in l.3. §. ex contrario. n.12.verſ. quo modo poſsint.de acquir. poſſ. per l.1. in princ.quib. mod. vſufr. ammitt. l.1. in fin.de ſuperficieb.* Nam faciendo vſufructuariũ non transfert in eum vtile dominium, nec melioramenta, vnde non ſumus in prohibitione *l. fin. C. de iur. emphit. & c. potuit. locati.* & cum ſit dominus fructuũ valebit illorũ alienatio vſque ad vitam illius, Idẽ ſequitur Alex. *conſ. 120.ſuper eo.in fin.lib.1.& in d.§. ex contrario. nu.30.31. & 37. & ibi Bolog. nu. 142. &* 143.vbi de magis communi,& vera opinione teſtatur Franc.Marc.*deciſ. 477.p. 1. num.4. & deciſ.555. num.4.*
Non obſtat Crem.*ſing. 626.* vbi dicit verius eſſe,
quod vſusfructus non poſſit conſtitui ſuper re
4 emphyteotica: † prout etiã voluit Rom. *ſing.*
626. & de communi,licet de ea dubitet, teſta-
tur Curt. *de feud.p.4.q.15.num.106. Clar. qui etiam de communi.in §.feudum. q. 37. in fin.* Quaſi conſtituere vſufructum ſit alienare; nam vſusfructus eſt pars dominij *l.4. de vſufr. l. & ſi pecunia.§.vſusfructus. de reb.eorum.*

Quia

Digitized by Google

Quia prima opinio eſt verior quod poſsit vſufru-
5 ctus conſtitui † Cott. in verb. emphyteota non
poteſt.ad fin. verſ. tamen ad illam legem. Bero.
q.95.verſ.quarto reſpondetur.n. 11.col.penult.
vbi intelligit durãte vita emphyteutæ, quia eo
mortuo reſoluetur late Tiraq. de retract. li-
gnager.§.e.gloſ.7.nu.48.Ruin.conſ.150.nu.14.
lib.3. Roland. conſ. 59. lib. 2. vbi reſpondet
contrarijs,quæ habẽt locum in alienatione af-
6 ferente præiudicium domino,†cum non omnis
alienatio ſit prohibita Iaſ. conſ. 123. lib.4. Pi-
nel.in l.2. p.3. nu.70. & 71.C.de bon.matern.
Peregrin.de fideicom. art.40 n.113.

Secundo etiã Dixi bona emphyteotica de quibus
7 agitur potuiſſe hypothecari ſine cõſenſu† domi
ni,& venire in generali obligatione omniũ bo-
norum. Quoniam per pignus nihil transfertur,
cum remaneat in bonis obligantis,vnde nõ di-
citur alienatio, neque mutat cauſam dominij
l.pignus.C.de pignor. actio. & eſt cõmunis opi-
nio vt per Doctor. in l. tutor. §. fin. ff. eodem
titul. Bart. in l. ſi conſtante. in princ.nu.73.
ſolut.matrimon. Affl.deciſ. 191. in primo dub.
Burſat.conſ.32.nu.17.Rot.diuerſ.deciſ.3.nu.10.
p. 2. vbi de communi.

Neq; obſtat Surd.deciſ.160. nu.1. vbi dubitat an
8 veniant in generali obligatione, † ſubdens ve-
rius eſſe requiri ſpecialem mẽtionem,cum om-
nes Doctores ſolum dicant poſſe obligari ſine
conſenſu Domini, non autem quod veniant in
generali obligatione,& vnum differt ab alio,&
dicit notandum quia per paucos animaduer-
titur, prout etiam voluit Bero.conſ.127.nu.12.
lib.1. de quo Corbul.de cauſ. priuat.ob alienat.
num.3. limit.33.

Quia verior eſt opinio, quod in generali obliga-
tione bonorum veniãt etiam bona emphyteo-
tica,prout ſeruat Rot.per Cardin.Lancellottum
Romana domorum S.Rocchi.3.iunij.1577. Nã
lex fin. C. de iur.emphyt. non ſimpliciter pro-
hibet alienationem,ſed quod non vendatur ius
emphyteoticum,aut in alium non transferatur,
Quæ translatio non fit per pignus, nam rema-
net in bonis pignorantis,neq; immutat cauſam
dominij,vt dictum eſt l.ſicut.8.§.ſi debitor.qui-
bus mod. pign. uel hypo.ſolu. Eo magis quia in
caſu,de quo agebamus,non aderant alia bona,
Tunc enim in generali obligatione veniunt bo-
na prohibita alienari, ne reddatur obligatio
fruſtratoria Marſil.in rubr.de fideiuſſor. n.27.
Gabr.de regul.iur.concluſ.12.n.4. Itaut actori
incumbat onus probandi non adeſſe alia bo-
na Couar.lib.2.uar.reſolut.c.6.nu.2. Rot. in d.
cauſa Romana domorum.

Et prædicta habent locum quamuis ſimus in em-
9 phyteuſi Eccleſiæ, †cum in illas etiam permit-
tatur hypotheca Iaſ. in l.fin.num.78.C.de iur.
emphyt. Neguſ.de pignor.2.m.2.p.num.18. am-
pliat. 6. vbi reſpondet contrarijs. poſt Salic.
in l.fin. nu.6.C. de iur.emphyt. Sub illa enim
generalitate obligat ius ſuum priuatum,nõ Ec-
cleſiæ,quę in hoc non reperitur priuilegiata.
Grat.conſ.55.nu.13.lib.3.

Intellige tamen dummodo obligatio non fiat pro
10 quanto res valet, † tunc enim, quia non eſt
ſpes luitionis requireretur cõſenſus domini l.le
gata.§.inutiliter.de ſuppell.leg. Aleiat.Redoan.
& alij per Corbul. de cauſ.priuat.ob alienat. li-
mit.33.in fin.Surd.deciſ.173.in princ. vbi etiã
quod in ipſa recuperatione noua licentia requi
reretur Affl.in c.imperialem.in princ.nu.39.de
prohib. feud.alien.per federic.

Tertio quo ad executionem Dixi etiam validã eſ-
ſe in bonis emphyteoticis reſpectu fructuum,
11 qui poterunt capi in cauſam iudicati, † & vẽ-
di,atq; obligari pro debitis emphyteutæ ſine
conſenſu domini, & dari in ſolutum per Iudicẽ
donec viuit vaſſallus. Etenim fructus ſeparati
à ſolo ſunt allodiales,nõ feudales, ideo valebit
obligatio reſpectu tamen perſonalis actionis,
non autem vt conſtituatur ius in re Neguſ. de
pignor.2.m.2.p.n.48.& 49. Redoan. de reb. ec-
cleſ.non alien. de conſtit.ann.cenſ.in reb.eccleſ.
n.23.latè Surd.de alim.q.10.tit.4.n.25. uſque
ad 34. vbi indiſtinctè intelligit procedere in
12 quocunque feudo,† ſiue emphyteuſi,etiam ex
pacto,& prouidentia, noua,vel antiqua,ſeu hę-
reditaria, cum ea quæ dicuntur de feudis ha-
beant locum pari ratione in emphyteuſi,quia
tam viuente vaſſallo,quàm emphyteuta eſt lici
ta alienatio fructuum, & executio, prout latè
proſequitur Tiraq.de retr. conſanguin. gloſ. 7.
§.1.n.47. cum ſeq. Doct. in l.ſi finita. §.ſi de
uectigalibus.de damn.inf.& in l.quemadmodũ.
C.de agric.& cenſit.lib.10.Valet enim argumẽ
13 tum à feudo ad emphyteuſim† in his quæ cla-
rè ſunt deciſa Surd.deciſ. 188. n.5.

Imò non ſolum fructus feudi percepti,& penden-
14 tes poſſunt alienari, † ſed etiam naſcituri ad
modicum tamẽ tempus,non longum Bald. in l.
uoluntas.n.6.C.de fideicommiſſ.late Menoch.de
arbitr.cent.6.caſ.460.n.9.vbi n.12. multo ma-
gis admittit in locatione, itaut tempus modi-
cum dicatur ad quinquennium, ſeu verius ar-
bitrio iudicis.

Prout etiam poterit fieri executio in iſtis fructi-
bus,dummodo non fiat in præiudicium eorum,
qui ſuccedunt in feudo,quãdo eſt ex pacto, ſeu
15 prouidentia, ſecus hæreditario,† quia valebit
executio in fructibus futuris, etiam poſt mortẽ
vaſſalli debitoris,cum hoc caſu volens ſuccede
re in feudo debeat eſſe heres,qui tenetur ſatiſ-
facere pro defuncto,quod ſecus eſt in alio ad
quem ſpectãt fructus iure proprio, non ex per-
ſona anteceſſoris Ruin conſ.176.nu.12. & 13.
lib.1.Affl.deciſ.240. n.10.& 11.Menoch. d.caſ.
560 n.17.cum ſeq. Itaut non per hoc liberetur
vaſſallus à præſtatione ſeruitij erga dominum,
cum ipſe teneatur, non creditor,qui obtinuit
huiuſmodi executionem ſuper fructibus feudi.
16 Quaſi Dominus nõ debeat† habere alium vaſ-
ſallum,quã eum,quem elegit Bart.in l.ſi finita.
§.ſi de uectigalibus. n.15.de damn.infect.quid-
quid dicat ibi Alex.cum verior ſit opinio con-
tra eum, ut per Ruin. Affl. Imol. & alios, de
quibus Menoch.d.caſ.560.n.23.& 24.

Amplins etiam poſt mortem Vaſſallus,& emphy-
17 teuta poterit mãdare,vt ex fructibus feudi† ſin
gulis annis erogetur aliquid in opus pium. Iſti
enim fructus tanquam ſeparati à ſolo non ſunt
feudales,ſed dicuntur eſſe hæredis,qui adeũdo
hæreditatem non poteſt ab huiuſmodi graua-
mine ſe eximere *Bald. in c.1. in princ.nu.8. de
ſucceſſ.feud.col.3.in fi.verſ.quaro vaſſallus gra
uat. Pic.in l.titia §. titia cum nuberet. n.125.de
leg.1.Corbul.de cauſ.priuat.ob alienat.ampliat.
49.n.13.* Quicquid dicat *Pariſ.conſ.89. nu.11.
lib.2. & Caualc. de vſufr. n.177.* Quia contra
eos eſt verior opinio,vt teſtatur *Surd. de alim.
tit.4.q.10. n.9.* vbi tamẽ declarat procedere in
18 feudo hæreditario,†ad quod nemo aſpirat,ni-
ſi qui ſit hæres, ideo cogitur obſeruare factum
defuncti, etiam ſi fecerit inuentarium,cum ſe-
cus ſit in feudo ex pacto & prouidentia, in quo
hæres obligabitur ſolum non facto inuenta-
19 rio, † quo caſu non poterit impugnare diſpo-
ſitionem defuncti circa illud feudum *Menoch.
conſ.89.n.67.& de arbitr. caſ.510 n.17.&* 18.

Quarto idem etiam Dixi in cenſu,qui erit validus
quamuis ſit impoſitus ſuper bonis emphyteo-
20 ticis† *Foller.de cenſib. in verb. huiuſmodi cen-
ſualia.n.21. verſ. illud etiam.*vbi quod durabit
vita vaſſalli durãte,nam aperto feudo domino
vel agnatis omnes obligationes peribunt.

Quę tamen ſunt intelligenda de impoſitione cen-
ſus ſuper fructibus,ſecus in re emphyteotica
cum hypotheca,tunc enim non valebit, & po-
21 terit agi ad caducitatem per dominum, † vt
latè cõcludit *Corbul. de priuat. ob alienat.am-
pliat.49. poſt* Rot. *coram R.P.D.Rubeo Roma-
na vinearum de Maximis.4.februar.1577.quæ
eſt in impreſſ.*Rot.*diuerſor.decíſ.480.p.1.* Quo-
niam cenſus eſt perpetuus,& intelligitur vt res
22 immobilis,& venit appellatione † immobiliũ,
*Ang. conſ. 327.nu.1.in fin. Tiraq. de retract.
lignager. §.1. gloſ.6 n. 6. Surd. decíſ. 204. per
tot.*Et ex illius impoſitione transfertur ius rea
le in emptorem,quod nõ extinguitur finita em-
23 phyteuſi,†ſed tranſit ad quemcunq; ſucceſſorẽ
clem. 1. de cenſib. Aim. conſ. 217. nu.4. & 5.
quod ius non poteſt conſtitui per emphyteutã
inuito , vel non ſciente domino *l. fin.* C. *de
iur.emphyt.*

Idẽ eſt in rebus prohibitis alienari, in quibus nõ
valet impoſitio cenſus Bart. *in l. codicillis. 91.
§.conſtituto. n.4.de leg. 2.* Bald.*in c.ad audiẽ-
tiam. il 2. col. 2.de reſcript.* Rot. *diuerſ. decíſ.
121.n.5.p. 2.* Itaut impoſitio ſit nulla ipſo iu-
24 re:† & fructus ſoluti computentur in ſortem
Redoan.de reb.eccleſ.non alien.q. 22. Intelligẽ-
do poſtquam fuit dictum de nullitate cenſus ;
25 Quia fructus antea percepti † non debent im-
putari. Nam impoſitio eſt nulla volente eo,ad
cuius præiudicium actus eſt nullus , vnde dum
non opponit,& tacet fructus exigendo, videtur
habuiſſe actum pro valido, neq; nullitas poſtea
declarata ad hunc effectum poteſt retrotrahi
*Abb.in c. ſi quis presbyterorum. de reb.eccleſ. nõ
alien. Creſcen.decíſ.1.locat.* Et in ſpecie de cẽ-
ſu *eſt deciſio* Rotę *per Cardin. Millin.*Romana
cenſus. 23. iunij. 1600.

Data tamen ſcientia emptoris,quod cenſus fuerit
conſtitutus ſuper re non libera abſque peccato
26 non poterunt recipi fructus , & recepti† com-
putantur in ſortẽ,licet ſtante ignorantia excu-
ſaretur : Ignorans enim debet eſſe tutus à dã-
no *c.2.de conſtitut. Nauar.* in ſpecie *de vſur.
q.26.n.116. & q.29. num.*114. Ideo tunc po-
terit agi ad pretij reſtitutionem *Idem Nauar.
q.27. n.116.in fin.eod. tit.de vſur.*

Et adeo iſta impoſitio cenſus erit nulla in rebus
prohibitis alienari, vt neq; illa permittatur ex
27 cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, †ob
quam grauatus non poterit pro capitali con-
ſtituere annuos redditus,itaut bona ipſa fidei-
commiſſaria ſint obligata creditori tã pro ca-
pitali, quam pro annuis præſtationibus, neque
enim in hoc aderit aliquod priuilegium, prout
in ſorte principali in præiudicium ſucceſſorum
in fideicommiſſo. Nam licet pro capitali do-
tium, poſſunt diſtrahi bona fideicõmiſſo ſubie-
cta *auth. res quæ.C.commun de legat.* Tamen
priuilegium pro ſorte nõ debet extendi ad an-
nuas præſtationes pro ſorte,cum bona fideicõ-
miſſaria non debeant grauari,niſi in caſu tan-
tum permiſſo non extendendo ſupra ſortem.
Prout dicimus de priuilegio conceſſo credito-
ri pro capitali , quod non profertur ad pœnas
Caſtr.in l. & ideo.ff. de compenſat.

Ideo etiam dicimus,quod pro fructibus dotalibus
non competit hoc priuilegium,vt poſsint alie-
28 nari bona pacto ſubiecta.† Ratio quia eſſet ni-
mis præiudiciale,& in totum poſſet ſubuerti fi-
deicommiſſum, cum etiam dotes non præſten-
tur ex bonis,vbi poſſunt haberi ex fructibus bo-
norum *l. mulier. §.cum proponeretur. ad tre-
bel. Iaſ.in auth.res quæ. limit. 12. C. commun.
de legat.* Quare non videtur conueniens æqui-
tati,vt quis retinẽdo dotem in manibus prop-
ter moram ſoluẽdi præiudicare poſsit fideicõ-
miſſo,cum hac ratione omnia fideicommiſſa
29 ſubuerterentur, † Et quamuis potior in ſorte
ſit etiam potior in vſuris *l lucius. de vſur.* Et
priuilegiũ hypothecæ conuentionalis pro ſorte
prolit etiam pro vſuris conuentis *l.lucius. qui
potior. in pign.hab.* Tamen hoc eſt verũ quan-
do vſuræ ſunt permiſſæ ab eo,qui tenetur ad ſor
30 tem illi, qui poteſt † rem tam pro ſorte,quàm
pro vſuris hypothecare, Vnde cum concedatur
ſolum alienatio pro dote tanquam cum minori
incommodo fideicommiſsi, non eſt amplianda
ad fructus dotis , & ita in terminis *eſt deciſio
Rot. coram Cardin. Seraphin. Portuen. bono-
rum de columna. 14.nouembris. 1580.*

Licèt prædicta de impoſitione cenſus ob cauſam
dotis in rebus alienari prohibitis non ſint tu-
31 ta† cum potius videatur tenendum valere hu-
iuſmodi cenſus : Nam habens facultatem alie-
nandi poteſt obligare ſub vſuris *l.magis puto.
§. item prætor. de reb.cor.* Et quamuis poſsit
contingere hæredem grauatum ceſſare in ſolu-
tione cenſuum in ſubuerſionem fideicommiſsi,

hoc

Digitized by Google

hoc tamen non accidit ex partium intentione;
vnde promiſsio eſt potius cōſideranda tempo-
3 re contractus, cuius initium † & origo inſpici
debet *l. nam origo. quod vi aut clam.c. ſactum*
legitimè de reg. iur.in 6. Et ſi conceditur alie-
natio pro dote quod magis eſt, amplius eſt cō-
cedenda conſtitutio cenſus tanquā minus præ-
iudicialis,cum non transferatur neq dominiū
nec poſſeſsio. Contraria autem procedunt in
pęna omnino odioſa, ad quam non debet extē-
di priuilegium ſortis,neq enim interuſurium
33 annui redditus eſt pęna, † ſed quædam pręſta-
tio,quæ ſoluitur loco ſortis, & eſt tanquā ſors,
cum ipſa ſors non poſsit repeti *Socin.Sen.conſ.*
41.nu.5. & 11.lib.4. Franc. deciſ 254. & ita
etiā diſponitur in Conſtitutione Bullę Sanctiſ-
ſimi Pij Quinti ſuper Cenſibus per prædictas
rationes, & alias in ſpecie latè hanc opinio-
34 nem defendit *Milaneſ. deciſ 8. nu.360.vſque*
ad n.380. vbi loquitur in feudalibus,in quibus
permittitur impoſitio cenſus ob cauſam dotis,
quemadmodum alienatio, *ſequitur Peregr. de*
fideicō.art.42.n.96.ver..ex aduerſo cōſideratur.
Quamuis autem propter expreſſam prohibitionē
alienandi incurratur caducitas ob cenſum im-
poſitum in re emphyteutica, ſi fuerit extinctus
35 ante intimatā acceptationem caducitatis† ex
quadā æquitate excuſabitur emphyteuta à de-
uolutione, *Rot.per Card.Seraph.* *Roman.Caſa-*
lis marcilians. 19 ian.1587 & 26.iul.1598.Ro
mana vineæ coram eodem. Quia ius Eccleſię nō
36 eſt factum deterius, † Ideo intrat excuſatio
Bald. in l. qui crimen. q. 11. C.qui accuſ. non
poſſ. Seraphin. priuil.iuram.48.n.10.Caputaq.
deciſ.230. nu.3.lib. 2.
Adde tamē his quæ dicta sūt de emphyteuſi,quod
37 veniant in generali obligatione bonorum, † vt
non procedat,quando eſſent expreſſe prohibita
alienari, & hypothecari,tunc enim pignus ſeu
hypotheca eſt ipſo iure nulla *Fulgoſ.conſil.213.*
col.4.in princ. verſ.nam ſi nulla.per tex. in l.ſi
creditori.§.ſi.de diſtract.pignor. Alciat. & alij
per Corbol. de priuat.ob alienat. limit.33.n.5.
Amplia etiam quod adſit clauſulà ad habendum,
tenendum &c. per quam licèt videatur quod
38 emphyteuſis ſit perpetua † vnde dominus co-
getur præſtare conſenſum quoties fuerit requi-
ſitus *Corn.conſ.250.n.2.lib.3.Burſat.conſ.256.*
n.6. & 11.lib. 3. Tamen aliud eſt quærere,an
volente emphyteuta obligare rem emphyteo-
ticam dominus debeat præſtare conſenſum,
Aliud an conſenſu nō præſtito intret hypothe-
39 ca † ſtante prohibitione alienationis,quia non
ſequitur ſine conſenſu illam fuiſſe quæſitam.
Debet enim cōcurrere voluntas hypothecātis,
quæ non cenſetur adeſſe, ſi fuit prohibita alie-
nari,prout in ſpecie concludit *Bero. conſ. 117.*
n.11. cum ſeq. & ſequitur *Rot. per Cardin. Se-*
raphinum Romana *vineæ. 26. iunij. 1598.* vbi
etiam quod licèt in prohibitione non fuerit ap
poſita pœna deuolutionis, tamen intelligitur,
cum prohibitio ſub vno,& eodem contextu cō-
tineat oēm alienationem,per quā intrat deuo-
lutio: Vnde multo magis impediet hypothecā.
Alias verum eſt quod non poteſt emphyteutæ
denegari licentia,quia dominus tenetur cōſen-
40 tire illi alienanti: † ſi is in quem translatio
fieret ſit habilis, & non inimicus, itaut diſſen-
tiendo diceretur fieri iniuria *Burſat. Cardin.*
Corn. & alij per Surd. deciſ. 220.nu.55. vbi
dicit eſſe veriorem opinionem : quicquid con-
trarium ſequatur *Natt. conſ 165. nu.3.* Ideo
quando dominus conſentire tenetur, & recuſat.
41 conſenſus habetur pro præſtito, †& fieri poteſt
ſine eo alienatio,ſaluo tamen aſſenſu *Rol.conſ.*
56.nu.16.lib.4. Menoc.de arbitr.caſ.182.nu.11.
In caſu tamen in quo eſſet prohibita hypotheca
ſub pœna priuationis nō incurreretur in eam,
neq; eſſet inducta caducitas, licèt empytheuta
non ſeruando promiſſa hypothecam ſimplicem
conſtituerit ſine traditione. Nam quamuis pi-
42 gnus † conſtituatur nudo conſenſu, Tamē non
dicitur alienatio, aut pignoratio perfecta ante
traditionem, & verba ſunt intelligenda cum
effectu, dummodo hypotheca non eſſet pro ea
quantitate, quæ excluderet veriſimilitudinem
43 luitionis,aut traditio non fieret†per conſtitu-
tum,quia tunc etiā incurreretur pœna *Neguſ.*
qui ita omnia declarat *de pignor. 3. m. p. 2. in*
fin.nu.78. verſ. inſurgit.& n.79.verſ. intelli-
gendo tamen.& nu.81. verſ. eſt ergo concluſio.
poſt Bald.in c.1. §.aut ſi libellario.col.vlt.verſ.
ſequitur in text.n.4.& verſ.& nota quod vide-
tur.nu.5. quib. mod.feud. amitt. & multū no-
tandum *dicit Corbul.de cauſ. priuat.ob alienat.*
limit. 33. num. 5. vbi ampliat quamuis fuerit
promiſſum cum iuramento, nam imponitur
emphyteutæ pęnitentia propter periurium *c.ſi-*
cut ex litteris. de ſponſalib.
Intellige etiam non eſſe ſemper nullam hypothe-
cam rei emphyteoticæ, quamuis fuerit prohibi
ta in ſpecie,nam valebit extra illum caſum,pro
quo fuit facta prohibitio: Ideo non dicitur pro-
bitus emphyteuta hypothecare ex cauſa, vt
adimpleat promiſſa in contractu conductionis,
& ſic pactum quod melioramenta non poſsint
hypothecari ſub pæna deuolutionis non habet
locum in hypotheca melioramentorum facta
ad finē,vt illa fieri poſsint,ad quę facienda con
ductor ſe obligauit *Rot. & alij de quibus per*
Corbul.dicta limit.33.in fin. Quoniam hoc vi-
detur eſſe ex voluntate concedentis,ex qua illa
hypotheca eſt apta comprehendi,nec trāſit ad
perſonas extraneas, quarum reſpectu eſt facta
prohibitio *Grat.conſ.54.n.8. lib.1.*

E P I T O M E.

Legitima quamuis aucta per ſtatutum An debea-
tur titulo inſtitutionis. Alimenta ſubrogata
loco legitimæ, quando tranſeant ad hæredes.
Filiæ excluſæ ſi per ſtatutum mādetur aliquid
dari, an diſpoſitio ſit nulla ſi illud non detur.
Modo non impleto quādo priuatio inducatur.
Legitima an in vita patris ſit filio debita,itaut
ei ſuccurratur contra patrem diſsipatorem, &

14 concernat † fauorem ipſius hæredis non indu-
citur priuatio, ſi modus non impletur *l. titio.
centum. in princ. de condit.& demonſtr. Alex.
conſ.127.viſo proceſſu.col.1.poſt med.n.4. verſ.
nec dicã quod attento. lib.* 7. ſecus quando reſ-
15 piceret fauoré teſtatoris,†aut tertij, tunc enim
ille modus eſſet cauſa finalis inſtitutionis *Bald.
conſ.219.lib. 2. Aim.conſ.79. n.4.* vbi etiã *n.7.*
quod requiritur monitio vt impleat, quamuis
16 eſſet appoſitus per teſtatorem terminus† intra
quem deberet hæres implere *§. ſi quis autem.
auth. de eccleſ. tit.* Gozzad. *conſ.34.circa pri-
mum dubium.n.7. verſ. nec obſtat quod voluit.
col.2. ad medium.* Corn.*conſ.208. circa præſen-
tem.n.1. in fin. col.2. in fin. lib.1.* itaut in du-
17 bio potius debeamus interpretari modũ,† quã
conditionem *Bart. in l. cum mota. C. de tran-
ſact. vbi* Dec. *de communi n.6.* quicquid con-
trarium dicant *Aleiat. Pariſ. & alij de quibus
per Card. Mant.de coniect.lib.10.tit.5.nu.12.*
qui teſtatur contra eos eſſe, veriorem opinioné.
Mandoſ. qui etiam de cõmuni *in addit.ad* Lap.
alleg.87.in fin. Alb.conſ.4.n.34. Thob.*conſ.38.
Maſquard. in verb.conditio.concluſ. 343. nu.1.*
Rot.*diuerſ.deciſ.39.p.1 nu. 5.* Tiraq. *de retract.
conuent.§.1. gloſ.1.nu.76.*

Adde in materia legitimæ, quoad alias fuit quęſi-
tũ, vt nõ ſolũ debeatur filijs poſt morté patris,
18 ſed etiam in vita,† itaut ſuccurratur illis con-
tra patrem diſsipatorem, vt reſeruetur, & ali-
menta percipiat *Lancellot.Dec.* qui de commu-
ni *in l.lis nulla.in fin ff. de iud.* ſiue culpa, ſiue
in fraudem diſsipet Ceual.*q.506.in fin.* vbi li-
19 mitat hoc non procedere in parentibus,† qui-
bus pro prædictis non datur iudicis officium,
Soar. in l. quoniam in prioribus. ampl.16. n.9.
C. *de inoff.teſtam.*

Nec obſtat *Pinell. in l.1.p.3.n.75.C.de bonis ma-
tern.* vbi concludit quod in praxi eſſet difficile
obtinere, vt dicto caſu debeatur legitima; pro-
ut illam non deberi dixit *Bald. in l.2. ad med.
verſ. ſed pone pater habens. ibi.item hoc prodeſt.
C.ſi in fraud.patron.alienat. à libert. facta ſit.*
Ideo tutius illa opinio procedet in alimentis,
quæ magis debentur viuente patre *Fab.Ann.in
addit. ad Io.Vincent.Ann.ſing. 531.* Quia re-
ſpectu filiorum eſt verior opinio, quod debea-
tur legitima, prout ita iudicatum dicit *Ceual.
d.q.506.in fin. Peregr.de fideicom.art.36.n.16.*
vbi quod eſt humanior ſñia, laté *Surd. de alim.*
20 *tit.8.priuil.26.n.*10. Quia nõ exigitur† in hoc
caſu à patre legitima ante diem, & obitũ illius,
neq. enim poteſt dici ſolutio, ſed eſt potius quę
dam aſſecuratio, vel interdictio adminiſtratio-
nis: Nam debitum pro alimentis, ad quæ tene-
tur pater eſt ſub conditione, vel in diem, qua
pendente cauendum eſt, vt pater non ſit ſoluen-
do, quando dies, vel conditio aduenerit, quaſi
facienda ſit prouiſio, ne grauetur filius cui de-
21 bentur alimenta, † prout dicimus de vxore,
quæ petit dotes collocari in tuto, quãdo mari-
tus illas malé adminiſtrat *l. vbi adhuc. C. de
iur.dot.Caſtr. in l.imperator.n.6.ad trebell.*

Neq; obſtat quod dicebatur de cautione per pa-
22 trem oblata,† per quam poteſt prouideri indé-
nitati filij *Iaſ.in l.ſi conſtante.n.197.ſolut.ma-
trim. poſt* Imol. *in l. imperator. ad trebell. &
Bart.in l.ſi quis pro eo.§.1.ff.de fideiuſſ.* Nam
quidquid ſit in alijs caſibus, inter patrem, & fi-
liũ, non eſt locus fideiuſsioni, quãdo agitur pro
23 legitima,† & alimentis ob dilapidationem, cũ
tutius ſit aſsignari aliquid, ex quo illa percipiē
da ſint, quam ſe committere fragilitati cautio-
nis *Bald. in l.2.C.de his quæ in fraud.patr.Ber-
trand conſ.108.nu.3. lib.1. Surd.de alim.tit.8.
priuil.88.n.* 3. vbi quod hæc eſt verior opinio:
Nam ſi contingeret agi propter diſsipationem
contra fideiuſſores, interim filius grauaretur,
Prout eſt in dote, & donatione propter nuptias
24 quarum reſtitutio non debet euitari,† etiam ſi
offeratur cautio per maritum in caſu vergétię
ad inopiam *gloſ. in l.vbi adhuc. in verb.ad ino-
piam.ad fin.* C.*de iur.dot.*Bart. *in l.ſi conſtan-
te. col.8.quæſt.10.prima part.n.46.& ibi Alex.
col.8.nu.19. ff.ſolut. matrim.Lup.in c.per ve-
ſtras.§.6.in 2.intell.et §.33. ampl.12.de donat.
int.vir.& vxor. Put.deciſ.359. in princ. lib. 3.
dixi deciſ.194.n.13.*

E P I T O M E.

In alienatione rerum Eccleſiæ quãdo debeat pro-
bari verſio pecuniarum in illius vtilitatem, &
an cauſa debeat eſſe perpetuo duratura, itaut
ſufficiat à principio illam eſſe talem. Tēpus
alienationis an inſpiciatur ad cognoſcendum
ſterilitatem, & quando detrimentum futurum
debeat conſiderari in re, quæ vendi non poſſet
niſi modico prætio propter bellum. Modus
an conditio dicatur ſi prætium ſit conuerten-
dum in aliquam cauſam Et quis ligetur em-
ptor, an venditor ad probandum talem conuer-
ſionem, ſi fuerit conceſſa licentia vendendi, vt
conuertatur pecunia in aliud ſtabile. Et an
huiuſmodi onus cenſeatur remiſſum, ſi ſolutio
fiat eidem, pro quo fuit initum pactum reinue-
ſtiendi. Fructus quando reſtituantur in actu
celebrato contra diſpoſitionem iuris, ſeu ſta-
tuti. Cenſus factus per Eccleſiam ad ſeptem
pro extinguendo alium ad octo an dicatur ex
cauſa neceſſaria, ita vt in eo emptor teneatur
probare conuerſionem pecuniarum.

S V M M A R I V M.

1 Probatio conuerſionis in vtilitatem Eccleſiæ requiritur ſolum in mutuo, depoſito, & venditione.

2 Conuentio vt extinguatur cenſus dummodo pecuniæ redigantur in emptionem ſtabilium facit, vt venditor non liberetur, niſi probet conuerſionem in illam cauſam. Fallit n.5.

3 Exceptio non implementi repellit agentem, etiam in inſtrumento cum obligatione camerali. num. 4.

6 Conuerſio in vtilitatem Eccleſiæ eſt proban-

da

Digitized by Google

da de cauſa perpetuo duratura, & ſufficit à principio illam eſſe talem quamuis poſtea nõ duret, & quæ dicatur iſta vtilitas. n.7.

8 *Negotium ſufficit à principio geſtum vtiliter.*

9 *Tempus alienationis inſpicitur ad cognoſcendũ ſterilitatem rei alienatæ per Eccleſiam, quãuis poſtea ſit facta prætioſa, & quando detrimentum futurum ſit conſiderandum ſi eſſemus in re, quæ non poſſet vendi, niſi modico prætio propter bellum. n.11.12. & 13.*

10 *Induſtria emptoris rem augentis non debet eſſe ſibi damnoſa.*

14 *Pactum de reinueſtiendo pecunias redactas ex cenſu an ſit nullum, & tollat libertatem redimendi cenſum. & n.16.*

15 *Conſtitutio non comprehendit præterita, ſed futura.*

17 *Impeditus non dicitur qui poteſt facilè remouere impedimentum.*

18 *Pecuniæ minorum, & ſimilium debent poni in tuto, vt pro illis conſeruentur.*

19 *Conditionis natura eſt vt impleatur ante executionem actus.*

20 *Effectus verborum debet conſiderari.*

21 *Modus dicitur non conditio ſi prætium eſt conuertendum in aliquam rem ſtabilem.*

22 *Onus conuertendi pecunias in aliam cauſam videtur remiſſum, ſi ſolutio fiat eiaẽ pro quo fuit initum pactum reinueſtiendi. & n.23.*

24 *Rector non præiudicat in quæſitis eccleſiæ quid quid ſit in quærendis.*

25 *Licentia alienandi ita tamen, quod prætium ſubrogetur in aliud prætium an liget eum qui vendit, ſeu emptorem, & n.26. & 27.*

28 *Venditor tenetur probare fundum eſſe idoneũ ſtante promiſſione quod prætium conuertatur in emptionem prædij ſecuri.*

29 *Fructus reſtituuntur quando actum eſt nulliter contra diſpoſitionem iuris. & n.31. & 32.*

30 *Faciens actum contra diſpoſitionem iuris, aut ſtatuti dicitur in mala fide.*

Paria ſunt titulum non habere, aut eum qui ſit nullum.

32 *In alienatione rei Eccleſiæ, vel minoris, quando emptor debeat curare pecuniam conuerti in cauſam propter quam ſit alienatio. & nu. 35. & 36.*

47 *Cenſus factus per Eccleſiam ad ſeptem pro extinguendo cenſum ad octo. nõ dicitur ex cauſa neceſſaria, & in eo emptor non tenetur probare conuerſionem pecuniarum, & n.38.*

CAPVT XLV.

PEr retrouenditionem cenſus, de quo actum fuit in caſu mihi propoſito videbatur dicẽdum conſtare de liberatione rei conuenti, itaut amplius nulla actio contra eum competat, cũ fuerit ſublata per ſolutionem factã Rectori Altaris, de qua in proceſſu, quamuis non fuerit probatum prætenſas pecunias ſolutas fuiſſe cõuerſas in vtilitatem eiuſdem Altaris; cum iſta probatio ſolum requiratur in mutuo, depoſito,
1 & venditione pro debito Eccleſiæ † quorum nullus eſt caſus de quo agimus: quia in alijs cõtrahens cum Eccleſia non debet eſſe ſollicitus de conuerſione in vtilitatem illius *Card. in c. ex præſentium. col. 1. verſ. & hoc vult. in 2. oppoſ. n.2. de pignor. Innoc. in c. 1. in princ. depoſ.* quẽ dicit communiter approbari per Canoniſtas, & Legiſtas *Rom. conſ.440 non eſt dubium. ad med. verſ. ex his ergo primo concludo.* Quicquid contrarium voluerit *gloſ. fin. in l.1. C. de venden. reb. ciuitat. lib.11.* Quia contra eam eſt verior opinio, & magis cõmunis, vt teſtatur *Dec. conſ. 36. pro tenus. col. 6. ad med. verſ. tertio principaliter. & conſ. 329. concluſum ſuperius. col. 1. poſt med. n.2.* & fuit deciſum *per Rotam coram Cardin. Seraphino Anconitana terrarũ. 23. iunij. 1578. Socc. conſ. 15. viſis prædictis. col. 7. ant. med. nu. 22. lib. 1. Surd.* qui de communi, & magis veriori opinione *deciſ. 156. in fin.*

Contrarium Dixi quia in conſtitutione cenſus de
quo agimus adeſt particularis conuentio, vt ſit
2 in facultate illum extinguendi, † dummodo pe-
cuniæ redigantur in emptionem ſtabilium, aut
alterius cenſus, itaut cõſeruentur pro dicto al-
tari; Vnde huiuſmodi forma, & pactum erat
ſeruandum, vt per illam ſolutionem debitor eſ-
ſet liberatus, & ideo debebat probari pecuniã
fuiſſe conuerſam in illam cauſam, pro qua fuit
facta extinctio cẽſus, prout in terminis conclu-
dit *Alex. conſ. 4. in fin. lib. 3. & ibi* Natt. *in ad-*
dit. in verb. quod pecunia. Abb. conſ. 4c. col. 2.
verſ. tertio defectus. ibi ergo non potuit ſub n.1.
lib. 1. Surd. conſ. 181. num. 11. & 12. lib. 2. poſt
Dec. in l. ciuitas. in fin. ſi cert. pet.

Etenim iſta exceptio nõ implementi repellit agẽ-
3 tem, † cum ſit adeo fauorabilis, vt non cen-
ſeatur excluſa, quamuis ſtatutum tolleret om-
nes exceptiones, itaut etiam parte non op-
ponẽte iudex ex officio poſſit ſupplere *Bald. in*
l. ſi ſoluturus. de ſolut. per tex. in l. iulianus. §. of-
ferri. de actio. empt. Aim. conſ. 151. col. 3. nu. 9.
in fin. verſ. iſta tamen diſputatio. Rimin. Iun.
conſ. 636. nu. 18. vſque ad n. 21. lib. 6.

Quamuis ſimus in inſtrumento cum obligatio-
4 nẽ camerali, † quod retardatur per huiuſmodi
exceptionem non implementi *Dec. conſ. 119.*
Galleſ. ad form. obligat. Camer p. 4. nu. 7. Alban.
ad Bart. in l. fideiuſſor. §. prætor. qui ſatiſd. cog.
Magon. deciſ. Lucenſ. 11. num. 8. Oſaſc. deciſ.
50. num. 8. & 9.

Quæ magis procedũt in caſu de quo agimus quia
iſta non fuerunt narrata per modũ cauſæ emp-
5 tionis alterius cenſus, † ſeu aliorum ſtabilium
puta ſi fuiſſet dictum, quod pecuniæ reductę ex
cenſu inſeruiebant pro ſoluẽdo prætio alterius
domus, ſeu cenſus; tunc enim nõ noceret emp-
tori ſeu ſoluenti, & ſolutio eſſet rectè facta, quã
uis prætium non fuiſſet conuerſum in vtilitatẽ
Eccleſiæ, ſed in proprios vſus Abbatis aut Re-
ctoris, cum ſufficiat quod recipiens confiteatur
ſe ob illam cauſam recepiſſe, quamuis mentia-
tur *Bart. in auth. hoc ius porrectum. col. fin. ad*
med. verſ. quid dicemus. n. 17. C. de ſacroſ. ec-
cle-

Digitized by Google

cleſ.Caſt.in l.1.§.non autem.ad fi.n.4.verſ.alia
regula.de exercit.action.Dec.conſ.329.concluſio
ſuperius.col.2.poſt med.n.2.verſ.vnde conſiderã-
dum eſt Rot.per Car.Seraphin. Romana fideiuſ-
ſionis 13.may 1596. & coram R.P.D.Comitulo
Romana vinea 21.april.1589.

Et adeo erit probanda per ſoluentem huiuſmodi
conuerſio pecuniarum in vtilitatem Eccleſiæ,&
Altaris, vt etiã requiratur probatio,quod fue-
6 rit facta † in cauſam perpetuo duraturam,cum
alias nõ diceretur verſum,niſi duraret verſum,
ſufficiet tamen, quod à principio cauſa de ſui
natura eſſet durabilis, licèt ex euentu poſtea
non extiterit talis Cardinal. in clem. 1. de reb.
eccleſ.non alien.col.6.ad med. verſ. tertio quæro
num.27.& in cap.quod quibuſdam.col.penul.de
fideiuſſor.& ibi Abb.colum.2.in fin.verſ.ſed ad-
uerte.nu.8.Caſtr. conſ.337.primo quæritur. in
princ. lib.1. vbi exemplificat in refectione do-
7 morum, † quæ dicitur vtilitas perpetuò dura-
tura,& in emptione ſtabilium,& in quacunque
alia expenſa neceſſaria Eccleſiæ, vt alimentis
Monachorum,veſtibus,ſolutione debitorum,&
ſimilium ſequitur Menoch. de arbitr. caſ. 432.
n.41.Maſq.de probat.concluſ.1161.n.39.& con-
cluſ.728.in prin.

Et ratio eſt, quia ſufficit negotiũ eſſe geſtum vti-
8 liter à principio,cum nõ attendatur † quod po-
ſtea contingit l.ſed an vltro. §. 1.de neg. geſt.
l.2.C.eod.Surd. de alim. q.41. titul.9. num.39.
Et ſatis eſt quod tempore contractus res dica-
tur vtilis,quãuis poſtea efficiatur deterior:Pro-
ut è contra, vt res Eccleſiæ dicatur ſterilis,ſeu
infructuoſa inſpicitur tempus. quo fit alienatio
9 nulla habita conſideratione,† quod poſtea præ-
tioſior fiat l. ſi voluntate. C. de reſcin. vend.
& ita in ſpecie concludit Io. de Plat. in l.2. ad
fin. in 5. notab. C. de præd. & omn. reb. nau-
cul.lib.10. vbi dicit notandum contra alienan-
tes rem Eccleſiæ modici valoris, ſeu domum
10 ruinoſam,qui prætextu læſionis † poſtquam eſt
facta fructifera volunt reuocare alienata,
quaſi Eccleſia ſit decepta,quod non licèt.Quo-
niam induſtria emptoris rem augentis non
debet ſibi eſſe damnoſa l. fin. C. de alluu. &
palud. & iſta eſt verior opinio Socc. conſil. 48.
viſo inſtrumento n.3.lib 4.Cor.conſ.15.licèt cla-
ram.n.9.col.3.in fi.verſ.nec obſtat tertium.lib.4
Ann.conſ.188.col.2.in princ.nu.4. & conſ.114.
nu.15. Ang.conſ.312.prout patet.col.3 ad med.
verſ.ad illud autem.n.5.Surd.de alim.priuil.56
tit.8.n.78.Rot.per Car.Seraphin.Anconſtan.ter-
rarum.13.iuny 1578.

Verum eſſet quod detrimentum futurum deberet
conſiderari in alienationibus rerum Eccleſiæ,
quando eſſemus in re,quæ non poſſet vendi,niſi
11 modico prætio propter bellum,† vel quid ſimi
le,ex quo enim non reperitur emptor vrgente
neceſſitate vendendi, computari debet prætiũ,
quanti in futurum poſſet vendi, vel caueri, ſi
poſſet plus poſtea vendi. Quoniam prætium di-
minutum cauſa belli non eſt iuſtum, tanquam
temporale, quod ſperatur ceſſaturum Caſtr.
conſ.109.col.1.ver.nec obſtan.teſtes inducti.lib.1
& in ſpecie eſt deciſio Rot.diuerſ.65.nu.5.p.2.
poſt Affl.deciſ.87.n.3.

Intelligendo quando res ipſa manet ſemper in eo-
12 dem ſtatu,itaut non efficiatur deterior, puta
quando ob bellum,res aliquod damnum nõ ha-
bet,videlicet quia domus exiſtens in loco vexa
to per bellum permanet ſine aliqua ruina, aut
damno, tunc enim eius valor æſtimatur,etiam
reſpectu futuri temporis ceſſante bello, ſecus ſi
domus propter bellũ eſſet effecta deterior, aut
13 vinea,ſeu ager ſiluoſus,& incultus,† nam tunc
ſufficit æſtimatio temporis alienationis, ita in
puncto declarat d.deciſionem Menoc.conſ.162.
in addit.de arbitr.n.31.

Non obſtat quod pactum, ſeu conditio reinue-
14 ſtiendi pecunias videatur nullum, † quaſi tol-
lat liberam facultatem redimendi cenſum con-
tra formam Conſtitutionis Sanctiſſimi Pij V.
Conditio enim detrahit de eſſe obligationi, &
quanto plura impedimenta occurrunt,eo diffi-
cilior eſt exitus, nam pura obligatio fortior,
conditionalis autem debilior Bald. in l. fundi
partem.de contrah.empt. Bellam. conſ.33. quod
ſi ad perſonas.col.11.n.11.

Quia ommiſſio,quod cenſus fuit factus ante Con-
ſtitutionem,vnde in ea non includitur,cum ſta-
15 tutum † non cõprehendat præterita,ſed futura
l.leges.C.de legib.Bar.in l.omnes populi. quæſt.
2.q.5.princip.n.40.de iuſt.& iur.Doctor.in cap.
final.de conſtitut.Roman.conſil.333.quo ad pri-
mum.n.1.Reſpondetur non impediri per huiuſ-
16 modi conuentionem, † quod non poſſit liberè
extingui cenſus.Neque enim dicitur ſublata fa-
cultas redimendi,cum de facili poſſit huiuſmo
di impedimentum remoueri,quo caſu non dici
17 tur † quis impeditus Felin.in c.ex tranſmiſſa.
col.1. de præſcription. Bartol. in l.ſed & ſi per
prætorem.§.1. verſ.ſed nec ad eos.ex quib. cauſ.
maior.Boer.deciſ.40. in fin.Ann. conſ.1. pro ge-
nero.n.89. Surd.deciſ 189. nu.28.cum ſeq. Ideo
imputet ſibi,qui non curauit, vt pecuniæ collo-
carentur in tuto;cum potuiſſet illas deponere,
donec in bonis ſtabilibus reinueſtirentur prout
quotidie videmus ita fieri in pecunijs minorũ,
18 Eccleſiæ,& ſimilium perſonarum,† quæ debent
pro illis cõſeruari l.ſi tutor.§.ſi poſt.de admin.
tutor. Gabr. conſ. 27. lib.1. Honded. conſil.38.
lib.2.

Preterea prius debebat extingui cenſus,& poſtea
fieri emptio aliorum bonorum, Vnde nõ poteſt
19 dici extare aliqua cõditio, cuius natura eſt, †
vt impleatur ante executionẽ actus,quare cum
hoc ſit implendum poſtea,dicitur modus,nulla
habita conſideratione, quod diſponens loqua-
tur per verba cum pacto, & conditione. Quo-
20 niam eſt † conſiderandus effectus verborũ,nõ
prolatio Bar.in l.quibus. §. termilius.de condit.
& demonſtr.Alex.conſ.119. viſo proceſſu. col.1.
ad med.verſ.& licèt in dictis locis habeatur.li.1
Aretin.conſ.93.viſo legato.in fin. Ann. conſ.57.
in princ.verſ.& primo conſidero.

Et ita in terminis conuerſionis prætij in aliquam
rem,

21 rē, † quod ſit modus dicit Surd. deciſ.156.n.5.
Minus obſtat quod reſtitutio pecuniarum huiuſmodi cenſus ſit facta eidem Rectori, cum quo fuit initum pactum reinueſtiēdi pecunias; Vnde cum per eum ſimpliciter fuerint illæ ac-
22 ceptę videtur remiſſum dictū onus, † itaut ſolutio dicatur legitimè facta, & approbata extinctio non obſtante inobſeruantia conuentionis l.quidā ex parte.de euiction.Caſtr.conſ.330 col.2.ad fin.lib.2. & multis ſimilibus comprobat Aim.conſ.106.n.1. vſq; ad n.4.
Quia prædicta procedunt vbi ageretur ſolum de
23 intereſſe ipſiuſmet recipientis, † ſecus in caſu noſtro,in quo erat quæſitum ius cappellæ, ſeu altari,pro cuius conſeruatione debebant pecuniæ reinueſtiri, itaut non poſsit Rector pręiu-
24 dicare † ſuæ Eccleſiæ iu quæſitis, quicquid ſit in quærendis Doct.in l.iubemus nullā.in princ. C.de ſacroſ. eccleſ. Rom. conſ. 184. viſis quæ narrantur.n.2.Ruin.conſ.156.n.19. lib.1.Lap. alleg.25. diſputat. in fin. vbi latè Mandoſ. in verb. prælatus. & in verb. federicus. Iaſ.in l. legatum. in fin. num.21. verſ. tertio pro iſta parte. de leg.1. Bald. in auth. ſi qua mulier. in fin. C. de ſacroſ. eccleſ.
Nec facit quod conuerſio pecuniarum in bonis ſtabilibus debebat arctare Rectorem altaris,nō
25 autem illum qui cenſum extinxit,†prout dicimus de licentia alienandi cum clauſula, ita tamen quod prætium ſubrogetur in aliud prędiū, nam iſta non ſpectāt ad emptorem,ſed ad eum qui vēdit,vt in terminis dicit Molin. de primogen.hiſpan. lib.4.c.4.n.20. & multa ſimilia adducit Surd. deciſ.156. n.4.& per tot.
Quia illa procedunt in dubio,quando non cōſtat,
26 cui fuerit impoſitum onus ſubrogandi,† cum æquius ſit ſpectare ad venditorem, cui licentia ſuffragatur,Nam quis non debet eſſe ſollicitus de perſona contrahentis l.1.§. non autem. de exercit. l.fin. eod. tit. ſecus in caſu noſtro, cū ex inſtrumēto clarè appareat ſpectare ad eum, qui prætendit extinctionem cenſus,vnde debet ex parte ſua adimplere,vt ſolutio dicatur eum liberaſſe Alex.conſ.4.in fin.lib.3. cum alijs ſu-
27 pra allegatis.† Iſta enim qualitas in pacto extinctionis cenſus appoſita eſt probanda vltra extinctionē Bart.in l.1.§. quod autem ait prætor.de vi bonor.raptor.Surd.conſ.130. nu.1.& deciſ.320. n.6. 12. per tot. vbi ex hoc concludit venditorem teneri ad probandum fundum
28 eſſe idoneum ſtante promiſsione,†quod prętiū conuertatur in emptionem prædij ſecuri, cum hoc ſit interpretandum ad fauorem illius, qui voluit ſibi proſpicere reſpectu cuiuſcunq; euictionis,& ſecundum ſubiectam materiam l. ſi ſtipulatus.de vſur.Alex.conſ. 35. viſo proceſſu. nu.11. col.4.lib.4.
Stāte igitur nullitate extinctionis cēſus Dixi etiā ſoluentem nō fuiſſe liberatū,ideo ad fructus te-
29 neri,† qui regulariter veniunt quando contra diſpoſitionem iuris nulliter actum eſt l.non ſolum. C. de præd. minor. Dec.conſ. 403. col. 5. n.19.Rimin. Iun. conſ.5. n.41.Imol.conſ.73. in caſu propoſito. in fin.n.9. verſ.item aduertendum. Quoniam faciens actum contra iuris, &
30 ſtatuti diſpoſitionem cenſetur † in mala fide Rom.conſ.54.viſis circa.col.3.nu.5. verſ. ſecundo idem colligitur. Socc. conſ.29. viſo quodam. col.antepen. in fin.num.22. verſ. verum prædictis. lib.1. Aim. conſ.134. n.16. Ideo etiam te-
31 netur ad fructuum reſtitutionem † l. vbi lex. de vſucap. quæ loquitur per dictionem nihil, quaſi; excludat etiam fructus Rom. & Crot.in l.1.§. ſi uir uxori. de acquir. poſſeſ. Quorum opinionem tanquam magis veram, & communem pluribus defendit Lamberteng. de cōtract. gloſ.1.n.119.& 123. cum ſeq.Caſſad.deciſ. 11. quærebatur.nu.8.in fin.poſt Bart.in l. ſed ſi lege.§.ſcire. circa med. verſ.ſed contra prædicta. de petit. hæred. Bald.in l.pro oneribus. ad med. C.de iur. dot.Felin. in c. de quarta. col. 10. ad med.verſ. ſecunda reſtrictio. de præſcript. Ang. conſ.160. domina catherina. in fin.
Itaut nulla cauſa excuſet à fructibus, quando ius
32 reſiſtit, † quidquid contrarium dicāt Neuiz. conſ. 77. n.22.Burſat.conſ.73.nu.30.Becci.conſ. 95.n.24. qui volunt ſententiam Iudicis facere bonæ fidei poſſeſſorem,quamuis nulla declaretur, maximè quando fructus ſunt conſumpti. Quia cōtra eos eſt verior opinio, & magis cō-
33 munis. Paria enim ſunt† non habere titulum, vel cum habere, qui ſit nullus,neq; auctoritas Iudicis inordinatè procedentis debet excuſare, Vnde cum ius reſiſtat veniunt fructus, ſiue extent,ſiue non, prout latè concludit Surd.deciſ.45.n.8. vſq; ad 17.
Ex prædictis colligitur verām diſtinctionem eſſe quam alias Dixi ſeruandam, quod quando ſit alienatio rei Eccleſiæ,vel Minoris ex cauſa ne-
34 ceſſaria†pro ſoluendo ære alieno,tunc emptor debet curare pecuniam conuerti in ſolutionem illius,propter quod fuit vēditum Innoc. in c.2. n.2. vbi communiter Doctor. depoſ Couar. lib. 2. var. c.17.nu.3.
Aut non ex cauſa neceſſaria,ſed voluntaria prop-
35 ter vtilitaté Eccleſiæ,vel minoris,† tunc emptor non tenetur probare huiuſmodi verſionem Dec.conſ.36.pro tenui facultate. col. 6. ad med. n.8.latè Molin.de hiſpan.primogenit.c.4.lib.4. n.20.vſq. ad n.24.
Iſta diſtinctio approbatur per Rot. coram R. P.D. Bubalo Roman.cenſus.23.ianuar.1591.& corā R. P. D. Penia Romana cenſuum de romulis.
36 18.iunij.1599.& ibi Bubal.declarat,† quod in primo caſu procedit deciſio Rubei Romana domus de pincionibus.In ſecundo caſu Auximan. bonorum & Anconitan. terrarum. 1578.coram Cardin.Seraphino.
Vnde ſi Eccleſia faciat cenſum ad ſeptē pro extinguendo cenſum ad octo,ſeu decem, licèt cēſus ſit nullus ſine debitis ſolemnitatibus, tamē reſtituenda eſt pecunia,quia nō fuit factus cen-
37 ſus ex cauſa neceſsitatis, † neq; eſt probanda verſio pecuniæ,& poterit agi contra Eccleſiam, quando Canonici ſe obligarunt,non vt ſinguli, ſed tanquam vniuerſi,& prout Collegium gloſ. fin.

Digitized by Google

ſin. in authen. hoc ius porrectum. in uerb. probet C. de ſacroſanct. eccleſ. Alex. in l. ciuitas n. 11. ſi cer. pet. Rui. cõſ. 68 n. 7. lib. 1. R. P. D. Penia ibid. cum præſertim venditores cenſuum non poſſint cogere ad reſtituendum prætium, vt in Bulla cenſuum *Soce conſ. 41. num. 5. & 11. lib. 4. Franc. deciſ. 254.*

E P I T O M E.

Verbá pleno iure, liberè, plenariè, iure proprio, & ſimilia quid importent, & an libellus habentis directum dominium valeat, ſi petitio facta fuerit cum clauſula pleno iure. Trebelianica, ſeu ſalcidia, quando dicatur prohibita, ſi re icta ſit hæreditas pleno iure; ſeu liberè. Vſufructuarius an poſſit aliquid prætendere in re alteri legata, Proprietarius vendens pleno iure quando dicatur turbare vſufructuarium, itaut incidat in pœnas impoſitas à teſtatore prohibente illi moleſtias inferri. Lucrum conceſſum vxori pleno iure an debeat intelligi quo ad vſumfructum, & proprietatem extantibus filijs, ita vt derogetur l. fœminæ C. de ſecund. nupt.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus habentis directum dominium ualet quamuis dicatur rem ad eum pertinere pleno iure.*
2 *Directum dominium habens dicitur habere plenum ius, & n. 3.*
4 *Plenum etiam dicitur, quod indiget adiectione, licèt regulariter dicatur illud, cui nihil poteſt addi, & n. 17.*
5 *Verba pleno iure quid importent. n. 6.*
7 *Probatio plena quæ dicatur.*
8 *Poſſideri pleno iure quomodo accipiendum ſit.*
9 *Lucrum conceſſum uxori pleno iure an intelligatur quo ad proprietatem, & uſumfructum extantibus filijs, itaut derogetur l. fœmina C. de ſecund. nupt.*
10 *Verbum liberè, æquiparetur uerbo pleno iure, & quomodo debeat interpretari. n. 11.*
12 *Verba iure proprio, æquipollent uerbis pleno iure.*
13 *Emphyteuta non poteſt uendere rem emphyteoticam iure proprio.*
14 *Vendens cum clauſulis pleno iure cenſetur uendidiſſe liberè ab omni ſeruitute.*
15 *Verba plenariè ſignificãt idẽ quod pleno iure.*
16 *Trebellianica, & Falcidia non dicitur prohibita, ſi relinquatur hæreditas pleno iure aut liberè. Fallit. n. 18.*
19 *Maritus promittens reſtituere totam, & integrã dotem cenſetur renunciare lucro dotali.*
20 *Vſuſfructus integer, plenus, & liber nõ reſtringitur ad alimenta.*
21 *Vſufructuarius quando poſſit aliquid prætendere in re alteri legata, & n. 22.*
23 *Proprietarius vendens pleno iure quando dicatur turbare uſufructuarium. n. 25.*
24 *Conductor uendens rem conductam tanquam proprietarius moleſtat dominum, & poterit expelli à conductione.*

C A P V T XLVI.

Libellum habẽtis directum dominiũ Declaraui validum, etiam ſi dictum fuerit rem
1 ad eum pertinere pleno iure, † prout in terminis concludit *Felin. in c. auditis. col. 3 ſub nu. 2. verſ. facit etiam quod ſi decret. & col. 5. ad med. n. 7. uerſ. unde ualet. de præſcription.*
Nam habens ſolum directum dominium dicitur
2 habere plenum ius † *gloſ. fin. in l. iulianus. 17. §. idem iulianus. il 2 de rei vendic.* Ideo valebit libellus, quia intelligitur plenum ius reſpectu illius directi dominij. Quare dicunt Doctores quod procurator Regis petens Caſtrum à Barone, quod habebat in feudum, licèt dicat ad eum ſpectare pleno iure, tamen debet obtinere,
3 quamuis† pertineat iure directi dominij *Ang. in d. §. idem iulianus. il 2. n. 3. poſt* Bald. *ibid. in 2. lect. de quo fieri magnum feſtum dicit Felin. in d. c. auditis. col. 3. in fin. poſt* Marian. *in rubr. de cauſ. poſſ. & propr. ſol.* 4. *Idem Felin. in c. conqueſtus. n. 3. de for. compet.*
Adde quia non dicitur inconueniens, vt dicatur
4 plenum ius, † quod indiget adiectione contra *c. ſi omnia. 6. q. 1.* Nam vbi verba pleno iure proferuntur abſolutè important proprietatem, & poſſeſsionem; ſecus ſi proferantur reſpectiuè, quia poſſunt verificari in directo dominio
5 tantum; † Prout quando dicimus Eccleſiam ſpectare pleno iure, debent intelligi iſta verba ſecundum ſubiectam materiam: Vnde exponũtur quo ad ſpiritualia, & temporalia, non iure proprietatis, vel dominij, & dicitur Eccleſia habere plenam poſſeſsionem, quamuis vſusfructus ſit alterius *Felin. in c. auditis. col. 3. nu. 7. de præſcrip. Bald. in d. l. iulianus. de rei vendic.*
Et iſtam diſtinctionem verborum pleno iure, quã-
6 do eſt facta probatio reſpectiuè, † vel abſolutè ratione ſubiectæ materiæ, ſecundum quod non debent referri ad dominium, ſed ad ius dominij *ſequitur Alex. cõſ. 208. viſo ſummario. col. 2. verſ. nec prædictis obſtat. num. 6. lib. 2.* Ruin. *conſ. 137. n. 8. lib. 2. Menoch. cõſ. 21. n. 26. lib. 1. Gozzad. conſ. 58. n. 22.*
Immo ſecundum *Bald. in d. l. iulianus. in fin.* ſemper dicitur plenum reſpectu eius, quod eſt ſemiplenũ; ſic plena probatio, ideſt ſufficiẽs, † & efficax ſecundum naturam rei probãdæ, prout etiã dicitur poſſeſsio plena, quæ ſola ciuilis eſt *Angel. in d. §. iulianus. in fin.* Et proprietarius dicitur habere poſſeſsionem plenã, quãdo alius habet vſumfructum *Bald. in l. raptores. §. ſi autem. per illum tex. C. de epiſcop. & cleric.*
Et intelligitur poſsideri pleno iure, ſi quis colligit fructus ex aliqua re, † & de illis diſponit pro libito ſuæ voluntatis *Bald. in l. 1. in addit. in fin. C. de reuoc. donat.* Quamuis alias verba pleno iure ſimpliciter prolata importent proprietatem cum vſufructu *Dec. conſ. 468. nu. 19. Surd.*

de

*de alim.tit.2. q.15. nu.*109. Et multa de effe-
9 ctu verborum pleno iure † *Iaſ. & Alci. in l. ſi ita ſtipulatus. §. titius. de verb. oblig. Doctor. in c. conqueſtus. de foro compet. & in l. mater. C. ad tertulian.* Tiraq. *in l. ſi vnquam. in fin. C.de reuocand. donat.*

Quare etiam cum hoc alias dubitaretur declaraui, quod quamuis dictum fuerit, vt lucrum debeat cedere vxori pleno iure, ex quibus verbis videtur conceſſa proprietas cum vſufructu *l.vltima. §. ſimiliq; modo. C. de bon. quæ liber.* Natt.*conſ.*297.*n.*2. *in fin.lib.* 2. Gozzad. *conſ.* 95.*nu.*10. Cardin.Mantic.*de conicctur. vltim. volunt.lib.*9. *tit.*6.*n.*19.

Tamen iſta verba intelligi debent ſolum quo ad vſufructum ex præſumpta mente ſtipulantium, quod voluerint diſponere ſecundum leges, videlicet, quatenus maritus nullos filios reliquiſſet, ſecus illis relictis, & vbi ſuperuixiſſent matri tranſeunti ad ſecunda vota, vnde illa verba pleno iure non obſtabunt diſpoſitioni *l. fæminæ. C.de ſecund.nupt.* Nam quantumuis generalia debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, quæ in hoc caſu dictat, vt mulier habeat ſolum vſufructum extantibus filijs *Bellon.conſ.*17.*n.*2.*Oldrad.conſ.*95.*col.*2. quaſi per verborum generaliũ anguſtias filij non debeãt fraudari parentum bonis; Ideo neq; ex facultate attributa liberè alienandi, & diſponendi non intelligitur derogatum *d.l. fæminæ. Bertrand.conſ.*280.*nu.*8.*& conſ.*306.*lib.*2. Fulgoſ. *conſ.* 63. *col.* 3. *in fin. verſ. id autem.* Rimin. Iun.*conſ.*569.*num.*129. *lib.*5. *Rota per* R.P.D. Littam *Beneuentana hæreditatis & bonorum.* 20.*iunij.* 1594.*&* 17.*aprilis.*1595. Gardin. *Seraphin.* Mediolanen.*Cappellania.* 9. *decembris.* 1591. Ideò mater ſecundo nubens reſeruabit illud lucrum filijs primi matrimonij *l. fæminæ. C. de ſecund. nupt. Oldrad. conſ.*33.*nu.*3. *Cremenſ. notab.vltim.*

Idem eſt ſi dicatur liberè, quod æquipollet pleno
10 iure † *l.fideicommiſſa.§.quamquam. de leg.*3. *Bald.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caution. Ruin. conſ.*219.*nu.*3. *in princ. verſ. præterea verbum. lib.* 1. Et quamuis liberè intelligatur ſine aliqua diminutione Gemin.*in c.*1.*de regular.in* 6.
11 Tamen etiam illas dictiones † interpretamur ſecũdum ſubiectam materiam, de qua agimus, reſtringendo eo reſpectu, quo proſerũtur A*lex. conſ.*80.*viſo & opportune.num.*12. *lib.*1. Dec. *in c.irreprehẽſibilis.n.*5.*de appellat.* Aret.*conſ.* 76.*n.*3.*verſ.licèt aliquando.*

Prout ſi diceretur iure proprio, quæ verba idem
12 importãt † ac pleno iure P*ariſ. conſ.* 33. *n.* 19. *lib.*3. ex quo infert Bertaz. *clauſ.* 13. *gloſ.* 1. *n.*1.*verſ.& notandum.* quod illa verba important translationem dominij.

Vnde emphyteuta, & alius qui ſit verè dominus
13 non poteſt vendere iure † proprio S*pecul. de empt.& vend.§.*1. *col.* 8. *verſ. ad audientiam. Fabia.cod.tit.q.*6. *memb.* 2. & vendens cum di-
14 ctis clauſulis cẽſetur † vẽdidiſſe liberè ab omni ſeruitute *l. ſi cũ fundũ.vbi* Alci. *de verb.ſignif.*

Idem ſi dicatur plenariè, quod ſignificat pleno iu-
15 re † *Tiraq.de retract.lignager.gloſ.*1.*num.*16. *§.*4. *Cardinal.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*9.*tit.*6.*nu.*19. Thom. *Ferrat.caut.*32. *quotidie cõſiciuntur.n.*2.*in fin.*Barbat.*cõſ.*11. *lib.*2.

Ex prædictis alias etiam Dixi, cũ de hoc dubitaretur, non videri prohibitam trebellianicam, & falcidiã, quando teſtator relinquit pleno iure,
16 ſeu liberè hæreditatem, † quia, cum illa verba habeant diuerſos ſignificatus, accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam: Nam poſſunt referri ad totam hæreditatem ſine diminutione reſpectu rei, & ad ius, vt ſcilicet reſtituatur quo ad iuris effectus cum trãslatione dominij, & poſſeſſionis, pinguius, aut maius, vt materia ſubiecta patitur: Vnde operabuntur, vt tranſeat vtile, & directum dominium cum poſſeſſione, & vſufructu, non quod trebellianica ſit prohibita, quia ex illis verbis non infertur neceſſario ad illius prohibitionem, cũ aliud poſſint ſignificare, Intelligitur enim facta plena tranſlatio illius, quod reſtituitur *Oldr. conſ.* 248. *q.*4. Roman. *conſ.*75.*&* 79.*&* 239.*& ibi Mandoſ.teſtatur de magis communi.Capr. conſil.*36. *nu.*9. *Eugen. conſ.*6.*nu.*49.*poſt Alberic. in l. raptores.§. bona.* C. *de epiſc. & cleric. Caſtr. in auth. ſed cum teſtator.* C.*ad l falcid.& conſ.*28. *lib.* 2.*Peregr.de fideicom. art.*3.*nu.*96. vbi quod ab hac opinione non eſt recedendum tanquam veriori, quicquid contrarium ſenſerint R*ip. in l.centurio.nu.*134. *de vulg.& pupil.&* Gaid. *Pap. q.* 537. *ad fin. verſ. ſed contrarium.*

Non obſtat quod plenum dicatur cui nihil poteſt
17 addi † *c.apoſtolicæ. de præben.in* 6.Soccin. *Iun. conſ.*1.*n.*17.*lib.*4. Roland.*conſ.*85.*n.*53.*lib.*4. Quia etiam in caſu noſtro nihil diminuitur, intelligendo de reſtitutione iuris quo ad plenum dominium transferendum circa poſſeſſionem; & poteſtatem diſponendi, & vſufructum, & proprietatem, vt dictum eſt B*ald. in l. fæminæ. §.illud.C.de ſecund.nupt.*Soccin.*conſ.*53.*n.* 14. *lib.*1. Dec.*conſ.*468.*nu.*10.*Alex. conſ.*56.*nu.* 2. *lib.* 3. Vnde non erit facienda interpretatio quo ad tollendum ius trebellianicæ, & falcidiæ, cum in dubio hæres debeat cenſeri minus grauatus. Quod ſecus eſſet, quando teſtator mandaret reſtitui plenum legatum, vel plenam hæ-
18 reditatem; † nam tunc videtur voluiſſe prohiberi per defunctum portionẽ hæredi contingẽtem, quia plenitudo fuit relata ad rem; Vnde præſtatio fiet abſq; diminutione falcidiæ, & ita procedit *tex. in l. poſt miſſionem ad l. falcid.* vbi legata in teſtamento militis præſtantur in caſtris plena, poſt miſſionem verò cum detractione P*eregr. de fideicom.art.*3.*num.*96. *in fin.* Quemadmodum idẽ eſſet, quando teſtator mãdaret reſtitui omnia bona & integram hæreditatem pleno iure Ceual. *q.* 31. *verſ. ſed his non obſtantibus.poſt gloſ.in l.decem.de fideicom. libert.quã ibi* Ang.*dicit ſingularẽ* Aſin.*cõſ.*174. *n.*1.*Alex.conſ.*201.*col.*1.*lib.*6.*& conſ.* 5. *nu.*15.
19 *lib.*3. vbi infert, Quod ſtante ſtatuto, † vt maritus lucretur dotẽ, videtur renũciaſſe illi lucro

ſi vir

ſi vir promittit totam, & integram dotem re-
ſtituere *Roland. de lucr. dot. q. 39. Surd. de alim.*
tit. 2. q. 15. n. 230.
Ad exẽplum legati vſusfructus facti per teſtato-
rem, quod non reſtringitur ad alimenta, quan-
20 do fuit relictus integer, & plenus, † ſeu fructus,
& liber, quia alias huiuſmodi verba eſſent otio-
ſa, ſi aliquid detraheretur *Idem Surd. conſ. 218.*
n. 10. poſt Dec. *conſ. 418. n. 1. & 2. Corn. conſil. 3.*
col. fin. lib. 2.
Idem ſi teſtator declarat, quod vxor habeat vſum-
fructum integrum, & plenum omnium, & quo-
21 rumcunq; ſuorum bonorum; † Tunc enim lega-
tarijs ſola proprietas debetur *Pariſ. conſ. 94.*
n. 45. & conſ. 97. n. 21. lib. 2. & notandum di-
cit *Surd. conſ. 466. n. 5. lib. 4.*
Quamuis alias fundus alicui particulariter lega-
tus ita pertineat ad legatarium, vt nihil in eo
21 omnino vſufructuarius poſsit prætẽdere † *Bece.*
conſ. 98. n. 9. Rol. *cõſ. 8. n. 36. lib. 2. Card. Mant.*
de coniect. vltim. volunt. tit. 6 n. 22. lib 9. poſt
Bart. in l. ſi alij. de vſufr. leg. & in l. ſempronio.
in princ. ff. eod. Rip. *in l. re coniunctis. num. 39.*
de leg. 3.
Non obſtat, quod licet proprietarius poſsit vẽde-
re rem, quaſi vſufructuario nullum faciat præ-
iudicium *l. locum. §. proprietarius. de vſufruct.*
prout pignorare *l. 2. & ibi gloſ. in verb. obliga-*
re. C. eod. tit. l. iuſte. §. non mutat. de vſucap.
Tamen vendens pleno iure non reſeruato iure
vſusfructus dicitur turbare, & moleſtare vſufru
23 ctuarium, † & ſic incurrit in pœnam impoſitã à
teſtatore prohibente moleſtias inferri vſufru-
ctuariæ *Caſtr. in l. 2. C. de vſufr. Ruin. conſ. 48.*
n. 8. & 16. lib. 2. Prout dicimus in conductore
24 qui vẽdit rem tãquam proprietarius, † qui di-
citur turbare dominum, & poteſt expelli *Bald.*
in l. ædem. C. locat. col. fin. n. 14. verſ. quæro qua-
liter hoc intelligitur.
Quia contrarium eſt verius, quod imò vſufructua-
rius non poteſt obiicere proprietario aliena-
25 tionem, ex qua nullum dãnum ſentit, † puta ſi
non fuit deuentum ad traditionem, prout in
ſpecie contra *Ruin.* dicit eſſe concludendum
Surd. de alim. tit. 9. q. 26. nu. 63. Ad exemplum
vaſſalli, & emphyteutæ vẽdentium ſine conſen-
ſu domini, qui non priuantur re non tradita.
Specul. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 95. Corbul.
de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 38. & cum mu-
lier non conſequatur damnum per d. venditio-
nem, poteſt obiici exceptio tua non intereſt
Aim, conſ. 182. nu. 8. Prohibetur enim mole-
ſtia, vt vſufructuarius percipiat fructus inte-
gros; Vnde prohibitio reſpicit ſolum commo-
dum pecuniarium, & priuatio ſequitur, quãdo
diminueretur vſusfructus, quæ diminutio in
hoc caſu non poteſt conſiderari *Surd. de alim.*
tit. 9. q. 26. nu. 63. cum ſeq.

E P I T O M E.

Fideicommiſſarius ante reſtitutionem verbalem,
quando habeat aliquod ius in hæreditate, & an
ſatis ſit reſtitutionem fieri primis ſubſtitutis,
itaut ab illis tranſeat in ſequentes. Fidei-
commiſſario an detur remedium Quorum le-
gatorum, Publiciana, Rei vendicatio, Cõdictio
cum aliis actionibus hæredi competentibus.
Stante licentia capiendi legatum liberè, & di-
ſponendi, prout legatarius voluerit, an com-
petat fideicommiſſario contra eum remedium
Quorum legatorum. Habens facultatem ca-
piendi legatum propria auctoritate, an debeat
adire iudicem.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſarius ante reſtitutionem ſaltem verbalem nullum ius habet.* Intellige *vt n. 2. 3. & 4.*

5 *Probatio quæ dicatur incontinenti eſt in arbitrio iudicis.*

6 *Verbalis reſtitutio facta primis ſubſtitutis ſufficit, & ab illis tranſit in ſequentes vocatos. num. 7.*

8 Fideicommiſſarius *habita verbali reſtitutione poteſt accipere bona propria auctoritate, debet tamen conſtare de aditione hæreditatis; & de cautela vt quis cogatur adire, & quãdo in eum tranſeant omnia iura hæreditaria tam actiua, quàm paſſiua, & remedium* Quorum *legatorũ,* Publiciana, Rei *vendicatio,* Cõ*dictio poſſeſſionis, & ſimilia, n. 9. & 10.*

11 *Fideicommiſſarius largo modo dicitur hæres.*

12 Teſtator *poteſt dare licentiam capiendi legatũ propria auctoritate.*

13 *Licentia capiendi legatum auctoritate propria facit, vt contra legatarium non habeat locum interdictum quorum legatorum.*

14 *Per verba prout placuerit, liberè, & ſimilia intelligitur data facultas capiendi legatum propria auctoritate, n. 15. & 16.*

17 *Habens licentiam capiendi legatum propria auctoritate, an debeat adire Iudicem. nu. 18. 19. & 20.*

21 *Licentia & auctoritas alterius non requiritur quando actus mandatur fieri liberè.*

C A P V T XLVII.

Fideicommiſſarius ante reſtitutionẽ ſaltim
verbalem nullum ius habet in hęreditate.
1 Vnde hoc, † ut iura in ipſum tranſeant, hu-
iuſmodi reſtitutio requiritur *l. facta. & l. reſti-*
tuta. ff. ad trebellia. Bart. in l. fin. n. 9. C. de edict.
diu. adr. toll.
Et licèt de æquitate canonica talis reſtitutio nõ
2 ſit neceſſaria † *Pariſ. cõſ. 53. in fin. n. 115 lib. 3.*
Tamen intelligitur, vbi nihil eſſet remanſurum
pęnès hæredem; ſecus autem, quando compete-
3 ret retentio trebellianicæ, † tunc enim eſt ne-
ceſſaria reſtitutio *Rota coram Sanctiſsimo Ro-*
mana de Comitibus. 14. Ianuary. 1575. & die
17. iuny. 1567. latè Surd. deciſ. 333. nu. 8. vbi
ampliat etiam quando reſtitutio fideicommiſsi
4 fit ipſo iure, † quia nihilominus non poteſt ap-

prehendere poſſeſſionem, niſi de manu hęredis.
Ratio quia vbi debent fieri detractiones, non
poteſt dici, quod conſtet in continenti de iure
fideicommiſsi, cum poſsit eſſe, vt factis detra-
ctionibus nihil ſit reſtituendum, quod poterit
contingere ob æs alienum abſorbens totam
hæreditatem, & propter alias cauſas, ex quibus
non dicitur liquidum, quod eſt reſtituendum,
quia liquidatione non facta, non poteſt obijci
aliquis dolus hæredi; Vnde non dicetur in cō-
tinenti probatum ius fideicommiſſarij, cum
5 etiam ſit in arbitrio Iudicis, † quæ probatio di-
catur in continenti *Bald. in l.2.C.de edict.diu.
adr. toll. Menoch. caſ.12.nu.4.de arbitr.* & in
ſpecie declarat *Surd. deciſ.333.nu.6. lib.9.* Et
quod reſtitutio ſit neceſſaria, etiam de iure Ca-
nonico eſt verior opinio, prout latè concludit
Bero.in c.in præſentia.n.17.de probat. quidquid
contrarium ſequatur *Rimin. Iun.conſ.375.nu.
16.lib.3.* contra quem concludendum eſſe di-
cit *Peregr.de fideicomm.art.47.nu.75.* & *art.2.
nu.62. verſ.ſed contra.Bertazz.conſ.ciuil.116.
num.53.*

Verbalis autem reſtitutio requiſita ad effectum,
vt fideicommiſſarius poſsit vti remedio *d.l.fa-
6 cta.* & *l.reſtituta. ad trebel.* ſufficit † ſi ſemel
fuit facta reſtitutio primis ſubſtitutis, à quibus
tranſit ius in ſequentes abſq; alia reſtitutione,
ſtante ſimplici mora, & ſola interpellatione
Cephal.conſ.49.n.19.Surd.conſ.92.n.21. Maxi-
7 mè † vbi nihil eſſet detrahendum *Doctor. in c.
raynaldus.de teſtam.* Rota per *Cardin.Seraphin.*
Leodien. hæreditatis.27. ianuarij.1597.

Amplius fideicommiſſarius habita verbali reſtitu
tione poteſt bona fideicōmiſsi propria auctori-
8 tate accipere, † licèt ſi eſſet detrahēda falcidia,
aut trebellianica teneretur illa reſtituere hæ-
redi *Caſtr.in l.fin.n.13.C.de edic. diu. adr.tol.*
vbi *Alex.n.24.verſ. limitat tamen.Surd. conſil.
265.n.24.* vbi dicit eſſe notabilem deciſionem,
& non tactam per Doctor. in locis ordinarijs.

Verum eſſet quod deberet conſtare fuiſſe aditam
hæreditatem fideicommittentis per hæredem
grauatum fideicommiſſo, quia alias illa nō adi
ta, omne ius ex teſtamento reſoluitur *l.ſi nemo
ſubit.142.de reg.iur.* Ideo datur cantela, vt hę-
res grauatus fideicōmiſſo vniuerſali poſsit co-
gi adire, & reſtituere *l.apud iulianum.17.ff.ad
trebellian.§.ſed quia ſtipulationes.inſtit. de fi-
deicommiſſ.hæredit.* late *Peregrin. de fideicomm.
art.2.n.75.* vbi ampliat etiam ad perſonā gra-
uatam magnæ dignitatis, & conditionis, & ad
Fiſcum Principis, & ad ipſum Principem, & ad
Patrem ex perſona filij: Dominum per ſeruum,
Monaſterium ex perſona Monaci, & hæredem
hęredis in caſibus, in quibus hæreditas non adi
ta non tranſmittitur, & ad ſimiles perſonas, &
eſt deciſio Rotæ per R.P.D. *Littam.* Romana de
Roncionibus.22. martij.1596. vbi quod eſt ne-
ceſſaria talis aditio, vel quod hæres viuens ſit
iuſſus adire, vt iura tranſeant in fideicommiſ-
ſarium, quibus non factis non competit reme-
dium *l.fin.C.de edict.diu.adrian.tollend.* cū il-

lud non detur niſi facta reſtitutione reali, ſeu
verbali *l. reſtituta. 37.* & *l.facta.63. ff. ad tre-
bell.Roland.conſ.78.nu.15.lib.3.Gabr.conſ.46.
n.18.lib.1.*

Ex iſtis dicebatur rectè fuiſſe actum per fideicō-
miſſarium contra eum, qui propria auctoritate
9 accepit poſſeſsionem rei legatæ, † cum enim in
illum trāſierint omnia iura hæreditaria, tā acti
ua, quàm paſsiua poſt factam reſtitutionē, de-
bent ei dari omnia remedia, quæ in hæredis fa-
uorem fuerunt introducta *Doct. in l.fin. C. de
edic.diu.adr.tol.* & conſequēter remediū Quo-
rum legatorum cum alijs actionibus, quę com-
petunt contra legatarium occupātem propria
auctoritate legatum, vt Publiciana, Rei vendi-
10 catio, Cōdictio poſſeſsionis, † quæ omnia reme
dia poterunt cumulari in eodem libello *Surd.
conſ.265.n.38.poſt* Rip.*in l.1.in princ. num.4.
ff.quor legator.* Menoch.*de adipiſc.poſſeſſ.rem.2.
n.18.* Quia fideicommiſſarius lato ſumpto vo-
11 cabulo dicitur hæres † *l.ſicut. §.1. quib. mod.
pign.vel hypot.ſolu.gloſ.in l. quamuis. de iudic.
Surd.conſ.265.n.18.lib.2.*

Contrarium tamen Declaraui, quod non com-
petat huiuſmodi interdictum Quorum legato-
rum, cum in caſu noſtro per legatarium fuerit
capta poſſeſsio legati de voluntate teſtatoris:
12 qui poteſt talem licentiam concedere † *Alex.in
l.nemo poteſt.de leg.1.Iaſ.in l.quoties.n.8. C. de
hæred.inſtit.* Dec. *conſ.424.proponitur. col.3.in
fin.n.15.verſ.* & *idem ſi teſtator.* vbi ampliat,
vt etiam ſufficiat tacita nedum expreſſa licen-
13 tia, † pota conſtituendo fideicommiſſarium
executorem *Gozzad.conſ.91.n.10. Grat.conſil.
vlt lib.1.nu.50.*

Quod autem huiuſmodi licentia conceſſa fuerit
patet; Quia teſtator mandauit legatum capi li-
14 berè per legatarium, & de eo diſponi, † prout
placuerit, per quę verba conceditur facultas
faciendi actum ſine licentia, & auctoritate al-
terius; quamuis alias illa requireretur *Rip.in
ſpecie in l.nemo poteſt. n.62.poſt Iaſ. ibi nu.38.
de leg. 1. Caualcan. de vſufr. num.11.Menoch.
de adipiſc. poſſ. remed.2. nu. 52.* Verbum enim
liberè eſt adiectum verbo importanti acquiſi-
tionem, ſeu apprehēſionem legati; quo caſu ma-
gis colligitur mens teſtatoris, vt voluerit illud
capi propria auctoritate, cum ſecus ſit, quan-
15 do verbum liberè eſſet poſitum verbo, † quod
non concerneret modū acquirendi, ſed potius
retinendi, puta ſi dictum fuiſſet, quod legata-
rius poſsit de re legata liberè diſponere; tunc
enim non poteſt inferri de neceſsitate, vt ad-
ſit licentia capiendi manu propria, cum potius
poſsit intelligi, quod poſtquā acceperit de ma-
nu hæredis, licitum ſit ei liberè diſponere, neq;
enim capiēdo ex ſe legatum dicitur liberè diſ-
ponere, cum iſta diſpoſitio potius intelligatur
de alienatione, quę ſolet fieri inter viuos, vel in
vltima voluntate *§. diſponat.auth.de nupt.* &
ita in terminis diſtinguit *Surd. conſ.265.n.31.
poſt Cuman. conſ. 104. Ruin.* & *Crot. in l.ne-
mo poteſt. de leg.1.*

Qoam-

Quamuis etiam poſſet dici quod idem ſit, quando
verbum liberè eſt appoſitum verbo importanti
16 ius quæſitum, † vt concludit *Gozad. conſil. 91.*
n. 7. vbi quod teſtatur legãdo cum hoc, vt poſ-
ſit legatarius diſponere de legato pro libito vo-
luntatis videtur dare licentiam capiendi manu
ſua *Soccin. Iun. conſil. 72. num. 7. vol. 2. Roland.*
conſ. 42. n. 20. lib. 1. contra quorum opinionem
eſſe durum obtinere propter eorum auctorita-
tem dicit *Idem Surd. conſ. 265. n. 33. in fin. verſ.*
ſed quia forte. lib. 2.
Nec facit quod habens huiuſmodi licentiã capiē-
17 di propria auctoritate † teneatur adire iudicē
Iaſ. conſ. 146. in prin. n. 1. verſ. item etiã quando
lib. 4. Quia hoc eſt de conſilio, non de præcep-
18 to, † vt loquitur *Bald. conſ. 234. veritas. lib. 3.*
Durand. de art. teſtand. tit. 15. caut. 15. in fin.
Surd. conſ. 265. num. 35. in fin. lib. 2. licèt hæ-
rede reſiſtente, licentia à teſtatore conceſſa
19 nihil operaretur, † quia tunc contra eum illa
non poſſet exerceri, neque poſſeſſio capi pro-
pria auctoritate *Rip. in l. centurio. n. 52. de vulg.*
Ideo datur cautela, vt hæres præcurrat ad ingre-
diendum poſſeſſionem *Caualcan. de vſufruct. n.*
12. Plot. de in lit. iur. §. 2. n. 29.
Quaſi dicta licentia intelligi debeat, cum alter nõ
20 poſſideret, † nam alias poſſeſſore reluctante nõ
liceret legatario ſua manu capere *Rip. in l. ne-*
mo poteſt n. 62. de leg. 1. Menoc. de adipiſc. remed.
2. n. 53. verſ. hoc enim exemplum.
Non obſtant contraria, quia procedunt ſimplici-
ter ſecus ſtantibus clauſulis liberè, & alijs de
21 quibus ſupra; per quę nulla licentia, † aut al-
terius auctoritas requiritur *Rip. in l. nemo poteſt*
n. 26. de leg. 1. Menoc. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 2.
n. 52. Socc. Iun. conſ. 72. n. 7. lib. 2.

EPITOME.

Clauſula codicillaris etiam tacitè intellecta quã-
do ſuſtineat teſtamentum nullum tam defectu
ſolemnitatis, quam præteritionis ſcienter, vel
ignoranter factæ de poſthumo. Iuramentum
habet vim clauſulæ derogatoriæ, & an ſufficiat
generalis, vel debeat fieri ſpecialis mẽtio clau-
ſulæ derogatoriæ, ita vt valeat ſecundum teſta-
mentum. Et quid in priuilegijs quando per
clauſulam non obſtantibus, quorum tenores,
& ſimiles cenſeatur derogatum primæ conceſ-
ſioni tam propter publicam vtilitatem, quàm
ob aliam cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum efficitur caducum ſi hæres decedat viuo teſtatore.*
2 *Teſtamentum eſt nullum ſi ſint præteriti ſui hæredes, & n. 3.*
4 *Clauſula codicillaris ſuſtinet teſtamentũ nullum, tam defectu ſolemnitatis, quàm ſi inſtitutus eſſet mortuus viuo teſtatore, n. 5. & 6. etiã quod adſit nullitas ex duplici capite. n. 7. licèt rumpatur per querelam. num. 8. & ex defectu præteritionis. n. 9.*
10 *Clauſula codicillaris operatur, ſiue præterito ſit facta ſcienter, ſiue ignoranter. Intellige vt n. 11. 12 & 13. & an ſufficiat ſaltim in genere cogitaſſe de poſthumis. n. 14. & 16.*
15 *Cogitans de fine cenſetur etiam cogitare de modo ad finem.*
17 *Clauſula codicillaris tacitè intellecta nõ operatur vt expreſſa. ideo non ſuſtineret teſtamentũ nullum præteritione poſthumi.*
18 *Clauſula codicillaris ſemper cenſetur appoſita in teſtamento inter liberos.*
19 *Iuramentum in teſtamento appoſitum habet effectum clauſulæ codicillaris, & derogatoriæ, ita vt pro illius reuocatione ſit facienda ſpecialis mentio in alio teſtamento.*
20 *Derogatoria generalis an ſufficiat ad tollendũ primum teſtamentum. vel requiratur ſpecialis, num. 51. & per quæ verba cenſeatur facta ſpecialis mentio clauſulæ derogatoriæ. num. 22 & 25.*
23 *Reuocatio teſtamenti eſt fauorabilis, ita vt quis non poſſit ſibi imponere legem illud non reuocandi.*
24 *In dubio ſi non conſtat quod teſtamentum præualeat concludendum eſt pro non mutatione.*
26 *In priuilegijs quando ſufficiat reuocatio generalis cum clauſula non obſtantibus conceſſionibus quibuſcunque, & quorum tenores, & n. 27. & 28.*
29 *In actu fauorabili interpretamur Principem voluiſſe aliquid facilius concedere.*
30 *Priuilegio cõceſſo ex cauſa publicæ vtilitatis nõ cenſetur derogatum per quaſcunq. clauſulas prægnantes. & n. 31.*

CAPVT XLVIII.

TEſtamentum de quo agebatur in cauſa mihi
commiſſa Dixi ſubiacere vitio nullitatis. Nã
cum hæres inſtituta deceſſerit viuẽte teſtatrice;
1 † teſtamentũ efficitur caducum, & annullatur
l. non putauit. § à primo gradu. ff. contr. tabul. l. 1
§. pro ſecundo. C. de caduc. tol. §. 1. inſtit. quib.
mod. teſt. infirm.
Secundo quia filij hęredis inſtitutę; qui ſunt nepo-
tes teſtatricis, & ſui hæredes fuerunt præteriti
2 quo caſu teſtamentum eſt nullum † *§. poſthumi*
inſtit. de exhared. liber. l. poſthumorum de iniuſt.
rupt. teſtamen. Dec. conſil. 141. in caſu propoſito.
in princ. Quod procedit etiam in teſtamento
matris, vel auiæ nulla inſerta cauſa *gloſ. ma-*
gna in auth. ex cauſa. C. de liber. præter Clar.
in §. teſtamentum. q. 47. Caſſad. eod. ti. deciſ. 36.
in princ. Et etiam ſi aliqui ex filijs ſint inſtitu-
3 ti, † alij præteriti *Cor. in l. hac conſultiſſima §.*
ex imperfecto. C. de teſtam. Car. Mantic. de cõiect.
vlt. vol. lib. 6. tit. 2. n. 15. verſ. neq. etiam obſtat.
Craſ. in §. teſtamentum. q. 11. n. 9.
Tamen quia in huiuſmodi teſtamẽto aderat clau-
4 ſula codicillaris, etiam quod fuerit nullũ, † vir-
tute illius clauſulæ ſuſtinebitur, ita vt ſuccedẽ-
tes ab inteſtato teneantur reſtituere hęreditatẽ

hæredi ſcripto. *l. ex ea. §.ex his verbis. de te-*
*ſtam. gloſ.in l.ex teſtamento.*C. *de fideicommiſſ.*
Olirad. conſ.171.thema.num.18. q.7. Alexand.
*conſ. 42. viſo proceſſu.n.2.lib.2.*Corn.*conſ.297.*
lib.1.Surd.deciſ.293.n.11.

Non obſtat quod huiuſmodi clauſula habeat lo-
cum ſolum quādo deficeret teſtamentum defe-
5 ctu ſolemnitatis,†nō ſi inſtitutus eſſet mortuus
viuo teſtatore *gloſ. in auth. ex cauſa. in fin.*C.
de liber.præterit. Specul. *de inſtrum.edit.§.cō-*
pendioſe. verſ.ſed pone quidam . Nam contra-
6 tium eſt verius,& magis receptum,† prout te-
ſtatur *Dec. conſ.241. n.2. poſt* Bald. *conſ. 170.*
lib.5.Alex.conſ.17.ponderatis bis.col.vlt. verſ.
nec prædictis obſtat.& verſ.præterea.lib.3. Etiā
7 quod hic adſit† nullitas ex duplici capite,quia
nō per hoc remanet, quia clauſula codicillaris
operetur eundem effectum *Alex. conſ. 9. viſis*
*verbis. col.penul.in fin lib.1.*vbi loquitur quā-
do teſtamentum erat irritum propter non adi-
tam hæreditatem , & præteritionem nepotis
8 *Dec.conſ.241.nu.2.*† Etiam rupto teſtamento
per querelam *Curt. Iun.* qui de cōi *in d. auth.*
ex cauſa.n.68.verſ.prænuſſis tamen non obſtan-
tibus. ante vlt. quæſtionem. Ceual. *q.* 185. Et
9 quamuis teſtamentum eſſet nullū† effectu præ-
teritionis,quia etiam in iſto caſu clauſula co-
dicillaris operatur, quidquid *gloſ.*contrarium
ſenſerit *in d. auth. ex cauſa. in verb. cætera.*
quæ communiter reprobatur Bart. *in l.1. q.5.*
ff.de iur.codicil. Angel. *conſ.99. petrus de vr-*
be veteri. col. 1. qui dicit hanc opinionem ve-
riorem. *Alex.conſ.17.lib.3. Andr. Sicul.conſ.*
54.lib.3.Corn.conſ.245.lib. 3. Dec. qui de ma-
gis communi *conſ 241.nu.2. Ceual. q. 186.*

Quæ procedunt non ſolum quando preteritio fuit
10 facta ſcienter,† puta quia filius eſſet natus tē-
pore teſtamenti Dilect.*de art.teſt in.tit.3.caut.*
1.nu.3. Gabr. de clauſ. concluſ.7. Clar. in §.
teſtamentum.q 46. Craſ. eod. tit. q.36. nu.21.
& q.30. quo caſu eantum retinebit legitimam
V*aſq. de ſucceſ. progr. §.30. de codicil. nu 46.*
G*abr conſ. 113.n.5. lib.1.* Sed etiam ſi poſthu-
11 mus ſit ignoranter præteritus,†quia per clau-
ſulam codicillarem conceptam per verba futu-
ri temporis,& vbi teſtator ſuperuixit poſt na-
tiuitatem poſthumi,teſtamētum ſuſtinetur tra
hendo illud ad fideicommiſſum ſecundum ma-
gis communē opinionem,de qua *per Dec. conſ.*
490. col. 3. Aim.conſ.67.nu.2. Pariſ. conſil.60.
n.15. lib.2. Rolan. *conſil.7.nu.30. lib.4. Gabr.*
de clauſ.concluſ.8. nu.15.

Maximè ſi ex veriſimili mente teſtatoris poſthu-
mus non excluderet hæredē inſtitutū, videlicet
12 ſi eſſet inſtitutus filius teſtatoris, † & non ex-
traneus Gabr *conſ.113.nu.18. cum ſeq. lib.1.*
Prout eſt in caſu noſtro,eum enim mater exclu-
ſerit filiam ab vniuerſali hæreditate propter
neptem,quam inſtituit vniuerſalem hæredem,
multo magis cenſetur velle excludere nepotes
ex filia † quam inſtituit in re certa *l.ſi auia ma*
tre. C. *de bon.matern.* Roland.*conſ.23.num34.*
lib.4.Thob.conſ.36.nu.6.

Alias autem clauſula codicillaris nō cōprehendit
13 poſthumum ignoranter præteritum, † de quo
teſtator tempore teſtamēti non cogitauit *Aim.*
*conſ.34.n.2. ad med.*Burſat.*conſ.89.nu.40. cum*
*ſeq .lib.1.*vbi allegat Rotæ deciſionem M*andoſ.*
ad Rom.*conſ.122.in verb. cogitauit.* vbi etiam
teſtatur ita in Rota deciſum, & hanc dicit ve-
riorem , & magis æquam,& in ſcholis receptā
*Ceual. q.180. in fin.*prout quoque dicit *Viui.*
deciſ.422.lib.3.

Sufficeret tamē quod in genere ſaltem teſtator de
poſthumis cogitaſſet,quo caſu operabitur clau
14 ſula codicillaris,†quemadmodū loquitur Mā-
doſ.in d.verb.cogitauit.in fin. B*urſat. d.cōſ.89.*
n.48.verſ.vnde ex his infero. Quaſi poſthumus
tunc ab inteſtato dicatur habere tacitam vo-
luntatem defuncti,ergo intelligitur iuris fictio-
ne cogitatum de ipſo, prout eſt in clauſ.cōcep-
ta per verba futuri temporis,quæ proſpicit ad-
uerſus cauſas rumpentes teſtamentū,Vnde ſal-
tem implicitè teſtator cenſetur de illis cogitaſ-
15 ſe, cum cogitans de fine cogitet† etiā de mo-
do ad finē R*im.Iun.* in ſpecie *conſ.270.n.241.*
cum ſeq.lib.3.Theſaur.deciſ.141.num.8.Rot. di-
uerſ.deciſ.1268.& 1285. lib.3. Rolan.*conſil.7.*
nu.24.lib.4.Gabr.conſil.113.nu.19. lib.1. Ce-
phal. conſil.585.n.42.lib 4 Ruin.*conſil.19.n.8.*
16 *lib.3.* † quicquid contrarium ſequatur *Aret.*
conſ. fin.Gul. Bened. & alij , cum contra eos
ſit verior opinio,vt teſtatur *Hondea.conſil.74.*
nu.24.lib.1. Soccin.Iun.*conſ.128.nu.257.lib.1.*

Iſta tamen clauſula codicillaris quando tacitè
17 ſubintelligeretur nō eſſet eius potētiæ,† vt ex-
preſſa Aim.*conſ.34.nu.2.* vbi ex hoc conclu-
dit non ſuſtineri teſtamentum.quod eſt nullum
preteritione poſthumi , *ſequitur Surd. conſil.*
232.nu.18.lib.1. Prout dicimus de teſtamento
18 inter liberos , in quo clauſ. codicillaris † ſem-
per intelligitur appoſita *gloſ. in l. cohæredi. §.*
cum filiæ.in verb.non valuit. de vulg. vbi Iaſ.
de communi in fin.n.18. quod eſt de iure Co-
dicis , cum ſecus ſit de Iure Digeſtorum *Surd.*
conſ.232.nu.14.& 19. Couar. in c.raynutius.
§.1.n.4.de teſtam. & eſt verior, & magis cō-
munis vt teſtatur *Ceual. q.187.*

Secundo quo ad iuramentum in teſtamento appo
ſitum etiam Dixi habere clauſulam codicillarē
& derogatoriam, itaut ad illius reuocationem
19 debeat fieri ſpecialis mentio † in alio teſtamē-
to *Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante.n.14. inſtit.*
de action.poſt Bart. *in l ſi quis in principio te-*
ſtamenti. ante fin. princ.de leg. 3. & in l.omnes
populi.in 3.q.princip.in verſ.ſed an iuramentū
habeat vim. de iuſt.& iur.

Prout regulare eſt vt nō ſufficiat derogatoria gūa
lis ad tollēdū primū teſtm̄,cū requiratur ſpālis
20 ad clauſ.derogatoriā † *Iaſ. in l.ſi mihi & tibi.*
§. in legatis. in 2. lect. nu.11. & 12. de leg.1.
Rot. *per* R. P. D. *de Graſ.* Forolimen. *hære-*
ditatis,& bonorum.18.decembris.1573. vbi ēt,
quod ſi per coniecturas poteſt apparere de vo-
luntate quamuis non fuerit ſeruata dicta for-
ma mentionis clauſul. derogatoriæ ſecundum
te-

teſtamentum præualet *Couar. in rub. de teſtam. 2.p.n.19 verſ. quarta concluſio*.

Licèt ſecundum opinionem magis veram, etiam
ſufficiat generalis expreſſio clauſulæ derogato-
21 riæ ad ſuſtinendũ ſecundum teſtamentũ, † pro-
ut ſi dicatur volo teſtamentum poſterius vale-
re non obſtante quocũq. alio à me facto habẽ-
te quæcunq. verba derogatoria, quæ hoc teſta-
mento eſſent exactè à me referenda, quæ volo
pro expreſſis haberi nam per iſta verba cenſe-
22 tur facta † mentio ſpecialis clauſulæ derogato-
riæ, *Bald. in l. omnes in princ. C. de præſcript. 30. ann. Gracian. reg. 455. Burſat. conſ. 47. n. 22. cum ſeq. lib. 1.* Quidquid contrarium ſequatur *Felin. in c. accedentes. col. 3. in fin. verſ. nihilominus communis opinio. de præſcription. Roman. conſ. 327. iſta ſunt rationes. col. 4. Cardin. conſ. 136. præmitto. n. 7.* Quia contra eos eſt verior opinio, *ut latè teſtatur Cenal. q. 211. n. 4. Couar. in rubr. de teſtam. p. 2. n. 19. verſ. primum equidem conſtat.* Et ita ſeruat Rota per R.P.D. *Braunm. Romana cenſus. 4. maij* 1583. vbi caſſato generali omni alio teſtamento, ac vltima voluntate teſtator proceſſit vlterius, narrãdo feciſſe aliud teſtamentum apud alterum notarium, & ſe pœnitere primum feciſſe, non obſtante quacunque clauſula derogatoria, & non obſtantibus nonnullis verbis expreſſis in primo teſtamento derogatorijs forſan ad hoc teſtamẽtum, & in iſto ſecundo ſpecificandis, quia illis nõ obſtantibus voluit hoc ſecundum valere, ex iſtis enim verbis ceſſant, quæ dicunt Doctores de facienda ſpeciali mentione, cum ea ſatis in indiuiduo facta dicatur *Natt. conſ. 639. lib. 3, Clar. in §. teſtamentum. q. 99.* Etenim voluntas teſtatoris eſt deambulatoria vſq. ad mortem, Vnde reuocatio teſtamenti eſt fauorabilis, itaut non poſſit
23 quis imponere legem, † quod illud non valeat
reuocare *l. 4. de adem. legat.* & cum remanſerit teſtatori libera mutandi diſpoſitio, nemini fit præiudicium per huiuſmodi reuocationẽ *Cardin. conſ. 52. n. 6. Caſtrenſ. conſil. 278. paſſus iste dubitabilis. n. 2. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 468. nu. 1. lib. 1.*

Quamuis in dubio ſi non poſſet cognoſci propter
clauſulas amplas, de quibus in primo, & ſecun-
24 do teſtamento, † quod illorum debeat præuale-
re, eſſet, concludendũ pro non mutatione voluntatis *Dec. conſ. 90. in fi. Menoc. præſumpt. 37. n. 7. lib. 6. poſt Ancbar. conſ. 161. n. 3. Pariſ. conſ. 61. in fi. lib. 2. Aim. conſ. 21. in fi.*

Et multas diſtinctiones, quando per clauſulam
derogatoriam ſuſtineatur primum, vel ſecundũ
25 teſtamentum, † latè *Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dub. 2. interpret. 3. & vlt. f. 460 à n. 1. vſq. ad n. 118. Nat. cõſ. 531. n. 4. & in trac. de clauſ. derogator.* quem edidit poſt repet. *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. Clar. in §. teſtamentum. q. penul.*

Quemadmodum idem eſt in priuilegijs, in quibus
26 ſufficit derogatio generalis cum clauſula † non
obſtãtibus cõceſſionibus, & priuilegijs quibuſcũque, quamuis eſſent talia, de quibus deberet fieri mentio de verbo ad verbum, & continerẽt ſpeciales clauſulas derogatorias cum clauſula quorum tenores, &c. *Butr. conſ. 2.* quod dicit approbatum per *Rotam Caſſad. deciſ. 10. ſuper regul. Put. deciſ. 109. lib. 1. Aim. conſ. 126. nu. 7. Tiraq. de legib. connub. p. 2. gloſ. 7. num. 202. latè Rip. in c. 1. nu. 55. de reſcript.* & ita ſæpius reſolutum *in Rota* teſtatur *Gonzal. de altern. gloſ. 36. n. 23. vſq. ad n. 30.* vbi dicit hanc opinionem eſſe æquiorem. Intelligens tamen *n. 41.* quando eſſet motuproprio Principis, tunc enim derogatio generalis appoſita in vltima conceſſione tollit anteriora priuilegia, illorumq. ſpeciales derogationes ad futura, & ita procedit ſtylus Rotæ, quod clauſula quorum tenores pro expreſſis, &c. habeat vim ſpecialis, & indiuiduæ derogationis.

Et ita alias Dixi declarandum ſtatutum, ſeu priuilegium, de quo in caſu mihi propoſito fuit dubitatum, dum in eo dabatur facultas Iudicibus particularibus cognoſcendi cauſas quaſcunque in tertia inſtãtia priuatiuè quo ad alios; & alia faciendi de quibus latius in eodem ſtatuto derogando priuilegijs, & conceſſionibus prius factis ad fauorem aliarum Ciuitatũ, Vniuerſitatum, & Terrarum, in quibus licèt ſint clauſulæ derogatoriæ ad futura priuilegia, itaut de illis debeat fieri ſpecifica mentio. Tamen ex quo in huiuſmodi priuilegio adſunt clauſulæ multum amplæ, vltra illã quorum tenores, & mot. propr. ex materia ſubiecta, & natura cauſæ ap-
27 paret de mente Summi Pontificis † volentis de-
rogare primis priuilegijs, Vnde non eſt dubiũ, quod tunc iſtæ clauſulæ operentur indiuiduam, & expreſſam mentionem *Rot. diuerſ. deciſ. 137. lib. 1. poſt Abb. in c. cum inſtantia 17. n. 5. de cenſib. Gambar. de Leg. lib. 8. titul. de poteſt. legat. in legib. & ſtatut. condend. n. 38. to. 13. p. 2. fol. 214. Gonzal. d. gloſ. 36. n. 68.* vbi etiam latè *nu. 18. vſq. ad n. 80.* multas concluſiones & declarationes ponit circa huiuſmodi clauſulas quorum tenores, & derogatorias derogatoriarum.

Quod magis eſt in caſu noſtro quia huiuſmodi
priuilegia fuerunt per Summum Pontificẽ conceſſa pro vtilitate publica, & per viam conſtitutionis generalis quo ad prouinciam de qua in eadem conſtitutione. Vnde clauſulæ generales
28 in ea poſitæ ſi ſint derogatoriæ, † nedum ſpecia-
les ſunt validę ad tollenda omnia priuilegia continentia clauſulas derogatorias, cum derogatoriarum derogatorijs, cum enim tunc agatur ex motuproprio Principis; & magis matura deliberatione, & conſilio, & pro publica vtilita-
29 te eſt actus fauorabilis, † itaut præſumendum
ſit Principem voluiſſe facilius ita concedere *Bal. in l. humani. n. 4. C. de legib. Fel. in c. nonnulli n. 5. & 6. de reſcript. Pariſ. conſ. 42. nu. 13. lib. 4. Couar. in rubr. de teſtam. 2. p. n. 20. Menoch. præſump. 40. lib. 6. n. 23.*

Prout è contra dicimus de conceſſione priuilegij
30 ex cauſa publicæ vtilitatis, † cui non cenſetur
derogatum per quaſcunq. clauſulas prægnantes *Rom. conſ. 436. quod indultum. n. 11.* quem

Digitized by Google

refert, & ſequitur *Put. conſil.* 89. *lib.* 1. & deciſum fuit *per Rotam coram Cardin. Seraphino in cauſa Romana iuris doctorãdi 3.aprilis 1598* Vbi ex hoc reſoluit nõ eſſe derogatum priuilegio DD. Aduocatorum Cõſiſtorialium, quo ad ius doctorandi priuatiuè ad Prothonotarios, quibus fuit data ſimilis facultas à Sixto V. non obſtantibus priuilegijs conceſſis Collegio Aduocatorum cum clauſula ſublata, & motu proprio &c. cum facultas, & priuilegium conceſſũ Aduocatis per Iul. III. eſſet ex cauſa publicæ vtilitatis.

Quod magis ibi concluſum fuit propter clauſulas quæ aderant in literis Apoſtolicis Iul. III. ad fauorem Aduocatorum, videlicet quod illæ nullo modo reuocari, aut ſuſpendi poſſint, & quoties emanauerint in alijs conceſſionibus dero-
31 gationes implicitæ. † toties hæ ab illis exceptæ, ac denuo Aduocatis conceſſæ, reſtitutæ, & repoſitæ cenſeantur. Quod decretum eſt tantæ efficaciæ, vt per ſubſequentes derogationes non cenſeatur illi præiudicatum, cum de eo nõ fuerit facta ſufficiens mentio *Fede. conſil.* 133. *Felin. in c. nonnulli. num. 3. de reſcript.* Et in ſimili de reuocatione teſtamentorum *Socem. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de leg.* 1. *Couar. in rubr. de teſtam. p. 2. nu. 19.* cum alijs de quibus in præfata deciſione. Tum etiam quia fuit renouatum priuilegium aduocatorum per eũdem Sixtum cum clauſula derogatoria iuris quæſiti, & quorum tenores, per quod cenſetur reuocatum priuilegium Prothonotariorum *Caſſad. deciſion. 30. ſuper. regul.*

E P I T O M E.

Actio quando detur ex ſtipulatione alterius propter intereſſe quod quis habet. Et quid in adiecto. Vxor an agat ex promiſſione dotis facta marito, tam in vita quàm poſt mortem illius, & quando requiratur ceſſio facienda per hæredes viri. Pactum extinctionis cenſus appoſitum ad fauorem debitoris an proſit fideiuſſori, itaut per eum poſſit peti extinctio illius, ratione intereſſe propter ſuam indemnitatem. Actio an ſit danda ei qui contractum fecit, vel illi, cuius contemplatione actus fuit geſtus. Et quid in Aduocato an poſſit agere pro expenſis contra victum, vel victorem.

S V M M A R I V M.

1 *Actio an detur ex alterius ſtipulatione. nu. 38. & 39.*

2 *Res inter alios acta alijs non nocet, neq. prodeſt & n. 7.*

3 *Præſentia requiritur illius cui acquiri debet obligatio.*

4 *Conſenſus ſimultaneus debet interuenire, vt actus ſit validus.*

5 *Ratificatio an requirat præſentiam alterius partis.*

6 *Inſtrumentum ſolum probat inter eos qui notarium rogarunt.*

8 *Venditione facta cum pacto, vt emptor ſoluat creditoribus non datur illis actio contra emptorem, ſed contra venditorem.*

9 *Adiectus ſolutioni non agit, licèt ei rectè ſoluatur. Fallit, n. 22.*

10 *Contra ementem cum promiſſione reuendendi illi cui venditor tenebatur reuendere non datur actio ei ad cuius fauorem fuit promiſſum.*

11 *Actio non acquiritur tertio quamuis ad eum pertineat vtilitas contractus, & n. 12.*

13 *Vxor, ſeu vir an agat ex promiſſione dotis facta marito. n. 23. & 24. Et an requiratur ceſſio. n. 26. & 27.*

14 *Sententia lata pro reo non prodeſt fideiuſſori.*

15 *Pactum quando valeat, vt debitor teneatur redimere cenſum intra aliquod tempus.*

16 *Conuentio debitoris de eximendo fideiuſſorem ab obligatione valet.*

17 *Stipulatio pro omnibus, quibus etiam in futurum intereſſe poterit eſt valida.*

18 *Ex ſtipulatione notarij acquiritur actio ei, pro quo ſtipulauit ſine ceſſione. n. 19.*

20 *Declaratio voluntatis quo ad vnum prodeſt intereſſe habentibus.*

21 *Confeſſio facta in inſtrumento ad fauorem abſentis an plenè probet.*

25 *In dote omnia pacta per indiuidualia per fratrem appoſita reijciuntur.*

28 *Actio an quæratur ei cui fuit promiſſum, vel potius illi cuius contemplatione actus eſt celebratus.*

29 *Aduocatus an poſſit agere pro ſalario contra victum, qui fuit condemnatus in expenſis, vel potius contra victorem.*

30 *Pactum principalis quando proſit, vel noceat fideiuſſori, n. 31*

32 *Debitum an probetur contra fideiuſſorem ex ſola confeſſione principalis, n. 33.*

34 *Tertius qui non eſt pactus extraneus vtitur beneficio pacti appoſiti per principalem, & an requiratur ceſſio. n. 35.*

36 *Ceſſio non eſt facienda cuicunq. extraneo ſoluenti. Fallit in fideiuſſore, n. 37.*

40 *Donatio facta alicui cum pacto, vt certo caſu adueniente res tranſeat ad alium, quando poſſit reuocari.*

41 *Fideiuſſor non debet pati damnum per obligationem factam pro principali.*

C A P V T XLIX.

FVit venditum prædium cum pacto, & cõditione, vt emptor infra certum tempus de quo in inſtrumento extingueret cenſum olim per eundem venditorem in eo impoſitum, & interim emens teneretur ad ſolutionem fructuum pro tempore decurrendorum cum obligatione in forma de releuando debitorem ab omni futuro damno. Elapſo autem tempore, & non facta extinctione cenſus, fideiuſſor, qui ſe obligauerat pro eiuſdem cenſus impoſitione

age-

agebat contra emptorem ad illum extinguen-
dum iuxta conuentionem, quaſi illa conditio
concernat commodum ipſius fideiuſſoris: Sed
contra eum faciebant multa.
Primò quia promiſſio, de qua agimus non fuit
ei facta, nec ipſe eſt ſtipulatus; Vnde ex alterius
1 ſtipulatione non fuit ei ius quæſitum, † neque
ipſi licuit agere *l. ſtipulatio iſta. §. alteri inſtit. de uerb. oblig. Alex. conſ. 13. ex his quæ in themate. col. 4. in princ. num. 11. lib. 2. Surd. deciſ. 209. nu. 11.*
Secundo tanquam res inter alios acta, ſicut alijs
2 non nocet, † ita nec alijs debet prodeſſe *l. ſæpe. de re iudic.* Rip. *in l. 2. nu. 6. col. 7. C. de eden.* Prout neq; conuentio cum vno prodeſt alteri *Iaſ. in l. ſi unus. §. ante omnia. de pact. Caſtr. in l. ſi actionem. C. eod. Surd. deciſ. 132. n. 7.* vbi amphat ad renunciationem, tranſactionem, confeſſionem, & ſimiles actus, qui tendunt principaliter ad ſe obligandum, quia tunc requiritur
3 præſentia illius, † cui acquirenda eſt obligatio *Soccin. conſ. 105. uiſis teſtibus. n. 16. lib. 4.* Quando videlicet incipit obligatio ab ipſo actu *Aim. de antiq. temp. p. 1. §. uiſo de uerbis. nu. 47. Maſquar. concluſ. 347. n. 89.* Ratio quia vt contractus ſit validus non ſufficit duorum conſenſus
4 niſi † etiam ſit ſimultaneus, & eodem tempore concurrat *l. 1. de pact. Surd. conſ. 136. n. 17.* Itaut etiam ratificatio requirat cõſenſum, & præ-
5 ſentiam alterius partis † *Aret. conſ. 128.* Quod tamen non eſt tutum, cum in ratificatione contrarium ſit verius, vt præſentia alterius nõ requiratur *Gabr. conſ. 146. n. 9. & 11. lib. 1. Rot. per* R. P. D. *Litt. Romana hæreditatis. 14. Martij. 1603. late Surd. deciſ. 70. n. 18.*
Tertio inſtrumentum probat ſolum inter eos, qui
6 notariũ rogarunt † *Bald. in rubr. C. de fid. inſtrum. col. 4. verſ. ſed dubitaui. Alex. conſ. 110. eximie doctor. per tot. lib. 2. Couar. pract. quæſtion. c. 20. in fin. Iaſ. in l. cum aliquis. n. 4. ubi de communi. C. de iur. delib.*
Quarto faciebat in terminis *deciſ. Surd. 209.* vbi debitor delegatus promiſit ſoluere creditori delegãtis, dummodo liberaret fideiuſſorem ab obligatione per eum præſtita, & cum dubitatũ
7 eſſet an competeret actio fideiuſſori † pro præfata liberatione, concluſum fuit negatiuè cum ſit res inter alios acta, quamuis dicta conditio concerneret commodum fideiuſſoris: Ideo potuit debitor delegatus rectè ſoluere, licet non fuerit conſecutus d. liberationem.
Quinto hoc ſuadebatur *per tex.* in ſpecie *in l. 2. C. de hæred. uel act. uendit.* vbi facta venditione hæreditatis cum pacto, ut emptor ſoluat cre-
8 ditoribus hæreditarijs, nõ datur illis actio † cõtra ementem, ſed ſolũ contra venditorẽ: Prout etiam dicimus de adiecto ſolutioni, qui nõ po-
9 teſt agere, licet ei rectè ſoluatur † *l. cum qui §. qui tibi. & l. fin. de uerb. oblig. gloſ. in l. ſoluendo. in uerb. quod autem. de neg. geſt. Neguſ. de pignor. 5. p. m. 1. num. 28. Gabr. conſil. 155. num. 42. lib. 1.*
Sexto facit quod dicimus de emente cum promiſſione reuendendi illis, quibus vẽditor erat obligatus reuendere, qui non poteſt conueniri ab his, in quorum fauorẽ eſt facta promiſsio, quãdo fuerũt abſentes, nec vllus pro eis ſtipulatus
10 eſt, cum ex tali promiſsione † non cenſeatur ius eis quæſitum contra ipſum promiſſorem *Aim. in ſpecie conſ. 10. n. 6. per tex. in d. l. 2. C. de hæred. uel act. uend.*
Septimo quamuis intereſſe, ſeu vtilitas cõtractus pertineat ad tertium, tamen nõ per hoc illi ac-
11 quiritur actio, cum queratur † ſtipulanti cedẽda tamen ei, pro quo fuit ſtipulatum *l. penul. C. ad exib. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. de uerb. obligat.* Quoniam ſtipulatio habet fundamentum
12 in perſonam ſtipulatoris † *Rom. conſ. 441. n. 5. Alex. conſ. 40. circa primum. num. 8. lib. 5. Pariſ. conſ. 82. n. 3. lib. 1.* Ideo ſi marito dos promit-
13 tatur † pro vxore non agit vxor, ſed vir *l. ſi pro te. C. de dot. promiſ. ubi Bald. dicit notandum. Gabr. conſil. 139. num. 8. lib. 1. Surd. deciſ. 229. nu. 15.*
Octauo quia ſumus in ſtipulatione, quæ eſt ſtricti iuris, itaut non debeat extendi ad fideiuſſorem
14 prout dicimus, † de ſententia lata pro reo, quę non prodeſt fideiuſſori, cuius reſpectu erit ineſficax tanquam ſtricti iuris *l. paulus reſpondet eod. de iudic. l. 1. C. ſi plur. una ſentent. Iaſ. in l. centeſimis. §. 1. col. penul. de uerb. obligat.* & ita in terminis de fideiuſſore concludit *Caſtr. conſ. 87. in cauſa quæ uertitur coram domino poteſtate. nu. 3. uerſ. item non obſtat ſecunda ratio. lib. 2.* ſequitur *Aim. conſ. 138. num. 6. in princ. uerſ. addo.*
Nono addebatur nõ valere huiuſmodi pactum, vt debitor teneatur redimere cenſum infra certũ
15 tempus, † cum de natura contractus cenſualis non poſsit repeti ſors, vt in Bulla Conſtitutionis cenſus *Soccin. conſ. 41. n. 5. lib. 4.* Quod tamen non eſt tutum, cum prædicta procedant inter emẽtem, & vendentem cenſum, ſecus quo ad debitorem, & fideiuſſorem, quorum reſpectu
16 debet valere pactum, † vt debitor teneatur redimere cenſum infra certum tempus: Exemplo conuentionis factæ per debitorem de eximendo fideiuſſorem ab obligatione ad eius fauorẽ præſtita, quæ etiam dicitur valida *l. huius. ff. mand. c. ult. ubi gloſ. in uerb. ſi diu. uerſ. quartus eſt. de fideiuſſor. l. fideiuſſor pro uenditore. ff. eod.* Vnde verum eſt quod de neceſsitate contractus cenſualis debitor non cogitur redimere reſpectu creditoris, aut habentiũ cauſam ab eo, ſecus quoad fideiuſſorem, qui ſe poteſt conſeruare indemnem; Intelligendo ceſſante fraude, & dũmodo fideiuſſor nõ ſit ſocius creditoris cẽſus, itaut poſsit præſumi aliquod eius intereſſe, aut colluſio tempore cõtractus, pacti, vel executionis, quia tunc videretur conuentio facta ad fauorem emptoris cenſus, qui non poſſet facere, vt debitor extinguat cenſum infra certũ tempus, prout in ſpecie ita concludit *Solis. de cenſib. lib. 1. c. 7. q. 6. n. 17.*
Pro fideiuſſore tamen faciebat: Quia in inſtrumẽto aderat ſtipulatio pro omnibus, & ſingulis,
quo-

quorum intereſt, aut intereſſe poſſet, vel pote-
17 rit in futurum, † qui modus ſtipulandi poteſt
fieri per notarium Bart. *in l.2. rem pupil.ſalu.*
for.Pariſ. conſ.82.n.2. lib. 1. Vnde quia fide-
iuſſor habet intereſſe propter obligationẽ præ-
ſtitam, dicendum eſt poſſe agere, cum ex ſtipu-
latione notarij acquiratur ius, & actio ei, pro
quo eſt ſtipulatus ſine aliqua ceſſione per eũ fa-
18 ciẽda; licet ſecus eſſet in priuata perſona, † ma
ximè in inſtrumento guarantigiæ, quod minus
requirit ceſſionem Rom. *conſ. 76. in cauſa no-*
bilis. in princ.Soccin.conſ.125.in fin. Dec.conſ.
407. viſis ac diligenter. col.6.verſ. tertio reſpõ-
detur. nu.14. & de veriori opinione teſtatur
Bertazol. clauſ.18. gloſ.5. n. 8. Etenim quan-
19 do notarius ſtipulatur eſt lex, † quæ eius mi-
niſterio acquirit abſenti Bal. *in l. 1. in fin. qui*
ſunt ſui vel alien.iur.

Secũdo declaratio voluntatis facta quo ad vnum
20 prodeſt omnibus intereſſe habentibus † *Dec.*
conſ. 35. præſtantiſſimæ doctor.n.5.verſ. tertio
quod ius fuerit quæſitum. Ang. in l. ſicut.C.de
repud.hæred. Vnde approbatio inſtrumenti tã-
quam veri ſemel facta prodeſt omnibus, qui in-
tereſſe prætendunt: Ita vt abſentes quoq; poſ-
ſint agere contra approbantem Ang. *in §. ſi ve-*
ro expreſsim. col.4. auth. de hæred. & falcid.
Marſil. ſing. 202. tu ſcis regulam. in fin. Maſ-
quard. concluſ.347. num.85. Surd. decis. 132.
num.2. & 3.

Immò etiã confeſſio facta in inſtrumento publi-
21 co ad fauorem abſentis † plenè probat *Surd.*
decis.10. n.6. vbi qđ ſi in diuiſione fratrũ dica-
tur, quod vnus eorũ reſtituit alteri ſcuta cen-
tum, quæ habuit mutuo à Sempronio intelli-
getur probatum mutuum ad fauorem eiuſdem
Sempronij. Iſtud tamen non eſt tutum reſpe-
ctu plenæ probationis, cum ſecũdum veriorem
opinionem illud mutuum eſſet tãtum ſemiple-
nè probatũ, vt docet Bar. *in l.admonendi.n.32*
verſ.item quæro quod ſi inſtrumentum publicũ.
*de iur.iurand.*vbi *Iaſ.in repetit. col.45. in fin.*
n.156.& 157. verſ.ſecundo quærit. dicit ſolẽ-
nem deciſionem, & multum notandam. Neq;
Idem Surd. d. decis.10.n.6. aliquid firmat cir-
ca plenam probationem; ſed remittit ſe ad ea,
quæ dixit *conſ.60.n.19.vſq; ad n.13.* vbi tenet
opinionem *Bart.* vt non ſit facta plena pro-
batio niſi eſſemus fauore dotis *Ruin.conſ.40.*
nu.6.lib.4. Quod etiam voluit *Idem Bart.conſ.*
123. factũ ſic ſe habet titius.col.1.lib.1.Dec.cõſ.
33.præſtantiſſimæ doctor. n.2.verſ. & per iſta
iura. poſt Caſtr.conſ.92. quod præfata ſenten-
tia n. 2.lib.2.

Tertio ſtante intereſſe adiectus poteſt agere
Ruin.conſ.209.n 9.lib.1. Rot. per R.P.D. Iu-
ſtum Roman. ſeptem mill. die 15. decembris.
1603. Vbi ex promiſſione dotis pro filia, cuius
22 pars ex tũc aſſignatur † puta Titio pro rata, ẽt
ſuæ dotis, quæ teneatur facere ceſſionem d.filię
datur actio Titio, quamuis non fuerit præſens
apocæ cum obligatione camerali, nec aliquis
fuerit pro eo ſtipulatus: Nam fuit adiectus
ſolutioni non ſimpliciter, quo caſu non acqui-
reret actionem *l. eum qui ita. §. qui ſibi. de*
23 *verb.obligat.* ſed in rem propriam; † vnde ra-
tione intereſſe rectè agit *Pariſ. conſ.107.n.30.*
lib.3. late Carth. decis. Genuen.126. Intereſſe
autem eſt, vt ſibi ſatisfiat de eius dote, *vt in ea-*
dẽ decis. R.P.D.*Iuſti.* Et quod etiã dos data, &
ſtipulata per extraneum quæratur ipſi ſoli mu-
lieri, quamuis ſit adiecta; & non ſtipuletur eſt
*tex.in l.caius.ſolut.matrim.*vbi *Caſtr. Alex. &*
alij dicunt ſingulare *Bald. Nouell.de dot. p. 6.*
priuil.28.in princ.Surd.conſ.206.n.25.lib.2.

Prout etiam dicimus, quod mulier poteſt exigere
dotem à fratre, vel patre promiſſam viro ſuo
24 poſt mortem viri, quaſi ſubſit æquitas, † vt ra-
tione ſui intereſſe mulier poſsit agere *Guid.*
*Pap.*in ſpecie *decis.375.pater pro filia* quem la-
te ſequitur *Ann.ſing.601.& alleg. 126. lib.2.*
Vbi etiam, quod poterit agere ex eiſdem actis
inchoatis per quondam ſuum maritum, inten-
tando etiam ius executiuum *Alberic.in l.mani*
feſtiſsimi.nu.10.C.de furt.Bald. Nouel.de dot.
priuil.9.& 10.p. 9. Itaut in dote omnia pacta
25 præiudicialia † appoſita per fratrem cõtra mu
lierem reijciantur *Bald.in l.ſi auia.nu.10.C.de*
iur.dot.Franc.decis.196.nu.3.Menoch.præſump.
10.n.24.lib.3.

Neq; obſtat *Franc.decis.33.per tot.* vbi concludit
contra *Guid.Pap.* quod vxor non poſsit agere
aduerſus eum, qui promiſit dotem viro ſoluto
26 matrimonio, † quaſi illa actio reſideat in per-
ſona viri; Vnde eo mortuo debet tranſire ad
eius hæredes, non ad vxorem: Quod etiam vo-
luit *Corn.conſ.153.in hac cõſultatione.in princ.*
lib.4. per text. in l.ſi ſocer. §.lucius. ff. ſolut.
matrim. Erit tñ conſultũ vxori agendo contra
27 hæredes viri, † qui vel ſoluent, vel cedent actio
nem, vel poterit agere actione hypotecaria cõ-
tra hæredes promittentis tanquam nomen de-
bitoris viri, quæ nomina veniut in obligatione
l.nomen.C.quæ res pignor.Bald. in l. ſi pro te
pater. C.de dot.promiſ.& in l.1.priuil.71.ſolut.
matrim. Nouel. de dot. priuil.24.cum ſeq. p. 8.
In contractibus enim acquiritur actio ei, cui
28 fuit promiſſum, † non illi cuius contemplatio-
ne actus ſit, cum ſecus ſit in vltimis voluntati-
bus *Aim.conſ.288. nu.5.col.penul.verſ. quarto*
principaliter.late Monter.qui multos caſus di-
ſtinguit. *decis.36. nu. 39.* Prout in ſimili dici-
mus non poſſe procuratorem, aut aduocatum
agere pro ſalario contra victum, qui fuit con-
29 demnatus in expenſis, † ſed contra victorem,
quamuis huiuſmodi condemnatio fuerit facta
contemplatione ipſius aduocati, dummodo vi-
ctor non ſit rixoſus, & potens, ita vt ab eo eſſet
difficile illud obtinere, aut non ſoluendo, cum
alijs diſtinctionibus de quibus *Idem Monter.*
d.decis.36.n.39.& 84. cum ſeq. Quod etiam
voluit *Ang.in l.actoris procurator. in princ.*per
illum tex.quem dicit ſingularem, & multum no
tandum. *ff. de procurat.* vbi ſi dominus non eſt
ſoluendo poteſt peti executio ſentẽtiæ per pro-
curatorem ad lites contra eum, qui fuit condẽ-
natus

natus in expenſis, & ſequitur Roderic. *Soarez.*
dicens caſum ſingularem, & alibi non reperiri
in repet.l.poſt rem iudicatam.in declaratione le-
gis Regni.*p.1.post q.2.in verb.quia ſupra viſum*
eſt n.4.verſ.fallit ratio ff.de re iud. ſ 571.
Nam quidquid ſupradicti Doctores concludant
verior eſt opinio, vt de æquitate ex ſtipulatione
reſtituendi dotem dentur eidem vxori actiones
vtiles, etiam ſine ceſſione aduerſus hęredes vi-
ri, prout ſeruat R*ot.per* R.P.D.L*ancell.* Rom *de-*
poſiti de Vareſiis 30. octobris 1598. vbi etiam
quod vxor poterit agere non facta diſcuſſione
principalis contra debitores mariti *Pariſ conſ.*
107.n.87.lib.1. Quẽadmodũ etiã contra pecu-
nias ſuas depoſitatas. Nã quamuis vxor non ſit
hæres ſtipulantis, Tamen hoc procedit, quo ad
actiones directas, ſecus quo ad vtiles extanti-
bus pecunijs depoſitatis *l.ſi rei tuas. in ſi C.ad*
*exhibend.*B*artol.in l.1.col.2 ff.de action.& obli-*
gation.
Quarto fideiuſſoris obligatio eſt acceſſoria, & de-
pendet à principali *l.1.& l.ſi stichum. §.fin.de*
fideiuſſor.§.fideiuſſores obligari.inſtit.eod titul.
*Surd conſ.*201.*lib.2.num.9.* Vnde dicendum eſt
30 quod pactum ad fauorem principalis † debeat
etiam prodeſſe illis, qui tenentur ex conſecuti-
uis obligationibus, Sicut è contra dicimus
quod confeſſio principalis præiudicat etiã om-
nibus, qui ex d. conſecutiua obligatione tenen-
31 tur † *Fulgoſ. conſ.205. rainaldus.c.lu.* *l.tam*
mandatori. & l. ſi cui. C. *de non num. pecun.*
*Tiraq.de retract conſang.§.1. gloſ.*18. *num.*83.
Ita ut debitum etiã probetur aduerſus fideiuſ-
32 ſorem † ex ſola principalis confeſſione R*uin.*
conſil.140. nu.9. lib. 1. Licèt hæc opinio non ſit
tuta, cum contrarium ſit verius *latè Surd. de-*
ciſ 218.nu.6. vſq. ad nu.11. cum aliter ſit pro-
bandum creditum, quam ex dicta confeſſione,
33 quæ non eſt legitima probatio † quo ad tertiũ
Cephal. conſ. 101. per tot. Alex. Iaſ. & aly in l.
*qui roma §.augerius.de verb.obligat.*P*ar ſ.conſ.*
121.n.10.lib.4.
Quinto quia ſimus in eo, qui non eſt penitus ex-
34 traneus, † quo caſu poteſt tertius vti beneficio
pacti per principalem appoſiti *Caſtr. in l. 2. in*
princ.C.de hered.vel.action.vendit. Quaſi tunc
interſit ſibi acquiri *Idem Caſtr.in l ſi actionem.*
21.in fin. C.*de pact.per tex. in l. & heredi. §.*
35 *fin. ff.eod.* Et ſine ceſſione † iſtud ius eſt illi
quęſitum, ex ſtipulatione notarij *Dec. in l. quo*
tutela.§.nec paciſcendo.nu.2. de reg iur. C*ouar.*
lib.1.variar.reſol.c.14.num.11.Surd. deciſ.229.
num.17.
Idem dicimus in ſimili de ceſſione, nam licet non
ſint cedenda iura cuicunque ſoluenti, ſed ei qui
36 vel ſoluit pro alio, vel habet † penes ſe bona
l.nulla. C. *de ſolution.* D*octor. in l.2.* C. *de fi-*
deiuſſor. Tamen iſta procedunt in eo, qui eſt pe-
nitus extraneus, ideſt qui nullo iure tenebatur
37 ſoluere ex promiſſione propria, † ſecus in fide-
iuſſor, qui non dicitur omnino extraneus, Vn-
de rectè aget ad ceſſionem, quaſi fideiuſſor poſ-
ſit inuito creditori ſoluere, prout in ſpecie de-
clarat *Salic.in d.l.2. num.7.* quam deciſſionem
dicit ſingularem *Surd.conſil.536.nu.10.verſic.*
ſecundo reſpondetur. cum quilibet diceret con-
trariũ, quaſi nulla ſuggerat æquitas, quod fide-
iuſſori, qui non vrgetur ab aliquo, ſponte ſol-
uendo creditori inuito, denegatur ceſſio *Bald.in*
l.fideiuſſoribus.C.de fideiuſſor. Caſtr.in l. ſi res
obligata. n.5.in fi.de leg.1.
Per concordiam cauſam terminaui, qua non ex-
tante videbatur concludendum pro fideiuſſo-
38 re propter intereſſe, † & alia ſupra allegata, ex
quibus tolluntur contraria, quę habent locum,
quando de illo non conſtaret, & vbi eſſemus in
eo, qui eſt penitus extraneus *Caſtr. in l.2. n. 1.*
C. *de hered. vel action. vendit.* Prout regulare
39 eſt, † vt in ſtipulationibus non includatur per
ſona extranea *l. ſi ita ſtipulatus §. griſogonus.*
*de verb.obligat.*R*ip. in l 2. n.26.col.7.ad.med.*
verſ.aut.in uno iudicio. C. de eden.
Nec facit *deciſ.Surd.* 209. de qua ſupra in quarto
fundamẽto pro altera parte adducto. Quia pro-
cedit ex quo idẽ, qui appoſuit pactum de liberã
do fideiuſſorem ſoluit nulla petita liberatione,
per quam ſolutionem videtur tacitè reuocaſſe
illud pactum, quod potuit fieri. Prout dicimus
de donatione facta alicui, cum pacto vt certo
40 caſu adueniente res tranſeat ad alium, † pote-
rit enim huiuſmodi donatio cum conſenſu do-
natarij reuocari, quaſi ius quæſitum ex mini-
ſterio, & re alicuius poſſit per illum tolli *Bart.*
in l. qui. R*oma. §. flauius. de verb. obligation.*
vbi Ia*ſ. col.5.n.14* teſtatur de vera, & recepta
opinione *Alex.*qui de magis communi *conſ.204*
*col.fin.nu.3.4.& 5.lib.7.*A*im.conſ.69.num.11.*
& ita declarat I*dem. Surd.d. deciſ.209 nu. 13.*
& ſq. ad.n 17. Quod non eſt in caſu, de quo agi-
mus; cum non conſtat principalem reuocaſſe
illud onus adiectum emptori de liberando rem
emptam à cenſu in ea impoſito. Vnde quemad-
modum illi competeret actio non facta reuoca-
tione, Ita etiam debet dari fideiuſſori, cuius
liberationem, & indemnitatem debet principa-
lis procurare, prout per illud pactũ videtur ei-
dem voluiſſe proſpicere, ita vt nullum damnũ
41 patiatur is, † cui facta eſt promiſſio indemni-
tatis *l.pater.vbi.Bat de. dot. praleg. Bal.in.l.2.*
n.1.C.de reuoc.his que in fraud credit.Dec.conſ.
351.n.7.Bertaz.clauſ.43.gloſ.2.n.1.

EPITOME.

Solutum per patrẽ pro condemnatione filij quã-
do ſit imputandum ei in legitimam. Et quid in
dote data per auum nepti, officij, aut locis mõ-
tium emptis per patrem filio, & libris occaſio-
ne ſtudij. Legitima quando debeat dari in cor-
poribus hæreditarijs, & quo caſu imputandum
ſit in eam quidquid acceptum eſt, ſiue in pecu-
nia, ſeu iocalibus, vel vſufructu, aut ſimilibus.
Vniuerſalis inſtitutio quando habeat vim par-
ticularis diſpoſitionis. Decedens ab inteſtato
an videatur relinquere proximioribus bona, de
quibus poterat ex pacto, vel aliter diſponere.

quaſi

quaſi hoc modo diſpoſuerit. Si non ſufficiat pecunia relicta per patrem filio pro legitima, quando ſupplementum debeat etiam eſſe in pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Solutum per patrem pro condemnatione filij an imputetur ei in legitimam, & num. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Dos data nepti ab auo imputatur in legitimam filio, & an cenſeatur data contemplatione filij n. 7. & 8.*

9 *Dos data vni ex filiabus computatur in legitimam.*

10 *Legitima quando debeatur in corporibus, vel in pecunia, vſufructu, iocalibus, aut ſimilibus n. 11. & 14.*

12 *Mater non tenetur ad dotem filiæ, niſi in ſubſidium.*

13 *Si pecunia relinquatur pro legitima, quæ non ſufficiat, quando ſupplementum debeat etiam eſſe in pecunia.*

15 *Officia, ſeu loca montium quando imputentur in legitimam, & quomodo æſtimatio ſit facienda, n. 16. 17. & 18.*

19 *Inſtitutio vniuerſalis habet vim particularis diſpoſitionis.*

20 *Officio empto pro alio, quando emens dicatur remanere dominus.*

21 *Decedens ab inteſtato an videatur relinquere proximioribus bona, de quibus poterat ex pacto, vel aliter diſponere, & n. 22.*

23 *Verbum libere trahitur ad impropriam diſpoſitionem.*

24 *Libri quando conferendi, & quod tempus attendatur in eorum æſtimatione, n. 25.*

26 *Libri non debent auferri Doctori, ſicut nec arma Militi.*

CAPVT L.

CVm dubitaretur in cauſa Angeli, & fratrũ
coram me vertente, quæ bona eſſent impu-
tanda in legitimam, & quomodo deberet inter
eos fieri diuiſio. Primo Dixi verius eſſe debere
imputari ſolutum per patrem pro condemna-
1 tione vnius ex filijs, † cum appareat illum coa-
ctè ſoluiſſe, vt patet ex diuerſis executionibus
contra eum factis, de quibus in proceſſu, cum
aliud eſſet, quando ſpontè & non inuitus ſoluit
*Bar. in l. Thebus in fi. de pecul. legat. Bal. in l. om-
nimodo. de pen. legat.* Gabr. *conſ. 109. n. 10. Surd.
qui de communi. deciſ. 167. n. 11.*
Ratio quia iſte filius non debet eſſe melioris con-
2 ditionis, † quam cæteri fratres, qui pacifici
fuerunt, & quia omne quod datur per patrem
filio ob aliquam cauſam nõ videtur animo do-
nandi, ſed vt in legitimam computetur *Ang. in
l. in quartam. n. 7. ad leg falcid. & ibi* Rip. *n. 185
col. 31. verſ. deniq. dubitatur.*
Quæ procedunt ſiue ſolutum ſit in magna, ſiue in
3 modica quantitate, † cum non faciat differre in
ſubſtantia, quod differt ſecundum plus & mi-
nus *l. fin. de fund. inſtruct.* & ita concludit *Ce-
ual. q. 603. n. 7. contra Aloram. de partition. p. 2.
4 q. 17. n. 38.* Niſi in caſu † in quo conſenſiſſet ex-
preſsè, vel tacitè delicto filij *Vaſq. lib. 3. de ſuc-
ceſ. creat. §. 30. limit. 34. nu. 223.* vbi idem dicit
quãdo ſoluiſſet vti fideiuſſor, prout etiam ſi ha-
5 beret bona aduentitia filij, † quia tunc de illius
bonis cenſeretur ſoluiſſe *l. 1. C. de neg. geſt. l. cum
poſt de adminiſtr. tutor.* Duen. *reg. 222. num. 2. in
fin.* Ruin. *conſ. 149. n. 14. lib. 3.* Rot. *per Cardinal.
Seraph. Spoletan. legitimæ. 15. nouembr.* 1596.
vbi quod de illius bonis cenſetur ſoluiſſe, cũ ſit
illorum adminiſtrator. Vnde quod ſoluitur cõ-
putandum eſt in partem ipſius Ruin. *conſ. 149.
n. 14. lib. 3.*
Secundo erit imputanda alteri filio in legitimam
6 dos data nepti ab auo † *Cin. in l. ſcimus. q. 5. C.
de inoff. teſtam. n. 5.* Alex. *conſ. 31. num. 3. lib. 4.*
Ruin. *conſ. 171. n. 9. lib. 1.* Quoniam huiuſmodi
7 dos cenſetur data † contemplatione filij *Bart.
in l. dotem dedit. de collation.* Cephal. *conſil. 105.
n. 22. Surd. deciſ. 18. n. 8.* vbi multa quod non
refert, quod ego ſoluerim, vel alius contempla-
tione mea *Bald. in l. aditio. in fin. de acquir. he-
8 red.* † Et quando cenſeatur dos contemplatio-
ne filij data *Idem Surd. de aliment. q. 7. titul. 3.
nu. 28.*
Tertio idem eſt in dote data vni ex filiabus, quæ
9 imputatur ei in legitimam † *l. quoniam nouella
C. de inoffic. teſtam.* Bart. *in l. in quartam. n. 10.
C. ad leg. falcid.*
Neq. obſtat quod fuerit in pecunia quaſi illa de-
10 beat dari in corporibus, † Itaut quando in hæ-
reditate non ſunt corpora hæreditaria, ſed ſolũ
iura, & actiones, poſſit filius agere aduerſus hę-
redes vniuerſales, vt ſibi cedant actiones cõtra
detinentes bona, quatenus ad illum pertinent
pro ſupplemento legitimæ *Corn. conſil. 148. ad
fin. lib. 4. Aim. conſ. 109. nu. 7.* Nam reſponde-
tur, quod filia ſciebat imputationem eſſe neceſ-
ſariam. Vnde videtur eam acceptaſſe loco ſta-
11 bilium † Rip. *in d. l. in quartam. num. 148.* vbi
num. 152. ampliat ad iocalia *Socin. Iun. ibid.
n. 123. Graſ. in §. legitima q. 23. Gabr. conſil. 132.
nu. 8. lib. 2. Burſat. conſil. 67. n. 27. Surd. deciſion.
119. n. 2. vbi n. 3.* ampliat ad dotẽ matris, quæ
12 licèt ad illã non teneatur, † niſi in ſubſidiũ pa-
tre nõ exiſtente ſoluendo, tamen videtur potius
dediſſe ex neceſſitate, & ſic quodammodo ſuc-
cedere in paterna obligatione *Rolan. conſil. 44.
n. 31. & conſ. 70. n. 14. lib. 4. Caſtr. in l. quoniam
nouella. C. de inoffic. teſtam. n. 3. poſt* Bald. *ibi op-
poſ. 2. Vaſq. de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 30. limitat. 34.
n. 268. Becc. conſ. 20. n. 30.*
Quare etiam dicimus, quod ſi relinquatur per pa-
trem filio certa quantitas pecuniæ pro eius le-
13 gitima, ſi illa non ſufficiat, † ſupplementum
quoq. erit dandum in pecunia, quaſi filius ac-
ceptando legatum in pecunia ſibi præiudicaue-
rit, ita vt ex hoc poſſit cogi arbitrio Iudicis ad
recipiendum etiam ſupplementum in pecunia
*Oldr. conſ. 113. quæſtio qua quæritur. in fin.
verſ.*

Digitized by Google

verſ.& ſi illa lex.Rip.in l.in quartam.nu.129. ad leg.falcid.Menoch.de arbitrar.caſ.163.n.30. Guid. Pap. quaſt.487.pater in teſtamento. n.1. Quamuis in minore ſic acceptante daretur reſtitutio *Idem Menoch. d. caſ.163. nu. 30. in fin* Prout neque iſta acceptatio præiudicaret hæredi, qui non poterit cogi ſoluere reſiduum in pecunia,ſi nolit, cum habeat electionem ſoluẽdi in corporibus hæreditarijs *latè Bertazz.* qui ita concordat ſententias Doctorum *conſ. ciuil. 108. nu. 6.* vbi etiam multa de opinione *Guid. Pap.q 476.& q.487.* Quam intelligit procedere ſtante conſuetudine, quæ ſi non adeſſet, non deberet iudicari ſecundum illius opinionem; quod etiã voluit *Bertr.conſ.83.n.8. lib.3. Ceph. conſil.42.n.6.Rimin.Iun.cõſ.31.n.147. & 148. lib. 1. Ruin conſ.55. nu.3. lib.2.* Quaſi non ſit æquum, vt filius per ſuam acceptationem præiudicet hæredi, & ne in odium hæredis redundet, quod ad illius fauorem inductũ eſt *l. quod fauore.C.de legib.*

Quæ autem dicuntur de legitima, vt non poſsit conſtitui in pecunia, fructibus, vel vſufructu procedunt,quando ageretur de cõſtituenda le-
14 gitima ab initio,† ſecus in imputatione,ſi agatur de reſtituenda hæreditate ſemel agnita,tũc enim ſi hæres conſequutus eſt aliquid ex hæreditate iudicio teſtatoris imputabitur ei in legitimam,etiam eo inuito *Angel. in l.4. col. 3. ad trebel.Gabr. de legit.concl.4.nu.15.latè Rot.per Cardin.Seraphin. Bononien. fideicommiſſi.vltimo maij.1600.* vbi multa de vſufructu,& ſimilibus *Surd.deciſ.119.nu.3.*vbi de iocalibus & pecunia *Craſſ.in §.legitima. q.23.n.2.*

Ideò etiam dicimus officia, ſeu loca montium empta per patrem filijs, ſeu eorũ prætia impu-
15 tari in legitimam, † & conferri quo ad æſtimationem *Iaſ. in l. illud.nu.6. C. de collat. Couar.lib.3.var.reſol.c. penul.in fin.latè* Roland. *conſil.11.lib.2.* vbi de officio Militis s. Petri, quod imputatur iuxta æſtimationem, quæ cur-
16 rebat tempore mortis, † non habito reſpectu quod illi conſtitit *Rip. in l.in quartam. nu. 16. & 166. ad l. falcid.* Rot. *per Cardin. Seraph. Roman. bonorum de pratatis. 17. aprilis.1570.* Acquiſitio enim, & donatio differunt,cũ enim donat apparet de voluntate,quod voluit donata eſſe filij; Vnde ſi imputaret in legitimam potius haberet à lege,quam à patre:ſecus quãdo ſimpliciter acquirit nõ expreſſa cauſa donatio-
17 nis, † tunc enim non apparet de eius animo, quod voluerit liberalitatem exercere,ideo ſunt imputanda *Aim.* in ſpecie *conſ.136. n.3.* Dũmodo tamen non fuerint empta, & poſita ſimpliciter ſuper vita filiorum nulla facta reſerua-
18 tione dominij; † vel ſi fuerit reſeruata facultas, patri diſponendi in vita ſua tantum, & non diſpoſuerit, tũc enim præſumũtur donata, vt per *Rot. in cauſa romana montium coram Sanctiſſimo &* Romana *officij ſcriptoriæ. coram Card. Pamphilio de quibus per Cardin. Seraphin. Romana legitimæ.9.decembris.1598.* vbi quod ſecus eſſet ſi reſeruauerit; quia tunc non præſu-
mitur donatio,Nã inſpicitur vlterior diſpoſitio patris,& ſi ſaltem tacitè diſpoſuit in teſtamen-
19 to ſufficit,† Itaut vniuerſalis inſtitutio habeat vim particularis diſpoſitionis *Rot. per* R. P. *D. Brauum. Romanæ domus montis Iodani Card. Pamph* Roman. *officij plumbi 4. iulij 1601. vbi* quamuis fuerit declaratum ſpectare fructus, & emolumenta quæcunque durante vita ementis quod non excluditur hæres,quo minus ſuccedere poſſit,cum non importet,vt ei dicatur donatum officium *Dec. conſil.386. col.2. in fi. & in d.deciſ.* multa quando officio empto pro alio, qui ſemper fructus aſſignauit ementi, dicatur
20 poſſediſſe;itaut ſit ei concedendũ mandatũ,† & quo modo conſtet remanſiſſe dominum eum, qui emit officium.

Licet ſi inteſtatus decederet non videretur diſpoſuiſſe *Gabr.conſil. 143. poſt med. lib.1. Burſat. conſil.266.per tot. Cephal.conſil.436.in fi.lib.3.* Quamuis ſecũdum aliam opinionem verius ſit quod etiam decedens ab inteſtato videatur re-
21 linquere proximioribus bona, † de quibus poterat ex pacto,vel aliter diſponere, quaſi hoc modo diſpoſuerit *l. ſi quis cum nullum, & l. conficiuntur. in princ. de iur.codicil.* Ratio nã qui nõ teſtatur videtur alienare in venientes ab inteſtato, & dicitur teſtari tacite, ſi non expreſſe *Bald. in l. cunctos populos.nu.17.verſic. venio ad ſecundum.*C. *de ſacroſ. eccl. & conſil. 114. lib. 1.* & ita in terminis concludit *Natt. conſil.123.n.10.Aim.conſil.176.in fi.Cur.Iun. conſil.4.n.4.verſic. eandem opinionem poſt Bal. in l.cum filio.n.4. de leg.1. & conſil. 117. præſuppoſito quod Statutum.lib.4. Cardin.Mantic. de coniect.lib.7.titul.7.num.14.Soccin. Menoch. Zanch.& alij per Surd.deciſ.272.nu.22.* vbi de communi reſpondendo omnibus in contrarium allegatis, Quæ procedunt quando facultas di-
22 ſponendi concederetur illi, † qui non erat dominus,ſecus ſi reſeruatur per dominum,quo caſu decedens ab inteſtato videtur diſpoſuiſſe, & ita loquitur *Gabr. conſil. 143. lib. 1.* Maxime ſi in reſeruatione diſponendi adſint verba libere, & pro libito voluntatis,quæ trahuntur etiã
23 ad impropriam diſpoſitionem, † & permiſſiuã *Soccin.conſil.123. viſo conſilio.n.1.in fin. lib. 3. Surd.d.deciſ.272.n.15.& 29.vſque ad num.32.* Quidquid alias delatio, quæ ſit à moriente ab inteſtato dicatur ficta, & abuſiua diſpoſitio *Alex. conſil. 44. videretur prima facite in fine lib.5.* Et minus ſufficeret iſta generalis inſtitutio,quando quis haberet facultatem nominandi,ita vt nõ facta nominatione intelligatur nominatus Titius,tũc enim requiritur ſpecifica nominatio ad excludendum illum;qui alias veniret non ſecuta nominatione,neq.enim cenſeretur excluſus per generalem inſtitutionẽ *Corne conſil.105 n.21.lib.2.Aretin.conſil.5.poſt nu.3. verſic. ſed quamuis.* Rot. *coram* R.P.D. *Bubalo.* Romana *vineæ de palude.22.iunij 1589.* Quidquid alias in poteſtate nominandi ſucceſſorem in officijs nõ facta nominatione ſuccedat hæres ab inteſtato *Aim.conſil.176.in fin. Franch.deciſ.*

ciſ.45.nu.2. Ann. ſing.391. & quando procedat *Theſaur.deciſ.97. Burſatt. conſ. 266. lib. 3. Menoch .præſumpt.27.p.2.*

Quarto quo ad libros emptos vni ex filijs occaſione ſtudij,quia præſupponitur adeſſe ſchedulam patris,in qua fuerunt deſcriptæ pecuniæ expẽſę in d.libris, eum declaratione potius recuperan-
24 di,quam donandi,† erit faciẽda collatio, cum filius hęres patris non poſsit contra eius ſcripturã opponere *Aim.conſ.125*.Licet alias quando expreſſe donaſſet, vel eſſemus in dubio,quo caſu pſumeretur donatio libri nõ eſſent cõferẽdi, cum valeat donatio inter patrem, & filium occaſione ſtudij *Alex.in l.ſi donatione.vbi Dec. col.fin.*C.*de collat.*Rolan.*cõſ.11.in 2.dub lib.2.*

Conferẽtur tamen libri,prout ſunt tempore mor-
25 tis patris,non prout ſunt empti,† quemadmodum in cæteris bonis,quæ veniunt in collatione,attenditur tempus mortis,cum non veniãt, quæ ſunt conſumpta,quod intellige ſine dolo, & culpa *Afflict. deciſ.247. nu. 2.& 3.*

Quamuis tamen libri ſint communes omnium fi-
26 liorum,fratres erũt contenti æſtimatione,† cũ non debeant auferri Doctori,ſicuti arma Militi *Bald. in l.macedoniani.* C.*ad macedon.*

Adde tamen his,quæ dicta ſunt de officiis, quod licet illa computentur in legitimam,& facultatem alienandi; Tamen hoc intelligitur quo ad
27 æſtimationem,† non reſpectu tituli *Rot.coram Cardin.Seraphin.* Romana *de piatetis. 17.aprilis.*1570.Et ita debẽt declarari Doctores,dum volunt in eis cadere hypothecam:Quia eſt reſpectu fructuũ,& prætii,ſecus tituli,ſi enim contingant alienari, prætium cadit ſub hypotheca vigore obligationis bonorum præſentium, & futurorum *Idem Cardin.Seraphin.* Roman. *officij.16. octobris. 1598.* Cum alias huiuſmodi officia non cadãt ſub hypotheca reſpectu titu-
28 li,† quaſi de eo non diſponatur niſi de licentia Papæ;in cuius præiudicium nulla poteſt cadere hypotheca:Vacant enim per mortem, & Papa diſponit de eis nulla habita ratione creditorũ, & ſi aliquando conceditur ſubhaſtatio,id fit ex gratia,& donec officiales viuunt, & dum eorũ officia non ſunt vacantia *§. optimum. auth.de*
29 *exhib.reu.*† Quidquid aliud ſit in officijs,quæ tranſeunt ad hæredes ſecundum diſpoſitionem *l. fin.*C.*de pignor.* & docet *Couarr. lib.3. var. reſolut.c.19.nu.6.*

EPITOME.

In debito non aſcendente libram auri an ſufficiãt duo teſtes ad probãdum ſcripturam priuatam quo ad effectum l. ſcripturas.C. qui potior. in pignor. Libra auri quot ſcuta contineat. Tempus circa valorem auri an inſpiciendum, quando ſtatutum inductum eſt,vel cum ſit ſolutio. Donatio non inſinuata vltra quingentos ſolidos an corruat ex diſpoſitione l.ſancimus.C. de donation. Permiſsio ludendi de quo ſolido intelligatur,& quid in ſalario debito Aduocatis. Dos promiſſa in ſcutis auri, quando ſit ſoluenda in auro.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum ſcripturã priuatam quo ad effectum l.ſcripturas.* C. *qui potior.in pignor.in debito non aſcendente libram auri.*

2 *Prætor non curat de minimis.*

3 *Libra auri olim erat ſcutorum ſeptuaginta duorum,& quid hodie.n.4.*

5 *Tempus circa valorem auri inſpiciendum, quando ſtatutum inductum eſt.* Contrarium *n.6.& quid in reſcriptis,& priuilegijs.n.7. 8.& 12.*

9 *In gabella per Principem exigenda, an moneta antiqua,ſeu noua attendatur.*

10 Conſtitutio *ſemper loquitur.*

11 *Intellectus valoris monetæ veteris an attendendus.*

13 *In contractibus an ſpectãdus dies contractus.*

14 *Donatio non inſinuata vltra quingentos ſolidos,an corruat hodie,ſicut olim ex diſpoſitione l.ſancimus.*C. *de donation. & ſolidus quomodo intelligatur.*

15 *Salarium taxatum Aduocatis de quibus aureis ſit accipiendum.*

16 *Permiſsio ludi quo ad vnum ſolidum de qua moneta debeat intelligi.*

17 *Dos promiſſa in ſcutis auri boni computato valore duodecim iuliorum pro quolibet ſcuto,an ſit ſoluenda in auro, vel iuxta valorem.n.*18.19.20.*& 21.*

CAPVT LI.

IN debito non aſcendente ad libram auri ſufficiunt duo teſtes ad probationem ſcripturæ
1 priuatæ† quo ad effectum *l. ſcripturas.* C. *qui potior. in pign.hab.* cuius diſpoſitio procedit, quando contractus excederet dictam libram, quo caſu tres teſtes requiruntur. Ratio eſt,ne de rebus exiguis maximas attritiones homines
2 ſuſtineant,† vt dicit *tex.in §.fin.verſ. vt autem nihil.auth. de inſtrum. caut. & fid.* & in ſpecie cõcludit *Alex.conſ.181.in cauſa & lite. in fin. verſ. ſecundo reſpõdeo. n.5. lib.2.*Caſtr.*in auth. at ſi contractus. in princ.* C.*de fid. inſtrum.*Salic.*in auth. ſed nouo iure.col.1.n.3. verſ.& ideo cum quæritur.*C.*ſi cert.petat.*

Libra autem auri antiquitus erat ſcutorum ſep-
3 tuaginta duorum† *l quoties.*C.*de ſuſcept.& arcar.lib.10 gloſ.in §.& iudicare.auth.de defenſor.ciuitat.*Bald.*in l.quæcunque.* C. *de ſeru. fugit.*Felin.*in c.conquerente.de offic.ordin.*Rebuf. *in l.etiam aureos nummos.159 de verb. ſignif.*

Hodie tamen aurei, quibus vtimur ſunt minoris
4 ponderis,† itaut nonaginta ſex faciant libram *Bart. in rubr.*C.*de veter.numiſm.poteſt.* Caſtr. *in l.fin.*C.*comm.de legat.* Vel ſecundum alios centum,& ſeptem *Roland. de luc. dot.q.53.in fin.* Vel centum & viginti iuxta relatos per

Duen.

Duen. reg.224. in fin. de quibus etiam per *Co-
uar.c.3.de collat.veter.numiſm.Guid.Pap.q.328
nu.2.* Doctor. *in c. conquerente. de offic. ordin.
Alex.in l.cum de indebito. de probat.*

Tempus autem circa valorẽ ſolidi, ſeu auri dice-
5 batur eſſe inſpiciendum, quando ſtatutũ, † ſeu
conſuetudo inducta eſt *gloſ. in c. conquerente.
in verb. duos ſolidos. de offic. ordin. Abb.conſil.
36.quod ſolutio. in princ.lib.2.Bald.conſ.penul.
lib.1. verſ. ſed hoc non obſtante. & conſ.vlt.eod.
lib. Salic. in l. ſuper chirographarÿs. quæ eſt vl-
tima. in fin. C.ſi cert. petat. verſ. ſed dubitari
poteſt.* Vnde cum cauſa de qua agebatur exce-
deret aureos ſeptuaginta duos non poterat di-
ci, quod in ea ſufficiant duo teſtes ex ſupra
allegatis.

Contrarium Dixi eſſe verius, nã præſens tempus,
& hodiernus vſus debet ſpectari, non autem
6 initium inductæ conſuetudinis; † Vbicunque
enim agitur ex legis diſpoſitione debet inſpici
pecunia pro tempore currens, prout etiã quan-
do legi contrauenitur, non autem quando lex
edita eſt, aut conſuetudo inducta fuit *Specul. in
§. nunc aliqua. verſ. fin. de ſolution. Bald. in
l. vlt. in princ. nu. 4. C.commun. de leg. Corn.
conſil.181.col.32.in princ.nu.71. verſ. nec ſolu-
tio.lib.* 2. Nam lex dat formam futuris, ſecun-
dum futura, non ſecundum præterita; Maximè
quia lex debet eſſe exequibilis, & clara, quæ nõ
eſſet talis ſi oporteret probare veterẽ æſtima-
tionem; Vnde meritò trahitur ad tempus ne-
gocij, non è contra, ideo intelligenda erit de
moneta, quæ pro tempore currit *Bald. conſ. pe-
nul.in princ,lib.*1.& iſta eſt verior opinio quic-
quid alij contrarium ſentiant, vt teſtatur *Surd.
7 conſ.335.n.16.*vbi ampliat ad reſcripta, † & pri
uilegia, quæ æquiparantur ſtatutis *Rom. conſ.
123.n.1.Rener. Ruder. de monet. & re numar.
lib.2.c.19.n.3.4.& 6.* Intelligendo ſecus, quan-
do lex ſtatim in ipſo promulgationis tempore
8 habet quem ſibi obliget, † quia tunc incipit ha-
bere effectum, itaut attendatur tempus diſpo-
ſitionis, non autem ſolutionis, quaſi tunc inci-
piat oriri obligatio, cum enim lex habeat quẽ
ab initio obligatum, ſolutio eſt facienda ſecun-
dum monetam currentem tempore legis, prout
latè diſtinguit *Surd. conſil.454. num. 24. verſ.
tertio respondetur. lib. 4.* vbi ex hoc concludit
poſſe Principem redditus gabellarum exigere
9 ſecundum valorem monetæ, † quæ fuit antiqui-
tas, quando onera fuerunt impoſita, cum obli-
gatio ſtatim fuerit contracta, & Principis iuſſus
tunc affecerit totum populum, qui ſemper du-
rat, quãuis homines moriantur, cũm per alio-
rum natiuitatem maneat eadem vniuerſitas
*Bar.in l.vſusfructus.de ſtipul. ſeru.Pariſ.conſil,
27. nu.109. lib.1.*

Præterea conſtitutio ſemper, & cõtinuè loquitur;
10 vnde contingente mutatione pecuniæ, † intelli-
gitur etiam, quod de illa loquatur, & ſic muta-
ta pecunia erit quoq; mutata cõſtitutio ad no-
uam mutationem *Rom. conſ.123. circa primum
dubium, col.2. poſt med. verſ. huius autem du-
plex. Alex.cõſ.104.ſtatutum loquens.n.3.in fin.
verſ.ergo cum tempore ſtatuti.lib.1.Gabr. de ſo-
lut.concluſ.5.in princ.Lancellot.de ſtatut.q.2.in
verb. ſolidos.*

Non obſtat quod ſi aurei hodie ſint minores, vel
11 maiores, † quam olim debent reduci ad intel-
lectum valoris monetæ veteris *l. ſi aliquid. C.
de ſuſceptor.& arcbar lib.10. l. 1. C. de vet.nu-
miſm. poteſt. eod.lib.* Quia illæ leges reſpiciunt
12 ſolemnitatem, † cum vlterius procedant, ac ſi
dicerent perpetuò ita taxamus, vt perpetuò ita
ſit *Bald.in l. fin.in princ. nu.5.verſ.non obſtet.
C.commun.de leg. Brun. de monet. augm.& di-
minut.concluſ.1.declarat.ſeu par.12. nu.7.verſ.
idem eſſet.*

Minus obſtat quod in contractibus inſpiciamus
diem contractus *c. fin.de decim.* Vnde idem de-
bet eſſe in legibus: Quia in illis ideo hoc pro-
13 cedit, † ex quo inſpicitur conſenſus tempore
contractus *l.cum quid. ſi cert. pet.* Sed in legi-
bus nullus eſt conſenſus debitoris, & ſic non
cedit dies etiam ſpe, niſi tempore indictionis
Bald.in l.3.nu.5.C.commun. de legat.

Hinc dicimus donationem non inſinuatam vltra
14 quingentos ſolidos non corruere hodie, † vt
olim ex diſpoſitione *l. ſancimus. C. de dona-
tion.* quia tempore illius legis ſcuta, ſeu ſoli-
da. *71.* faciebant libram auri; hodie verò re-
quiruntur *96.* ſeu. *120.* ſecundum opiniones ſu-
pra relatas, adeo quod rectè calculando iſti ſo-
lidi 500. hodie faciunt ſummam aureorũ *700.*
& vltra, & per conſequens donatio non dicetur
excedere quantitatem à lege taxatam; Vnde
valebit ſine inſinuatione *Iaſ.* qui dicit ita obti-
nuiſſe *in l. 2. §.ex his.col. fin. in princ. verſic.
ſed prius quæro.nu.26.de verb.obligation.Felin.
in c. conquerente. num.1.de offic. ordin. Bellon.
conſil.4.in fin.n.14. Dec.conſ.432. nu.15.Socin.
conſ.48.in præſenti conſultatione.col. penul.n.8.
lib.1.Clar.in §. donatio. q. 15.in princ.* & iſta
eſt verior opinio, quidquid contrarium ſentiant
*Alciat.in l. hæc enunciatio. 232. nu.3.de verb.
ſignific.& Brun.de monet. augmen. & diminut.
concluſ.1.declarat.12. num.7.* vt teſtatur *Duen.
reg.324.in fin.Andr.Gail.obſeruat.38.n.3.lib.2*

Prout etiam ſalarium taxatum Aduocatis, quod
hodiernis temporibus poteſt eſſe vltra ſummã
15 centum aureorum, † licèt antiquitus non poſ-
ſet illũ excedere iuxta *l.1. §.licita.ff.de var.&
extraord.cognit.Bertazzol.clauſ.30.n.45.gloſ.7*

Idem in permiſsione ludi quo ad vnum ſolidum
16 iuxta † *l. alearum vſus, quæ eſt l fin. C. de re-
leg. & ſump. fun. & ale. luſ. & aleator.* Quia
hodie iſta permiſsio excedit vnum aureum, cũ
intelligatur de ſolido legali, ideſt ſexta parte
vnius vnciæ auri, quæ hodie valet vnum dena-
rium, & partem alterius denarij *Caccialup. de
lud.q.6.tom.7.fol.157. Bertazzol.* quia alijs ſi-
milibus comprobat *gloſ.7.n.43.cum ſeq.*

Quoad vltimum an ſi taxetur valor ſcutorum au-
17 reorũ emptor teneatur ad valorẽ taxatũ, † vel
ad ſcutos aureos Dixi ſoluendum valorem, vn-
de cum dos fuerit promiſſa ſolui in ſcutis mille

auri boni, & recti ponderis computato quolibet ſcuto auri in valore duodecim iuliorum nõ debent ſolui ſcuta auri quæ non ſunt in obligatione ſoluendi, ſed ſufficit, quod debitor ſoluat eius valorẽ *Bald.conſil.213. punctus quæſtionis talis eſt.lib.5.alias 339.lib.1.*vbi licèt fuerit habita dos in florenis auri boni, & iuſti ponderis, tamen quia florenus fuit taxatus ad rationem tot librarum pro quolibet floreno, illa æſtimatio debet reddi, & non maior, ſequitur *Socin.conſil.298.lib.2.Corn.conſil.181.col.31. ad med. nu.70.dub.3. lib.2. Anchar. in clem. fin. de decim. col.pen.in fin. verſ. tertio caſu quando mutatio. ibi. qui ſubdit hæc vera.* Et hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem dicit *Bertaz. clauſ.30.gloſ.9.nu.12.in fin.* vbi quod facta taxatione, & æſtimatione aureorum debitor non tenetur ſoluere aureos, vel valorem
18 auctum, & currens tempore ſolutioni: † Quidquid *Boer.deciſ.327.col.2.in princ. verſ.hoc habetur. num.3.* contrarium ſecutus fuerit, quaſi expreſsio, ſeu taxatio de quolibet auro nihil officiat, ex quo conuentio fuit facta de ſoluendis ſcutis auri, & ſic dicta taxatio non debet attẽpi, cum potius præſupponatur addita cauſa demonſtrationis, quam taxationis ad differẽtiam fortè paruorum ſcutorum, *vt per* Signorol. *cõſ.*
19 *74. col.2. verſ.octauo.* † Quia contra Boer. eſt verior opinio vt latè concludit *Bertazol. ibid. num.6. vſque ad 21.*

Intellige vt tunc æſtimatio taxata per partes ſit attendenda, ſiue creſcat, ſiue decreſcat valor aureorum, vt procedat, ita tamen, vt ſolutio ſit facienda in monetis currentibus, tempore con-
20 tractus; † adeo quod ſi monetæ currentes tẽpore contractus ſint maioris valoris, quam tempore ſolutionis, tamen ſolutio erit facienda de eis ad rationem valoris, quo valebant tempore taxationis *Socin.conſil.298.lib.2.Bertaz. d. gloſ.9. num.21. clauſ. 30.* vbi dicit ita eſſe intelligendum conſilium *Crauet.57.num.6.* & ibi etiam *nu.21. in fin.* declarat debere con-
21 ſtare de valore antiquæ monetæ, † quod eſt articulandum, & probandum, alias eſt facienda ſolutio de moneta currenti.

E P I T O M E.

Præſcriptio quãdo procedat in actionibus perſonalibus, in cauſa fiſcali, mutuo, aut depoſito, & an ſufficiat ſola ſciẽtia rei alienæ, vt quis dicatur in mala fide: Per Bullam in Cęna Domini an ſit interrupta omnis præſcriptio contra Romanam Eccleſiam: Beneficia reſeruata an poſsint optari non obſtante præſcriptione per regulam Cancellariæ à ſingulis Pontificibus renouatam. Statutum vt præſcribatur debitum certo tempore an valeat ceſſante bona fide, & quid in iure exequẽdi, aut annullatione inſtrumenti poſt aliquod tempus. Negociorum geſtor an veniat ſub nomine creditoris. Hæres illius, qui habebat malã fidem an præſcribat à ſe ipſo, & quãdo mala fides præsũpta purgetur.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio non procedit etiam in actionibus perſonalibus ſine bona fide. nu. 27. & 28. & quid in fiſco. nu. 2. 3. & 5.*
4 *Pœna non debentur in foro conſcientiæ.*
6 *Præſcriptio omnis contra* Rom. *Eccleſiam hodie interrumpitur per Bullam in* Cœna *Domini.*
7 *Beneficia reſeruata, ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter non poſſunt optari non obſtante conſuetudine immemorabili, & præſcriptione propter regulam* Cancellariæ *à ſingulis Pontificibus renouatam. & nu.8.*
9 *Statutum, vt præſcribatur debitum certo aliquo tẽpore non valet ceſsãte bona fide, & num. 12. & 16. & quid ſi dirigat verba ad creditorem num.17. & an habeat locum in muliere, ſeu* Ciuitate. *nu. 10. & 11.*
13 *Bona fides excluditur in tutore, qui ſcit ſe teneri ad reſtitutionem.*
14 *Tutor non præſcribit ſpatio triginta annorum actioni ad reddendum rationem. nu. 15.*
18 *Solutionis præſcriptio intrat elapſis ſexdecim annis, prout in ſtatuto Vrbis.*
19 *Negociorum geſtor tanquam nõ habens veram poſſeſsionem non præſcribit.*
20 *Statutum loquens de creditore cuiuſcunque generis comprehendit negociorum geſtorem.*
21 *Statutum valet ſi annullat inſtrumentum lapſu aliquo tempore.*
22 *Præſcriptio etiam cum mala fide operatur in ſtatuto loquente de præſcriptione iuris exequendi debitum. & nu.23.*
24 *Mala fides præſumpta ex curſu triginta annorum non purgatur.*
25 *Hæres illius qui habebat malam fidem, quando præſcribat à ſe ipſo. nu.26.*
29 *Debitor ex cauſa mutui, vel depoſiti an præſcribat ſpatio triginta, vel quadraginta annorum nu.30. & 32.*
31 *Debitor præſumitur ad ſoluendum paratus ſi fuerit requiſitus, & non eſt in mala fide, antequam interpelletur. nu. 33. 34. 35. & 36.*

C A P V T LII.

PEr diſpoſitionem Iuris Canonici malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit *c. fin. de præſcript.* Vnde requiritur bona fides vt præſ-
1 criptio procedat † etiam in actionibus perſonalibus *Franc.* qui dicit hanc eſſe veriorẽ opinionem *in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. n.7. col.2. verſ. ſed quid in præſcriptione. & ibi latè* Couar. *p.2. §. undecimo. nu.3. verſ. verum aduertas. & verſ. ſed ipſe hanc rationem.* Felin. *in c. fin. de præſcript. col. 2.* Gabr. qui de magis communi *concluſ. 3. eod. tit.* Cephal. *conſ.403. nu.13.* Tiraq. *de retract. cõuent. §.1. gloſ.2. nu.20. & 21.* Vaſq. *de ſucceſ. creat. p.1. §.10. nu.26.*

Amplius idem eſſet in fiſco, qui licet poſt 20. annos non poſsit exigere pęnas condemnatorũ in
2 ære, † vel pecunia indictas *Bald. in l. data opera 11. col. antepen. in vlt. not. nu.58. verſ. ſed quid*

de

*de bannito in pecunia. C. de his qui accuſ. non
poſſ.Socin.Iun.conſil.75.num.5.lib.2.*Tamen re-
quiritur bona fides inſpecto Iure Canonico *Sa-
lic.in l.1.n.2.C. de quadriẽnali præſcript. Boer.
deciſ.264.nu.23.* Ex quo enim queſitum eſt ius
fiſco,iſta ſic confiſcata non poſſunt tutò retine-
ri ſalua conſcientia *Abb.in c. dilecti.n.12.col.4.
verſ. pone exemplum . de arbitr.*

Quamuis ſecundum *Peregr. de priuil. fiſc. lib. 6.*
3 *tit.vlt.nu.35.*verior ſit opinio † quod indiſtin-
ctè perimatur ius fiſci ſpatio dicti tẽporis, etiã
ſi adeſſet mala fides , prout idem voluit *Ang.
in l.1.in fin.verſ. vltimo attende.*vbi dicit men-
ti tenendum *C.de requiren. reis . Couar. de
ſponſal. 2. par. §. 8. c. 6. num.16.*Nam in foro
conſcientiæ pœnæ non debentur , ſed illa ſalua
4 poſſunt retineri † *Felin.in c.1.nu.12.de conſtit.
Hoſtien.in c.dilecti.verſ.pari autem à parte . de
arbitr.Gabr.concluſ.34. de crim. num.8.* & de
communi tam quo ad Canoniſtas, quam quo
ad Theologos teſtatur *Couar.d.c.6.nu.10.Car-
din. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib.10.tit.4.
num.16.*

Idem eſt in Fiſco Eccleſiæ, nam in rebus immobi-
5 libus,iuribus,& actionibus,† ſiue incorporatis
fiſco.ſiue nõ,dummodo delatis currit præſcrip-
tio centenaria aduerſus fiſcum Romanæ Eccle-
ſiæ,& 40.annorum contra alias Eccleſias *auth.
quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. auth.vt eccleſ.
roman.§.cũ enim antiqua.c.ſi diligenti de præſ-
cript.* quæ iura licèt loquantur in eccleſia ex-
tenduntur ad fiſcum eius *Bald.in l.fin.col.2.vbi
Caſtr.n.8.C.de ſacroſ.eccleſ.Felin. in c.cum no-
bis.de præſcript.Bald.eod.tit.2. p.5. p. n. 5.*

Licet hodie per Bullam in Cęna Domini inter-
6 rumpatur † omnis præſcriptio contra Roma-
nam Eccleſiam *Felin. in c. non liceat. num.19.
verſ.quinto conſidera. de præſcript.*licèt cõtrariũ
ſequatur *Couar.in c. poſſeſſor.p.2.§.12. num.5.
fol.498.* vbi vult non ſufficere d.generalem mo-
nitionem, ſed requiri ſpecialem, quod etiam
voluit *Ruin. conſ. 37. nu. 12. & 17. lib. 4.* Sed
opinionem *Felini.* ſequitur *Creſcent. deciſ. 4.
locat.n. 3. Cardin. Lancellot. Bononien.& Me-*
7 *diolanen.optionis.9.ianuarij. 1579.in fin.*† vbi
exemplificat de beneficijs reſeruatis,quæ opta-
ri non poſſunt , ſiue ſint ſpecialiter reſeruata in
fauorẽ certæ perſonæ, ſiue generaliter *Anchar.
in c. fin. num. 1. & col. fin. de conſuetud.in 6.
Caſſad.deciſ.4.de conceſ.præb.* qui de communi;
Ita vt neque ſuffragetur conſuetudo immemo-
morabilis,& legitimè præſcripta optandi d.be-
neficia reſeruata , quia licèt alias illa ſufficiat
ad acquirendum etiam reſeruata Principi *Abb.
in c. cum nobis. col.5. de præſcription. Iaſ. conſ.
208.videretur prima animaduerſione.col.2. lib.*
2.Nihilominus quia ſinguli Romani Pontifices
8 renouant regulã de beneficijs reſeruatis,† cen-
ſetur per eum interrupta iſta immemorabilis .
Quãdo enim fuit inchoata interrumpitur , cum
tempus vnius Pontificis non poſsit coniungi
cum tempore alterius ſtante interruptione
*Soccin. in l.mihi & titio.§. in legatis. poſt prin.
de leg. 1. Calder. conſ. 3. col. fin. de conſuetud.
verſ.ad aliud vero.Cardin. Lancellot. ibidem,*
qui licet dicat Rotam nihil ſuper hoc reſoluiſſe
tamen ibi in fine poſt relationem factam ſum-
mo Pontif.Greg.xiij.teſtatur ita fuiſſe per eum
additum. Et de conſuetudine optandi non ob-
ſtante reſeruatione plura *Gonzal. de alternat.
reg.33.& 14.Germon.de indult. cardin.§. etiã
ex.eo.n.15.& 16.*

Idem eſt in ſtatuto,ſeu conſtitutione diſponẽte, vt
debitum certo aliquo tempore præſcribatur ,
9 quod non valet ſtante mala fide † *Bart.in l.om-
nes populi. q 4. princip. num.24.de iuſt.& iur.
Alex.conſil.185. lib.2.* cum declarationibus de
quibus per *Doct.in c.2.de except.in 6. Gabriel.
de præſcript.concluſ.4.latè Hier. Gabr conſil.8.
lib.2.Gomeſ.inſtit. de action.in princ. num. 67.
Boni.de ſtatut. vrb. praſcript. gloſ. 3. num. 34.*
vbi poſt *Soccin. & Corn.* quod ſtatutum , vt
creditor negligens in petendo debitum per an-
nos 16. poſt tempus illud exigere non valeat ,
& præſumatur iuris præſumptione facta ſolu-
10 tio , † non habet locum in fœmina creditri-
ce , & quid in Collegio , ſeu Ciuitate *Bald.
in l. omnes populi num. 23. de iuſt. & iur.* vbi
quod comprehenditur, quãdo ſtatutum loque-
retur imperſonaliter, puta debitum non petitũ
infra aliquod tempus amplius peti non poſſit ,
ſecus quando Ciuitas,vel collegiũ feciſſet illud
11 ſtatutum,†quia non cenſeretur ſtatuere contra
ſe,neque enim ſtatuta ligant ſtatuentes *Alex.
in l.1.ff.quod quiſque iuris.Fel.in c.1.ampliat.4.
n.24.de conſtit.Put.deciſ.363.lib.1.*

Ideo quo ad ſtatutum,de quo in caſu mihi propo
ſito,dum diſponit, quod lapſi quindecim annis
continuis creditor amplius non audiatur,& ip-
ſo iure,& facto ſtatim ſit excluſa omnis obliga-
tio. Dixi illud procedere ſi ex parte præſcribẽ-
12 tis interuenerit bona fides , alias enim illius
diſpoſitio non habebit locum *Abb. conſil.76.in
præſenti conſultatione in fin.num.3.lib.1.Alex.
conſil.185.viso titulo quæſtionis col.penul.n.27.
verſ.nec prædictis debet obſtare lib. 2.* & in ſpe-
cie ſimilis ſtatuti eſt deciſio *Rota corã R.P.D.
Giptio Auximana tutela 23.Ianuarij 1593.* vbi
quia conſtabat de mala fide tutoris ex multis
ſentẽtijs,in quibus remanebat debitor,vnde nõ
erat credendum ignoraſſe ſe non teneri ad re-
13 ſtitutionẽ,† ex quo excluditur bona fides *Rol.
conſil.21.n.18. lib.2.* Nam quod ſuũ non erat ,
ad alium pertinere modis omnibus iure debe-
bat *Bart. in l.celſus. num.17. de vſucap.* ſtante
præſertim iuramẽto præſtito in ſuſceptione tu-
telæ, ex quo non licet præſcriptionem allegare
Marſil. ſingu. 145. Gabr. de ſtatut.concluſ.1.
R.P.D.*Giptius ibidem.*

Quod etiam procedit in terminis iuris cõis , ſe-
cundũ quod tutor non pręſcribit ſpatio 30. an-
norum actioni ad reddendum rationem. Quia
eſt ſpeciale in minore,quod debitor illius ſit re
ipſa in mora ſine interpellatione *l in minorũ.C.
in quib.cauſ.reſt.in integr. nõ eſt neceſſar. Rom.
ſing.117.* Vnde dicitur eſſe in mala fide , cum

N ij habeat

habeat in manibus innentarium,& libros ratio
nũ,ex quibus poteſt facilè colligere , quid pro-
uenerit ex redditibus pupilli , & in quo rema-
neat debitor; Quare in eo dicitur ſcientia rei
alienæ: ob quam de Iure Canonico nunquam
præſcribit: Ita in ſpecie per multa concludit
15 *Surd.conſ.296. per tot.* † vbi dicit opinionem
veriorem,& magis æquam: Quidquid cõtrariũ
dicãt *Purpur.conſ.339. & Boer.q.39. in princ.*
qui volunt ſolum vſq; ad 30.annos poſſe mole-
ſtari tutorem ad reddendum rationem *& dixi
deciſ.46.*

Et quod huiuſmodi ſtatutum, vt elapſis tot annis
16 creditor petens ſuũ creditum,non † audiatur ,
vel non valeat , vel intelligatur,quando adeſt
bona fides latè concludit *Idem Surd.deciſ.158.*
Quod procedit quamuis idem ſtatutum diri-
gat verba ad creditorem,quia neque operatur
17 cum mala fide: †Quidquid contrariũ conclu-
dat *Caſtrenſ.in l. ſequitur. 4.§.ſi viã circa fin.
de vſucap Gabr. de præſcript.concluſ.4.num.*4.
Quia verior opinio eſt contra prædictos,prouc
ſequitur *Rot. coram R. P. D.Gipſio. Auximana
tutelæ.23. ianuary.1593.& coram* R.P.*D.* Ro-
buſter. Recanaten.*pecuniaria.27.iuny.1576.&
per Cardin. Seraphin.* in ſpecie eiuſdem ſtatuti
*Auximana dotis.*1582.

Verum eſſet quod intraret pręſumptio ſolutionis,
18 de qua in ſtatuto Vrbis *c.158.lib.1.* † quando
per tempus *16.* annorum creditor tacuiſſet,cũ
ex huiuſmodi taciturnitate præſumatur per ſta
tutum ſolutio *Cuman.conſ.92.nu.*2.*Socc. conſ.*
40.*nu.*10.*lib.1.* Quia præſcriptio ſtatutaria
ſuccedit in illam iuris communis, ſecundum
quod creditor diu differens creditum facit præ
ſumi ſolutionem, & ſimilis eſt ei,qui ſatisfecit
*l.ſi pupillus.§.ult.de admin.tut. Affl. deciſ.13.
nu.4.* Præſertim vbi nec creditor,nec eius hę-
res iudicialiter conuenit debitorem viuentem,
nec extraiudicialiter interpellauit *Menoch.
præſumpt. 135. lib.3.nu. 19. & eſt deciſio* Rotæ
Roman. *redditionis rationis.27.nouembris.*1598
vbi allegatur etiam *deciſio* R. P. D. *Cordu-
19 ben.in cauſa* Bononien.*computorũ.* † & ibi etiã
ampliatur,quando fuiſſet actum contra hæredẽ
negotiorum geſtoris, qui licèt nunquam præ-
ſcribat,quaſi non habeat veram poſſeſsionẽ *l.
etiam. §. ſi quis abſentis. de petit. hæred. l. ma-
lè agitur.de præſcript.30.annorũ.* Bald. in ſpe-
cie *conſ. 12. quidam. in fin.n.9.lib. 1.. Bou.* in
terminis ſtatuti Vrbis *de ſtatutar. præſcript.
gloſ.*10.*num.162.limit.16.* Tamen quia ſtatu-
tum diſponit contra creditorem cuiuſcunq; ge
20 neris contractus,† verius eſt quemcunque cõ-
prehẽdi *Gabr.conſ.8.n.3. lib.*2.& ſufficit quod
per illum non præſcribatur debitum, ſed actio
ad illud & eſt acquiſita debitori exceptio *Ca-
ſtrenſ.in l.1.ad fin. C.de ſeru. fugit. Rot. in d.
cauſa* Romana *redditionis rationis .*

Prout etiam eſſet validum ſtatutum ſi annullaret
inſtrumentum creditoris,itaut elapſo tempore
21 agens ex illo nõ poſſet audiri,†cum poſſint ſta
tuentes diſponere, quod ſit credendum inſtru-
mento per tantum temporis ſpatiũ,quo elapſo
intelligatur nullius roboris, & mométi,quam-
uis alias non eſſet validum ſtatutum excludens
totaliter creditorem à iure ſuo negligentẽ per
aliquod tempus illud petere: Nam inſtrumentũ
licèt ſit inualidum,tamẽ non intelligitur inua-
lidatus contractus cõtentus in inſtrumento,dũ
modo aliter,quam per illud inſtrumentũ pro-
betur veritas contractus *Alex.*loquens in de-
poſito *conſil.160.viſis ſtatutis,per tot.lib.7.*

Quemadmodum etiam valeret ſtatutum loquens
22 de præſcriptione iuris exequẽdi debitũ, † quo
caſu præſcriptio etiam cum mala fide procede-
ret. Quoniã tũc non agitur de pręſcribendo de
bito , tunc enim per Ius Canonicũ prohibetur
23 præſcriptio cum mala fide † *Celſ.Vgo.in verb.
præſcriptio.verſic.17. Ceual.q.173.in fin.*

Et adeo requiritur bona fides , vt etiam non ex-
24 cludatur mala fides pręſumpta,† quę ex curſu
30. annorum non videtur poſſe purgari *Aim.
conſil.146.n.6. & 7.verſic. putarem tamen.* vbi
de eo, qui ingreditur poſſeſsionem vacantem ,
quam debebat putare ad alium pertinere.

Hæres tamen illius,qui habuit malam fidem,quã
do ſumus in poſſeſsione temporis 30.vel 40. an
norum poterit præſcribere ſi à ſe ipſo incipiat,
25 & nõ vtatur acceſsione auctoris,† & ſic *tex.in
l. cum barci. de diuerſ.& temporal. præſcript.*
vel non habet locũ in iſta præſcriptione 30.an-
norum,vel non procedit de ęquitate canonica
Din.in c.poſſeſſor.col.fin.de reg. iur. in 6.*Bart.
in l.vitia.C.de acquir. poſſ.Gabr.de præſcript.
concluſ.5. Vaſq.controuerſ lib. 2.c.73.* & iſta
eſt verior opinio,quod prędicta debeant intel-
ligi in præſcriptione longiſſimi temporis , ſe-
cus in pręſcriptione decem , vel viginti anno-
rum: Nam tunc poſſeſſor debet vti acceſsione
prędeceſſoris, cum ex perſona propria nõ poſ-
26 ſit pręſcribere , † & ita concordat opiniones
Bald.in l.nihil.C.de vſucapion.pro hærede.& eſt
communis , *vt per* Soccin. *conſil.* 203. *capiendo
primum. verſic. quarto eadem.& uerſic. quinto
cõfirmatur.lib.*2.*Turret.cõſ.63.n.3.* & ita pro-
cedit *gloſ.ult.in l.fin.C.commun.de uſucap.* &
hanc eſſe magis receptam ſententiam teſtatur
Ceual.q.25.in fin.

Et quamuis Iura Canonica loquãtur in poſſeſſo-
ribus malę fidei,vt in *c.poſſeſſor.de reg.iur.in* 6.
Vnde non videbantur procedere in iuribus in-
27 corporalibus,†quæ non poſsidentur,& ideo cũ
in eis ceſſet ratio prohibitionis,non eſſet requi
renda bona fides in actionibus perſonalibus ,
Soccin.in rubr.de cauſ.poſſ.& propriet.& conſ.
40.*in fin.lib.*1. *Corn. conſ.176. ad euidentiam.
col.2. verſ. tamen his nõ obſtantibus. lib.1. poſt
Bart.in l.ſequitur.§.ſi uiam. de uſucapion.* Ta-
28 men contraria opinio eſt verior,† quod etiam
in iſtis actionibus perſonalibus requiratur bo-
na fides , vt ſit locus præſcriptioni, *ut per Co-
uar. Franc. Ceph. & alios in principio huius
capituli allegatos* , & teſtatur *Felin. in c. fin.
col.2.de præſcription.* cũ alijs per *Ceual.q.173.
& q.630.*

Ex

Ex iſtis poterat dici in cauſa Pauli,& conſortium,
quod ſciens ſe alteri debere centum actione
perſonali,puta ex cauſa mutui, depoſiti, vel ſi-
mili ſemper habeat conſcientiam læſam, quod
ea quantitas pecuniæ alteri debita ſit, & ſic
nulla præſcriptio cuiuſcunque temporis admu-
tatur etiam 30.annorum,vt per *Couar. & alios*
ſupra citatos,& in terminis in depoſito ita con-
cludit *Matthesil. ſing.23.incip.nota quod omnes*
leges: Prout etiam videmus in ſtatuto exclu-
dente creditorem intra tale tempus, quod non
comprehendit depoſitum propter ſcientiam
rei alienæ, itaut nunquam præſcribat, vt late
conſuluit, etiam in depoſito *Corn. conſil.328.*
incip. videtur in præſenti conſultatione. lib. 1.
per tot.
In contrarium tamen obſtabat,quod ex præſcrip-
tione 30. annorum ſit tutus debitor, etiam ex
30 cauſa depoſiti,† vel mutui,cum per tantũ tem-
pus omnis actio ſit ſublata *l. ſicut, & l. omn es.*
C.de præſcription.30. vel 40.ann. Nec dicatur
illum eſſe in mala fide reſpectu prætij recepti,
& non reſtituti, quia antequam debitor ſit in
mora ſoluendi, non poteſt dici, quod nolit ſol-
uere, & ſic quod habeat malam fidem; ideo di-
cto tempore præſcribit, quia non eſt in mala fi-
de, vt eſt ille, qui non vult ſoluere, Immo præ-
31 ſumitur,quod ſit ad ſoluẽdum paratus † ſi fue-
rit requiſitus *Corn.* loquens in mutuo *conſ.277.*
ad euidentiam. col.2. in fin. & col.4. verſ. alia
etiam ſolutio.lib.4.Socin.Iun.conſil. 145. nu.64.
& 65.lib.1.Cephal.conſil. 240. nu.13. uſque ad
*n.22.lib.2.tum alijs per Couar.*licet contrarium
ipſe ſequatur *in d.c.poſſeſſor.§.11.verſ.ceterum.*
nu.5.de reg.iur.in 6.Rim.Iun.inſt.per quas per-
*ſonas nob.acquir.in princ.nu.29.*qui loquitur in
32 mutuo,& depoſito,† Et quod per tantum ſpa-
tium temporis non ſit veriſimile quem differre
petitionem ſui depoſiti dicit *Rot.per* R.P.D. *Pe-*
niam. licet non firmet *Reatina depoſiti. 18. de-*
cembris.. 600.Pariſ.conſ.137.n.12.lib.4.Afflict.
deciſ.13.n.11. quod etiam videtur eſſe de men-
te *Alex.*qui loquitur in depoſito *conſil.170.vi-*
33 *ſis ſtatutis lib.7.col.1. ad med.*† Et quod non
dicatur debitor in mala fide, quando non
fuit interpellatus tenet *Bauer.ſing.53.nu.18.in*
verb.præſcriptio.Addit.ad Alex.conſ.99.videtur
*prima facie lib.4.*vbi dicit iſtam eſſe veriſsimam
34 ſententiam,† & ita diſtinguit cõcordando opi-
niones *Auffrer. ad deciſ. Cappell.Tholoſ.74. So-*
cin.conſ.203.nu.4.col.fin. verſ. ſexto & vltimo.
lib. 2. Summa Angelica in verb. præſcriptio.
verſ. quadrageſimoquarto.Alex.conſil.218.pon-
deratis narratis in fin.lib.6.Dec.conſil.534.Cu-
man.conſil.67.ſtatuta Ciuitatis.nu.5.col.2.verſ.
mihi autem videtur.
Et licet multi Doctores teneant contrariũ, quod
dicatur mala fides, quamuis debitor non fue-
35 rit interpellatus, † itaut neque poſsit currere
d. præſcriptio 30.annorum ob ſolam ſcientiam
rei alienæ,vt *per Crot. Imol. Gomeſ. Bertrand.*
& alios de quibus per Gabr.concluſ.3.n.10.verſ.
tertio limita. de præſcript. Felin. in c.fin.col.3.
n.3. verſ. limita. eodem tit.Couar.d.§.vndecimo.
d. c. poſſeſſor.num.3. in fin. itaut iſta opinio vi-
deatur tutior in conſcientia. Tamen contraria
36 ſententia ſupra firmata videtur verior,† & ma
gis per Doctores approbata, tũ numero & au-
ctoritate,tum etiam ratione,*vt per Rimin.Iun.*
inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur. in
princ.n.28.& dixi deciſ.4.n.59.& 60. & dicam
infra cap.118.

E P I T O M E.

In conditione poteſtatiua,caſuali,vel mixta,quã-
do attendatur tempus euenientis conditionis.
Hypoteca tacita in bonis tutoris, ſeu patris le-
gitimi adminiſtratoris bonorum filij à quo tẽ-
pore incipiat. Donatio propter nuptias an
habeat tacitam hypotecam cũ priuilegio præ-
lationis quemadmodum habet dos. Lucrum
dotis,ſeu dos an dicantur ex cauſa lucratiua.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus aduenientis conditionis attenditur in conditione poteſtatiua, ſecus caſuali,vel mixta, prout in reſtitutione dotis, & conditione diſſoluendi matrimonium. n.2.*

3 *Hypoteca dotalis incipit à die contractus promiſsionis,non traditionis dotis; Idem in obligato ſoluere decimas. nu.4.*

5 *Hypoteca tacita incipit à die adminiſtrationis per patrem bonorum filij,non à die actus male geſti. Idem in tutore. n.6.*

7 *Obligatio pro dote cenſetur etiam pro fructibus dotalibus, & pro donatione propter nuptias, num.8.*

9 *Donatio propter nuptias fit pro vtilitate, & ſecuritate mulieris, & olim dicebatur ante nuptias,nec requirit ſolemnitates ſtatutorum. num.10.*

11 *Hypoteca tacita cum priuilegio prælationis datur ſolum doti, non autem donationi propter nuptias. Intellige vt n. 15.*

12 *Dos quãdo dicatur ex titulo lucratiuo,& quid in lucro dotis. n.13.*

14 *Conſtitutio dotis propter ingratitudinem quãdo reuocetur.*

C A P V T LIII.

IN debito contracto ſub conditione poteſta-
tiua attenditur tempus euenientis cõditio-
1 nis, † quaſi tunc deficiat æquitas, cum in ſua
poteſtate fuerit ante implere. Quamuis ſecus
ſit in ſtipulatione facta ſub conditione caſua-
li, vel mixta, tunc enim trahitur retro *Bart.*
in l. ſi is qui pro emptore. col.15.in princ.n.46.
q.5.ff. de vſucap. Iaſ.in l. ſi filiusfamilias. n.2.
verſ.limita iſtam regulam.de verb.oblig. Quare
cum conditio diſſoluendi matrimonij, & reſti-
2 tuẽdæ dotis pendeat à caſu,† quamuis actio de
dote naſcatur tantum matrimonio ſoluto, ta-
men retrotrahitur ad tẽpus promiſsionis *Alex.*

Digitized by Google

in l. ſi conſtante. nu. 4. ſolut. matrim. Bald. Nouel. de dot. p. 10. limit. 16. nu. 3. verſ. ſed tunc inſurgit notabile dubium.

Vnde Dixi verius eſſe dicto tēpore promiſſionis
3 dotis incipere hypotecam dotalem, † & ſic à
die contractus, non traditionis Mohed. deciſ. 51. per l. balneli. & l. potior. qui pot. in pign. hab. Gomeſ. in l. 50. Taur. n. 38. Cin. & alij per Bald. Nouel. d. limit. 16. Quoniam in contractibus conſideratur tempus illius l. filiusfamilias. 78.
4 de verb. oblig. † Prout dicimus de obligatione
ſoluendi decima, quæ incipit à die contractus, non ſolutionis Ceual. q. 58. n. 33.

Idem in obligatione patris legitimi adminiſtratoris bonorum filij pro quorum adminiſtratione bona paterna ſunt tacitè obligata l. cum oportet. §. fin. C. de bon. quæ liber. Socin. conſil. 34. nu. 13. lib. 1. Cardin. Seraphin. Roman. vineæ 26. iunij. 1598. quæ tacita hypoteca inducta à lege in eius bonis non incipit à die actus malè
5 geſti, † ſed à die inchoatæ adminiſtrationis Bal.
in l. cum oportet. §. fin. C. de bon. quæ liber. Salic. in l. pro officio. C. de adminiſtr. tutor. vbi idem
6 in tutoris obligatione, & actione tutelæ, † in
qua datur hypoteca tacita, quæ licet nō habeat effectum, niſi demum eueniente tempore finitæ tutelæ, vel ex quo tutor incipit malè adminiſtrare l. 1. de tut. & rat. diſtrab. l. hac edictali. §. penult. C. de ſecund. nupt. Tamen ſtatim oritur à principio, & producit hypotecam Socin. conſil. 41. n. 18. lib. 4. & conſ. 62. in præſenti conſultatione. col. 1. verſ. circa ſecundam quæſtionē. lib. 1. vbi quod eſt magis communis opinio, vt bona ſint obligata à tempore ſuſceptæ tutelæ, non à die, qua tutor cepit malè adminiſtrare Neguſ. de pignor. vbi de communi. 2. p. memb. 4.
7 num. 12. Itaut obligatio pro dote † cenſeatur
etiam eſſe pro vſuris dotalibus Burſat. conſil. 32. poſt Specul. de donat. int. vir. & vxor. §. formatis. verſ. ſed nunquid bona. Neguſ. d. m. 4. nu. 47. ampliat. 6. cum hypoteca conſtituta pro ſorte includat etiam acceſſoria, & vſuras l. lutius. qui pot. in pign. habeant.

Idem eſt in donatione propter nuptias, in qua ha-
8 bet locum tacita hypoteca, † prout in dote, ſi-
cuti etiam tacita ſtipulatio, quæ in vtroque caſu procedit Bald. qui dicit eſſe menti tenendum in l. 2. in ult. not. C. de bon. quæ liber. Aim. conſ. 185. n. 1. ad med. Nam donatio propter nuptias verè, & propriè fit mulieri pro eius vtilitate,
9 & ſecuritate † §. eſt & alius. vbi gloſ. in verb.
exequentur. inſt. de donat. Aim. conſ. 85. num. 4. Neque datur ſolum propter lucra nuptialia, ſed pro ſecuritate dotis l. fin. §. ſancimus. C. de donat. ant. nupt. Neguſ. de pignor. p. 2. m. 4. n. 71. Et dicitur hodie propter nuptias, quæ olim di-
10 cebatur ante nuptias d. l. fin. † & eſt priuile-
giata non requirens ſolemnitatem ſtatutorum Rom. conſil. 280. & 394. Caputaq. qui loquitur de ſtatuto Vrbis deciſ. 3. n. 3. lib. 3.

Quæ autem dicta ſunt de tacita hypoteca, quod habeat locum in donatione propter nuptias quemadmodum in dote Declaraui, cum de hoc diſceptaretur eſſe intelligenda de tacita hypo-
11 teca † ſine priuilegio prælationis; Iſtud .n. pri-
uilegium datur ſoli doti, nō donationi Propter nuptias Innoc. in c. ex litteris. ad fin. de pignor. Aret. in §. fuerat. nu. 18. poſt gloſ. in verb. cū ipſa. verſ. in eadem. ibi. quia aliud. inſtit. de action. Ratio eſt, quia ſi dos ammitteretur eſſe damnum, cum d. donatio ſit lucrum Bald. in l. aſſiduis. nu. 3. verſ. ne tereas. C. qui pot. in pign. habean. Dos enim reſpectu filiæ quo ad patrem
12 dotantem non eſt ex titulo lucratiuo, † quam-
uis ſecus quo ad extraneos Alex. conſ. 71. nu. 1. lib. 4. Gomeſ. ad l. 22. tauri. nu. 12. Ceual. q. 73. nu. 3. Quidquid contrarium ſequatur Pinel. in l. 1. p. 3. nu. 62. C. de bon. matern. poſt Alex. in l. fideicommiſſariam. ad trebel. Prout etiā ex parte viri dicitur titulus oneroſus, non lucratiuus l. pro oneribus. de iur. dot. Lup. in c. per veſtras. §. 22. not. 3. nu. 7. Ruin. conſil. 104. nu. 2. col. 4. poſt med. verſ. hinc eſt quod apud maritum. lib. 1. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. nu. 30. inſtit. de action. Dec. conſil. 259. quæritur breuiter. col. 1.
13 vbi ampliat ad lucrum dotis, † quod etiam di-
cetur ex cauſa oneroſa Idem Dec. conſil. 67. circa propoſitum conſultationis. col. 2. in fin. Licèt quo ad lucrum dotis contrarium ſequatur Cagnol. in l. in eo quod velis. 33. nu. 4. de reg. iur. & Bald. Nouel. de dot. ſpecial. 37. p. 6. n. 4. cum alijs per Addent. ad d. conſil. Dec. 67. in verb. oneroſa. Quamuis contra eos dicat tenendum Ceual. q. 73. num. 5. vbi ex hoc infert non poſſe reuocari donationem dotis, ſi filia cōmittat ingra-
14 titudinem, † cum eſſet in damnum mariti cō-
ſtante matrimonio, ſecus illo ſoluto Boer. deciſ. 27. Rip. in l. fin. nu. 51. C. de reuoc. donat. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 62. illat. 12. C. de bon. mater.

Et quidem inſpecto initio cōtractus quamuis donatio videatur oneroſa, tamē cōſiderato euentu, qui in hoc caſu debet attendi eſt lucratiua donatio propter nuptias, & lucrum quod debetur, prout in terminis ſtatuti deferētis lucrū coniugi ſuperuiuenti eſt deciſio Rot. per R. P. D. Littam Beneuentan. bonorum. 17. aprilis. 1595. & coram Cardin. Seraphin. Portuen. bonorum. 18. octobris. 1579.

Quando tamen mulier ageret ad donationem propter nuptias tāquam ſpecialiter obligatam pro dote, tunc eſt concedenda etiam tacita hy-
15 poteca cum priuilegio prælationis, † quia cen-
ſetur potius agere pro dote, quàm pro donatione, ſecus, quando ageret ad donationē propter nuptias ſub prætextu, quod quæreret illam lucrari; hoc enim caſu procedunt, quæ ſupra dicta ſunt, quod habeat hypotecam tacitam ſine priuilegio prælationis, prout in ſpecie concludit Abb. in c. ex litteris. nu. 9. col. ult. verſ. quod ſecundum. de pignor. Negus. eodem tit. p. 2. m. 4. n. 65. & 70.

EPITOME.

Rebellionis crimen quādo incurratur per reſiſtētiam factam officialibus Principis. Et quibus

pœnis

pœnis puniantur rebelles, & an contra eos ſit procedendum ſine citatione. Adminiſtratio bonorum rebellis, ſeu alienatio, quando illis ſit intedicta tam à die commiſsi, quàm cogitati criminis, itaut reuocetur per Fiſcum, etiam non reſtituto pretio.

SVMMARIVM.

1 *Rebellionis crimen vt incurratur non ſatis eſt rebellari contra Officiales Principis in concernentibus officium eis commiſſum. ſed requiritur perturbatio ſtatus Imperij, & bonoris Principis principaliter non ſecũdario, & n. 2. Intellige vt n. 3. 5. 6. 8. 9. 10. & 11.*

4 *Seditioſi dicuntur qui faciunt ex propoſito rumorem in populo pro mutatione publici ſtatus, non ob cauſam priuatam.*

7 *Offendens Conſiliarium Principis non incurrit crimen læſæ Maieſtatis ſi ex odio priuato offendit, ſecus ſi intuitu officij.*

12 *Securitas debet interpretari pro tranquillitate non pro ſaluo conducto.*

13 *Rebelles ſtatim commiſſo delicto ſunt infames, & incapaces bonorum, & alijs pœnis plectuntur.*

14 *Alienatio, & adminiſtratio bonorum interdicitur rebelli, etiam à die cogitati ne dum commiſſi criminis, prout in hæreſi. n. 15.*

16 *Alienatio facta per rebellem reuocatur à fiſco etiam ſine reſtitutione pretij. n. 17.*

18 *Retentio rei competit donec reſtituatur impenſum pro illius vtilitate, quamuis nulla adſit hypoteca.*

19 *Litigioſa res non efficitur per alienationem neceſſariam.*

20 *Contra rebelles proceditur etiam ſine citatione ob timorem perturbationis ſtatus, prout in rebellione notoria. n. 21. & 22.*

CAPVT LIV.

OCcurrit ſæpè fieri reſiſtentiam officialibus
Miniſtris iuſtitiæ, & alijs etiam eximendo
carceratos ab eorum manibus: Vnde quæſitum
fuit an poſsit cõtra eos procedi ad pœnam rebellionis,
& quidem ommiſsis multis, quæ poſſent
adduci, cum materia ſit ampliſsima, breuiter
Veriorem opinionem dixi non ſatis eſſe ad
crimen rebellionis incurrendum, quod quis cõtra
officiales Principis in ijs, quæ ad cõmiſſum
1 eis officiũ pertinent, rebelletur reſiſtendo, † vel
non obediendo, ſed vlterius requiri, quod talis
reſiſtentia fiat in concernentibus ſtatum imperij,
& proſperitatem, & bonorum Principis,
vt dicitur *in extrauag. Henrici 7. Qui ſint
rebelles.* vbi *Bart. in verb. rebellando.* declarat
quod ſi quis nõ paret iudici in aliqua cauſa ciuili,
vel criminali, aut eſt contumax, vel ei reſiſtit,
licèt largo modo dicatur rebellis, non tamen
incidit in pœnas illius conſtitutionis, quia
nõ rebellat principaliter cõtra Principẽ, & non
ſatis eſt obedire nolle officiali, ſed requiritur
quod quis nolit obedire propter ipſum Principem,
non propter ipſum officialem, vt declarat
Idem Bart. in l. hoſtes. num. 15. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Et hæc eſt communis doctrina, quam
ſequitur *Dec. in c. 1. ſanè. il 2. num. 3. col. 2. verſ.
quarto nota. & ibi Gigas. in addit. Idem Dec.
conſil. 604. in princ. Curt. Iun. conſil. 137. nu. 2.
Laſ. conſil. 86. col. 2. vol. 3. Gabr. conſil. 179. nu. 3.
& 4. uol. 1. Decian. in pract. criminal. tom. 2.
lib. 7. tit. 32. de rebellib. nu. 5. Gig. in tract. de crimine
læſæ maieſtat. tit. de rebellib. q. 3. 4. & 18.*
2 *& 24.* † qui etiam voluit quod principaliter,
& directè reſiſtatur officialibus in contemptum
Principis denegando eius poteſtatem, ſecus nõ
principaliter, ſeu ſecundario, & occaſionaliter,
quia tunc non dicitur perturbare ſtatum Principis
Laſ. conſil. 86. nu. 4. lib. 3.

Prout ſtatutum contra turbantes ſtatum pacificũ
non includit actus, per quos tranquillitas ſtatus
ſecundario commouetur; Dummodo ſtatutum
3 nõ dicat de actu, † ex quo turbari poſsit ſtatus,
quia ſiue tunc ſint principaliter, ſiue ſecũdario
ſequi poſsit turbatio ſemper erit locus ſtatuto
*Natt. conſil. 596. nu. 6. poſt Bald. in l. 1. §. huius
ſtudij. de iuſt. & iur. Surd. conſil. 574 num. 13.
verſ. quarto & ad hoc aduertatur.*

Idem dicimus de ſeditioſis, qui propriè dicuntur,
quãdo ex propoſito faciunt rumorem in popu-
4 lo pro mutatione Ciuitatis, † aut publici ſtatus
*Bart. in l. Capitolium. §. ſolent. de pœnis Bald.
conſil. 59. licet eleganter. p. 1. Laſ. conſil. 167. in
princ. lib. 4.* Secus ſi rumor, aut tumultus priuatam
cauſam reſpiciat *l. ſi quis ingenuam. §.
in ciuilibus. de captiu. Gram. vot. 19. nu. 2.* Itaut
neque pœna ſeditionis habeat locum, licèt excitetur
tumultus contra Principem, dummodo
id fiat ex priuata inimicitia, vel cauſa: Nam
attendimus id quod principaliter agimus *l. ſi
quis nec cauſam. ff. ſi cert. petat. Surd.* in ſpecie
*conſil. 40. num. 38. ad med. lib. 1. & voluit Bald.
in l. 1. §. huius ſtudij. de iuſt. & iur.* vbi quod nõ
5 punitur pœna turbantis ſtatum, † qui principaliter
hoc non egit, ſed in conſequentiam alterius
delicti, quaſi tunc ſecundario id eueniat,
quod non eſt attendendum *ſequitur Felin. in
rubrica de treug. & pac. n. 6. col. 4. verſ. ceterum
ſi ex diſſentione priuatorum. fallen. 5. Ruin.
conſil. 145. nu. 20. & 21. lib. 5.*

Quare ſi non fuit facta reſiſtentia officialibus animo
rebellandi in Principem, propter Principis
contemptum, ſed in odium officialium, non eſt
quod de rebellione quæratur. Immo ſi officialis
iniuſtè proceſsiſſet, atque vltra officiũ commiſſum
feciſſet, ex quo in hoc caſu ei poterat de
facto reſiſti, licitum eſſet coadunare conſanguineos,
amicos, & vicinos ad propulſandam iniuriam,
nec tales confœderationes ſunt illicitæ,
6 cum non fiant ad flagitium committẽdum, † &
ad malum, ſed ad propriam defenſionem, etiam
ſi fiant contra officialem Principis quando iniuſtè
procedit, vt latè declarat *Iaſ. in d. conſil
86. col. 2. & ſeq.*

Quorum ratio eſt, quia debemus inſpicere initiũ.

ex quo enim principium delicti originem habuit ab exemptione carcerati pro debito ciuili è manibus familiæ, quemadmodum pœna eximentis non eſt rebellionis, nec læſę maieſtatis, vt pluribus comprobat *Decian. d. lib. 7. c. 11. de eximent carceratum. num. 3.* Ita omnia quę poſtea ſequuta ſunt ad eam cauſam referenda videntur, non ad animum offendendi maieſtatē Principis, ſine quo non poteſt incurri hoc crimen *Dec. conſ. 904. in princ.* Prout dicimus de offendente conſiliarium Principis, qui licèt in-
7 currat crimen læſæ maieſtatis, † ſi intuitu, & cōtemplatione officij, ſeu Principis illum offendat, non tamen ſi ex odio particulari, aut alia cauſa *Aim. conſ. 6. n. 79. Rol. conſ. 1. n. 32. lib. 3. poſt Bart. in. l. hoſtes de. capt. & poſtlim. reuerſ. Affict. Alciat. & aly. per. Farinac. q. 17. n. 40.*

Non obſtat quod rebelles dicantur etiam, qui machinantur contra perſonam officialium Principis, † denegando illis obedientiam *Brun. conſ. 28. num. 1. Imol. & Anchar. in clem. paſtoralis col. 4 ad. med. n. 35 verſ. quaeo. in quibus. committatur de re iudic. Socin. Iun. conſ. 68. n. 40. lib. 3. poſt. Bar. in extrauag. qui ſint. rebelles. in gloſ. tenore.* qui declarant quinque modis committi rebellionem. Conuertendo ſcilicet ſe in hoſtes, Denegando obedientiam Principi, Non receptando eius gentem, exercendo opera hoſtilia in eum, eiuſque Ciuitates, & Caſtra, Machinando contra perſonam Principis, eiuſque officiales.

Quia vltra prędicta requiritur quod rebellio cō-
9 cernat ſtatum Principis, † Vnde non ſolum non poterit dici rebellis, qui non paruit mandatis officialium in concernentibus intereſſe priuatum, vel pecuniarum Principis, ſed etiam ſi ipſi Principi non paruiſſet in præfatis cauſis *Natt. conſ. 596. num. 6. verſic ex his. deducitur. Bald. conſ. 271. quaritur. num. 1. verſ. in contrarium videtur. lib. 2.* Ideò neque dicetur rebel-
10 lis, † qui citatus corā Imperatore renuit comparere *Vital. in. cap. paſtoralis. §. ſanè. de re iudic. Peregr. de priuil. fiſci. lib. 3. tit 8. num. 8.* Prout pœna quod poſuit per Principē iudici bel-
11 lum Ciuitati, † quæ reſiſtit officialibus Principis denegando obedientiam, non habebit locū, quando Ciuitas reſiſtit ob malos mores Officialium male tractando ipſos Ciues *Menocch. de arbitrar. caſ. 598. n. 13. in fi.*

Ideo *l. 1 ff. ad. leg. iul. maieſt.* dicitur illum eſſe reum huius criminis, qui lædit Principem, vel eius ſecuritatem perturbat, Et ibi declarari de-
12 bet ſecuritas, † ideſt tranquilitas reiecta *Accurſ.* interpretatione, dum ibi intelligit ſecuritatem pro illis, quibus datus eſt ſaluus conductus à Republica, prout contra eum veriorē eſſe interpretationem docet *Bald. ibid. in annotat. Duaren. lib. 2. diſputat. anniuerſ. c. 21. ſequitur. Menoc. conſ. 99. nu. 27. lib. 1.*

Et quidem eſſet nimis dura diſpoſitio d. extrauagantis, ſi extēderetur ad ea quæ paſſim fiūt per ſubditos circa eximendos carceratos è manibus curiæ, & ſe defendēdo, & fortificando, ne in illius vires perueniant, cum ſtatim rebelles cō-
13 miſſo delicto efficiantur infames, † incapaces bonorum, perdant ea quæ ſunt iuris ciuilis, ammittant ciuitatem, patriam poteſtatem, actiuè & paſſiue reddantur inteſtabiles, poſſint impune in perſona offendi, tanquam ſerui detineri, nec præſcriptionem perficere, aut inchoare valeant; ammittant feuda, iuriſdictionalia, illis ius non reddatur, & alijs pœnis plectantur quæ iuſte fuerunt impoſitæ, ne perturbatio ſtatus Principis contingat, de quibus late *Peregr. de priuil. fiſc. tit. 8. lib. 3. n. 1. vſq. ad n. 8.*

Immò alienatio ipſo iure interdicitur, & adminiſtratio rerum propriarum non ſolum à die cō-
14 miſſi criminis rebellionis, † ſed etiam cogitati, prout cum de hoc dubitaretur Dixi verius eſſe. Hoc enim eſt ſpeciale propter criminum atrocitatem, cum alias cogitatio pœnam non mereatur, nec voluntas in mente retēta aliquid operetur *Bar. in l. imperator. ad med. de iur. fiſc. Imol. Soccin. Pic. & aly per Surd. de alim q. 32. tit. 9. n. 4.*

Ad exemplum hæreſis in qua dominium à die cōmiſſi delicti tranſit in fiſcum recta via, & eo pri-
15 uatur hæreticus ante latam ſententiā † *Doctor. in c. confiſcationes. de haret. in 6 Menoch. conſil. 185. nu. 8.* Vnde etiam priuatur adminiſtratione, & ſi fiat alienatio reuocatur per fiſcum ſine
16 pretij reſtitutione † *c. cum ſecundum de haret. in 6. Burſat. conſil. 14. n. 3.* Intelligendo quatenus alienatio non fiat ex cauſa neceſſaria, quia
17 poterit fieri pro ſoluedis creditoribus, † vel pro dotibus, ſeu alimentis, dummodo nō dentur bona magni valoris pro paruo debito *Becci. cōſil. 8. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 76. Cuman. Pic. & aly in l. poſt contractum. de donat. Gomeſ. de delict. c. 14. de confiſcat. bonor. n. 4. in fin. ver. item adde quod talis reus. latè Sur. de alim. priuil. 35. tit 8. n. 4. & tit. 9. q. 32. n. 20.* vbi etiā *n. 32.* ampliat ad alienationes factas poſt latam ſententiam pro neceſſario debito, quāuis *n. 41.* dicat verius alienationem eſſe nullam, ſed non admittendum fiſcum ad reuocationem alienatorum, niſi refundat quantitatem erogatam.
18 Cum enim ſit verſum in vtilitatē fiſci † pro extinctione debiti ad fiſcum pertinente datur retentio rei, quamuis nulla adſit hypotheca *l. cum prior. de distr. pignor. Bald. in l. cum ex cauſa. de remiſ. pignor.* & retractans executionem tenetur debitum offerre *Roland. conſil. 32. lib. 1. num. 16.*

Pendente autem appellatione an alienatio ſuſtineatur ex cauſa neceſſaria *Surd. d. q. 32. nu. 61.* tenet quod ſic, cum neceſſaria alienatio non af-
19 ficiat vitium litigioſi † *Alex. ad Bart. in l. fin. C. de litig.* Prout neq. illa per viam attentatorum reuocatur *Surd. ibidem. n. 73.*

Amplius ob timorem perturbationis ſtatus, poſſe etiam procedi contra iſtos rebelles abſque
20 citatione † *Abb. in c. cum non ab homine de iudic. Felin. in c. rodulphus. col. penul. de reſcript. Ferret. conſil. 31. nu. 11. lib. 1.* Ac ſi rebellio eſſet notoria notorio actus permanentis, quo caſu per-

permittitur abſq.citatione, & condemnatione
21 punitio rebellium,† eorumq;bonorum inuaſio
Decian.conſ.18.n.355. lib.1.Iſern.in c.1.§.ſancimus.quo temp.mil.Felin.in c.rodulphus. n.37. col.30.ad med.verſ.limita primo.de reſcript.cum alijs per Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.3. nu.60. vbi nu.61.in fin. refert epiſtolam Pij II. de qua per
Soccin.conſ.87.viſis inueſtitura.lib.3.nu.23.vbi quod princeps in his, quæ perturbationem ſtatus ſpectant procedunt de facto, cum melius
22 eſſet illos citare,† quamuis adſit fama notoria rebellionis *Aret.conſ.163.ſicut.* vbi quod ſaltem prius debet fieri probatio ſuper notorietate facti antequam procedatur, cum ſatis difficile videri debeat, vt ſub prætextu notorij citatio committatur.

EPITOME.

In quibus cauſis attendatur diſpoſitio l. hęreditatum.ff.ad leg.falcid.quo ad æſtimationem vitæ hominis. Iuriſdictio ordinaria quando efficiatur delegata, & quid ſi addita ſit clauſula ſummariè, & non obſtantibus ſtatutis. Sportulę ad debeantur Iudici ordinario,ſeu arbitro, vel in cauſis ſummarijs, & finitis per concordiam, aut pauperum. Aduocatus prohibitus aduocare, quando habeat ſalarium conſulendo in camera. Procurator male ſe gerens pro quo tempore poſſit priuari ſalario. Solutio facienda in auro, quando fiat in argento, & quid ſtante difficultate reperiendi aurum extra Curiam. Pauperi per quem prouideatur de Aduocato. Alimenta & expenſæ litis, an dentur pauperi, & quando dicatur pro eo adeſſe pręſumptione iuſtitiæ.

SVMMARIVM.

1 *In cauſis concernentibus præſtationem alimentorum legati annui, & ſimilium,an attendatur diſpoſitio l.hæreditatum. ad leg.falcid.n. 2.3.4.5.& 7.*

6 *Donans in vita dicitur magis liberalis, quam ille qui donat in morte.*

8 *Expenſæ pro attentatis taxantur,prout in ſententia cauſa principalis.*

9 *Sententia ſuper attentatis habet vim diffinitiua,& non reuocatur per eundem Iudicem,& num.10.*

11 *Cauſa commiſſa per modum excitandæ iuriſdictionis remanet ordinaria. Fallit n.12.*

13 *Per commiſſionem cauſæ cum clauſula ſummariè,& non obſtantibus ſtatutis iuriſdictio efficitur delegata.n.14.*

15 *Salarium & ſportulæ debentur in cauſa finita per concordiam.n.16.*

17 *Prohibitus aduocare an habeat ſalarium ſi faciat allegationes in ſcriptis,& conſulat in camera vel ſupplicet Principi, & gratis aliquid impetret n.19.& 20.*

18 *Priuatus quando recuperet priorem locum ſi fuerit reſtitutus.*

21 *Procurator, Iudex, & Aduocatus malè ſe gerentes,an habeant ſalarium, & pro quo tempore,n.22.23.& 24.*

25 *Aduocatus an veniat nomine Procuratoris.*

26 *Appellatione aureorum veniunt proprij aurei non ficti. n.27.*

28 *In materia monetarum quando præſtatio fiat de minima.*

29 *Conſuetudo valet, vt vna moneta pro alia ſoluatur.nec requiritur præſcriptio.n.31.& 36.*

30 *Pecunia à partibus ſoluta, etiam ſemel attenditur,& præualebit ſtatuto.n.32.*

33 *Solutio eſt facienda in loco vbi ceptũ eſt ſolui.*

34 *Difficultas reperiendi aurum extra curiam facit,vt ſoluatur in pecunia argeneta.*

35 *Moneta vna,quando poſſit ſolui pro alia.*

37 *Iudex non habens Iuſtum ſalarium poteſt ſportulas accipere.*

38 *Sportulæ debentur etiam iudici ordinario, & ſtatur conſuetudini,quantum debeat accipere n.39.& 40.*

41 *In cauſis ſummarijs ſportulæ an debeantur. num.42.*

43 *Arbitris debentur ſportulæ;*

44 *Petens conſilium ſapientis an totum ſalarium ſoluat.*

45 *Expenſæ ſoluuntur per eum, qui petit actum fieri.*

46 *Pauperes non tenentur ad ſportulas, & ſalarium Aduocati,& quis de eo prouideat. n.47. & 48.*

49 *Alimenta,& expenſæ litis, quando præſtentur pauperi.n.50.*

51 *Præſumptio iuſtitiæ quãdo dicatur,tam in prima,quàm in ſecunda inſtantia, n.52.*

53 *Expenſæ litis debentur arbitrio Iudicis.*

CAPVT LV.

QVo ad ſportulas debitas iudicibus,tam in cauſis ordinarijs,quàm commiſſarijs apoſtolicis ſeruantur ſtatuta propria,quæ forè ſemper adſunt in locis,vbi ius dicitur. Sed quoniam ſæpe in illis non exprimitur, quid ſolui debeat in caſibus,in quibus non apparet de certa quãtitate, ne contingat plus exigi quam iuſtum ſit,tam reſpectu iudicum,quàm Aduocati,Procuratoris,Notarij,& ſimilium. Cum de iſtis dubitaretur Dixi annotanda, quæ ſequuntur.

Primò in cauſis concernentibus præſtationem ali-
1 mentorum, legati annui,† vel ſimilium erit ſeruanda diſpoſitio *l. hæreditatum.ff.ad leg.falcid.* quæ procedit in quocunque caſu vbi agitur de æſtimanda vita hominis *Gabr. conſ. 168. q. 7. num.98. lib.1.Bero.conſ.40.n.17.lib.1.Roland. conſil.29. n.25. lib.4. Peregr. conſil. 94. in.fin.* quicquid contrariũ ſentiãt *Afflict.deciſ.34.nu2. Plinel.in.l.2.par.3.num.32. C.de reſcind.vend. Ceual. q.552. Guter.lib.2. pract.q.17.n.3.* qui volunt prædicta procedere ſolum in caſu *l. falcidia.* Quia verior eſt opinio contra eos, cum in quibuſcunq. controuerſijs, etiam in contra-

cti-

2 ctibus,† & diſpoſitionibus inter viuos ſeruetur
d.l.hæreditatum.vbi agitur de præfata æſtima-
tione vitæ Bald. in l.cũ hi.§.nihil aũt.in fin.de
tranſact. Corduben.in l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi
filius.n.109.de liber.agnoſcẽ.Couar.lib.3.vari.
nu.8.c.9. Lup.in rubr. de donation. int. vir.&
3 vxor.§.25.n.4.& 5. vbi ẽt de operibus † æſti-
mãdis quo ad occiſum Surd.conſ.451.n.57.lib.
3.& de alim.tit.9.q.34.n.28. vbi quod proce-
4 dit in omni caſu. & q.11.n.27.tit.9.& q.19. n.
14. tit.9. vbi de inſinuatione alicuius rei,† &
quando dubitatur,ne pater reliquerit plus ſe-
cundæ vxori, quam filijs primi matrimonij
Aim.conſ.194.n.5.verſ.ideo æſtimandum erit.

Et generaliter in omnibus cauſis,& in omni re,
præter quam in æſtimatione alicuius rei dona-
5 tæ,† nam ſi quid annuum fuerit donatum libe-
rabitur donans ſoluendo ſemel pro annis quin-
decim l.ſi quis argentum. §.ſi autem donator.
C.de donat.Itaut poſsit tradi fundus illius æſti-
mationis,quam capiunt fructus quindecim an-
norum,quod procedit ſpeciali fauore donãtis,
qui conuenitur ex ſui liberalitate, ideo in ali-
quo debet compẽſari Iaſ. in l.2. §.mutui datio.
limit.17.ff.ſi cert.petat. Tiraq.de retract. con-
ſang.gloſ.6. n.20.§.1.

Neq; obſtat quod legatum ſit donatio,ideo etiam
in eo eſſet facienda æſtimatio ſecundum diſpo-
ſitionem d.l.hæreditatum.Quia magis liberalis
eſt donans in vita,quam qui in morte,quare nõ
6 debet præſtari idẽ fauor hæredi legantis,† quã
ipſi donanti Surd. qui multa ad intellectũ d. l.
ſi quis argentum. congerit de alim.tit.6.q 41.
n.9. cum alijs per Cordub.in l.ſi quis à liberis.
§.ſed ſi filius.n.111.de liber.agnoſ.

Verum eſſet quod computatio de qua in d.l.hæ-
reditatum. fauore Eccleſiæ,& Ciuitatis legata-
riæ fieret ad annos 30.in ratione legis falcidiæ
tantum,extra autem illam cauſam, vſufructus
7 legatus annis centum perſeuerat,†vltra autem
non profertur, ne perpetuò reddatur inutilis
proprietas abſque vſufructu Peregrin. art. 11.
n.64.verſ.nec obſtat.de fideicom.

Prout etiam in legitima non deberet fieri compu
tatio iuxta d.l.hæreditatum. Quamuis enim
Surd.de alim.tit.9. q.34. n.28. concludat idem
ſeruandum etiam in legitima.Tamen de prædi-
ctis eſt dubitandum per ea, quæ dicentur infra
in capite particulari.

Secundo pro ſententia attentatorum expenſæ tan
tum debent taxari,quãtum pro ſententia ſuper
8 principali lata † Rot. deciſ.37. alias 454.incip.
nota ſi fiat condemnatio.de re iudic.in antiq.&
deciſ.5.alias 99.incip.ſi fiat condemnatio.de dol.
& contum.in nou.Lancellott.de attent. c. 31. de
pen.attentat.n.151. Ratio nam habet vim diffi-
9 nitiuæ,† & quia talis ſententia eſt ante omnia
executioni demandanda,prius quam de princi-
pali cognoſcatur c. bonæ. de appellat. & ſic per
conſequens de expenſis ſatisfaciendũ Rot.d.de-
ciſ.5.de dol.& contum.Ideo ſententia ſuper at-
tentatis quo ad Iudicem tranſit in iudicatum,
10 Itaut non poſsit per eum reuocari † Mand.
form.17.commiſ.in verb.ſeu vim diffinitiua. Et
idem eſt in cauſa reſtitutionis in integrum,in
qua taxantur expenſæ, prout in ſententia lata
ſuper negocio principali, ob quod illa reſtitu-
tio petitur.

Tertio in cauſis delegatis,& commiſſarijs Apoſto
licis,quia debentur maiores ſportulæ, quam in
ordinarijs, vt in diuerſis ſtatutis diſponitur
hoc non procedit,quando cauſæ committeren-
11 tur per modũ excitationis iuriſdictionis, † cũ
per hoc non alteretur iuriſdictio ordinaria
Bar.in l.quia.de iuriſd. omn.iud. Dec.conſ.404.
viſo eleganti.col.3.in fin. verſ.vnde conſideran-
dum eſt.n.10. Secus ſi adſint verba augentia,
12 vel minuentia iuriſdictionem,†nam tunc dice-
retur cauſa delegata, & quo ad expenſas eſſet
iudicandum,prout de ea Anchar. in c. licet. in
fin.de offic.ordin.vbi Felin.col.2.et Card.col.1.
Idem Felin.in c.eam te.7.col.7.verſ.quarta dif-
ferentia. nu.11.de reſcript.late Addit. ad Ma-
thel.ſing.89.nota quod vbicunque.num.2. & 7.
Boer.deciſ.151.n.5. Curt.in l.mandata.nu.5. de
offic.eius.Granut.theor.21.n.3.vbi multa quã-
do ordinarius per commiſsionem efficiatur de-
legatus.

Ideo alias Dixi,quod commiſſa cauſa cum clauſu
13 la ſummariè,non obſtantibus ſtatutis,† Iudex
nõ remanet ordinarius,ſed efficitur delegatus,
itaut detur appellatio ab illius ſentẽtia,à qua
ſecundum ſtatutum non dabatur,ſi ſententiaſ-
ſet,vt ordinarius. Quoniam per d.clauſulam,
non ſolum excitatur iuriſdictio, ſed etiã immu
14 tatur,†quod facit ceſſare iuriſdictionem ordi-
nariam Iaſ.in l.1.§.& poſt operis.nu.3. vbi de
communi.de oper.nou.nunc. Bald. ad Specul.de
legat.col.fin.verſ.ego dico. Ang. conſ.139.viſis
ad fin.verſ.ſi enim vt ordinario.Alex.in l.more.
n.16.de iuriſd.omn.iud.quicquid dicat Rom.in
l.mulier.nu.84.ſolut.matr. Quia contra eum
eſt verior,& magis cõis opinio, prout deciſum
fuit per Rotam in cauſa Bononien.fideicommiſ-
ſi 1549.coram R.P.D. Fabio. & teſtatur Man-
doſ. form.4. commiſ. in verb. quodcunque ſint
numero.in fin.

Quarto in cauſis,in quibus deueniebãt partes ad
concordiam in calculo ferendæ ſententiæ de-
15 bentur etiam ſportulæ, † vt per Franc. in c.
ſtatutum.§.aſſeſſorem. in fin. de reſcript. in 6.
poſt Specul.de ſalario.§.dicturi in fin. Ad exẽ-
plum Aduocati, cui debetur patrocinium,etiã
16 cauſa finita,per concordiam† Cagnol.in l.diꝉ
functo.n.156. de offic.aſſeſſor.Guid.Pap.q.120.
licet non ſit. num.7. poſt Iaſ.in §.tripli. col.fin.
n.58.verſ.aduerte etiam.inſtit.de action.Benin-
caſ.de pauper.q.7.n.6.tom.18.ol.147.

An autem debeatur ſalarium petitum per Aduo-
17 catum,qui in cauſa ſcripſerat,†ex quo erat ei
interdicta aduocatio, cum de hoc dubitaretur
Dixi concludendum affirmatiuè: nam prohibi-
tus aduocare non dicitur prohibitus in camera
conſulere, aut in ſcriptis allegare Iaſ.in l. 1.
n.11. in 3.not.de verb.oblig. & in l.ſi mihi.C
tibi.§. regula. col.2.de leg.1. poſt Bart. in l.1.
§.1.

Digitized by Google

§. 1. de poſtul. Alberic. de ſtatut. q.161. p. 1.
Addit. ad Rom. ſing. 264. Cepol. caut. 156.
& 186. Aliud eſſet in eo, qui fuit priuatus of-
ficio,& munere aduocationis,& expulſis è col-
legia, itaut talis priuatus quamuis poſtea reſti-
18 tutus admittatur,† tanquam nouus homo non
recuperando primum locum In collegio, à quo
fuerit expulſus Bart. in l. 2. de decurion. Me-
noch. conſil. 186 num. 3. lib. 2. cum declaratio-
nibus de quibus per Rebuff. in l. plus eſt in re-
ſtitutione. 22. col. 4. in fin. verſ. quarto reſti-
tutio. ff. de verb. ſignif. Quamuis alia reſtitutus
ad priorem ſtatum omnia recuperet, quando
interim non eſt tertio ius quæſitum, cum reſti-
tutio reponat in priſtinos terminos, ac ſi quis
ab illo nunquam decidiſſet l. filio quam pater.
de lib. & poſthum. Bart. in l. 1. C. de ſentent. paſ.
Mandoſ. reg. 14. q. 2. nu. 7. & 8. In caſu tamen
in quo non liceret aduocare pro delinquente,
19 quaſi illi opem præſtare videatur † vt per Bart.
in l. poſt legatum. §. ſunt qui ff. de his quib. vt in-
dig. Non eſſet puniendus, qui miſericordię cau-
ſa illi patrocinaretur, puta ſupplicando Princi-
pi arg. l. quidam. de reb. dub. l. relegati. de pæn.
Surd. de alim. priuil. 78. tit. 8. num. 8. Et de Do-
20 ctore prohibito aduocare, † qui poterit à Iu-
dice aliquid gratis impetrare Bart. in l. 1. §. ad-
uocatos. nu. 4. de var. & extraordin. cognit. Ce-
pol. caut. 156. & 186. in multis caſibus. & de
prohibitio aduocare, quando prohibeatur con-
ſulere dictum eſt latius ſupra cap. 39.

Idem dicebatur eſſe in procuratore, qui malè ad-
miniſtrat, & excedit fines mandati, cui non de-
beretur ſalarium, nec repetitio expenſarũ, quas
21 fecit † Guid. Pap. q. 68. n. 5. itaut etiã priuetur
ſalario ante acti temporis, in quo benè admini-
ſtrauit l. iudices. C. de annon. & tribut. lib. 10.

Quamuis verior ſit opinio, quod ſalarium debea-
tur pro parte temporis, quo benè ſe geſsit, prout
22 in Præſide ſua culpa remoto ab officio, † cui
debetur ſtipendiũ pro tẽpore quo ſeruiuit, quia
labor, & tempus recipiunt diuiſionem Bart.
in l. meuio. de annuis legat. & in l. diem functo.
vbi Alex. & Iaſ. de offic. aſſeſſor. quidquid dicat
Bald. in l. neſennius. in fin. de excuſat. tut. pro-
ut contra eum per multa concludit Surd. de
alim. q. 41. tit. 7. num. 6. & ita etiam diſponitur
in ſtatuto, de quo fuit alias dubitatum, vbi ſo-
23 lum debetur ſalarium pro tempore † quo Iu-
dex exercuit officium, ex quo tollitur omnis
quæſtio, an illud debeatur hæredibus ad tex. in
l. diem functo. de offic. aſſeſſor.

Et idem in Aduocato, qui malè, & negligenter po-
24 ſtulauit, quia illi non debetur ſalarium, † cum
Procurator, & Aduocatus æquiparentur, & è
contra: Vnde ſalarium Aduocati quemadmo-
dum non excedit centum aureos, ita nec illud
Procuratoris Specul. de ſalar. §. 2. col. 2. num. 3.
verſ. ſed numquid ſalarium. Rim. Iun. §. 1. nu. 64.
25 inſtit. per quas perſ. nob. acquir. † vbi quod
Procurator eſt Aduocatus. Idem vult Alex. in
l. 3. §. ſi procurator. in fin. ff. quod quiſque iur.
vbi quod largo modo appellatione Procurato-
ris venit Aduocatus, licèt in omnibus nõ æqui-
parentur vt per Cardin. in c. ſacerdos. §. alte-
rius, de poſtul.

Quinto quia in ſtatuto de quo alias fuit quęſitum
26 mãdantur ſolui pro ſportulis ſcuta aurea, † de-
bet hoc intelligi de veris proprijs aureis, non
de fictis, & à plebe excogitatis, vt latè conclu-
ditur in conſ. Collegij Louanienſis nu. 60. quod
eſt inter communes opiniones Viuij in verb.
moneta. opin. 516. Prout regulariter debitum
contractum in moneta aurea eſt in auro ſoluẽ-
dum Doctor. in l. paulus. ff. de ſolution. Brun.
de augmen. & diminut. monet. in 2. præſuppoſi-
to. num. 7. fol. 209 tom. 12. vbi ſub. num. 8. dicit
eſſe ſine vlla dubitatione, quando quis promiſiſ-
27 ſet ſoluere ſcuta auri in auro, † Imò cum mul-
tæ ſint ſpecies aureorum, ſtante veriſimilitudi-
ne, & qualitate perſonę, prętatio eſſet facien-
28 da de aureis grauioribus, non leuioribus, † &
ſic de moneta nobiliori Corn. in ſpecie conſil.
244. col. 8. lib. 2. Surd. deciſ. 298. nu. 11. Quamuis
alias in materia monetarum pręſtatio fiat de
minima l. nummis. de leg. 3. Socin. conſil. 247.
col. 3. in 2. dub. lib. 2. num. 4. Tiraq. de retract.
lignag. §. 1. gloſ. 18. n. 73. cum in dubio ſit fauen-
dum debitori l. ſemper in obſcuris. de reg. iur.
& contra fundantem ſe in verbis ambiguis eſt
iudicandum l. veteribus. de pact. Quando præ-
ſertim creditor aureorũ poſſet ſentire aliquod
damnum recipiendo argentum, quia tunc debe-
tur in indiuiduo aurum, neque poteſt cogi re-
cipere argentum, quamuis conſuetudine recep-
tum eſſet quod debitor aureorum poſſet ſolue-
re argentum Menoch. conſil. 138. nu. 2. lib. 2. qui
etiam n. 3. ſubdit veriorem eſſe opinionẽ, quod
inſpecto iure communi creditor aureorum non
poteſt cogi ſumere argentum, etiam ſi aliquod
damnum non ſentiret Capr. conſ. 49. nu. 9. Aim.
conſ. 47. nu. 1. & 2.

Verum ſi probaretur fuiſſe ſolutam monetam ar-
genteam pro aurea, ita eſſet ſeruandum, cum
29 vna pecunia poſsit pro alia ſolui, † vbi viget
conſuetudo; Itaut poſsit moneta argentea, etiã
ære contaminata ſolui pro aurea, vel ære con-
taminata pro merè argentea vt per gloſ. Bald.
& alios in l. ſi quis argentum. in princ. C. de do-
nat. & in l. paulus. ff. de ſolut. Io. de Plat. in l. 1.
C. de argen. pretio. lib. 10. Aret. conſ. 11. col. 1.
Panorm. in c. quanto. in fin. de iur. iur. & de com-
muni Brun. de augmen. & diminut. monet. in 2.
præſuppoſit. nu. 4. vbi nu. 18. ſubdit attendi pe-
30 cuniã à partibus ſolutã etiã ſemel tantũ, † vel
pro parte ſolutionis ſecundum Bald. conſil. 423.
eſt attendum. in fin. lib. 2. Iſta enim particula-
ris conſuetudo ſoluendi præualebit alijs conie-
cturis, & generali conſuetudini, ac ſtatuto, cum
talis pręſumatur fuiſſe promiſsio, qualis appa-
ret ſubſecuta ſolutio Bald. in l. ſi certis annis. C.
de pactis. Corn. conſil. 181. viſis nonnullis. vol. 3.
col. antepen. nu. 73. cum alijs per Brun. de aug-
men. monet. nu. 17. in 2. præſup. Felin. in c. cum
31 bertoldus. nu. 28. col. pen. ad fin. † Itaut iſta ob-
ſeruantia non requirat præſcriptionem Aim.
conſil.

Digitized by Google

conſil.201.nu.12.Prout in propoſito ſolitum in-
32 dnecetur per vnum actum † l.mela.§.quid ergo.
de alim.& cibar. legat.Alex.conſ.5.col.fin.n.23
lib.5.Dec.in l.nemo alieno.§. temporalis.n.2.de
reg.iur.Surd.de alim.tit.4.q.16.n.26.Vbi etiam
infert ad locũ, in quo debet fieri ſolutio ſi fue-
33 rit ceptum in eo loco ſolui † gloſ. in l. quod
legatur. de iudic. quam gloſ.in peactica ſerua-
ri dicit Surd.ibid. d. q.16. n. 35. licèt ipſe per
multa eontrarium ſequatur.

Et faciebat quia ſtante difficultate reperiẽdi au-
rum in locis extra Curiam poteſt fieei ſolutio
in pecunia argentea, vt in penſione reſeruata,
etiam ad fauorem Cardinalis eſt decif. Rot. co-
ram R.P.D.Litta Aretina penſionis. 20.februa-
rij, 1598. vbi quod ita ſeruat Rota iuxta æſti-
34 mationẽ auri in auro currentis in Curia,†quia
Papa præſumitur ita reſeruaſſe, & de illis intel-
lexiſſe Rot.coram R.P.D.Orano.Concben.penſio-
nis. 28. iunij 1585. Et ratio prædictorum eſt,
quia tunc fit ſolutio de ſpecie, de qua loquitur
obligatio, ſi illa reperiatur; Vnde peopter dif-
ficultatem ſuccedit æſtimatio Sarn. in reg. de
valor. æſtiman. q.8, in fin.vbi quod alias eſſet
ſoluenda penſio in auro,& in cueia ſi ita eſt re-
ſeruata: Nam licèt vna moneta de iure poſsit
ſolui pro alia Natt. conſil.454. num.1. Cephal.
35 conſil.31.nu.2.† Tamen vbi adeſt pactum,illud
ius,ſeu conſuetudo non attenditur Surd. conſil.
242. nu 3. vbi de peomiſsione aureorum à ſo-
le, per quam excluditur ſolutio alterius mone-
tæ,& ſtãte conſenſu vtriuſq; partis æquius eſt,
vt illæ præualeat iuri, & ſtatuto. Peout quoque
in ſpecie monetarum eſt deciſio Rot. Romana
pratenſi cenſus. 11. decembris. 1598. vbi etiam
36 quod † ſufficeret obſeruantia ſoluẽdi in auro,
quæ etiam præualeret ſtatuto, quamuis nõ eſ-
ſet præſcripta, eum illa non requirat præſcrip-
tionem Aim.conſ.201.n.12. Et latè quod in ea-
dem moneta fiat ſolutio ſtante pacto concludit
Coler.de proceſsib.executiu. p.1. c.10. n.64.

Sextò Iudex ordinarius nõ habens iuſtum ſalariũ
poteſt pro labore aliquid accipere, tum ob il-
37 lius compenſationem, † tum vt honeſtè viuat
pro ſua dignitate c. cum ab omni. de vit. & ho-
neſtat.cleric.c.ſtatutum.11.§.inſuper.de reſcrip.
in 6.Rebuſ. in tract. de ſalarijs taxat.pro viſi-
tat. proceſſ. art.1. gloſ. vnic.nu.13. tom.3.Ang.
in verb.concusſio.in fin.Quod magis eſſet ſi ex-
taret conſuetudo, quæ in hoc erit ſeruanda,
cum præſertim enim ſportulæ debeantur Or-
38 dinario † auth. offeratur. C. de litis conteſtat.
Iaſ.in §.tripli.nu.46.col.antepen. in fin. inſtit.
de action.Et licèt non ſit cautum,quid,& quan-
tum de iure debeatur, tamẽ ſtãdum eſt conſue-
tudini ipſius loci gloſ. in d. auth. offeratur. in
verb.præbitis. in fin. & in §.ne autem. auth. de
39 iudicib.† Quæ conſuetudo eſt valida Specul. de
ſalario. §. 1. verſ. ſi vero ordinarius.Abb. in c.
cum ab omni.col.3.nu.10. in fin.verſ. delegatus
autem petit. de uit. & honeſtat. cleric. vbi quod
40 eſt valida de Iure Ciuili, † ſecus de Iure Cano-
nico Roland.conſil.87.in princ. lib.2. vbi multa
de obſeruantia vniuſcuiuſque fori, quæ ſecun-
dum varietatem locorum variatur.

Septimo in cauſis ſummarijs quamuis ſportulę de
41 iure non debeantur † §.ſit tibi.auth.de manda-
tis principum. Bald.in auth.generaliter. col. 1.
in princ.n.1. C.de epiſc.& cleric. Tamen con-
42 trarium deberet ſeruaei, † quando talis eſſet
conſuetudo de illas ſoluendo in omnibus cau-
ſis,tunc enim poſſunt exigi Natt. conſ.154.n.2.
Roland.conſil.87.n.15.lib.2 & ita etiam diſpo-
nunt multa ſtatuta, in quibus cõceduntur ſpor-
tulæ pro quolibet centenario in ſumma vnius
ſcuti aurei, & tamen in cauſis nõ excedentibus
illam quantitatem proceditur ſummariè,vt di-
citur in eiſdem ſtatutis.

Idem ſeruandũ eſſet in cauſis,in quibus fiunt cõ-
43 promiſſa in Iudices in caſibus illis permiſsis †cũ
ſportulæ debeantur etiam arbiteis l. quoties.C.
de priuil. ſchol.lib. 10. Peout etiam aebitratori
Iaſ.in §.tripli. inſt.t. de action. Natt. conſil.89.
lib.1. vbi diſtinguit, quod ſi pronunciauerit ae
conſilio iuris periti, cui ſoluta ſit merces pro
d. conſilio; Et facit quod dicit Specul. de aſſeſ-
ſore. §. ſalarium.verſ. quod ſi aliter litigatorũ.
vbi quod petens conſilium ſapientis totum ſa-
44 lariũ ſoluit; † Aliud ſi Iudex motuproprio pe-
teret d. conſilium, quia expenſis communibus
Crot.de teſtib.n.402.Surd.de alimen.tit.1.q.63.
Exemplo Iudicis, qui accedit ad aliquẽ locum
pro negotio litis, cui vna cũ Notario præſtan-
tur expenſæ c. 2. §.ſed cum ſecundo. de iudic.
45 in 6.Expenſis eius, † qui petit actũ fieri l.præ-
tor ait. §.e. de eden. Et quid ſi aſſeſſores diſcor-
dantes aſſumant tertium, an debeat participa-
re de illorum ſalario Specul. §. ſalarium. de aſ-
ſeſſor.verſ. 4. quid ſi duobus. Et quod in ſimili
dicitur de arbitratore, qui iuxta conſilium ſa-
pientis arbitratus eſt,an habeat æquales ſpor-
tulas Natt.conſ.89. n.2. lib.1.

Octauo nõ debent exigi ſportulæ in cauſis paupe-
46 rum,† prout de iure faciendum eſt gloſ.in §. ſit
tibi.in verb.gratis.de mãd.princ. Bald. in auth.
generaliter.in princ.n.2.in fin.C.de epiſc.et cle-
ric.Iaſ.in §.tripli.col.vlt.num.34. in fin.inſt.de
action.Roland.conſil.87. num.23.lib.2.Ang. in
auth.iusiurandum. quod præſt.ab his.& conſil.
245.n.4.in fin.latè Tiraq.de nobilit.c.29. n.40.
Quod etiam ſeruandum eſt reſpectu aliarũ ex-
penſarum,& ſalarij Procuratoris, & Aduocati.
Ideo ſecundum formam Statutorum diuerſarũ
Curiarum conſuetum eſt extrahi vnum ex Pro-
cueatoribus,& Aduocatis, qui pro huiuſmodi
miſerabilibus, & pauperibus perſonis teneatur
47 gratis poſtulare; † Imò etiã de publico ſumptu
datur Aduocatus pauperi, vel expenſis Iudicũ
Guid. Pap. q.56c. & in Gallia datur ſumptibus
Regis Bal. in l.magis puto.§.in primis.ad mid.
de reb. eor. qui ſub. tut.vel cur. Boer.deciſ 303.
n.4.Afin.in praxi iudic.§.32.ampliat. 3c. Pro-
48 ut in Fiſco, † qui litigans cũ paupere tenetur
illi de Aduocato prouidere l.1.§.quodfiſcus. de
carbon.edict. Et pauperi litiganti eum Potente
Iudex dat Aduocatum expenſis potentis Cin.
& Bald.

& Bald.in d.l.magis puto.Lancellot.& alij per Adden.ad deciſ.Guid.Pap. q.561.

Et regulariter litis expenſæ, & alimenta præſtari
49 debent pauperibus,† dummodo tamen pauper
habeat præſumptionem iuſtitiæ *Specul. de inquiſ.§. fin. col.*1. *Imol.in c.ex parte. de accuſat. Felin. in c.ſi quis teſtium. col.vlt.de teſtib. Rimin. Iun. conſ.*377.*n.*1.*lib.*4. Intelligendo in caſu,in quo peteret vniuerſam hæreditaté, vel
50 maiorem partem, † ſecus ſi perſonali actione
experiretur pro aliquo ſuo credito,vel re ſingulari *Lup.in c.per veſtras.§.39.ampliat. 18.n.3. verſ.immo quod plus eſt. fol.274. not.1.de donat.int.vir.& vx. Surd.de alim. tit. 1. q. 120. num.14.*

Præſumptio autem iuſtitiæ dicetur adeſſe nedũ la
51 ta ſententia pro paupere,† ſed etiam in prima
inſtãtia, ſi ſubſit alia præſumptio pro eo *Bart. Ang.& alij in l.ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo.ff.de inoffic.teſtam. Couar. pract. quæſt. c. 6. Cephal.conſ.127.n. 10.lib.1. Rimin.Iun.conſil. 377.n.4.lib.4. Aim conſ.164.*vbi ampliat debe-
52 ri iſtas expenſas,†etiam facta condemnatione,
quem teneri ad aliquid, non obſtante quod nõ ſit facta liquidatio,quia pendente liquidatione debentur,& licèt ſimus in habente maritum,& filios diuites, quia non per hoc mater,& vxor dicuntur diuites *Guid. Pap.q.56.*

Huiuſmodi tamen expenſæ litis nõ debenter om-
53 nibus pari modo,†ſed arbitrio Iudicis, ſecun-
dum facultates, conditionem perſonarum, dubium litis euentum, & valorem rei in iudicio deductæ *l.fin.C.de ordin.iudic. Rebuſ. de ſent. prouiſional. in Præfat. nu.30. Couar. pract. q. c. 6. cum alijs per Molin. de primogen. hiſpan. lib.2. c.16.Menoch.præſumpt.35. lib.1. nu. 35. Surd.de alim. tit.4.q.23.n.41.*

EPITOME.

Salarium Aduocati quando præſtandum, & an poſſit augeri, ſeu minui per Iudicem licèt per ſtatutum, ſeu pactum fuerit determinatum. Ratione expenſarum Iudex alias incompetens, an efficiatur competens, & an Procuratores habeantur pro principalibus,& quæ actio contra eos detur. Probatio expenſarum litis quomodo facienda,an pro eis, & ſalario concedatur retentio ſcripturarum,& an poſſit Procurator reuocari non ſoluto ſalario,& expenſis. Aduocatus & Fiſcus,an iurent de calumnia. Promittens patrocinium in cauſa principali, quando teneatur in cauſa appellationis illud præſtare. Clauſula releuans &c. & ſatiſdatio de iudicio ſiſti,an operetur quo ad cauſam appellationis, & omnes inſtantias. Acquiſitum per filium familias Aduocatum,Medicum, Procuratorem,& Tabellionem,quando dicatur quaſi caſtrenſe. In taxatione expenſarum,an ſalarium Aduocati, & Procuratoris debeat taxari, & quando veniant damna appellatione expenſarum. Iudices,& Aduocati an poſsint à ſponte dantibus aliquid accipere.

SVMMARIVM.

1 Salarium Aduocati,an præſtandum in principio,ſeu fine litis.

2 Salarium præſtandum Aduocato, quãdo dicatur honorarium,ſeu arbitrarium.

3 Ordinatio Neronis,an ſit vera, quod Aduocati non percipiant mercedem.

4 Iudex poteſt moderari,& augere ſalarium aduocati,quamuis conſtitutio determinet quantum eſſe debeat. n.5.& 6.

7 Ratione ſalarij, & expenſarum quæ fiunt per procuratores clientuli,dicitur de iuriſdictione illius Curiæ vbi facta ſunt.

8 Procuratores pro ſolutione regiſtri,& expenſarum habentur pro principalibus, & datur contra eos actio depoſiti.n.9.

10 Probatio expenſarum, quæ fiunt in Curia eſt difficilis, & quomodo illæ probentur, & an detur iuramentum in ſupplementum. n. 11.

12 Fideiuſſor ſoluẽs pro reo in officio maleficiorũ poteſt eundem ibi conuenire quamuis alias non poſſet. Idem in ſoluente pro debitore fiſci. nu.13.

14 Retentio ſcripturarum an detur procuratori donec ſoluatur ſalarium.num.18.& quid pro expenſis in lite. n.15.

16 Scriptor libri,an poſſit illum retinere pro mercede,& quid in eius hærede.

17 Procurator non poteſt reuocari donec ſalarium,& expenſæ ei ſoluantur.

19 Aduocatus an, & quando iuret de calumnia, n.20.& quid in Procuratore Fiſci. n.21.

22 Aduocatus poteſt cogi præſtare patrocinium, & ſi illud promiſit in cauſa principali, an teneatur proſequi cauſam appellationis.n.23. 24. 25.& 26.

27 Procurator conſtitutus ſolum ad ſententiam non tenetur proſequi appellationem. Fallit n.28. & 29.

30 Procurator dominus litis effectus poteſt proſequi litem, tam in ſecunda, quàm in alijs inſtantijs poſt obitum principalis ſtante clauſula releuans &c.

31 Satiſdatio de iudicio ſiſti, an comprehendat cauſam appellationis.

32 Recuſans poſtulare, quando excuſetur à pœna.

33 Acquiſitum per filium familias, Medicum, Procuratorem,& Tabellionem, quando dicatur quaſi caſtrenſe.n.34. 36.37.38. & 39.& an ex eo debeãtur Decima,& Alunẽta.n.35.

40 In taxatione expenſarum an veniat ſalarium Aduocati,& Procuratoris.n.41.42.& 45.

43 Damna an veniant appellatione expenſarum. num.44.

46 Aduocatus,& Iudex quando prohibeantur aliquid accipere.n.47.& 48.

49 Aduocati appellantur ſcholaſtici, & Milites ſcholares.

CAPVT LVI.

QVo ad ſalaria Aduocati, & Procuratoris de quibus agebatur in caſu mihi propoſi-

to Dixi ſeruandum ſtatutum per quod datur
certa quantitas iuxta valorem cauſæ præſcri-
bendo tempus principij, finis, & medij litis,
1 quo ad illius ſolutionem:† licet ſecundum ius
commune ſit præſtandum in fine litis Iaſ.in l.
item functo.n.11.de offic.aſſeſſor. vbi de com-
muni poſt Io. Andr. Ant.& alios. in c. propter
ſterilitatem locat. & Bart. in l.archiatri. C. de
profeſſor.& medic.lib.10. Cin.& Salic.in l.vnic.
col.3.nu.3. in fin. verſ.aut eſt aduocatus in una
C. de ſuffrag. quidquid contrarium ibi ſequa-
tur Alber.qui tenet deberi in principio. Et mul
ta de huiuſmodi ſalarijs Guter. de iuram. con-
firm.p.1.c.53.n.28.Segur.Daual.in direct. iu-
2 dic.eccleſiaſt.c.13. p.1.n.6.† Quod etiam voca-
tur honorarium, dummodò non promittatur à
clientibus cauſa mercenarij quæſtus, vel malis
artibus extorqueatur Mandoſ.form.11. cõmiſ.
in princ. in uerb. ſalarij pro patrocinio. vbi
quod hodie potius arbitrarium debet vocari,
non autem honorariũ,quaſi ſtatuatur arbitra-
tu eorum,qui accipiunt,non eorum qui prębēt
Bud. in adnotat.ad pand. in l.ſolet. §. quantum
ad xenia.ff.de offic. proconſ.fol.309. Et de ordi-
3 natione Neronis,†quod aduocati adeſſent cau
ſiſſi ne mercede, an ſit vera Tiraq. de nobilit.
c.29.n.26.Zened.collect.28.num.13.Menoch. de
arbitr.caſ.369.vbi multa quo ad ſalaria Aduo-
catorum, quæ etiam vocabantur ſportulæ Ce-
cil.lib.2. cum alijs per Marsil. Donat. ad Sue-
ton.in Domitiano .c.7.fol.550. Et de prouiſione
quod ſalarium ſignificet ſecundum communē
vſum loquendi Rot.Ianuen. deciſ.16. nu. 11.&
deciſ.30.nu.2.Rot.coram R.P.D.Gipſio.Placen-
tina donationis,ſeu prouiſionis. 20.iunij. 1588.

Quamuis autem per d. ſtatutum determinatũ fue
rit certum ſalarium, tamen Dixi non per hoc
tolli arbitrium Iudicis, quin poſſit illud mode-
4 rari † l.1.§. in honorarijs. de uar. & extraord.
cognitionib.

Ad exemplum quando fuit actum à principio de
ſalario certo ſoluendo,quod Iudex moderatur
ad petitionem partis Sarmiẽt.lib.1.ſelect.c.11.
n.9. Guter. & alij allegati per Ceual.q.288.in
fin.vbi idem concludit quo ad Medicos, Procu
ratores, & Sollicitatores; Itaut neq; ſcriptura
publica de ſalario confecto, aut quarantigia
ſit valida, vel exequi poſſit, niſi pro iuſto ſala-
rio,& per Iudicem taxato Rip. Rebuff. Pinell.
& alij per Flores. var. quæſt. lib.1. q.8. nu.50.
5 Sicut è cõtra† labor Aduocati eſt ſatisfaciẽdus
rõne litis longioris Afflict.deciſ.70. n.2. Prout
etiam quando nihil conuentum eſt de ſalario,
tamen iudex illud conſtituit Guter. de iuram.
cõfirm.c.64.Io.Bott.conſ.43.n.6. Ceual.q.288.
num. 9.

Idem etiam quando nullum ſalariũ à lege diffini-
tum eſt,cum incerta ſit varietas cauſarum, ar-
6 bitrio Iudicis relinquitur illius taxatio, † Dũ-
modo non excedat centum aureos pro ſingulis
cauſis l.1. §.in honorarijs.de var. & extraord.
cognit.l. properandum.§.illo proculdubio. C.de
iudic. latè Menoch. de arbitr. caſ. 513. lib. 6.
Couar. lib.3.var. reſolut. c.14. num.1. ad med.
vbi etiam quod olim non erant conſtituta ſa-
laria contra gloſ.in c.1.de offic.iudic.

Item circa prædicta Declaraui,quod ratione ſala
rij in aliqua curia debiti,vel expenſarum facta-
rum in cauſa per procuratorem, Clientuli dicũ-
7 tur iuriſdictionis illius curiæ,† etiam quod ta-
les perſonę quibus inſeruitum eſt, nõ ſint alias
ſubiecti, maximè ſi de ſtilo ita ſeruaretur, qui
ſtilus, dat iuriſdictionem Abb. in c. cum con-
tingat. 12.col.1.n.4. & 5.de for. compet.& ita
in ſpecie de huiuſmodi ſalarijs, & expenſis cõ-
cludit Mandoſ. form. 11. commiſ.in verb. va-
liditate iuriſdictionis.Flores. var. quæſt. lib.1.
q.12.in fin.n.50.vbi ēt de priuilegio Auditoris
Cameræ, qui poteſt concedere monitoria con-
tra debentes ſalaria Officialibus,& Aduocatis
Curiæ Romanæ, & ita practicatur in omnibus
alijs Tribunalibus procedēdo executiuè,prout
teſtatur Idem Flores. d. q.12. in fin.& q.8. vbi
multa de ſalarijs Iudicum,& aliorum. Et
iſti Procuratores pro ſolutione regiſtri, &
8 expenſarum cauſæ † habentur pro principa-
libus, & tanquam tales conueniuntur Caſ-
ſad. deciſ.1. num.2. de procur. Rot. deciſ. 23.
eod.tit.in nou. Et cõtra eos proceditur per eun-
dem Iudicem cauſæ,ſiue ordinarium,ſiue dele-
gatum Idem Mandoſ.de monitor. q.18.& q. 20.
vbi in fine teſtatur de ſtilo Romanæ Curiæ ad
fauorem notariorum, vt facilius illis ſoluãtur
mercedes; Itaut pro ſolutionum factarum recu
9 peratione detur actio depoſiti; † quæ habet
executionem paratam Doct. in l. 1. C. depoſ.
cum alias ſoluens pro alio abſq. mandato ha-
beat actionem negotiorum pro eo quod vtili-
ter expoſuit l.1. de neg.geſt.

Et quia difficilis eſt probatio expenſarum, quæ
10 fiunt in Curia † Menoch. de arbitr. caſ. 91.
ideo admittitur deſcriptio illarũ in codicibus
rationum fidelis mercatoris,quæ erit ſemiple-
na probatio Bald. in l.2.nu.11.C. de eden. &
eſt deciſio Rot.per R.P.D. Oranum Romana pe-
cuniarum.26.februarij.1597. vbi quoque ad-
mittitur retentio partitarum miſſarum princi-
pali,quæ facit veriſimilitudinem gloſ.in c.2.de
poſtul. Itaut etiam deferretur iuramentum in
11 ſupplementum † iuxta conſ.Corn.81.n.8.lib.4.
quod ſæpius per Rotã approbatũ dicit R.P.D.
Oranus.d.Romana pecuniarum. vbi etiã quod
creditur notario quo ad iſtas expenſas circa
actum de præterito,de quo nõ fuit rogatus,tã-
quam ſi eſſet teſtis,cum aliàs nõ faceret fidem
Curt.conſ. 446. lib.1.

Neq; obſtat quod iſte Iudex ſit incompetens,quia
efficitur competens ratione ſolutionis factę per
eum tanquam negotiorum geſtorem pro vtili-
ter expenſis,& pro releuatione ſuæ indemnita-
12 tis: Quemadmodum dicimus † de fideiuſſore
ſoluente pro reo in officio maleficiorũ,qui po-
terit eundem coram illo conuenire pro ſui in-
demnitate,licèt aliàs non poſſet Bald.in l.cum
vendente.in princ.C. vbi cauſ.fiſcal.& ibi Sa-
lic. q.3.n.2.poſt Bar. in l. cum certi.5. ad med.
verſ.

Google

verſ. & ſi tu opponis. C. de ſent. Idem in ſol-
uente pro debitore principali fiſci,ſeu emptore
alieno nomine rei per fiſcum venditæ, qui po-
terit cõuenire debitores ſuos,& bonorum poſ-
13 ſeſſores corã Iudicibus Fiſcalibus, † quemad-
modum poterat fiſcus,quamuis aliàs non eſſent
Iudices cõpetentes *l.in fraudem.§.qui pro alio.
de iur.fiſc.Peregr.eod.tit. lib. 7.tit. 1. num.4. &
lib.6.tit.4.n. 41.* Intelligendo dummodo pars
opponat,& petatur remiſsio,alias valebit pro-
ceſſus coram Iudice ordinario *Soccin. conſ. 46.
col. 1.ad fin.verſ.ex quibus concludo.lib.4.Mor-
la.tit.9. de contrahen. empt. & vend.in princ.
num.98.in fin.*

Ideo cum Procuratoris,Notarij,& Aduocati, cõ-
ſulatur indemnitati per ſupradicta, non eſt ap-
probãdum,quod per aliquos prætendebatur de
14 retentione ſcripturarum,† & inſtrumentorum
clientis,donec illis ſatisfactum eſſet de ſalario,
& mercede , cum hoc de iure non concedatur
*Iaſ. in l.ſi non ſortem. §.ſi centum. nu. 10. poſt
Alber. & Fulgoſ. de condit. indeb.* Ratio quia
non debet ſibi ius dicere *l.1.ff. ne quis in cauſ.
prop.*& quia nõ poteſt retineri vna res pro alia
l.fin. C. commod. cum diſtinctionibus de qui-
bus *per Salic.in d.l.fin.* vbi multa quando de-
tur retentio vnius rei pro alia *Surd.de aliment.
priuil.62. tit.8. & q. 32. tit. 19.num.53.* Pote-
runt tamen retinere dictas ſcripturas loco pi-
15 gnoris pro expenſis factis in lite , † Licèt non
pro ſalario *Boer. deciſ. 15. in princ. Grauat.
ad Veſtr. lib. 3. c.4.nu.8. in fin.* licèt contra-
rium quod etiam pro ſalario acta poſsint reti-
neri concludat *Gail.lib. 2. obſer.12.nu.5.Co-
ler.de proceſſ. execut. c.2. p.1.nu.247.* & de re-
tentione proceſſus pro expenſis litis *Iacob. de
S.Georg.in l ſumptus.n.2.de pact. Farinac. q.
106.num.61.*

Prout ẽt concedetur retentio ſcriptori libri per eũ
ſcripti, donec ſibi ſoluatur merces prætenſa,
dummodo non ſit exemplar,quod nõ poteſt re-
16 tineri,† niſi eſſet ſcriptum ab eo. Itaut etiam
dicta retentio competat hæredi ſcriptoris , &
ſingulari ſucceſſori , prout eſt legatarius *latè
Surd.deciſ.50.* quia iſtud beneficium tranſit ad
eos *Cephal.conſ.155.nu.15. Idem Surd. conſ.
182.n.5.*& multa ſimilia adducit latè *Coler.de
proceſsib.executiu.c.2.p.1.n.239.vſq; ad 258.*

Non dabitur tamen reuocatio Procuratoris , niſi
fuerit ſolutum omne illud,quod eſt ei debitum
17 pro expẽſis,† & ſalario *Bald. in l. quæ omnia.
25.§. item ſi retentione. de procurat.* quam in-
terpretatur *ſub l.mutari.24.eod. tit.Rot. per
R.P.D.Litt.Placítin. nullitat.reuocat. mandat.*
18 *23.ianuarij.1596.* † vbi etiam vult dari retẽ-
tionem ſcripturarum pro ſalario de *quo dictũ
eſt ſupra num.15.*

Et quoniam ſæpè petebatur aduocatum cogi ad
iurandum de calumnia Dixi de iure hoc eſſe fa
19 ciendum , † *l. rem non nouam. 12. §. patroni
autem. C. de iudic.*vbi *Caſtr. nu. 1.* intelligit ,
dummodo non ſit in principio cauſæ,quia poſ-
ſunt prætendere ignorantiam , ſed publicatis
atteſtationibus conſueuerunt adſtringi ad iu-
randum, & ita dicit vidiſſe ſeruari , quod eſt
multum vtile,nam ſi in conſcientia credunt fo-
uere cauſam iniuſtam,debent eam relinquere ,
itaut de dicta cõſcientia ſtetur eius depoſitio-
ni *Bald. in d.§.patronis.n.4.* Quamuis *ibidem
Caſtrenſ.n.5.* dicat multum in hoc eſſe aduer-
tendũ per Iudicẽ,an debeat ei credi conſiderã-
do qualitatem , & conditionem Aduocati , &
cauſæ merita explorando , quia tractatur de
magno præiudicio partis,relinquendo cauſam,
cum nõ poſſet ad alium Aduocatum accedere.

Hodie tamen attenta conſuetudine non iurant ſe-
20 cundum communem,† de qua *per Iaſ. in d. §.
patronum.n.3.* licèt dicat talem conſuetudinẽ
non valere,& multa per *Siluestr. in ver. aduo-
catus. q.9. vſq; ad 13.* Prout neq; Procurator
21 fiſci,† qui de cõſuetudine admittitur ſine iura-
mento calumniæ,quidquid cõtrariũ ſit æquus,
& magis verum *latè Surd.deciſ.18. per tot.*vbi
quod ita obtinuit, cum eſſet Aduocatus fiſci in
Ducatu Mãtuano *Miſinger. obuerſat.74. cẽt.1.*

Item quia aduocationis officiũ publicum eſt , qui
illud ſuſcepit poterit cogi præſtare patrociniũ
22 litigantibus,† prout cũ de hoc quæreretur di-
xi ſeruandũ eſſe *c.1.de offic.iudic. Bald. in l.in-
uitus.in princ.nu.1.verſ.nota ſecundum anti-
quos. C. de procur.* Itaut non parenti munus
aduocationis ad tempus interdicatur *l. proui-
dendum.C.de pollut. l.1.§.cura carnis.de offic.
præfect.urb.Couar.lib.3. var. c. 14. num.1. ad
med.verſ. cogitur tandem.*

Magis eſſet in Procuratore,qui in cauſa principali
23 patrociniũ promiſit,† nã poſſet cogi illud præ-
ſtare in cauſa appellationis,quaſi cauſa primæ,
& ſecundæ inſtantiæ dicatur eadẽ *gloſ. in l. in-
uitus.C.de procurat.* quam dicit communem
*Curt.Iun.in l.imperium.nu.117. colu. 27. poſt
verſ.circa vltimum gradum mixti imperij. ff.
de iuriſd.omn.iud.*

Contrariũ tamen eſt verius,prout cõcludit *Bart.
in l.qui proprio.§.item quæritur.num.4. de pro-
curat. Salic.in l.inuitus.in fin. num.16.C. eod.
tit. Nauar.in rubr.de iud.num.5.Alex.conſ. 96.
24 viſo proceſſu n.2. lib.2. Ceual.* † qui de cõmu-
ni,& veriori opinione teſtatur *q.597.Rebuf.de
domicil. elect. art.vnic.nu.21. tom.3.* vbi quod
cõtraria opinio nõ poteſt ſibi perſuaderi *Bald.
in l.vnica.in fin.C. de ſuffrag.* licèt ibi diſtin-
guat inter eum , qui ſimpliciter conuenit , vel
in euentum palmarij ,

Et quãuis apud Legiſtas huiuſmodi opinio ſit du
25 biã † vt dicit *Rom.ſing. 473.incip.procurator
ſi ſententia.*prout etiã dubitat *gloſ.in l.1.C.vt
cauſa poſt pubert. tut. adſit. & Din.ſing.45.*
qui nihil firmat. Tamen verior eſt opinio,quod
non teneatur proſequi per *tex. in c.non iniuſte
in fin.de procurat.* per quem *Abb.ibi n.5. col.2.
verſ. nota. in verb. potuit.* dicit apertè deciſi
iſtum caſum,& eſſe menti tenendum cum iura
ciuilia in hoc multum obſcurè loquantur. Ra-
tio eſt quia mãdatum ſuper certa lite quamuis
non extinguatur in totum per ſententiam, ſed

duret in cauſa appellationis, ſi velit procura-
tor, quaſi cauſa ſit eadem cum principali, tamẽ
26 non per hoc eſt compellendus, † cum ſæpius
cauſa appellationis ventiletur in alio loco, &
iudicio, ideo non videtur procurator ſe obligaſ-
ſe proſequi alibi *Idem ſequitur Butr. in d. c. cum
inuſtè. col. 3. num. 21. verſic. ſeptimum dictum*.
vbi intelligit, niſi adeſſet clauſula ad appellan-
dum, & niſi eſſet procurator generalis, ſecus ſi
ſpecialis, prout etiam concludit *ibi Innoc. &
Hoſt. in §. potuit. poſt princ. & Anchar. col. final.*
declarando, dũmodo ſua culpa non ſuccumbat,
quia tunc tenetur proſequi, quaſi culpa ſua ad-
ſtrinxerit ſe ad illam purgandam.

Prout idem eſſet in procuratore ſolum conſtituto
27 ad ſententiam, qui non teneretur proſequi †
Add. ad Abb. in c. ne inuſtè in verb. proſequi. Et
alia ad materiam *per Bero. q. famil. 132. vtrum
nu. 8. Alex. in l. inuitus. num. 12. C. de procurat.
Doct. in l. ita demum. C. eod. tit. Firman. in verb.
aduocatus qui conuenitur. Carpan. ad conſtit.
Mediolani. c. 443. n. 10.*

In Procuratore autem conſtituto ad defendẽ &
appellaẽ. Aliud eſſet, nam teneretur proſequi
28 tam primam, † quàm ſecundam appellationẽ
Bald. in l. inuitus, in fin. C. de procurat. vbi di-
cit eſſe notandum. Ratio eſt, quia indefinita
comprehendit omnem actum, & ſic omnem ap-
pellationẽ, præſertim quando primus actus non
conſumit effectum ſecundũ intentionẽ loquen-
tis, nam intelligitur etiã de vlteriori actu *l. hac
conditio filio. de condit. & demonſtr.* Vnde
cum per primam appellationem non habeamus
effectũ ſecundum intentionem mandãtis, intel-
ligendum eſt etiam de ſecunda, & ſic nõ habebit
locum in hoc caſu diſpoſitio *l. boues. §. hoc ſer-
29 mone. de verb. ſignif.* † Immo dictus procura-
tor teneratur proſequi cauſam appellationis,
quamuis in appellatione proteſtatus fuiſſet nol-
le proſecutioni adſtringi *Veſte. in praxi. lib. 4.
c. 9. n. 16. in fi.*

Procurator autem dominus litis effectus poterit
proſequi litem in ſecunda inſtantia poſt obitum
principalis, ſi mandatum comprehendit cauſam
30 appellationis, † quod habet locum in omnibus
inſtantijs; Nam licèt dominus litis dicatur po-
tius dominus inſtantiæ, quã cauſæ, ideo non po-
teſt proſequi cauſam appellationis *Achil. deciſ.
23. de procurat.* Tamen non procedit vbi adeſt
clauſula releuans, &c. quæ operatur ſatiſdatio-
nem iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui. Vnde fa-
cit, vt cenſeatur effectus dominus totius litis,
non ſolius inſtantiæ, cum teneatur ad ſoluendũ
iudicatum, prout cõcluſum fuit in *Rot. per. Car.
Seraphin. 27. Martij 1596. in cauſa Toletana
nullitatis profeſſionis*. Ideo etiam quando ma-
dans ſatiſdedit de iudicio ſiſti non eſt amplius
res integra, itaut mandatum procuratoris non
finiatur morte *Doct. in l. defunctus. 15. ff. de pro-
31 cur. Caputaquen. deciſ. 188. lib. 2.* † & ſatiſdatio
de iudicio ſiſti, ſi non eſt data ſimpliciter, ſed
quandocunque tanquam comprehenſa in cau-
ſa appellationis porrigit effectum ſuum, vltra
quam porrigeret litis conteſtatio in prima in-
ſtantia, quia huiuſmodi verba tanquam latè cõ-
cepta extendunt vim ſuam ad alias inſtantias
neque expirant per ſententiam *Idem Caputaq.
deciſ. 189. li. 2.*

In recuſante autem poſtulare pro paupere proce-
ditur etiam ad alias pœnas, dummodo non ad-
ſit legitima cauſa *c. tria. q. 7. Guid. Pap. deciſion.
561. ad med.* Et aliàs Dixi cauſam iuſtam viſa
32 fuiſſe in Doctore, † qui licèt incumberet mune-
ri poſtulandi, tamen, quia in Gymnaſio publico
profitebatur, magis debebat excuſari, vt cõmo-
dius muneri publico ſatisfaceret, cum etiam ta-
libus dentur maiora priuilegia, vt latè per
M. Ant. Valla. conſil. 88. inter conſilia Siluani.
Ideo iſti tanquam habentes publica ſtipendia
præferuntur alijs *Caſſan. in catal. glor. mund.
conſider. 43. p. 3.*

Ex quo dicebatur, quod acquiſitum per filiumfa-
milias ex publico ſtipendio, vel ſalario dicitur
33 quaſi caſtrenſe peculium, † non autem ſi quære-
retur ex priuato honorario *l. fin. C. de inoffic.
teſtam. gloſ. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.*
Quamuis hoc non ſit tutum, cum verior ſit
opinio, quod etiam acquiſitum per Doctorem
34 ex ſuo patrocinio † dicatur quaſi caſtrenſe
*Bart. in l. iuri tur. C. de aduoc. diuerſ. iudic. orum
Bald. in l. vlt. ad fin. num. 3. de inoffic. teſtam.*
cũ priuatũ honorarium ſuccedat loco ſtipendij
publici, ideo erit quaſi caſtrenſe *Crot. in l. fra-
ter à fratre. n. 2. vbi Corraſ. n. 104. de condic. in-
deb. Surd. de alim. tit. 4. q. 11. n. 14. vbi in fine.*
35 quod etiam † de iſtis bonis tenetur alere patrẽ.
Et an debeat dare decimas *gloſ. in c. decima 16.
q. 1. Cald. de reſtit. in integ. in verb. læſis n. 100.*
vbi quod ita ſeruatur in praxi, quidquid dicat
Nauar. in manual. c. 11. n. 142. cuius opinio for-
taſſe procederet attenta ſola iuris diſpoſitione,
vt ibi notat *Idem* Caldeſ. amplians ad profeſ-
ſores Gramaticæ contra *Alber. in l. duo num. 2.
pro ſocio.*

Prout etiam quaſi caſtrenſe dicitur quod acqui-
36 runt Medici licèt nõ de publico, † ſed à priua-
tis, ex quo ſucceſſit in locum publici *gloſ. in l. fo-
ri. C. de aduoc. diuer. iudic.* Bertaz. *clauſ. 18. gloſ.
1. num. 2.*

Idem in lucro tabellionum *gloſ. in l fin. C. de inof-
37 fic. teſtam. in verb. memorabilibus* † *Capel. Tho-
loſ. q. 10. Alex. conſ. 2. ad med. verſ. modo ſic pa-
troni. lib. 6. Caſtr. in l. fin. n. 2. C. qui teſtam. fa-
cer. poſſ.* Bertaz. *ibid. n. 2.*

Aliud eſſet in procuratore, qui dicitur habere vi-
38 liſſimum officium † *Iaſ. in rubr. C. de procurat.
in fin. Alex. conſil. 133. ſtantibus. n. 4. lib. 7.* Intel-
39 ligendo ſecus in Procuratore † de Collegio, in
quo non admittuntur, niſi idonei moribus, &
ſcientia Bertaz. qui ita diſtinguit *ibid. n. 5. ad
fin. latè Caldeſ. de reſtit. in integr. in verb. læſis.
n. 101.* vbi quod in Regno Caſtellæ, & Luſitaniæ
habent Collegium probatum, & numerum cer-
tum procuratorum, & cenſentur perſonæ publi-
cæ, & in iſtis dicit poſſe defendi *Rommald. in
§. 1. inſtit. per quas perſonas nobis acquir. nu. 64.*
& vo-

& voluit latè Tiraq.de nobilitat.c.30.nu.4. vbi
loquitur de Procuratoribus Curiæ Parlamenti,
qui propter munus procurationis non perdunt
nobilitatem; prout dicimus de Procuratore
Curiæ Regis, vel Principis, in qua non licèt in-
famibus comparere l.ſed & milites.10.§.ſed &
ignominia.alias incip.ſcribit.de excuſat. tutor.
qui tex. licèt loquatur in Curia Romana, ta-
men trahendus eſt ad omnẽ locum, in quo Prin-
ceps eſt Tiraq.ibidem.nu.5.vbi etiam n.6. licèt
ſub dubio, ampliat ad Procuratores Illuſtrium
perſonarum, & Epiſcoporum, qui dicuntur ſu-
bire munus honorabile Bald.in l.caſſius col.2.
in fin.verſ.& nota quod officium. n. 6. de ſena-
tor. Prout dicimus de Procuratore Principis,
qui dicitur habere dignitatem & honorem Io.
Fab. in §. vlt. in fin.nu. 4.inſtit. de exception.
Quemadmodum Notarius Principis, qui dici-
tur habere dignitatem Salic.in l.1 nu.2.in fin.
C. de mand. princip. quamuis aliàs huiuſmodi
officiũ ſit vile l.vniuerſos.C.de decurion lib.10.
Oldrad.conſ.75.quis poſſit. n.2. Ang.conſ. 284.
præmitto.in princ.

Conſuetum eſt etiam in taxatione expenſarum
connumerare, quod fuit ſolutum pro ſalarijs
40 Aduocati, & Procuratoris, † & pro ſportulis In
dicum, & erogatis in eorum itineribus ad tex.
in l.eum qui temerè de iudic. Itant quamuis ali-
quis habeat Aduocatum gratis in quæſtione
41 ſua, † tamen poſſit petere ſalarium Aduocati
Bart.in l.quod ſi domus.ff. locat. de quo plura
Ioſ.Ludou.deciſ.Peruſin.111.in princ. lib. 2. Et
in cauſa communi, an poſſit petere ſalarium,
quod ipſe Aduocatus, & ſocius alteri Aduoca-
to dediſſent Boer.deciſ.210.in fin. Immo Aduo-
42 catus ammittens lucrum defendens † cauſam
ſuam repetit illud ab aduerſario facta condem
natione in expenſis Abb. in c.finem litibus. 5.
num. 30. col.anteuen.de dol.& contum.Surd.de
alim.tit.9 q.39.nu.11. Quia vbi lucrum eſt ra-
dicatum iudicamus de eo, prout de damno
Alex.conſ.89.viſo puncto.nu.13.colum. penult.
lib.2.

Non obſtat damna non venire appellatione expẽ-
43 ſarum, † ideo condemnatus in expenſis non di-
citur condemnatus in damnis gloſ.in l.1.§.fin.
ſi quis ius dic.non obtemp.& ibi Alex.n.7.col.2
verſ.& de materia. Prout abſolutus ab expẽſis
non dicitur abſolutus à damnis latè Surd deciſ.
261. per tot. Quia iſta non procedunt in dam-
nis, quæ contingunt ratione perſonæ, vt in ar-
44 tifice, † qui pro defenſione litis deſtitit ab arte
in qua lucrari conſueuit tantũ in die, hoc enim
venit appellatione expenſarum; Idem in Ad-
uocato, & ſimilibus, qui dammificãtur ob abſen-
tiam à ſuis negotijs Bart.in l.1.n.1.verſ.vel ali
ter.de alien.iud.mut.cauſa fact.cũ non ſit pro-
priè damnum; ſed lucrum ceſſans Boer.deciſ.52
n.6. Alias non veniunt damna appellatione ex-
penſarum in ſententia, quæ tanquam ſtricti iu-
ris non extenditur vltra id, quod ex neceſſitate
infertur Dec.conſ.43.n.4. quidquid ſit in cõtra-
ctibus, vt diſtinguit Archid. in c. in primis, 2.
q.1. Rom.ſing.346.Aſin.in prax.§.32.c.4. n.3.

Quamuis iſta non ſeruentur in Curia Romana
45 in qua † ſi taxarentur expenſæ ſportularũ. pro-
curatorum, & ſimilium adeo creſcerent, vt qui-
uis litigator licèt ditiſſimus ammiſſa cauſa
pauperrimus remaneret Mandoſ. form. 20.
commiſ.in verb.taxat.

Adde quo ad Procuratores, & Aduocatos pau-
perum, vt non ſolum teneãtur gratis poſtulare
46 ſed etiã nihil poſſint accipere, † quamuis à ſpõ
tè dantibus Bald.in l furioſi.n.3.C.de nupt.Fe-
lin.in c.1.de offic.iudic. Iaſ. in l. nec quicquam
nu.2. verſ. addo vltra omnes. de offic. pro conſ.
Tiraq.de nobilit.c.29.nu.39.

Quod etiam generaliter ſeruandum eſt in Iudici-
bus, qui nihil accipiunt, etiam à ſpontè danti-
47 bus, † l.1.C.de ſalgam.hoſpit.non præben.lib.12
c.romana.§.penul.de cenſib.latè Tiraq.de nobil.
c.29.nu.40. vbi ampliat, neq; debere accipere
expenſas, quando pro paupere peregrè profici-
ſcuntur Io.Andr.Domin.Archid.& alij in c.ſta
tutum.§.inſuper.de reſcript.in 6.

Immo etiam grauiter peccant mittentes dona in-
48 dicibus, vt iuſtè, vel iniuſtè faueãt cauſæ † Na-
uar.de dat.& promiſ.not.11.n 27.vbi n.35.cum
ſeq.idem de præcibus; Et ibi multa quo ad do-
na ſolita dari in Natiuitate Domini, & de pro-
pinis maioribus iuſto, & de adhibente Aduoca-
tum amicum iudicis & not.17.n.18. quod pœ-
næ de qua in Conſtitutione Gregorij x c 1 ſ. de
datis & promiſſis non extenduntur ad obtinẽ-
dam iuſtitiam, vel gratiam apud Gubernatorẽ
Vrbis, & alios, licèt ſecus quo ad Miniſtros Pa
pæ, & Pœnitentiarium, & Auditores Rotæ, &
alios, de quibus latius per eum. Et quo ad hu-
iuſmodi dona, quæ dantur iudicibus multa no-
tabilia adducit Menoch. de arbitr. caſ. 317. per
tot.cent.6. Et licet Iudices poſſint accipere eſcu
lẽta, & poculẽta, quæ triduo conſumũtur, quaſi
illa non comprehendantur muneris appellatio-
ne c. inſuper. §. ſtatutum. de reſcript.in 6. Ta-
men melius eſſet, quod etiam ab huiuſmodi xe-
nijs ſe abſtinerent, quia inter eſculenta interdũ
iuſtitia comeditur, & inter oſſa edulium iniu-
ſtitia ipſa quieſcit, adeo vt vix ab eis diuelli
poſſit, prout declarat Rebuf. in l. munus tribus
modis.18.col.3. in princ. verſ. item muneralis.
ff.de verb.ſignific. Alia de Aduocatis dicam in-
49 fra in cap.particulari, † vbi etiam quod apud
Iuriſtas appellabantur ſcholaſtici, & forenſium
cauſarum actores l.2.C.de lucr. aduocator. lib.
12. cum alijs per Marcell. Donat. ad Amian.
Marcell.lib 26.fol.590. vbi etiam quod Milites
dicebantur ſcholares, ut in tit. C. de priuileg
ſcholarum.lib.12.

EPITOME.

Expenſæ victus, & equorum quando ſolui debeãt
Iudicibus, Epiſcopis, & ſimilibus viſitantibus,
& accedentibus ad loca ſuæ prouinciæ, & dio-
ceſis, vel differentiæ. In optione eorum, qui
viſitantur an ſit miniſtrare victualia, vel ſolue-

re in pecunia. Fragmenta quæ in menſa Epiſcopi viſitantis remanent, quibus ſint diſtribuẽda, Notarius in viſitatione an aliquid poſſic accipere, & quid in Delegato cui committitur diſpenſatio matrimonialis. Clerici, ſeu Monaci, quãdo poſſint aduocare, & quid in Curia Romana. Doctor pauper an poſſit ordinari ſine titulo beneficij, aut patrimonij. Procuratores Curiæ Romanæ quibus præferantur.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ victus, & equorum ſolui debent* Iu*dici accedenti ad locum differentia.n.3.& victus qualic eſſe debeat .nu. 4. & 5. Idem in Aduocato.n.6.& in quocunq; Doctore.n. 7.*

2 *Petens conſilium ſapientis totum ſalarium ſoluit.*

8 *Delegatus Papæ an habeat expenſas victus vbi exit domum, & quid in Legato. n. 9. Iudice Ordinario.n.10.Conſeruatore.n. 11. Delegato ad vniuerſitatem cauſarum.n. 12. Præſide.n.13.Bariſello.nu.14. Epiſcopis.nu. 15. & 16.*

17 *In optione eorum, qui viſitantur eſt miniſtrare victualia, vel quod, erat conſuetum in pecunia n.18.*

19 *Fragmenta quæ remanent in menſa Epiſcoporum viſitantium ſunt eroganda pauperibus.*

20 *Delegatus cui commiſſa eſt diſpenſatio matrimonialis, nihil poteſt percipere, etiam à ſpontè dantibus.*

21 *Notarius in viſitatione, an aliquid accipiat.*

22 *Clericus an prohibeatur aduocare coram Iudice ſeculari.n.23.28.31.33.34.35.& 37.*

24 *Monacus quando poſſit fungi officio aduocationis.n.25.& 26.*

27 *Clericus neceſſitate inſtante artes viliores poteſt exercere.*

29 *Clericus promotus ſine titulo quamuis coram Epiſcopo poſſit agere, vt eis prouideat, non tamen prohibebitur ſibi victum quærere aduocando.*

30 *Doctor pauper poteſt ordinari ſine titulo patrimonij, aut beneficij.*

32 *Clericus quando cogatur ſuſcipere tutelam.*

36 *Clericus non exigit ſalarium, ſed accipit ſpontè oblatum quando licitè poteſt aduocare.*

38 *Clericus quamuis non ſit pauper in Curia Romana poteſt exercere procurationem, & aduocationem.*

39 *Procuratores Curiæ Romanæ præponuntur Aduocatis exteris.*

40 *Procuratores exteri nullam habent præeminentiam, & ſunt minores Tabellionibus.*

41 *Priuilegia Doctorum an reſtringantur ſolum ad habiles, & idoneos.*

CAPVT LVII.

QVia pluries contigit aliqem ex Ius dicentibus ſe conferre ad locum differentiæ cũ dubitaretur quid ſeruandum eſſet Dixi
debere ſolui expenſas victus, & equorum, tam
1 pro eo,† quàm Notario, & famulis *gloſ.in c.2. §.ſed cum neceſſarium.in verb.productis. & in verb. accedat. de iudic.in 6.* Expenſis eius, qui petit actum fieri *l.prætor ait.in fin.de eden.Felin.in c.1.n.8.col. vlt. verſ. modo iunge generaliter.de libel.oblat.per gloſ.in l.fi.in verb.agnoſcere.C.de erogat.milit.anno.lib.12.Bald.in l.generaliter.§.his de præſentibus.C. de reb. credit. Specul.de aſſeſſor.§.ſalarium.ad fin.verſ.quid ſi alter litigatorum.* vbi etiam de petente conſiliũ
2 ſapientis,† qui totum ſalarium ſoluit, aliud ſi Iudex motuptoprio peteret, quia tunc eſſet expenſis communibus *Crot.de teſtib.n.402.Surd. de alim.tit.1.q.63. n. 4.* Et non ſolum ſoluenda
3 eſt expenſa acceſſus,† ſed etiam rèceſſus, itaut ſi iudex nolit redire domũ ſuam, ſed alibi proficiſci ſoluatur impenſa, dummodo longius non progrediatur *Bar.in l.penul.C.de iur.fiſ.lib.10 Iaſ.in l.ſi non fortè.§.libertus.n.29.col. penult. de condic. indeb.* Curabit tamen index petere
4 moderatos,† non delicatos ſumptus *c.1. in fin. de ſequeſtr.poſſeſſ.* & quales conſueuit facere pomi ſuæ *l. ſed & ſi hæreditas, 11. §. 1. ad exhib. vbi gloſ.in verb.paſcit.l.ſed & ſi leg.28.§.quod autem quis ff.de petit.hæred.Salic.in l.quoniam liberi.n.2.ad fin.verſ.item dicit quod nõ omnes. C.de teſtib.* Et ſi ab vno recepit vnius diei pro-
5 curationem,† non poteſt, nec debet ab alio recipere pro eadem die *Vital.in clem.ad noſtrum in 13.not.n.48.de cenſib.Franc.in c.ſalicis.n. 2. eod.tit.in 6.*

Idem Dixi ſeruandum in Aduocato; qui vltra cõuentum honorarium habet expenſas victus, qñ itineratur ſecundum qualitatem perſonæ pro
6 equo & famulo † *Bald.in l.vnica.nu.10. C. de ſuffrag.Felin.in c.1.in fin.verſ.& adde quid cõducens.de libel.oblat.* Itaut huiuſmodi ſumptus qui dantur Aduocato debeant ſolui antequam pedem moueat pe domo; Ad exemplum teſtis, qui pro ferendo teſtimonio extra patriam ducitur *l.penul.C.de teſtib.Salic.in l.quoniã.n.2. ad fin.verſ. item dicunt. vbi C. in fin. C. eod. tit.Surd.de alim.tit.4.q. 17.in fin.* Prout regulariter eſt in perſonis, quæ debent ſalarium recipere, quod illis ſoluitur ante calculum ſententiæ *Specul.de ſalar.§.1.in fin.num. 13. verſ. item nota.*

Quod etiam eſt in quocunq; Doctore, cui datur
7 famulus† *Brun.de ceſſio.bonor.q.31.* Itaut inuitans Dominum etiam ſeruitorem recipiat; Quemadmodum dicimus de obligato præſtare alicui alimenta, qui præſtat etiam pediſſequis *Surd.* qui multis ſimilibus comprobat *de alimentis.tit.4.q.18.nu.27.cum ſeq.*

Quare etiam Delegatus Papæ habet expenſas vi-
8 ctus vbi exit domum† *c. cum ab omni.8.de vit. & honeſt. cleric. Doctor. in c. ſtatutum.§. inſuper.de reſcript.in 6.* ſiue Delegatus ſit à Principe, ſiue ab Inferiore *Abb.in d. c. cum ab omni. Specul.de ſalar.§.1.n. 7. verſ. ſuper hoc dicunt. Iaſ.in l. properandum. §. ſin autem alterutra. nu.14.in fin.col.4.verſ.adde etiam. C. de iudic.*

Et

Digitized by Google

9 Et idem † in Legato *l.fin.§.legati de muner.& bonor.* *Pedem. deciſ.45. n. 16.* Et in Nuntijs, &
Viſitatoribus Apoſtolicis, qui exigunt impen-
ſam itineris *Abb.in c.procurationes.23.nu.4.de
cenſibus*.
Aliud eſt in Ordinario, qui accedens ad aliquem
10 locum † ſuæ iuriſdictionis nihil exigit *Doctor.
in c.cum ab omni.de vit.& honeſt.cleric.gloſ.in
c ſtatutum.§.inſuper.in verb.conſumi vbi Fran.*
11 *n.10.de reſcript.in 6.* Idem in Conſeruatore, †
qui eſt tanquam Ordinarius, vel Delegatus ad
vniuerſitatem cauſarum *Idem Franc.in d.§.in-
ſuper.in fin.verſ.idem dicat*.
Prout in Delegato ad vniuerſitatem cauſarũ, qui
facit idem conciſtoriũ cum Ordinario, ideo nõ
exigit expenſas à partibus, ſed ordinarius pro-
uidet *Specul. de ſalar. §. num. 7.* vbi ampliat
etiam ſi deputaretur malitioſè ad vnã cauſam
tantum *c. paſtoralis.de.offic.delegat.Abb.in cap.
cum ab omni.8.n.13.col.vlt.verſ.aut deputatur:
ad vniuerſitatem de vit.& honeſt.cleric.*
Quemadmodum in præſide, qui ſuis ſumptibus vi-
13 ſitat prouinciã † *Bald.in l.obſeruare. in.prin c.
de.offic.proconſ.* licèt Canoniſtæ teneant contra-
rium *in c. cum. venerabilis. de cenſib.* Contra
quos tamen dicit eſſe tenendũ *poſt. Iſern. &
alios allegatos.Surd. de alim.tit.1.q.65.per.tex.
in.§.iubemus.auth. de collator.& alys capitul.*
Similiter etiam in alijs qui vadunt ad munus ſuũ
exercendũ, vt in baricello qui miſſus ad purgã-
14 dam † prouinciã malis hominibus ſeipſum alit
Bald.in l.obſeruare.de.offic.proconſ. ita ut debeat
diuertere ad hoſpitia publica, nõ domos priua-
tas; ad exemplum militum qui mittuntur per
mitatum *ang.in §.nulli.auth.vt iudic.ſin.quoq.
ſuffrag.*
Quo vero ad Epiſcopos dũ munus ſuum exercent
15 non exigunt à diœceſanis impenſam † *Abb. in
c.cum ſit. de ſimon.* dummodo non eant ad cõ-
ſecrandum Eccleſiam *Butr. in c. Propoſuiſti. de
conſecrat.eccleſ.Mandoſ.conſ.8. in fin.n.13.*
Et latè de Epiſcopis viſitantibus, vel Archiepi-
ſcopis quando recipiant alimẽta *Abb. in c. pro-
curationes.23.n.4. de. cenſ.* *Doctor. in c. cum
nuper.& c.ſopitæ.eod.tit.Surd.de.alim.q.64.tit.
1.& q.22.tit.4.& q.25.& 26 eod.tit.*
Iuxta tamen diſpoſitionem *Concil. Trid. ſeſſ. 24.
c.3.de. reformat.* nec Epiſcopi, nec quiſquã ſuo-
rũ poſſunt aliquid accipere Procurationis cau-
16 ſa † pro viſitatione etiã teſtamentorũ ad pios
vſus, præter id quod pro relictis pijs iure debe-
tur, nec munus, aut pecuniã, aut aliquid quod-
cunque ſit, etiam qualitercunque offeratur, non
obſtante conſuetudine etiã immemorabili, ex-
ceptis victualibus, quæ erunt miniſtranda fruga-
liter, & moderatè pro temporis tantum neceſſi-
tate, & non vltra, itaut ſit in optione eorũ qui
17 viſitantur ſoluere † vel quod erat conſuetum
in certa pecunia taxata, vel miniſtrare victua-
lia. Vnde quamuis vno anno elegerint præſta-
re in pecunia, nõ tamen poterunt cogi perſeue-
rare ſingulis annis, cum in hoc permittatur va-
riatio, ex quo enim exigitur à volentibus dare
pecuniam loco victualium, ergo nõ poterũt cõ-
18 peli, † quod etiam erit in ſucceſſoribus qui nõ
ligãtur facto prædeceſſorum *Io. Andr. Gemin.
& aly in c.fœlicis.de cenſib.in 6.* Itaut fragmẽ-
ta, quæ remanẽt in menſa tã viſitantis, quam fa
19 miliarium ſuorum ſint † eroganda pauperibus
loci, qui viſitatur *Doctor. in clem. 2. de cenſib.
Soccin.de viſitat.lib.11.q.6.n.30.*
Itaut neq. liceat recipere eſculenta & poculeta ad
domum portanda, ſed tantum pro menſa eiuſdẽ
loci *Gemin.in c.1.§.procurationes. nu.7.de cen-
ſib. in 6.* In illis autem locis vbi adeſt conſue-
tudo, quod neque victualia neque pecunia, nec
aliud quidquam viſitatoribus ſoluatur ſeruãda
erit ſub pœnis de quibus *in c. exigit. de cenſib.
in 6.& in Concil. Triden.ſeſſ.24. c.3. in fin.de
reformat.*
Quæ etiam procedunt in Delegato, cui cõmiſſa eſt
20 diſpenſatio matrimonialis, † qui nihil percipit
pro labore in capienda informatione, & alijs
actis diſpenſationis, prout ponitur in breuibus
quodcunque munus ſit, aut præmium etiã ſpõ-
tè oblatum, neq. eſculenta, aut poculenta
Nauar. conſ 21. de reſcript. neq. pro ſtudendo
proceſſu, prout cenſuit *Sacra Congregatio*,
nec pro acceſſu ad examinandum teſtes cõmo-
rantes in alijs locis; cum id tendat ad capien-
dum informationem, licèt notarius pro actis fa
ciendis poſſit aliquid accipere, *vt eadem Con-
gregatio declarauit*.
Nec Notarius in viſitatione aliquid recipit etiam
21 pro præſẽtatione bullarũ per Ordinariũ † de-
cretis, & actis viſitationis, quãdo habet ſalariũ
de publico, nã alias pro labore accipit *Franc.in
c.1.§.procurationis.de cenſib.* quia ibi prohibe-
tur recipi pro viſitatione, non pro labore *Soc-
cin.de viſit.lib.11.q.4.num.34.verſic.& hoc ve-
rum. Nouar. conſil.1. de cenſib.* dummodo con-
ſuetudo non ſit in contrarium *Concil. Triden.c.
3.ſeſſ.24.de reform.* vbi videtur verius eſſe, quod
neque pro viſitatione, aut quouis nomine ali-
quid ſoluatur.
Vlterius quia clericis in Sacris Ordinibus conſti-
tũtis prohibitum eſt munus aduocationis corã
22 iudicibus ſecularibus, † niſi in certis caſibus de
quibus *in c.1.de poſtul.* cũ de hoc diſceptaretur
Dixi iſtud nõ eſſe ſeruãdum in clerico paupere
non habente patrimonium, aut beneficium, cũ
illi abſq; aliqua diſpenſatione permittatur de
23 iure cõmuni aduocare in curia ſeculari, † præ-
terquam in accuſatione criminali *Hoſt.Abb.&
aly in cap.1.de poſtul. Redoan.de ſpol.eccleſ.q.2
num. 23.* Ratio eſt quia ſi hoc ei permittitur
pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis *cap.3
de poſtul.* multo magis eſt cõcedendum pro ſu
ſtẽtatione ſui ipſius, à quo prima caritas debet
24 incipere *c. 3. de ſpul. neglig. prelat.* † Immo
etiam Monaco cõceditur munus aduocationis
in ciuilibus etiam corã Iudicibus laicis pro ſuo
monaſterio ſi egeat, cum licentia tamẽ ſui Præ-
lati *Nauar.in cap.non dicatis. 12.q.1. num. 99.
Ignat.Salſed.ad prax.Diaz.c.63.gloſ.1. lit.2.*
25 Vel pro alia vtilitate monaſterij † *c. 2. de po-
ſtul.*

ſtul. gloſ. in c. ſtipendis. eod.tit. ſiuè ex alia iu-
26 ſta cauſa † quæ erit cum miſeria perſonæ, vel
gratitudo ei debita, aut grandis commoditas
eiuſdem, ſeu paruitas occupationis eam iuſti-
ficauerit, non autem auaritia, vel ambitio eam
ſuaſerit, quæ quãdo interueniant arbitrariũ eſt
Nauar.de regular.coment.2.n.66.

Præterea ſi neceſſitate inſtante, quæ legem non ha
27 bet, † poſſunt iſti clerici alias artes viliores
exercendo ſuis indigentijs ſubuenire *Imol. in c.
fin.de vit. & honeſt. cleric.* dummodo non im-
pediantur diuina munera, quibus incumbere
debent *c. clericus victum. 91. diſt. c.nunquam.
de conſecrat. diſt.5.* Ignat.ad Diaz. *c.57.col. 1.
verſ. neceſsitatis tamen.* vbi ex hoc infert, quod
clerici poſſunt locare oues, boues, & ſimilia ad
certum fructum, & rem emere, vt melioratam
carius vendant *gloſ. in c. in ſumma.14.q.3. in
fin.* Alber. *Trotius de vero & perfecto clerico.lib.
2.c.52.num.5.*

Multo magis licere eis debet munus aduocatio-
28 nis, † quod plus conuenit eorum dignitati, vt
contra *gloſ. in c.1.in ver. ſtipendijs.depoſtul.* te-
net *ibi Abb.n.4.Boic. n.3.Car.n.4.in fi.* Hoſtieſ.
*col.1.circa princ.*Imol.*n.7.Butr.n.15.Egid.col.3
in verb.coram ſeculari* Anan. *n.7. Siluester. in
ſumma in verb.aduocatus.q.5.*

Neq. obſtat quod ſi ſunt promoti ſine titulo bene
ficij poſſunt agere coram Epiſcopo, vt eis pro-
uideat iuxta diſpoſitionẽ Concilij Trid. Quia
ex tali aduocatione, ſi de facto egeant non pro-
29 hibentur ſibi victum quærere, † quaſi per aliam
actionem non cenſeatur ſibi derogatum in hu-
iuſmodi priuilegio *Abb. in c.1. n. 4. de poſtul.*
adducens in argumentum *c. clericus victũ. 91.
diſtinct.c. conſilium.§. vlt. de obſeruat. ieiunij.
l.2.C.de patrib. qui fil.diſtrax.*

Amplius non ſolum clericus poterit in caſu pau-
30 pertatis aduocare, ſed etiã doctor, † & perſo-
na graduata, quamuis ſit pauper, & non habeat
patrimonium, aut beneficium poterit legitimè
ordinari non obſtante *Concil.Trid. ſeſſ. 21.c.2.
de reformation.* Ratio quia veriſimile eſt illum
poſſe commodè ſuſtentari ob doctrinam, cum
leges non permittant illarum profeſſores viue-
re in paupertate. Immo iura illis ſpem præ-
miorum pollicentur *§. fin. auth. de hered. &
falcid.§.ſumma.in prohem. inſtitut.* Rebuf. *pri-
uil.ſcholar. 43.* & ita in ſpecie de tali doctore,
quod poſſit ordinari dicit Rodrig.*in ſumm.p.2.
c.16.de ordin. n.15.* quem ſequitur Gonzal. *ad
reg.8.cancel.ac alternat.gloſ.4.n.36.*

Dantur tamen multi caſus, in quibus clerici tã in
minoribus, quam etiã in Sacris Ordinibus cõ-
ſtituti, quamuis ſint beneficiati, & ſuſtententur
redditibus, & ſtipendijs Eccleſiaſticis poſſunt
31 fungi officio aduocationis, † non ſolum coram
Iudicibus Eccleſiaſticis, ſed etiam ſecularibus,
nẽpè in cauſa propria, vel ſuæ Eccleſiæ, ſeu mi-
ſerabilium perſonarum *d.c.1.de poſtul.*

Et facit quod dicimus de Sacerdote, qui etiã vo-
lens non poteſt eſſe tutor, vbi agitur de teſtamẽ
32 taria tutela, † cum ſecus ſit in tutela legitima
ad quam, licet cogi nõ poſſit, tamen volens ad-
mittitur, dummodo tamen non ſimus in tutela
teſtamentaria miſerabilium perſonarũ, in qua
volens poteſt admitti, prout diſtinguit *Sur.de-
ciſ.207.in fi.n.23.* cum aliàs Sacerdos non poſ-
ſit dari tutor in teſtamento *Caſtrenſ.in l.gene-
raliter.C.de epiſc.& cleric.Aret.conſ.26.n.3.*

Item clerici poterunt aduocare pro ſanguine con-
33 iunctis imminente tamen neceſſitate † *c. fin.
de poſtul.Abb.in c.1.n.23.eod. titul.* Silueſtr.*in
34 verb. aduocatus.nu.2.q.2. & 4.* † In cauſa per-
ſonarum Eccleſiaſticarum *Boich.d. c. 1. num.3.*
Pro perſonis, quæ enumerantur *in l.1. §.fin.&
l.5.cum ſeq.de poſtul.ſecundum* Innoc.*in d. c.1.*
In cauſa amici intimi, & charitate fraterna di-
lecti *Boich.d.n.3.* quamuis *Abb. ibi n.4.* teneat
contrarium: Item ſi gratis, amore Dei, & ſine
ſalario id faciant *Boich.ibid. n.4.verſic.fallit in
caſu.*

Et vbicunq. inuenitur, quod clerici non poſſunt eſ-
ſe procuratores, vel ſimilia officia exercere, in-
35 telligendum eſt generaliter, † nam vnum nego-
tium clericorum, vel laicorum procurare, vel
adminiſtrare non prohibentur *Innoc. in c. 1.
in fin. de obligat. ad ration. reddend. Trotius de perfecto clerico. c. 54.n.3.* Et in caſibus,
in quibus permittitur dictum exercitium debet
intelligi, dummodo diuinum officium nõ omit-
tatur *Siluester in verb. aduocatus.* Et quando
licitè poſſunt eſſe aduocati non exigunt ſala-
36 rium, † ſed debet eſſe ſpontè oblatum *Abb. in
d. c.1. n. 5.* quamuis hoc ſit contraria cõſuetu-
dine abrogatum *gloſ. in c. in ſumma. 15. q. 2.
Siluestr. in verb. aduocatus. q.4.*

Adde quod clericus poteſt poſtulare pro eo, qui
37 habet cauſam commune cũ Eccleſia, † quãuis
alias pro extraneo non poſſet *Imol. in c. fin.
col.4 depostul. Felin. in c.1. col.3. nu.6. verſic.
& pro pleniori de præſcript.* Ad exemplum Re-
ligioſi, qui non poteſt eſſe procurator pro alio,
poterit tamen pro habente rem communem cũ
monaſterio *c. religioſus. de procurat.* quod di-
cit ibi multum notandum *Anchar. per tex.in l.
qui duos.de liber. legat.* Iaſ. *in l.ſi emancipati.
col.3.n.7.verſ. facit etiã.* C.*de collat.* Et hoc ra-
tione communionis, ob quam multa conce-
duntur, quæ ſine ea non permitterentur *l. ſi cõ-
munem fundum.ff.quemad.ſeruit.ammitt.*Mar-
ſil. ſing. 180. plura vbi multa ſimilia adducit
*post Alex.ad Bart.in l.præcipimus. §. eodem ob-
ſeruando.C.de appellat.Felin.in c.1.de præſcrip.
n.6.Rebuf.priuil.ſchol. 106. Couar. pract.quæſt.
c.34.n.2.*

In Curia tamen Romana ex tollerantia Summo-
rum Pontificum Clerici exercent publica mu-
38 nera aduocationis, † & procurationis, quãuis
non ſint pauperes *Vestr.in prax.c.4. lib.3.n.4.*
cum in eadem Curia officium procuratoris di-
catur honorabile, itaut infamis non poſſit eſſe
procurator *Bald.in l. ſed & ſi milites. §. ſed &
ignominia.de excuſ.tut.Ang.in §. fin. inſtit. de
excep.Mandoſ.reg.4.cancel.q.8.col.pen.num.7.*
vbi etiam quod procuratores iſtius curiæ non

ſunt

ſunt comparandi procuratoribus exteris, im-
39 mo præponendi Aduocatis in partibus, † cum
alias Procuratores nullam habeant dignitatē,
vel præminentiam, & officium illorum ſit vile
l. ſi quis procurationem. C. de decurio. lib. 10.
*Rom.ſing.*807. Et poſſunt eſſe infames *Bart. in
extrauag. ad reprimendum. in verb. per nun-*
40 *cium* † Et ſunt minores tabellionibus, & illis
inferiores *Mandoſ. ibid. n.* 5. Quod ſecus eſt in
Aduocatis, quorum officium eſt laudabile, pri-
uilegiatum, & honorabile, & hominem nobili-
tat, & ab eo arceatur infames *l. ſancimus. C. de
aduocat. diuerſ. iudic. l. laudabilem. C. eod. tit. &*
eorum officium eſt vtile, neceſſarium, merito-
rium, & licitum, vt laté *per Caſſan. in catalog.
glor. mund. p.* 7. *c.* 28. *vſq. ad c.* 32. An autem pri-
41 uilegia cōceſſa Aduocatis, † & Doctoribus tra-
hantur ad graduatos ignaros, & indoctos, vel
potius debeant reſtringi ad habiles, & idoneos
plura *Mandoſ. reg.* 13. *q.* 13. *per tot.* Et de ſala-
rijs Iudicum, & Aduocatorum, quod habeant
priuilegia inter omnes creditores, æquiparen-
tur doti, & fiſco, & habeant tacitam hypothecā
à lege inductam cum priuilegio prælationis po-
nunt *Doctores in l.* 1. *ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. d. ē
functo. n* 19. *de offic. aſſeſſ. Rebuff. priuil. ſcholar.*
118. *per tot.* & licèt de iure hæc opinio ſit dubi-
tabilis, tamen ita ſeruari teſtatur *Flores q.* 8. *li.
1. var. q. n.* 70.

EPITOME.

Caſus non factæ nominationis in emphyteuſi, & ſimilibus actibus quando æquiparetur cum eo, qui fit nulliter nominatus, ſeu præmoriatur antequam caſus nominationis euenerit. Emphyteuſis Eccleſiaſtica an trāſeat ad fœminas, & in ea maſculinum concipiat fœmininum. Sequentia in quibus caſibus declarent præcedentia. Præſentato cedente, vel decedente ante inſtitutionem, quando dicatur conſumptus ternus, & quid in habente aliquem occultum defectum, ob quem inſtitui non deberet.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſemel impletam, ſufficit quamuis non durauerit.*
2 *In conditionibus attenditur euentus, etiam ſine effectu.*
3 *Per nominationem factam ab executore an extinguatur facultas amplius nominandi, quamuis malè eligatur, vel electus non conſentiat electioni, & n.* 4. 5. 9. 10. 11. *&* 12.
6 *Diſpoſitio quando reſtringatur ad primum actum.*
7 *Remoto effectu remouetur etiam nomen, & ſpecies rei.*
8 *Electio de eo qui deceſſit ante purificatum fideicommiſſum non valet, & poteſt de nouo fieri.*
11 *Præſentato cedente, vel decedente ante inſtitutionem quando dicatur conſumptus ternus.*
13 *Emphyteuſis eccleſiaſtica an tranſeat ad fœminas, n.* 23. *&* 24.
15 *Maſculinum in contractibus non concipit fœmininum.*
16 *Contractus emphyteuſis eſt stricti Iuris, & in eo per maſculinum non concipitur fœmininū. Amplia. ut n.* 17. *&* 18.
19 *Facultas nominandi unam perſonam comprehendit in emphyteuſi etiam fœminam nu.* 20. *&* 22.
21 *Verba ad libitum important voluntatem abſolutam & nullis legibus regulatam.*
25 *Sequentia an declarent præcedentia, nu.* 27.
26 *Cauſa originalis eſt attendenda.*

CAPVT LVIII.

PEr Monaſtorium ſanctiſſimæ Trinitatis fuit
conceſſum prædium Franciſco, & R. Euſe-
bio fratribus ad ſecundum generationem cum
facultate data Franciſco, in caſu, quo filios nō
haberet, nominandi perſonā ſibi magis viſam,
itaut nominatione per eum non facta Euſebius
poſſit ad ſui voluntatem nominare. Deceden-
te Franciſco ſine filijs, & facta per eum nomi-
natione eius, qui obiit ante Euſebium. Dubi-
tatum fuit, an licitum ſit Euſebio amplius no-
minare, Et quatenus poſſit, an nominatio de-
beat fieri de maſculo, vel fœmina.

Quo ad primum dicebatur non eſſe locum nomi-
nationi, quia facultas ſolum fuit data in caſu;
in quo Franciſcus nullum nominaret, Vnde cū
1 hoc factū ſit, † ſufficit cōditionē ſemel adimple-
tam, quamuis non durauerit *l. ſi quis hæredem.
C. de inſtitut. & ſubſtitut. vbi* Iaſ. *num.* 1. Ruin.
conſil. 89. *in fin. lib.* 4. Roland. *conſil.* 56. *n.* 10. *lib.*
3. *Sur. conſil.* 137. *nu.* 20. *lib.* 2. Tiraq. *in l. ſi vn-
quam. in verb. ſuſceperit liberos. nu.* 187. *ad med.
vur. & ideo omnes C. de reuocan. donat.* Gabriel.
de fideicom. concluſ. 8. *n.* 11. Itaut in conditioni-
2 bus attendatur euentus, † qui de facto ſucce-
dit, etiam ſine effectu *Cin. in l.* 1. *in fi. C. de con-
dit. inſertis. Corn. conſil.* 180. *col.* 3. *n.* 5. *in fin. lib.*
4. *Crot. conſil.* 11. vbi de facultate eligendi con-
ceſſa éxecutori, quod facta electione nō ſit am-
3 plius facienda nominatio, † cum ſit extincta fa-
cultas *l. apud Aufidium. de opt. leg. l. ſtatu libe-
rum. §. ſtichum. de leg.* 2. *& ibi tex. in c. ſi com-
promiſſarius. de elect. in* 6. vbi data poteſtate
4 eligendi nomine alterius, ſi malè eligatur, † vel
electus non conſentiat electioni de ſe factæ, ex-
pirat facultas compromiſſarij, quaſi illa pote-
ſtas actum exercendi per vnicum actum expiret
l. ſi ut proponis. C. quomod. & quand. iud.

Contrarium Dixi, quia æquiparatur caſus non fa-
ctæ nominationis cum eo, qui fit nominatus, &
præmoriatur, antequam caſus nominationis
aduenerit, quaſi intentio partium fuerit proui-
dere ſucceſſioni, cui non eſt ſatisfactum per pri-
5 mum actum. Vnde conſequens eſt, † vt intret
facultas Euſebij, quæ non diceretur conſumpta
ac ſi nominatio prima eſſet nulliter facta *Be-
rou. conſil.* 106. *n.* 20. *in fin. lib.* 1. & ita in ſpecie
nomi-

nominationis eſt deciſ. Rot. per Card. Seraphi-
num in cauſa Romana domus 5. nouemb. 1582.
Omnis enim diſpoſitio licèt reſtringatur ad pri
6 mum actum; tamen hoc non procedit, † quando
primus actus non ſortitur effectum, cum nõ præ
ſtet impedimentum, quod de iure effectum non
habet c. non præſtat de reg. iur. in 6. latè Tiraq.
in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 1. de verb. ſignif.
Neq; enim poteſt dici electio, quæ non habuit
7 effectum, † cum illo remoto remoueatur etiam
nomen, & ſpecies rei Bald. in rubr. de contrah.
empt. q. 11. Iaſ. in l ſerui electione. in princ. n. 3.
de leg. 1. Bece. conſ. 14. nu. 32.
Et facit, quod dicimus de electo, qui deceſſit ante
8 purificatum fideicommiſſum, † nam electio non
valet, & poteſt de nouo fieri Bart. in l. cum pa-
ter. §. à filia. de leg. 2. per tex. in l. filiusfamilias.
§. diui. de leg. 1. Ruin. conſ. 24. n. 2. verſ. & tan-
to magis. lib. 2. & ita etiam in terminis nomina-
tionis concludit Surd. conſ. 264. n. 29. lib. 2.
Ideo etiam videmus, quod ſi Epiſcopo competat
ex conſuetudine, vel priuilegio, vt poſſit nomi-
nare vnum Canonicum in Eccleſia ſua recipiẽ-
9 dum, † ſi nominatus non acceptat, poterit Epi-
ſcopus iterum nominare Rot. deciſ. e. de priuil.
in nou. Ex quo infert Spin. de teſtam. gloſ. 5.
princ. n. 55. & 56. magis veram eſſe opinionem,
quod in caſibus in quibus poteſt committi cõ-
miſſario facultas diſponendi, vel faciendi teſta-
mentum pro alio, ſi teſtamentum per eum fa-
10 ctum eſt nullum † ob non ſeruatam ſolemnita-
tem, vel quia hæres repudiat, aut moriatur, an-
tequam adeat, vel ob aliam cauſam poterit
idem commiſſarius iterum teſtari. Nã in acti-
bus extraiudicialibus, vbicumque alicui eſt da
ta poteſtas gerendi ea mente, vt omnino actus
habeat effectum, ſi gerat actum nullum, non ex-
pirat mandatum, quia per talem actum malè
geſtum non eſt ſatisfactum intentioni conceden
tis, vel committentis iuxta doctrinam Innoc.
communiter approbatam in c. in literis de of-
fic. delegat.
Et faciunt quæ dicuntur de præſentato, qui ſi ce-
dat vel decedat ante inſtitutionem, non dicetur
11 conſumptus turnus præſentãtis, † ſed de nouo
poterit præſentare c. ſi electio. 26. de elect. Ca-
putaq. deciſ. 59. n. 2. lib. 2. Gonzal. qui multis ſi-
milibus comprobat ad reg. 8. cancellar. gloſ. 45.
§. 3. nu. 6.
Idem ſi habuerit aliquem defectum occultũ, prop-
ter quem inſtitui nõ deberet, dummodo præſen
tans ignoraſſet vitium illius, nam ſi ſciens id fe-
ciſſet, iterum non poterit eligere, cum ex ele-
ctione indigni indignitate iuris ſcienter facta
eligentes amittant ius eligendi pro illa vice
c. gratum. de poſtul. prælat. c. cum in cunctis. §.
vlt. de elect. Molin. de hiſpan. primog. lib. 2. c. 4.
nu. 39. cum ſeq. vbi ampliat prædicta ad res, &
perſonas ſeculares l. cum quidam. vbi gloſ. in
verb. qui offenderint. in princ. de leg. 2. Tiraq. in
l. boues. §. hoc ſermone. limit. 6. n. 34. de verb. ſi-
gnific. Itaut in dubio præſumatur ignorantia vi
tiorum electi, prout veriorem opinionem con-
tra Bart. & alios. in l. ſi patronus. de confirm.
tutor. dicit Idem Molin. d. c. 4. nu. 40. lib. 2. poſt
Peralt. in l. cum quidam. n. 3. de leg. 2.
Non obſtant contraria, quia procedunt, vbi non
12 fuit cõſideratus certus effectus † Bart. in l. 2. in
§. 1. nu. 5. de opt. leg. Doctor. in l. ſerui electione.
de legat. 1. vbi etiam intelligunt, quando, actus,
ſeu nominatio traheret executionem iuris, tũc
13 enim non eſſet locus vlteriori electioni, † alias
ſecus Iaſ. Rip. Tiraq. & alij per Surd. conſ. 264.
nu. 34. lib. 2.
Quo ad ſecundum an nominatio debeat eſſe de
maſculo, vel fœmina dicebatur nos eſſe in em-
phyteuti Eccleſiaſtica, quæ regulariter non trã-
14 ſit ad fœminas † Bald. in c. 1. in fin. quib. mod.
feud. conſtit. poſſ. Cephal. conſ. 400. n. 19. lib. 3.
Surd. deciſ. 95. nu. 1. Præſertim cum fuerit facta
pro filijs, quo caſu in contractibus maſculinum
15 non concipit fœmininum: † Nam quando con-
cipit fœmininum eſt ex quadã interpretatione,
ſeu extenſione, nõ ex proprietate ſermonis l. in-
ter ſtipulantem. in fin. de verb. ſignif. l. ſeruis le-
gatis. in princ. de leg. 3. Quidquid dicat Re-
buf. in l. 1. de verb. ſignif. verſ. ego vero. fol. 9.
Quia loquitur contra communem, de qua per
Gabr. eod. tit. concl. 6. num. 14. Gozzad. conſ. 20.
n. 2. Rimin. Sen. conſ. 121. nu. 4. lib. 1. Vnde cum
contractus emphyteuſis ſit ſtricti iuris, maſcu-
16 linum non concipiet fœmininum † Cuman.
conſ. 166. poſt princ. Rolan. conſ. 93. nu. 17. lib. 2.
Iaſ. in l. ſi quis id quod. n. 23. limit. 13. de iuriſd.
omn. iud. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus.
nu. 59. ad trebel. & eſt uerior opinio, & magis
communis Rot. per Cardin. Seraph. Ceruien.
bonorum. 7. februarij. 1583. vbi etiam ampliat,
17 quamuis dictum ſit filijs, & hæredibus, † cum
ſecus eſſet, ſi ſolum pro hæredibus ſtipulatio cõ
ciperetur, quia tunc terminus hæres eſſet cõmu
nis maſculis, & fœminis Bart. in l. 1. de verb.
ſignif. Dec. conſ. 32. in fin. Soccin. Iun. conſ. 100.
nu. 9. lib. 3. Prout etiam quando dictum eſt de
18 liberis, † quia iſta dictio ex ſui proprietate tam
vnum, quam aliam complectitur Alex. conſ. 80.
viſo & opportunè. col. fin. in princ. n. 14. lib. 1.
Prædictis tamen non obſtantibus contrarium de-
claraui, quia fuit conceſſa facultas nominandi
19 vnam perſonam, † quæ dictio eſt communis ad
vtrumq; ſexum, & ſimilis termino hominis; Vn-
de pariter vtrique conuenit l. hominis appella-
tione. de verb. ſignif. Quod intelligitur ex pro-
20 prietate ſermonis, † non ex interpretatione.
Bart. in l. 1. nu. 2. verſ. vel dic. de verb. ſignif.
Cardin. in clem. 1. q. 3. num. 8. ad med. de elect.
Stante præſertim dictione ad libitum, de qua in
caſu noſtro, per quam magis colligitur facul-
21 tas nominandi etiam fœminam, † cum iſta ver-
ba importent voluntatem abſolutam, & nullis
legibus regulatam Bart. & Alex. in l. ſi ſic. de
leg. 1. Abb. in cap. 2. in 3. notab. de ſequeſtr. poſ-
ſeſſ. & fruct. Felin. in c. 1. nu. 39. de conſtit. latè
Surd. deciſ. 172. num. 15. & ita in ſpecie ſtanti-
22 bus huiuſmodi verbis † latè concludit Rot. per
R. P. D. Cantuc. Romana domorum. 14. mar-
tij.

tij. 1580. in impreſſis. diuerſ. deciſ. p. 2.
Maximè quia fœmina eſt etiã capax emphyteuſis
23 Eccleſiaſticæ † §. emphyteuſim. auth. de non
alienand. Antbar. conſ. 359. col. 2. Cephal. conſil.
11. n. 10. Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 18. num. 1.
latè Surd. qui de veriori opinione teſtatur de-
ciſ. 95. n. 12. Ratio quia regulariter in ſucceſſio
ne veniunt fœminæ, ſicut maſculi l. maximum
vitium. C. de libér. præter. Et contractus em-
phyteoticus non habet aliquam propriam na-
24 turam, † quam illã, quæ data eſt ã contrahen-
tibus Natt. conſil. 49. n. 18. Vnde cum ex forma
inueſtituræ, de qua agimus nõ cenſeatur exclu-
ſa fæmina, immo potius incluſa propter illud
verbum perſonas, & ad libitum vt dictum eſt,
illa erit ſeruanda, cum ex ea poſſit dari certa
regula ſuccedendi communis tam feminis quã
maſculis Beer. conſ. 101. n. 19. Surd. conſil. 5. nu.
13. & deciſ. 95. nu. 16.

Non obſtat quod immo ex forma inueſtituræ ap-
pareat excluſio feminarũ. cum ſolum fuerit cõ
ceſſa emphyteuſis pro Frãciſco, & filijs, quibus
non extantibus datur facultas nominandi; vn-
de cum appellatione filiorum non veniant fœ-
minæ ex communi ſententia, de qua ſupra, que-
madmodũ in prima diſpoſitione cenſentur ex-
cluſæ feminæ, ita etiam in ſecunda, quando
25 continget nominare, † cũ ſequentia declarẽtur
à præcedentibus l. ſi ſeruus plurimũ. §. fin. de leg.
1. l. ſi fuerint. §. vlt. de reb. dub. l. ille aut ille. §. cũ
in verbis. de leg. 3. & ſecundus actus recipit de-
clarationem à primo Ang. in l. pacta nouiſſima
de pact. Alex. conſ. 94. lib. 3. num. 2. Quoniam
26 ſemper debet attendi cauſa originalis † Aim.
conſ. 144. nu. 2. Surd. deciſ. 212. nu. 15.

Quia reſpõdetur clarum eſſe in caſu noſtro, quod
perſona nominanda poteſt eſſe etiam fœmina,
cum iſtud verbum ſit illi quoq; commune; Vn-
de non eſt dicendum quod illa ſequens diſpoſi-
tio tanquam certa debeat regulari à præceden
te ambigua, & obſcura, cum illud procederet
quando etiam ſequẽtia eſſent dubia, tunc enim
27 regularentur à præcedentibus † ſecus vbi ſunt
clara, & determinata, quia potius tũc declarãt
præcedentia Bald. in l legatorum petitio. §. vlt.
in fin. de leg. 2. Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium §. fin.
de leg. 1. nu. 3. Cardin. Mantic. de coniect. vltim.
volunt. lib. 6. tit. 13. n. 4. Socin. conſil. 27. nu. 16.
lib. 4. Menoch. præſump. 37. nu. 11. lib. 6. Surd. de-
ciſ. 288. nu. 35.

E P I T O M E.

Falcidia ſi prohibeatur per teſtatorem detrahi ex aliquo legato, an cenſeatur diminuta in præiudicium hæredis vel aliorum legatariorum. Immunitate conceſſa per Principem, quando onus exempti accreſcat alijs, vel cedat incommodo concedentis. Conſuetudo non conficiendi inuentarium an valeat, & quando hęres in locũ illius teneatur patefacere bona hæreditaria. Iuramentum delatum quando poſſit referri. Remiſſio inuentarij facta per teſtatorem in quibus caſibus permittatur.

S V M M A R I V M.

1 *Falcidia nõ cenſetur diminuta in præiuditium hæredis, ſed aliorum legatariorum ſi lex aut teſtator prohibet illius detractionem ex aliquo legato. n. 2. Declara vt n. 7.*

3 *Immunitate conceſſa per Principem onus exempti accreſcit alijs, neq. cedit incommodo concedentis. Intellige vt n. 4. & 5.*

6 *Beneficia ſunt interpretanda contra concedentem.*

8 *Solemnitates de iure requiſita in inuentario non ſeruantur.*

9 *Conſuetudo non conficiendi inuentariũ valet.*

10 *Statutum quod hæres non gaudeat beneficio inuentarij eſt validum.*

11 *Hæres an teneatur ad inuentarium ſi habeat remiſſionem illius à teſtatore. n. 12. & 13.*

14 *Hæres cogitur medio iuramento patefacere bona hæreditaria in locum deficientis inuentarij. Amplia vt n. 15. Neq; hoc iuſiurandum poterit referri. n. 19.*

16 *Vidua tenetur iurare quo ad patrimonium defuncti.*

17 *Iuramentum delatum quando poſſit referri. num. 18.*

C A P V T L I X.

IN præiudicium legatariorũ, non hęredũ di-
cebatur cenſeri diminutam falcidiam; Vn-
de ſi teſtator illam prohibet detrahi ex aliquo
legato, non prohibebitur hęres detrahere ſuper
alijs legatis eam falcidiæ portionem, quę erat
1 detrahenda de legato, † ex quo fuit prohibita
falcidia Bart. in l qui quadringenta. 87. in fi. ff.
ad leg. falcid. vbi Caſtr. n. 3. dicit perpetuo no-
tandum, cum prima facie quilibet diceret con-
trarium, prout etiam commendat Ruin. conſ.
246. col. 2. verſ. quinimo. n. 5. lib. 3. Card. Mant.
de coniect. vlt. volunt. tit. 13. lib. 9. n. 24.

Idem eſt quãdo hæres eſſet prohibitus à lege de-
trahere falcidiam, nam tũc etiam hoc onus ac-
2 creſcit legatarijs, † quia valet argumentum de
teſtatore ad legem l. ſeruus. de manumiſſ. & in
terminis ita concludit Surd. de alim. tit. 8. pri-
uil. 18. num. 12.

Ad exemplum immunitatis conceſſæ alicui per
Principem Superiorem, quo caſu onus exempti
3 accreſcit alijs, † neque cedit incommodo Prin-
cipis, cum non fiat diſtinctio inter factum legis
& Principis, maximè ſi immunitas concedere-
tur ob publicam vtilitatem Felin. in c. accedẽ-
tes. col. antepenul. concluſ. 1. de præſcript. Natt.
conſ. 397. n. 12. Cephal. conſ. 58. n. 62. cum ſeq.
latè Surd. conſ. 278. n. 13. lib. 2.

Quæ magis procedunt in priuilegio exemptionis
4 indulto per eum, † ad quem non redit emolu-
mentum principaliter, & immediatè ex operi-
bus, collectis, aut contributione, vel ex alio fa-

cto

ctio Collegij,& Vniuerſitatis,ad quam ſi ſpecta
ret ſoluere officiali certam pecuniæ ſummam
pro ſtipendio,vel ſimili cauſa, ſi eximatur à ta-
li onere aliquis per Principem,alij non exemp-
ti ſubeunt onus priuilegiati, & integrum ſala-
rium ſoluunt. Quoniam non præſumitur Prin-
cipem voluiſſe per illud priuilegium auferre
ius ſuum officiali à publico deputato ad emo-
lumentum Reipublicæ,prout in ſpecie conclu-
dit *Iaſ.in l.auus.n.18. col.penul.in princ.verſ.
ego pro cõcordia.de pact.* vbi quod eſt verior opi
nio.*ſequitur Coler.in c.accedentes.n.7.verſ.vn-
de ſi communitas. de præſcript. poſt Bart. in l.
ab omnibus.104. per illum tex.num.1.de leg.1.
Alex.conſ.178.in occurrenti caſu. col.penul. ad
med.n. 19.lib.2.*

Aliud enim eſſet in priuilegio conceſſo per eum,
cui principaliter debetur onus ab aliqua com-
5 munitate,† tunc enim illa immunitatis cõceſ-
ſio non grauat non exemptos,qui præſtabunt
pro rata exempti pauciores operas, vel colle-
ctas ipſi eximenti. Nam priuilegium vni con-
ceſſum non debet redundare in alterius præiu-
6 dicium *l.non debet.21.de reg.iur.*† & quia be-
neficia ſunt interpretanda contra ipſum conce-
dentem *Caſtr. in l.beneficium.n.2.de conſtitut.
princ.* & iſta eſt verior opinio, prout in termi-
nis docet *Iaſ.in d.l.auus.de pact.poſt Bald.in l.
ſi vnus. 27.§. ſed ſi generaliter. n.8. ff. eod. tit.
cum alijs per Coler. in d.c.accedentes.n.8.9.&
10. de præſcript.*

Veriorem tamen Dixi diſtinctionem,quod in lega
tis,ſeu fideicommiſſis,quæ non defalcantur ex
ſui priuilegio,prout in relictis ad pias cauſas,
& ſimilibus,præiudicium ſit hęredis,& ideo il-
7 lud,quod ab iſtis non detrahitur,† nõ debet re
flecti ad onus aliorum legatariorũ, ſed de iſtis
detrahitur trebellianica,& falcidia in quãtita-
te,prout detraheretur, ſi alia non eſſent priui-
legiata. In illis verò quæ ſunt indefalcabilia
ex voluntate teſtatoris expreſſa prohibendo in
eis falcidiam,tunc neq; hæres detrahet ex alijs
falcidiam, cum propter prohibitionem teſtato-
ris ceſſet in eis ius detractionis;Secus verò quã
do teſtator mandauit integrè præſtari,aut ſine
diminutione: Nam tunc detrahitur ſalcidia ex
alijs.itaut integram quartam hæres habeat,Et
iſta eſt diſtinctio communis de qua *per Doctor.
in l.qui quadringenta.88.& in l.ſi poſt miſſio-
nem. 17. & in l. ſi miles.92. ad leg.falcid. Pe-
regrin.de fideicom.art.4.n.31.*

Circa ſecundum verior eſt opinio, quod licèt in-
8 uentarium requirat multas ſolemnitates, † ad
hoc vt valeat, & liberet hæredẽ,ne teneatur de
proprio creditoribus hæreditarijs ad notata
*per Doctor in l.fin. C. de iur.deliber.Specul.de
inſtrum. edit.§.vlt.n.21.Imol.in l. 1. §.quãuis.
ff. ſi cui plus quam per leg. falcid. Durand. de
art.teſtandi.tit.11.caut.8.* Tamen de conſuetu-
dine illæ non requiruntur *Roland.cõſ.73.n.91.
lib.2.Rimin.Iun.conſ.417.n.50.* vbi etiã quo-
modo huiuſmodi conſuetudo probetur *Dec.
conſ.633.Cephal. conſil.347.lib.3. Guid. Pap.
de inuent.n.9.Graſſ.eod. tit. nu.1.cum ſeq.*

Amplius etiam valebit conſuetudo non conficien
9 di inuentarium,† cum enim illius confectio ſit
iuris poſitiui, poteſt tolli contraria lege, ſiue
ſcripta, ſiue non ſcripta *Bart.in l. tutor qui re-
pertorium.7.n.18.de adminiſtr.tut.Ang. in l.1.
§.hæc ſtipulatio. ff.ſi cui pluſquã per leg.falcid.
Montic. de inuentar. in princ. n.28.& in 3. in
principal.n.31.* Et huiuſmodi cõſuetudinẽ,quod
hæres non faciat inuentarium, dicit tolerandã
*Coler.de proceſſib.executiu.p.2.c.3.nu.400.poſt
10 Vueſembecium. conſ.13. n.15.* † Prout etiam è
contra dicimus valere ſtatutum,ſeu conſuetu-
dinẽ,quod hæres non gaudeat beneficio inuen-
tarij *gloſ.& Bart. in l.fin.§. in computatione.
C.de iur. deliber.Aim.conſ.174.n.6.* vbi etiam
11 *in 2.dub.* quod valet prohibitio teſtatoris,† ne
hæres conficiat inuentarium contra *Guid.Pap.
conſ. 63.& Ang. in l. fin. C. de arbitr. tutel.*
Intelligẽdo in præiudicium legatariorum, qui-
bus teſtator poteſt obeſſe, cum neq; eis coge-
retur aliquid relinquere *Alex.in l. nemo poteſt.
col.1. & ibi Iaſ.col.10.verſ. quarto adde. in pri-
12 ma lectur.ff de legat.1.*† Quidquid aliud ſit re-
ſpectu creditorum, quibus non poſſet per de-
functum præiudicari *Aim.d. conſ.174.n.11.* Et
quidquid etiam contrarium ſeruetur in libro
rationum, quem tutor debet cõficere,quamuis
non teneatur facere inuentarium,tanquam ſibi
13 remiſſum à teſtatore. † Nam alias iurabitur
contra eum in litem, cum de illo ad iſtud non
inferatur ſtante diuerſitate inter inuentarium,
& librum rationum *Bald. in l.1.§. officio.de tu-
tel.* prout in terminis declarat *Plot. de in lit.
iurand. §. 5. num. 33.* vbi dicit perpetuò no-
tandum.

Quidquid autem ſit de prædictis, In caſu de quo
agebamus,omiſsis,quę poſsẽt dici circa huiuſ-
modi inuentarium nõ factum. Dixi hæredes cõ
uentos teneri, & obligatos eſſe patefacere me-
dio eorum iuramento bona hæreditaria ſecun-
14 dũ formã petitionis,de qua in proceſſu.† Iſtud
enim iuſiurandum ſuccedit in locum deficien-
tis inuentarij,quod nõ poteſt recuſari *l.ſcimus
22. §.licentia.C.de iur.deliber.* vbi *gloſ.in verb.
illius.* dicit notandum,quia hæres in hoc caſu
de ſua conſcientia tenetur ſatisfacere per iu-
ramentum,vt vndiq; veritas exquiratur; Prout
etiam in ſimili eſt tex.*in l.vlt.in fin.& ibi gloſ.
in verb.religionem. C.de iur.domin. impetr.l.ſi
quis pro redemptione. 36. §.eandem.C. de dona-
tion. l.vlt.in fin.verſ. apud quem.C.de bon. au-
ctor.iudic.poſsid. l.fin.§.ſin autem.C.de fid. in-
ſtrum.* Vbi *gloſ.in verb. ſacramentum:* quod
reus hoc caſu cogitur ſe defendere per iuramẽ
15 tum,† quamuis actor nihil probauerit; Ita vt
illo non præſtito contra eum poſsit pronuncia-
ri;cum hoc non ſit ſacramentum probationis,
ſed cuiuſdam purgationis,vt declarat *gloſ.in l.
actor.23.in verb.factum.in fin.C.de probation.*

Idem eſt in Vidua,quæ eodẽ modo tenetur reſpon
16 dere hęredibus de patrimonio defuncti,†quod
habebat tẽpore mortis *l.2. & ibi gloſ. in verb.*

iura-

iurata. C. *quand. & quib. quart. pars debeat. lib.*10.Et in aliis caſibus; de quibus per *gloſ. in l.præſenti.*5. *§. ſicubi. in verb. conſcientia.*C.*de his qui ad eccleſ. confug. & in l. ſcimus.§ licentia.in verb illius.*C.*de iur.deliber.*
Non facit,quod huiuſmodi iuſiurandum delatum
reo fuerit relatum eidem referenti : Vnde hæ-
res non tenebitur iurare quo ad bona hæredi-
17 taria , de quibus agimus; † Prout regulariter
quis non cogitur ſubire ſimilia iuramenta , cũ
ſufficiat illa ad partem referre *l. iuſiurandum. vbi gloſ. in verb. non poteſt . ff. de iur. iurand. Doctor. in l. manifeſtæ turpitudinis. eod. tit.*
Quia reſpondetur hoc iuramentum deferri per
18 legem, vt ſupra dictum eſt . † vnde tanquàm
ſuccedẽs in locum deficientis inuentarij debet
ſuſcipi,etiam per inuitum , neq; poterit referri
ei, qui detulit, quaſi delatum ſit ex iuris diſpo-
ſitione , niſi per idem ius remittatur poteſtas
referendi, *gloſ.in c. fin. in verb. famoſa. de iur. iurand.& in l. præſenti.*6.*§. ſicubi.in verb.conſcientia . in fin.* C. *de his qui ad eccleſ. confug.*
19 vbi loquitur † in terminis de iuramento in lo-
cum deficientis inuentarij , & ſequitur tanquã
ſingulare *Coler.de proceſſib. executiu. p.*2. *c.*3.
20 *nu.*402. vbi quod ita fuit iudicatum.† Et idem
eſt in ſimilibus caſibus de quibus in *l. marcellus.§.ult.cum l.ſeq.ff.rer.amot.l.fin.& ibi gl.in verb.ſubire.*C.*de fideicommiſ. auth. ſed nouo iure. verſ. ſed ſi datum.*C.*de pœn. iudic. qui mal. iudicau.l.*3.*de reb.credit.l.eos.§.fin.de uſur. l.*1. *§.*1.*& §.ſuſpicio. de incend. ruin. & naufrag. l.prætor.§.*2.*de edend. l.licet.* C. *de excuſ.tutor. l.is qui.de public.iud.l.reum.*C. *de procurator.*

E P I T O M E.

Citatio domi dimiſſa copia , quando ſit legitima ſi non præceſſerint diligentiæ , & quomodo ſit facienda, & an debeat cõtinere locũ examinis, Notarius an teneatur facere fidem de iuramẽto præſtito tactis ſcripturis,vel ſufficiat dicere enunciatiuè teſtis iuratus. In probatione temporis an depoſitio vnius ſuppleat dictum alterius. Alimenta quando præſtanda ſint ei, qui aliunde habuit . Ex mutuo alicui facto, vt ſe alat, an competat actio ſolum mutuanti cõtra debitorem alimentorũ , vel etiam detur ei, qui debebat alimentari. In cauſis alimentorum quis Iudex,& Notarius ſit competens. Commiſsio de examinando teſtes, an concernat delegationem actus cum exercitio iuriſdictionis, & poſsit demandari laico , quamuis cauſa ſit Eccleſiaſtica. Receptio Iuramenti , an de ſtylo poſsit committi Notario.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio dimiſſa copia eſt legitima ſi præceſſerint diligentiæ de reperiendo eum qui debet citari; etiam non facta affixione ad valuas. n.*2.
3 *Nuncio atteſtanti feciſſe diligentias , & citaſſe de commiſsione Iudicis ,an credatur.n.*7.*&* 8.
4 *Citatio valet quamuis non præceſſerit perquiſitio , ſi citatus poſtea comparuit.*
5 *Citatio vt ſit legitima debet affigi valuis domus non poni ſub angulo , aut rimula hoſtij , & eſſe debet hora opportuna, non nocturna , n.*6. *& continere locum examinis . nn.*5. *Intellige vt nu.*10.
11 *Notarius debet facere fidem de iuramento præſtito tactis ſcripturis , non autem enunciare dicendo teſtis iuratus. n.*34. 15. *&* 16.
12 *Teſtes debent iurare illa hora , & die, pro qua ſit citatio , licet examen poſsit quandocunque fieri ſi in termino iurarunt.*
13 *In teſte requiritur certa forma verborum .*
17 *Tempus quando probandum ſit per duos teſtes . itaut non ſuppleatur dictum vnius ex depoſitione alterius. n.*18.
19 *Alimenta non debentur ei, qui aliunde habuit.*
20 *Alimenta quæ petuntur officio Iudicis , an debeantur niſi in ſubſidium . n.*21.
22 *Mutuans pecuniam alicui pro ſe alendo habet actionem contra debitorum alimentorum pro pecuniæ reſtitutione , & an huiuſmodi actio detur etiam ei, cui debent præſtari alimenta . nu.*26. 28.*&* 29.
23 *Mutuans pecuniam filio ſtudenti quando repetat à patre.n.*24. *&* 25.
27 *Actio datur contra eum , in cuius commodum ceſſit negotium geſtum .*
30 *In cauſis alimentorum eſt Iudex competens tam Laicus,quàm Eccleſiaſticus. Idem in Notario. n.*32.
31 *Spurio debentur alimenta tam de Iure Ciuili, quàm in foro Eccleſiaſtico.*
33 *Commiſſum quæ dantur illis qui debent examinare teſtes non concernunt delegationem actus cum exercitio iuriſdictionis , & examen valet ſi fiat à laico quamuis cauſa ſit beneficialis , & eccleſiaſtica .*
34 *Commiſſo examine cenſetur data facultas recipiendi iuramentum.*
35 *Receptio Iuramenti eſt iuriſdictionis quæ non poteſt delegari.*
36 *Examen & receptio iuramenti per notarium valet ſi de ſtylo illi committeretur.*

C A P V T L X.

PRo validitate citationis Dixi concludendũ
in cauſa Vincentij, & aliorũ litis conſortũ
mihi cõmiſſa : Nam quãuis fuerit facta dimiſſa
1 copia,† tamen citatio eſt legitima,cum præceſ-
ſerint diligentiæ de reperiendo eum, qui debe-
bat citari , quod, ſufficit ſecundum opinionem
*Abbas in c. cauſam.n.*5.*de dol. & contum.Rom. conſ.*454.*in re præſenti, nu.*7. & eſt deciſio Ro-
tæ per Card. Seraphin. Peruſin. executionis. 10.
*april.*1595. vbi ampliat procedere etiã non fa-
2 cta affixione à valuas in Eccleſia , † quia *clem. cauſam.de electiõ.* habet locum ſolum in bene-
ficialibus, *Bart. in p.* 4. *§. prætor att. de damn. infec.* Affixio enim ad valuas , de qua ibi fit
mentio in citatione , eſt neceſſaria , ſi non

pateat tutus acceſſus ad habitationem.

Nec facit non conſtare de diligentijs, quia ſufficit
3 atteſtatio nuntij; † cui in hoc creditur *Put. decıſ. 187. lib.3. Caputaq. decıſ. 266. lib. 2. & decıſ. 245. lib. 1.* vbi ampliat etiam credi referenti ſe citaſſe de commiſsione iudicis, quemadmodum notario atteſtanti de ſui ipſius deputatione, quidquid ſit de iure, et per *Felin. in c. 1. nu. 13. verſ. quarta concluſio. de iudic.* Dec. *in c. cum parati. nu. 12. de appellat.*

Præterea quamuis nõ appareret de diligentijs, ta-
4 men quia citatus alias cõparuit in cauſa, † valuit citatio etiam non præcedente dicta perquiſitione *Alciat. in l. abſentem. de verb. ſignif. Dec. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. n. 20. de conſtit. Aſin. in prax. §. 6. c. 2. in 7. requiſ. Rot. Genuen. per Carthar. decıſ. 14. nu. 2.*

Neque obſtat quod dicta citatio non fuerit legitimè executa tanquam non affixa valuis domus,
5 ſeu † ipſi hoſtio *Ang. in §. omnem. authen. de litigioſ. Bald. in l. ſed & ſi pupillus. §. de quo. pactam. ff. de inſtit. action.* vbi quod neque valet; ſi
6 ponatur ſub angulo hoſtij, † vel per rimulam ipſius *Aſin. in praxi. §. 6. c. 6. in 4. requiſit. cum ſeq.* vbi etiam quod eſt facienda tempore congruo, & hora debita, non nocturna, vt dicatur fieri palàm, & patenter, prout requiritur.

Quia cũ Nuntius de contrario faciat fidem magis
7 illi credendum eſt, quàm parti † ſecundum cõmunem opinionem, de qua per Dec. *in c. cum parati. n. 10. de appellat. Felin. in c. quoniam contra. nu. 21. de probation.* Quidquid contrarium dicat *Faber. in §. fin. num. 8. inſtit. de pœn. temer. litig.* Cum loquatur contra veriorem opinionẽ tam de Iure Ciuili, quàm Canonico *Marſil. ſingul. 560. num. 7. Alciat. Vaſq. & alij allegati per Cenal. q. 381.* Licet etiam ſecundum quali-
8 tatem perſonarũ eſſet in arbitrio iudicis, † cui ſit magis credendum *Socin. in rubr. de citat. art. 16. in fin. Menoch. de arbitrar. caſ. 112. lib. 2. cent. 2. num. 14.*

Minus obſtat citationem non valere, quia in ea nõ continebatur locus, vbi teſtes debebant exami-
9 nari, † neque dies, & hora pro illo faciẽdo, ideo citatio tanquam nimis vaga erat nulla *Socin. de citat. art. 18. num. 13. & art. 19. num. 17.* & quod locus ſit exprimendus concludit *Alex. conſ. 71. in princ. lib. 7.* Quia contrarium verificatũ fuit ex relatione Nuncij, Cũ præſertim de ſtylo loci, vbi fuerunt teſtes examinati, citatio ſit benè facta, Neq; erat neceſſaria expreſsio loci, quia ſi
10 eſt Iudex Ordinarius, qui debet examinare † intelligitur ad locum deputatum ſuorum maiorũ ad ius reddendum, & ſi eſt Delegatus ad locum qui à principio fuit deputatus *Bart. in l. ſi vt proponis. l. 12. C. quom. & quand. iud. Doct. in c. fin. de reſcript.* quem ſtylum eſſe admittendũ quando eſt probatus dicit *Caputaq. decıſ. 274. nu. 4. p. 3.* Præſertim quia domus habitationis huiuſmodi Delegatorũ ſolent eſſe omnibus notæ, quæ notitia facit, vt non ſit deſcribendus locus in citatione, Prout etiã dicimus de Præſide, ſeu Iudice alicuius Prouinciæ cuius domiciliũ eſt notum; Et de Epiſcopo in quo etiam intelligitur citatio ad locũ conſuetum *Anchar. V ant. & alij de quibus per Menoch. conſil. 100. n. 179. vſque ad n. 182. lib. 1.* vbi etiam requirit proteſtationem citati, quod ignorabat locum comparendi, & quod propter hanc cauſam tanquã impeditus non potuit comparere *arg. tex. in l. qui commeatus. de re milit. Aim. conſil. 151. n. 21.* Idem *Menoch. de arbitr. caſ. 118. in fin.*

Secundo quo ad validitatem examinis dicebatur de eius nullitate ob defectum iuramẽti, de quo non conſtabat, cum notarius non faciat fidem
11 de eo præſtito tactis ſcripturis, † ſed tantum enunciatiuè dicendo teſtis iuratus, quod non ſufficit, vt dicatur examen, & iuramentum benè præſtitum *Caputaq. decıſ. 123. & 246. p. 2. & decıſ. 295. p. 3. poſt gloſ. in c. vt circa. de electıon. & Lanfranc. in c. quoniam contra. de verb. teſtium. nu. 4. de probat.* & voluit *Oldrad. conſ. 23. num. 6. Bellam. decıſ. 61. in fin. cum alijs per Menoch. conſil. 114. nu. 3. lib. 2. poſt Alex. conſ. 42. nu. 9. lib. 4.* Notarius enim hoc caſu non atteſtatur de iuramento diſpoſitiuè, ſed enunciatiuè, & tabellioni enunciantı non creditur imò iſta aſſertio enũciatiua magis dat præſumptionem, quod teſtis non fuerit iuratus ea die, quæ fuit pars citata, cum tamen de iure teſtes
12 debeant iurare † ea die, & hora, pro quibus ſit citatio ad illum actũ, licèt examen poſsit quandocunque fieri, ſi teſtes in termino iurarunt *Bald. Brun. & alij allegati per Caputaq. decıſ. 185. p. 3.* vbi etiam in fine ampliat neque credi notario, ſi dicat talis teſtis iuratus ſuper crucẽ ſui habitus depoſuit, &c.

Præſertim, quia in teſte requiritur certa forma
13 verborum † *gloſ. in l. iuriſiurandi. 8. C. de teſtib. in verb. ergo.* Et vbi requiritur illa expreſſio firma, non ſufficit dicere iuratum, niſi etiam forma exprimatur *Doctor. in c. vt circa. de elect. in 6.*

Contrarium Dixi, quia teſtes fuerunt examinati coram Iudice, & tali tempore, quo potuerunt iurare legitimè, & cum interrogatorijs partis aduerſæ, in quibus actum fuit, vt moneantur teſtes de periurio, prout fuerunt moniti; Vnde ex iſtis colligitur præſumptio tales teſtes iuraſ-
14 ſe tactis ſcripturis, † & ſolemniter, prout requiritur, quamuis notarius de hoc non faciat mentionem, ſed ſolum dicat teſtis iuratus, vel modo eius iuramento depoſuit. Quia tale iuramentum tunc potuit interuenire: loco præſumuntur omnia ſolemniter acta, quæ loco, & tempore inſtrumenti potuerunt peragi, & ſic teſtimonium valebit *Doctor. in l. 1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. Innoc. in c. quoniam contra falſam. de probat. & in c. innotuit. de eo qui furtiu. ordin. ſuſcep.* & ita in ſpecie concludit *Bald. in l. iuriſiurandi. col. 1. nu. 2. verſ. ſed pone quod reperitur. C. de teſtib. & in auth. ſi quis in aliquo nu. 9. C. de eden. & eſt deciſio Rot. per Cardin. Blanchet.* 21. *iunij. 1585. in cauſa Toletan. decimarum, & coram Cardinali Millino. Bononien. de Marano*

20. nouemb. 1595. quod etiam voluit Alciat.
in rub.ext.de iur.iur.in fin.verſ.primus eſt. ſe-
quitur Menoch.conſ.114.nu.17.lib.2. vbi etiam
n. 18. addit hodie in iudicijs obſeruari, vt no-
tarij ſcribentes atteſtationes teſtium ſolũ ſcri-
bant eos ſuo iuramento depoſuiſſe, & hoc ſuffi-
ciet, ſi ita reperiatur ſcriptum à notario, qua-
ſi tunc præſumãtur ſeruata ſeruanda, prout hu-
ius ſtili meminit Alciat.in d. rub. extr. de iur.
iur.in fin.poſt Bald.in l.vlt.in fin. C. ſi ex falſ.
inſtrum.vel teſt.iudicat.ſit.
Quæ præſumptio magis iuuabatur, quia examen
15 fuit factum intra terminum citationis, † tunc
enim præſumitur teſtes iuraſſe tactis ſcripturis
quamuis notarius ſolũ dicat teſtis iuratus, pro-
ut fuit deciſum per Rot.coram Cardinali Sera-
phino Ariminen.caſtrorum. 15. iuny. 1598. &
coram R.P.D.Penia.Veneta matrimony.8.iunij.
1598.
Non obſtant contraria, quia procedunt quando
examen fuit factum per notarium, in quo nõ eſt
eadem præſumptio, quæ pro iudice, vt dictũ eſt.
Maximè quia in teſte non requiritur certa for-
ma, cũ ſufficiat, quod ille dicat iuro dicere ve-
16 ritatem, † & quidquid adijcitur ſupra, vel vl-
tra non eſt forma, ſed ſpecificatio, & expreſsio
illius formæ, quæ præſumitur ſeruata ex inter-
rogatorijs, & examine facto per iudicem, prout
in ſpecie reſpondet Bald.in l. iuriſiurandi. nu.
2.in fin.C. de teſtib.
Tertio quo ad probationem teſtiũ, de qua in præ-
fato examine Dixi concludẽter cõſtare de mu-
tuo facto in tempore per actorem articulato,
cũ per duos teſtes illud probetur, prout requi-
ritur, quia eramus in caſu, in quo actor prçten-
debat mutuum & debitum contraxiſſe, facta
prius interpellatione reo, & illo conſtituto in
17 mora, † tunc enim præcisè debet tempus pro-
bari Bart. in l. cum actum.de neg.geſt.Felin.in
cap. auditis. nu. 33. verſ.ſecunda concluſio. de
probat.Ang conſ.297. viſis actis. n. 3. latè Mã-
doſ.reg.32.q.14.nu. 8. Cott. in memor.in verb.
probatio ſine tempore. Flor. in l. ſi quando. §.
ſeptimo principaliter.n.46.C.vnde vi. Quamuis
aliàs dictum teſtis, qui nõ deponit de tempore,
& loco ſuppleatur ex depoſitione alterius teſtis
deponentis de tempore, & loco, dummodo non
18 ſit de ſubſtantia, quia tunc ab omnibus† debet
tempus nominari, neq; vnius depoſitio decla-
ràtur ex alio Alex.conſ.236.perſpectis.n. 4. lib.
6.Ruin.conſ.35.nu.16.lib.4.Gabr.de teſtib.con-
cluſ.6.nu.11. & 12.& fuit deciſum per Rot. co-
ram Cardinal.Seraphin.19. february. 1596. in
cauſa Romana executionis inſtrumenti.
Quarto circa dubium alimentorum, an pro illis
eſſet locus petitioni actoris dicebatur negati-
uè, quod non poſſint peti, quia cum iam conſta-
19 ret fuiſſe alimenta aliunde præſtita,† ſumus in
his, quæ debentur pro tempore præterito, cuius
ratio non habetur, quaſi tunc ſolum illa debeã-
tur officio iudicis, quod non datur ei, qui aliun-
de habuit Bart.in l.libertis quos.§.manumiſſis.
in fin.n.3.de alim.& cibar.legat.Alex.conſ.71.
viſo proceſſu & omnibus actis. col. 3. poſt med.
nu.9.verſ.quarto principali.lib.5.vbi dicit notã
dũ, & ſæpius de facto occurriſſe Dec.in l. de ali
mentis.8.in 1.notab.C. de tranſact. Felin. in c.
ex parte.in fin.de accuſat.Roman.conſ.459. pro-
poſita alias.in princ. & ibi Mandoſ. in verb. in
præſenti.Cephal.conſ.280. nu. 42. & 45. lib. 2.
20 Alimenta enim quæ petuntur † officio iudicis
non debentur niſi in ſubſidium, quando quis a-
liũde non habet; vnde ſi deficit neceſsitas, quia
aliunde habuit, ceſſat etiam debitũ alendi Bart.
in l.ſi quis à libertis.§.ſed ſi filius.de liber.agnoſ
& in l.1.in fin.C.de mendic.val.d.lib.10. Abb.
in c.2.de conuerſ.infid.col.2.nu.5.
Declaraui tamẽ contrariũ, quia cõſtabat de inter
pellatione facta per actorẽ, & de mutuo exin-
de contracto pro ſe alimentando ſtante mora
21 debitoris,† quo caſu etiam pro alimentis præ-
teriti temporis dabitur actio, quamuis debeã-
tur non iure actionis, ſed officio iudicis. Nam
hoc damnũ accidit culpa debitoris moroſi, ob
quam moram debet præſeruari indemnis à de-
bito eius occaſione facto, & ſic eſt danda actio
pro eo quod ſua intereſt, prout cõcludit Bart.
in l.libertis.§.1.num. 3. de alim.& cibar.legat.
Alex.conſ.48.viſo ſtatuto.col. 1. poſt med. verſ.
& vtrum iſta.n.2.lib. 3.Caſtrenſ.in l.diuortio.
col 2.in fi.n.6. verſ. item in quantum dicit. ibi.
& per iſtam.ff. ſolut. matr. vbi quod eſt menti
tenendum Afflict.deciſ.10. in fin. nu. 4. Soccin.
Iun conſ.8.in fin.n.13.lib.3.
Neq; obſtat non dari huiuſmodi actionem ei, cui
22 debentur alimenta,† ſed illis qui mutuo dede-
runt pecuniam; qui ſolum poterunt agere ad
eiuſdem pecuniæ reſtitutionem Bart.in d. l. li-
bertis quos.§.1.n.3.de alim. & cibar. legat. per
tex.in l.fin.ff.de in rem.verſ. quem ſequitur Be-
rou.conſ.178.nu.19.lib.1 Alex. in l. vlt. in fin.
n.8.verſ.item fallit in mutuante.C.de neg. geſt.
23 vbi de eo qui mutuat filio ſtudenti,† qui repe-
tit à patre, etiam ſi ille prohibuerit, ne mutua-
ret poſt gloſ.in l.ſed iulianus.9.§.proinde. verſ.
quod dicitur. ff. ad macedon. in verb.ſolebat.
Bald.in l.omnimodo.§.imputari in fi.n. 7. verſ.
ſed numquid eo iſ ſo.C.de inoffic.teſtam. vbi lo-
24 quitur de expẽſis factis in Decurionatu,† & oc
caſione ſtudij, quæ ſunt ſoluendæ de communi
per fratres, etiam mortuo patre Doct. in l. ma-
cedoniam.C.ad macedon.Diaz.reg.370.filio ſtu
denti in princ. vbi ampliat idem in libris com-
modatis, pro quorum reſtitutione pater tene-
tur, ſicut in mutuo Io. de Anan. in c. 1. de ma-
giſtr.Rebuſ.priuil.ſchol.58.num. 2. Dummodo
25 non ſit mutuum† vltra quantitatem neceſſariã,
quia alias non daretur actio mutuanti contra
patrem, quod iudex arbitrabitur Alber. & alij
in l. ſed iulianus. §. quamquam. nu. 11.ff. ad
macedon.
Nam reſpondetur verum eſſe, iſtam actionem cõ-
petere mutuanti. Non tamen ex hoc erit exclu-
dendus ille, qui debet alimentari, vt non poſſit
26 agere contra debitorem alimentorum, † cum
tam vni, quàm alteri hoc ius poſſit, & debeat

competere. Etenim mutuanti ideo datur iſta
actio contra debitorem, nā in illius vtilitatem
mutuum fuit verſum *l. fin. ff. de in rem verſ.*
Prout regulariter idem eſt in quolibet contra-
27 hente, † etiam cum negotiorum geſtore, quia
actio datur contra eum, in cuius commodum
ceſſit *Iaſ. in l. ſi eum ſeruum. n. 1. ff. ſi cert. pet.*
*Bald. in l. ei qui. ff. quod cum eo qui in alien. po-
teſt.* Ex quo enim res mea tibi profuit poſſum
à te condicere, quamuis nullus cōtractus inter
me, & non te interuenerit *l. ſi me & titium. ff. ſi
cert. petat. gloſ. in l. his ſolis. de cond. indeb. latè
Ceual. q. 727 n. 43.*

Illi autem cui debentur alimenta ideo etiam iſta
actio competit, quia debitor fuit in mora ſtante
interpellatione, vnde æquum eſt, vt præſeruetur
28 indemnis pro eo debito, † quod ob culpam de-
bitoris contraxit, & ſic ſibi ſoluatur, quod alijs
promiſit, & releuetur ab ea obligatione, quam
contraxit propter illius morā, ob quā datur re-
gulariter actio pro ſuo intereſſe *l. unica. C. de
ſent. quæ pro eo quod inter. l. quod te. ff. ſi cert. pet.
Alex. conſ. 14. viſo themate. n. 3. col. 1. verſ. aut
petitur. lib. 5. Aim. conſ. 189. n. 7. in fin.* & ita
in terminis concludit *Surd. de alim. tit. 5. q. 1.
n. 52. vſq; ad nu. 59.* vbi dicit eſſe æquius, & ita
debere intelligi Doctores contrarium tenētes,
vt loquantur de actione danda mutuanti, non
29 tamen priuatiuè ad eum, † cui factum eſt mu-
tuum, cum vtriq; diuerſis reſpectibus hoc ſit cō-
cedendum, ex quo mutuans ſequutus eſt eius fi-
dem, vnde ſi noluerit agere contra eum, in cu-
ius vtilitatem mutuum verſum eſt, ſed contra
illum cui mutuauit, poterit hoc facere *gloſ. in l.
ſed iulianus. §. proinde. verſ. quod dicitur. in
verb. ſolebat. in fin. ff. ad macedon.* Nam ſua in-
tereſt habere pretium, quod poſſit adueniente
die ſoluere mutuanti *arg. l. ſi debitor. in fin. ff.
de furt.*

Ad vltimum quod dicebatur de incompetentia
Iudicis laici, coram quo fuerunt petita alimen-
ta, cum potius pro illis deberet adiri Iudex Ec-
30 cleſiaſticus, † Dixi non obſtare, quia in huiuſ-
modi cauſis vterq; Iudex eſt competens *c. ſigni-
ficantibus. de offic. de leg. Couar. de ſponſal. §. 8.
p. 2. n. 6. Imol. in c. relatum. de teſtam. Surd. de
alim. tit. 8. priuil. 9. nu. 2. & 8.* vbi etiam apliat
in ſpurio. Quoniam hodie non ſolum in foro
Eccleſiaſtico, ſed etiam Ciuili debentur alimen
31 ta filio ſpurio; † Vnde cognitio ad vtrumq;
iudicem ſpectabit *Card. Paleott. de not. & ſpur.
c. 47. n. 5. tom. 8. p. 2. fol. 66. Corduben. in l. ſi quis
à liberis. §. idem reſcripſit. nu. 78. de liber. agno-
ſcend. Rip. in rubr. de verb. oblig. in fin. nu. 58.
Menoch. conſ. 461. nu. 22.* Quidquid contrarium
ſentiant *Aret. conſ. 48. reuocatur. n. 5. col. 3. verſ.
exemplum de vtroq; & Burſatt. conſ. 62. nu. 11.*
moti ex eo, quod per legem eccleſiaſticam indu
catur propter peccatum nouum remedium, ad
quod excitatur Iudex Eccleſiaſticus; Vnde quia
datur certo iudici non competit coram laico
*Dec. in c. Eccleſia Sancta Maria. nu. 30. col. 14.
in 4. concluſ. verſ. ſecundus caſus eſt. de conſti-
tut.* Quia vt dictum eſt hodie tam de Iure Ciui-
li, quam Canonico debentur ſpurio alimenta;
Vnde cognitio erit vtriuſq; fori *Surd.* qui de
veriori opinione teſtatur *d. priuil. 9. num. 3.
tit. 8.*

Ideo etiam non obſtat, quod Notarius, qui exami
32 nauit teſtes eſſet laicus, † & ſic tanquam in ca-
pax non admittatur *c. decernimus de iudic.* Nā
quemadmodum Iudex laicus eſt competens, ita
etiam Notarius. Maximè quia iſtæ commiſſio-
nes, quæ dantur ijs, qui debent examinare te-
33 ſtes, † quamuis etiā eſſet cauſa beneficialis, ſeu
eccleſiaſtica, non concernunt delegationem
actus cum exercitio iuriſdictionis, ſed ſolum
continent nudum miniſterium, & ſic ſuſtine-
tur examen quamuis laico concedatur *clem. 1.
de offic. deleg. Guid. Bon. & alij allegati per Gō-
zal. de alter. gloſ. 9. §. 1. in adnot. contra nul-
lit. & attent. num. 114. & 115.* Vbi etiam
quod habebit facultatem recipiendi iuramen-
34 tum, † quamuis commiſſum ſit ſolum examen.
Quaſi in neceſſarium antecedens videatur com
miſſa facultas recipiendi iuramentū, cum ſine
illo examen non valeret *Put. deciſ. 258. num. 1.
p. 1. arg. text. in l. 2. de iuriſd. omn. iud. Mohed.
deciſ. 6. de teſtib.*

Quæ tamen intellige, dummodo non ſit alteri cō-
miſſum iuramentum: Nam quamuis in delega-
tione data examinatori detur facultas ſubdele-
gādi, intelligitur tū vt prius ipſe executor reci-
piat iuramentum, & poſtea demandet examen,
35 non enim poteſt demandare iuramentum, † cū
ſit iuriſdictionis illius receptio *Caputaq. deciſ.
167. n. 2. lib. 1.* Aliàs autem ſine facultate ſub-
delegandi, tabellio, vel alius, cui eſt commiſſa
receptio teſtium, non poſſet alteri hoc com-
mittere, quaſi cenſeatur electa induſtria perſo-
næ, & ſi examen fieret non eſſet validū *Fran.
in c. cū cauſam. 62. col. 4. q. 7. nu. 16. de appellat.*

De ſtilo tamen, ſeu conſuetudine valeret receptio
36 iuramenti, & examen teſtiū per notarium, † ſi
illi eſſet ſolitum committi *Caputaq deciſ. 265.
lib. 3.* vbi de ſtilo Hiſpaniæ *Couar. lib. 2. var.
reſolut. c. 13. num. 10. verſ. ſic in quæſtionibus.
Gonzal. Suarez in praxi eccleſ. part. 1. tom. 1.
tempore 8. num. 135. Menoch. conſ. 100. num. 45.
& 46. lib. 1. Rota per R. P. D. Peniain. Toletan.
decimarum de Salzedon. 16. februarij. 1590.*

EPITOME.

Quæ requirantur, vt non currant fatalia dum di-
ſceptatur de deſertione aut ſimilibus emergen
tibus. Cauſa terminanda intra aliquod tem-
pus quando poſſit poſt illud decidi, ſi pro exa-
minandis teſtibus de longinquo fuerit data di-
latio excedens dictum tempus. Concluſio in
cauſa an ſuppleat omiſſam citationem ad ſen-
tentiam. Et an per eam enitetur deſertio, vel
requiratur etiā inſtantia pro ſententia. Pen-
dēte cognitione nullitatis, an conquieſcat cau-
ſa negotij principalis. Lis quando dicatur
extincta ſeu ſuſcitata.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria debet præcedere, quando aliquid inducitur ipſo iure.*

2 *Fatalia an currant quãdo diſputatur de emergentibus, ſeu de ſimilibus cauſis. num.8.& 9.*

3 *Inſtantia non currit dum appellans dicit cauſam deſertam.*

4 *Inhibitio Iudicis Eccleſiaſtici reſpectu vſurarum, aut ſimilis cauſæ impedit curſum fatalium coram laico.*

5 *Cauſa terminãda infra aliquod tempus an poſſit poſt illud decidi, ſi pro examinandis teſtibus de longinquo fuit data dilatio excedens d. tempus. n.6.& 7.*

10 *Pendente cognitione nullitatis quando conquieſcat cauſa negocij principalis.*

11 *Per concluſionem in cauſa dicitur finitum iudicium.*

12 *Concluſio in cauſa ſupplet omiſſam citationem ad ſententiam.*

13 *Stilus, vt poſſit omitti citatio ad ſententiam ſtante concluſione in cauſa, quomodo procedat.*

14 *Deſertio non euitatur per concluſionem in cauſa.*

15 *Sententia lata poſt primum fatale eſt nulla non obtento ſecundo fatali, quamuis fuiſſet concluſum in cauſa.*

16 *Lis non dicitur extincta per lapſum fatalium, ſed per executionem trium conformium. n.17.*

18 *Lis intelligitur ſuſcitata per commiſſionem reſtitutionis in integrum.*

CAPVT LXI.

PEr Conſtitutionem, de qua agebatur in caſu mihi propoſito diſponitur cauſam intelligi deſertam ipſo iure lapſo tempore, de quo ibi, itaur nõ requiratur aliqua Iudicis pronunciatio. Tamen quia eadem Conſtitutio requirit lapſum fatalium Dixi neceſſariam eſſe decla
1 ratoriã, † quæ ſemper debet præcedere in his, quæ non trahunt ſecum executionem licet non ſit ferenda ſententia diffinitiua, quando aliquid inducitur ipſo iure *Iaſ. in l. ſi quis maior. col. penul. not. 13. C. de tranſact. Aim. 212. n.2. Manoc. de arbitr. caſ. 220. n.7.* Ideo debet prius conſtare, quod fatalia ſint elapſa, cũ
2 ex multis cauſis diei poſſit; † quod non effluxerint, vt propter paupertatẽ partis proſequẽtis, ſubterfugia aduerſarij, impedimentum iudicis, durante compromiſſo, cauſa cepta agitati coram arbitris, dum diſputantur emergentia, pendente iudicio attentatorum, & ex alijs, de quibus *per Doctor. in c. ex ratione. 8. vbi Franc. n.35. de appell. & in auth. ſi tamen. C, de tempor. appellat. Veſtr. in prax. c. vlt. lib. 7. n. 16. Lancellot. de. atten. appell. pend. c. 12. in præfat.*

Idem eſt dum appellãs dicit cauſam deſertam, ſeu
3 impugnat appellationẽ, † quia tunc non currit inſtantia *Dec. in c. ex ratione. num. 10. de appellat. Rot. deciſ. 79. num. 1. eod. titul. in antiq.* Prout etiam pendente lite coram laico, ſi iudex Eccleſiaſticus inhibet reſpectu vſurarum, aut alterius cauſæ nam durante huiuſmodi inhibi-
4 tione non currit inſtantia tam iuris, † quam ſtatuti *Abb. in c. cum venerabilis. nu. 10. de iudic. Mandoſ. de inhibition. q. 50.* Vnde ſi cauſa ſit terminanda infra tres menſes, ſi pro examinan-
5 dis teſtibus de longinquo detur dilatio, † quæ illud tempus excedat, poterit poſtea decidi *Alex. ad Bart. in l. cum ipſe de excuſat. tutor. vbi Bald. in princ. dicit notandum.* Intelligendo quando terminus præfigitur liti, ſecus ſi iuriſdictioni, quia tunc non poſſet prorogari per hu-
6 iuſmodi dilationes † *Innoc. in cap. de cauſis. de offic. delegat.* Quod procedit, ſi vna pars cõtradiceret, ſecus vtraque conſentiente, quia daretur prorogatio iuriſdictionis de tempore ad
7 tempus † *l. 1. & 2. de iudic. Bald. in l. ſi cum ipſe. de excuſat tutor.*

Non obſtantibus tamen prædictis Dixi nõ potuiſſe euitari deſertionem oppoſitam in cauſa Io. Angeli q. Franciſci mihi commiſſa, quamuis prætenderetur fuiſſe diſputata aliqua emergẽtia, quo tempore non erat æquum fatalia eucurriſſe. Nam in diſputatione huiuſmodi emergentium pars ſuccubuit: quo caſu non deſinunt
8 currere fatalia, † cum requiratur, quod opponẽs in iudicio attentatorum, ſeu in eo, de quo fuit diſputatũ obtineat, vt deſertio cauſæ poſſit euitari. Nam tale impedimentum dicitur fruſtratorium, *arg. l. accuſaturus. de adulter. l. ſi pater. ne de ſtat. defunct. l. quod ſi noluit. 31. §. ſi mancipium. de edil. edic.* & ita in ſpecie concludit *Franc.* dicens eſſe menti teneudum *in c. ex ratione. n. 39. col. 8. ad med. de appellat.*

Maximè quia in caſu noſtro nulla probabilis ratio potuit ſuadere, quare pars ſuſtinuerit tale
9 iudicium ſuper emergentibus. † Nam ſi conſtaret de aliqua iuſta credulitate opponendi de attentatis, & diſputandi de aliquo emergenti etiam ſuccumbens excuſaretur, & fatalia non curreret *Bald.* in terminis *in l. contra maiores 6. in fin. C. de inoffic. teſtam. verſ. ecce aliam quæſtionem. & ibi Iaſ. in fin. n. 8. Felin. in c. ex ratione num. 5. col. 1. verſ. limitant. de appellat. Alex. Mili. Bertrand.* Ruin. *Rota. & alij de quibus per* Mandoſ. *form. 14. commiſ. in verb. in primis & ante omnia. q. 3. per tot.*

Prout dicimus de nullitate, cuius cognitione pendente conquieſcit, ac dormit cauſa negotij prin
10 cipalis, ſeu appellationis, † nec illarum fatalia labuntur *l. contra maiores.* C. *de inoff. teſtamen. l. papinianus §. ſi quis & irritum. ff. eod.* Bart. *in l. ſi expreſſim. 19. colum. 5. ff. de appellat. & relationib. & in l. 1. col. 2. verſ. circa ſecundam. nu. 8. ibi iſta ſua opinio. C. quand. prouoc. non eſt neceſ.* Quod procedit quando probabiliter dubitari poteſt nunquid actus, de quo diſputatur ſit nullus, quia aliàs non prodeſſet calumnioſa propoſitio nullitatis, nec retardarentur fatalia cauſæ principalis *Bald. in auth. ei qui. in princ.*

 n.2.

n.2.verſ.quero appellans.C.de appellat.Marſil. qui dicit multum notandum *ſing.152.ſuccumbens in cauſa.verſic.ſtat tamen vnum Mili. in verb. Appellantis tempus. fol. 13.* latè *Vant.de nullit.tit.quoties & intra quod tempus.num.13. & 14.* quod etiã cõprobat *Feli. in c.ex ratione n.4. de appellat.* vbi loquitur tam quando fuit actũ ſuper attentatis pẽdente tempore appellationis,quã ſuper nullitate ſententiæ, quia ſi ſuper ea nõ ſuccumbit poteſt appellari infra decem dies, & non currit tempus, dummodo habeat iuſtam credulitatem, & quando ſeorſum fuit agitata cauſa appellationis *Bald. in l. qui teſtamento.in prin.de excuſation.tutor.cum alijs in reperto.* Eiuſdem *Feli.vbi latè Additio in ver. tempus datum f.128.*

Neq.obſtat prætenſa conclusio in cauſa,per quam videbatur poſſe euitari deſertionem, quaſi per
11 eam dicatur iudicium finitum, † cum à pari procedant ſententiam eſſe latam, & in cauſa concluſum *Mandoſ.in trac. commiſſion. form.9. in verb. pendeant indeciſa verſ. contra vero.* Itaut ſi poſt cauſæ diſcuſſionem adſit concluſio in cauſa vtrique parti intimata, ommiſſio ci-
12 tationis ad ſententiam non grauaret,† cum illa concluſio ſuppleret citationis defectum,tanquam cauſa fuerit diſcuſſa *Alex.conſ 225 n. 12. lib.6. Affitt. deciſ 283. num.6. Vant. de nullit. cap.fin n.e37.* Imo de ſtilo aliquorum tribunalium, aut locorum ſufficit concluſio in cauſa
13 abſq aliqua citatione ad ſententiam, † prout ita ſeruari in Hiſpania teſtatur *Gõz il.ad reg.8 cancel. gloſ. 9. in adnotat. contra nullit. & attentat.num.155.* quem ſtilum admittit Rota quo ad ſententias illarum partium, *vt in cauſa Burgen. reſidentia. 30. may 1586. coram Cardinal. Flat.* vbi tamen intelligit, quando cauſa eſſet formiter concluſa, cum non ſufficeret Iudicem dumtaxat mandaſſe concludi,quia tunc requireretur citatio ad ſententiam.

Quia reſpondetur non ſufficere concluſionem in
14 cauſa,quo ad euitandum deſertionem, † cum etiam requiratur, quod fiat inſtantia pro ſententia. Nam *c'em. ſicut. de appell.* expoſcit finem litis,quæ terminatur per ſententiam, non autem per concluſionẽ in cauſa *Biſing. deciſ.1. de appellat.Rot.deciſ.38.eod. tit.in antiq. Cardin. Seraph. Giennen. prioratus. 20. decembris 1582.* vbi ex hoc concludit ſententiam latam
15 poſt primum fatale eſſe nullam, † non obtento ſecundo fatali,tanquam deſerta appellatione, quamuis concluſum fuiſſet in cauſa, durante primo fatali,cum requiratur inſtantia pro ſententia, per quam lis finitur, non per d. concluſionem *Caſſad.deciſ.6.de appellat.in fin. verſic. alias habetur commiſſio & deciſion.9. n.9.verſ. non obſtat.eod.titul.Rot.deciſion.10.vt lit.pend.*
16 *in nou.* † vbi quod per lapſum fatalium non extinguitur lis, cum requiratur ſententia ſuper deſertione *Rot.per R. P. D. Littam Placentina parochialis de mal parada. 1. iuly 1602. in fin.* vbi etiam quod tunc dicitur lis extincta
17 per executionem trium conformium † *Put.deciſ.31e.lib.2.* Quãuis lis diceretur ſuſcitata per commiſſionem reſtitutionis in integrũ in actis
18 præſentatam,† licèt ſit commiſſa, prout de iure *Rot. per R.P. D. Pamphil.Pampelonen.parochi aliàs de Echarim.4.marty.1591. cum alijs per R.P.D.Littam in d.Placentin. parochialis.1.iuly 1602.& latius in eadem cauſa. 6. nouembris eiuſdem anni.*

EPITOME.

Legatum in ſubſidium ſtudii in quo loco debeat præſtari,& quando dicatur cauſa pia. Debitor an poſſit cogi perſeuerare ſolutionem vbi cępit ſoluere. Legatum fructuum ex prædio deſignato,an ſit conditionale ſi fructus naſcantur,& ſit debitum pro ſequenti anno. Periculum deferendi rem legatam,an pertineat ad hęredem,ſeu legatarium. Genus quando habeatur pro ſpecie. Pro legatis an detur via executiua,ſeu actio perſonalis,hypotecaria,rei vẽdicatio, officium Iudicis,& ſaluianum interdictum, & quomodo verba ſententiæ ſint concipienda in ſaluiano. Legata pia an præſtentur ante aditam hæreditatem. Legatarius quando agat contra hæredem, vt agat pro recuperatione legati. Et quomodo ſuccurratur filio pro conſequenda legitima, quando non adſunt bona hæreditaria,ſed ſolum iura,& actiones.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in ſubſidium ſtudij debet præſtari vbi legatarius ſtudet.*
2 *Ex conditione perſonarum colligitur quæ ſit voluntas legantis.*
3 *Cauſa ſtudy hàbet multa priuilegia,& dicitur cauſa pia, & æquiparatur cauſæ dotis, etiam in ſtudio extra theologiam.n. 4.*
5 *Debitor cogitur perſeuerare ſolutionem ubi cæpit ſoluere.*
6 *Conſuetudo attenditur vbi ſolutio ſit facienda.*
7 *Legatum fructuum ex prædio aſſignato eſt conditionale ſi fructus naſcantur. Intellige vt n. 8. & 11.*
9 *Genus habetur pro ſpecie,quando eſt debitum habito reſpectu ad certam ſpeciem.*
10 *Pecunia relicta cum legato frumenti ex certo prædio uirtute coniunctionis eodem tempore debet præſtari.quo frumentum.*
12 *Periculum deferendi rem legatã an pertineat ad hæredem ſeu legatarium.*
13 *Debitor ſi habet facultatem ſoluendi ſpeciem etiam inuito creditore illa ſpecies quantitatis uidetur eſſe in obligatione.*
14 *Debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei æquiparatur debitori ſpeciei.*
16 *Actio executiua An detur pro legatis.n.17.18. 19.20.21.& 22.*
23 *Legata pia, & quæ non requirunt dilationem præſtantur etiam ante aditam hæreditatem. n.24.& non confecto inuentario n. 26.*
25 *Bona quando addicantur cauſa ſeruandorum lega-*

legatorum. & quis dicatur hæres anolamus.

27 *Pro legatis datur actio perſonalis, rei vendicatio, & hypoteca. Intellige vt num. 28. 29. & 30.*

31 *Hypotecariá an detur in bonis teſtatoris, etiam pro legato quantitatis. n. 32.*

33 *Onus ſoluendi legata annua quando ſpectet ad vſufructuarium.*

34 *Rei vendicatio an competat pro legatis. nu. 35.*

36 *Actio perſonalis & hypotecaria non datur pro legatis hæreditate non adita. num. 37. Dabitur tamen actio vtilis. n. 38.*

39 *Officium Iudicis quando imploretur pro legatis. n. 40.*

41 *Saluianum interdictum datur pro legatis, & fideicommiſſis, etiam contra tertium. n. 42. & quomodo hoc caſu pronunciandum ſit, Et an ſint ponenda illa verba donec & quouſque fuerit ſatisfactus. n. 43. & 44.*

45 *Legatarius poteſt agere cōtra hæredem, vt agat pro recuperatione legati.*

46 *Hæres quando liberetur cedendo actionem legatario pro recuperando legato.*

47 *Habens actionem ad commodum alterius cogitur agere.*

48 *Ago vt agas eſt nouus modus agendi.*

49 *Filius quam actionem habeat pro conſequenda legitima; ſi in hæreditate non adſint corpora hæreditaria, ſed ſolum iura & actiones.*

CAPVT LXII.

RElictum in ſubſidium Studij dixi eſſe præ-
1 ſtādum † vbi legatarius Studio incumbit *Bald. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libertis. ff. de iudic. Duen. reg. 161. n. 12. Peregr. de fideicomm. art. 53. nu. 6. ad med. Sim. de pret. de interpret. vltim. volun. lib. 4. dubit. 11. interpretat. 1. num. 108. fol. 432.* Nam ex perſonarum conditione prȩſumendum eſt talem fuiſſe volunta-
2 tem legantis † *Bart. in l. item illa, col. final. ad med. verſ. quod ſemper intellige. n. 13. de conſtit. pecun. per tex. in l. ad perſonas. de iur. iur. & in d. §. ſi libertis. in fin. in 2. notab.* Stante
3 præſertim fauore cauſæ ſtudij, † cui multa priuilegia conceduntur, de quibus *per Doctor. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Tiraq. de priuil. piæ cauſ. in præfat. col. 5. ad med. in verb. item relictum in cauſa ſtudij* vbi quod dicitur cauſa pia, & æquiparatur cauſæ dotis *Rom. in l. donatio. §. pater. de donation. Alex. ad Bartol. in l. stichus liber eſto. de leg. 3. & in l. ſi eui annuum. de annu.*
4 *legat.* † vbi intelligit in omnibus, qui ſtudent, quamuis alij reſtingant ſolum ad ſtudium theologiæ ſecundum *Bald. in l. 1. col. 12. de leg. 2.*

Magis eſſet ſi aliquādo in eo loco præſtatum fuiſſet, vbi enim cæptum eſt ſolui, ibidem cogen-
5 dus eſt debitor † perſeuerare in ſolutione *l. ſi fideicommiſſum. 50. §. final. de iudic. gloſ. in l. quod legatur. 38. in verb. à legatario poſt med. ff. eod. Iaſ. in l. 2. ad fin. verſ. in ſecunda parte num. 9. C. de fideicomm. Duen. reg. 16 e. limit. 2. num. 6.* & ita in practica ſeruari dicit *Surd. de alim. tit. 4. q. 16. nu. 35.* licet ipſe in puncto iuris concludat contrarium eſſe verius. Maximè quādo legatum eſſet annum, ſeu relinqueretur donec, vel quandiu vixerit, tunc enim plura ſunt legata, & incipiunt deberi ſingulo anno *Bart. in l. ſi in ſingulos. de ann. legat.* Vnde ſolutio vnius anni pro vno legato non præiudicabit pro ſequentibus annis, cum legata ſint diuerſa *Natt. conſil. 77. nnmer. 6. lib. 1.* Ratio autem prædictorum eſt, quia conſuetudo attenditur, quando quærimus, vbi ſolutio ſit fa-
6 cienda † *Bart. in l. ſuo victu. num. 1. de oper. libert.* Vnde cum hæres ita conſueuerit præſtare videtur ex hoc quaſi contrahere cum legatarijs *l. ex maleficijs. § hæres. de action. & obligation.* Itaut per vnicum actum inducatur ſolitum *l. mela. §. quid ergo. de alim. & cibar. legat. Alex. conſ. 5. ſi vera ſunt. n. 23. col. fin. verſ. non obstāt etiam quod vltimo. lib. 5.*

Secundo quo ad tempus præſtationis huiuſmodi
7 legati declaraui eſſe ſoluendum tempore † recollectionis ipſorum fructuum. Quia fuit per teſtatorem relictum vinum, frumentum, & oleū ex prædio per eum deſignato, quo caſu legatum eſt conditionale, ſi fructus naſcantur, quaſi eorum contemplatione fuerit mandatum præſtari, itaut illis non natis, non debeatur legatum vnde erit expectanda recollectio *Castrenſ. in l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. num. 4. col. 1. ad med. verſ. videntur enim. ff. locat. Abb. in c. ꝑ propter ſterilitatem. colum. pen. eod. tit. per tex. in l. ſi debitor. §. veriſimile. de contrah. empt. Natt. conſ. 86. num. 2. Sim. de Pret. de interpret. vltim. volun. lib. 5. dub. vlt. num. 29. & 30. fol.*
8 *372.* vbi intelligit, † quando fructus ſunt poſiti taxatiuè vnica oratione ſecus ſi demonſtratiuè. Et in legato annuo, quod ſuppletio fiat ſatisfaciendo ſe ſequētibus annis, ſi in vno anno non naſcantur eſt *tex. in l. legatum. §. vini. de leg. 3. l. ex eo. de vin. trit. & ol. legat.* cum diſtinctionibus, de quibus late *Surd. de alim. tit. 9. quæſt.*

Præſertim, quia huiuſmodi relictum eſt præciſè ſoluendum de fructibus d. prȩdij, vnde in alia re non debet ſolui, quo caſu genus habetur pro
9 ſpecie, † quando illud genus eſt debitum habito reſpectu ad certam ſpeciem *Bart. in l. quod te. ff. ſi cert. pet.* & ex tacita mente teſtatoris, quæ colligitur ex relegata, apparet ſolutionem ita eſſe faciendam *Bald. in l. 1. nu. 5. verſ pone, quod teſtator. C. de fideicom.* itaut eatenus debeantur, quatenus ſe extendunt fructus ex eo fundo percepti *Caſtr. in l. imperator. 50. in fin. n. 8. ad Trebel.*

Tertio idem Dixi de pecunia, quæ debet ſolui eodem tempore, quo fructus prȩfati ſoluuntur, Ex quo enim fuit relicta, vna cum legato frumenti, vini, olei, eodem modo erit ſoluenda,
10 † Virtute enim coniunctionis, tamquam in eodem legato connexa, debet æqualiter determinari, & eodem tempore præſtari *Bart.* in ſpecie *in l. ſi legatarius. §. 1. de leg. 3. Felin. in c. 2. col. 2. n. 38. ante fin. verſ. fallit quinto.*

ubi

vbi culpa.de reſcript.Soccin.Iun. conſ.160.colu.
3.num.12.lib.2.latè Mandoſ.reg.27.q.22. nu.3.
verſ.& non ſolum.& reg.32.q.17. nu.4.& 11.
Iaſ.in l.1.col.3.ad med.nu. 4.verſ.fallit quando
legatur.de iuſt. & iur vbi quod alibi non legit
niſi in Bart. ſupra allegato.
Aliud eſſet in legato ſimplici frumenti,& vini ſine
11 deſignatione prædij,† tunc enim hæres tanquã
debitor generis,quod ſemper conſiſtit, præſta-
bit legatũ non expectato tẽpore recollectionis
Bart. in l. qui hoc anno 42. circa fin.verſ.fallit
ſecundo.de verb.oblig.per tex. in l.firmio. 26.§.
pater annua. ff. quand. diei leg ced. Quidquid
gloſ.ibi in verb.initio. contrarium ſentiat, vbi
indiſtinctè vult, quod prædicta procedant, ſiue
relinquantur fructus ex certo fundo,ſiue nulla
facta mentio ne fructuũ relinqueretur victus,
& veſtitus;Quia cõtre illã gloſ.dicit eſſe verio-
rem opinionem Surd.de alim. titul.4. quæſt.17.
num.23.
Quarto quo ad periculum deferendi pecuniam,&
fructus legatos,an debeat eſſe legatarij,vel hæ-
12 redis,Declaraui ſpectare ad legatarium, † ita
vt ſi pereat aliquo caſu quod defertur,hæres ſit
liberatus. Quamuis enim ante ſolutionem pe-
riculum ſit debitoris, cum debitor generis non
liberetur re perempta l. incendium. ff.ſi cert.
petat.l.in ratione.30.§.incerta.C.ad leg. falcid.
Tamen quia in caſu, de quo agimus fructus
debentur ex certo,& deſignato prędio; ſumus
in genere,quod debetur tanquam ſpecies, qua
perempta debitor non tenetur amplius l.ſi ex
legati cauſa.ff.de verb.oblig.Alex.in l. in ratio-
ne.§.diligenter ff.ad leg.falcid.col.1.in fin.verſ.
nota quod genus n.2.per l.titia textoru. §.fin.de
leg.1.
Quod magis procedit in caſu noſtro, quia debi-
tor habebat facultatem ſoluendi ſpeciem,etiam
13 inuito creditore,†tũc enim videtur eſſe potius
in obligatione illa ſpecies quantitatis, cum ſe-
cus ſi, dicta facultas non adeſſet Imol. in l.
quidam §.ſi tibi. de leg.1. Alex. in l. quod te.
ff.ſi cert.pet. Loffr.conſ.2. num.46. Gabr. qui de
communi concluſ.1.n.3.de reb. credit. Nam idẽ
iudicamus de debitore quantitatis reſpectu cer
14 tę ſpeciei,quod de debitore ſpeciei† l. quæſitũ
ff.de pact.Iaſ.in l.1.nu.83.col.16.poſt verſ.extra
gloſſam quærunt.vbi de communi Sur. de alim.
tit.4.q.16.n.19. vbi teſtatur de magis commu-
ni opinione. Quoniam ex voluntate diſpo-
nentis conſtat aliquo modo voluiſſe tolli obli-
gationem in genere per peremptionem certæ
pecuniæ, ſeu fructuum, & ſic tacitè actum vi-
detur, quod debitor illius ſit liberatus,cum fue
rit factus debitor præciſè pro illa re Socc. Iun.
conſ.120.circa primam difficultatem.colu. 3.in
fi.n.16.verſ.& ſi dicatur.lib.1.poſt Salic.in l.in-
cendium.oppoſ.3.C.ſi cert.petat.
Intelligendo tamen prædicta ſolum, quo ad lega-
tum frumenti,vini, & olei, ſecus quo ad pecu-
niam,cum hæc non fuerit reſtricta ad aliquam
rem,puta ad eam, quæ debetur ex penſione ta-
lis domus, prout eſt legatum fructuum ex præ-
dio deſignato; Vnde ſi pecunia peribit,nõ erit
15 hæres liberatus,† cum ante ſolutionem, peri-
culum ſpectet ad debitorem l. incendium.C.ſi
cert petat.
Quinto,quo ad actionem executiuam intentatã,
16 an illa competat pro legatis † Verior eſt opi-
nio affirmatiua,prout concludit Ang.in §. il-
lud. de hered.& falcid. poſt gloſ. ibi. in §. non
dubium. in fin.in verb. decreto.Socc.conſ.103.
in caſu conuentionis.in princ.lib.3. Natt. conſ.
621.n.25.Ludou.deciſ. Peruſ.23. n.9. vbi quod
eſt verior,& magis æqua ſententia Graſſ.in §.
legatum. q.77. vbi de communi: Et ita etiam
ſeruatur in Signatura Iuſtitiæ & talẽ eſſe com-
17 munem praxim,& ſtilum † teſtatur Spin.de te-
ſtam gloſ.35.num.37. & hanc opinionem tan-
quã veriorẽ,& magis communem latè defendit
Sim.de Pret.de interpret. vltim. volunt. lib. 5.
dub.3.n.144.& ſq; ad nu.168.fol.533. Quamuis
18 contrarium ſequatur Rota Romana,†prout in
cauſa Vrbeuetana coram Card.Blanchet.6.mar
tij.1595.& in alia Mediolanen.legati. 30. octo-
bris.1585.coram Cardin.Pamphilio.iuxta opi-
nionem Menoch.de adipiſc remed.4. num.694.
quam latè ſequitur Felic. Solis. de cenſib.lib. 3.
c.1. nu.6. & 7. Coler.de proceſſ.executiu.c.2.p.
3. num. 32.
Quæ opinio de plano procedit, quando hæres nõ
19 negat teſtamentum†Bald.in auth.hoc amplius.
n.2.C.de fideicom. Boer.deciſ.295.nu.12.Roder.
Soar.in l.poſt rem iudicatam. notab.7.verſ.ſex-
tus caſus. n.6.de re iudic. Becc. qui de cõi conſ.
17.n.6.& 7. Quamuis verius poſsit dici illud
20 tunc eſſe,†non quod teſtamentum habeat exe-
cutionem, ſed quia mandatur executioni præ-
ceptum iudicis tanquam executiuum, ex quo
enim hæres non negat, præſupponitur legata-
rium petere, vt præcipiatur hæredi adimplere
intra aliquod tempus voluntatem teſtatoris,
quo tempore elapſo præceptum aduerſus eum
mittetur executioni,prout in ſpecie concludit
Felician.de Solis.de cenſib.lib.3.c.6. in fin.ſequi
tur Spin.de teſtam.gloſ.35. n.57. poſt med. verſ.
ſolet tamen in hoc articulo. vbi quod tunc illud
21 eſt non virtute teſtamenti,†ſed confeſsionis,&
recognitionis hæredis, quæ recognitio habet
effectum publicæ ſcripturæ ex ſola confeſsione
partis l.cum de indebito. C. de probat. Couar.
lib.2.var.reſolut.c.11.n.4.
Ideo pro legato quantitatis datur cautela, quod
vocetur hæres coram Iudice,& exhibito teſta-
22 mento fiat interrogatio,† an ſit hæres,& ſi faſ-
ſus fuerit,virtute illius confeſsionis conſeque-
tur legatum via executiua, & ſic habebit para-
tam executionem præcedente mandato de ſol-
uendo infra breue tẽpus,cum aliud ſit in lega-
to ſpeciei, pro quo non ſit executio,ſed ſtatim
datur miſsio in poſſeſsionem ipſius rei ex præ-
ſumpta mente defuncti,quæ ſufficiens eſt ad re-
cuperandũ rẽ legatã propria auctoritate gloſ.
in l. hac ſi res.49. de rei uendic. Perez. Gomeſ.
Auiles.& alij allegati per Ceuall.q.103.in fin.
n.39.cum ſeq. vbi teſtatur ita practicari in le-
gato

gato ſpeciei, quo ad d. miſſionem, & executiuè quo ad legatum quantitatis.

Immo quando ſumus in legatis pijs, & in ijs quæ
23 nō requirunt dilationem temporis, † vt pro ſepultura teſtatoris, reſtitutione vſurarum, pro infirmis, alimentis, & ſimilibus illa præſtantur etiam ante ad tam hæreditatem *Bar. in l. 1. col. penul. verſ. quarto quæro. C. de ſacroſ. eccl. Soec. conſ. 116. non poteſt col. 9. in princ. verſ. ſecundo reſpondetur. n. 25. lib. 1. Capp. Tholoſ. deciſ. 89. Tiraq. priuil. pia cauſ. 33.* & iſta eſt verior opinio; Quidquid dicant *Iaſ. in l. eam quam. n. 19. col. 8. in fin. verſ. item conſidera. C. de fideicom. & Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. & conſ. 428. in princ. & conſ. 493. in caſu conſultationis. n. 4. vbi Mandoſ. de communi.* Quia
24 procedit in legatis pijs, † quæ recipiunt temporis dilationem, in illis enim expectatur aditio, prout declarat *Surd. de alimen. priuil. 12. tit. 8. n. 4. & 5.*

Neq; obſtat quod ſi non adeatur hæreditas totum ius teſtamenti corruit *l. ſi nemo ff. de reg. iur.* Quia bona addicantur cauſa ſeruandorum le-
25 gatorum † *Bart. in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. Couar. in c. raynaldus. §. 3. nu. 11. verſ. ſecundus caſus. de teſtam.* & is cui bona addicuntur dicetur hæres anomalus, ſeu irregularis cum non ſit neq; ex teſtamento, neq; ab inteſtato *Bald. in l. pro hæreditarijs. C. de hæredit. action. Iaſ. in l. eam quam. num. 19. C. de fideicom. col. 8. in fin. verſ. item in quantum & tertio.*

Amplius eſſent etiam ſoluenda iſta legata, ſi fuiſſet adita hæreditas, quamuis non ſit confectū
26 inuentarium † *Cin. & alij in l. fi. §. donec. C. de iur. de lib. Roland. de inuent. p. 4. vtilit. 4. nu. 7. Tiraq. priuil. piæ cauſ. 24.* quaſi non ſit differendum, cum de ſalute animę tractatur. *l. ſancimus C. de ſacroſ. eccleſ. Bald. in l. 1. q. 9. C. eod. tit.*

Sexto prædictis adde pro legatis dari etiam tres actiones, perſonalem ſcilicet ex teſtamento cō-
27 tra hæredē ratione quaſi cōtractus, † qui celebratur in ipſa hęreditatis aditione: Secundo rei vendicationem; tertio hypotecariam contra bona teſtatoris pro ſecuritate legati *l. 1. vbi Bald. Iaſ. & alij. C. comm. de legat. Natt. conſ. 235. nu. 10. Couar. in c. raynutius. n. 8. de teſtam. §. 10.*

Intelligendo quo ad hypotecariam, vt illa non cō-
28 petat pro ipſa re legata † cū in re propria, quæ poteſt vendicari non cadat iſta actio *Rip. in l. 1. col. pen. in fin. n. 65. de leg. 1. Craſſ. in §. legatum. q. 76.* vbi de magis communi. Ampliando quamuis legatum eſſet ſpecificè factum creditori, & ex teſtamento adita hæreditas *gloſ. in §. ſi quis in verb. amplius. inſtit. de legat.* Quamuis *Gabr. conſ. 46. n. 20. lib. 1.* dicat dari etiam ad ipſas res legatas hypotecariam ſecundum magis communem.

Iſta tamen actio hypotecaria dabitur pro legatis
29 indiſtinctè, & generaliter, † etiam quando hæres ſcriptus repudiat, & proximioribus defertur hæreditas ab inteſtato, dummodo adſit aditio eorum, cum illis in delectum nominatorum deferatur hęreditas à lege ex præſumpta mente teſtatoris, qui ſemper videtur ſe conformare cum diſpoſitione legis *Couar. in c. raynaldus. §. 3. nu. 8. in princ. de teſtam* vbi quod iſta aditio eſt neceſſaria *Iaſ. in l. eam quam. col. 5. n. 13. verſ. aduerte tamen. C. de fideicomm. poſt gloſ.* quam dicunt ſingularem *in l. qui filio. 38. in verb. liber. in fin. de hæred. inſtituend. Ceuall. q. 103. n. 13. & 17.*

Ideo datur cautela quod ad petitionē creditorū comparentium coram Iudice præcipitur hære-
30 di, † vt acceptet, vel repudiet hæreditatem intra breue tempus, quo tranſacto datur defenſor bonis, vt cum eo legatarii poſſint actiones exercere *Ceual. q. 102. col. 3. nu. 17.* vbi teſtatur ita apud omnes practicari.

Hypotecaria autem dabitur in bonis teſtatoris,
31 etiam pro legato quantitatis † *l. 1. C. commun. de legat. §. noſtra inſtit. eod. tit.* Dummodo non ſimus in legato quantitatis annuo, tunc enim
32 hypoteca non competit. † Legatum enim annuum debet ſolui de fructibus *gloſ. in l. firmio. §. pater. quand. dies leg. ced. Bellon. conſ. 7. nu. 6. Bertrand. conſ. 191. in fin. lib. 3.* Vnde proco dabitur ſolum actio contra illum, qui fructus percepit, nam ſi bona teſtatoris dicerētur obligata, eſſet contra mentem illius, qui voluit hoc onus legati annui ponere fructibus non bonis, & ita in ſpecie concludit *Surd. deciſ. 18. per tot.* vbi etiam quod onus ſoluendi legata annua
33 pertinet ad vſufructuarium, † dūmodo teſtator non mandauerit illud ſolui de bonis ſuis, aut non iniunxerit onus ſoluendi hæredi latè *Idem Surd. deciſ. 193.* Expreſſum enim facit ceſſare tacitum, & onus ſolutionis æris alieni ſpectat ad eum, qui ex voluntate teſtatoris, etiam coniecturata grauatur *Bellon. conſ. 7. Aim. conſ. 187 nu. 4.*

Quo vero ad rei vendicationem intelligendum eſt
34 illam competere pro legatis, † quando eſſet relicta res corporalis, ſecus in caſu, cui repugnaret natura legati, prout in alimentis, in quibus non datur huiuſmodi rei vendicatio, cum conſiſtāt in iure, ideſt in actione, quæ eſt res incorporalis: & idem in legato libertatis, pro quo ſola actio ex teſtamento datur, nō rei vendicatio, aut hypotecaria *l. 1. §. 1. C. commun. de legat. vbi Iaſ. & alij poſt Alex. & Imol. in l. 1. de leg. 1. Surd. de alim. tit. 3. q. 4. nu. 10.*

In caſibus tamen, in quibus competeret rei ven-
35 dicatio, daretur iſta actio pro legatis, † etiam hæreditate non adita. Ratio eſt quia non requirit ſubiectum actionis, vel obligationis perſonalis, ſed dominium ex parte agentis, & poſſeſſionem conuenti *l. in rem. de rei vendic. Ceuall. q. 103. nu. 27. col. pen. ad med. verſ. in actione.*

Quantum vero ad actionem perſonalem illa non
36 datur quando hæreditas non eſt adita, † prout neque hypotecaria *Specul. de teſtam. §. in primis verſ. pone nullus. Tiraq. priuil. piæ cauſ. 34. per tot. Surd. de alim. tit. 3. q. 3. nu. 10.* Quoniam actio perſonalis oritur ex quaſi contractu

indu-

Digitized by Google

inducto ex aditione hæreditatis §. hæres inſtit.
de obligat.quæ ex quaſ.contr.naſc. Bald.in l fin.
in princ. C. de teſtam. milit. Vnde deficiente
aditione defecit etiam quaſi contractus, qui
contrahitur inter hæredem, & legatarium Ti-
raq.priuil.piæ cauſ.34.

Idem eſt in hypothecaria, quæ eſt acceſſoria actio-
nis perſonalis l. contrahitur. de pignor. Vnde
37 ceſſante actione † ceſſat etiam hypothecaria,
cum acceſſorium non ſtet ſine principali c. ac-
ceſſorium. de reg.iur.in 6.

Quamuis autem non detur actio directa ceſſante
38 aditione; dabitur tamen actio vtilis † Ceual.
q.103 nu.24. Ideo in caſibus, in quibus pro le-
gatis ceſſant iſtæ tres actiones, dabitur pro eis
officium iudicis, quod in ſola æquitate conſiſtit
cuius officio illa petentur mandari executioni
l. hæreditatis.de petit. hæred. Lup. in rubric. de
donat.int.vir.& vxor.§.65. nu. 18. & 19. Rip.
in l.1.nu.42.de leg.1.

Prout dicimus de legato facto alicui Monaſterio
Religioſo, aut perſonæ incapaci, quibus non
datur actio, neque rei vendicatio, tamen per
39 eos imploratur officium Iudicis † Nicol. de
Vbald.de ſucceſ.clerie.ab inteſt.p.2.col.2.nu. 9.
verſ. reſtat tam videre. Redoan. de ſpol. eccleſ.
q.8.§.deueniendo.n.47.& 48. eod. tit. de ſucceſ.
cleric.ab inteſt.regul.& ſecul. Peregr. de iur. fi-
ſc. lib. 3.tit. 14. verſ. duodecima concluſio.dixi
deciſ.7.nu.4.

Maximè quia etiam regulariter vltra illas tres a-
ctiones pro quocunque legato datur officium
40 Iudicis † Bart in l.ciuitatibus. nu. 2. de leg. 1.
Alex.in l. 1. eod tit. Niger. Rip. & alij, de qui-
bus per Surd. de alim. tit. 3.q 3. nu. 12. & q.4.
nu. 11. eod. tit. Itaut hypothecaria electa poſ-
ſit adhuc ad officium iudicis accedi Zuccar. in
l.fin.nu.136.C.de edict. diu.adr. toll. Ludouic.
deciſ Peruſin.23.nu.15.

Septimo, & vltimo adde dari etiam pro legatis, &
41 fideicommiſſis ſaluianum interdictum, † quia
hoc remedium vtile competit cuicunque ex
quauis cauſa creditori Bart. in l. 1. num. 2.de
ſalu.interd Alex.conſ.185 nu. 4.lib.6. Mandoſ.
commiſ.18.in gloſ.per vtile ſaluianum. Eugen.
qui de magis communi conſ.65.n.10. Et quem-
admodum conceditur remedium executiuum
fauore vltimæ voluntatis pro cæteri conſecu-
tione, & hypothecaria Natt.conſ.626.num. 25.
& 235.n.10. cum alijs ſupra allegatis. Ita etiā
dabitur ſaluianum tanquam pinguius, & vtilius
hypotheca Aret.in §.item ſeruiana. num. 9.in-
ſtit.de action. & in ſpecie concludit Gabr. conſ.
46.num. 20. lib.1. & eſt verior opinio Rot. per
Cardin.Paleott.24. ianuary. 1560. Forolimen.
bonorum.Cardin.Pamphil.Fauentin. legati. 24.
nouembris. 1589. reprobato Sarmien. de red-
dit.eccleſ p.3.c.2.num. 21.& Menoch. rem.3.de
adipiſcend.nu.31.vt in deciſ. Cardin. Blancoe-
ti. 9. ianuary. 1587. Vrbeuetan. legati. Car-
din. Plato. 20. iuny. 1588. Arigonien. legati.
Itaut procedat etiam contra tertium Rot. per
Cardin. Pamphil. in d. Fauentin. legati. licèt
42 Surd.conſ.191.nu.8. lib. 2. † concludat ſolum
dari contra hæredes, non contra tertios poſſeſ-
ſores, ſub dubio tamen, vt latius per eum, &
etiam conſ.51.nu.7.

In caſu tamen, in quo ageretur ſaluiano pro lega-
to non eſſet pronunciandum immitti in poſſeſ-
43 ſionē domus legatæ, † donec fuerit ſatisfactus.
Etenim ſatisfactio conſiſtit in executione poſ-
ſeſſionis domus, vnde nihil aliud hoc eſſet dice-
re, quàm quod legatarius ſit immittendus in
poſſeſſionem domus retinendā, donec aſſeque-
retur d domum, quæ videretur mera negatio;
Vnde quando agitur ad rem, quæ eſt in obliga-
tione datur ſolum præcisè ad hoc, vt ex illa re
44 obligata ſibi ſatisfiat. † Aliud ſi ageretur ſal-
uiano pro conſequenda poſſeſſione rei, quæ nō
eſt in obligatione, ſed in cautione; vt ſi debean-
tur centum, & pro cautione ſit hypothecata
domus, tunc immiſſio fit, vt conſequatur id,
quod eſt in obligatione, & propterea tunc po-
nitur clauſula, vt retineat illam rem, donec fue-
rit ſatisfactus, quia illo ſatisfacto res amplius
ad eum non pertinet, & ita ſecundum prædictā
diſtinctionem dicit ſeruandum Rot. per R.P.D.
Rubeum. Roman. fructuum. 4. marty. 1577. &
coram Sāctiſ. Roman. de comitibus. 7.may.1581
& ab aliquo adnotatum non vidiſſe dicit Surd.
conſ.191.nu.15.in fin. verſ. tertio quamuis. lib.
2.& conſ.51.nu.6. lib.1.

Prædictis addendus eſt nouus modus agendi per
45 legatarium, qui compellit hæredem † vt agat
ad recuperandum res ſibi legatas; & illi reſti-
tuendum iuxta doctrinam Bart.in l.iulianus.§.
ſi venditor. vbi Add. in verb. actionem. ff. de
action.empt. Idem Bart.in l. ſi ſic.78.nu.3.& 4.
de leg. 1. vbi etiam quod liberaretur hæres ce-
46 dendo actionem legatario; † dummodo in exi-
gendo non requiratur magna impenſa, quia ad
hæredem ſpectat labor, & ſumptus ſecundum
diſtinctionem de qua in l. cum ſeruus de legat.
1. cum alijs per Roman. conſ.229.pro declaratio-
ne.col.2.ad med.verſ.quo ad tertium quo queri-
47 tur. † & ratio prædictorum eſt quia habens
actionem ad commodum alterius cogitur age-
re l.cum in plures.§.meſſem.ff.locat.l.2.§. fin. ff.
ad leg.rhod. de iact. quod multum notandum
48 tanquam nouum modum agendi, † videlicet
ago vt agas dicit Bart.in l. iulianus. §. vendi-
tor.ff.de action.empt.

Quod etiā eſt in legitima, pro qua conſequenda ſi
49 in hęreditate nō ſunt corpora hęreditaria, † ſed
ſolum iura, & actiones poteſt filius agere con-
tra hæredē, vt ſibi cedat actiones contra deti-
nentes bona, quatenus ad filium pertinent pro
ſupplemento legitimæ, & hæres facta ceſſione
liberatur, ſicut alius quilibet, qui tenetur ex
eo ſolo, quod actionem habeat, & ſi hæres cede-
re nō poſſit, quia actiones remiſit obligatur ad
intereſſe, prout omnia ſupradicta latè deducit
Aim.conſ.109.§.7.& 8.

EPI-

EPITOME.

Tutori datiuo in quibus caſibus ſit locus exiſtente legitimo, & teſtamentario. Primo tutore excuſato quando admittatur ſequẽs in gradu. Propter temporale impedimentum debiti, aut alterius cauſæ tutela defertur datiuo, itaut impedimento ceſſante admittatur legitimus poſtquam ſatiſdederit, non antea ob fauorẽ pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Tutori datiuo non eſt locus exiſtente legitimo, aut teſtamentario. Intellige vt n.2.& 9.*
3 *Tutela data nulliter non operatur quo ad excluſionem legitimi tutoris.*
4 *Tutela data à Iudice in præiudicium legitimi, vt valeat quæ requirantur.& n.5.*
6 *Proximiore repudiante admittitur ſequente in gradu.*
7 *Tutore primo excuſato admittitur in tutela qui proximè ſequitur.n.8.10.& 11.*
12 *Temporale impedimentum debiti aut alterius cauſæ non defert tutelam legitimo ſed datiuo. & nu.13.*
14 *Tutela datiua deficit ceſſante impedimento, aut debito tutoris legitimi & poſtquam legitimus ſatiſdederit, non antea ob fauorem pupilli.*
15 *Pupilli connumerantur inter perſonas miſerabiles.*

CAPVT LXIII.

NOn eſt locus tutori datiuo donec extat ali
1 quis legitimus, aut teſtamẽtarius, † quibus non excuſatis datio non valet, & eſt nulla, prout ſi datus fuiſſet, qui non deberet dari; ideo debent eſſe cauti legitimi, quia ad eos ſpectat periculũ adminiſtrationis, ex quo pupillus tu-
2 tore indiget, quamuis reſpectu matris, † & auiæ hoc non procederet, cum illæ ſint tutrices ſi velint, & requirant; Vnde interim valebit tutela datiua *Aretin.* qui dicit multum notandũ *inſtit. de attil. tutor. in princ. verſ. & aduertas quod adeo teſtamentaria. & ibi Silueſt. col. 4. in gloſ. 1. num. 14. per tex. in l. ſi ſororis. 9. C. qui dar. tut. poſſ.* Etenim per actum nullum non deſinit eſſe res integra, & cum non valuerit tu-
3 tela, † illa datio nihil operatur quo ad excluſionem legitimi *Alex.* in ſpecie *conſil. 161. ſuper primo dubio. num. 8. col. 2. in fin. verſ. & ex prædictis remanet. lib. 5.* vbi amplius voluit *ſub num. 5. verſ. fortius.* quod ad hoc, vt valeat datio tutoris dati à Iudice in præiudicium al-
4 terius legitimi, requiritur, † quod ille alius tutor legitimus ſciuerit alterum petere ſe tutorem dari, quia patientia, & ſcientia ſibi nocet *l. ſi ſine. C. de velleian. l. 1. C. de iur. domin. impetr.* Si enim ignorauit ſibi non præiudicat *l. genero. de his qui notat. infam. l. fin. de tranſact.* Imò etiam requiritur, quod debeat lique-
5 re Iudici, † quando procedit ad conſtituendum tutorem datiuum, quod legitimus tutor fuerit negligens in aſſumendo tutelam, vel faciendo prouideri de tutore, aliàs non valeret datio *Ang. in auth. matri & auia. col. 1. in gloſ. in verb. ergo ſi ſibi. in fin. C. quand. mul. tut. offic. Alex. d. conſil. 171. col. 2. ad med. verſ. & plus etiam requiritur. num. 6. & col. fin. num. 9. verſ. & ſecundum etiam.*

Ex prædictis dicebatur de nullitate tutelæ in cauſa Angeli mihi propoſita; quaſi deberet eſſe locus legitimo, qui non erat poſtponendus dati-
6 uo; Quemadmodũ enim proximiore repudiante admittitur ſequens in gradu *l. 3. de acquir. hared. l. quand. n. 3. eod. tit. Bece. conſil. 26. n. 1.* Ità etiam primo excuſato in tutela admittitur,
7 qui proximè ſequitur † *Bart. in auth. matri & auia. in vltimis verbis. verſ. ſi enim legitimus. C. quand. mul. tut. offic. & in auth. ſacramentum. num. 2. in fin. verſ. ratio quia iſta. C. eod. tit. Surd. deciſ. 106. num 6. & conſil. 159. num. 4.* vbi quod eſt verior opinio; Quicquid dixerit *Natt. conſil. 334. nu. 1.* dum voluit ſufficere pro-
8 ximiores citari, † quibus non curantibus tutelam aſſumere, tũc poterit dare extraneus, quaſi non ſit neceſſe citare eum, qui eſt proximus in ſucceſſione, ſi primus fuerit excuſatus; Quod non eſt admittendum, cum tutela deferatur eo modo, quo hæreditas *Bart. in l. 1. C. de legit. tutel.*

Contrarium Declaraui, quia prædicta habent locum, quando præcedens tutor legitimus erat in totum inhabilis, tunc enim eſt locus ſequenti
9 legitimo proximiori in gradu, † ſecus ſi primus eſt temporaliter inhabilis, prout in caſu de quo agebamus propter minorem ætatem. Nam tunc eſt locus datiuo. Cum enim adſit ſpes, quod ille primus poſsit eſſe tutor, interim eſt prouidendum de datiuo, quaſi non ſit factus locus legitimo ſubſequenti, cum primus non fuerit pęnitus excluſus *Salic. in authen ſicut. nu. 2. C. de legit. tut. Bald. in l. non ſolum. §. ſi libertus. in fin. de excut. tut. & in l. 3. in fin. C. de teſtam. tut.*

Quod magis erat dicẽdum, quia tutor legitimus, cui tutela deferebatur ex iure ſucceſsionis erat
10 adeo minor, † vt eſſet ſpes quod efficeretur prius maior, quàm impubes, de cuius tutela agitur, quo caſu ſemper eſt locus datiuo *Silueſt. in §. vlt. in fin. n. 7. inſtit. de fiduc. tutel.*

Et multo magis hoc habebat locum in caſu noſtro, quia inhabilitas fuit tempore debitæ tute-
11 læ; † Nam ſi ex poſt facto ſuperuenerit, diſtinguendum eſſet, an ex prima tutela remanſerint reliquiæ nec ne *l. ſi quis ſub conditione. de teſtam. tut. Salic. in auth. ſicut. num. 2. C. de legit. tut.*

Et regula eſt, quod temporale impedimentũ non
12 defert tutelam legitimo, ſed datiuo, † ſicut etiã dicimus de ægritudine, quæ facit admitti datiuum *l. non ſolum. §. fin. de excut. tut. Silueſt. in §. vlt. in fin. inſt. de fiduc. tut.* Itaut dicatur in ſpe illud, quod eſt in potentia naturali *Bald. in d. §. ſi libertus. in fin.*

Prout etiam dicimus de tutore legitimo, qui ſi

habet

13 habet debitum cum pupillo, † non perpetuum,
ſed temporale, quod poſsit ſolui, antequam minor
efficiatur pubes, erit locus interim datiuo,
non legitimo, cum debito diſſoluto ille primus
reaſſumat tutelam Bart, *in auth. minoris. nu.* 17.
C. *qui tutor. dar. poſſ. & ibi* Salic. *in fin. q.* 24.
Idem Bart. *in l. ſi impuberi. in fin. verſ. vltimo
nota. de tutor. & curator. dat. ab his.* vbi quod
14 ſtatim deficit tutela datiua, † cum deſijt eſſe
debitor, aut creditor: Ita tamen vt superueniat
legitima, ſtatim quod legitimus ſatisdederit,
non antea propter vtilitatem pupillorum,
quod eſt generale in quolibet legitimo *l. ſi tutor
reipublica. §. 1. de tut. & ration. diſtrab. d. l. ſi
impuberi.* quem tex. ſingularem, & aureum
dicit *ibi* Salic. propter fauorem pupillorum,
quibus ſic congruit, vt illorum vtilitati proſpiciatur,
ne aliquod damnum ſentiant *gloſ. in §.
neque tamen. in verb. ne vllum. de auctor. tutor.
l. 3. de damn. infec. l. minoribus. 25. annis. ff. de
15 minor.* † Cum etiam tales connumerentur inter
miſerabiles perſonas *l. vnic.* C. *quand. imperat.
int. pupil. & vid. Alex. in l. 1. col. 3. ff. ſolut.
matrim.* Ex quibus non obſtant contraria,
cum procedant in perpetuo impedimento, non
autem temporali per rationes allegatas.

E P I T O M E.

Delegatio an dicantur ſtante pacto, vt delegans debeat facere bonum nomen debitoris delegati. Liberatio an ſit inducta per literas directas mercatori vt ſoluat, & per eum acceptatas, ſi non ſequatur ſolutio. Et quando mercator poſsit dici conſtitutus debitor per d. acceptationem, itaut obſtet exceptio implementi, diſcuſsionis, & non numeratæ pecuniæ poſt decoctionem. Quæ requirantur vt ſit locus delegationi, itaut poſt illam debitor liberetur, & dicatur venditum nomen debitoris, & ceſsio ſeu datio in ſolutum habeatur in loco ſolutionis. Verbum promitto, quando importet ſtipulationem.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatio non dicitur ſi adeſt pactum, vt delegans teneatur facere bonum nomen debitoris delegati. & n. 3.*

2 *Per delegationem ſtatim inducitur liberatio.*

4 *Solutio ſi mandatur ſub conditione non inducitur nouatio illa pendente.*

5 *Liberatio non inducitur per literas miſſas cãpſori, vt alicui ſoluat quamuis per eum acceptentur, & ſi ſequatur decoctio ante ſolutionem cedit periculo delegantis. n. 6.*

7 *Mercator ſimpliciter acceptans litteras cenſetur illas ratificare faciendo ſe debitorem præſentantis. n. 8. 9. & 10.*

11 *Diſcuſsionis beneficio non gaudet mercator promittens pro alio ſoluere.*

12 *In cauſis mercatorum non diſputatur de apicibus iuris, ſed de mera veritate.*

13 *Litera cambij habent vim publici inſtrumenti, & executionem paratam.*

14 *Promiſsio ſoluendi per mandatarium facta habetur loco ſolutionis, & mandans liberatur. Intellige vt n. 15.*

16 *Delegatio non ſit, niſi delegatus ſit debitor delegantis, & promittatur ſolui creditore per ſtipulationem mandante creditore. Fallit n. 17. & 18.*

19 *Stipulatio præſumitur interueniſſe ſi in ſcriptura conſtat de promiſsione, etiam compoſita ab ignaro, & materno ſermone. n. 20.*

21 *Per delegationem debitor non liberatur ſi non fuit acquiſita obligatio ei, cui delegatur, & in alijs caſibus. vt n. 22. 23. 25. 27. 28. & 28.*

24 *Non exigens poſt lapſum temporis videtur ſequi voluiſſe fidem illius, & arguitur liberatio prim͞s debitoris.*

29 *Datio in ſolutum, ſeu ceſsio, an habeatur loco ſolutionis. n. 30. & 31.*

C A P V T LXIIII.

PEr delegationem, de qua agebatur in cauſa
hæredum q. Polidori Dixi non fuiſſe extinctam
obligationẽ, qua delegatus tenebatur delegan-
ti, quia ex inſtrumento apparet, quod non
1 eſt vera delegatio propter pactum, † vt teneatur
delegans facere bonũ nomen debitoris delegati,
nam repugnat veræ delegationi, in qua
delegans non tenetur, cum cedat periculo ipſius
creditoris, qui delegationem recepit; Facta
enim delegatione duplex perimitur obligatio,
& illa, qua delegans tenebatur erga ſuum creditorem,
& altera qua erat adſtrictus delegatus
erga delegãtem, cum dicatur facta nouatio *Caſtrenſ.
in l. vſusfructus. 4. in princ. de nouat.
Pariſ. conſ. 107. n. 28. lib. 3. Dec. conſ. 107. num. 1.
verſ. & ita videtur. Alex. in l. qui vſumfructũ.
n. 5. de verb. oblig. Bece. conſ. 105. num. 35. Bertaz.
clauſ. 33. n. 4. gloſ. 4.*
Vnde non poſſunt ſimul ſtare, vt delegans nõ liberetur,
niſi facta ſolutione per delegatũ, pro quo
eſt promiſſum, quod ſoluet, & quod ſit vera de-
2 legatio, de cuius natura eſt, † vt ſtatim inducatur
liberatio; Ita in ſpecie concludit *Bald. in l.
pro debito. 6. in fin. vbi Salic. n. 4. verſ. ubi autem
ex his interueniſſet.* C. *de bon. auctor. iudic.
poſsid.* vbi ſi delegans promitrit ſe facturum &
3 curaturum, quod delegatus ſoluet, † non induci-
tur nouatio eo non ſoluente, & ille cui eſt facta
delegatio connumeratur inter creditores delegantis
non delegati, dummodo reddantur ſuæ
literæ *arg. l. diſſoluta.* C. *de condict. ex leg.* ſequitur
Barbat. *inter conſ. Alex.* 94. *uiſo puncto. in
fin. uerſ. item tacitè facta. lib.* 3. Et multum notãdum
dicit *Bertaz. clauſ. 33. gloſ. 18. n. 3. uerſ.
& idem eſt quando delegans.* Quaſi tunc ſit facta
delegatio periculo delegãtis, quo caſu neq.
debitor liberatur *l. ſi mandato meo. §. fin. vbi
Doctor. ff. mand.* Videtur enim eſſe demandata
4 ſolutio ſub conditione, † qua pendente nõ indu-

citur

citur nouatio, aut liberatio l. quoties. in princ.
de nouation. Socin. in l. ſingularia. nu. 10. verſ.
ſecundo limita. ff. ſi cert. pet. Dec. conſ. 107. col. 2.
ad med. verſ. ſimiliter non obſtat. num. 1. in fin.
latè Surd. deciſ. 23. nu. 7. vſque ad n. 11. Bertaz.
clauſ. 33. gloſ. 13. n. 7.
Ideo etiam cum de hoc quæreretur alias Dixi per
literas acceptatas, in quibus mandatur camp-
ſori, vt alicui ſoluat non induci liberationem,
5 niſi ſequatur ſolutio; † Nam illa præſentatio
fit, vt adueniente tempore campſor ſit paratus
ſolutioni, & acceptatio operatur, vt creditor
ſequatur fidem campſoris eo modo, prout vo-
lunt mandantes, ſcilicet ſub conditione, quate-
nus ſoluerit; & poſuerit ad rationem, prout hoc
etiam ſolitum eſt apponi in huiuſmodi literis;
Vnde ſi non ſequatur ſolutio, & non ſit poſita
ratio, non ſunt adimpleti fines mandati, neque
eſt facta liberatio per promiſsionem, cũ fuerit
6 demandata ſolutio non promiſsio, † & ſi camp-
ſor efficiatur fugitiuus damnum ſpectat ad de-
legantem Caſtr. in l. delegare. n. 4. de nouat. So-
cin. in l. qui vſufructum. 58. nu. 15. verſ. quarta
concluſio. de verb. oblig. & eſt deciſio Rot. per
Cardin. Lancellott. Bononien. pecuniaria. 13. ia-
nuarij. 1581. latè Cagnol. in l. ſingularia. in 1.
lect. n. 165. ff. ſi cert. petat. Bertaz. clauſ. 33. gloſ.
18. vbi etiam quod huiuſmodi mandatum re
integra poteſt reuocari Socin. conſ. 267. lib. 2.
Add. ad Dec. conſ. 107. in verb. reuocari.
Verum eſſet quod Mercator, ſi acceptauit ſimpli-
7 citer literas ſibi præſentatas, † cenſeretur illas
ratificare, & feciſſe ſe debitorem præſentãtium
literas, ad quorũ fauorem fuerunt ſcriptæ Bar.
in l. ſi filius ad maced. Bald. in l. ſi abſentis. 4.
n. 6. q. 2. C. ſi cert. petat. Rot. diuerſ. deciſ. 811.
n. 10. p. 1. vbi n. 12. ampliat etiam quod ſcriben
8 tes poſtea eſſent decocti † ſecundum diſtinctio-
nes, de quibus per Salic. in d. l. ſi filius. n. 2. verſ.
ſed dubitari poteſt. Rot. per Card. Arig. Rom.
literarũ cambij. 11. decemb. 1592. vbi etiã quod
neque poterit opponi exceptio non numeratæ
9 pecuniæ † ſecundum opinionem Ang. in l. fide-
iuſſor. §. pater ſey. n. 4. de pignor. Parpal. in l. 2.
§. creditum. n. 16. verſ. tertius caſus. ſi cert. pet.
Iaſ. in l. ſingularia. n. 39. col. 13. in fin. verſ. ita
limitatur titulus. ff. ſi cert. pet. Bald. in l. fruſtra.
6. C. de non num. pecunia.
Itaut neque obſtet exceptio implementi poſt de-
10 coctionem † Bald. cõſ. 400. n. 3. lib. 5. Card. Ari-
gon. ibid. cum acceptans literas ſimpliciter non
habeat actionem contra præſentantes literas,
quaſi videatur ſequutus fidẽ ſcribentium. con-
tra quos voluerunt habere actiones, & excep-
tiones, & interim cenſentur ſe obligaſſe ſimpli-
citer ſoluere iuxta tenorem literarum Rot. Ge-
nuenſ. per Carthar. deciſ. 168. n. 1. vbi neque cõ-
ſtabat pretium literarum fuiſſe ſolutum.
Imò ſi iſti campſores pro alijs promittant, neque
11 haberent beneficiũ excuſsionis † Bald. in l. fru-
ſtra. ad med. C. de non num. pecun. vbi dicit mi-
randum, & ſpeciale propter præcipuam fidem,
quam homines habent in promiſsione campſo-
rum ſecundum gloſ. in §. fin. auth. de fideiuſſor.
quam dicit multum notandam Iaſ. in l. ſingu-
laria. n. 39. col. 13. poſt med. verſ. item attende. ſi
cert. pet. cum in iſtis cauſis non conueniat di-
12 ſputare de apicibus iuris, † ſed de mera veri-
tate, & conſuetudine mercaturæ l. ſi fideiuſſor.
§. quædam. ff. mand. Bald. conſ. 400. in libris the-
ſauraria. n. 10. col. penul. ad med. lib. 5.
Quare etiam literę cambij habent vim publici in-
13 ſtrumenti † Card. conſ. 153. n. 1. & executionẽ
paratam Bald. conſ. 348. nu. 3. lib. 1. Rot. coram
R. P. D. Gipſio Romana literarum cambij. in fin.
11. maij. & 2. iunij. 1595. & coram R. P. D. Ru-
beo Ancon. Attentatorum. 12. febr. 1580.
Non obſtat quod facto mandato ſoluendi de eo,
quod quis debet, & ſequuta promiſsione man-
14 datarij, mandans liberatur, † quaſi illa promiſ-
ſio cedat loco ſolutionis l. pupilli. §. 1. de ſolut.
cum ſecus ſit, qñ is, cui mandatur nihil promi-
ſiſſet, quia tunc non eſt liberatus, & ſi cedat fo-
ro poterit recurri contra mandantem, cum in
primo caſu non poſsit ſtante liberatione, prout
in ſpecie concludit Bar. in l. ſingularia. nu. 19.
col. 7. in princ. verſ. ego dico. ff. ſi cert. pet.
Quia cum in caſu, de quo agimus non conſtet de
vera delegatione prædictæ opinio Bart. non ha-
bet locum, quæ tantum procedit, & approba-
15 tur per Doctores; † vbi eſſet facta delegatio
Alex. in l. qui vſufructum. num. 5. & ibi Socin.
nu. 10. verſ. magis commun. de verb. obligation.
Dec. conſil. 107. in cauſa qua nomine. col. penult.
in fin. nu. 2. Purpur. in l. ſingularia. num. 82. ff. ſi
cert. pet. col. 19. in fin. verſ. & primo concludit.
Gabr. de nouation. concluſ. 1. nu. 19. verſ. contra-
rium. Rot. per Card. Lancell. Bonon. pecuniaria.
13. ianuarij. 1581. verſ. ſolum enim poteſt. & co-
ram R. P. D. Gipſio Romana literarum cambij
3. iunij. & 11. maij. 1595.
Vt autem ſit locum delegationi requiruntur illa
16 tria. † quod delegatus ſit debitor delegantis,
quod per ſtipulationẽ promittat creditori ſol-
uere mandante creditore, & quod promittat
tanquam debitor gloſ. magna. in l. quantum. §.
mulier. il 2. vbi Caſtrenſ. ad Velleian. Bald. in
l. 2. num. 4. C. de execut. rei iudic. Surd. conſ. 145.
nu. 4. lib. 1. latè Dec. conſil. 107. col. 1. Socin. conſ.
267. præſens conſultatio. col. 2. in fin. nu. 3. lib. 2.
Doctor. in l. ſingularia. vbi Iaſ. nu. 36. ſi cert. pet.
& ibi Dec. nu. 27.
Niſi ageretur in curia mercatorũ, in qua de æqui-
37 tate proceditur; † itaut delegatio, etiam pacto
nudo valeret Dec. conſ. 107. col. 2. Put. deciſ. 126.
die 4. iunij ad fin. lib. 3. & 124. die 18. maij. lib.
3. Gabr. de nouat. concluſ. 1. nu. 23. Socin. & alij
per Bertaz. clauſ. 33. num. 7. gloſ. 5. vbi extendit
18 etiam ſi agatur cauſa inter nobilem, † & mer-
catorem Cagnol. in l. ſingularia. in 1. lect. n. 181.
ff. ſi cert. pet. Imò ſufficeret in ſcriptura conſtare
de promiſsione, quia tunc ſtipulatio præſume-
retur interueniſſe l. 1. C. contrah. ſtipul. ſiue
ſimus in ſcriptura publica, ſiue priuata, cum
in vtraque verbum promiſit importet ſtipu-
lationem, etiam compoſita ab ignaro iuris,

& materno ſermone *Caſtrenſ. in l. delegare n. 3. de nouat.* Quidquid contrarium dicat *Soccin. conſ. 267. præſens conſultatio. col. 1. lib. 2. & Iaſ. in l. lata. col. 4. ſi cert. pet.* Quia contra eos eſt verior opinio, & magis communis *Alex. conſ. 173. viſis depoſitionibus. col. 3. ad med. lib. 7. n. 5. cum alijs per* Bertaz. *clauſ. 33. gloſ. 11. n. 2. latè* Surd. *deciſ. 115. nu. 4.*

Præterea quamuis eſſet facta delegatio, & concur-
rerent ſupradicta requiſita, tamen non ſemper
21 poſt delegationem liberatur debitor, † Quando
videlicet nõ fuit ex delegatione acquiſita obli-
gatio ei, cui delegatur *Bart. in l. ſi mulier. §. 1.*
de iur. dot. Bald. *in l. quoties. in princ. de noua-*
tion. & in l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pet. Itẽ ſi dele-
22 gatio fiat periculo delegantis † *l. ſi mandato*
meo. §. fin. ff. mand. Idem ſtante expreſſa pro-
teſtatione creditoris, vt caſu quo debitor dele-
gatus non ſolueret, non cenſeretur delegãs libe
ratus, licèt tunc non deberet eſſe in mora exi-
23 gendi † alias eſſet ſibi imputãdum, ſi delegatus
efficeretur non ſoluendo R*uin. conſ. 45. num. 4.*
& 5. lib. 5. Soccin. *conſ. 273. in præſenti conſul-*
tatione. col. 5. verſ. confirmatur iſta concluſio.
24 *n. 6. lib. 2. per l. ſi extraneus. de iur. dot.* † Quaſi
poſt lapſum temporis non exigendo videatur
voluiſſe ſequi illius fidem: Vnde ex hoc argui-
tur liberatio primi Soccin. *conſ. 64. in cauſa,*
quæ vertitur. col. 4. in fin. verſ. ſecundo quia à
die. lib. 3. Put. deciſ. 126. nu. 4. lib. 3.

Idem ſi promiſſio eſt in diem, aut ſub conditione,
25 quia non eſt facta liberatio † *Bal. in l. pecuniã.*
ff. ſi cert. pet. Bertaz. *clauſ. 33. gloſ. 13. num. 3.*
Put. deciſ. 124. & 126. lib. 3. Idem ſi per pactum
26 fiat reſeruatio iurium priorum, †; quia tũc neq.
erit facta nouatio Gagnol. *in l. ſingularia. n. 188*
ff. ſi cert. pet. niſi eſſet datum in ſolutum nomen
debitoris Gozzad. *conſ. 38. n. 2. iũcto n. 12. verſ.*
non obſtat ſecundum Bertaz. *clauſ. 33. gloſ. 18.*
27 *n. 3.* † vbi etiam ponit multos caſus, in quibus
non liberatur debitor etiam facta de logatione
cum alijs per *Doctor. in d. l. ſingularia.*

Prout etiam quando delegauit dobitorem, quem
28 ſciebat de proximo foro ceſſurum † *Soccin. in*
l. qui vſufructum. nu. 17. de verb. oblig Strace.
de decoct. p. 5. nu. 4. Alex. *conſ. 94. viſo puncto &*
facti contingentia. n. 3. in fin. verſ. idem dicit ſi
primus campſor. lib. 3.

Nec facit quod nomen debitoris videatur in caſu
29 noſtro datum in ſolutum; Vnde iſta ceſſio de-
bet eſſe loco ſolutionis *l. ſi pupilli. §. 1. de ſolut.*
l. inter eos. §. obeſſe. ff. mandat. Quia procedit,
quando fuiſſet facta delegatio dicti debitoris
iuxta *l. delegare. de nouat. & l. 1. C. eod.* ſecus
30 vbi ſimpliciter fuit facta ceſſio, † per quã non
dicitur quis ſoluere, aut ſatis facere; cum pre-
ſertim hoc caſu non ſit periculo ipſius, vt ſupra
dictum eſt ergo non poteſt dici, quod nomen
debitoris ſit venditum, aut delegatũ, quia tunc
eius periculo eſſet *l. ſi nomen. de hered. vel act.*
vedit. & ita in ſpecie concludit Dec. *conſ. 99.*
n. 4. verſ. ſecundo non obſtat col. 2. in princ.
Quaſi acceptans ceſſionem cenſeatur id face-
re ſub conditione, ſi creditor potuerit conſequi
creditum à debitore ceſſo. Ideo datur regreſſus
pro eo, quod non exigit aduerſus debitorem
principalem cedentem, qui non dicitur libera-
tus *gloſ. magna. ad fin. in l. legaui. de liberat. le-*
gat. Aliud tamen eſſet quando daretur nomen
31 in ſolutum cum ceſſione, † tunc enim ſtatim li-
beratur, quidquid poſtea ſit de nominibus, & in
hoc differt à ceſſione facta ſolũ cauſa ſolutio-
nis, quia hoc caſu expectatur exactio *Imol. in*
l. facta. §. ſi hæres. col. 2. ff. ad trebel. Bec. *conſ.*
105. n. 35. Surd. conſ. 145. num. 28. & 29. lib. 1.
Goz*ad. conſ. 38. n. 2. Bertazzol. clauſ. 33. gloſ. 18.*
nu. 3. ad fin.

EPITOME.

Frater dotans ſororem, quando præſumatur dotaſſe animo donandi, & quid in ſorore vterina. Et an pro ea dotanda poſſint alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, vel materna, aut tranſuerſalium, ſeu redditum intuitu Eccleſiæ queſitorum. Dos conſtituta & perdita, an debeat conferri, & quando iterum conſtituenda per patrem, fratrem, aut alios dotantes. Dote euicta, vel non ſoluta, an maritus debeat præſtare vxori alimenta, & quando ob dictã cauſam poſſit vxor expelli de domo viri.

SVMMARIVM.

1 *Frater dotans ſororem an præſumatur animo donandi dotaſſe. n. 2.*
3. *Frater poteſt ſtipulari, vt dos ſibi reſtituatur ſoluto matrimonio morte ſororis.*
4 *Soror vterina ex alio patre nata, an debeat dotari. nu. 5. 6. & 7.*
8 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari pro dotanda ſorore. Amplia etiam in maternis bonis nu. 9. & 10. & quid in bonis tranſuerſalium. num. 11. & 12. & in maioratu. num. 13.*
14 *Frater clericus tenetur dotare ſororem ex bonis intuitu* Eccleſiæ *acquiſitis.*
15 *Dos deperdita, ſeu diminuta, quando per patrẽ, fratrem, aut alium dotantem debeat iterum dari. n. 16. 17. & 19.*
18 N*eceſſitas præciſa dicitur in eo, qui tenetur ex legis diſpoſitione dotare.*
20 O*bligatio conuentionalis tollitur ex primo actu ſolutionis.*
21 *Maritus non tenetur alere vxorem dote euicta. Amplia vt nu. 22.*
23 *Vxor an poſſit expelli per maritum ob non ſolutam dotem. n. 24. 25. 27. 28. & 29.*
26 *Separatio thori non eſt facienda propria auctoritate.*

CAPVT LXV.

FRater dotans ſororem non præſumitur do-
taſſe animo donandi, ſi alia coniectura etiã
1 leuis capi poteſt, † per quam ſemper excluditur
dona-

donatio l. cum de indebito. de probation. An-
char. conſil. 32. num. 4. & ita in ſpecie de fratre
concludit Socin. conſil. 121. col. penult. in fin.
verſ. & demum habuit. nu. 14. lib. 1. poſt Bart.
in l. vxorem. 39. §. pater naturalis. de leg. 3.
cum alijs quos adduxi deciſ. 19. num. 39. vſqu.
ad num. 44.

Ceſſante tamen coniectura, & quando non exta-
2 rēt bona patris, & vrgeret inopia † Dixi verius
eſſe, quod frater teneatur dotare ſororem. Cum
enim debeat alere, multo plus dare dotem, ex
quo cauſa dotis eſt magis fauorabilis: Vnde ſi
dotaſſet præſumeretur animo donandi fecille.
Cin. in l. omni. in fin. C. de adminiſt. tutor. Iaſ. in
l. 1. nu. 29. col. 7. verſ. vltimo quærit. ff. ſolut. ma-
trim. Natt. conſ. 421. nu. 4. lib. 2. Abb. qui de cō-
muni in c. peruenit. nu 1. de arbitr.

Imò quod magis eſt neque frater poſſet ſtipulari,
vt dos ſibi reſtitueretur ſoluto matrimonio
3 morte ſororis † Rip. in l. 1, num. 84. col. 16. in
princ. verſ. amplia ſecundo. ff. ſolut. matrim. poſt
Anchar. conſil. 434. ex narratis ſuperius. col. 2.
verſ. certum eſt enim. ſequitur Peregr. de fidei-
commiſ. art. 41. nu. 51.

Quod etiam eſt in ſorore vterina; nam tex. in l.
cum plures. §. cum tutor. in fin. de adminiſtr.
tutor. diſponens ſororem ex alio patre natam
non eſſe dotandam procedit de iure Digeſto-
4 rum, † ſecundum quod cognati non ſuccede-
bant cum agnatis; Vnde cum nouo iure admit-
tantur l. fin. §. ſed nec fratrem. C. de legit. hære-
5 dib. abſque diſtinctione erunt dotandæ, † cum
ſint in eodem gradu, prout hanc opinionem di-
cit magis æquam Campeg. de dot. q. 23. p. 1. Ti-
raq. de primogen. q. 62. n. 3. Quidquid contrariū
ſenſerint Bald. in c. litteris. nu. 7. col. 2. ad med.
verſ. item in ſorore. de reſcript. & Bart. poſt
gloſ. ibi. in d. §. cum tutor. in verb. alio patre.
& Iaſ. in l. 1. nu. 29. col. 7. verſ. vltimo quæro.
ff. ſolut. matrim. poſt gloſ. in l. non omni. in
6 verb. nulla ratione. C. de adminiſtr. tut. † Quia
contra eos eſt magis communis, & verior opi-
nio, vt teſtatur Surd. de alim. q. 25. tit. 1. n. 24.
7 vbi intelligit, † quando non extarent fratres
vtrinque coniuncti, ampliando etiam ad ſo-
rorem naturalem, quam frater tenetur dotare;
Itaut etiam pro dotanda ſorore poſſint aliena-
8 ri bona fideicommiſſo ſubiecta † Bart. in auth.
res quæ. nu 4. C. commun. de leg. Boer. deciſ. 129.
nu. 9. Peregr. de fideicom. art. 41. num. 50. Quam-
uis ſimus in bonis maternis, quæ poterunt alie-
9 nari, tam pró conſtitutione, † quam reſtitutio-
ne dotis Marzar. de fideicom. q. 48. in fin. Pe-
regr. eodem tit. art. 42. nu. 46. in fin. vbi quod ita
practicatur licèt Menoch. nihil reſoluat de præ-
ſumption. q. 190. in fin. lib. 4. & contrarium ſe-
quitur Socin. Iun. conſil. 119. nu. 12. lib. 1. Hipol.
10 Rimin. conſ. 23. n. 318. † vbi quod in fideicōmiſ-
ſo relicto à matre nō poſſunt alienari eius bo-
na pro dotis conſtitutione, quaſi mater non te-
neatur ad dotem pro filia l. mater. C. de iur. dot.
& de prædictis latè Petr. de fideicom. q. 8. n. 393.
Idem in bonis tranſuerſalium fideicommiſſo ſub-
11 iectis, quæ poterūt alienari fauore dotis † Me-
noch. conſ. 33. n. 41. Rimin. Iun. conſ. 324. nu. 12.
Quod tamen in practica non ſeruari dicit Pe-
regr. de fideicom. art. 42. n. 51. in fin. Quaſi trāſ-
12 uerſales nō teneantur dotare † tranſuerſalem,
niſi eſſemus in caſu, in quo frater deberet con-
ſtituere dotem ſorori inopi Theſaur. deciſ. 192.
nu. 7. Spin. de teſtam. glo. 10. n. 42. verſ. bene fit.
vbi quod etiam bona maioratus, & vinculata
13 poſſunt alienari pro dotanda ſorore † quamuis
expreſſe teſtator hoc prohibuerit, de quo tamē
latè Tirar de primog. q. 6. n. 7.

Prout etiam idem eſſet in redditibus intuitu Ec-
cleſiæ quæſitis, ex quibus clericus frater tene-
14 tur dotare ſororem † Bald. Nouell. de dot. pri-
uil. 16. p. 6. Lup. in c. per veſtras. in 3. notab. §.
27. n. 4. Spin. de teſtam. gloſ. 10. n. 41. Cum enim
dotis cauſa ſit pia, quemadmodum tenetur ex
eiſdem bonis ſororem alere Abb. in c. peruenit.
de arbitr. Ita etiam dotare, & in cauſas iuſtas
& pias eadem bona diſtribuere Præpoſ. Alexan.
in c. 1. 44. diſtinct.

Amplius ſi dos aſsignata perijſſet ſine culpa mu-
lieris, vel diminuta eſſet, teneretur qui dotauit
dare tantundem ſecundo viro, niſi conditio il-
15 lius eſſet facta deterior, † vel niſi ſtipulatus eſ-
ſet dotem reddi ſoli filiæ, vel niſi eſſent empta
prædia ex pecunia dotali, quæ ſuccedunt loco
dotis, vnde vxor habet recurſum ad illa in ſub-
ſidium, ſicut ſi eſſet fundus dotalis. §. qui vero
auth. de æqual. dot. l. vxor marito. de donat. int.
vir. & vxor. Aleiat. qui ita diſtinguit loquens
de patre conſ. 35. lib. 5. tom. 2.

Aliàs ſi filia conſumeret dotem ſemel aſsignatam
à patre, non teneretur pater iterum aſsignare,
16 ſi eſſet in culpa, † prout etiam ſi potuit exigere
à marito, & non exegit, dum erat ſoluendo Pe-
regrin. de fideicomm. art. 42. num. 11. Alex. in
auth. quod locum. num. 9. C. de collat. vbi ſe
remittit ad id quod dixit in l. ſi cum dotem. §. 1.
n. 6. in gloſ. in verb. ſupereſt. ff. ſolut. matrim.
per tex. in l. etiam. §. 1. eod. tit. & in d. auth. quod
locum.

Conſtituendo tamen differentiam inter fratrem,
& patrem mulieris, cum pater teneatur filiam
17 redotare, † ſi dos fuit conſumpta ſine culpa fi-
liæ l. etiam. §. licet. ſolut. matrim. Bened. in
c. rainutius. in verb. dotem. n. 9. de teſtam. ſecus
autem frater; qui ſororem ſemel dotatam non
cogitur amplius dotare Spin. de teſtam. gloſ. 16.
num. 42.

In hoc tamen verior eſt diſtinctio, quod nō tenea-
tur ad redotandum, qui tenebatur ex pacto, cū
18 ſecus ſit in eo † qui tenet ex legis diſpoſitione
quæ alias dicitur neceſsitas præciſa Oſaſ. deciſ.
167. nu. 4. Aim. conſ. 2. pro genero. num. 4. quia
tunc debet mulier redotari, ſi ſine dolo, & cul-
19 pa fuit dos deperdita † Boer. deciſ. 131. & vi-
detur. num. 3. Rip. in l. 2. §. item ſi voluntate
num. 7. ſolut. matrim. Menoch. de arbitr. caſ. 182
num. 57. & hanc dicit approbatam deciſionem
Surd. de alim. tit. 7. q. 5. num. 5. poſt Socin. conſil.
291. viſis literis. col. 5. in fin. num. 6. verſ. ſed

huic conſiderationi. lib. 2. Alex. & alij in l. ſi
cum dotem. §. 1. ſolut. matrim. Tiraq. in l. ho-
uet. §. hoc ſermone. limit. 9. n. 4. de verb. ſignific.
20 Etenim obligatio conuentionalis tollitur,† &
perimitur ex primo acto ſolutionis *l. prout*
quiſque. 80. de ſolution. Non tamen legalis obli-
gatio, quæ eſt contra patrem, iſta enim durat
quantũ remanet cauſa finalis inductiua ipſius
obligationis, ſeu ipſa neceſsitas *Bald. in l. qui*
per ſalutem. 31. de iur. iur. Boer. deciſ. 31. num. 3.
Et quamuis dotes, & donationes propter nup-
tias debeant per filias conferri, quando admit-
tuntur ad ſucceſsionem cum fratribus *l. vt li-*
beris. 17. C. de collation. Tamen ſi filia dotem
amiſit, ſatis erit, quod conferat illam actionem,
quam habet contra maritũ etiã inanem, eamq;
cedat fratribus, & aceruo bonorũ contra eun-
dem virum inopem, & non ſoluendo, & ſic tan-
tum habebit quantum quilibet ex alijs fratri-
bus, cũ non debeat dos deperdita ſine culpa ſua
computari, ſed ſolum id quod ad eã poteſt per-
uenire, hoc eſt quod maritus facere poteſt *l. 1.*
§. cum dos & ibi gloſ. in verb. poteſt. de collat.
dot. auth quod locum. C. de collation. & ibi com-
muniter Doctor. & ita iudicatum dicit *Affl. de-*
ciſ. 247. nu. 1. Guliel. Benedic. in c. raintius. in
verb. dotem. quam n. 20. de teſtam. latè Franciſc.
Munnoz. de ratiocin. adminiſtrat. comput. 18.
num. 6. vbi multa quando vxor dici poſsit in
culpa propter amiſſam dotem, poſt *Bal. & alios*
in d. auth, quod locum. in fin. C. de collat.

An autẽ dote euicta maritus teneatur alere vxo-
21 rem, negatiuã ſententiam tenet *Bald. Nouel. de*
dot. p. 7. priuil. 8. & 42. Cordub. in l. ſi quis à li-
beris. §. ſi quis ex his. de liber. agnoſc. & hãc opi-
nionem tanquam æquam dicit ſequendam eſſe
Surd de alim. tit. 7. q. 20. nu. 18. & q. 17. eod. tit.
vbi etiam *n. 34.* ampliat procedere, quando dos
22 non fuiſſet promiſſa ab vxore, † ſed à patre,
fratribus, vel extraneis, quidquid contrarium
voluerit *Corn. conſil. 145 col. 4. lib. 2.*

Addebatur non ſolum poſſe negari alimenta ob
non ſolutam dotem, ſed etiã licere marito vxo-
23 rem expellere de domo † *Alex. conſil. 56. in*
præſenti. col. 2. num. 10. lib. 4. Socin. reg. 315. ma-
ritus vxorem. Iaſ. in l. ſi donaturus. §. ſi quis
indebitam. in princ. nu. 3. de condict. cauſa dat.
Caſtrẽſ. in l. in inſulam. §. vſuras. ſolut. matrim.
Neuiz. in ſilu. nuptial. lib. 1. nu. 45. Rom. conſil.
517. in caſu propoſita. in princ. n. 2. vbi Mandoſ.
in verb. poteſt. cum alijs per Cordub. in l. ſi quis
à liberis. §. ſi quis ex his. nu. 50. vſque ad nu. 54.
ff de lib. agnoſc.

Quamuis hoc non ſit tutum, cum vxor non poſsit
24 expelli inſpecto Iure Canonico,† quia maritus
tenetur præcisè cũ ea habitare, & ad iſtud po-
teſt cogi per Iudicem Eccleſiaſticum *Bald. No-*
uell. de dot. priuil. 43. p. 6. col. 1. in fin. verſ. poſ-
ſet tamen expelli. ſub nu. 3. Add. ad Alex. conſil.
56. in præſenti conſultatione. in verb. expellere.
lib. 4. Couar. in epit. ſponſal. p. 2. c. 7. in princ.
col. 1. verſ. verum ego non ita; Et iſta eſt verior
25 opinio, † & magis conueniens Iuri Canonico,
& fauens animæ, cuius ſaluti conſulendum eſt,
vt dicit *Surd. de alim. q. 17. num. 18. & 21. tit. 7.*
Neque enim ſeparatio thori eſt facienda pro-
26 pria auctoritate, † ſed expectandum eſt iudi-
cium Eccleſiæ *Felin. in c. 1. nu. 8. de ſponſal. Do-*
ctor. in c. porro. de diuort. Abb. in c. litteras. de re-
ſtit. ſpoliat. Imò Iudex debet exactè curare, vt
dos ſoluatur *Couar de ſponſal. c. 7. num. 2. p. 2.*
27 & † quod hoc ſit honeſtius, vt non expellat di-
cit *Mandoſ. ad Rom. conſ. 517.*

Non obſtat *l. generaliter. C. ad velleian.* Quia non
permittitur ibi expulſio, ſed tãtum enunciatur,
quod forſan poſſet accidere *Add. ad Alex. conſ.*
56. lib. 4. vbi quod de facto poſſet vir expellere
28 vxorem non ſoluentem dotem; † Et quidquid
ſit de Iure Ciuili, quod de Iure Canonico non
detur iſta expulſio vxoris latè concludit *Lup.*
in c. per veſtras. in 3. not. in princ. col. 1. 2. & 3.
verſ. ſubdit tamen. fol. 305. poſt Cardin. ibid.
oppoſ. 4. Itaut ſi fuit expulſa compellendus ſit
maritus ad illam reducendum *Spin. de teſtam.*
gloſ. 11. n. 66. in fin.

E P I T O M E.

Iudex Ordinarius, & Delegatus an poſſint eligi in
arbitrum, ſeu arbitratorem, & quando illis cõ-
cedatur executio ſententiæ, & inuocatio bra-
chij ſecularis. Appellatione Iudicum, an ve-
niant Arbitri. Lis an poſsit dici finita per ſen
tentiam, & rem iudicatam abſq; eo quod exe-
cutioni demandetur. Pro executione ſententiæ
an dandus ſit libellus, vel ſufficiat qualis qualis
petitio. Quando dicatur lis pendere, vt Iudex
non poſsit eſſe Arbiter ſecundum formam ſtatu
ti mandantis, vt pendente lite non poſsit in Iu-
dices de ea cõpromitti. Et quid ſi citatio poſt
commiſsionem cauſæ fuit executa, non tamen
reproducta.

S V M M A R I V M.

1 Iudex ordinarius quando poſsit eſſe arbiter, & arbitrator, tam de Iure Ciuili, quam Canonico. n. 2. & 3.

4 Arbitri non exequuntur ſuam ſententiam. prout neque Iudices prorogati. Intellige vt num. 17.

5 Iuriſdictio prorogata tanquam odioſa eſt reſtringenda.

6 Delegatus Principis, ſeu Inferioris an exequatur ſuam ſententiam. n. 7. 10. & 11.

8 Iudex Ordinarius, vel Delegatus poteſt inuocare brachium ſeculare. n. 9.

12 Verba quæcunq; alia comprehendunt maiora expreſsis, etiam arbitros & arbitratores, & cauſas tam prophanas, quã eccleſiaſticas. n. 13.

14 Arbitri veniunt appellatione Iudicum.

15 Arbitri Iuris ſunt qui dantur à Papa, aut poteſtatem habente, & appellantur Iudices, prout qui eliguntur ex forma ſtatuti. n. 16.

18 Lis dicitur finita per ſententiam in iudicatum tranſactam. Declara vt n. 20.

19 *Procurator ad lites non cenſetur habere mandatũ ad impediendum ſententiæ executionem.*
21 *Executio ſententiæ poſt rem iudicatam poteſt peti vſque ad 30. annos actione in factum. vel officio Iudicis.*
22 *Libellus an requiratur pro executione ſententiæ. n. 23. 24. & 25.*
26 *Petitio non requiritur in ſummarijs & poteſt incipi ab articulis.*
27 *Lis dicitur pendere quo ad eum qui commiſit cauſam, & obtinuit decretum citationis. num. 30.*
28 *Per commiſſionem cauſæ, & decretum citationis deſinit quis eſſe in pacifica poſſeſſione.*
29 *Lis pendere dicitur poſt conteſtationem.*
31 *Lis dicitur conteſtata ſi per reum ſtat ne conteſtetur.*
32 *Citandus habetur pro citato ſi facit, vt ad eum citatio non perueniat.*
33 *Lis dicitur introducta quamuis citatio non ſit executa ſi citandus venit ad cauſam.*
34 *Citatio falſi procuratoris an faciat vt dicatur lis pendere. n. 35. & 37.*
36 *Mandatum ad cauſas motas, & mouendas comprehendit etiam cauſas ſpirituales.*
38 *Appellatio extraiudicialis an operetur litis pẽdentiam quamuis parti intimetur. nu. 39.*
40 *Litis pendentia non inducitur ſi non reproducatur citatio, prout neq; præſcriptio. num. 41. & 44.*
42 *Relatio Nuncij eſt facienda* Iudici*, vel Notario.*
43 *Citatio perſonalis ad ſententiam non valet ſi fuit circunducta per non comparitionem citantis.*

CAPVT LXVI.

DE Iure Ciuili Iudex ordinarius poteſt eſſe
1 arbitrator, † non arbiter *auth. ſi vero contigerit. & ibi gloſ. in verb compoſitionem. C. de iudic. Bald. in l. ſi quis ex cõſenſu. 8. in 1. notab. C. de epiſc. aud. Guid. Pap. deciſ. 69. licet forte. num. 1.*

De Iure autem Canonico poteſt compromitti in
2 iudices ordinarios, † etiam tãquam in arbitros *Bart. in l. ſed & ſi ſeruum. §. ſi quis iudex. de arbitr. Ang. in l. 1. §. & poſt operis. de nou. oper. nunciat.* Innoc. *in c. ex parte. 10. ad fin. num. 6. in verb. cognoſcere. de arbitr.*

Idem eſt ſecundum ſtatutum de quo in caſu mihi
propoſito, dummodo tamen lis non fuerit iudi
3 cialiter cæpta: †. Nam in cauſis pendentibus, vel lite mota non poteſt quoquo modo compromitti, & ſi facto compromiſſio cauſa non terminetur, arbitri qui fuerunt electi, non poterunt poſtea in eadem cauſa interuenire, aut aliquid facere; prout latius in eadem ſtatuto continetur,

Iſti tamen Arbitri non exequuntur ſuam ſenten-
4 tiam, quamuis actio ex ea producatur † *l. cum antea. 5. C. de arbitr.* Prout neq; iudex prorogatus *l. epiſcopale. 9. in fin. C. de epiſc. audient.* *Curt. Iun. in l. cum quedam puella. 19. in 5. notab. nu. 17. de iuriſd. omn. iudic.* Quoniam iu-
riſdictio prorogata detrahit iuriſdictioni ordi
5 nariæ; † vnde tanquam odioſa debet ſtrictè interpretari, Quæ tamen declara, vt per *Dec. in d. l. cum quedam puella. in 3. not. Alex. in l. à diuo. §. ſententiam. col. 8. de re iudic.*

Delegatus autem Principis exequitur ſuam ſentẽ
6 tiam † *gloſ. in l. ſi quis miſſus. ff. ne vis fiat ei. in verb. ſua poteſtates. Bart. & Ang. in l. fin. C. de iudic. Abb.* qui de communi *in c. ſignificaſti. 7. n. 5. de offic. deleg. vbi Felin. n. 2.* & de Iure Ca-
7 nonico nõ eſt dubium *vt in d. c. ſignificaſti.* † vbi *Innoc.* & alij intelligunt non poſſe exequi manu militari, quia in eo non habet locum *l. qui reſtituere. de rei vendic.*

Et poterit inuocare brachiũ ſeculare *gloſ. in c. 1. de offic. deleg. in 6. in verb. conſeruatores. in fin. Oldrad. conſ. 89. n. 6. Felin. in d. c. ſignificaſti.*
8 Prout † illud inuocant Iudices Ordinarij Eccleſiaſtici *c. 1. de offic. ordin. Menoch. de arbitr. caſ. 452. n. 4. Aual. in director. iudic. eccleſiaſtic.* vbi multa de brachio ſeculari *Manſoſ. reg. cancell. 14. q. 2. in fin.* vbi quod etiam delegatus poteſt
9 decernere brachium ſeculare, † licèt illud non ſit ſibi commiſſum poſt *Feder. de Sen. conſ. 163. ſuper inuocatione. Dec. in c. præterea. nu. 6. de offic. deleg.* Quamuis de ſtilo curiæ illud non inuocetur à Delegato ſine mandato, latè *Rolãd. conſ. 37. per tot. lib. 1.* & ideo ponuntur clauſulę in reſcriptis, cum poteſtate citandi inuocato brachio ſeculari, vt *per Mandoſ. ib. d.*

Idem eſt in Delegato ab Inferiore, qui exequitur
ſuam ſententiam per modos cõgruentes ſuę iu
10 riſdictioni per mulctam, † & excõmunicationem *Innoc. in c. cũ ab eccleſiarum. in fi. in verb. obſeruari. n. 7. de offic. ordin. Iaſ. in l. à diuo pio. §. ſententiam. n. 15. de re iudic.* Maximè de Iure Canonico *Felin. in c. ſignificaſti. n. 1. de offic. deleg.* licet *Couar. q. 932. n. 12.* dicat contrarium eſſe verius.

In caſu tamen de quo in facto mihi propoſito
Dixi de prædictis non eſſe dubitãdum, cũ adſit
11 particulare ſtatutũ diſponens, † vt Iudices cauſæ quaſcunq; ſententias diffinitiuas, ſeu interlocutorias latas per eos, vel alios, & per quemcunque etiam ſuperiorem Iudicem exequi poſſint, & debeant.

Quibus ſtãtibus verius eſt potuiſſe executioni demandari quaſcunque ſententias, non facta di-
ſtinctione, an eſſent latæ vel per Iudicẽ cauſæ,
12 vel per alios etiã arbitros quoſcunque. † Nam cum adſint verba multũ generalia, & adiecta termino vniuerſali, per dictionem quicunque alij, non ſimilia tantum deſignantur, ſed diuerſa per generalitatem, ac vniuerſitatẽ, comprehendendo etiam maiora expreſſis *clem. 1. de re iudic. in princ. vbi gloſ. in verb. quæuis.* Ita ut illa verba conueniant non ſolum Iudicibus, ſed Arbitris, & Arbitratoribus, includẽdo etiã
13 cauſas criminales, & ſpirituales † *Alex. cõſ. 30. ponderatis. num. 14. in 6. dub. verſ. ſed in dicta conceſſione. lib. 5. Barbat. Felin. Rot. & alij al-*

legati per Mandoſ.*reg.27.q.5. num.5.verſ.ſexto ponderando.*
Præſertim quia appellatione Iudicum ſaltem lato
14 ſumpto vocabulo veniunt etiam arbitri † *cap. à iudicibus.* 2. q. 6. Abb. *conſ.* 13. *quia quinque col.1.nu.5.verſ.hinc eſt quod largo. lib.2.* Bald. *in l fin.nu.5.col.1.ad med.verſ.ſed numquid arbiter.* C. *de except. rei iudic.* Roman.*ſing.* 192. *quæro.in fi.*
Magis eſſet in arbitris iuris, prout ſunt illi, qui dã
tur à Papa, aut poteſtatem habente cum facul-
15 tate cognoſcendi, adiudicandi &c. † quia iſti
ſunt Arbitri Iuris, & appellantur Iudices Dele-
gati *Sar.de non iudic.iux.for.ſupplic.q.8. Mandoſ.reg.17.q.5.col.1.verſ.aut loquimur.* Idem in
16 illis qui eligũtur ex forma ſtatuti, † qui æquipa
rantur iudicibus *l.cum ſpeciali.& l.apertiſſimi C.de iudic.c.ab arbitris.de offic.deleg.in 6.Butr. in c.ſuſpicionis. eod.tit.* Et habent iuriſdictionẽ *Blanc.de cõpromiſſ.q.6.principal.in princ.Surd. de alim.priuil.56.tit.8.n.34.*
Multo magis, ſi in compromiſſo poneretur clauſu
la, & facultas omnino finiendi, & terminandi
litem, prout ſolet apponi, tunc enim poſſet etiã
ceſſantibus ſupradictis ſentẽtia executioni de-
17 mãdari per arbitrũ, † quia prius nõ dicitur lis
finem accipere, ex quo illius reliquiæ remanẽt,
ſi non fuit deuentum ad executionem *Bart. in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum.in fin.& ibi Iaſ.n.24.col.penul.in fin. verſ. tertio pondera qui ſatiſdatog.Bal.in l.ult.in fi.C.de ordin.cognit.Faber in l.2.C.de litig.*
Non obſtat quod etiam dicatur lis finita per ſen-
18 tentiã, quæ trãſiuit in rem iudicatam † *l. cauſas.C.de transact.gloſ. in c.1. in uerb. finita. de litis contestat. in 6. Caſſador. deciſ.6. ſuper regul.num.5.Pariſ.conſ.30. in cauſa nu.35. lib.4.*
Vnde non includitur executio, cum ſufficiat fi-
19 niri litem per rem iudicatam, † Itaut procu-
rator ad lites non cenſeatur habere mandatum
ad impediendum executionem ſententiæ *Gemin.in c.1.§.ſed ſi post rem uerſ. nota ex illo dicto.n.4.de except.in 6.*
Quia verum eſt litem finiri per ſententiam, ſup-
plendo tamẽ executioni demandatam, & poſt-
20 quam res datur ei, qui vicerit, † quia alias per
ſententiam, & rem iudicatam non dicitur lis fi-
nem accipere Mandoſ. *reg.33.q.27. colum.1.ad med.uerſ. ad propoſitum quæſitum.* vbi teſta-
tur ita in Rota ſæpè fuiſſe deciſum, & declaratũ
intelligi omnia in contrarium deducta, & ibi e-
tiam, quod poſt rem iudicatam vſq. ad triginta
annos poteſt peti executio actione in factum,
21 vel officio iudicis † *l.actori. C.de uſur. Bart. in l. tale pactum.§.qui prouocauit.de pact.*
An autẽ requiratur libellus pro dicta executione
Doctores concludunt requiri ſi agatur actione
22 iudicati pro executione ſententiæ, † cum aliud
ſit quando inuocatur officium iudicis *Bart. in l. intra dies. de re iudic. ubi Iaſ. & Rip.* teſtan-
tur de communi *Bald. in l. 2. in princ. num.2. C.de execut.rei iud.Iaſ.in l.1.C.de iudic.Ceual. q.631.*

Idem etiam in ſententijs arbitrorum habentibus
23 per ſtatutum executionem paratam † in eis
enim requiritur libellus ad illarum executio-
nem petendam *Ceual. q.663.* vbi dicit eſſe ve-
riorem ſententiam, & teſtatur ita practicari, de
quibus tamen multa *Felin. in c. 1. de libel. oblat.Rip.& alij in l.intra dies.de iudic.*
Verius tamen eſt ſufficere qualem qualẽ petitio-
24 nem pro exequtione ſententiæ † *Felin.in c.1.de lit.contest.n.7. ubi Socin. n.41. Alex.in l.intra dies.ff.de execut.rei iudic.* vbi *Zaſ.* quod de con-
ſuetudine ita recipitur. *Sapia. in l. fin. n.64.C. de edict.diu.adr.tollen. Afin. in prax.* §. 4. *c.* 3. *nu.1.Surd.de alim.q.9.tit.3.nu.6.*
Maximè ſi adeſſent clauſulæ, quæ ſolent apponi,
quod poſsit procedi ſummariè, ſimpliciter &c.
quo caſu non requirit libellus formalis, ſed ſuf-
25 ficit qualis qualis petitio, † ex qua pars, & Iu-
dex poſsint cognoſcere, quid proponatur, & qd
actor velit, itaut debeat illud in ſcriptis dedu-
ci. Et ita cõcordãtur opiniones eorum, qui vo-
lunt etiam in ſummarijs libellum requiri, quia
intelliguntur de quali quali petitione *Menoch. de arbitr. lib.1. q.18. in fin. & de acquir poſſeſſ. remed.4. n.471. & de recuper. rem 15. nu.243. peti Cardin. in clem.ſæpe. nu.3. de uerb.ſignif. Surd.de alim.q.9.n.13,tit.3.* & idem eſt in alijs
cauſis, cum per ſtatutum de quo agimus con-
firmatum per ſuperiores omnes ſint ſummariç.
Imò vbi ſummariè, & de plano proceditur ab ar-
ticulis incipi ſolet nulla præcedente petitione.
26 † *Oldrad.conſil.244.ad obiectus.Mand. q.38.in fin.de monitor.*
Quando autem dicatur lis pẽdere, vt non poſsint
Iudices eſſe arbitri ſecundum formam ſtatuti
de quo in actis, cum de hoc dubitaretur Dixi
quod commiſſa cauſa, & obtento decreto cita-
tionis per actorem dicatur lis pendere quo ad
27 eum, † quaſi per hoc ſe habeat pro moleſtato
Rom.conſ.330.circa primum,col.2. nu.2.ad fin. verſ. illud autem certum eſt. Felin. in c.ſuper litteris. col.9.ad med. nu.13.verſ.dicit autem. de reſcript. Dec. in c.1. nu.13. eod.tit. & alia eſt
verior opinio, vt concludit *Mandoſ. reg. 34. q. 37.* vbi etiam per hoc infert, quod per dictæ
cauſæ commiſsionẽ, & decretũ citationis quis
28 deſinit eſſe poſſeſſor pacificus, † adeo vt non
iuuetur regula de annali, cum lis verè dicatur
pendere; Quidquid contrarium dixerit *Pariſ. conſ.81. lib.4.* Cum verior ſit opinio contra eũ
et per Caſſad. deciſ.6.ſuper regul.Sarmen.q.36. de triennal.verſ.prædictis.tamẽ non obſtãtibus.
Diceretur autẽ magis lis verè pendere poſtquam
29 fuerit conteſtata † *l.placuit. C. de pedan. iudicib. Bald. in auth.clericos.C. de epiſcop.& cleric.Caſſad. deciſ.6. ſuper regul. & deciſ. 39. nu.2.Abb.in c.ſuper quæſtionum.§.1. de offic. deleg. col.5. & ibi Felin.in gloſ.in uerb. litis. col.4. num.6.*
Item commiſſa cauſa, & parte citata dicitur lis
30 pendere † *clem.2. ut lit. pend. Innoc. in c. fin. vbi Hoſtien.& Abb. eod. tit. Afflict. deciſ.220. num.13.Roland.conſil.31. n. 28. lib.2.Mandoſ.*
reg.

reg. 29. q. 71. nu. 2. & q. 32. reg. 34. num. 3.
Immo lis pro conteſtata habebitur, quando per
31 reum ſtat, † ne conteſtetur *l. ſi reum. in fin. ſi*
quis caution. *Bald. in l. mora litis. nu 2. verſ. hec*
eſt quędã alia. C. de rei vẽdit. vbi quod iſta mo-
ra litis conteſtandæ eſt multũ notabilis: *Idem*
Bald. in l. fin. in princ. col. 1. verſ. vnum eſt ta-
men notandum. de eo per quem factum erit. &
ibi Iaſ. n. 14. Felin. in c. illud. col. 7. in fin. n. 11.
verſ. prima concluſio. de præſcription. Alex.
conſ. 200. diſcuſſis his omnibus. in princ. lib. 5.
Rom. conſ. 174. ampliſſime. col. penul. in princ.
n. 5. vbi Mand. in verb. more. Tiraq. de retract.
lignager. §. 15. gloſ. 2. num. 9. Mandoſ. reg. 34.
32 *q. 71. n. 3.* Ad exemplum citandi, † qui habetur
pro citato, ſi facit, vt ad eum citatio non per-
ueniat Cardin. *in clem. 2. oppoſ. 8. col. penul. in*
princ. n. 12. vt lit. pend. nihil innouet.
Amplius ſi citatio nõ eſſet executa, & reus habẽs
notitiam illius venit ad cauſam diceretur verè
33 lis introducta † *Caſſad. deciſ. 6. ſuper regul.*
nu. 4. Mandoſ. reg. 34. n. 2. q. 38.
Non diceretur tamen lis pendere per citationem
34 factam à falſo procuratore, † quia talis non
facit iudicium, aut controuerſiam *Bald. in l.*
licet. C. de procur. Quamuis eſſet coniuncta per-
ſona illius, pro quo obtinuit decretum citatio-
nis, & cauſę commiſsionem, etiam cum cautio-
ne de rato, quando ſumus in beneficialibus, in
35 quibus coniunctus non admittitur † *Rom. ſing.*
619. tu audiſti. Felin. in c. coram. de offic. de-
leg. Lap. alleg. 70. nu. 6. Mandoſ. reg. 33. q. 38.
nu. 4. Quaſi huiuſmodi cauſæ ſpirituales, & be-
neficiales requirant ſpeciale mandatum *ſecun-*
dum Franc. in c. qui ad agendum. 4. §. ſi procu-
rator. col. penul. num. 5. de procur. in 6. Licèt
contrarium ſequatur *Mandoſ. reg. 32. q. 4. nu.*
18. col. penult. verſ. ad illud quod cauſa. vbi
quod ita ſeruatur in Rota. *Idem Mandoſ. ad*
36 *Lap. alleg. 70. in verb. beneficialis.* † vbi quod
mandatũ ad cauſas motas, & mouendas com-
prehendit de ſtilo Rotæ etiam cauſas ſpiritua-
les, prout quoq; teſtatur *Papazzon. ad deciſ.*
Rot. 27. de procurat. in nou. in verb. in quantũ.
Intellige dummodo reus non proſequutus fuerit
cauſam cum tali procuratore, ſeu paſſus fuerit
37 cauſam ab eo inſtitui, † & in ea procedi, quia
tunc ſibi præiudicauit, & non opponendo vide-
tur approbaſſe, ſecus autem ſi præmiſiſſet prote-
ſtationem de non conſentiendo, niſi ſi & quate-
nus, cum ſit legitimè deuoluta, quia tunc non
dicetur lis introducta, niſi poſt productionem
mandati; Immo dato termino procuratori ad
docendum de mandato, ſi non docuerit poterit
condemnari in expenſis, damnis, & intereſſe, &
ita diſtinguit *Mandoſ. reg. 34. de annal. q. 38.*
n. 4. & 5.
Prout etiam neq. dicetur lis pendere per appella
tionem extraiudicialem, etiam parti intima-
38 tam, † cum iſta appellatio ſit ſolum quædam
prouocatio ad cauſam, & ante commiſſam cau
ſam appellationis extraiudicialis nullus ſit iu-
dex, ſine quo non adeſt iudicium, neq. lis *c. ſi*
rui. de verb. ſignif. & appellatio extraiudicia-
lis non eſt propriè citatio, cuius vigore quis
teneatur comparere, quamuis habeat vim cita
tionis *Innoc. in c. dilecti. de maiorit. & obed. Do*
ctor. in c. cum ſit romana de appell. in 6. Sarnen,
q. 54. de trien. col. 1. n. 3. Licèt *col. 4. in fin.* dicat
non procedere in beneficialibus. Et quod non
inducat litis pẽdentiam eſt verior opinio *Caſ-*
ſad. deciſ. 1. n. 6. de appell. latè Mãdoſ. q. 15. reg.
29. n. 4 & 5. Intelligens contraria, quo ad effe-
39 ctum deuoluendi cauſam, † & reuocandi attẽ-
tata *cum alijs, de quibus ibi per eum, & per Lã-*
celot. de attent. lit. pend. tom. 5. fol. 300. vbi mul-
ta, quando, & ad quem effectum dicatur pende
re lis *Guid. Pap. q. 337. & q. 488. Rota deciſ. 9.*
& 13. ut lit. pẽd. in nou. et deciſ. 62. col. 2. uerſ.
præterea. de appellat. in nou. Caſſad. deciſ. 1. &
5. ut lit. pend. Biſign. dec. 2. de appell.
Adde tamen, quod licet commiſſa cauſa, obtenta
citatione, & illa executa lis iam pendere dica-
tur *c. propoſuiſti. de for. compet. clem. 3. ut lit.*
40 *pend. Abb. in c. cauſam. n. 5. de teſtib.* † Tamen
ſi non fuerit reproducta per citantem in termi-
no citationis, non dicitur inchoatus proceſſus,
neq; eſt inducta litis pendentia, prout alias, cũ
de hoc diſceptaretur Dixi verius eſſe. Ratio eſt
quia illo non comparente euaneſcit citatio, &
habetur, ac ſi nunquam præceſsiſſet, aut facta
fuiſſet: Immo actor non comparendo videtur
illi renunciare, cum præſertim huiuſmodi cita-
tiones fiant ſine decreto, aut mandato iudicis,
quod requiritur ad robur, & effectum illarum
l. conſentaneum. C. quomod. & quand. iud. Soc-
cin. de citat. art. 61. Salic. in l. abſentem. col. 5.
C. de accuſat. Alias eſſet in poteſtate actoris, iu
dicem, aduerſarium, & ius eludere retinendo
citationem executam penès ſe, & reproducen-
do, quando ſibi placuerit, & ſic fierent multæ
fraudes, quibus eſt obuiãdum *l. in fundo. de rei*
uen. tie. & ita in ſpecie, quod non ſubſecuta cõ-
paritione actoris talis citatio non interrumpat
41 præſcriptionem, † non operetur litis penden-
tiam, nec alios effectus producat dicit *Bald. in*
l. 1. in 1. lect. in princ de in ius uocand. Alex. &
Iaſ. in rubr. col. 1. tit. Ancbar. conſ. 97. n. 4. Felin.
in c. illud. col. 8. n. 11. de præſcript. concluſ. 1. in
fin. verſ. & è conuerſo. Marſil. Innoc. & alij al-
leg. iti per Mandoſ. reg. 34. q 35. n. 8. vbi etiam
42 addit aliam rationem, † quia relatio Nũcij de-
bet fieri ipſi Iudici ſecundum opinionem *Bald.*
in auth. ſupplicatio. nu. 2. C. de precib. imper. of-
fer. vel Notario, adeo quod ad notitiam iudi-
cis perueniat ſecundum aliam opinionem, de
qua per *Bart. in l. fin. §. iulianus. n. 19. de damn.*
infect.
Ideo dicimus quod non valet citatio perſonalis
43 facta ad ſententiam, † ſi remanſit circumducta
per non comparitionem citantis *Alex. conſ. 92.*
perſpectis. col. penul. ad med. uerſ. pro hoc facit.
n. 11. lib. 5. Tiraq. de retr. lignag. §. 15. gloſ. 2.
n. 9. ad fin. uerſ. & idem cũ pars aduerſa. Achil.
deciſ. 13. de dol. & contum.
Non ſemper tamẽ requireretur reproductio cita-
tionis

44 tionis,cum illius defectus ſuppleatur, † ſi pars
citata comparuerit in actis, vel ſi conſtituiſſet
procuratorem ad illam cauſam,vel fiat produ-
ctio mandati, quæ æquipollet citationi factæ,
& executæ, vel ſi citatio reproducatur verba-
liter,& in alijs caſibus de quibus per *Veſtr. lib. 4.c.3.n.4.de execut.citat.dixi cap.*

E P I T O M E.

Tutor quando teneatur ad intereſſe ſi non poſue-
rit pecunias pupillares ad honeſtum lucrum,
& an debeat præcedere interpellatio, & quid
in procuratore alienas pecunias exigente, an
illas cum intereſſe reſtituat. Probatio inte-
reſſe qualiter fiat, tam in lucro ceſſante,quàm
damno emergente. Et quando in eo ſit locus
iuramento ſuppletorio. Quomodo debeat cõ-
ſtare de neceſsitate capiendi pecunias ſub vſu-
ris, vt veniat intereſſe damni emergentis, & vt
detur in illo conuentio ante moram data dila-
tione ad ſoluendum, & quid in coacto aliquid
vendere, an ſit habenda ratio damni,& fructuũ
non perceptorum.

S V M M A R I V M.

1 *Tutor tenetur ad intereſſe ſi non poſuerit pecunias pupillares ad honeſtum lucrum.*
2 *In obligato ad faciendum,ſeu dandum illo non facto oritur probatio moræ, & venit intereſſe,etiam abſque interpellatione. nu.3.ſecus in pœna.nu.4.*
5 *In minore non requiritur interpellatio,& ſine ea venit intereſſe.*
6 *Procurator alienas pecunias exigens,an teneatur illas reſtituere cum intereſſe.n.7.& 8.*
9 *Intereſſe lucri ceſſantis eſt probandum concludenter non præſumptiue. num.10.11. 13. 14. & 15.*
12 *Iuramentum in ſupplementum datur in probatione intereſſe.*
16 *Intereſſe damni emergentis magis debetur,quã lucri ceſſantis,& in eo non requiritur probatio ita concludens, prout in lucro ceſſante. n.22. & 23.*
17 *Pecunia non poteſt ſimpliciter accipi ſub vſuris data mora, ſed debet extare neceſsitas capiendi ſine qua damnum eſſet affectatum. n.18. 19 20.& 21.*
24 *In intereſſe damni an detur conuentio ante moram data dilatione ad ſoluendum.*

C A P V T LXVII.

PEr declarationem factam contra hæredes
q.Franciſci,quod teneatur reddere ratio-
nem pro adminiſtratis non obſtante prætenſa
lapſu temporis. Declaraui etiam ad fauorem
D.Vincentij eoſdem tutores teneri ad intereſ-
1 ſe,† ſi nõ poſuerint pecunias pupillares ad ho-
neſtum lucrum, vel in emptionem prædiorum
*l.ſi tutor.§.ſi poſt.de admin.tut. Bald.in l.1. in fin.C.de condict. indeb. Bart.& alij in l.diui. ad leg.falcid.*Gabr. *conſ.26. in princ.lib.1.* Ete-
nim in obligato ad faciendum illo non facto
2 oritur probatio moræ, & venit intereſſe *Aim.*
conſ.64.in princ.& conſ.192.n.18. vbi ampliat
ad obligationem dandi, & ſoluendi *Anchar.*
conſ.331.viſis diligenter actis.col.1.in fin.verſ. tertio aduertendum.
Quidquid enim ſit in pœna verius eſt quo ad inte
reſſe tanquam magis fauorabile,vt quis conſti-
3 tuatur in mora abſq; interpellatione,† cũ quis
promiſit ſe facturum,aut curaturum,prout di-
ſtinguit *Soccin.conſ.133.profecto ni fallor.col.1. lib.1.*quem ſequitur *Aim.conſ.246.n.1.& conſ. 64.in princ.* ſubdens ita poſſe defendi *Bald. in c.domino guerram. §. ad hoc. in tit. hic finitur lex corradi.* ab impugnationibus *Dec.in l.quod te.ſi cert.pet.& conſ.2.col.pen.nu.6. verſ.& ita*
4 *ex omnibus ſupraſcriptis.*†& hanc eſſe commu-
nem diſtinctionem dicit *Menoch. de arbitr. caſ. 120.n.20.verſ.decimus eſt caſus. poſt Plaut. in l quod te.nu.34. lib.4.ſi cert.pet.Gozad.conſil. 27 col.3.ad med.n.10.*Maſq. *concl.1066.nu.10.*
Cum reſpectu pœnæ, neq; iuramentum conſti-
tueret in mora abſq; interpellatione *Gozad. d. conſ.27.* Rot. *per Cardin. Blanchet. Peruſina pœnæ. 1577.* Cardin. *Pamphil.Beneuentan. deuolutionis. 14. iunij. 1585.*
Non obſtat nõ conſtare de interpellatione: Quia
5 in minore non requiritur, † & ſine ea venit in-
tereſſe *l.titia ſeia.§.vſuras. de leg.2.* Bart. *in l. in minorum. ad med.* C. *in quib. cauſ. reſtitut. in integr.non eſt neceſſar.*Soccin.*conſ.57. in cauſa reſtitutionis.n.43. col.10.in fin.verſ.confirmatur iſta concluſio.lib.4.* Menoch.*de arbitrar. caſ.220.n.17.& 19.*
Quod ampliatur ad quemcunq; procuratorem
6 alienas pecunias exigentem,† quas vna cum in
tereſſe tenetur reſtituere *l. ſi vero non remunerandi.§.ſi mihi.ff.mãdat. Doctor.in l.1.* C. *eod. Honded.conſ.38.n.5.lib.2.* Itaut illius taxatio
ſit in arbitrio iudicis *Natt.conſ.370.n.3.* Intel-
ligendo tamen hoc de procuratore concurren-
7 te mora,†& interpellatione *l.idemq;.§.ſi procurator.ff.mandat.* Et quod ſciat ſe eſſe debitorẽ
ad id,de quo interpellatur *Bald.conſ.461.ſuper primo puncto. dub.4. lib. 2.* Paul. de Mont.Pic. *conſ.7.n.6.*Galleſ.*ad form.cameral.obligat.p.2 q.2.n.17.* Prout idem eſt in hærede debitoris.
Rip.*in l.quod te.n.59.col.anteпenul. verſ.tertia concluſio. ſi cert. pet.* Menoch. *de arbitr. caſ. 220. n.51.*
Licèt etiã procurator nõ reſtituens pecunias exa-
ctas,& conuertens illas in ſui vtilitatem inſcio
domino teneretur ad vſuras ex quadam mora
8 irregulari,† quaſi inter dominum,& procura-
torem actum intelligatur, vt pecuniam exactã
ſtatim remittat *Lup. in l.curabit. n.62.§.3.C. de action.empt.poſt Alber.in l.idemque.§.ſi procurator.ff.mandat.Honded.conſ.38.n.39. lib.2.*
Dũmodo tamen probatio iſtius intereſſe nõ ſit ve
9 riſimilis,ac præſumptiua,†ſed neceſſario cõclu
dens *Caſtrenſ.in l.3.§.fin. de eo quod cert. loc.*

Rimin.

Digitized by Google

Rimin.Iun.conſ.218.n.99.uſq.ad n.104.lib.2.&
conſ.51.n.42.lib.2.Put.deciſ.237. lib.1.
Prout regulariter intereſſe lucri ceſsãtis licitè per
10 cipitur,quando certum eſt,† quod illud petens
fuiſſet lucratus, ſi pecuniam habuiſſet, puta ſi
probaretur,quod habuit præ manibus aliquam
mercaturam, de qua tantum lucratus fuiſſet,
& quia pecuniam nõ habuit nõ potuit emere,
& ſic debet probari certũ,& indubitatũ lucrum
11 nec ſufficit ſolitum fuiſſe † ex mercaturis lu-
crari *Alex.conſ.200.perſpectis narratis. num.3.*
lib.6.Afflict.deciſ.20.nu.2.latè Surd *de alimen.*
12 *tit.1.q.45. n.41.*† Itaut etiam ſemiplenè pro-
banti deferendum ſit iuramentum ſuppletoriũ
ſuper huiuſmodi intereſſe,ad quod ſi per Iudi-
cem non admittatur, aderit iuſta cauſa appel-
landi.Dicitur enim difficilis probationis, cum
ſit plenè impoſſibile directè probare intereſſe,
Rip.in l. admonendi.num. 31.& 69.de iur.iur.
& eſt opinio magis ęqua,communis, & iuri cõ-
formis, prout latè teſtatur multa adducens
Matth.Coler.*de proceſſib.execut.c.10.p.1.n.139.*
uſq.ad n.147.
Neque obſtant Doctores allegati per *Surd. de*
13 *aliment. tit.1.quæſt.45. num.49.*† qui tenent
ſufficere, quod probetur intereſſe probabiliter
per coniecturas,inducẽdo mercatores ſuæ qua
litatis communiter eſſe ſolitos tantum lucrari
ex tali genere mercis, prout ipſe quoq. veriſi-
militer idem lucrum feciſſet, ſecus tamen in eo
qui non eſt ſolitus negociari, quia tunc proce-
dere poſſet opinio contraria,quod deberet pro-
bari lucrum certum, & in materia propinqua,
prout diſtinguit *Idem Sur. ibid.n.46.in fi.*
Quia indiſtinctè prima opinio eſt verior,prout la-
14 tè defendit † *Menoch.de arbitrar. caſ.119. in*
addit.n 9.uerſic.hanc primam.Put.deciſion.237.
lib. 1. poſt Caſtr. in l. non vtique 3. §. nunc de
officio.num.3.de eo quod cert.loc.& in l.diuortio
in princ.n.6.col.4.in fin. uerſic. ſed ſi peteret.ff.
ſolut. matrim. Rota *per* R. P. D. *Accorambon.*
Romana ſocietatis. 7. octobris. 1555. Aim. conſ.
89.n.4.latè Coler. de proceſſib. execut. p.1.c.10.
15 *n.133.uſque ad nu. 139.*† Ratio eſt quia non
rectè infertur,ſolitus eſt mercator lucrari ergo
in poſterum lucratus fuiſſet, ſi pecuniam præ
manibus habuiſſet, cũ multa poſſint accidere,
quominus quis capiat, immo ſæpe mercatores
non ſunt in lucro,ſed iacturam faciunt *l. natu-*
raliter.12.§.1.in fin.de acquir.poſſ.Aim. conſil.
320.nu.6.
Quo vero ad intereſſe damni emergẽtis magis il-
lud deberetur,puta quando ob retardatã ſolu-
16 tionem qui accipiſſet pecuniã ſub vſuris,† vel
propter moram incurreret aliquam pœnam.
Bald.in l.2.in princ.C de uſur.poſt glo.& alios
in l.nummis.de in lit.iur.Doctor.in l. liber. ho-
mo.§.final.de uerb.oblig. Alex.conſil.141.uiſo
themate.n.3.uerſic.aut petitur.col.1.lib.5.Aim.
conſil.189.n.7. in fin. col.5. in 6.caſu.uerſic.est
uerum quod ſi mulier non habeat.
Non tamen ſufficeret ſimpliciter capi pecuniã ſub
vſuris data mora,ſed deberet extare neceſsitas
17 capiendi,† qua deficiente,& nõ probato,quod
ſua intererat ita ſub vſuris accipere propter
aliquod periculum imminens, debitor non te-
nebitur reſtituere illas vſuras,cum non dicatur
pati damnum accipiendo ſub vſuris pecuniam
nulla impellente neceſſitate, & potius dicitur
damnum affectatum, quod non producit actio-
nem cõtra debitorem,Ita notabiliter concludit
Bald. in l. etiam n.5.col.1. in fin.uerſic.& mo-
18 *do dubitatur. C.de execut.rei iudic.*† vbi loqui
tur etiam ſtante promiſſione debitoris conce-
dentis creditori licentiam capiendi ſub vſuris.
Lup.in c.per ueſtras.not.6.§.ſexto infertur. col.
penult. uerſic. prædicta tamen intellige. Quod
dicit notandum,nec alibi legiſſe *Surd.de alim.*
tit.1.q. 45. n.34. Et voluit etiam *Anan. in c.*
conqueſtus. col.2.poſt med. uerſ. adde etiã quod
iſtud.ibi.ſed ſi prætenderet uenditor.de uſur. vbi
dicit notandũ, & eſſe dictum ſubtile allegando
Iacob. Butrig. in l. curabit. C. *de action.empt.*
Licet *Addit. ad Bald. in d. l. etiam. in uerb. or*
19 *modo.*dicat procedere,† quando creditor erat
fœnerator publicus, alias ſecus, prout in iſtis
terminis loquitur *Bald.* vbi ſubdit rationem;
ne detur materia fœneratoribus fraudandi Sa-
cros Canones, & quia illud inſtrumentum erat
20 ſuſpectum; † Maxime ſi fuerit dictum,quod
ſtetur aſſertioni eiuſdem fœneratoris: Et quod
21 iſtud damnum,& neceſsitas ſit probanda†*latè*
Menoch. de arbitrar.caſ.119.in addit.num.28.
*poſt Dec.conſ.321.nu.5.*Rimin. *Iun.conſil.815.*
nu.18.lib.7.Alex.conſil.141.n.3 lib.5.
Adde tamẽ, quod quando quis coactus eſſet ali-
22 quid alienare pro extinctione debiti: † puta
loca montium,aut quid ſimile, eſſet habenda
ratio illius damni, cum ex illis bonis fructus
perciperentur,quibus ob alienationem caruit.
Quoniam tunc non agitur de lucro ceſſante. ſed
de damno emergente, in quo non procedunt,
23 quæ de probatione intereſſe dicit *Caſtrenſ. in*
l.3.de eo quod cert.loc.& Mohed.deciſ.1.& 2. de
vſur. Et ſic ſufficiet de tali damno docere per
dictam venditionem montium, prout in ſpecie
eſt deciſio Rot. *per Cardin. Seraphin. Romana*
*de Micinellis.29.may.1598.*Lup. *in c. per ve-*
ſtras.not.6.§. ſexto infertur. col penul. uerſ. ex
iſtis alias in contingentia. de donat. int. vir.
& vxor.
Amplius in intereſſe damni daretur etiam conuẽ-
24 tio ante moram†data dilatione ad ſoluendum
ſecundum opinionem *Lup.Sot.& aliorum.* de
quibus latè *Claud. ad Bertazzol. conſ.crimin.*
264. vbi multa quando intereſſe,tam in gene-
re, quam certum poſſit deduci in pactum, tam
lucri ceſſantis,quàm damni emergẽtis; Quãuis
ſecundum Conſtitutionem ſanctiſſimæ memo-
riæ *Pij Papæ* V. non liceret à principio ali-
quid taxare, de qua per *Nauar.in manual.*
c.17.& per Lup. in l. curabit.§. 6. num.122.
C.de action.empt.

EPI-

EPITOME.

Inuecta & illata in domum conductam quando ſint hypothecata pro penſione. Bona minoris an ſint tacitè obligata pro repetitione eorum, quæ tutor expendit. Præſens & tacens an dicatur conſentire ſi deputetur procurator executor teſtamenti, aut compromiſſarius. Pro penſionibus tacitæ reconductionis an poſſit agi via executiua, & cenſeatur facta repetitio obligationis cameralis, iuramenti, pignorum, & fideiuſſionis. Extenſio obligationis Cameralis an ſit facienda vt proceſſus iudicetur validus. In repetitione teſtis quando requiratur nouum iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita datur in bonis inuectis, & illatis in domum conductam, tam in prima, quã in tacita reconductione, itaut impediatur alienatio. Intellige vt n.2. & quid in colono partiario.n.3.*

4 *Dominus præfertur pro penſione in inuectis, & illatis anterioribus creditoribus, quando ſumus in domo accepta pro conſeruatione rei, ſecus in ea, quæ conducitur ad habitandum.*

5 *Bona minoris ſunt tacitè obligata pro penſione domus, & pro dote, & ita ſeruatur in praxi. num.7.*

6 *Decretum legis vbi interuenit facit, vt non requiratur decretum Iudicis.*

8 *Bona minoris an ſint tacitè obligata pro repetitione eorum, quæ tutor expendit pro eo ſicut è contra minor habet tacitam hypothecam in bonis tutoris pro adminiſtratis, & redditione rationum.n.9.& 11.*

10 *In correlatiuis non procedit æqualis diſpoſitio vbi ſumus in actu diuerſo.*

12 *Bona ſecundi conductoris quando cenſeantur tacitè hypothecata vero domino.n.13. & quid in prædijs ruſticis.n.14.*

15 *Res aliena inuecta & illata in domo patiente domino ſunt tacitè obligata pro penſione.n.28 29.30.& 31.*

16 *Præſens, & tacens, quando dicatur conſentire in his quæ tendunt ad ſui damnum. num.17. & 18.*

19 *Præſens & tacens non videtur acceptare compromiſſum, neq mandatum.n.20.*

21 *Teſtes examinati ſine interrogatorijs non probant, potuerunt tamen repeti, nu.22. Declara vt n.23.*

24 *Iuramentum requiritur in repetitione teſtis, quidquid aliud ſit, quando iterum examinatur pro declaranda eius dubia depoſitione, num.25.*

26 *Declarans nihil de nouo inducit, ideo in declaratione neq. requiritur citatio.*

27 *Iuramentum quando fuit præſtitum ſuper articulis, & tota cauſa, an iterum ſit adhibendum in repetitione facienda, tam in eadem inſtantia, quam in alia.*

32 *Actio executiua non competit quo ad penſiones debitas pro tẽpore tacitæ reconductionis. n.33. ſecus in expreſſa relocatione.n.35.*

34 *Viſus requiritur vbi requiritur inſtrumentum*

36 *Prorogatio quando extendatur quo ad omnia, etiam acceſſoria obligationis, & quid de fideiuſſore.n.37.& 38.*

39 *Fideiuſſor an teneatur pro tacita reconductione.n.40.*

41 *Obligatio cameralis debet extendi in inſtrumẽto celebrato extra Curiam, & quando partes non conſenſerunt relaxationi mãdati exequi vnica citatione præcedente, alias proceſſus nihil operatur.*

CAPVT LXVIII.

QVo ad bona primi conductoris, de quibus agebatur in cauſa Marij, & Franciſci Dixi infirmandã eſſe ſẽtẽtiã D. Iudicis à quo, dum declarauit illã non eſſe tacitè hypothecata pro pẽſione domus, Cum enim conſtet fuiſſe inuecta, & illata in domum, ſeu fundum conductum, datur illis huiuſmodi tacita hypotheca,
1 non ſolum † in prima locatione, ſed etiam in tacita reconductione *l. certi iuris.5.& l. legẽ quidem 16.C. locat.l. item quia de pact.* Itaut per eam impediatur alienatio intelligendo quando eſſet facta deſcriptio illorum, quia quamuis ſint
2 tacitè hypothecata, † & alienantur tranſeunt cum ſuo onere *Iaſ. in §. item ſeruiana. colum. 12. in fin. num.78. verſ. & aduerte quod eſt differentia. inſtit. de action. Ang. in l. vtique. de damn. infec. Rot. Genuenſ. deciſ.80. nu.5. per tex. in l. eſt differentia. ff. in quib. cauſ. pig. tac. contrahe.*
3 † Quæ procedunt quomodocunque fuerit facta conductio, ſiue in pecunia numerata, vel quauis alia ſpecie; quia competit iſta hypotheca, etiam in colono partiario *Roman. ſing. 236. tu ſcis quod inuecta* Quidquid contrarium ſenſerit *Specul. de locat. §. conſtat. n.25.* Quia verior, & magis communis opinio eſt contra eum vt teſtatur *Add. ad Rom. d. ſing. 236. Soccin. reg. 192. fall. vlt. alias 239. in verb. inuecta. & illata fol. 422.*

Quod magis erat dicendũ, quia eramus in domo quæ fuit accepta pro conſeruatione rei, prout
4 in horreo, & apotheca, † tunc enim præfertur dominus pro penſione in rebus inuectis creditoribus anterioribus, ſecus in domo conducta ad habitandum *Bart. in l. interdum. eum l. ſeq. ad fin. in 2. notab. qui pot. in pign. hab. Iaſ. in l. item quia. col. pen. nu. 19 de pact. Ludouic. deciſ. Peruſin. 84. p. 2. Vitalin. de clauſ. in verb. & ſpecialiter obligauit. nu.4. in fin. tom. 18. fol. 378. Mut. c. 34. nu. 6. ſuper conſuetud. Panorm. Caualcan. deciſ. 26. nu. 23. p. 1. Iaſ. in §. item ſeruiana. inſtit. de actionib. Carpan. ſuper. Conſtit. Mediolan. c. 390.*

Neq. obſtat quod eramus in bonis minoris, inqui-

quibus nõ cadit obligatio ſine ſolemnitatibus
5 *l.fin.C.de legit.tut.*† Quia etiam bona minoris
ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus
Alber. qui de communi *in l.2.nu.2. de reb.cor.*
Tiraq.ad leg.16.connubial.gloſ.6.n.189. Quid-
quid dicat *Bart.in l.item quia. de pact.& in l.*
ſi cõſtante.in princ.q.4.p.3.ſolut.matrim. Quia
contra eum eſt verior opinio *Curt. iun. conſil.*
168.habita diligenti.col.6.in fin.n.20.Surd.de-
ciſ.287.n.25.Morla.q.4.tit.10.de locat. & con-
duct. Obligatio enim intelligitur prohibita per
ipſos minores, ſecus per legem, per quam cẽſe-
6 tur conſtituta huiuſmodi hypotheca, † & cum
interueniat decretum legis nõ requiritur aliud
decretum iudicis *Bald.in l.certi iuris q.8.n.11.*
7 *C.locat.* vbi per hoc ſubdit bona † minoris eſſe
etiam tacite obligata pro dote *Iaſ. in l. ſi con-*
ſtãte.in prima lect.n.101.ff.ſolut.matrim.Bald.
Nouel. de dot.p.6. priuil. 58. Neguſ.de pignor.
p.2.m.4.nu.71. & ita practicari teſtatur *Ceual.*
q.132.in fi.Sur.de alim.tit.9.q.44.n.15.

Ideo etiam dicimus bona pupilli & minoris eſſe
8 tacite obligata pro repetitione eorum, † quæ
per totorem fuerunt expenſa pro eo, ſicuti cõ-
tra pupillus habet hypothecam tacitã pro ad-
miniſtratis, & redditione rationũ in bonis tu-
toris. Ratio eſt, quia huic obligationi cẽſetur
interuenire decretum legale, per quod probabi
liter ſuppletur defectus ætatis minoris, qui non
dicitur lædi, cum eius negotia prudenter agan-
tur per tutorem, qui ex hoc potius inuitatur ad
promptius expendendum pro pupillo, & mino-
re cum ſciat illorum bona ex huiuſmodi admi-
niſtratione eſſe eis obligata prout in ſpecie poſt
Nicol.Matar. Bald. & alios allegatos concludit
Surd.de alim.titul.9.q.44.num.14.uſq.ad n.17.
& totam quæſtionem ubi in fin. dicit hanc eſſe
9 æquiorem opinionem, † licet in iudicio diffici-
le eſſet obtinere propter auctoritatem *Alberic.*
in l.pro officio..C. de administr. tutor Rip.*in l.*
dabimus.q.3.§.ſi quis cum tutor. column.ult.ad
med.nu.13.de priuil.credit. qui contrarium ſe-
quuntur ob illam rationem, quia in tutoribus
ita per Ius diſponitur, quod non eſt in minori-
bus quamuis enim ſint correlatiui non eſt ea-
dem ratio in vno, prout in alio, & quãdo ſumus
10 in actu diuerſo, † etiam in correlatiuis nõ pro-
cedit æqualis diſpoſitio *Soccin.conſ.74.difficul-*
tatem.col.3.ad med.verſ.quinimo dico.n.5.lib.3
idem ſequitur *Caldeſ. de restitut. in integr. in*
uerb.cum non abſimilis.n.41.uerſ. tertio ſuffra-
11 *gatur.*† vbi quod verius eſt bona minoris non
eſſe tacite obligata pro expenſis & adminiſtra-
tis per tutores *per tex. in l. fin. C.de legit. tut.*
Iaſ.in l.item quia.n.20.ff.de pact.Gutier.in trac.
de tutel.c.16.n.20.lib.2.Franciſ.Mutinen.de ra-
tiocin.c.39.n.16.in fin.

Secundo quo ad alia bona, de quibus in eadẽ ſen-
tentia. Dixi etiã illã reuocandam non obſtante,
quod præſupponeretur nos eſſe in bonis ſecun-
12 di conductoris, † quo caſu quamuis illa non
cenſeantur hypothecata vero domino ſecundũ
opinionem *Roman. ſing. 391. inuecta & illata*
per tex.in l.ſi in lege. §. colonus ff.locat. Tamen
contrarium eſt verius ſaltem pro ea parte, qua
ſecundus inquilinus domum conduxit *Soccin.*
reg. 192. limit. 6. per tex. in l.ſolutum. §. ſo-
lutam.de pignor. action. Add. ad Rom. d. ſing.
13 *391.* † Intelligendo dummodo ſecundus in-
quilinus non haberet gratuito à primo condu-
ctore *l.ſi gratuitam alias incip. pomponius ſcri-*
bit.in princ.ff.quib.mod.pign.uel hyp.o.tacit.con-
trah.

Præterea contraria opinio procedit in prædijs ru-
ſticis, in quibus nõ ita facile inducitur hypothe
14 ca, † prout in vrbanis, in iſtis enim ſit tacita re
conductio, cum ſecus ſit in ruſticis *l. item quæ-*
ritur.§.qui impleto.ff.locat. Neque obſtat *d. §.*
colonus, Nam ibi non obligantur tacite bona
ſecundi conductoris domino, quia iam erant
expreſſe obligata primo conductori, vt dicit
Bart.in d.§.colnnus.Gomeſ.in §.item ſeruiana.
n.2.instit.de action.Neguſ. de pignor. p. 2. m.4.
n.135.cum alys per Ceual.*q.202.n.2.*

Tertio quo ad res alienas inuectas in domo patiẽ
15 te domino † dixi eſſe obligatas pro penſione
gloſ.in l.certi iuris. in uerb. nam ea quoque ad
fin. C. locat. Neguſ. de pignor. par. 2. in princ.
m.4.n.152. vbi teſtatur de magis communi, &
vera opinione. Nam licet præſens, & tacens non
16 videatur conſentire in his, † quæ tendunt ad ip
ſius damnum *Alex conſil.80.uiſo proceſſu cauſa*
col.penul.ad med.uerſic.non obstat etiam nu.13.
lib. 4. Tameſi quia hic ſumus in actu eius qua-
litatis, quem poſsẽ prohibere prout eſt pignus,
& hypotheca, tunc videtur conſentire *gl.per il-*
lum tex.in l.caius de pignor. actio.l. titia & l.
lucia.de leg.2.Cin.in l. inuitus. C. de procura-
tor. Din. in reg. is qui tacet. de regul. iur &
ſecundum hanc diſtinctionem coprnrobari hu-
iuſmodi ſententiam dicit *Ceual. q. 202. in fine*
n.9.poſt Alex.conſil.131.in cauſa vertente. n.5.
lib.2.col.2.verſic.item quia extat. licèt contra-
rium indiſtinctè ſequatur *Morla.q.4. tit.10. de*
locat.& conduct.n.8.in fi.

Contrarium autẽ procedit in actu, celebrato me
præſente, & tacente illius qualitatis, qui pote-
17 rat fieri etiam me inuito, † tunc enim non vi-
deor cõſentire, prout dicimus in executore te-
ſtamenti, qui etiã præſens, & tacens non vide-
tur acceptare officium *Abb.in c. ioannes 19. in*
gloſ.in verb.mandatum.num.3.de teſtam. & ibi
Couar.n.4.verſic.quinimo etiam.per l. filiusfa-
milias. §.inuitus.C. de procurat. l.ſi de meis.§.
recipiſſe de arbitr. Iacob. Canib.de executor.
ultim volunt. par. 1. q. 4. in fin. tract. lib. 7.
Dummodo non ſimus in coniuncto, qui præſens
18 electus, † ſi taceat tenetur acceptare *Bald. in*
l.inuitus.colum.1.in fin.num.3.C.de procurator
Rom.in l.ſeruus communis.de donation.int.uir.
& uxor.Iaſ.in l. qua dotis. num.27.ſolut.ma-
trim. Graſſ. in §.exequutor vltimarum volunt.
q.3.n.6.

Idem eſt in compromiſſario, qui præſens, & tacens
19 non videtur acceptare compromiſſum † *Imol.*
*in c.quintaualis. diſſer.19. de iur.iuran.*M.An-
ton.

ton. de compromiſ. p.1. q.1. nu.36. Couar.in c.
ioannes.nu.4. de teſtam.
Prout etiam in cõſtitutione procuratoris præſen-
20 tis,†qui habetur pro inuito,non conſentiente,
dummodo non ſit coniunctus,vel multum ami-
cus, vel eſſet conſtitutus apud acta,tunc enim
tacitè videtur conſentire Iacob.Rauen.& alij
allegati per Bald. in l.inuitus.n.3.col.1. in fin.
verſ.& quaro quidam.C.de procur.
Verum quia in caſu,de quo agebamus nõ fuit cõ
cludenter probata iſta qualitas præſentię,& ta
citurnitatis Domini quo ad res alienas inue-
ctas, & illatas in domũ conductã,prout requi-
rebatur tanquã fundamentum ſuæ intentionis
l.verius. de probat. gloſ.in l.eum actum.de neg.
geſt. Bart.in l.is poteſt. de acquir. hared. Pariſ.
conſ.12.nu.58. lib. 1. Ideo quo ad huiuſmodi
bona confirmaui ſententiam D. Iudicis à quo
declarando non eſſe comprehenſa ſub iſta taci-
ta hypotheca pro penſione domus. Teſte enim
fuerunt examinati ſine iuramẽto,ideò non pro-
bant l.teſtium.C. de teſtib. l.iuſiurandi. C.eod.
tit.Bart.in l.admonendi.n.34.de iur.iur.
Nec facit quod in primo examine teſtes iurane-
rint. Quia cum non fuerint examinati ſuper
21 interrogatorijs datis à parte † eorum depoſi-
tio non attenditur Doct.in c. cũ cauſam.37. de
teſtib Maſquard.de probation.concluſ.684. n.3.
Neq; obſtat,quod teſtes fuerint repetiti cum in-
22 terrogatorijs, quo caſu probant † Felin. in c.
cum cauſam.col.10.notab.6.nu.8. de teſtib. Ru-
in.conſ. 35.n.4.lib.4.Gabr. conſ.118. num. 69.
lib. 2. Grauat. ad Veſtr. lib.6. c.2.de teſtib.&
eorum inductione.nu.56.Rota diuerſor.deciſ. 84.
p.3. lib.1. Quia ſtante proteſtatione,de qua in
actis,quod teſtes debeant examinari prius ſu-
per interrogatorijs,quã ſuper capitulis,& de-
23 creto Iudicis mandãtis ita examinari;†verior
eſt opinio, quod examen ſit nullum,neq; ſit lo-
cus repetitioni,quamuis de æquitate, non exi-
ſtente proteſtatione nullitatis,valeret examen,
& teſtes probarent,ſi repeterẽtur Burſat. conſ.
358.n.10.lib.4. & ita in Rota ſæpè deciſum te-
ſtatur Farinac. q. 73. de oppoſit. contra dicta
teſt. num. 6.
Præterea quamuis teſtes,de quibus agitur proba-
24 rent ſtante prætenſa repetitione: † Tamen nõ
conſtat,quod iurauerint, cum etiam iuſiuran-
dum requiratur quando teſtes repetuntur c.
fraternitatis.17. in fin.de teſtib.Bald. in l.fin.
nu.6.C.eod.tit.Alex.in l.qui bona.§.ſi quis ſti-
pulatus.in fin.n.7.de damn.infect. Quoniam in
primo iuramento non eſt cogitatum de iſta no
ua diſpoſitione,& quia fides teſtis non eſt ſẽper
in eodem ſtatu,prout neque eſt eadem qualitas
illius l. 3. §. dua autem ſunt cauſa. de carbon.
25 edict. Bald.in l.fin.nu.6. C. de teſtib. † Quic-
quid aliud ſit in declaratione facienda per te-
ſtem, in qua non requiritur aliud iuramentum
Caſtrenſ.in auth.hodie.C.de iuram.calum.Soc-
cin. conſ. 214. in cauſa bonofrij. col. penul. in
princ. verſ.vnde videmus quod ſi teſtis.num. 7.
lib.2. Curt. Iun. in l.ſi quis intentione ambi-
gua. n.18. ff.de iudic.Salic.in l.vlt.in fin. verſ.
26 quaro an iſti teſtes.n.6.C.de teſtib.† quaſi tũc
declarans nihil de nouo inducat l.haredes pa-
lam.§.ſed & ſi notam.ff. de teſtam. Itaut neq;
requiratur citatio pro facienda dicta declara-
tione Roman. conſ. 482.in caſu pramiſſo.col.2.
in fin.verſ.item videmus. nu.8.
Præſertim quia iuramentum non fuit prius gene-
27 raliter præſtitum ſuper tota cauſa, † quo caſu
deberet denuo præſtari, cum illud primum ius
iurandum non poſſit extendi ad ea,quorũ gra-
tia teſtes repetuntur,quaſi aliud ſit quando te-
ſtes iurarunt dicere veritatem ſuper articulis,
& tota cauſa,quia tunc comprehenduntur etiã
interrogatoria: Ideo nõ eſt adhibendum aliud
iuramentum tanquam non neceſſarium, & ſu-
perfluum quod eſſe non debet c. ſi Chriſtus. de
iur.iur. prout in terminis de interrogatorijs
latè concludit Piſtor. quaſt. Iur. Roman. &
Saxon. cap.41.n.4. & ità loquitur Abb. in c.
fraternitatis.17. nu.1. & ibi etiam Felin.in 2.
notab. col.1.ad med. nu.2. de teſtib. Quamuis
etiam poſſet defendi,quod teſtis licèt iurauerit
ſuper tota cauſa,debeat nihilominus etiam de-
ponere cum iuramento ſi contingat illum repe
ti propter temporis interuallum ſecundũ Bald.
in d.c.fraternitatis. n.1. vbi loquitur de teſte
examinato in prima inſtantia ſuper certo arti-
culo,qui ſi iterum examinetur ſuper incluſis in
primo iuramento debet iterum iurare,& ſequi
tur ibidem Imol.n.4.verſ.& forte etiam poſſet
dici. & Pariſ.nu.5.Campeg. de teſtib. reg. 170.
fallen.11.Gail.obſeruat.101.in fin.n.16. lib.1.
Farinac. q. 74. de oppoſit. contra examen te-
ſtium. num.53.
Eo magis, quia licèt eſſet probata d.ſcientia, &
taciturnitas Domini. Tamen illa non ſufficeret
vt res aliena cenſeatur obligata pro penſione
domus, cum etiam ſit neceſſariũ probare fuiſ-
ſe inuectam,vt deberet ſtare perpetuo,ideſt to-
to tempore conductionis in domo conducta.
Caſtrẽſ.in l.item quia.de pact.Afflict.deciſ.184.
28 Ad exemplum veſtis datæ ſartori,†quæ nõ eſt
obligata pro penſione domus,quia non fuit tra
dita animo, vt ibi eſſet perpetuo,ideſt durante
locatione Io. Fab. in §.item ſeruiana. inſtit. de
29 action. † Dummodo non ſint bona vxoris,quę
licèt ſint inuecta in domũ per maritum condu-
ctã,vt ibi perpetuò maneant,nõ ſunt tacitè hy-
pothecata Bald.in l.ſi aduerſarius.C.ad velle-
ian.Vrſil.ad Afflict.deciſ.184.vbi quid in caſu,
in quo eſſet facta locatio vtrique. Et dummo-
do ceſſet fraus, nam ſi fuerit cõmodata res in-
30 quilino, † vt appareret ditior ad alliciendum
locatorem ad locãdum daretur tunc tacita hy-
31 potheca,vt per Afflict.ibid.in fin.†Et dummo-
do ex qualitate bonorum non cognoſcatur il-
la fuiſſe aſportata, vt ibi perpetuò ſint Iaſ. in
§.item ſeruiana.& ibi Aret. inſtit.de action.
Quartò quo ad penſiones debitas pro tempore ta
citæ reconductionis Declaraui non poſſe execu
32 tiuè agi virtute obligationis cameralis,†quã-
uis conductor in inſtrumento locationis factæ
ad

Digitized by Google

ad certum tempus obligauerit ſe in forma ca-
meræ cum iſta obligatio ſolum intelligatur pro
tempore,quo durauit prima cōductio,non pro
eo in quo fuit perſeueratum per modum tacitę
reconductionis ad *tex.in l.item quæritur.§.qui
impleto.ff. locat.* Ratio eſt , nam quamuis cen-
ſeatur facta reconductio cum iiſdem qualita-
tibus,itant elapſo termino per tacitum conſen-
ſum renouetur . Tamen hoc eſt verum quo ad
33 ea. † quæ renouari poſſunt per ſolum hominis
intellectum , ſecus ſi vltra aliquid requiratur
ad quod non ſufficit tacitus intellectus , prout
in ſpecie concludit *Bald. in l. legem* C. *locat.
Iaſ.conſil.49.videretur prima conſideratione col.
vltim.in fin. verſic. ſecundo dicitur. lib. 3.* vbi
loquitur in caſu obligationis cameralis *Afflic.
deciſ.365.per inſtrumentum.in fi.n.15.Cauar.
& alij allegati per Galleſ. de oblig. camer.q.5.
de ui inſtrum.oblig.camer.fol.113.num.14.* vbi
teſtatur ita fuiſſe iudicatum. Et idem eſt in in-
34 ſtrumento Guarantigiæ , † Nam vbi requiri-
tur inſtrumētum requiritur viſus *l.1.de his quæ
in teſt.delent.* & ideo tacita reconductio nō eſt
ſub forma ſcripturæ , ſicut eſt prima , & ſic re-
nouatur tacitè,non ſcribitur tacitè,quia ſcrip-
tura debet oculis videri,& legi , & non ſufficit
intellectus ſeparatus ſine corporalibus organis
Bald.in l.legem in princ.C.locat.

Aliud eſſet ſi fieret expreſſa prorogatio locatio-
nis,tunc enim remaneret eadem obligatio etiā
35 cameralis,& executiua, † itaut neq.cenſeretur
remiſſum vinculum iuramenti,ſed duraret,pro-
ut dicimus in prorogatione ſolutionis *Bart. in
l.1.§.& poſt operis. de nou. oper. nunc. Bald.in
l.acceptam.n.17.C.de uſur.Felin. in c.1.de iur.
iur. col.2. verſic.ſed contrariam partem* Quia
prorogatio extēditur quo ad omnia, etiam ac-
36 ceſſoria obligationis,† dummodo dependeant
à uoluntate partium,vt iuramentum,pignora ,
& ſimilia,cum ſecus ſit quo ad extrinſeca,& ex
tranea, vt in fideiuſſore *Innoc. in c. cum. inter.
de re iudic.Io.Andr.in cap. præterea. de appell.
Cappell.Tholoſ.deciſ.182. Dec.conſil. 93.pro te-
nui.in princ.& n.3.& 5.Mandoſ.reg.34.de an-
nal.q.76.n.2.*

Intelligendo quod dictum eſt de fideiuſſore,vt di-
catur liberatus,ſi eius obligatio eſſet ad certum
37 tempus;† puta ad annum,prout cū de hoc du-
bitaretur Dixi verius eſſe,ex quo enim facta eſt
prorogatio temporis,non eſt ęquum illum tene
ri in actu,in quo non interuenit,cum ſe obliga-
uerit ſolum pro præciſo tempore. Aliud tamen
eſt,ſi eius obligatio fuit ſimplex,& puta,quam-
uis enim differetur ſolutio ad tēpuſſ, vel in diē,
38 eſſet nihilominus fideiuſſor obligatus,† neq.li-
beraretur facta prorogatione ſine eo.Quoniam
poſt tempus etiam teneretur,quāuis nulla adeſ-
ſet prorogatio *Hoſtienſ.& alij in c.conſtitutus
de fideiuſſorib.Bar.in l.labeo.§.1.de arbitr.Auf-
fr.ad deciſ.Capp.Tholoſ.182.Galleſ.de vi.inſtr.
oblig.camer.n.22.f.113.*

Non obſtat *Marſil.in rubr.de fideiuſſor. q.9.n.97.
col.18.* vbi tenet fideiuſſorem teneri pro prima
39 reconductione tacita , † ſi poſt finitum tempus
expreſſum in locatione conductor perſeuerauе
rit,licèt non pro alijs reconductionibus,vt infi-
nitas euitetur per *l.bouet.§.hoc ſermone de ver.
ſignif.*

Quia contrarium eſt verius,vt dicit *Bart.in l.item
quæritur.§.qui impleto.ff.locat.Bald. in l.ſi cum
40 hermes.C.eod.tit.*† Cum prorogatio ſolū opere
tur quo ad prorogantes *Iaſ.in l.1.n. 18. col.pe-
nult.ad med.C.de iudic.*& obligatio fideiuſſoris
ſtrictè intelligatur *l. ſi pignori. de fideiuſſor. &*
quia in prorogatione nullus extitit conſenſus
fideiuſſoris , qui requiritur , vt pro alio obli-
getur *l.blanditus.C. de fideiuſſor.Roland.conſil.
58.n.10.lib.1.* & hanc eſſe veriorem , & magis
communem dicit latè *Rot.Genuenſ.deciſ.13.per
tot.*

Quinto & vltimo quāuis cenſeretur repetita obli
gatio cameralis,tamen nihil operabatur ex quo
41 non apparet de illius extenſione,† prout requi-
ritur in inſtrumento celebrato extra Curiam,&
quando partes nō conſenſerunt relaxationi mā-
dati exequi vnica citatione præcedente *Galleſ.
ad form.oblig.came.p.3.de proceſſu ipſo.n.4.Rot.
coram* R.P.D. *Penia Romana palatij cāpi flora
16.nouem.br.1588.poſt Rot.ibi allegatam deciſ.6
de offic.deleg.in nou.Creſcent.deciſ.197.alias 23
de cōceſſ.præbend.*& quod ſit formaliter faciēda
extenſio alias proceſſus nihil operetur *eſt deci-
ſio Rot.coram.*R.P.D. *Robuſterio in cauſa Aqui-
lana bonorum.7.nouemb.1576.*

E P I T O M E.

Per prohibitionē expreſſam de non alienando tam ratione temporis, quàm conſenſus requiſiti per teſtatorem in alienatione facienda An mortuis illis quorum conſenſus requirebatur poſſit inſtitutus bona liberè alienare. Quando ſit probandum bona petita fuiſſe in dominio teſtatoris,qui fideicommiſſum reliquit.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutus poteſt liberè alienare mortuis illis quorum conſenſus requirebatur in alienatione facienda.Fallit.n.3.4.& 5.*

2 *Prohibitio temporalis inducit permiſſionem poſt tempus.*

6 *Exceptio dubia no releuat.*

7 *Temporis limitati natura non operatur ob impedimentum prohibitionis legalis.*

8 *Emptores bonorum alienatorum conueniri poſſunt per ſubſtitutum euenіente caſu fideicommiſſi.*

9 *Probandum eſt bona fuiſſe in dominio teſtatoris,qui fideicommiſſum reliquit. Contrarium quod ſufficiat probatio poſſeſſionis . n. 10.Declara.vt n.13.*

11 *Præſumitur quis poſſidere,vt dominus, & proprio nomine non alieno.*

12 *Tertius poſſeſſor habens cauſam ab herede grauato non poteſt refricare quæſtionem dominij, prout ipſe hæres.*
14 *Probatio quæ vincit auctorem debet etiam vincere ſucceſſorem.*

CAPVT LXIX.

PEr prohibitionē expreſſam de non alienā-
do, non ratione temporis puta vſq; ad 25.
annum, ſed ratione conſenſus aliquorum requi
ſiti per teſtatorem in alienatione facienda, an
mortuis illis, quorum conſenſus requirebatur
poſſit inſtitutus bona liberè alienare. Quod poſ
1 ſit faciebat ratio, † quia cum in certo caſu fue-
rit prouiſum per prohibitionem alienationis
limitatam ad vitam alicuius, videtur poſt eius
mortem data facultas liberè alienandi, eũ pro-
uidens nedum cenſeatur velle, quod ceſſet pro-
uiſio in caſu omiſſo, ſed etiam videtur voluiſ-
ſe in eo vendicare locum cōtrariam diſpoſitio-
nem *Alex. conſ. 158. ab unde. num. 9. verſ. quinto. col. 3. in fin. lib. 6. Surd. conſ. 294. n. 8. lib. 2.* Vn-
de fideicommiſſum erit ſolum reſtrictũ ad bo-
na nō alienata iuxta *l. titius. ff. ad trebell. auth. niſi rogatus. C. eod. tit. Ruin. conſ. 76. n. 8. lib. 2. Pariſ. conſ. 25. n. 24. lib. 2.* & in ſpecie eſt deciſio
Rot. per Card. Plat. 2. maij. 1588. & corā. R. P.
D. Rubeo. *Peruſina bonorū. 13. mart. 1587. Crot. conſ. 61. Ruin. conſ. 132. col. 1. lib. 2. Soccin. iun. conſ. 188. n. 12. lib. 2.* qui omnes mouentur per
2 eandem rationem, † quod prohibitio tanquam
temporalis poſt tempus inducat permiſsionem
l. imperator. § fin. de leg. 2. Bart. in l. pater. §. filium. de leg. 3.
Prædicta tamen Dixi procedere in caſu ſimplicis
3 expreſſæ prohibitionis, † ſecus ſi adeſſet duplex
prohibitio legis tacita, & hominis expreſſa;
Quia licèt iſta ceſſet, non tamen ceſſabit tacita
per quam impeditur alienatio; Vnde quia in
fideicommiſſo reſultat tacita prohibitio alie-
nationis ex *l. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. commun. de legat.* procedet fideicōmiſſum quã-
uis mortuo eo ceſſauerit expreſſa prohibitio
teſtatoris, neq; ideo cenſebitur filijs data facul
tas alienandi poſt mortem illius, cù remaneat
tacita prohibitio legalis ad fauorem ſubſtitu-
torum: ita in ſpecie concludit *Caſtrenſ. conſil. 263. circa primum. lib. 2. n. 3. verſ. ſed ad primũ reſpondetur. Dec. conſ. 386. licèt in cōtrouerſiis. col. 1. in fi. & col. 3. verſ. tertio & vltimo. Gabr. conſ. 123. col. penul. lib. 1. n. 41. Peregr. de fideicom. art. 40. n. 63. & 65. in 3. difficultate. Soccin. Iun. conſ. 130. n. 6. cum ſeq. lib. 1. Ceph. conſ. 153. n. 42. lib. 2.*
Verum eſt quod *Surd. conſ. 294. num. 5 & per tot. lib. 2.* multa adducit contra huiuſmodi opinio-
4 nem probando, † quod iſta prohibitio tacita le
galis, quæ oritur ex fideicommiſſo non debeat
obſtare, quando teſtator permiſit alienationē,
prout cenſetur permiſiſſe propter præciſam na
turam temporis limitati, quod poſt illud inclu-
dit permiſsionem, itaut tali caſu perinde ſit, ac
ſi fuiſſet ſolum factum fideicommiſſum, ſi non
ſequatur alienatio; Vnde poterit liberè aliena-
ri ex voluntate teſtatoris, qui poteſt tollere iſtã
tacitam prohibitionem legis reſultantem ex fi-
deicommiſſo, prout in ſpecie concludit *Berou. conſ. 86. nu. 24. lib. 2. Rum. conſ. 76. lib. 2.* cum
alijs latè per *Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 17. n. 11.* & ita ſæpius indica-
tum teſtatur Idem *Surd. deciſ. 75. n. 7. latè Menoch. conſ. 151. nu. 35. vſq; ad nu. 50. lib. 2.* vbi
intelligit *Caſtr. Socc. & alios allegatos* loqui
in caſu, in quo expreſſa prohibitio teſtatoris
erat ad fauorem agnatorum. Et latius Idē *Menoch. conſ. 152. n. 60. vſq; ad n. 68.* vbi reſpon-
det omnibus *per Manfred. de attentat. lib. 1. p. 6. nu. 5. cum ſeq.*
Non tamē eſſet tutum recedere à prima opinione
quod tacita legis prohibitio obſtet alienatio-
5 ni, † cum ſit magis cōmunis, vt teſtatur Idem
Surd. conſ. 294. in fin. nu. 29. & ita ſeruatur in
Rota vt per *Card. Seraphin. 17. nouembris. 1597. Romana fideicommiſsi de Cenciis. Card. Pamphil. 10. nouembris. 1602. Maxtis falſes fideicommiſsi.* R. P. D. *Rubeus. 14. martij. 1586. Bononien. fideicommiſsi de Sancto Petro.* Etenim
prohibitio alienãdi eſt ordinata ad vtilitatem
ſubſtitutorũ, vt bona conſeruentur; Vnde non
eſt capienda coniectura, vt poſt tempus volue-
rit permittere alienationem in interitum fidei-
commiſsi *l. legata inutiliter. de leg. 1.* cũ enim
cōſtet de claro fideicommiſſo, illa tacita per-
miſsio alienationis, quæ colligitur, nō eſt adeo
aperta, vt poſsit elici efficax fundamentum cō-
tra res iam ſuppoſitas expreſſe fideicommiſſo,
6 vnde tanquam dubia exceptio non releuat † *l. in exceptionibus. de probat. Io. de Anan. inter conſ. Caſtrenſ. 261. viſis & conſideratis. col. 2. in princ. verſ. & etiam ſi rectè. lib. 2. Aim. conſ. 201. nu. 29.* Et ſic non obſtat natura temporis
7 limitati, † quæ non operatur ob impedimentũ
prohibitionis legalis *Soccin. Iun. conſ. 130. n. 8. lib. 1. per l. qui teſtamento. in princ. de teſtam. Dec. Gabr. & alij ſupra allegati,* qui reſpondēt
omnibus adductis in contrarium.
Ex quibus Dixi concludendum pro inualiditate
alienationis, de qua agebatur in cauſa filiorũ,
& hæredum q. Franciſci mihi delegata. Ideo
8 rectè fuiſſe † conuentos emptores bonorũ alie-
natorum per ſubſtitutum, cum euenerit caſus
fideicōmiſsi *l. fin. §. ſed quia noſtra. C. comm. de legat. Peregr. de fideicom. art. 40. n. 1.*
Neq; obſtat non fuiſſe probatum quod bona peti-
9 ta erant in dominio teſtatoris, † qui fideicom-
miſſum reliquit, prout requirebatur *Alex. cōſ. 82. perſpectis. col. fin. n. 13. lib. 2. Aim. conſ. 316. col. vlt. dub. 9. nu. 5. Bald. conſ. 84. res prohibita alienari. ad fin. lib. 1.* Quia cum conſtet de
10 poſſeſsione tempore obitus ipſius, † ſufficit iſta
probatio *Aim.* in ſpecie *conſ. 61. nu. 6. in fin. poſt Bald. conſ. 351. materia feudorum. in fin. lib. 1. Decian. conſ. 76. n. 8. lib. 3. Pariſ. conſil. 45. num. 20. lib. 2. Cardin. Mantic. Simon. de Pret. Roland. & alij per Surd. conſ. 568. nu. 14. lib. 4.*
Præ-

Præſumitur enim ex ea rē fuiſſe in bonis teſta-
toris,niſi contrarium probetur. Ratio quia in
11 dubio credendum eſt† quod quis poſſideat vti
dominus,& pro ſuo nomine,non alieno *l.titia.*
de ſolution. Alex. conſ.136. viſo & examina-
to.n.2.verſ.ſed præmiſsis non obſtantibus.col.2.
lib. 1. Doctor.in l.2.C.de acquir.poſſeſſ. Maxi-
me quãdo tertius poſſeſſor haberet cauſam ab
12 hærede grauato,†qui nõ poſſet refricare quæ-
ſtionē dominij,prout ipſe hæres *Caſtrenſ.conſ.*
94. clarum. in fin.lib.2.Aim.conſ.316. col. vlt.
in fi.verſ.ſed iſtud de probatione. Ruin.*conſ.40.*
nu. 4. lib. 4. Peregrin. art. 44. de fideicomm.
*nu.6. 14.& 26.*vbi quod non eſt probandum
13 dominium,†niſi actor ſe aſtrinxerit ad iudiciũ
rei vendicationis, & in alijs caſibus de quibus
per eum, cum non debeat eſſe melioris condi-
tionis ſucceſſor , quam auctor. *l.fin. §. vlt.ad*
14 *velleian.* Probatio enim† quæ vincit auctorem
debet vincere ſucceſſorem *Alex.conſ.90.in cau*
ſa & lite. nu. 20. in vlt.dub.col.fin. lib.6. Soc-
cin. conſ.46.n.1.ad med.lib.3.

E P I T O M E.

Legatum quantitatis præſtandum duobus an debeatur cuilibet inſolidum.Copulatiua,&,quando diuidat pro medietate , & quid in dictionibus item, cum, amplius, verum , & ſimilibus . In materia emphyteuſis,aut ſeudi,ſeu aliarum inſtitutionum,an quis cenſeatur vocatus ordine ſucceſsiuo. Legatum in quibus caſibus ſit ampliandum . Electio in alternatiuis an ſpectet ad legatarium . Dictio necnon an habeat incluſam copulam. In vno copulatorum quando cenſeantur repetitæ qualitates,& conditiones. Legatum pluribus nomine collectiuo, vel diſtributiuo,an debeat intelligi pro æquis portionibus.Vxor an habeat ſolum alimenta quãdo ei fuit relictus vſusfructus cum filijs .

S V M M A R I V M.

1 *Legatum quantitatis præſtandum duobus non intelligitur cuilibet inſolidum , ſed pro æquis portionibus,& num.27.& 28.Amplia vt nu. 33. 35. 52.*

2 *Hæres in dubio cenſeri debet minus grauatus .*

3 *Legatum quando ſit ſtrictè interpretandum quamuis factum coniunctio , & num. 4. 5. 6. 7.& 8.*

9 *In alternatiuis quando electio ſit hæredis , & num.10. & 11.*

12 *Verba ſunt interpretanda ad fauorem cuius apponuntur.*

13 *Affectio an cadat in ſumma, & quantitate.*

14 *Copulatiua,& diuidit pro dimidia, & n. 61.*

15 *Iuspatronatus relictum* Epiſcopo *, & ciuibus intelligitur pro medietate .*

16 *Rector,& vniuerſitas habentes facultatem eligendi notarium habebunt æqualem vocem.*

17 *Inſtitutio de primo fratre,& filijs fratris intelligitur, vt primus habeat ſemiſſem,& filij tantundem. Fallit num.19. & 20.*

18 *Teſtes deponentes plures inſtitutos licet non recordentur de portionibus intelliguntur æqualiter.*

21 *Inſtitutio copulatiua plurium inter quos cadit ordo charitatis intelligitur ſimul non ordine ſucceſsiuo quidquid ſit in inſtitutione facta ex ordine neceſsitatis. & n. 22. & 23. et quid in feudo,et emphyteuſi,n.24.et 25.*

26 *Dictio cum,magis copulat quã dictio. et,n.34.*

29 *In ſtipulationibus ſit ſtricta interpretatio , et contra ſtipulantem,ſecus in teſtamentis.n.30.*

31 *Dictio necnõ reſoluitur in dictionē,et, ideo repetit omnes qualitates præcedentes. & nu.32.*

36 *In vno copulatorum cenſētur repetitæ qualitates,quæ reperiuntur in altero,n.37. & 38.*

39 *Vna determinatio reſpiciēs plura determinabilia debet pariformiter determinari.& n.40.*

41 *Si legatus fuerit fundus ſi nauis ex Aſia venerit,& domus ; cenſetur cum eadem conditione relicta domus,prout fundus.& n.47.*

42 *Conditiones duæ poſitæ coniunctiuè debent ambo verificari,neq; ſufficit vnam impleri,ſecus in alternatiuis.*Declara *vt n.43.et 44.*

45 *Solemnitas requiſita in vnione beneficiorũ facienda ſeminario iuxta* Cõcilium *erit neceſſaria in detractione fructuũ ex alijs beneficijs .*

46 *Teſtator ſi relinquat fructus certi fundi,et viginti , ſicut præſtantur fructus quando colliguntur,ita etiam viginti.*

48 *Legatum vſusfructus vxori reſtringitur ad alimenta extantibus liberis .* Fallit *ſi relinquatur vſusfructus cum filio. nu.49. Amplia vt n.50.& 51.*

52 *Legatum alimentorum factum* Titio *cum familia debetur etiam familiæ,itaut* Titius *nõ poſſit in eiuſdem familiæ præiudicium renunciare .*

54 *Legatum pluribus nomine collectiuo an intelligatur pro æquis portionibus.n.59.et 60.*

55 *Indefinita quando æquipolleat vniuerſali collectiuæ,vel diſtributiuæ.n.56.et 57.*

58 *Legatum filiabus naſcituris intelligitur inſolidum, et æquipollet vniuerſali diſtributiuæ .*

62 *Dictiones item amplius,uerum,ultra,& ſimiles ſunt repetitiuæ eiuſdem conditionis .*

C A P V T LXX.

Legatum de ſcutis quingentis præſtandum
Mario,& Franciſco Declarani non cenſeri
1 factum cuilibet inſolidum:†Nam cum ſimus in
eadem oratione intelligitur coniunctim, & col
lectiuè,non diſtributiuè,itaut fiat diuiſio inter
2 ambos benignè interpretando,† vt minus cen-
ſeatur grauatus hæres *l. cum qui ita. in princ.*
in 2. reſp. de verb. obligat. l.ſi quis teſtamento.
82.in princ. ubi Iaſ. *de legat. 1. l. media. in*
princ.de leg.2. Alex. in l.ſtipulatio iſta habere .
*§.in ſtipulationibus.de uerb.obligat.*Card. Mã-
tic.de coniect.ultim.uolunt.lib.7.tit.1. nu.27. et
lib.9.tit.3.n.28.
Prout regulariter legatum debemus ſtrictè inter-

3 pretari † *l. vnum ex familia. §. ſi rem. de leg. 2. l. nummis. 73. de leg. 3. Dec. in l. in teſtamentis. de reg. iur. Aim. conſ. 86. n. 7. Iaſ. in l. manumiſ-ſiones. in fin. de iuſt. & iur. Natt. conſ. 420. n. 27.*
4 Itaut neq; affectionis, † vel conſanguinitatis ra
tione legatum ſit ampliandum, niſi ad fauorem
patris legatarij, cum minor coniunctio non effi
ciat, vt recedatur à regula, quæ vult minus gra-
uandum eſſe hæredem; Vnde videmus quod cō-
tra vxorem potius reſtringitur ad fauorem hæ-
redis *l. qui concubinam. §. 1. de leg. 2.* Quidquid
dixerit Roman. *ſing. 643. per l. cum rem. C. de
legat.* per quam licet coniunctio faciat valere
5 legatum aliàs inualidum, † non tamen per hoc
facit, vt latius interpretemur, prout ita in ſpe-
cie cōcludit Gabr. *conſ. 98. in fin. lib. 1.* vbi etiã
quod quando aliquo modo apparet de volun-
tate teſtatoris, neq; in fauorem patris debe-
mus latius interpretari legatum.

Quamuis hoc non ſit tutum cum videatur verior
opinio, quod ex charitate, & coniunctione le-
6 gatarij † debeamus plenius interpretari legatũ
l. ſi ſeruus plurium. 53. §. vlt. de leg. 1. l. aurelius. 29. §. titius teſtamento. de liber. legat. Roland. conſ. 16. n. 38. lib. 3. Natt. *conſ. 296. in fin. nu. 6. lib. 2.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. n. 23.* vbi quod prædicta ſunt intel-
ligenda tam ad fauorem patris legatarij, quàm
aliorum coniunctorum *Fulgoſ. conſ. 40. nu. 2. in fin.* Aim. *conſ. 297. nu. 1. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus.* Quidquid aliter dicãt *Dec. cōſ. 92. nu. 1. verſ. tertio facit. & in fin. & Pariſ. conſil. 58. n. 27. & 28. lib. 3.* Quia ſunt ſibi contrarij
cum Dec. aliter ſenſerit *conſ. 66. col. 3. ad med. verſ. & potius tolerare poſſunt. & cōſ. 289. col. 2 in fin. verſ. cõſtiuo coadiuuantur.* prout etiam
7 *Pariſ. conſ. 80. n. 44. lib. 2* † Et ita eſſe tenendum
ſtante coniunctione legatarij dicit *Cephal. conſ. 644. nu. 24. Socc. conſ. 167. nu. 11. lib. 2. Menoch. de arbitr. q. 99. n. 15. Surd. conſ. 72 nu. 16. lib. 1. & de alim. tit. 9 q. 30. n. 9.* Itaut huiuſmodi am-
8 pliatio ſit faciẽda ad fauorem legatarij, † quã-
uis plures res ei fuerint relictæ; Quidquid con-
trarium ſentiat *Cephal. conſ. 14. n. 21.* vbi ſolum
intelligit in vnico legato, cum cõtrarium dicat
eſſe verius Cardin. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 11. n. 26 verſ. ſed ego ſubſiſto. per tex. in l. vradia. §. aſſinit. de fund. inſtr.*

Idem Dixi ſi fuerint relicta quingenta, aut ſexcen
9 ta: nam perinde eſt, † ac ſi quingenta ſola legata
ſint, quia hæres eligit *l. ſi ita relictum. 44. §. vlt. de leg. 2.* Card. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 3. n. 27.* Licet enim in *l. lucio. 23. eod. tit. de leg. 1.* dicatur, quod electio in alternatiuis ſpe-
ctet ad legatarium; Tamen ille tex. procedit
10 quia verba executiua † non ſunt directa ad hæ-
redes, ſed ad legatarium, cum teſtator dixerit,
vendicato, vel percipito rem iſtam, aut illam,
tunc enim in vẽdicando videtur dediſſe electio-
nem legatario *l. plane. §. fin. de leg. 1. Sim. de Pret. interpret. vltim. volun. 1. dub. 3. ſolut. 4. fol. 14. n. 13.* Aliud ſi dictum fuerit hæres dato,
11 quia in dando videtur data electio hæredi, † &
ita loquitur *tex. in l. ſi ita §. fin. de leg. 2.* prout
ita diſtinguit *gloſ. in d. l. lucio. in verb. vẽdicare. de leg. 1.* & ibi etiam notat *Florian. nu. 5. verſ. concludo ergo.* vbi quod tam in contractibus,
quàm in vltimis voluntatibus attendendũ eſt,
ad quem verba executiua ſint directa, vt illius
ſit electio *l. ſi ita diſtrahatur. 25. & l. ſi in emp-tione 34. §. ſi emptio. de contrahen. empt. Spin. de teſtam. gloſ. 6. n. 34. verſ. ſed nõ extra rem erit.*
12 Nam debemus verba interpretari pro eo, † ad
cuius fauorem apponũtur *l. nec ſemel. 12. §. ſed & ſi quotannis. quand. dies leg. ced.* cum diſtin-
ctionibus, de quibus per eundem *Florian. in l. ſi ita relictum. § fin. de leg. 2.* vbi quid in alterna-
tiua ſummarum, vel temporũ, vel in ſpeciebus,
13 inter quas poteſt cadere affectio, † cum in ſum-
ma & quantitate non cadat, niſi ratione perſo-
næ, cui debet ſolui, vel loci in quo eſt facienda
ſolutio, de quibus multa *Gin. in l. cum quidem. n. 8. col. vlt. in fin. C. de verb. ſignif. late Sim. de Pret. de interpret. vlt. volun. lib. 1. ſolut. 3. dub. 3. fol. 11. n. 3. cum ſeq.*

Ampla vt copulatiua, Et diuidat pro dimidia,
14 quamuis legatum, ſeu inſtitutio fieret † puta
Meuio, & filijs Titij *Dec. conſ. 454. n. 3. Felin. in c. paſtoralis. col. penul. & vlt. nu. 9. verſ. & iſtis aduo omnino & verſ. circa prædicta tamẽ ſciat. de reſcript. Creſcent. deciſ. 4. de iure patr.* vbi de
iure patronatus relicto Epiſcopo alicuius Ci-
15 uitatis, & incolis, † quod pro medietate erit
Epiſcopi, & pro alia incolarum *Rot. diuerſ. deciſ. 770. p. 1.* quia plures coniuncti copulatiuè
habẽtur loco vnius *Pie. in l. titia. § titia. nu. 31. de leg. 2.* Caualcan *de vſufr. n. 54.*

Prout dicimus de poteſtate eligendi Notariũ con
16 ceſſa Rectori, & Vniuerſitati, † nam tantã vo-
cem habebit ſolus Rector, quantam tota Vni-
uerſitas *Ang. in l. interdum. in princ. de hæred. inſtit. & in l. ſi liber hom. o. §. titius. il 1. eod. tit.* vbi etiã de inſtitutione facta de primo fratre,
17 & filiis fratris, † quod debeat intelligi, vt pri-
mus habeat ſemiſſem, & filij fratris tantun-
dem, niſi dictum ſit æquè, vel æqualibus por-
tionibus *Caſtren.* qui dicit multum notandum
in l. interdum. 13. in princ. num. 2. verſ. ex hoc ſequitur quod ſi iſti. de hæred. inſtit. Cardin. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 9. n. 6.* vbi etiam *n. 4.* quod inſtitutio cenſetur facta
18 æquis portionibus: † Vnde quamuis teſtes dice
rent plures inſtitutos, ſed non recordari de por
tionibus, intelligẽtur æqualiter *Bal. in l. ſi quis ita ſcripſerit hæredem. 36. in fin. de hæred. inſtit.* vbi dicit perpetuò notandum *Dec. cõſ. 252. proponitur. col. 2. in fin. verſ. & ſic reprobato. nu. 3. Surd. conſ. 178. n. 6. lib. 2.*

Idem ſi teſtator dixerit fratres mei, & Titius hæ-
redes ſunto, fratres enim quotquot ſunt vnius
19 perſonæ vicem ſuſtinent, † & ex vno ſemiſſe in-
ſtituti videntur, & ex alio Titius, niſi teſtator
verbum æqualiter expreſſerit, vel niſi vſus fue-
rit nomine diſtributiuo, videlicet quilibet fra-
ter, & titius hæres eſto, vel niſi aliter cõiectura
voluntatis elici poſſit *Iaſ. in l. vlt. circa princ. & n.*

Digitized by Google

& n.9.C.de impub.& alijs ſubſtit. Card. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.4.tit.9.n.9. vbi etiã n.10.idem concludit quando Titius, & eius liberi ſunt inſtituti: nam ex dimidia Titius, & ex altera liberi habebũt hæreditatem,itaut iſta dimidia liberorum inter eos æqualiter diſtribuatur, admittendo prius illos,qui ſunt in primo gradu Dec.conſ.236.num.1.& col.3.verſ.& ſecundum iſtam opinionem. & verſ. ad ſecundum dubium.

Neque obſtat Bart.in l.gallus.§. quidã rectè n.4.
20 de liber.& poſthum. vbi concludit, † quod inſtitutio facta de fratre, & eius filijs non intelligatur, vt filij concurrant cum patre ſimul, & eodem tempore, ſed poſt obitum illius ordine ſucceſsiuo. Quia contra eum eſt verior opinio, quod imò ſimul cenſeãtur vocati, vt poſt Imol. Iaſ. & alios in d.§. quidam rectè. dicit Gabr. conſ.130.col.2. in fin.verſ.ſecunda quæſtio.nu.9. lib.1.Caſ.de Graſ.deciſ.2.de teſtam. Socin.conſil. 113.ſupraſcripti inſignes. lib.1. col. 2. ad med. n.4.verſ.ſed his nõ obſtantibus. Et eſt diſtinctio
21 per Doctores approbata, † quod quando plures, inter quos cadit ordo charitatis fuerũt inſtituti per dictionem copulatiuam,admittantur ſimul,nõ ordine ſucceſſorio, puta ſi dicatur inſtituo fratres, & eius filios, prout de communi teſtatur Cardin. Mantic. de coniect.vlt.volunt. lib.4.tit.7.n.19.verſ.ſed contrariam ſententiam. vbi quod Bart. qui aliud voluit communiter non approbatur. Quidquid enim ſit in inſtitu-
22 tione facta ex ordine cuiuſdã neceſsitatis, † in qua cẽſentur vocati ordine ſucceſsiuo, ne alioquin vitio præteritionis corruat teſtamentum Doct.in d.§.quidam rectè. idem Mantic.d. tit.7. in princ.Corn.conſil.321.num.1.lib.3. Tamen ceſſante neceſsitate propter ſolum ordinẽ charitatis non eſt recedendum à proprietate ſer-
23 monis, † ſecũdum quam copula &,diuidit pro virilibus portionibus, & iſta eſt verior opinio, quam etiam tenet Couarr. in c. raynutius. §.2. nu.2. de teſtam. & voluit Dec.conſ.319.dum legerem.nu.7.& 8.Bo.r.deciſ.185.nu.16. Clar.in §.teſtamentum.q.80.verſ.prima concluſio.

Licèt in materia emphyteuſis, & feudi vnus poſt
24 alium cẽſeretur vocatus,† & ſic ordine ſucceſſiuo 1.1. §.quia etiã.in tit.Epiſc.vel Abbat.Put. deciſ.289.lib.2.Molin.de primogen.hiſpan.lib.1. c.6.num.5.

Quæ ſunt intelligenda quando conceſsio eſſet per dictionem,& ſecus autẽ in dictione, cum,Bald. in l.quoties.C.de ſuis & legit. Dec.conſil.207.ad clariorem.n.1.verſ.& quamuis ſi facta.Cremẽſ.
25 ſingul.71.quidam pater.in fin.† vbi quod ſi eſſet conceſſum feudum pro maſculis cum fœminis veniẽnt fœminæ ad ſucceſsionem eodẽ tempore cum maſculis ob virtutem coniunctionis prædictæ. licèt quando concederetur pro maſculis,& fœminis non venirent fœminæ niſi or-
26 dine ſucceſsiuo in defectum maſculorũ,† quaſi ſtrictius copulet dictio, cum, quã dictio,&, Pariſ.conſil.12. nu.17.lib.1. Iaſ.Paris de Put. Crot. Roland. Clar. Zaſ. & alij allegati per Surd. de alim.tit.2.q.7.num.6.& q.15. eod.tit.num.208. & 209.

Secundo amplia non ſolum ſi exprimatur quantitas ſemel puta lego Titio, & Seio quingenta.
27 ſed etiam † bis in eadẽ oratione, videlicet Titio quingenta,& Seio quingẽta lego, cum enim ſit vnica oratio, & vnum verbum, lego, debet intelligi de ijſdem quingentis, Quamuis enim ſit duplex expreſſo rerũ. tamen eſt vnicus actus diſpoſitiuus; Vnde intelligitur de eadem quantitate & ſumma,ita in ſpecie concludit Bart.in l. ſi quis teſtamento.82.de leg.1. vbi dicit ſecus eſſe ſi in diuerſis orationibus eadem quantitas exprimatur, videlicet ſi diceretur, Titio lego quingenta,& Seio lego quingẽta,tunc enim intelligitur de diuerſis quingentis propter diuerſitatem orationum,& perſonarum,quo caſu cẽſeretur multiplicata quantitas,non ſolum quãdo ſumus in diuerſis perſonis, ſed etiam in eadem perſona, cui ſi legaretur eadem quantitas ſub diuerſis orationibus daretur multiplicatio quantitatis Idem ſequendo Bart. dicunt Caſtrenſ.& Salic.in d.l.ſi quis teſtamẽto. in princ. & ibi Florian. n.1. per tex.in l.plenè, §. ſed ſi non corpus.de leg.1.

Quidquid tamen dicant Bart. & alij qui eum ſequuntur, cõtrarium eſt verius,quod ſiue ſimus
28 in eadem oratione, † ſiue in diuerſa ſi fiat bis nominatio de quingẽtis nunquam intelligitur de ijſdẽ quingentis; Vnde ſi dicatur Titio quingenta,& Seio quingenta lego vtrique debentur quingenta, prout concludit Iaſ. in d. l. ſi quis teſtamento.in princ.n.5. verſ.ſed aduerte.de leg. 1. & ibi Imol. verſ. adde dictis. Subdens ita
29 etiam tenere Petr. & Cin. † Nam quicquid ſit in ſtipulationibus,in quibus fit ſtricta interpretatio,& cõtra ſtipulatorẽ l.quicquid aſtringendæ. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus. eod. tit. cum ei ſit imputandum quare apertius legem non dixerit l. veteribus. de pact. Tamen in teſtamentis bis expreſſa quantitate de quingentis intelligitur de diuer-
30 ſis quingentis,† cum in eis fiat latior interpretatio c.cum dilecti. de donat. l. in teſtamentis. 12.de reg.iur.

Tertio amplia non ſolum ſi fuerit legatum cum il-
31 la dictione,&,ſed etiã ſi dicatur,necnon,† quia reſoluitur in dictionem,&,Caſ.de Graſ. deciſ.1. nu.5.de reb.eccleſ.non alien. Idem debet repetere omnes conditiones, & qualitates præcedentes, prout dictio,&,cuius natura eſt illas copulare Neuiz.conſil.72.num. 14. Bart. in l. ſeio.§. caio. de fund. inſtruct.Corn.conſil.192.videtur in hac conſultatione.lib.2.Et de iſtis dictionibus necnon,& ſimilibus quod de ſui natura habeãt
32 incluſam copulam † Bart.in l.ſæpe. 53.nu.3.de verb.ſignific. per tex. in l. ſi ita quis ſtipuletur. de verb.obligat.Baldic.in l.1.§. ſi quis ita. n.18. ff.eod. M. Ant. Bard. de tempor. vtil. vel contin.c.19.num.16.tom.5.fol.226.Pariſ.conſil.16. conuentiones. num.9. lib.1. vbi etiam quod aliquando eſt coniunctiua non copulatiua, & ponitur pro neque Boni.de ſtatut. Vrb. præſcript.

gloſ. 16. num. 6. tom. 17. fol. 182.

Quarto amplia, vt legatum intelligatur factũ pro
dimidia etiam quando eſſet per dictionem,
33 cum,† pnta lego Titio cum Meuio: Nam idem
eſt ac ſi dictũ fuiſſet legato Titio, & Meuio. In
vtroq; enim caſu eſt æqualis diuiſio *l. titio tex-
tori. §. nihil differt. de leg. 1. l. ſi quis titiæ. in fin.
de vſufruct. accreſc. l. ibi. de vſufr. legat.* Meno-
ch. de adipiſc. poſſeſ. rem. 4. n. 18. Imò magis con-
34 iungit copula,† cum, quam copula, & *Surd. de
alim. tit. 2. q. 7. n. 21 n. poſt Bald. in l. quoties. n. 5.
C. de ſuis. & legit.*

Prout quando teſtator dixit Titius vna cum filijs
ſuis & Sempronius mihi hæredes ſunto, ex di-
midia enim Titius cum filijs ſuis videtur inſti-
35 tutus, † ex altera autem dimidia Sempronius
*l. vlt. in fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. Bald. in
l. ſi mulieri. de vſufruct. accreſ. Cardin. Mantic.
de conіect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 9. nu. 8. & tit 7.
nu. 29. eod. lib.*

Quinto amplia vt in vno copulatorum cenſeatur
repetita qualitas, quæ reperitur in altero, ſiue
36 præcedenti, ſiue ſubſequenti † *gloſ. in l. ſi ſic.
quemad ſeruit. amit. Iaſ. in l. fin. C. de ſucceſ. edit.*
Cum natura copulæ, &, ſit coniungere vnifor-
miter perfectè, æqualiter, & æquè principaliter,
37 etiam † ampliando *Bart. in l. ſeia. §. caia. de
fund. inſtruc. Aim. conſ. 9. nu. 25. Bald. conſ. 241.
viſis. ad med. verſ. item natura lib. 3. Ruin. conſ.
53. nu. 7. lib. 1.*

Itaut eadem qualitas qualificet omnia copulata,
38 quæ ſub eadem oratione ſequuntur,† & ab eo-
dem verbo reguntur *Socin. conſil. 27. viſis in-
ſtrumentis. num. 13. & 18. lib. 4. poſt Bart. in l.
prætor. §. ceterque. de vi bon. raptor. Cardin. conſ.
61. ad primum dico. num. 2. Cæſ. de Graſ. deciſ. 2.
num. 4. de iur. iur.* Mandoſ. *reg. 32. q. 17. num. 4.*
vbi dicit eſſe veram, & approbatam concluſio-
39 nem,† cũ vna determinatio reſpiciẽs plura de-
terminabilia debeat pariformiter determinari
*l. cũ hoc iure, de vulg. & pupill. Dec. conſ. 92. viſo
puncto. nu. 2.* Dummodò propter diuerſitatem
40 rationis, & orationis,† & ſubiectæ materiæ alia
interpretatio non ſit facienda *Bart. in l. in reper-
tendis. col. 2. de leg. 3.* Ruin. *conſil. 104. in fin. nu.
21. lib. 9. Iaſ. in l. miles. decem. in 2. not. de re
iudic. cum alijs per* Mandoſ. *reg. 32. q. 17. n. 11.*

Ideo ſi fuerit legatus fundus Titio cum conditio-
ne ſi nauis ex Aſia venerit, & domus, cenſebitur
iſta domus legata cum eadem conditione, de
41 qua in legato fundi, † quando tamen eſt con-
ceptum legatum ſub eadem oratione, ſecus di-
uerſa *Iaſ. in l. 1. nu. 2. de iuſt. & iur. Socin. Iun.
conſil. 71. nu. 4. lib. 3. Ruin. conſ. 15. num. 8. lib. 1.
Dec. conſ. 480. in caſu qui contingit. num. 4. latè
Menoch. præſumpt. 180. lib. 4. num. 24. cum ſeq.*
vbi multos caſus diſtinguit.

Adeo quod ſi conditiones duæ requirantur, vel
duæ qualitates in conditione non ſufficiat im-
42 pleri vnã, † ſed ambæ debeant verificari quan-
do ſunt poſitæ coniunctiuè, ſecus alternatiuè;
tunc enim ſufficeret vna *l. ſi heredi plures. de
cond. & demonſtr. Soc. Iun. conſ. 108. n. 35. lib. 2.*
43 *Roman. conſil. 273. clarum in princ.* † Quod
procedit non ſolum in alternatiua concepta
verbis affirmatiuis, ſed etiam negatiuis, quia
ſufficit alterum non eſſe factum, vt in promiſ-
ſione centum, ſi nauis hoc anno nõ venerit, vel
filius non naſcatur, nã obligatus ero ſi alterum
iſtorum non eueniat, licèt alterum acciderit,
& ſi ambo euenient non teneor. *Felin. in c. inter
ceteras. de reſcript. col. penul. n. 16. cum alijs per*
Mandoſ. *reg. 27. q. 22. nu. 3. verſ. & non ſolum.*
44 Et † quando copulatæ conditiones concurrere
debeant, tam in diſpoſitione legis, quam homi-
nis, & quid in reſcriptis, an ſufficiat vnum ex
copulatis interuenire plura *Simon. de Prat. de
interpret. vltim. volunt. lib. 2. fol. 3. n. 105. v. que
ad 108. dub. 1. fol. 148. & 149.*

Item eadem ſolemnitas, quæ requiritur in vnione
beneficiorum facienda Seminario iuxta *Concil.*
45 *Trid. ſeſſ. 23. c. 18.* † erit etiam neceſſaria in de-
tractione fructuum ex alijs beneficijs, cũ Con-
cilium loquatur per dictionem, necnon, quæ re-
ſoluitur in copulatiuam, &, *Cæſ. de Graſ. deciſ. 1.
n. 5. de reb. eccleſ. non alien. Gonzal. de alternat.
gloſ. 3. num. 3.*

Idem ſi teſtator relinquat alicui partem fructuum
46 certi fundi, & viginti. † ſicut pars fructuum de-
betur, quando colliguntur, & non ante *l. firmio.
§. pater. quand. dies leg. ced.* Ita etiam eodem
tempore erunt præſtanda viginti *Iaſ. in l. qui
hoc anno. col. fin. de verb. oblig. Socin. Iun. conſ.
160. col. 3. nu. 12. lib. 2. Surd. de alim tit. 4. q. 17.
num. 26.*

Ideo dicim', quod ſi teſtator leganerit fundos in-
47 ſtructos, & domũ ſuperiorem, † veniret domus
inſtructa, licèt illa qualitas in donatione domus
non ſit repetita *l. ſeia. §. caio. de fund. inſtruc.*

Simile eſt in vxore, cui quando ſit legatum vſuſ-
fructus licèt reſtringatur ad alimenta ſtantibus
48 liberis ſecundum conſuetudinem Bulgari, † de
qua per *Bart. Bald. & alios in auth. hoc locum.
C. ſi ſecund. nupſ. mul. & in l. titia. §. titia cum
nuberet. de leg. 2. Tiraq. de legib. connub. l. 10.
nu. 7.* quam vbique ſeruari dicit *Borr. deciſ. 194.
ſed ex hac orta. n. 4 Gabr. de vſufruct. concluſ. 1.
Cardin. Mantic. de conіect. lib. 9. tit. 7.*

Tamẽ ſi vxori fuit legatus vſuſfructus cum filio,
49 tunc non reſtringitur ad alimenta, † ſed vxor
conſequitur plenum vſufructum dimidiæ *Dec.
conſ. 454. iuridicat. nu. 3. Natt. conſ. 297. lib. 2.
nu. 1.* vbi quod procedit etiam ſi filij ſint plures,
50 quia filij habebunt dimidiam, † & vxor alterã
dimidiam, cum plures coniuncti copulatiuè
ſint loco vnius *l. interdum. de hæred. inſtit. Dec.
conſ. 319. dum legerem. n. 6. col penul. Caualcan.
de vſufruct. nu. 54.* Nam paria ſunt quod lega-
tum fiat vxori, & filijs, vel vxori cum filijs *l. ti-
tia textori. §. nihil differt. de leg. 1.* Vnde cum
ſit idem legatũ factum duobus nõ debet diuer-
ſo iure cenſeri, ſed ſapere eandem naturam in
vtroq; propter dictionem, &, quę ęqualiter con-
iungit cum omnibus qualitatibus *l. reos. §. cum
in tabulis. de auth. tit. cum alijs per Felin. in
c. quãto. el 1. de iudic.* Et ita etiam dicit tenendũ

Sura.

Surd.de alim. tit.2.q.15. nu.212. per aliam tamen rationẽ videlicet, quia in hoc legato vxor
habet dimidium vſusfructus. Vnde ceſſat timor,
quod filij cogantur mendicare, neq. pater poteſt argui impietatis ob alteram dimidiã vſusfructus relictam filio, quare ceſſat ratio conſue-
51 tudinis, † qua ceſſante nõ reſtringitur legatum
vſusfructus in vxore ad alimenta *Bertrand. conſ.57.n.2.lib.1.* Vnde ſi filij moriuntur etiam
in caſu, in quo legatum reſtringeretur ad alimẽta, tamen intelligẽdum eſſe de vſufructu omniũ
bonorum *Soccin. Iun.conſ.94.n.2.lib.1.Gabr.* qui de magis communi *de uſufr.concluſ.2.in fi.*
Sexto amplia, vt iſta coniunctio, & non ſolum cõ-
52 iungat æqualiter, & operetur; † quo ad illum,
qui fuit vocatus explicitè, ſed etiam quo ad eũ,
qui implicitè continetur in diſpoſitione. Vnde
ſi fuerint legata alimenta Titio cum familia,
quod idem eſt, ac ſi dictum fuiſſet Titio, & familiæ *l. illi cum illo. de vſufruct.legat.* præſtanda
53 erunt alimenta etiã familiæ † *Bald. in l.ſi mulieri.in fin.de uſufruct.accreſc.Natt.conſil.660
n.3.poſt Alex. conſ.178 videretur forſan.nu.2.
lib. 6.* vbi etiam ampliant quod Titius in caſu
in quo non obſtet diſpoſitio *l. cum hi. de tranſact.* non poſſit huiuſmodi alimentis legatis renũciare in præiudicium familiæ, quod ſequitur
Surd.de alim.tit. 2.q.7. n.7. cum tot cenſeãtur
legata, quot ſunt perſonæ, quibus fuit relictum,
Vnde renunciatio vnius non tollit ius competẽs tertio, neq. pactio vnius debet nocere alteri
tranſactione. ff. de tranſact.
Septimo amplia, etiam ſi fuerint legata quingenta
pluribus nomine collectiuo, veluti filiabus, vel
54 attinentibus, † nã non intelligentur legata quingenta ſingulis, ſed pro æquis portionibus admittentur, itaut vna quantitas cenſeatur omnibus
relicta *Pariſ.conſ.49.n.1. lib.2.per l. interdum. in princ.de hered.inſtit.* vbi quando plures vocantur nomine collectiuo habentur pro vno
*Bal.in l.ſi pater filio.de uulg.Dec.cõſ. 319.dum legerem.n.6.Soccin.conſ.108.ſuper.illa. num. 3.
lib. 3.*
Idem voluit *Imol.in l. ſi ita ſcriptum ſit 46. in fin. de leg.1.* vbi quod illa indefinita filiabus poteſt
55 æquipollere vniuerſali collectiuæ, † & vniuerſali diſtributiuæ. Vnde in dubio videtur, quod ſit
accipiẽda, vt minus grauetur hæres, & ſic quod
inter omnes habeant quingenta *l.ſi ita relictum in fi.de leg.2.l.ſempronius.eod. tit.* Et *Imol.* ſequitur *Alex. in l. qui filiabus. §.1. de leg.1.per tex.in l.vtrum.in uero.quartam debebit.de reb. dub.*
Neq. obſtat, quod indefinita æquipolleat vniuer-
56 ſali diſtributiuę, Vnde illud † quod inducitur
per indefinitam debet competere cuilibet inſolidum, vt tenet *Bar.in l.ſi pluribus.in fi.poſt.de leg.2.per tex.in l.qui filiabus.§.1.de leg.1.* Quia
cum poſſit importare, etiam vniuerſalem colle-
57 ctiuam, † in dubio potius interpretandum eſt,
vt minus grauetur hęres, vt per *Imol. in d. l. ſi ita ſcriptum ſit in fi.de leg.1.*
Dummodo nõ fuerit factum legatum filiabus na-
58 ſcituris tunc enim cuilibet deberentur, † quia
actus natiuitatis attribuitur cuilibet inſolidũ,
Vnde militat ratio *tex.in d.l. qui filiabus. §.1. de leg.1.* quaſi tunc æquipolleat vniuerſali diſtributiuæ, cum habeat incluſum actum natiuitatis, prout declarat *Cuman. in l. vtrum.8.vbi Soc.n.4.in 5.notab.de reb.dub.*
Adde quod ſi non vocarentur collectiuè ſimpliciter, ſed vltra nomen collectiuum eſſent vocati
59 attinẽtes diſtributiuè, † videlicet ſi dicatur cuilibet ſuo attinenti, vel pro quolibet. Tunc de
natura iſtarum dictionum eſt attribuere vnicuiq. rem inſolidum *l.qui filiabus.§.1.de leg.1. Bart.in l.ſi pluribus.de leg. 2. per l. non diſtinguemus.§.cum in plures.de arbitr. Soccin.conſ. 50.in princ.lib.1.Doctor.in l.hoc articulo.de hered.inſtit.Pariſ.conſ.49.nu.1. lib.2.Corn.conſil. 82. lib. 2.* vbi tamen in fine limitat quando eſſent vocati collectiuo nomine cũ dictione ęqualiter, quia intelligeretur diſtributiuè. Vnde ſi
teſtator dixerit fratres mei, & Titius ſint hæ-
60 redes, † fratres erũt pro dimidia, & Titius pro
alia, niſi teſtator verbum æqualiter expreſſerit
vel niſi fuerit vſus diſtributiuo nomine videlicet quilibet frater, & Titius hæres eſto, vel niſi
aliter ex coniectura voluntatis colligatur *Iaſ. in l.ult. n.9 verſ.prædicta etiam conferunt. col. penul.C.de impub.& alijs ſubſtitut.poſt Bartol. in l.quidam.§.ſi tibi.de reb.dub.& in l.qui cum plures in princ. de uulg. & pupil.* Et multa
quando plures intelligantur vocati ordine
ſucceſſiuo, & quid ordo charitatis in huiuſmodi caſibus operetur *Cardin.Mantic. lib.4.tit.7.*
61 Et de copulatiua, † &, vel cum, quando diuidat
ſiue ponatur inter res, ſeu perſonas, & conditio
cenſeatur repetita, tam in vno, quam in alio copulatorum *Menoch præſumpt.180.lib.4. nu.24.*
62 *uſq.ad n.45.* vbi quoq; multa de dictione, † itẽ
quæ eſt ſimilis copulæ, &, ibiq; etiam de dictionibus amplius, verum ac de relatiuo quod, vel
ſeu, & ſimilibus, & de dictione vltra quod ſit repetitiua eiuſdem conditionis, & qualitatis *Dec. conſ.189.nu.7.col.penul. in fi.Socc.Iun.conſ.71. n.5.lib.3.Caſtr.conſ.88.viſo legato. n.2.lib.1.&* dicetur infra cap. 116.

EPITOME.

Adminiſtrator an teneatur ad cuſtodiã librorum donec fuerit reddita ratio, & debeat admitti ad ſe purgandum ex capite amiſſionis. Editio librorum quando ſit facienda. Stante intereſſe tutoris an detur ei remedium ſpolij, & rei vendicatio. Obligatus ad cuſtodiam quando liberetur ſi non fuerint res particulariter conſignatę. Tutoris poteſtas in cauſis cœptis an duret finita tutela, & quid in ſocijs an expiret mandatum per mortem vnius donec fuerit exa ctum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator tenetur ad cuſtodiam librorum neq. admittitur ad iuramentum de ſe purgãdo ex capite amiſsionis, n.2.3.& 6.*
4 *Libri ſunt exhibendi per adminiſtratorem ſtãte intereſſe petentis.& n.5.*
7 *In inuentario non ſufficit tutorem dicere talia bona eſſe in hæreditate, cum opus ſit vt dicat ſe inueniſſe.*Declara *vt n.9.*
8 *Scripta in inuentario faciunt fidem contra tutorem itaut præſumantur donata pupillo.*
10 *Intereſſe tutoris probatur quia poteſt conueniri ad reddendam rationem,& ex hoc ei datur reſtitutio ſi ſpoliaretur & rei vendicatio.*
11 *Habens cuſtodiam non liberatur niſi reſtituat integrè quamuis non fuerint res ſibi conſignata.*
12 *Poteſtas tutoris quo ad cauſas ceptas non expirat finita tutela,& quid in actore, n.13.*
14 *Mandatum non finitur per mortem vnius ſocij quo ad negotia incepta.*

CAPVT LXXI.

QVo ad exhitionem librorum adminiſtrationis,cum nõ fuerit reddita ratio, Prout agebatur in cauſa Vincentij mihi com-
1 miſſa,† Verius eſſe Dixi adminiſtratorem teneri ad cuſtodiam librorum,donec illa reddatur, Ideo non admitti ad iuramentum de ſe purgãdo ex capite amiſſionis *Soccin. conſ.190. nu.5. lib.2.& conſ.159.in præſenti conſultatione.col. 2. in princ. lib. 2.* Anchan.*conſil. 316. in cauſa qua vertitur.col.2.in princ.verſic.nec obſtat ſi dicatur.* Roland. *conſ.49. nu.33. lib.1.Piot.in l.ſi quando. num.246. verſ. nec excuſantur tutores*
2 *C.vnde ui.*† Niſi poſt ſententiam latam circa rationem adminiſtrationis,& tranſactam in iudicatum,ne lites fiant immortales *Corn.conſil. 62.lib.4.Caualcan.de tutor. n. 205.* cum diſtinctionibus,de quibus ibi per eum, & per *Rolan. conſ.49.n.66.lib.1.* Quia tenetur ad cuſtodiam cum ſecus eſſet.ſi ad eam non obligaretur:Vnde eſt præſumptio iuris contra ipſum, quod nõ
3 perdiderit,† ſed malitioſè velit eos occultare per notata *in l.ſi quis ex argentarijs. §. penult. de eden.l.cum ita legatus. §.ſpecies. de legat.2. Bald.in l.vlt.in fi. C. de fid.inſtrum.* & fuit deciſum *per* Rot.*coram* Car.*Seraph.21.april.1597.*
4 *Ariminen.Caſtrorum.* † vbi etiam quod tenebitur ad exhibitionem ſtante intereſſe petentis. Nam quando conſtat actorem rationes confeciſſe, vel conficere debuiſſe tenetur ad petitionem rei illas edere *l. non ideirco col. fin. C. de eden.* quem tex. ita eſſe intelligendũ dicit *Ruin. conſ.69.col.fin.ad med.n.14.verſ.ſecundo ſit dubium.lib.4.* Roman. *conſ.413. quo ad primum. n.3.per l.fin.§.inter. catera.de liber. legat. Soccin. conſ. 190. memini. col.2.in fin. verſ. quarto oſtenditur. lib. 2.* Rot. *deciſ. 5. de probat. in nou.*Caputaq.*deciſ.294.lib.1.*Rot.*coram* R.P.D. Oran,*Roman.mercium.30.maij.1588.* & non ſo-
5 lum ſi libri extent penes ſe, † ſed etiam apud illius officiales alias ſecus *l.3.§. ſciendum.ff ad exhib.*

Neque obſtat obitus pupilli. Quia etiam poſt il-
6 lius mortem tutor habet cuſtodiam, † & intereſſe ratione adminiſtrationis *Bart. conſ.239. proponitur.lib.1.Bald.in l.1.§. item ſolent. in 1. lect.nu.5.& in 2.lect.nu.3.de offic.præfect.vrb.* Ideo propter iſtud intereſſe tenetur conficere inuentarium,in quo nõ ſufficiet dicere talia bo
7 na eſſe in hæreditate, † cum opus ſit,vt dicat ſe inueniſſe *argum. l.ſi barſatorem. 13. C.de fideiuſſor.* Itaut ſcripta in inuentario faciant fidem contra tutorem,adeo quod nõ admittatur pro-
8 batio in contrarium † *l.fin.in princ. C. arbitr. tut.*Bart. *conſ. 239. proponitur quod arcbolus. aliàs incipit ciecolus.* Immo præſumerentur donata per tutorem pupillo, niſi probaretur contrarium *Soc.conſ.159.n.1.lib.1.Caualcan.de tutor.n.66.* Intelligendo quãdo dixit illas res inueniſſe,& ad eius manus perueniſſe, nam ſi di-
9 xit eſſe in hæreditate,† poterit intelligi ſine poſſeſſione *l.ratio in bonis.de acquir.rer.dom.* Vnde ſufficit quod tempore reddendæ rationis adminiſtrationis oſtendat inſtrumẽta,& iura, per quæ appareat dicta bona eſſe in hæreditate iure dominij,vel quaſi,licet non iure poſſeſsionis teneatur aſsignare poſſeſsionẽ vigore dicti inuentarij,cum non aſſeruerit illa ad ſe perueniſſe, vel inueniſſe in bonis inuentariatis *Bart. conſ.239.lib.1.*

Conſtat autem de intereſſe tutoris, ex quo finita
10 tutela poteſt cõueniri† ad reddendam rationẽ *Bart.in l.tutor qui repertorium. n.12.de adminiſtr.tutor.* Adeo quod ratione huius cuſtodię & intereſſe dãda ſit ei reſtitutio ſi ſpoliaretur, & rei vendicatio *Salic.in l.iubemus.§. ſanè n.3. C.de ſacroſ. eccleſ.* Card. *Seraphin. Vrbenetan. Caſtrorum.20. iunij 1569* vbi etiam quod hæc cuſtodia durat poſt obitum, quia tenetur reliqua reſtituere *l. 1. C. ut cauſ. poſt pubert. adſ. tut,Soccin. conſ. 2. n.3. p. 1.* Prout quilibet ha-
11 bens cuſtodiam nõ liberatur,† niſi reſtituat integrè, & ſine aliqua deterioratione, aut diminutione *§.præterea & it.inſtit. quib.mod.re cõtrab.oblig. l.1.C.depoſ.Pariſ.conſ.74.n.1. lib.1.* Quamuis particulariter non fuerint conſignatę res cuſtodienti,Quidquid dixerit *gloſ. in l.1. §.fin.in verb.illæſa.ff.naut. caup. ſtabul.* Quia eius opinio non approbatur *Bald. in l. certi.in princ.nu.2. verſ. & hac faciunt ad quaſtionem C.locat.Iaſ.in l.in actionibus.col.fin.n. 43.de in lit.iur.* Itaut promittẽs cuſtodiam teneatur ad arctiſſimam diligentiam, quamuis non de caſu fortuito *Bart.in l. qui mercedem. ff.locat.*Rom. *conſ.7. n.7.* Dummodo culpa malæ cuſtodiæ nõ præceſſerit caſum *l. ſi vt certo §. interdum. ff. commod.*Natt.*conſ.79.n.5.*

Ratio omnium ſupradictorum eſt, quia propter reliquias non dicitur finita tutela, & propter intereſſe tutoris *l.ſi tutor poſt pubertatẽ. C. arbitr. tut.* Prout regulariter poteſtas tutorum,
12 & curatorum, † quo ad cauſas ceptas finita tu-

tutela non expirat *l. ita tamen. §. poſt completũ. de adminiſtr. tut. l. vnica. C. vt cauſ. poſt pubert.*
13 *adſ. tut.* quicquid ſecus ſit in actore † *Caſtrenſ. in l. ſi quis . §. ſi impubes. n. 3. de inſtitor. Franc. Marc. deciſ. 15. n. 1. p. 1.*

Idem eſt in ſimilibus cauſis, vt de ſocietate, cuius effectus durat, donec fuerit *exactũ* omne illud,
14 quod ad eam pertinet; † Vnde per mortem vnius ſocij non expirat mandatum alterius quo ad negotia iam cepta, quæ etiam illo mortuo poſſunt perfici *l. actione. §. mortuo. pro ſoc. Bal. in l. hæres ſocy. ff. eod: Rot. per Cardin. Pamphil. Ancon pecuniaria. 23. may. 1587.* Et in alijs caſibus de quibus per *Doctor. in l. mandatum. 15. vbi Bald. oppoſ. 3. num. 3. col. 2. in prinç. C. mandat. Imol. in clem. fin. de procurat. Gabr. eod. tit. concluſ. 2. & 3.*

EPITOME.

Mater an teneatur petere curatorem ventri, quẽadmodum filio nato ſub pœna priuationis hæreditatis filij, & intra quantum tempus, & quãdo officium iſtius curatoris expiret. Nondum natus an ſit homo vel animal. Quæ ſint probanda ad excludendam matrem a ſucceſsione filij. Verba data opera defunctoriè, dicis gratia, & perfunctoriè quid ſignificent, tam in petitione tutoris, quam in alijs caſibus. Error dubius iuris an excuſet. Quando pronunciandum ſit cauſam non liquere, & quid ſignificent huiuſmodi verba. Rei ampliati qui dicantur, & quando Iudices in cauſa ambigua vtebantur verbo ampliare.

SVMMARIVM.

1. *Mater tenetur petere curatorem ventri quemadmodum tutorem filio nato ſub pœna priuationis hæreditatis. & n. 2. 4. 13. Amplia vt n. 6. & 7. limita vt n. 8. 9. 10. 20. & 21.*
3 *Cauſa partus eſt fauorabilior, quã pueri nati.*
5 *Mater non habet annum ad petendum tutorem filio qui tẽpore mortis patris eſt tredecim annorum, & vnius menſis.*
11 *Officium curatoris finitur nato poſthumo, & tunc eſt locus donationis tutoris. nu. 12.*
14 *Tutor ventri non eſt petendus per matrem, ſed curator.*
15 *Tutor datur perſonæ, curator bonis.*
16 *Nondum natus non eſt perſona, nec homo, nec animal. Intelligo vt nu. 17.*
18 *Curator datur ventri ex edicto Prætoris, non tutor.*
19 *Mater hodie habet annum ad petendum tutorem filys iam natis, quicquid rigor antiquus aliud ſtatueret.*
22 *Mater in dubio debet admitti ad luctuoſam filij ſucceſsionem. & nu. 25.*
23 *Mater ut excludatur ab hæreditate filij debet probari mors impuberis, & tutorem non petitum infra annum, & quod culpa non petierit & num. 24.*
26 *Mater priuatur hæreditate filij non petendo curatorem ventri, quando creditores inſtant, vel adeſt aliqua cauſa petendi, vel ſi ex induſtria, & data opera omiſerit petere. nu. 27.*
28 *Verba data opera ſignificant fraudem, quæ fraus eſt probanda.*
29 *Verbum perfunctoriè, ſeu defunctoriè ſignificat culpam in nõ eligendo idoneos curatores, & quid propriè ſit defunctoriè denunciare, & de mediatore ita ſe gerente, aut accipiente ordines, & dignitates eccleſiaſticas, & de implente debitum defunctoriè, & ſimilia nu. 30. 31. 32. 33. 34. & 35.*
36 *Verba dicis gratia ſignificant idem, quod defunctoriè.*
37 *Mater excuſatur ob non petitum curatorem uentri exiſtente auo, & auia, & patruo, qui bonorum curam habuerunt. n. 38. & 39.*
40 *Error dubius iuris, & minus frequentatus excuſat, & dicitur iuſtus ad lucrum conſequendum nedum euitandum damnum.*
40 *Ignorantia iuris non toleratur in muliere, ſi potuit conſulere peritiores. n. 43. & quis debeat hoc probare nu. 44.*
45 *Opiniones contrariæ Doctorum faciunt rem dubiam, & excuſant mulierem.*
46 *Iudex debet de ſingulis dubia probabilia edere licèt ſit facilius illa proponere quam ſoluere.*
47 *Iudices pronunciant non liquere, cum cauſa eſt ambigua, & quid ſignificent huiuſmodi uerba. nu. 49. & 50.*
48 *Ampliati rei dicuntur quorum damnatio differtur cum non liquet de cauſa.*

CAPVT LXXII.

IN cauſa vertente inter D. Auroram, & D. Eugeniam, & litis conſortes diſtinctè procedendo, vt facilius veritas appareat Dixi firmãdas infraſcriptas concluſiones.

Prima ſit concluſio. Mater tenetur petere cura-
1 torem ventri, quemadmodum infanti filio, † & ſi hoc non fecerit æquè punitur, ac ſi non petijſſet tutorem filio iam nato *l. 1. §. quid ſi eum prægnans ff. ad ſenat. conſult. tertul. Bart. conſ. 22. homo accurſols. lib. 1. n. 5 col. fin. uerſ. reſtat modo uidere. & conſil 30. vannutius ad fin. eod. lib. Bald. conſil. 297. uiſis & ſupra conſideratis. n. 4. uerſ. uenio ad quartum. lib. 3. & conſil. 28. lib. 2 & conſil. 422. n. 1. lib. 2. alias 432. iſte ca. ſ. 2 n. 1. eod. lib. & conſil. 96. hic plura occurrunt. in princ. lib. 4. & in l. matre. n. 3. uerſ. ſed mirum eſt. ff. ad tertull. & in §. impuberes. num. 3. inſtit. de attil. tutor. Tiraq. de retract. lignager. §. 1. glos. 9. n. 77. in fin. & in l. ſi unquam. in uerb. ſuſceperit liberos. nu. 144. in fin. C. de reuoc. donat. Aret. in §. ſed quemadmodum. ſub n. 3. inſtit. ad tertul. Odoffr. de curat. bonis dando. c. 2. n. 8. & 9. Mandoſ. de ætat. minor. c. 2. nu. 37 uerſ. trigeſimus tertius. & c. 5. uerſ. decimus ſextus. nu. 96. Io. Andr. ad Specul. de tutor. §. nunc dicendum. nu. 10. in fin. Clement. de patr. poteſt. c. 4. num. 38. Marant. in l. ſi poteſt. uerſ. octauo amplia.*

amplia.nu.227. ff. de acquir.hared. Io.de Monte
Sperel.conſil.272.num.5. Nicolaus de Vbald. de
ſucceſſ.ab inteſt,p.2.q.5. nu.20.verſ. quarto fal-
lit.Vincent.de Franc.deciſ.364.num.2.lib.2.Vi-
ui. commun. opin.553. num.17. lib. 2. Bellam.
conſil.12.num.2.Salic. in l. ſciant cunctis C. de
legit. hæred.
Ratio eſt quia ipſius negligentia principaliter tē-
dit in præiudicium pupilli; licèt etiam credi-
2 toribus prærudicare poſsit † ſecundũ Io.Andr.
ad Speculat. de tut. §. nunc dicendum. in fin.
verſ. eſt dicendum. quod dicit perpetuò notan-
dum Bart. in l.2. §. quod ſi curatores.& §.con-
feſtim. ad tertull. Secunda eſt ratio quia fauo-
3 rabilior dicitur cauſa partus, † quam pueri
l.1.§.& generaliter.de uentr.in poſſ. mitt. Bald.
in l.matres.nu.3.verſ.modo ego quaro.C.ad ter-
tullian. Vnde maior cura, & diligentia eſt ad-
hibenda illis, qui in vtero matris adhuc adſunt,
quam alijs iam natis, & ſic magis peccat non
petēdo curatorem ventri, quam ei qui in lucem
editus eſt, quare magis debet puniri, quamuis
non ſit lapſus annus à die mortis ſecundum di-
ſpoſitionem l. ſciant. C.ad tertul. Tertia eſt ra-
tio, quia tunc periculum eſt in mora. Ideo non
eſt mirum, quod mater nato puero habeat an-
num, quod ſecus eſt cum puer eſt in vtero Bald.
in d. l. mater n.3. verſ. ſed mirum eſt.C. ad ter-
4 tul. Quarta eſt ratio, † vt non habeat annum,
quia non poteſt per annum integrum eſſe præ-
gnans Caſtrenſ.conſil.147. col. fin. lib.1.Angel.
in §. actionum. nu.44.q.25. inſt. de action. per
l. gallus. in princ. ff. de liber. & poſth. Et vo-
luit Bald.conſ.432. lib.2. vbi etiam addit, quòd
licèt videatur hoc eſſe iniquum, tamen ſuſti-
netur fauore impuberum, ne bona, quæ ad eos
debent deuenire prius dilapidentur, vel è cu-
ſtodia ſubtrahantur, prius quam nati ſint, cum
præſertim quãdoque ipſa veritas faciat, vt ma-
ter non habeat integrum annum ad petendum
5 tutorem, vt puta † quando filius tempore mor-
tis patris habet tredecim annos, & vnum men-
ſem, ſi enim decedat penultima die pupillaris
ætatis mater non erit excuſata, ſed priuabitur
hæreditate Idem Bald. d. conſil.432. iſte caſus.
ad fin. lib.2.
Amplius quamuis eſſet datus tutor filijs, qui iam
6 erant nati, tamen non ſufficeret iſta tutela, † ſi
alius reperiretur in vtero, nam illi etiam eſſet
prouidendum non de tutore, ſed curatore l. in-
ter bonorum. 49. de adminiſtr. tutor. Specul. de
curator. §. & ſciat. & ita in ſpecie concludit
Surd.conſil.159.in fin.nu.23.lib.2.
Idem eſſet in matre ruſtica, quæ etiam incidit in
7 pœnam † d.l.2.§. mater ad tertul. non petendo
curatorem filio Purpur. in rubr. de in ius vo-
cand. ampliat.5.in fin. nu. 33.
Intellige tunc puniri matrem non petendo d. cu-
8 ratorem, quando eſt maior viginti annis, † &
dummodo non allegetur iuſta cauſa impedi-
menti ad tex. in d. l. 2. §. confeſtim. ad tertul.
Bald. in l.matres.nu.21.C. eod. Bart. d.conſ.30.
ad fin.lib.1.Roman.conſil.279.Mandoſ.de ætat.
min. c.5. n.96. Grat.conſ.83. in princ.lib.2. per
l.2.C. ſi aduerſ. delict. Prout etiam ſecundo nõ
punietur mater, ſed excuſabitur non petendo d.
9 Curatorē † ſi peperit infra triginta dies Bart.
in l,1.§.eleganter.de liber.agnoſc. Quemadmo-
dum, & tertio ſi filius habet alium tutorem le-
gitimum, qui ex diſpoſitione ſtatuti excluderet
10 matrem, † nam tunc non teneretur alium tu-
torem petere Bald.conſil.4. factum ſic ſe habet.
n.1.lib. 2.Gabr.conſil. 27.n.11.lib.2.
Secunda ſit concluſio, quod officium dicti curato-
11 ris finitur nato poſthumo † l. 1. §. tandiu. de
ventr. in poſſ. mitten. Aret. in §. cum autem.
in fin.inſtit.de tutel. l.4.§.ſi curator.de ſuſpect.
tutor. Mandoſ. de ætat. min. c.1. n.11. cum alijs
per Tiraq.de retract. lignag.§.1. gloſſ.9. nu.78.
verſ. is autem curator. Ex quo colligitur quod
illa, quæ remanſit prægnans tenetur ſtatim, cum
primum poteſt petere curatorem bonis, quia
ſi aliud diceretur, poſſet datio iſta curatoris eſ-
ſe inutilis, vt ſi differret vſque ad diem partus,
12 nam partu nato deſineret talis curator, † & eſ-
ſet locus tutoris dationi l. curator. de tutor. &
curat.dat.ab his. Quod non eſt in iam nato, nam
quamuis mater differret petere tutorem, vel
tutelam aſſumere, non tamen eſſet datio, & aſ-
ſumptio inutilis, quia durare debet vſque ad
13 pubertatem, Et hæc eſt differentia, † quod ad
petendum tutorem iam nato detur annus inte-
ger, qui non datur ad petendum curatorē ven-
tris. Vltra quod non habet annum, quia nõ po-
teſt anno integro eſſe prægnans, prout omnes
iſtas rationes cõſiderat latè Caſtrenſ.conſ.147.
poſtpoſitis auctoritatibus. col. fin. ad med. verſ.
vnum aliud eſt. lib.1.
Tertia eſt concluſio, quod licèt mater teneatur
14 petere d. curatorem, † non tamen tenetur pe-
tere tutorem ventri Bald.in l. impuberes. nu.5.
inſtit.de attil.tut. Tiraquel.de retract. lignager.
gloſ.9. §.1. n.78. in fin. Io.Andr.poſt Odoffr. in
addit.ad Specul.§.nunc dicendum. tit. de tutor.
in vlt. addit. Caccialup.in l.matres.verſ.in præ-
dictis aduerte. in lect. manuſcrip.& in l.ſciant.
C. de ſuis, & legit. vbi Ioan. de Mont. Sperel.
Gregor. Lopez. in gloſ. leg. partit. p.6. tit. 16.
l.12.in verb. piden guardador.in fin. Gasp, Be-
tius. de decim. tutor. iur. hiſpan. præſtan. c.16.
vbi n.38. plura de horum curatorum differen-
tijs. Ideo aliquando datur curator ventri, &
bonis ſimul, interdum ventri tantum, & bonis
tantum l. 1. §. quoties. de uentr. in poſſ. mit.
Odoffr.de tutor.bon.dan.§.cum autem.n.6.Gasp.
15 ibid,n.14.† Quorum ratio eſt quia, tutor prin-
cipaliter datur perſonæ; Curator autem bonis
§.certæ.inſtit.qui teſtam.tut. dar. poſſ. At is qui
nondũ natus eſt perſona non eſt, nec homo, nec
16 animal, vt ex multorum ſententia † concludit
Tiraq.de retract. lignag. gloſ. 9. §.1. nu.78. in
fin. & in l.ſi unquam, in uerb.ſuſceperit liberos.
num.147. C. de reuocan. donat. Mandoſ.de ætat.
17 min.c.1.nu.2. † vbi intelligit ſecus eſſe quo ad
effectum homicidij, in cuius pœnam incurrit
percutiens data opera prægnantem, ſi mortuus
ſit

ſit partus animatus, videlicet maſculus poſt
quadraginta dies, fœminas poſt ſexaginta Signorol.conſil.1.nu.15.Roman.in l.1.§.occiſorū.
nu.3. ad syllan. poſt glos.in c.ſicut.de homic.&
Bart.in l.diuus.de extraordin.crimin. Secunda
eſt ratio, quia ventri datur curator ex edicto
18 Prætoris, non tutor,† quia nec Pretor tutorem
facere potuit, vt docet Cuiac. obſeruat. lib. 17.
c.15.in princ.

Quarta eſt concluſio, quod hodie mater habet
annum ad petendem tutorem filijs ex æquita-
19 te † l.ſciant. C.de legitim. hæred. qui tex. ex-
tenditur etiam ad matrem, cum loquatur in
omnibus, qui vocantur ad ſucceſsionem pupil-
li mortui, vt de communi teſtatur Aret. in §.
ſed quemadmodum.n.5.inſtit.ad tertul. Et licèt
tex.in l.2.§.confeſtim. eod. tit. ad tertul. videa-
tur loqui, quod ſtatim debeat petere, vt voluit
Bart. in d.l. ſciant. Tamen rigor antiquus mi-
tigatur & corrigitur, quia rigor ille erat ſolum
in matre, & auia, ſed ille annus datur alijs, ergo
fortius Matri, & Auiæ tanquam magis con-
iunctis, quæ non ſic faciliter ſunt priuandæ hæ-
reditatibus filiorum Bald.conſil.297.col.fin.lib.
3.Salic.in.d.l.ſciant. nu.6.Corn.n.3. ad fin. vbi
quod hæc opinio eſt tenenda, tanquam huma-
nior Caſtrenſ.ibid.nu.3.& Ang.nu.2. dicens ſe
plures ita conſuluiſſe, & practicari per totam
Tuſciam, & eſſe magis communem teſtatur
Alex. in l. ſi deceſſerit. in fin. ff. qui ſatisd.cog.
Corn. conſ.234. n.2. lib.4.

Et quamuis Azo. in ſumma. C.qui pet.tut.nu.3.&
C. ad ſenat. conſ.tertul.nu.4. dicat quod confe-
ſtim, mater debeat petere, ideſt quamprimum
potuit extendens hoc ad Curatores furioſi, &
ventris. Tamen non eſt recedendum à ſupe-
riori opinione, quod habeat annum cū ſit ma-
gis communis, vt dictum eſt, & ita debet intel-
ligi d.l.2.§. ſi mater. prout declarat Socin.Iun.
conſ.119.n.13.lib.1.

Quinta eſt concluſio quod licèt mater teneatur
petere Curatorem ventri intra nouem menſes,
20 tamen contrarium dicendū eſt † quod habeat
annum ex æquitate d. l. ſciant. prout voluit
Bald.in l.precibus. C. de impub.& alijs ſubſtit.
nu.22. col.4. verſ. item dixi confeſtim. vbi poſt-
quam oppoſuit de d. l.2.§.quid ſi cum pragnās.
concludit mitigatum eſſe rigorē d. §. confeſtim.
& nō excludi ex æquitate à ſucceſsione, niſi per
lapſum anni, ne ſit deterioris conditionis, quam
alij coniuncti: Et id clarius voluit Idem Bald.
conſil.288.quidam deceſſit.ad fin.lib.2. quia in-
quit hoc habet ex beneficio nouæ legis, & etiā
quia fingitur eſſe retro tutrix etiam in vtero
exiſtente filio, prout concludit Idē Bald. in l.3.
quæ incip. matres. ad fin.num.3. verſ.modo ego
quæro. C. ad tertul. per tex. in l.cum pater. 30.
21 verſ. quid ſi natus. ff. de negot. geſt.† Et quod
mater non priuetur ſucceſsione neq; in aliquā
pœnā incidat ex eo quod non petierit dare cu-
ratorem ventri niſi integro anno fuerit negli-
gens per d.l.ſciant dicit Alciat. conſil.231.aliàs
13.decidi caſus præſens.n.7.lib.9.tom.3.Azon.in
ſumm. C. qui pet.tut.n.3.vbi vult idem tempus
dari ad petendum curatorem furioſi, & ventri,
quod datum ad petendum tutorē impuberibus
Ant.Rub.Alex.conſ.81.n.1.Iacob.Rimin conſil.
468.nu.10.lib.3.Gasp. Bot.de decim.tutor.c.16.
nu.38. vbi tranſit cum Bald.in d.l.matres. pro-
ut etiam Gregor. Lopez. l.12. partit. p.2.tit.16.
in fin.Alex.conſil.185. n.10. lib.6. Dec. in c. ex
parte.col. fin.de appellat. qui omnes ſequuntur
Bald.in d. l. precibus. & in d. l. matres. Idem
Bald.conſ.289.in princ.lib.1.vbi vult matrem
priuari, ſi nō petijt curatore ventri, dummodo
etiam intra annum nō petijſſet tutorem, ſequi-
tur Paul.Montan.de iur. tut. et curat.c.18.n.12.
in fin.verſ. amplius putat. Idem cōcludit Capr.
conſ. 55. nu.3. et conſil.95.n.5. et conſil.109. et
conſ.118. num.3. iunctis caſibus ibi præinſertis.
Imol.in c.ex parte.il 2.n.8.de appellat. verſ. ſed
aduerte. Fulgoſ. conſil.48.n.1.vbi allegant d. §.
quid ſi cum prægnans. & tenent ſatis eſſe petere
curatorem in tempore legitimo. Quod etiam
voluit Io. Andr. ad Speculat.tit de tutor.§.nunc
dicendum, in addit.fin.vbi quod tex.in d.§.quid
ſi cum prægnans. Loquitur de curatore bonis
dando, non autem de curatore dando ventri:
Vnde ſi mater mãſit in bonis mariti, & eo mor-
tuo nō petijt ſe immitti in poſſeſsionem nomi-
ne ventris, nec petijt curatorem ventri, non ta-
men ex hoc perdit ius ſuccedendi, Et opinionē
Io. Andreæ ſequendam tanquam veram conclu-
dit Guter.de tutel.p.1.c.16.n.50. poſt med.verſ.
mihi videtur. & verſ. opinio ergo. dummodo
mater petat curatorem bonis intra annum; li-
cèt ſubdat cautius eſſe ad effugiendas opinio-
nes, quod mater prægnās petat intra annū dari
curatorem bonis, aut ventri, quamuis hoc vlti-
mū non teneatur petere ſub prædicta pœna pri-
uationis ſucceſsionis vt per Io.Andr. ad Specu-
lat. de tutel. d. §. autem dicendum.

Ex iſtis videbatur colligi D. Auroram non fuiſſe
priuatam ſucceſsione filij, ex quo non petijt cu-
ratorem ventri, cum poſtea, petierit tutorem fi-
lio nato intra annum, cum in ea militent quæ
dicta ſunt in 4. & 5. concluſione, & ei ſit defe-
renda ſucceſsio filiorum §.ſed nos. inſtit.ad ter-
22 tul. † cum æquum ſit, & rationabile illam ad-
mitti ad luctuoſam filij hæreditatem l.fin.C.de
inſtit. & ſubſtit. Socin. Iun. conſil.23.num.11.
lib.1.Cephal.conſ.433.nu. 12.lib.3. Itaut agens
ad excluſionē matris à ſucceſsione pupilli de-
beat non ſolum probare filium impuberē mor-
23 tuum, & tutorē non petitum,† ſed etiam, quod
filius ſuperuixit patri poſt annum, & intra an-
num non fuiſſe petitum tutorē à die mortis ma
riti Alex. qui de communi conſil. 185. in cauſa
24 & lite.n.10.lib.6.Oſaſc.deciſ.57.num.8.† Imò
etiam opus eſſet probare matrem ſua culpa nō
petijſſe tutorem filio, vt illius hæreditate pri-
uetur, à qua tamen excuſatur ex qualibet iuſta
cauſa Burſ.conſ.8.n.40.lib.1. & etiā quod eſſe-
25 mus in dubio,† ſemper iudicādum eſt ad fauo-
rē matris, ne excludatur à d. ſucceſsione Ang.
conſil.281.col.vlt.in fin.verſ. cōfirmatur etiam.

Gozad.

Gozzad.cõſ.35.n.13.Cephal.cõſ.210.n.38.lib.2.
Preterea tunc mater debet petere curatorem vē-
26 tri,quãdo creditores,vel ſucceſſuri inſtãt,†vel
adeſt aliqua iuſta cauſa petēdi,puta ob æs alienum,aut quid ſimile l.1.§. quoties. de ventr.in
poſſ. mitt.l.ſi quis inſtituatur.23.§. itē ſi conditioni. de hæred. inſtituend.

Secundo requiritur,quod ſcienter, & ex induſtria
27 omiſerit petere, & data opera † l.2.§.non ſolum.ff.ad tertul.l.edictum. de ventr. inſpic. puta propter præiudicium, & periculum bonorũ pupilli,vt conſiderat Bald.in l. præcibus. n.22. C.de impub.& in §. impuberes. inſtit. de attil. tut. poſt Io. Andr. ad Specul. de tutor. §. nunc
28 dicendum. Burſat.conſ.8.n.40.† Et verba data opera important fraudem, & culpam l.1.§. ſciendum. de magiſtr.conuen. Vnde iſta qualitas fraudis erit probanda Bart. in l.1. ne quid in flum. publ.Corn. conſ.87. nu. 2. lib.3. Rot. Lucenſ. per Magon.deciſ.49.nu.8.

Ideo etiã ſubdit Iuris Conſultus in d.l.2.§.mater. verſ. non ſolum. ad tertul. quod mater priuabitur quoque in caſu,quo petijt,ſed perfunctoriè petijt, ſeu defunctoriè, quaſi ſemper lex requirat culpam mulieris, quo ad effectũ priuationis Bald. in l.omnē.C.ad tertul.col. 2. verſ. caueat.Gabr. de tutel. concluſ.1.nu.38.Id enim
29 ſignificat illud verbum perfunctoriè,† non reſpectu temporis,ſed intentionis,& curæ nõ deligendo idoneos curatores, & ita explicat Alciat. de verb.ſignif. lib.4. ad fin. vbi quod iſta
30 verba nõ intelligũtur poſt tempus facere;†ſed intra tempus leui cura, & aliud quodammodo agendo,ſeu vt cumq; rem ſibi cõmiſſam explicando,& lauguidè, & remiſsè, ac parcè more delibantis, ac tranſitoriè,non ex animo, ac vera intentione, ſed quouis modo, vel quaſi præuaricando,prout declarat Bud. in pandect. in l.emptorem.de actio.empt. & in cõmentar. ling. græca fol.283. & ſequitur Prateius. in Lexic. iuris. in verb. defunctorie. qui ita in ſpecie huius legis intelligunt d.verba reſpectu intentionis quo ad eligendos idoneos tutores: Ideo dicimus defunctoriè denũciare, ideſt obſcurè di-
31 cere,†& non omnia ad denunciationem neceſſaria explicare l. aut qui aliter. quod vi aut clam. quem tex. ita explicat Rebuſ.in l.rei appellatione.23.in fin.de verb ſign. vbi quidquid alij dicant,docet quod perfunctoriè accipitur
32 pro ſummatim, quaſi per tranſennam,† omiſſis neceſſarijs, & ibi multa de verbis defunctoriè quo ad caſum noſtrum tutelæ, quod ſignificēt lãguidè, & remiſsè,& negligenter: Cum ēt
33 hoc ſignificet verbum defungor,† quando aliquid curamus nõ toto conatu,aut magnopere, ſed tepidè,& inſtrenuè, vt officio functi videamur,& quatenus ſatis ſit ad euitandam repre-
34 henſionem,aut ad emerendam veniam, † prout de mediatoribus ita ſe gerētibus dicit Stracca de proxenet. in princ.nu.10.verſ.nam ſecundum.tom.6. p.1. fol.339.cum alijs per Albert. de Pergamo. de propoſition.nu.88. tom.18. fol. 276. prout etiam explicat gloſ. in c. ante om-
35 nia.7.diſt.40.†vbi de perfũctoriè gerentibus ordines,& eccleſiaſticas dignitates,ideſt negligenter, & remiſsè, & ſequitur Idem Rebuff. in d. l. rei appellatione. in fin. de verb. ſignif. Ita etiam dicitur impleuiſſe defunctoriè debitum officium vindicandi defunctum, qui frigidè procurarunt apud iudicem reos cędis condemnari non factis probationibus, ac debitis inſtantijs l.propter.21. §.fin.ad ſenat. conſult. ſyllan.Quæ volui adnotare cum per alios intelligantur iſta verba perfunctoriè petere, ideſt lapſo tempore tutorem petere,quæ interpretatio ex ſupradictis nõ ſubſiſtit,Et quę dicta ſunt de faciente aliquid defunctoriè,idem eſt in ver-
36 bis dicis gratia † de quibus in l. 4. ff. commod. quia etiam iſta verba ponuntur pro remiſsè, ſimulatè,& nõ ex animi promptitudine,& perfunctorie,& ita legēdum eſſe exploſis aliorum interpretationibus dicit Corraſ. lib. 4. miſcellaneor. Duaren.lib.1. diſputat. anniuerſarior.c.47.Auguſt.lib.2.emendat.c.2.Couar.lib. 4.var.reſolut.c.8.late Gõzall.Mendez.Vaſconcell. lib.2. diuerſor.iuris argumentor. c.6. n.3. cum ſeq.

Tertio quia in caſu noſtro aderat auus, & auia,
37 apud quos ſemper manſit iſta mater, † vnde nihil defuit ventri, vti cuſtodito à patre & matre prægnantis,cuius cauſa datur curator ventri l.inter bonorũ.de admin.tutor.l.1.§.quoties. de ventr.in poſſ.mitt.l.curator eod.tit. Item ſu-
38 pererat auia materna;& patruus, † qui bonorum curam habuerunt, quorum cauſa datur curator bonis d.§.quoties.Vnde non habet locum pœna priuationis, in quam mater incurrit, ſi plus fuit damni ob non petitionem, quam lucri l. 2.§.tractari ad tertull. & ſi interſit pupillo tutorem peti,alias ſecus Bald.conſ.289.p.1.& in l.3.nu.1.verſ.ſecundus caſus. C. ad tertull.
39 Et quando ſimiles perſonæ adſunt,†quod mater excuſetur dicit Soccin.Iun. conſ.16. nu. 14. lib.2.poſt Soccin.Sen.conſ.153.pulchra & ſubtilis.col.penult.& fin.lib.2.

Quarto ex ſupradictis conſtat de probabili dubio, an debeat petere, necne propter contraria dicta doctorũ,vnde dubius error iuris debet ex-
40 cuſare,† cum æquiparetur errori facti, & dicitur iuſtus ad lucrum conſequendum, nedum ad euitãdũ damnũ Bald. in l. in venditione. de vſucap.pro empt.nu.3.poſt Bart.in repet. l.nerua.nu.19.ff.depoſit.Corn. in l.iuris ignorantia. n.7.vbi Iaſ.n.2.Dec.in 1.lect.nu.3.& in 2.n.9. C.qui adm.Felin.in c.de quarta.n.27.col.10. in fin.verſ.limita vtiliter hanc doctrinam.de præſcription. & in proem. Gregor. in gloſ. primi libri.col.1. poſt med.Cardin.in clem.1. §.ſane.
41 oppoſ.3.de vſur.†Maxime quando eſt ius,quod minus frequentatur Anchar. in c.vbi periculũ. in fin.de election.in 6.Io.Andr.in reg.ignorantia in mercurialibus. Felin.in c.quoniam.n.12. verſ.& adde quod ignorantia.col. vlt.in princ. de ſimon.Adden.ad Bart.in l.non fatetur.num. 11.verſ.error iuris.de confeſſ.Mil.in verb.ignorantia toleratur.

Præ-

Præſertim quia in muliere inſcitia iuris permitti-
24 tur † *l. 1. in fin. de edend.* cum præſumatur
illud ignorare *Corn.conſ.126.n.3.lib.1.* & licèt
non excuſetur, quando potuit conſulere peri-
43 tiores, † ſat eſt eam illos conſuluiſſe, & cum
per eoſdem fuerit redditum conſilium, vt intra
annum edito partu peteret tutorem filio, prout
poſtea fecit, debuit credere, non quęrendo, an
bonum fuerit conſilium, nec ne, maximè in per-
ſonis, quæ non debent ſcire ex ſemetipſis *Bart. in l. in bonorum. ad fin. de bon. poſſeſſ. Bald. in l. iuris ignorantia. in fin. & ibi Iaſ. nu. 9. C. qui admit.* Itaut per partem aduerſam debeat pro-
41 bari potuiſſe conſuli peritiores, † qui rectius
conſilium dediſſent, *vt per Salicet. in d. l. iuris ignorantia. & ibi Corn. in fin. nu. 9. verſ. & aduerte quia incumbit*. Et cum multi Doctores
teneant non eſſe petendum curatorem ventri
per matrem intra nouem menſes, ſed ſufficere
quod petat infra annum, vt ſupra dictum eſt in
quinta concluſione, Iſtæ auctoritates doctorum
45 debent excuſare mulierem, † cum faciant rem
dubiam, quę dubitatio præbet iuſtā cauſam ex-
cuſationis *latè Surd. deciſ. 58. n. 6. vſque ad n. 10.*
Eo maximè quia per eam fuit ſeruata conſtitutio
petendo tutorem infra annum, quod ſapit na-
turalitatem: vnde in eo quod reſpicit iuris ci-
uilis rigorem, vt ſtatim teneretur petere, ma-
ter eſt excuſanda *Bald. in l. 3. nu. 3. C. ad tertul. Caſtrenſ. in l. venia. num. 3. C. de in ius vocand. Aret. in l. claudius. col. penul. uerſic. item adde. ff. de acquir. hæred. Socin. conſil. 29. num. 15. & 17. lib. 1. Bertr. conſ. 229. nu. 1. lib. 3. Boer. deciſ. 124. nu. 20. Neuiz. in Sil. nupt. in verb. non vidua nubendum. n. 53. lim. 1. Gabr. de tutel. concluſ. 1. nu. 25. vſque ad nu. 31. limit. 2.*
Ex quibus patet adeſſe probabiles difficultates ob
rationes ſupra allegatas, quas deduxi, vt ſuper
eis poſsit conſultari, & reſolutio haberi prout
faciendum eſſe docet *Aret. conſil. 14. col. 11. ad fin.* cum debeamus de ſingulis dubia probabilia
edere, vt Iudex certior de omnibus fiat, licet fa-
46 cilius ſit illa proponere, † quam ſoluere *Alex. conſil. 200. in fin.* In huiuſmodi facti ſpecie ma-
ter obtinuit in partibus ſententiam fauorabi-
lem, quæ tamen fuit ſtatim reuocata per D. Lo-
cumtenentem Auditoris Cameræ. Quamuis
poſtea per eandem matrem præuia appellatio-
ne fuerit commiſſa cauſa in ſacra Rota Roma-
na, in qua nunquam habita fuit pręciſa reſolu-
tio, ſed mandatum cōcordari, prout partes de-
uenerunt ad concordiam, cum prius cauſa per
tres vices propoſita dictum fuerit; Non li-
47 quere: Qui modus pronunciandi, † vt hoc obi-
ter adnotetur in gratiam amici hoc poſcentis
antiquitus etiam obſeruabatur, cum enim cau-
ſa eſſet obſcura Iudices differebant ſententiam,
& pronunciabant non liquere; vtebantur enim
tribus tabellis, in quibus aderat A. pro abſoluo
C. pro condemno, N. L. pro non liquet. Prout
etiā quando cauſa erat ambigua amplius pro-
48 nunciabatur; † vnde ampliati rei ſunt, quorum
damnatio differtur, aut quia coram ſiſtendi te-
ſtes ſunt, & cum illis committendi, aut quia nō-
dum planè liquet, aut de crimine, aut de pœnæ
modo *Auctor ad Heren. lib. 4.* Quid fuit iudi-
ces, quare iſtum hominem nefarium ampliaue-
ritis. *Valerius l. b. 10.* L. Scipio Æmilianus Cot-
tam apud populum accuſauit, cuius cauſa gra-
uiſsimis teſtimonijs erat confoſſa, ſepties am-
pliata, & ad vltimum octauo iudicio abſoluta
49 eſt. † Et nō liquere de cauſa dicebant veteres,
quando probationes, & argumenta non ſatis
erant idonea ad dijudicandum cauſam *Cicer. pro Aulo Cluentio*. Deinde homines ſapientes
ex vetere illa diſciplina iudiciorum, qui neque
abſoluere hominem nocentiſsimum poſſent, ne-
que eum, de quo eſſet orta ſuſpicio, pecunia
oppugnatum, re illa cognita primo condem-
nare vellent: non liquere dixerunt. *Ibidem 85.*
Eorum verò qui ſibi non liquere dixerunt, ſa-
pientiam laudo, qui abſoluere eum, quem no-
centiſsimum cognorant, & quem ipſi bis iam
antea condemnarant, nullo modo poterant:
quum tanta conſilij infamia, & tam atrocis rei
ſuſpicio eſſet iniecta paulo poſterius patefacta
re condemnare maluerunt. Et de huiuſmodi
modo pronunciandi quod non liquet de cauſa
meminit Iuriſconſultus *l. pomponius. 36. de re iudic. & in l. idem pomponius. 14. in fin. & ibi gloſſ. in verb. nondum. ff. de arbitr. & poſt Bud.* multa *Marcell. Donat. ad Liuium, lib. 43. fol. 74.* vbi etiam de comperendinatione in quo
differat ab ampliare.

E P I T O M E.

Hæres, ſeu executor teſtamētarius an poſsint præ-
uenire tempus à teſtatore præfixum quo ad le-
gatum relictum pauperibus, & dotem conſti-
tuendam. Miſſa celebranda in aliquo loco,
an poſsit in alio celebrari, itaut relictum de-
beatur Monaſterio tranſlato ad aliam Eccle-
ſiam. Et de Capellæ ædificanda in domo te-
ſtatoris, an poſsit ædificari in ædibus permuta-
tis. Annus ad exequendum voluntates teſta-
torum, an currat à die aditæ hæreditatis, vel
monitionis factæ per Iudicem, aut fauore con-
ſcientiæ defuncti ſtatim etiam impeditis igno-
rantibus. Et quid ſi executio committatur
voluntati, & beneplacito commiſſarij.

S V M M A R I V M.

1 *Legatū relictum pauperibus, ſeu pro dote puel-
larum poteſt præueniri, & ſolui ante tem-
pus à teſtatore præfixum. Intellige vt nu. 2. & 3.*
4 *Miſſa ſi debet celebrari ex præcepto teſtatoris
in aliquo altari an poſſit dici in alio loco. & num. 5.*
6 *Legatum relictum Monaſterio cum onere cele-
brandi Miſſam in Eccleſia an debeatur ſi con-
tingat illud transferri in aliam Eccleſiam. & nu. 7. & 9.*
8 *Eccleſia ædificanda in domibus teſtatoris po-*

terit ædificari in ædibus permutatis.
10 *Beneficium dãdum cum onere celebrandi Miſ-*
ſam an debeat dari ſi celebretur per alium.
11 *Annus ad exequendum uoluntates defunctorũ*
currit à die monitionis facta per Iudicem, & an currat ignorantibus fauore conſcientia defuncti.n.13.& 14.
12 *Vicarius generalis prorogat huiuſmodi tempus anni.*
15 *Executio ubi committitur uoluntati, & beneplacito Cõmiſſary non currit annus. & n.16.*
17 *Verba pro libito uoluntatis non important arbitrium boni uiri.*

CAPVT LXXIII.

HÆres, ſeu executor teſtamentarius an poſ-
ſit præuenire tempus à teſtatore præfixũ
quo ad legatum relictum pauperibus. & dotem
1 dãdam pro maritãdis puellis;† Verior eſt opi-
nio affirmatiua: Nam nullum præiudicium po-
teſt conſiderari quo ad futuros pauperes, cum
potius videatur relictum pro ſalute animæ de-
functi, cui expedit celerius legatum ſolui ex ta-
cita, & præſumpta volũtate teſtatoris, quæ ha-
betur pro expreſſa, itaut dilatio per eum appo-
ſita cẽſeatur data ad fauorem hæredis, qui po-
teſt illi renunciare, & cũ ſimus in incertis pau-
peribus, & puellis nulla cadit affectio in futu-
ris, quin poſſit verificari in præſentibus: Ita in
ſpecie per ſupradictas rationes, & ſimiles con-
cludit *Bald. in l. poſt mortem. 12. ad fin. n. 10.*
verſ. ſed pone teſtator. C. *de fideicomm. Dec. in*
l. cum tempus. 17, in princ. de reg. iur. Quidquid
dicat *Bart. in l. cum pater. 79. §. à filia. de leg 2.*
Ang. & Iaſ. n. 6. in d. l. poſt mortem. Cum con-
tra eos ſit verior opinio, vt teſtatur *Couar. in*
c. tua. n. 5. de teſtam. Card. Mantic. de coniect.
vltim. uolunt. lib. 8. tit. 5. nu. 20. Spin. de teſtam.
gloſ. 28. nu. 71. Rot. *Genuenſ. per Carthar. deciſ.*
35. Gonzal. de alternat. gloſ. 2. num. 48. uſque ad
nu, 53. & voluit *Anchar. conſ. 202. circa primũ.*
in 2. dub. vbi dicit veriorem. latè *Sim. de Pret.*
de interpret. ultim. uolunt. lib. 5. dub. 1. inter-
pretat. 1. nu. 74. licèt ipſe contrarium teneat ob
multas rationes, præſertim defectu auctorita-
tis, & mandati, cum ante tempus illud non ha-
beat, maximè in executore, cum tamen in hæ-
rede facilius admitteret præuentionem, vt *ibid.*
nu. 76. in fin.

In cauſa tamen Franciſci mihi delegata contrariũ
Dixi, quia in teſtamento, de quo agebamus ap-
paret teſtatorem non reſpexiſſe commoditatẽ
hæredis, qui non fuit iuſſus pro vnica vice ad
certum tempus bona diſtribuere inter paupe-
2 res, tũc enim poſſet hæres præuenire,† cum ſo-
lum ipſe priuetur cõmoditate interuſurij ſine
contrauentione voluntati teſtatoris, prout lo-
quũtur Doctores allegati in contrariũ, ſed fuit
mandatum ſolui in perpetuum in die præciſa
Sancti Ioannis per teſtatorem nominata, quo
casu præſumendum eſt relictum fuiſſe in illa die
propter deuotionem, quam defectus habebat
ad eandem diem, vnde nõ debet mutari huiuſ-
modi voluntas, cum memoria illius magis cõ-
ſeruetur, & tẽpus videatur appoſitum pro for-
ma, à qua non eſt recedendum, quemadmodum
videmus quotidie ſeruari in diuerſis Eccleſijs,
prout in ſpecie per multa cõcludit *Guter. pract.*
q. 79. num. 3. & 11. quem ſequitur *Ceual. q. 186.*
nu. 3. & 4. Stantibus enim cõiecturis receditur
3 ab opinione ſupra firmata, † quod non ſit præ-
ueniendum in huiuſmodi diſtributionibus fa-
ciendis pauperibus, vel dotibus virginibus dã-
dis, vt concludit *Couar. in c. tua nos. n. 5. in fin.*
de teſtam. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5.
n. 20. in fin.

Ideo etiam dicimus, quod ſi teſtator mandet cele-
brari miſſam in tali altari, ſeu cappella, ad quã
conſtat habere deuotionem non erit licita loci
4 mutatio † *Nauar. in manual. c. 25. num. 134. ad*
fin. verſ. ſacellarij. Sebaſt. Medic. in ſumm. de
acquir. & obſeruan. rer. domin. p. 3. gloſ. 2. nu. 75.
Spin. Guter. & alij allegati per Ceuall. q. 686.
num. 6.

Licet aliàs ceſſante huiuſmodi coniectura poſſet
tam in vno loco, quàm in alio Miſſa celebrari
5 cum vtroque modo ſatisfiat animæ teſtatoris †
c. multi. 4. diſtinct. Lap. alleg. 35. n. 4. Duen. reg.
234. & eſt deciſio Rot. *per Cardin. Seraphin. 9.*
octobris 1595. Bergomen. legati. qui relictũ Mo-
nialibus dei fine, vt celebrari faciant ſingulis
diebus in d. Eccleſia Miſſam pro remedio ani-
mæ ipſius teſtatoris. aliàs legatum deuoluatur,
6 ſi contingat illas transferri ad aliam Eccleſiã,†
non poterunt priuari legato, ſi in Eccleſia, ad
quam ſunt tranſlatæ, Miſſa celebretur, cum eo-
dem modo ſuccurratur teſtatoris animæ in vno
loco, quàm in alio. Maximè quia huiuſmodi le-
7 gata † præſumuntur fieri intuitu legatarij *l. pa-*
ter filium. §. toſculanos. de leg. 3. Couar. in c. re-
queſiuiſti. n. 10. de teſtam. Et fauore Sacerdotis
Petr. de Vbald. de canon. port. c. 7. num. 57. Card.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 17.
& vlt. n. 30. Cephal. conſ. 216. n. 17. cum ſeq. lib. 2.
Et cum fuerit dictum in Eccleſia Monialium,
8 talis dicitur illa † ad quam fuerunt tranſlatæ
prout alia *Bart, conſ. 26. n. 3. lib.* 1. vbi de Eccle-
ſia ædificanda in domibus teſtatoris, quæ pote-
rit ædificari in ædibus permutatis *Socin. Iun.*
9 *conſ. 162. n. 22. & 26. lib. 2.* † Et quia facta trãſ-
latione ab habente poteſtatem omnia iura per-
tinentia ad Eccleſiam, ea tranſlata, ſpectant ad
illam, in qua fuit tranſlata *c. & hoc diximus. 16.*
q. 7. Io. Andr. in c. cum perſona. col. 2. de priuil.
in 6. Lap. *alleg. 68. cum alijs de quibus in d. de-*
ciſione. Rot. per Card. Seraph.

Prout etiam quando teſtator mandat dari benefi-
cium Sacerdoti, qui celebret Miſſam pro ani-
ma ſua, poterit enim celebrari per alium, cum
non ſit veriſimile, quod diſponens ſe voluerit
10 arctare magis ad Miſſam vnius, † quã alterius
Lap. alleg. 35. Quaſi illa verba potius ſint appo-
ſita ad denotandum onus impoſitum celebran-
di, non perſonam celebrantis *Rot. per* R. P. D.
Sacratum Tiraſonen. capella. 9. iunij. 1603. *&*
coram

coram R.P. D.*Giptio Lucan. capella.* 12.*decembris.* 1593. *Cardinal. Pamphil.Romana capellaniæ.* 23. *ianuary.* 1589. & fuit reſolutum per *Sacram Congregationem Concilij*, quod Epiſcopi non compellant tales ad celebrandum per ſe ipſos cum declarationibus, de quibus late infra *cap.*133. Validum enim eſt argumentum de tẽpore ad locum, & perſonas, vt per *Euerard. loco* 90.*&* 91.

Secundo In eadem cauſa Dixi, quod annus datus executoribus ad exequendum vltimam vo'untatem defunctorum, de quo *in l.nulli.C.de epiſcop.& cleric. & in c. tua nos.de teſtam.* currit non à die aditæ hæreditatis ſecundum opinio-
11 nem *Soc.in l.*1.*n.*13. *de leg.*1. † ſed à die monitionis factæ per iudicem *Bald. in l.quod pauperibus. C.de epiſc. & cleric. Abb.conſ.*59. *dub.* 3.*lib.*1.*Spin.de teſtam.gloſ.*28 *n.*10. *Ceual.* qui de communi *q.* 374. *n.*2. Itaut elapſo anno Iudex eccleſiaſticus poſſit ſe intromittere, & exequi voluntates defuncti, niſi diſpoſitio ſit talis naturæ, vt ſtatim exequi debeat, tunc enim non expectatur tranſcurſus anni.

Vicarius tamen generalis prorogat huiuſmodi tempus anni ad inſtantiam executorum etiam
12 ſine cauſæ cognitione † quando teſtatoris voluntas non poteſt intra illud tempus exequi *Ceual.q.*374.*n.*2.

An autem fauore conſcientiæ defuncti annus cur-
13 rat ignorantibus, & impeditis, † Concluſionem affirmatiuam tenet *Bald.in l.captatorias.n.*12. *C.de teſtam. milit.* Verior tamen eſt opinio contraria, quam latè defendit *Roman.conſ.*218. *col.*1. *vbi Mandoſ. in verb. non cucurriſſe* teſtatur pe communi, & veriorem ſententiam dicit *Graſſ. in §. executor vlt.volun. q.*5. *in fin.poſt Bald.conſ.*171.*oramittendo. in princ. lib.*3. *Abbas in c.non quidem.de teſtam.Sur.de alim.tit.*8
14 *priuil.*33. *num.* 7. † vbi limitat in legatis pijs, & fauore alimentorum *Tiraq. priuil. pia cauſ.* 97. Quia non debet impedimentum retardare pias cauſas *l.ſi quando.C.de teſtam.Bal.in l.vlt.* *§.ſed & ſi quis.col* 4. *verſ.pone quod infra annũ C.commun.de leg.*

In caſu tamen de quo agebamus Declaraui huiuſmodi tempus non currere, quia executio erat per teſtatorem remiſſa voluntati, & beneplaci-
15 to Commiſſarij, † ſolutis prius, ſi voluerit legatis ad tempus, de quo in teſtamento, & cum eadem auctoritate data hæredibus eiuſdẽ executoris. Quo caſu non poterit cogi ante tempus *Pariſ.conſil.*23. *num.*18. *lib.*3.*Bald.conſil.*301. *conſtitutio.col.*1.*lib.*2.*Sim.de pret.interpret.vlt. volun.*1.*lib.*5.*dubit.*1.*nu.*64. *vſque ad num.*67. *fol.*488.*Florian.poſt Bald.ibi.in l. cum quidam col.vlt.ad fin.nu.*24.*de legat.*2. *& in l.vnum ex familia.in princ.n.*10.*verſic. in textu ibi debet. ff.eod.poſt Bart.ibid.verſic.oppono dicitur hic. &*
16 *Bald. in oppoſ.* 2. † Quaſi tunc operetur diſpoſitio teſtatoris, quæ non eſt alteranda etiam reſpectu temporis *l. ſi mandauero tibi vt pro me in princ.ff.mand.Bald.in l.poſt mortem.* 12.*n.*8. *col.penul. verſic. modo quæro. C.de fideicomm.* *latè Pariſ.d.conſ.*23.*n.*19.*lib.*3.

Ex quibus non obſtant contraria, quæ habent locum in diſpoſitione ſimplici data executoribus ſecus vbi adſunt verba pro libito voluntatis, ſicut voluerit, aut ſimilia: Nam iſta non impor-
17 tant arbitrium boni viri, † ſed abſolutam, & nullis legibus regulatam voluntatem *Bart.in l. ſi ſic.de leg.*1.*Felin.in c.*1.*fallen.*8. *n.* 51.*col.*19. *in fi.de conſtit.Gabr.conſ.*143.*in fi.nu.*10.*lib.*1. *Sur.deciſ.*272.*n.*15.

E P I T O M E.

In poſſeſſorio ordinario, & ſummariſſimo quando prohibeatur appellatio, tam de Iure Ciuili, quã Canonico, & ſecundum conſtitutionem Ægidianam, quo ad effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, & quid in Interlocutorijs, & in minore.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio in poſſeſſorijs prohibetur, tam de iure Ciuili, quam per conſtitutionem Aegidianam, prout etiam ſupplicatio. n.*2. *non autem erit prohibitum dici de nullitate. Intellige, vt n* 3.*&* 4.

5 *Appellatio nõ admittitur in poſſeſſorijs, quo ad effectum ſuſpenſiuum, ſecus deuolutiuum. n.*6. *&* 7.*Contrariũ in Interlocutorijs quando grauamen irreparabile continerent. n.* 12. *Amplia vt nu.* 13.

8 *Obſeruantia in ſententijs attendenda.*

9 *Minor in poſſeſſorio non appellat.*

10 *Minor, & Eccleſia licèt admittantur in iudicio, tamen reſtituuntur, & nu.* 11.

14 *Appellatio eſt licita ab Interlocutoria continẽte grauamen quamuis à Definitiua prohiberitur appellari.*

15 *Appellatio admittitur à pronunciatione competentia iudicis, ab admiſſione articulorum, & ſimilium caſuum.*

16 *Executio non ſuſpenditur per appellationem in poſſeſſorio ſummariſſimo tam de iure Ciuili, quam Canonico. n.*17.*&* 20.

18 *Executio iuris non continet iniuriam.*

19 *Iudicium celeritatem deſiderans excludit appellationem.*

C A P V T LXXIIII.

PEr cõſtitutionem Ægidianã in iudicijs poſſeſſorijs prohibetur appellatio, quod, etiã
1 eſt de iure ciuili † iuxta *tex.in l.*1. *C. ſi de moment.poſſeſſ. Bart.in l.*2. *col.*1.*ff. de appellat. recipien.Abb.in c.cum ad ſedem. nu.* 30. *de reſtit. ſpoliator.Pariſ.conſ.*108.*n.*13.*lib.*1. Itaut neque
2 ſupplicatio † admittatur ſecundum *Ceual. q.* 15.*n.*1.*in fin.* Quamuis poſſit agi de nullitate, licèt de iure ciuili non appelletur *Oldrad.conſ.* 106.*quod littera executoria. per tot.* vbi intelli-
3 git, quando probatio eſſet in promptu, † & altiorem indaginem non requireret *Curt. Iun.* qui de communi *conſ.*163.*in cauſa vertente in-*

Digitized by Google

ter nobiles.n.9.col.2.in fin. verſic & dato quod
eſſemus.Bald.in l.vnica.nu.6.in fin. col.penult.
verſic.quæro nunquid ſententia. C.ſi de momen.
4 poſſeſſ. vbi declarat, † dummodo dicatur de nul
litate,non autem appelletur Angel.conſil. 107.
iacobellus.in princ. Alex.conſ.2. conſideratis in
fin.lib. 3.
Prædicta tamen Dixi declaranda ; vt non admit-
5 tatur appellatio ad effectum ſuſpenſiuũ , ſecus
deuolutiuum Abb. conſil. 55. in cauſa quæ ad
præſens.in primo dub.lib.2.Rip.in c.ſæpe.num.3
col.2.in princ.verſic. ex præmiſſis. de reſtit.ſpo-
liat.Angel.conſil.107.poſt med.verſic.nec obſtat.
Tiraq.in tract.le mort ſaiſit le vif.declar.6.p.6.
n.6.Couar.pract.quæſt. c.23 nu.8.verſ.ſecunda
concluſio. Quidquid dixerit Dec.conſ.28.pro te-
nui facultate.per tot Gabr. conſil.35. terentius.
lib.1.Qui quamuis cõcludant indiſtinctè etiam
6 in deuolutiuo. † Tamen contra eos eſt verior
opinio,& magis communis Ceual.q.15.num.5.
Nam licèt in d. l. vnica mandetur huiuſmodi
7 ſententias habere effectum , † tamen quia non
differtur executio,ſatis illum habent Rip. in d.
c.ſæpe.n.3.in fin.verſic.ad textum.de reſtit.ſpo-
liat.cum alijs ſupra allegatis.
Et ita ſemper fuit obſeruatum, cuius obſeruantiæ
8 ratione † nõ eſſet recedendum ab iſta ſententia
Anchar.conſil.178.viſis.& diligenter.col.1.n.2.
verſ.quinto allegatur.Cephal.conſ.320.n.31.lib.
3.Aleiat.præſump.30.reg.2.n.3. & ita in ſpecie
appellationis in poſſeſſorio concludit Gabriel.
conſ.35.n.1.in fi.lib.1.
Amplius prædicta prohibitio habet locum in mi-
9 nore , † qui etiam in poſſeſſorio non appellat ,
quamuis poſſit petere reſtitutionem in integrũ
Iaſ.in l ſciendum.n.33.col.8.verſic. ſed aduerte.
de verb.oblig.Boer.decſ.350. col.penul. num.4.
Soccin.conſ.299.capio primum. col.2. nu.4.verſ.
circa tertiã difficultatem.li.2. Minor enim licet
admittatur in aliquo actu iudicialiter , vel ex-
traiudicialiter non tamẽ ex hoc cẽſetur exclu-
ſus à reſtitutione , ſi aliàs ſibi competebat Ti-
raq.de nobil.c.20.n.41. Couar. var.reſol.lib.1.
10 n.8.c.5. † vbi confirmat exemplo Eccleſiæ quę
poteſt agere in iudicio, tamen conſequitur be-
neficium reſtitutionis c.1.& 2.de reſtit. in in-
tegr. Abb.in c.ex parte.n.16.de reſtit.ſpoliat.
Prout in beneficialibus minor admittitur in iudi-
cio tanquam maior cap.ult.de iudic.c. ex parte
de reſtit.ſpoliat.Alex. conſil.80. in cauſa & lite
inter bonds. in princ. lib.7. non tamen excludi-
11 tur à reſtitutione,ſi eſt læſus . † Quoniam cen-
ſetur maior,quo ad hoc,vt poſſit agere in iudi
cio per ſe, vel per procuratorem,non autem ad
excludendum reſtitutionẽ Rom. conſil 90. viſo
themate.col.1.in fin. verſ.præterea. num.3. vbi
Mando.in ver.denegatam.Put.deciſion.437.lib.1
latè Paris. de reſignat.lib.3.q.7.n.22.Ceual.q.15
nu.4.in fin.
Quamuis autem in huiuſmodi iudicijs poſſeſſo-
rijs ſit prohibita appellatio , vt ſupra dictum
eſt Tamen Dixi aliud ſeruandum quo ad inter-
12 locutorias, † in illis enim liceret appellare ,
quãdo grauamẽ irreparabile cõtinerent, & ta-
lis appellatio ligaret Iudicẽ , vt nõ poſſet pro-
cedere in poſſeſſorio , & procedendo non excu-
ſaretur ab attentatis Bald.in l.poſt ſententiam.
n.4.verſic.pone ergo C.de ſent & interloc.omn.
iud.Oſaſc.deciſion.15.n.14.Sur.deciſ.36. nu.17.
Quidquid contrarium ſequantur allegati per
Menoch.de adipiſc. remed.4.q.99. n.813. Quia
verior eſt opinio ſupradicta . Nam cum non
poſſit appellari à diffinitiua , merito grauamen
interlocutoriæ debet reparari ante diffinitiuã
Angel.conſ.46.ſtatuto ciuitatis.in fin. poſt In-
noc. in c.ſignificauerunt. in verb. appellaſſe de
teſtib.& in cap. fin. de nou.oper. nunc. Soccin.
conſ. 300. in cauſa interpellationis. col. penult.
nu.9. verſ. circa quartam & vltimam quæſtio-
nem lib.2. Diaz reg. 44.fall.3. Natt.conſ.121.
nu. 4.lib.1.Ludouic.deciſ.Peruſin.39.n.8.par.1.
latè Surd. deciſ.36. per tot. vbi ampliat proce-
dere , quando grauamen poteſt reparari in de-
13 finitiua † ſed non ex toto,quia tunc quoq; da-
tur appellatio Felin. in c.cum ſuper col. penul.
nu.17.verſ.vnde tertius habens.de re iudi. Alex.
conſ.17.requiſitus.col. vlt.in princ. verſic. nam
etiam nu.7.lib.1. Prout idem eſſet quando re-
parari poſſet , ſed cum difficultate , quaſi non
dicatur poſſe fieri.quod fit cum magno labore
Iaſ.in l.iulianus.§.conſtat.n.7. de leg.1.
Immo quamuis etiam poſſet appellari à diffiniti-
ua , tamen erit licita appellatio ab interlocu-
14 ria , † ſi contineret grauamen, vel abſorberet
ius partis, aut pararet præiudicium in negocio
principali c.fin. §. vbi uero. de appel. in 6.Lan-
cellot. de attent.appel.pend. c.12. limit.1. n.92.
tom.5.fol.360. Concil. Trid.ſeſſ.24.c. 20 .de re-
15 form. † Prout à pronunciatione Iudicis com-
petentis Ruin.conſ.1.n.4.lib.4. Grau.ad Veſtr.
c.10.n.6.lib.3. Angel. conſ.195. domina guiliel-
mina.in fin. Quemadmodum à non receptione
vel ab amiſſione iniuſta articulorũ , & teſtium
Bald.in l.poſt ſententiam 9.n.4. in.fi.C.de ſent.
& interlocut.omn.iudic. verſ. pone ergo quod
eſt appellatum Et in aliis caſibus de quibus per
Diaz.reg.39.Duen.reg.52.Menoch.remed.4 de
adipiſc.q.99.n.822.cum ſeq.Lancellot.de attent.
appel.pend.c.12. limit.1.
Ad vltimũ Dixi quod in ſummarijſſimo poſſeſſo-
rio non ſuſpenditur executio per appellatio-
16 nem,† itaut hoc procedat non ſolum de iure
ciuili per l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſ. & per
Conſtitution. Aegidianam ſed etiam de Iure
Canonico , quod licet permittat appellari in
poſſeſſorio Card. in clem.1.nu.10.col.1.opoſ.1.
de ſequeſtr.poſſ.& fruct.Afflict.deciſ.259.nu.2.
17 Ludouic.deciſ.20. nu.19. † Tamen debet intel-
ligi in poſſeſſorio ordinario , ſecus in ſumma-
rijſſimo,& extraordinario. Tunc enim hoc de-
18 cretum trahit ſecum executionẽ,†& iuris exe-
cutio non continet iniuriam l. iniuriarium. ff.
de iniur.Neuiz.conſ.81.n.4. Et quia talia re-
media extraordinaria ſunt inducta ad euitan-
dũ ſcandala, quæ poſſent oriri inter partes oc-
caſione poſſeſſionis lite pendẽte Caſtr. in l.or-
dinarij

dinarij col.vlt.in fin.C.de rei vendic. & conſ.3.
in cauſa quæ vertitur.n.1. lib.2. Ideo neque de
Iure Canonico admittenda eſt appellatio quo
ad effectum ſuſpenſiuum, cum propter euitan-
das rixas recedatur à regulis iuris communis
19 Felin. in c. 2. de præſcript. † Quaſi tunc hoc
iudicium celeritatē deſideret, & ſic meritò ex-
cludit appellationem iuxta l. quisquis.C.quor.
appell.non recip. & partium iura cōſeruet,neq;
auferat poſſeſsionem ab eo,qui illā habet;& ſic
nō conſideratur detrimentum irreparabile; Cū
præſertim iſtæ ſententię latæ in extraordinario
iudicio ſint interlocutoriæ Aim.conſ.140. nu.4.
Neque contra hanc ſententiā liceat impetrare
reſtitutionem Capic.deciſ.13.& 55. nu.3.Gra-
uet.ad Veſtr.in prax.c.vlt.lib.5.nu.36. Et ita
20 in ſpecie,† quandoq; de Iure Canonico in iſtis
poſſeſſorijs appelletur concludit Rebuff. de ma-
ter. poſſeſſor.art.1.gloſ.1.num.23.tom.3.fol.251.
Menoch.de retin. poſſ. remed.vlt.num.48. q.17.
Meuiz.cōſil.81.n.4.latè Benint.deciſ.79.per tot.
quam benè loqui dicit Rot. coram Cardin Se-
raphin.Valentina decimarū.23. octobris. 1598.
vbi quod ita perperuò ſeruatur in Rota mirā-
do de informantibus, qui contrarium oppone-
bant,ſubdens quod iſtud decretū non facit vn-
quam tranſitum in iudicatum quo ad Iudicē,
itaut retractari non poſsit, nam ſi pars aduerſa
melius doceret de ſua poſſeſsione; idem Iudex
reuocaret,& alterum in poſſeſsionem mitteret,
& manuteneret Cagnol.in l.in pari.172. n.6.de
reg. iur. de quo tamen Menoch. de retin. poſſeſſ.
remed.vlt.in fin.

E P I T O M E.

Natus per tranſitum in loco vbi mater non erat manſura an ſortiatur originem illius loci, & quid ſtante baptiſmo. Dignitas, & notariatus quādo poſsit concedi infanti, & nondum nato. Parochus contrahentium matrimonium quis dicatur, & quid in muliere exiſtente in loco cauſa inſeruiendi,vel addiſcendi:

S V M M A R I V M.

1 *Natus per tranſitum in loco,vbi mater nō erat manſura an ſortiatur originem illius loci, & n.3.4.5.6.8.& quid in expoſito. n.12.*
2 *Veritas attenditur in acquirendo origine non deſtinatio,ſecus quo ad diſpoſitionē legis. nu.7.*
9 *Natus in Regno Luſitaniæ ex filio hiſpani cenſētus eſt originarius Luſitaniæ quo ad priuilegia naturalibus indulta etiam ſi ibi fuerint parentes cum Rege non animo mutandi domicilium, ſed deſtinatione illico reuertendi.*
10 *Ciuilitati cauſata ab origine non poteſt renunciari.*
11 *Filius ſequitur originem patris quo ad honores, munera, iudicia, & ſimilia, non tamen amittit propriam originem loci ubi natus eſt.*
13 *Stante priuilegio, ut qui naſcentur ab aliquo ſint tabelliones ſtatim natus erit tabellio, & ualet hoc priuilegium. nu. 14.*
15 *Dignitas poteſt concedi infanti & eti naſcetur.*
16 *Per baptiſmum an quis efficiatur ciuis, & ſit acquiſita origo. & nu. 17.*
18 *Parochus contrahentium dicitur qui eſt originarius, & quid in muliere, quæ ſtat in loco cauſa famulandi, uel addiſcendi.nu.19.*

C A P V T L X X V.

NAtus per tranſitum in eo loco, vbi mater
non erat manſura,quod dicatur ibi ſortiri
1 originem † verius eſſe Dixi ſecundum opinio-
nem Alex.in l. huiuſmodi. 86.§.legatum. nu.4.
de legat.1. vbi Cuman. teſtatur ita ſeruari Ca-
gnol. in rubr. de reg. iur. col. fin. uerſ. limita
prædicta. Licèt poſtea videatur ſentire contra-
rium Bott. conſil. 28. cum alijs latè per Maſq.
concluſ.1141.num.6. Ratio quia in acquirenda
2 origine attenditur veritas, † non patris deſti-
natio l. aſſumptio. ad municip. Aliàs ſequere-
tur abſurdum, quod ſi quis conferret ſe Medio-
lanum,vel in aliam Ciuitatem,vt ibi habitaret,
& in itinere vxor pareret eſſet Ciuis illius Ci-
3 uitatis, † vbi pater nunquam fuit Crot.in l. ſi
quis pro emptore.n.204. uerſ.ultimo notandum.
de uſucap. Cuman. in l.cætera. §. ſed ſi quis. de
leg. 1.
Neque obſtat quod contrarium teneat Bart. in
4 l. filios.num.4. † & ibi Io.de Plat.uerſ.item in-
tellige.C.de municip. et origin. lib.11. Felin. in
c.rodulfus.num.13.col.8. in fin.in 3.concluſ. de
reſcript.Bal. Rebuff. Rip.et alij allegati per Ce-
ual. q. 458. et per Fanut. in tract. de moment.
tempor.c.28.num.12.cum ſeq. et per Maſquard.
concluſ.1141.nu.5. 6. et 7. vbi concordat opi-
5 niones,† quod ſi filius eſt eo conceptus in loco
domicilij,& alibi fortuitò natus, tunc dicatur
ciuis originarius,vbi conceptus eſt,ſecus ſi ali-
bi conceptus fuerit,vbi fortè mater diuerterat,
tunc enim erit ciuis loci vbi natus eſt, & ita
etiam diſtinguit Rebuff.priuil.ſcholar.65.in fin.
tom.18.fol.45.poſt Rip.de priuileg. cōtract.cauſ.
poſt.priuil.18.nu.183.
Quia verior eſt opinio, quod ſimpliciter natus in
6 tranſitu ſit ciuis originarius illius loci † quo-
modocunque ibi naſcatur, etiā ceſſante animo
parentum ibi permanendi: Quoniam attendi-
7 tur veritas non deſtinatio,vel animus,† qui ſo-
lū conſideratur quo ad regulandam ſuam diſ-
poſitionē,non quo ad diſpoſitionem legis,circa
quam ceſſat deſtinatio l. 3. C.de furt.l.propone-
batur. de caſtrenſ. pecul. Et facit l. ſenatores.
21. ff. de ſenat, et l. fin. C. de munic. et origin.
lib. 10. vbi in iſtis non mutatur cauſa originis
per domicilium, & in vtroque loco munera, &
8 functiones publicas ſubeunt, † & hanc eſſe ve-
riorem ſententiam vltra Caſtrenſ.Crot.Cuman.
et alios per eum allegatos teſtatur latè Caldeſ.
in ſuo reſponſo reddito pro Ioanne Taſſo,quod eſt
in fin. tractat. de reſtit. in integr.n.13.vbi reſ-
pondet cōtrarijs poſt Boer.deciſ.13.n.55.et alios
latè per eum adductos.

Et per prædicta *Idem Caldeſ.* ibid. concludit quod
9 natus in Regno Luſitaniæ ex filio Hiſpani cen-
ſendus eſt originarius Luſitaniæ † quo ad pri-
uilegia naturalibus indulta, etiam ſi ibi paren-
tes fuerint cum Rege non animo mutandi do-
micilium, ſed deſtinatione illico reuertẽdi Hiſ-
paniam, cum in his caſibus attẽdatur ciuilitas
originis,& naturalis, quæ præfertur cuilibet ci-
uilitati *arg. l. 3. §. in princ. de tutel. Thom. Gram.*
conſ. ciuil. 5. Alexan. conſ. 34. viſis & pondera-
10 *tis. num. 3. col. 2. lib. 5.* † vbi quod à ciuilitate
cauſata ab origine non poteſt quis ſe liberare
ſua voluntate, & ei renunciare *poſt Imol. conſil.*
35. in caſu præmiſſo. in princ. nu. 2. Itaut quãuis
filius ſequatur patris originẽ quoad honores,
11 munera, † iudicia, & ſimilia, non tamen amit-
tat propriam originem loci, vbi natus eſt, quæ
non perditur, quamuis per mille annos ſteterit
extra domicilium originis *Bart. in l. quæſitum.*
in princip. de leg. 3. Socin. conſil. 35. circa prædi-
ctam conſultationem. col. 5. num. 9. in fin. verſ.
quinto. Crot. in l. ſi is qui pro emptore. num. 99.
de vſucap.

Et non ſolum iudicabitur municeps, & ciuis loci,
12 in quo natus eſt, ſed etiam loci, in quo eſt
expoſitus, cuius parentes ignorantur. *Mand.*
de ætat. minor. c. 1. n. 22. vſque ad nu. 25. vbi etiã
addit naſci notarium, puta ſi concedatur ali-
cui priuilegium, vt ipſe, & qui naſcentur ab eo
13 ſint tabelliones, † quia illico natus erit tabel-
lio, quamuis non poſsit exercere officium pro-
pter lubricum ætatis *Din. in l. impuberem. C. de*
adoption. Bart. in l. 1. num. 2. C. de muner. & ho-
nor. lib. 10. vbi *Alex. in addit.* notat valere hu-
14 iuſmodi priuilegium, † quod quis poſsit naſci
tabellio: Quoniam conceditur per Principem
auth. de tabell. in princip. qui poteſt facere, vt
tam ipſe, quam nati ex eo habeant priuilegium
tabellionatus, & quemadmodum cõceditur di-
15 gnitas infanti, ita poterit dari cum naſcetur, †
licet talis non gauderet priuilegio militari
l. fin. C. de teſtam. milit. Ang. & Alex. in d. l. 1. in
fin. C. de muner. & honor.

Quæ autem dicta ſunt de nato per tranſitum ma-
gis procederent, ſi ſtatim eſſet baptizatus in
eo loco, nam per baptiſmum quis efficitur ci-
16 uis, † & acquiritur origo, quam ſicut habemus
per natiuitatem temporalem tanquam magis
propriam *l. ciues. C. de incolis. lib. 10.* ita per ba-
ptiſmum, qui dicitur natiuitas, & per eum ho-
mo de nouo naſcitur *c. debitum. de baptiſm.* ſiue
loquamur quo ad ſpiritualia, & beneficialia, ſi-
ne temporalia *Luc. de Pen. in l. ciues. C. de incol.*
lib. 10 col. vlt. in princ. verſ. nam præter cauſam
originis Rebuff. de pacific. poſſ. n. 17. Intelligendo
17 ceſſante fraude, † nam ſi quis in aliquo loco ba-
ptizaretur per aliquem, vt acquireret originem
illius loci, reputabitur nihilominus pro extra-
neo, nec diceretur ciuis in præiudicium aliorũ,
cum malitijs occurrendum ſit *l. in fundo. de rei*
vendic. c. fin. de renunc. in 6. Caputaq. deciſ. 101.
n. 2. p. 2. & ita in ſpecie cõcludit *Gõzal. ad reg.*
8. cancell. glos. 9. §. 1. n. 108. iuncto, n. 113.

Adde quod in materia *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de*
reform. matr. non ſolum ille dicetur proprius
18 parochus contrahentium, † qui eſt origina-
rius, ideſt in cuius oppido parentes habent do-
micilium proprium, & originẽ, ſed qui habitat
in parochia, & intendit matrimonium contra-
here, dummodo non ſit aduena, vel alienigena
ſtatim receſſurus, prout cõcluſum fuiſſe per ſa-
cram Congregationem Concilij refert *Ignatius*
Lopez ad prax. Diaz. c. 75. de clandeſt. nup. in-
tereſſ. verſ. decimoquarto. in fin. Caualcan. deciſ.
12. num. 22. p. 2. Ceual. q. 458 num. 36. & q. 604.
19 *dub. 115. n. 144.* † vbi etiam in muliere quę ſtat
in monaſterio, vel domo cauſa famulandi, vel
addiſcendi virtutes.

E P I T O M E.

Appellatio an admittatur ab interlocutoria. & à declaratione Iudicis competentis. Statuta prohibentia appellationem an reſtringantur ad deciſoria, & incidentia. Iudex procedendo ad vlteriora quãdo videatur exceptionem reijcere, itaut non ſit locus appellationi, & an oppoſitio in quolibet actu ſit facienda. Acta procuratoris de cuius mandato non conſtat quando valeant, ſi non fuit ſemper proteſtatum. Et quid ſi mandatum detegitur nõ ſufficiens quãuis fuerit quis admiſſus. Litigans cum aliquo an cenſeatur perſonam illius approbare.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio admittitur à declaratione Iudicis competentis. tam expreſſa, quam tacita. nu. 2. & quando habeat vim diffinitiuæ nu. 4. Amplia etiam ſtante ſtatuto prohibente appellationem. num. 6. & 7.*

3 *Appellare licet à pronuncia legitimationis perſonarum.*

5 *Ab interlocutoria non appellatur de iure Communi.* Declara, *vt n. 9. & 13.*

8 *Appellatione remota non remouetur illa, qua quis manifeſtè grauatur.*

10 *Superfluitas eſt potius toleranda, quam vt alius damnum patiatur.*

11 *Appellari poteſt à pronuncia reiectionis probationum non obſtante ſtatuto prohibente appellationem.*

12 *Probationes non ſunt de ſubſtantia ſententiæ.*

14 *Statuta prohibentia appellationem reſtringuntur ad deciſoria litis non incidentia.*

15 *Appellatio licet non detur in poſſeſſorio, tamen datur in emergentibus.*

16 *Exceptione incompetentiæ non obſtante Iudex procedens ad vlteriora tacitè uidetur illam reijcere, & an ſufficiat tacita pronunciatio. nu. 17. & 18.*

19 *Poſt oppoſitionem mandati ſi Iudex procedat quando cẽſeatur tacitè acquieſcere reiectioni.*

20 *In Iudicialibus proteſtatio, & oppoſitio debent repeti in unoquoque actu.*

21 *Acta procuratoris de cuius mandato non con-*

ſtat

*ſtat quando valeant ſi in quolibet actu prote-
ſtatio non fuit oppoſita, & quid ſi litigatur cũ
minore, n. 22.*
23 *Acta corruunt quandocunq. mandatum detegi-
tur non eſſe ſufficiens, etiam ſi procurator eſſet
admiſſus.* Intellige *vt n. 24.*
25 *Litigans cum aliquo quando cenſeatur perſonã
illius approbare, & n. 26.*

CAPVT LXXVI.

ADmittunt paſſim Doctores dari appella-
tionẽ ab interlocutoria, in qua Iudex de-
1 clarat ſe competentem † *Bald. in auth. habita.
n. 38.* C. *ne fil. pro patr. Natt. conſ.* 172. *n.* 1. *Becc.
conſ.* 31. *n.* 6. *Guid. Pap. q.* 10. *n.* 1. vbi non ſolum
quando expreſsè pronunciat ſuper competen-
2 tia, † ſed etiam tacitè per proceſſum ad vlterio-
ra Menoch. *de adipiſc. poſſ. rem.* 4. *n.* 822. Grauat.
ad Veſtr. *lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 6. *Miſing. obſeru.* 35.
centur. 3. Ratio eſt quia hoc caſu grauamen
non poteſt reparari per appellationem à diffi-
nitiua, ideo non mirum ſi prius ſuccurrendum
eſt, quaſi iuriſdictionis defectus oẽs alios exce-
dat. Prout etiã dicimus de legitimatione perſo
3 narum, † quia à tali pronuncia appellatur, cum
trahat ſecum executionem, & præiudiciũ, quod
non poteſt reparari in appellatione à diffinitiua
Honded. qui de vtroq; caſu loquitur *conſil.* 27.
n. 20. & 21. *lib.* 1. *poſt* Bart. *in l. ante ſententiam
n.* 3. *de appellat. recipiend.* Roland. *conſ.* 33. *nu.* 3.
4 *lib.* 4. Præſertim quia habet vim diffinitiuæ † ſe-
cundum diſtinctionem, de qua per *Auffr. ad de-
ciſ.* Cappell. Tholoſ. 48. *nu.* 3. & 4. vbi intelligit
quando profertur à Delegato, ſecus ab Ordina
rio, quo caſu decretum ſuper incõpetentia non
habet vim diffinitiuæ Rom. *conſ.* 358. *in fin. vbi*
Mand. *in verb. ordinario. per l. præſes quam de-
ſertam.* C. *quomod. & quand. iud.* Bal. *in c. ſignifi-
cantibus. de offic. de leg. n.* 1.

In cauſa tamen hæredum q. Dominici Ludouici
5 dubitabatur de prædictis; † Tum quia iure cõ-
muni non appellatur ab interlocutoria *l. ante
ſententiam.* C. *quor. appell. non recip.* Tum prop-
ter prohibitionem ſtatuti mandantis, non ap-
pellari: Vnde ne reddatur ſuperfluum, proce-
det etiam in caſibus, in quibus de iure commu-
6 ni eſt permiſſa appellatio † *Aret.* in indiuiduo
conſ. 20. *col.* 3. *ad fin. verſ. item ſtatutum dicit. ibi
& quia vt audio quidam conſuluit. n.* 5. *ad med.*
Rolan. Rimin. *Neguſ. & alij per Sur. conſil.* 252.
n. 23. *lib.* 2.

Contrarium tamen Dixi ſeruandum eſſe, etiã ſtã-
7 te ſtatuto, † vt in puncto tenet *Federic. conſ.* 66.
cum ſecundum n. 1. vbi quod huiuſmodi ſtatu-
tum tanquam iniquum non eſt attendendum,
quaſi præſtet Iudicibus occaſionem perperam
interloquendi ſequitur *Dec. conſ.* 49. *col. fin. ad
med. verſ. tertio facit* vbi quod ſtatutum gene-
raliter prohibens appellationem non compre-
hendit ſententiam declarationis competentiæ,
quia alias oẽs cauſæ per Magiſtratus poſſent
trahi, prout etiam concludit *Ang. conſ.* 395. *do-
mina gulielma, in fin.* Rol. *conſ.* 33. *n.* 6. *lib.* 4. Nã
8 remota appellatione, † non remouetur illa, qua
quis manifeſtè grauatur, prout in ſpecie ſtatuti
concludit Abb. *conſ.* 44. *in præſenti quæſtione ad
med. n.* 3. *in* 2. *dub. lib.* 1. & *in c. paſtoralis. col. pe
nul. de re iudic. cum alijs per* Dec. *d. conſ.* 49. *in fi.
verſ. quinto & vltimo.*

Præterea vbi grauamen nõ poteſt reparari in dif-
finitiua, prout eſt in caſu de quo agimus, tũc ẽt
iure communi licitè appellatur ab interlocu-
9 toria † *l.* 1. *§. quæſitum. de appell.* Bald. *in l.* 2. C.
de epiſcop. audien. quod etiam procedit, quando
poteſt reparari, ſed non ex toto, vel cũ difficul-
tate Felin. *in c. cum ſuper n.* 17. *de re iudic.* latè
Sur. deciſ. 36. *n.* 13. *vſq. ad n.* 17. & *diſponitur in
Concil.* Trid *ſeſſ.* 24. *c.* 20. *de refor.*

Idem eſt in terminis ſtatuti prohibentis appella-
tionem, quia nihilominus intelligitur ſecundũ
ius commune in caſibus ſcilicet, in quibus gra-
uamen poteſt reparari in diffinitiua, aliàs ſecus
quia ſtatuto nõ obſtante erit locus appellatio-
10 ni, cum potius ſuperfluitas ſit toleranda, † quã
alius damnum patiatur, & ſatis eſt, quod ope-
retur nouum remedium. Ita in ſpecie concludit
Corn. conſ. 35. *dub.* 1. *lib.* 1. *Grauat. ad* Veſtr. *lib.
3. c.* 10. *n.* 6. Natt. *conſ.* 172. *nu.* 1. *Menoch. remed.
4. de adipiſ. poſſ. nu.* 817. & 823. *Ioſeph.* Ludouic.
deciſ. Peruſin. 38. *n.* 6. Bald. Duen. & *alij per Sur.
deciſ.* 36. *nuum.* 18. vbi de vera opinione teſta-
11 tur, † & ex hoc cõcludit poſſe appellari à pro-
nuncia reiectionis probationum non obſtante
ſtatuto prohibente appellationẽ, quia ſine pro-
bationibus nno poteſt reportari iuſta ſentẽtia,
12 quamuis † aliàs non ſint de ſubſtantia, itaut
ſine illis ſententia ſit valida *l. prolatam.* C. *de
ſentent. Alex. conſ.* 105. *conſideratis. nu.* 4. *colu.* 1.
13 *verſ. accedit ad confirmationem. lib.* 5. † Ex quo
enim non poteſt reparari grauamen in diffini-
tiua, non obſtat ſtatutum *Angel. conſ.* 46. *ſtatuto
ciuitatis in fin. Oſaſc. deciſ.* 25. *n.* 14. *verſ. contra-
rium tamen.* qui loquitur quando Iudex noluit
teſtes recipere, vel recepit eos, qui non erant ad
mittendi Bal. *in l. poſt ſententiam. n.* 4. C. *de ſen.
& interloc. omn. iud. Auffr. ad* Cap. *Tholoſ. deciſ.
vlt. verſ. idem ſi iudex. n.* 8.

Ideo etiam dicimus, quod ſtatuta prohibẽtia ap
14 pellationẽ reſtringũtur ad deciſoria litis, † non
incidentia, & emergentia, cum enim ſint odioſa
prohibendo appellare, debent reſtringi, itaut
in materia odioſa acceſſorium non ſequatur
naturam principalis *Dec. in l. penult. ad fin.
nu.* 35. *verſ. & ſi ſtatutum prohibeat.* C. *de pact.
Contard. in l. vnic. n.* 40. C. *ſi de moment. poſ.* la-
tè *Surd. deciſ.* 27. vbi quamuis in iudicio poſſeſ-
ſorio non detur appellatio, tamen dabitur in
15 emergentibus, & ex hoc concludit dari ap-
pellationem ad vtrumque effectum à ſententia
liquidationis, quamuis ex forma ſtatuti prohi-
beatur appellatio in executiuis ad effectum ſu-
ſpenſiuum, quaſi diuerſa militet ratio in acceſ-
ſorio, & principali, & executio detur inſtrumen
tis, non probationibus.

Verùm eſſet quod quamuis iudex non haberet iu

riſdi-

riſdictionem, & fuiſſet oppoſitum de incompe-
16 tentia,† ſi huiuſmodi exceptione non obſtante
proceſſiſſet ad vlteriora, videtur exceptio reie-
cta, & perinde eſt ac ſi ſuper competentia pro-
nunciaſſet e.ex parte.il 2.de appell.Bart. in l. à
procedente.ad fin.n.4.C.de dilation.Bald.in l.1.
col.fin.in princ.verſ.in contrarium eſt caſus. C.
de ordin. iudic.Doctor.in c.ſuborta. de re iudic.
Neque obſtat, quod in exceptione incompetentiæ
17 non ſufficit talis tacita pronunciatio, † cum
expreſſe requiratur, quod pronuncietur ſuper
competentia, vt voluit Innoc.in c. 2. de dilat.
Abb.in c.paſtoralis.col.4.in fi.n.14.& 15. verſ.
iuxta prædicta quaro. de exception. Vnde ſen-
tentia erit nulla tanquam lata à iudice incom-
petente, de qua videtur, quod ſemper poterit
opponi gloſ.in clem.1.de ſequeſtr.poſſ. & fruct.
Quia prædicta procedunt, ſi de incompetētia non
fuiſſet oppoſitum: Nam ſtante oppoſitione non
18 eſt neceſſe,† quod pronuncietur, cum ſufficiat
procedi ad vlteriora, prout declarat Angel. in
l.2.in princ.col.ult. nu.10. verſ. item an eſt ne-
ceſſe.ff.ſi quis in ius vocat. vbi dicit notandum,
quia vidit multos errare, cum non percipiant
dicta per Innoc. qui ita eſt intelligendus, prout
etiam Io.Andr.in clem.cum à repulſione. de ap-
pellation. ſequitur Dec.conſ.107.in princ.
Idem eſt quando opponitur de mādato, nam pars
non appellando videtur tacite acquieſcere re-
19 iectioni, † dummodo non repetijſſet ſemper
d. proteſtationem, ex qua apparet de eius vo-
luntate, quod non acquieuit reiectioni iudicis
Rot.diuerſ.deciſ. 105.n.5. p. 1. Itaut proceſſus
ſit nullus, quamuis enim poſſit appellari, ſi iu-
dex negligat oppoſitionem, tamen etiam non
appellando illa oppoſitio facit, vt tunc debeat
mandatum exhiberi, licet alias quandocunq;
ſufficeret illud producere Gabr.conſ.25. ad fin.
lib.2. poſt Franc.in c.ex parte. il 2. col. 3.in fin.
de appellat.
Et quod in iudicialibus iſta oppoſitio, & prote-
ſtatio, vt operetur, debeat repeti in vnoquoque
20 actu eſt deciſio † Mohed.44. quam ſequendam
dicit Cardin. Siraphin. Parmen. Status. 12.
februarij.1596. & voluit Iaſ. in l. non ſolum.
§.morte. nu.13. cum ſeq. de nou. oper. nunciat.
Felin.in c.cum. m. ferrarien.nu. 68. & ibi Rip.
n. 102.col.32. in fin. uerſ. unde pro concordia.
de conſtitution. Rot. per Cardin. Plat. Sira-
cuſan.4. iunij. 1586.& Anconitan. aſſictus. 9.
februarij. 1588. vbi quod ita ſeruatur, vt va-
leant acta procuratoris, de cuius mandato non
conſtat, niſi in quolibet actu proteſtatio repe-
21 tatur; Intelligendo † tamen, an ille procurator
haberet mandatum ab initio legitimum, licet
non produxerit ante ſententiā, ne alioquin ſit
in poteſtate principalis reddere iudicium elu-
ſorium iuxta deciſionem Put. 383. lib.2. ſecus
quādo eſſemus in caſu, quo poſſet iudiciū clau
22 dicare,† prout eſt quādo litigatur cū minore,
tunc enim debet ſibi imputare aduerſarius, qui
nō curauit legitimari perſonam procuratoris,
ſed potius approbauit citando tanquam pro-
curatorem verū iuxta tradita per Anan. conſ.
93. uiſo proceſſu agitato.col.2. Et nō repetendo
proteſtationem in quolibet actu, prout decla-
rauit Rota omnes deciſiones in hac materia
factas in cauſa Verulan. legitimæ. 18. martij.
1588. coram Cardin. Blanchet. annullando
ſententias obtentas per falſum procuratorem,
licèt non fuiſſet in quolibet actu contra eū pro-
teſtatum, quia verè ille procurator nō habebat
mandatum, cum eſſet conſtitutus ſimpliciter, &
nō in ſolidum cū alio: Vnde ſine eo nō poterat
procedere, nec eramus in iudicio agitato cum
minore, vt poſſet claudicare, vel perſona falſi
procuratoris approbari per collitigantē, pro-
ut in caſu dictæ deciſionis corā Cardin. Plat.
Anconitan. aſſictus. 9. februarij.1588.
Ideo dicimus quod quandocunq; detegitur man-
datum nō eſſe ſufficiens corruunt acta etiam ſi
23 procurator eſſet admiſſus † Bald. qui dicit no-
tandum in l.licet. in princ. n.2.uerſ. tertio mo-
do dicitur. C. de procurat. Vant. de nullit. de-
fect.mandat. n.122.uerſ.quantumcunq; igitur.
per tex. in l.2. C. de eo qui pro tutor. Archid.in
c. ad agendum. de procurator. in 6. Doctor. in
c. ex parte decani. de reſcript. Quod eſt verum
quando probaretur mandatum non eſſe legiti-
24 mum, † ſecus ſi admittens non probaret, vt de-
clarat Surd.deciſ.104. nu. 12. vbi quod tenetur
in ſe aſſumere onus probādi, quod non ſit pro-
curator: Nam litigādo cum illo cenſetur eius
25 perſonam approbaſſe pro tali † Alex. in l.li-
cèt.col.1. in uerb. inueniatur.C. de procurator.
Quicquid contrarium voluerit Bart. in d.l. li-
cèt. Quia contra eum eſt verior opinio, vt te-
ſtatur Natt.ad Alex. conſ.102.uiſo proceſſu. in
princ.in uerb. repellere. lib.5. Idem Natt.conſ.
262.n.7.poſt Felin.in c.quoniam contra.col. pe-
nul.de probation.
Idem eſt in ſimilibus, qui litigāt cum aliquo tan-
26 quam hærede, vel tanquam curatore, † vel
tutore, vel ciue quod debeat probare ſe per er-
rorem litigaſſe demonſtrando rem aliter ſe ha-
bere l.poſt diuiſionem.4. verſ. oſtende igitur.C.
de iur. & fact.ignor. Socin. conſ.33.viſo teſta-
mento.n.5. col.2. in princ. verſ. nam probato.
lib.4. Dec.conſ.90.nu.11.Aim. conſ.188. nu.9.
Menoch. conſ. 91. num. 11. Surd. deciſ. 104.
n.15.vſq; ad n.19. lib. 1.

EPITOME.

Computatio quo modo ſit facienda an ſecundum Ius Canonicum, vel Ius Ciuile quando agitur de proximitate, & quid in Beneficijs, & Cappellanijs collatiuis, & quando cauſę ſunt decidendæ ſecundum Leges, vel Canones. De pœna contrahentium inceſtas nuptias impoſita per ſtatutum àn intelligatur ſecundum diſpoſitionem Iuris Ciuilis, vel Canonici.

SVMMARIVM.

1 Ad cognoſcendam proximitatem computatio eſt fa-

faciēnda ſecundum Ius Canonicum in matrimonijs, ſecus in reliquis diſpoſitionibus, & ſucceſsionibus, & retractibus. nu.2. etiam in terris Eccleſiæ.n.4.& 9.Intellige vt n.6.

3 *Computatio ſecundum ius ciuile eſt propria, & naturalis.*

5 *Statutū prohibens eligi in Rectorem propinquum vſq; ad talem gradum intelligitur ſecundum Ius Ciuile: Idem in ſtatuto quod Iudex non interueniat in cauſa, in qua coniunctus Doctor eſt Aduocatus n.7. & 8.*

10 *In Beneficijs, & Cappellanijs collatiuis non datur ſucceſsio, nec delatio iure hæreditario.*

11 *Cappellania quæ debet conferri proximiori an ſit danda ſecundum computationem Iuris Canonici, & quid in dubijs in eis occurrentibus. num.12.*

13 *Cauſæ ſunt decidendæ ſecundum leges, ſi Canones non contradicunt.*

14 *Statutum imponens pœnam contrahentibus in quarto gradu intelligitur de computatione ſecundum Ius Canonicum. Idem de pœna contrahentium inceſtas nuptias. nu.15. Contrarium n.16.17. & 18.*

19 *Ad cognoſcendum quis ſit naturalis inſpicitur Ius Ciuile.*

20 *Ius Ciuile attenditur vbi agitur de ſucceſsione, non de matrimonio, eius effectu, & conſecutiuis, prout etiam de obreptione, & ſubreptione legitimationis.*

CAPVT LXXVII.

FVit receſſum ab appellatione in cauſa per me alias diffinita, & mandatum appellantem cogi ad ſuſcipiendum tutelam, cum non ſit probata aliqua cauſa prætenſi impedimenti, prout neq. illud quod adeſſent alij proxi-
1 miores. † Verum quia dicebatur ad cognoſcendum proximitatem computationem faciēdam eſſe ſecundum Ius Canonicum Dixi illud procedere quo ad matrimonia tantum, non autē in reliquis diſpoſitionibus, & ſucceſsionibus *Bald.conſ.469. ſtatuto cauetur. in fin. lib. 1. Bart.conſ.224. an fratres corſobrini. n.2. lib.1. per tex.in c.ad ſedem. verſ. denique & domini. & verſ. in legibus. & in fin. verſ. nam ſi quis peruerſa. 35. q. 1. Doctor. in l.fin.C.de ſucceſ. edict.gloſ.in §.hactenus. in verb. generata. inſtit.de gradib.cognat.Dec.* qui de communi. *in c.2.n.3.de teſtib.Couar.de ſponſal.p.2. §.6.c.6. n.8.Mieres latè de maior.lib.2.q.7.n.1.* vbi ampliat ad ſucceſsiones feudorū *Tiraq.de retract.*
2 *lignag.§.1.gloſ.9.n.23. ad med.*† vbi de proximiore retrahente, quod computatio gradus fiat ſecundum ius ciuile.

Etenim iſta computatio eſt propria, & naturalis, cum ius ciuile procedat per gradus, per quos
3 non vadit ius canonicum, † ſed per ſaltus, ideo cum ſit inducta ſolum in caſu nuptiarum, in alijs ſtādum eſt regulæ *Corn.conſ.248. videtur prima facie. nu.9. col.2.ad med.verſ.& profecto de iure. lib.3. Socin.Iun.conſ.94. nu.16. lib. 1.*

Quod procedit etiam in terris Eccleſiæ † *Corn.*
4 *conſ. 248. col. 2. in fin.verſ.& idem in materia ſucceſsionum.lib.3.Surd.conſ.568.n.13.ad med. lib.4. Gozad. conſ.19. dubitatur in princ.nu.1. Bald.in l.2.ad fin. verſ. ſed hic quæro.C.de ſucceſ.edic.* vbi de ſtatuto prohibēte eligi in recto-
5 rem ciuitatis eum, † qui habet propinquum vſque ad talem gradum, quod intelligitur iuxta ius ciuile *latè Ceual.q.398.n.9.* vbi in fine in-
6 telligit procedere in rebus ſecularibus, † & inter perſonas ſeculares, & in ſtatutis, quæ ſunt partes iuris ciuilis, & appellantur ius ciuile illius ciuitatis *l.omnes populi. de iuſt.& iur. Bald. in l.2. in fin. verſ. e contra mihi videtur. C. de ſucceſ.edict.* vbi ampliat ad contractus, & alias diſpoſitiones.

Idem in ſtatuto prohibente, quod iudex non interueniat in cauſa, in qua coniunctus doctor eſt
7 aduocatus, vſque ad quartum gradum, † nam intelligitur de gradu ſecūdum ius ciuile *Rom. in l.ſi auia.C. de ſucceſ. edict. Anna. ſing. 397.* vbi de ſimili pragmatica regni, ſequitur *Viui. deciſ.319.n.2.* itaut in illa pragmatica non cō-
8 prehendatur affinis, † nam ſi doctor aduocatus erit in quarto gradu affinitatis non prohibebitur iudex in illa cauſa interuenire *Anna. ibid.* qui dicit ita fuiſſe iudicatum; cum enim ſtatutum ſit pars iuris ciuilis intelligi debet ſecundum eiuſdem iuris ciuilis computationem *Pariſ.conſ.66.n.6.lib.2.* vbi dicit communem,
9 quamuis ſimus in foro Eccleſiaſtico, † Quod etiam voluit *Surd.conſ.568.n.13.ad med. lib.4.*

Ideo infertur, quod ſi debet conferri cappellania ex diſpoſitione defuncti proximiori fiet computatio ſecundum ius canonicum, nō ciuile, quia in beneficialibus, & cappellanijs collatiuis non
10 datur ſucceſsio, † nec delatio iure hæreditario *c.apoſtolica.8.q.1.* neque in foro eccleſiaſtico ſeruantur deciſiones iuris ciuilis, quando inuicem ſunt contrariæ, prout in ſpecie concludit *Ceual.q.398. n.29.* ſubdens tamen hoc proce-
11 dere, quando cauſa eſſet merè beneficialis, † & fundator cappellaniæ eſſet clericus in ſacris conſtitutus, quaſi tunc potius ſit diſponendum ſecundum regulas iuris canonici, quam ciuilis, & dicit eſſe notandum, & ſic fuiſſe iudicatum, & alibi non reperiri.

Quare in cappellanijs, quę fundantur ſinc auctoritate Epiſcopi, & quæ non habent requiſita in Beneficijs Eccleſiaſticis, ſi vocentur Clerici conſanguinei, dubia quo ad eos orta definien-
12 tur per leges, † & iura de maioricatu loquentia, prout in cauſis hiſpaniç *late Gonzal.de alternat.gloſ.5. in princ.num.34.Rot.diuerſ.dec ſ. 100.p.2. nu. 6. verſ.ſecundo non obſtat. Gomeſ. in l.4.taur.n.65.in fin.*

Et regulare eſt quod cauſæ ſunt decidendæ ſecun-
13 dum leges, ſi canones non contradicunt, † cum diſtinctionibus, de quibus per *gloſ. in c. 2. de reg.iur.in 6.Bart.in l.priuilegia.nu.2. C. de ſacroſ.eccleſ.Dec. in c.clerici.de iudic.& in c.2.in princ.n.2.de teſtib.*

Quæ tamen ſunt intelligēda, dummodo non ſimus in ma-

in materia ſpectante ad canones,quia tunc ver
ba ſtatuti, quamuis laicorum intelliguntur ſe-
14 cundum canones, † prout in ſtatuto imponen-
te pœnam contrahentibus in quarto gradu, in-
telligitur enim de computatione ſecundum ius
canonicum,quia agitur de materia matrimonij
ſpectante ad ſacros canones *Dec.in c.clerici.de
iudic.& in c.2.in princ.n.3.de teſtib.* Io. *Andr.
ad Specul.de ſucceſſ.ab inteſt. §. 1.verſ. & quia
de gradibus.Alex.in l.ſi auiæ. in fin. n.7. verſ.
limitat tamen prædicta.C.de ſucceſſor. edict.*
Prout de pęna contrahẽtium inceſtas nuptias iux
15 ta diſpoſitionem † *auth.inceſtas. C. de inceſt.
nupt.*quæ eſt intelligenda de inceſtis ſecundum
canones *Abb. in c.& ſi neceſſe in fin.de donat.
int.vir.& vxor.poſt Cardin.ibid.in fin.&* Pre-
*poſ.in vlt.q.Didac. de ſponſal.2.p.c 6. nu.18. §.
8. de contrah.inceſt.nupt fol. 193.Decian.conſil.
58.n.10.lib.1.* Roſell. *de ſucceſſ.ab inteſt.n.105.
Signor.conſ.25. factum ſic proponitur.* Dec. *in
c.2.n.3. de teſtib.& in l fin.n.3. col.3. ad med.
C.vnd.legit.& conſ.157.pro tenui.*& veriorem,
& magis probabilem *dicit Menoch.caſ.302. nu.
67. de arbitr.* vbi latè hinc inde diſputat, &
alios allegat.
Quamuis prædicta non ſint tuta,cum contrarium
16 ſentiãt *Calder.conſ.4 l 4.aliàs 2. de conſanguini-
nit.& Bald.in l.3. in fin.C.de furt.* vbi loquũ-
tur de ſtatutis imponentibus pœnam ſacrilegij
quæ debent intelligi ſecundum quod ſacrilegium
accipitur de iure ciuili,licèt per canones aliter
accipiatur, cum ab eo habeant auctoritatem,
quod ſecus eſſet in ſtatuto facto per Epiſcopũ,
quia tunc intelligeretur ſecundum ius canoni-
cum à quo dependet *l.1.de noxal.*ſequitur *Fir-
man.de Epiſcop.p.2.q.25.verſ. quid ſi fallitur.*
17 Et quod opinio *Calder.*ſit verior,†& magis cõ
munis *concludit Cephal. conſ. 216. per tot. lib.
2.* vbi conſuluit, quod ſi quis mediante matri-
monio cognoſcat infra quartum gradum affi-
nem vxoris ſuæ non punitur pœna *auth. ince-
ſtas. C. de inceſt.nupt.* cum debeat intelligi de
contrahente nuptias inceſtas de iure ciuili,non
ſecundum protenſionem iuris canonici, quia
pœnalis conſtitutio de iure ciuili emanauit vſ-
que ad conſtitutos gradus, intra quos ratione
conſanguinitatis, & affinitatis eo iure matri-
18 monium prohibetur,† Quod etiam prius vo-
luit *Anchar.conſ.391. videtur prima facie di-
cendum.Alc at.in c.cũ contingat.nu.13.de iur.
iurand.cum alijs per Peregrin.de iur.fiſc.lib. 5.
tit.1.n.15.*vbi quod hęc opinio eſt magis æqua
tanquam fauorabilis reo,cum pœnalia debeant
reſtringi *c.in pœnis.de reg.iur. in 6.Iaſ.in auth.
quas actiones.n.21.C. de ſacroſ.Eccleſ.* Ideo pœ-
na,quæ iure ciuili imponitur pro inceſtu non
eſt extendenda, vt habeat locum pro inceſtu
inducto de iure canonico;prout etiam conclu-
dit *Gemin.conſ.71.titius.ad fin.n.5. verſ.unde
licèt illud. Dec. conſ.267.concluſio ſuperius. in
fin. n.4. verſ. ad hoc videtur deciſ.o. Addit. ad
eundem Dec. conſ.157. pro tenui.* vbi quod eſt
verior opinio,prout etiam teſtatur *Surd. conſ.
303.n.28.lib.3.*vbi addit ſimile de filio natura-
19 li, † cui poteſt relinqui vncia ſtantibus legiti-
mis, itaut ad cognoſcendum,quis ſit naturalis,
debeat inſpici ius ciuile,nec ſufficiat, quod ſit
natus ex ſoluta,& ſoluto,ſi non ſit mulier detẽ-
ta in concubinatu, cum alijs requiſitis *Natt.
conſ.421.nu.4. Bertazzol.conſ.ciuil. 91. & 92.
num.8. lib. 1.* Et regulare eſt, vt in vniuerſo
20 vbi agimus non de matrimonio, † vel eius ef-
fectu, & conſequentiuis,ſed de ſucceſsione ſem-
per attendatur ius ciuile,prout etiam de obre-
ptione,& ſubreptione legitimationis *latè Idem
Surd conſ.303.n.30. poſt Card. Paleot.de noth.
& ſpur. c. 38.n.8.* Et ita debet intelligi *Idem
Paleott.in eod.tract.c.12.n.6. & 7.* dum voluit
quod dubium in cauſa matrimonij occurrens
quemadmodum eſt decidendum vbique locorũ
iuxta canones,ita etiam quo ad legitimationẽ
filiorum tanquam de re acceſſoria ad matri-
monium. Quia verius eſt quod ad iudicandum,
an filij tanquam legitimi ſuccedere debeant pa
tri, non eſt inſpiciendum ius canonicum,quaſi
hoc acceſſoriũ non habeat naturam ſui princi-
palis,nec ſit inſeparabile ab illo principali, cũ
etiam ex matrimonijs conſtituatur affinitas,
& tamen quo ad ſucceſsiones aliter dinumera-
tur affinitas de iure ciuili,quam de iure cano-
nicu;vnde ſufficiet quod ad iudicandum matri
monium an ſit iuſtum,vel iniuſtum obſeruemus
ius canonicum prout in ſpecie declarat *Mi-
noch.conſ.16.n.25.verſ. non etiam me incontra-
rium trahit. lib.1.*

E P I T O M E.

Fundans ſe in vita an debeat illam probare. In-
terdictum quorum bonorũ quando detur con-
tra poſsidentẽ,& eum qui dolo deſijt poſside-
re. Iudex an poſsit declarare rem pertinere
ad actorem,quamuis reus nõ poſsideat ſi con-
ſtat de iure agentis, itaut ſi ceperit poſsidere
poſt ſententiam licita ſit executio contra eum
ſine nouo proceſſu. Hæreditas non adita
quando traſmittatur,& an probetur aditio per
teſtes ſingulares. Actus oblationis ſoluendi
debita an poſsit fieri citra ius,& nomen hære-
dis. Publica vox,& fama quomodo proban-
da. Præſcriptio cepta in maiore quando cur-
rat contra minorem hæredem. Agens cum
tutore hæredum an cenſeatur illos aprobare vt
minores. Et quando tutor citatus debeat
comparere adminiſtratorio nomine.

S V M M A R I V M.

1 *Proximiori defertur ſucceſsio ex tacita volun-
tate defuncti.*
2 *Soror ſuccedit ſorori, & filij ſororis prædefun-
ctæ ſubintrant locum matris ad hæredita-
tem amitæ.*
3 *Vita eſt probanda per eum, qui ſe fundat in
ea.& n.5.*

4 An

4 *An quis præſumatur viuere vſque ad centum annos.*

6 *Mortuus præſumitur, qui non reperitur.*

7 *Superfluum eſt probare; quod eſt in confeſſo apud omnes.*

8 *Si non fuit probatum quem deceſſiſſe ſine filijs poteſt Iudex hoc committere nuncijs, vt inquirant.*

9 *Interdictum quorum bonorum an detur contra eum qui poſſidet, vel dolo deſijt poſſidere, Idem in re ſubiecta fideicommiſſo. n.10.*

11 *Iudex debet declarare quod res ſpectet ad actorem quamuis reus non poſſideat, ſi conſtat de iure agentis, abſoluendo reum, & cum ceperit poſſidere poſt ſententiam poterit fieri executio contra eum absque nouo proceſſu. n.12.*

13 *Iudex poteſt condemnare reum ad reſtitutionē rei quandocunque illam recuperauerit.*

14 *Hæreditas non adita non tranſmittitur. Intellige vt n.21. & quid in minore. n.22.*

15 *Hæreditas animo acquiritur, & probatur aditio per teſtes ſingulares. n.16.*

17 *Idem eſt quod probetur aditio, vel quod quis ſe geſſerit pro hærede.*

18 *Aditio præſumitur in hæreditate non onerata debitis, & ſtante lapſu longi temporis. n.19. & proximioris. n.20.*

23 *Præſumptiones ſimul iunctæ multum operãtur.*

24 *Additio hæreditatis an debeat probari per plures teſtes. n.27.*

25 *Probatio per unum teſtem, tantum ualet quantum per plures ſingulares.*

26 *Iudicia licèt requirantur per legem tamen ſufficiet unum bonum.*

28 *Teſtium dicta ſunt reducenda ad concordiam.*

29 *Verba debemus interpretari ſecundum qualitatem proferentium, & morem regionis, et communem loquendi uſum.*

30 *Verba prolata in præterito denotant conſummationem actus.*

31 *Actus oblationis ſoluendi debita non poteſt fieri citra ius, et nomen hæredis. n.33.*

32 *Oblatio ſoluendi facta in iudicio inducit liberationem.*

34 *Agens nõ debet probare conuentum eſſe hæredẽ quando obtulit ſoluere de bonis hæreditarijs.*

35 *Fama et publica vox probat in factis antiquis centum annorum ſecus in alijs. n.36.*

37 *Publica vox & fama an ſit probanda ante litem motam. n.38.*

39 *Fama an probetur ſi teſtes nõ deponunt de origine ab honeſtis perſonis, & quod audierunt à maiori parte. nu.40.*

41 *Donatio inter coniuges eſt prohibita.*

42 *Donatio non dicitur ſi donans poſſideat.*

43 *Mentio mortis debet fieri vt dicatur donatio cauſa mortis.*

44 *Præſcriptio nunquam currit ſtante mala fide.*

45 *Præſcriptio incipit currere poſt pupillarem ætatem, & interim dormit.*

46 *Præſcriptio omnis capta in maiore currit contra minorem eius hæredem etiam pupillum excepta præſcriptione triginta annorum.*

47 *Per litem, quam aliquis facit cum tutore hæredum orta eſt præſumptiua confeſſio quod ſint minores, & an requiratur quod tutor citatus comparuerit nomine adminiſtratorio. nu.48. & 49.*

CAPVT LXXVIII.

EXceptiones oppoſitæ per Antoniam vxorem quondam Franciſci Dixi non eſſe releuantes contra Lucam nepotem ex ſorore dicti Franciſci, & eius hæredem ab inteſtato; Ideo declaraui totam hæreditatem ad eum ſpectare tanquam proximiorem, & ſucceſſiuè ad illius
1 filios, & hæredes, † cum ex tacita defuncti voluntate ad eos bona trãſeant *l.3. in princ. ff. de iur. codicillor. Bart. in l.1. §. vel maxime. de collat. bonor. Bald. in l. cunctos populos. nu.17. verſ. venio ad ſecundum. C. de ſumm. trinit. & conſil. 114. quædam monialis. lib.1.*

Neque primo obſtat probatio quod Frãciſcus habuit aliam ſororem Magdalenam, quæ debebat concurrere cũ Luca filio alterius ſororis Fran-
2 ciſci in hæreditate, de qua agebatur, † cum ſoror ſorori ſuccedat *auth. ceſſante. & auth. poſt fratres. C. de legit. hæredib.* & filij ſororis prædefunctæ ſubintrent in locum matris ad hæreditatem amitæ excluſis alijs tranſuerſalibus remotioribus *auth. vt fratrum filij. §.1. collat.9. Surd. conſ.572. n.16. lib.4.*

Quia non fuit probatum, quod tunc temporis il-
3 la viueret, prout requirebatur, † cum in eius vita aduerſaria fundet ſuam intentionem *Bart.* communiter receptus *in l. ſi quidem. C. ſolut. matrim. & in l. ſi inter. & l. qui duos. §. cum in bello. de reb. dub.* Alex. *in l. ſed & ſi de ſua. nu.6. col. fin. de acquir. hæred.* Corn. *conſil.119. col. vlt. lib.1. Put deciſ.85. martinus. lib.5.* Rot. *per* R. P. *D.* Cott. Roman. *Capellania, & iurispatronatus. 30. maij. 1572.*

Nec facit quod quis præſumatur viuere vſque ad
4 centum annos: † Quia contrarium eſt verius, cum omnia iura de hoc loquentia ſolum dicãt, quod meta centum annorum eſt terminus longiſsimæ vitæ hominis, & non eſt præſumendum quemquam viuere vltra illum; Vnde non infertur quod quis præſumatur viuere vſq; ad dictũ tempus Corn. *Dec. Iaſ. Pariſ.* Ruin. *& alij allegati per* Gabr. *concl.16. n.3. de præſump.* vbi de magis vera opinione teſtatur.

Et in ſpecie quod vbi quis ſe fundat in vita, vt nõ
5 ſufficiat præſumptio illa vitæ † vſque ad centum annos concludit *Rot. per* R. P. D. *Robuſter. Tiraſonen. decimarum. 6. octobris. 1576.* quæ eſt deciſio *Rot. diuerſ. 102. n.6. p.1. Card. Seraph. 19. februarij. 1596. Peruſin. executionis.* contra *Dec. in l.2. in fin. C. de edend.*

Vlterius ex quo hodie non reperitur præſumitur
6 mortua † *Bart. in l. & ſi certus. §. ſi una. ff. ad ſenat. conſult. ſyllan.* Dec. *conſil.652. n.3.* & cum ſit notorium illam non uiuere, ſuperfluum eſſet
7 probare, † quod eſt in confeſſio apud omnes *gloſ. in c. euidentia. de accuſat. & in clem. appellantis.*

lanti.de appellat. **Bald.** *in l.1.num.7.* C. *qui & aduerſ. quos reſt. in integr. non poſtul. c. quoniam.de fil presbyter. c.manifeſta.2.q.1.* Vnde
tollitur prædicta præſumptio, vt poſt alios concludit Alciat. *de præſumpt. 2. p. reg. 1. n.16.*
Imò poterit committi nuncijs, & alijs, vt inquirant per viciniam ſeu apud notos de morte, ſeu
vita, & tunc ſufficeret relatio quod ſit mortua,
8 quemadmodum in ſimili caſu, † ſi non fuerit
probatum quem deceſsiſſe ſine filijs, ſicut debebat probari, faciendum eſſe dicit Alex. *conſ.20. in fin. lib. 1.*
Secundo non obſtat non conſtare de poſſeſſione
9 bonorum, quæ petuntur, prout opus erat, † cū
huiuſmodi interdictum detur contra eum, qui
poſsidet *l.1.quor.bon.§. adipiſcendæ. inſtit. de interdict.* Quoniam cum dolo deſierint poſsidere datur etiam contra eos, nam in iure pariſicantur *l. qui dolo. de reg. iur. c. pro poſſeſſore. eod. tit. in 6.* & eſt communis opinio *vt per* Bart. Ang. & Rip. *in d. l. 1.* *Menoch. de adipiſc. remed. 3. q. 15. nu. 63.* Prout dicimus de
re ſubiecta fideicommiſſo, quam quis dolo de-
10 ſijt poſsidere, † nam pro poſſeſſore poteſt conueniri Cagnol. *in l.qui dolo.nu.1.de reg.iur.* Pariſ. *conſ.5.num.26.lib.2.* Datur enim huiuſmodi
interdictum, vt ſi ad eum aliquando res peruenerit illam reſtituat, vel ſi nunquam poſsit poſſidere, ſoluat rei æſtimationem vna cu intereſſe,
quantum iuratum fuerit, per actorem Rip. *in l.1.nu.4.in fin.ff.quor.bon. per l.qui reſtituere. de rei vendic.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.1. q.15. n.65.*
Ideo quamuis reus non poſsideat, tamē ſi conſtat
11 de iure agentis iudex debet declarare, † quod
res ſpectet ad actorē abſoluendo reum *gloſ. in l. ſi a te.9.§.ſi quis fund.a.in 3.dictur.de except. rei iudic.* vbi Bart. dicit illum tex. eſſe aureis
literis ſcribendum, ſubdens virtutem illius ſententiæ eſſe, quod ſi reus poſt ſententiam cæperit poſsidere poterit contra eū abſq; nouo proceſſo fieri executio Felin. *in c. examinata.col.1. de iudic. late* Roland. *conſ.56.nu.8.lib.2.* Ratio
12 eſt, quia illa ſententia abſolutoria † non
iuuat reum, cum tandiu abſolutus cenſeatur,
quandiu non poſsidet, Vnde poſſeſsione ſuperueniente virtus ſententiæ eum afficit *Iaſ. in §. omnium.num.23. inſtit.de action.cum alijs per* Surd. *conſ.227.nu.18.lib.2.* vbi *in verſ. fortius,*
ampliat, quod etiam poterit iudex condemnare
13 reum ad reſtitutionem bonorum † quandocunque illa recuperauerit Bald. *in rubr.extr.de rei iudic.n.6.* intelligendo quando actor ignorabat reum non poſsidere, quæ ignorantia in dubio præſumeretur Surd. *ibid.n.18. in fin.*
Tertio nō aduertatur quod hæreditas non ſpectet
ad hæredes Luceæ, cum non appareat per eum
fuiſſe aditam hęreditatem Franciſci; Vnde non
14 potuit ad illos trāſmitti, † tanquam nō agnita
l.ventre de acquir.hared.l.1.§.in nouisſimo. C. de cadue. toll. Quia verius eſt conſtare de aditione, vt probat ſecundus teſtis ſuper 8. articu-
15 lo, qui deponit de ſcientia, † & explicatione
animi ipſius Luceæ, quod ſufficit *l. pro hærede. de acquir. hæred. §. itē extraneus. inſtit. de hæred.qualitat.& differ.* Dilect. *de art. teſtan. tit. 11.caut.2.nu.1.* & cum ſimus in aditione hære-
16 ditatis, quæ ex coniecturis, † & leuibus indicijs
probatur, teſtes ſingulares ſufficiunt Socin. *conſ.295. in cauſa contra. n.4. lib.2.* Marant. *in l. ſi poteſt. num.9. de acquir. hæred.* Anchar. & *alij allegati per* Gabr. *de teſtib.concluſ.2.nu.22.*
Et idem eſt quod teſtis probet hæreditatis adi-
17 tionē, † vel quod ſe geſſerit pro hærede Monticul. *de inuentar.poſt c. 10. in interpretatione. l.ſcimus.quæ eſt fin.C.de iur.delib.n.260. in fin. tom.8. p.2. fol.249.* Et iſta animi declaratio ſufficit qualiſcunque ſit ſiue actu, ſiue verbo Bart. *in l. gerit.n.5.de acquir.hæred.* Roland. *conſ.77. n.29.lib.1.* Dec. *conſ.652.n.9.*
Præterea præſumendum erat pro aditione, cum
hæreditas non eſſet onerata debitis, quo caſu
non eſt dicendum, quod quis velit omittere
18 lucrum ſibi delatum † *c. ſuper hoc. de renunciat.* Bald. *in l. 1.nu.2. not.vlt. C.de edict. diu. adr.toll.* Dec. *conſil. 302.num.3.* & in ſpecie aditionis Aim. *conſ.33.n.11.in fin.* Corn. *conſ.310. n.4.in fin.lib.3.* Bald. *conſ.298.nu.2. lib.5.* Natt. *conſ.418. n.20.*
Accedat ſpatium longi temporis, quod facit pre-
19 ſumere aditionem ſolemniter factam † *l. ſi filius.C.de petit. hæred l.qui in alieno. §.1.de acquir.hæred.* Dec. *conſ.442.nu.21.* Cephal. *conſ.48. n.27.* Felin. *in c. ſicut. de re iudic.*
Addebatur quia eramus in hæredibus proximio-
20 rum, † in quibus magis aditio præſumitur
Bald. *in l. ſi matre.11.in princ. C. de ſuis,et legitim.* Ideo quod dicitur hæreditatem non adi-
21 tam nō trāſmitti procedit † quo ad extraneos
Balb. *de præſcript.2. p. 3. p. q.13. nu.10.* Dilect. *de art. teſtand. tit.11.caut.1.n.1.tom.8. p.1. fol. 141.* Doctor. *in l. ſi emancipati. C. qui admitt.* Io. Pirr. *de ſuitat. & hæredit. per fiction tranſmit.in princ.nu.16.* Sed hoc non faciebat, quia
non eramus in hęreditate aſcendentium, prout loquuntur ſupradicti Doctores; itaut in ea
ſit ſpeciale, quod etiam hæreditas non adita
tranſmittatur in quoſcunque etiam extraneos,
22 & multo magis in minore, † qui trāſmittit ius
petendi reſtitutionem in integrum aduerſus
omiſſam hęreditatis aditionem, quamuis hęreditas ab extraneo peruenerit, & hęres ſit extraneus Surd. *deciſ.138.n.9.* vbi etiam intelligit
non ſolum de portione paternæ hęreditatis ſibi
iure communi delatę, ſed etiam de ea, quam
cōſequitur ex ſtatuto ſorore excluſa Alex. *conſ. 20.lib.1.* Socin. *conſ.153.lib.2.*
Quæ pręſumptiones ſimul iunctę debent multum
23 operari † *l.3.§.1.de teſtib.* Abb. *in c.quia veriſimile.de præſ[illegible].* Dec. *conſ.271. num.1.* Itaut
quamuis teſtis tanquam ſingularis non probaret, debeat cum illis iungi ad plenā probationem faciendam Bart. *in l. 1. §. idem cornelia. de quæſtion.* Abb. *in c. cum cauſam. col. penul. verſ. ſed circa hoc. de probat.* Gabr. *eodem tit. concluſ.5. num.64.* Aim. *conſ.35. num.6.* Bald. *conſ.*

Digitized by Google

conſ.136.ad fin.uerſic.perſuadentes.lib.2.
Nec facit aditionem fuiſſe probandam per plu-
24 res teſtes ſingulares, prout loquuntur † Soccin.
& alij ſupra allegati; Vnde vnicus nõ ſufficiet:
Quia vltra quod in caſu noſtro adſunt plures te-
ſtes, quando loquimur de probatione tantum
25 valet facta per vnum teſtem, † quantũ per plu-
res ſingulares Bald. in l. iuris iurandi. nu.4. C.
de teſtib. Alex.conſ.13. ex his quæ in themate. in
fin.n.20.lib.1.& conſil.21.lib.4.nu.2.& conſil.
82.n.4.eod.lib. Butr. in c.ueniens. il 1.nu.3. de
26 teſtib. Prout dicimus de indicijs, † in quibus
licèt leges loquantur requiri indicia in plura-
li; tamen ſufficiet vnum bonum, vt in ſpecie di-
cit Bart. in l.3.C. ad leg. iul.maieſt. Immo cum
aditio hæreditatis probetur per coniecturas,
27 † multo magis ſufficiet vnious teſtis Natt.con-
ſil.131.n.2.Sard.deciſ.221.nu.11.
Nec eſt conſideranda contradictio teſtis deponẽ-
tis, quod vinea poſsidebatur ab vno, cum po-
ſtea in articulis dicat poſsideri ab alio; Quia
ſtante alienatione diſtinguendo tempora verũ
28 eſt, quod ab vtroq; fuit poſſeſſa, † cum teſtium
dicta ſint reducenda ad cõcordiam Alex. con-
ſil.177.n.8.lib.7.Dec.conſil.342.n.5.
Minus obſtat verba teſtis eſſe ambigua, ideo non
probare aditionem, Quia probatum fuit ſecun-
dum conſuetudinem loci, & perſonarum verba
adimandato intelligi pro detto, quod eſt atten-
29 dendum, † cum debeamus interpretari verba
ſecundum qualitatem proferentium, & morem
regionis, & communem vſum l. plenum. §. equi-
tij. de uſu & habit. l. ex militari. de teſt.milit.
Rom.conſil.16.in princ. Bald. in c.licèt. de offic.
deleg. Et teſtes loquuntur præcisè de aditione
acceptata, non acceptanda, & ſic excluditur,
quod dicebatur voluiſſe adire, non autem adi-
30 uiſſe, cũ illa verba ſint prolata in † præterito,
quod denotat conſummationẽ actus Bart. in l.
duo articulo.n.2. de hered.inſtit. Marſil.conſil.
105.nu.26. Bald. in l.fin.n.14. C. de ſent. quæ
ſin.cert. quantitat. Caſſan. ſuper conſuet. Bur-
gũd.rubr.2. des ſucſſiones.§.5.n.13. Immo quã-
uis aliquis dixerit ſe velle adire hæreditatem,
& deinde infra tres menſes non reuocauerit
prædicta verba, tamẽ dicitur verè adiuiſſe pro-
ut in ſpecie concludit Afin. in l.3. §.1. nu.44. ff.
de relig. & ſumpt. fun. ſequitur Menoch.conſil.
186.n.26.lib.2. vbi etiam n.29. ſubdit quod li-
cèt dicta verba eſſent ambigua, Tamen dicen-
dum eſt adiuiſſe præſumptione iuris cum præ-
ſumenda ſit aditio in hæreditate lucroſa, prout
eſt iſta, de qua agimus, vt dictum eſt ſuprà &
voluit Bart. in l.gerit. n.21.uerſ. quid enim. de
acquir.hæredit. Soccin.conſil.61.n.11.uerſ.præ-
terea ut dicebat. lib.1.
Allegabatur etiam pro præſumenda aditione,
quod Franciſcus obtulit pluries ſoluere quædã
31 debita de bonis hæreditarijs, † qui actus obla-
tionis de huiuſmodi bonis non videtur poſſe
fieri citra ius, & nomẽ hæredis Bart. in l.gerit.
3.in princ. de acquir.hæredit. Huiuſmodi enim
oblatio habetur pro ſolutione l.acceptam. C. de
uſur. & tanquam facta in iudicio eſt poten-
32 tior, † & magis inducit liberationem Bart. in l.
ſi rem alienam mihi. 9. §.ult. in fin. de pignor.
action. Vnde tanquam ſolutio debiti hæredita-
rij inducit aditionem l.2.C. de iur. deliber.
Nec facit quod ex actu oblationis, ſeu ſolutionis
non videatur inferri aditio, cum quilibet pro
33 alio poſsit ſoluere l. ſoluẽdo. de neg. geſt. † Quia
verius eſt in dubio ſolutionem præſumi factam
tanquam ab hærede, & nomine hæredis Bal. in
l.potuit.q.10.C. de iur. delib. & in ſpecie obla-
tionis Dec.conſ.449.uiſis duobus.col.3. in prin.
34 uerſ.non obſtat.n.10. vbi conſuluit, † quod agẽs
non debet probare conuentum eſſe hæredem,
quando obtulit ſoluere de bonis hæreditariis
Rot.Genuenſ.per Carthar.deciſ.32.n.8. Sed iſta
non ſunt conſiderãda, quia productio actorum
quo ad huiuſmodi prætenſam oblationem non
eſt in forma probanti; Et ſtante oppoſitione
partis nihil facit cum alias ſubſiſteret Aim. cõſ.
121.nu.4. Iaſ. in §.curſire.col.4. inſtit. de action.
Alex.conſil.185.in fin.n.14.lib.7. Bald. in l.ſi ex
cautione.q.4. C. de non num. pecun. Sard. deciſ.
199.nu.8.
Quarto non obſtat donatio, quę prætenditur pro-
bata ad fauorem vxoris per publicam vocem,
& famam: Quia non ſumus in factis antiquis
35 centum annorum, † in quibus illa plenè pro-
baret Bald. in auth. quas actiones.col.ult. in fin.
uerſic.ego dico.nu.16. C. de ſacroſ.eccleſ. Dec. in
c.1.col.3.ad med.nu.18. uerſ. ſeptimus caſus. de
36 appellat.& conſil.42.n.12.col.8.in princ. † In
alijs autem non probat gloſ. in l.3. §. eiuſdem
in uerb.confirmat. de teſtib. Bart. in l. de mino-
re.§.plurimum.n.30. de quæſtion.& ibi Mar-
ſil.n.251. Iaſ. qui de communi in repet. l.admo-
nendi. col.67. in fin.n.249. de iur. iur. Dec. qui
dicit ita practicari in c.1. nu.11. in fin.col.3. in
princ.uerſic. prima concluſio. de appellat. Alex.
conſ.94.col.fin.n.11.lib.2.
Immo dicebatur neque probari publicam vocem
& famam, cum teſtes non deponant ante litem
37 motam, † prout requiritur Abb. in c. licèt. ex
quadam. de teſtib.n.3. Dec.conſil.82.nu.1. Rom.
ſing.753.omni caſu. Caputaq.deciſ.9.p.2. Quod
tamen non erat tutũ, quia debet cõſtare, quod
teſtis interrogetur de tempote, ad hoc, vt ex-
38 cludatur à probatione famæ, † nam ceſſante
interrogatione, licèt non deponat de tempore,
tamen præſumitur ante litem motam, niſi ex
depoſitione teſtis aliter deprehendatur Rot. per
R.P.D. Rube.toletan.portionis. 3. decemb.1563.
ſequitur Maſq.concl.749.n.31.
Dicebatur etiam teſtes non probare, quia nõ ſpe-
cificant à quibus audierũt cum alijs requiſitis
per Bart. in l. de minore.§. tormenta. de quæ-
39 ſtion. † Fama enim debet habere originem ab
honeſtis perſonis, & fide dignis, & quod au-
dierunt à maiori parte, & recordari à quibus
Dec.conſil.429.in fin.n.18.& 19. Aim.conſil.41
n.5. Ideo ſi aliqui dicant ſe audiuiſſe publicè à
ſuis maioribus non probant famam, cum non
conſtet, quod illi conſtituerent maiorem par-

tem populi,tum quia illud dictum tanquam indefinitum verificatur, ſi à duobus maioribus audiuiſſet Alex. *conſ.*101.*ſuper primo dubio.col.*6.*in princ.verſ.venio ad quartum dubium.n.*16 *lib.*7.Rota per Cardin. Seraphin. *Fauentin. bonorum.*5.*decembr.*1580.Licèt neque hoc ſit tu-
40 tum, † cum ſufficiat audiuiſſe publicè, quamuis teſtes non dicant à quibus, prout ita practicari teſtatur Caputaq.*deciſ.*289.*p.*3. iuxtà doctrinam Bald.*in c. præterea. col.*1. *in fin.de teſtib.& in c.litteras.num.*2.*de præſumpt.*Caſſad.*deciſ.*3.*de probation.n.*9. à qua obſeruantia Rotæ non eſſe recedendum, quidquid alibi aliud ſeruetur dicit latè Maſqu.*concluſ.*749. *in verb. fama igitur. n.*5.

Amplius teſtes non deponunt de qualitate dona-
41 tionis,quæ ſi fuiſſet inter viuos non † valeret, tanquam prohibita inter coniuges *l.*1.*de donat. int. vir. & vxor.* Immo cum probetur, quod ſemper prætenſus donans poſſederit, arguitur
42 quod non donauerat, † quia repugnat donationi *l.* 1. *in princ.de donat.* Minus probatur, quod fuerit per vltimam voluntatem, ſeu cauſam mortis, cum de ea nihil teſtes deponant, prout tenebantur *l. actor.* C.*de probation.* Dec. *conſil.*442.*n.*17.Debet enim fieri mentio mor-
43 tis,† vt dicatur donatio cauſa mortis *gloſ. in l.apud celſum.* §.1.*in verb.ſpopondiſſet. de dol. exception.& in l.ſeia. in princ. in verb. videri de donat.cauſ. mort.* & quod probetur quinque teſtes interueniſſe *l.fin.*C.*eod. tit.*Dec.*conſ.*470. *n.*9.& *conſil.*304.*n.*5.

Quinto.& vltimo non aduerſatur præſcriptio 40.
44 annorum allegata;†Quia ſtante mala fide nullo tempore currit de iure canonico *c.ſi diligenti.de præſcription.* quidquid dixerit Bart. *in l. ſequitur.* §.*ſi viam.n.*2.*de vſucapion.* Quia contra eum eſt verior opinio, & magis communis Afflict.*deciſ.*13.*nu.*6.

Præterea deducta pupillari ætate hæredũ minorũ, quæ eſt quatuordecim annorum completorum. *inſtit.quib.mod.tut.fin.in prin.*nulla adeſt pre-
45 ſcriptio,†quæ ſolum incipit poſt pupillarem ætatem,& interim dormit *l.ſicut.*C.*de præſcrip.*30.*ann. vbi* Bald.*n.*16. Bart.*in l.etiam. de minor.& in l.naturaliter.n.*18.*verſ.fallit de vſucap.*Alex.*conſ.*89.*nu.* 4. *lib.*2. Guid.Pap. *q.* 31. *n.*3. *verſ. non autem.Abb.in c.conſtitutus.verſ. idem dicendum.n.*6.*de reſtit. in integr.*Bald. *in l.cum notiſſimi.in princ.n.*1.C.*de præſcript.*30. *annor.*Aim.*de antiq.temp.p.*3.*in princ. num.* 4. Iacob.Nouell.*de iur.protomiſ.*§.8.& 9.*n.*68.

Immo omnis præſcriptio, quæ eſt cœpta in maiore currit contra minorem eius hæredem etiam
46 pupillum,†excepta præſcriptione 30.annorum tanquam odioſa, quæ tunc in eo dormit *gloſ. magna ad fin. in l.vnica.*C.*ſi aduerſ. vſucap.& in l. ſicut. in verb.ſeruanda.* C. *de præſcript. trig. annor.* Balb.qui de communi *de præſcrip.* 6. *p. in princ.caſ.* 23. *num.* 34. Bou. *de ſtatut. verb.præſcript.gloſſ.*19.*n.*184. Guid. Pap. *q.* 31. *n.*3. *in fin.*

Neque obſtat non fuiſſe probatam minorem ætatem; Quia cum alias per eaſdem perſonas fue-
47 rit litigatum cum curatore,& tutore† hęredũ, orta eſt confeſſio præſumptiua illos eſſe minores Bal.*in l.*2.§.*quod obſeruari.*C.*de iuram.calum.*Dec.*conſil.*665.*ad dubium.num.*2. Neuiz. *conſil.*27.*n.*8.Surd. *deciſ.*104.*n.* 10. vbi multis ſimilibus comprobat de eo,qui litigat,ſeu contrahit cum vno tanquam hęrede, ſeu procuratore,vel ciue,quod videatur conſentire illos eſſe tales Bald. *& alij in l.licet.* C. *de procurat.* Natt. *conſ.*126. *in fin. nu.*8. *verſic.nam ex quo aduerſarius.* Gozad.*conſil.*3.*nu.* 19.Surd.*deciſ.*108.*nu.*12.

Nec mouet quod tutor citatus non comparuerit nomine adminiſtratorio, ſeu tutorio,prout re-
48 quiritur † ſecundum Bart.*in l.* 1. C. *de bon. matern.* Felin.*in c.cum olim.* 34. *col.penul.poſt med.verſ.& iſtis adde.n.*4.*de teſtib.* Quia vltra
49 quod etiam in multis actibus comparuit † tãquam talis;Illud procedit, ſi ſponte vti actor comparuiſſet, & non prouocatus,tunc enim nõ eſt neceſſarium hoc exprimere *gloſ. in l.* 1. *in verb.legitimam.*C.*de bon.matern.* & eſt verior opinio,vt dicit Rot. *per* Card. Seraphin. *Interamnen.legitimitatis.*10. *iunij.*1596. vbi intelligit,quando citatio fit ſimpliciter, quia tunc cenſetur approbata perſona citati, non autem ſi fieret quatenus ſua putauerit intereſſe Doct. *in c.dilecta.de exception.* Felin.*in c. cum inter.* 5.*col.* 9.*in princ.limit.*2.*n.*12.*eod.tit.*

E P I T O M E.

Teſtamentum filijfamilias,furioſi,minoris,& vſurarij quando reconualeſcat, & quid in donatione cauſa mortis & teſtamento ad pias cauſas. Conſuetudo exequendi teſtamenta, ſeu inſtrumenta inualida an admittatur,& quomodo ſit probãda,& an conſuetudo poſſit dare teſtamenti factionem filiofamilias. Vſurarius an poſſit teſtari, & donare cauſa mortis.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum filijfamilias quamuis cum conſenſu patris eſt nullum.*Fallit *ſi probetur conſuetudo.n.*2.*& ad pias cauſas.n.*18.

3 *Conſuetudo exequendi inſtrumenta, & teſtamenta inualida an ſit admittenda.*

4 *Conſuetudo,vt probetur requiritur ſpatiũ.* 40. *annorum,& tacitus populi conſenſus. n.*5. *cũ alijs requiſitis de quibus.n.*6.7.8.9.*&* 10.

11 *Teſtamentum filijfamilias,& ſerui an conualidetur ſuperueniente habilitate ante mortem.& n.*12.

13 *Teſtamentum uſurarij non ualet, ſi non præſtatur cautio de reſtituendo uſuras;reconualeſcit tamen,ſi poſtea cauoatur.*Amplia *ut n.*14.

15 *Teſtamentum furioſi,& minoris non reconualeſcit quãuis ætas ſuperueniat,aut ſana mens.*

16 *Filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis etiam patre conſentiente.*

17 *Vſurarius prohibetur etiam donare cauſa mortis*

tis quemadmodum teſtari.
19 Filiusfamilias poteſt eligere ſepulturam ſine conſenſu patris
20 Teſtamentum filijſamilias ſine conſenſu patris etiam ad pias cauſas nõ reconualeſcit, quamuis pater moriatur, & an contractus mulieris ſine conſeuſu mariti reconualeſcat ſoluto matrimonio, num. 21. & quid in filiofamilias vendente inſcio patre rem peculij aduentitij, num. 21.

CAPVT LXXIX.

TEſtamẽtum de quo agebatur in caſu mihi
1 propoſito Dixi eſſe nullum, †quamuis factũ fuerit cum cõſenſu patris gloſ. in l. 3. C. qui teſtam. facer. poſſ. Gabr. conſ. 167. n. 21. lib. 1. & non obſtante conſuetudine allegata, cum illa
2 non probetur, † licet alias ſi de ea conſtaret poſſet conſuetudo conferre filiofamilias ius teſtandi, & valeret in omnibus, quæ ſunt de iure poſitiuo, non tamen in Monaco, quia regula nõ poteſt mutari, licèt Cõſtitutiones poſsint Bald. in ſpecie conſuetudinis in auth. ingreſsi. in princ. C. de ſacroſ. eccleſ. & in Hiſpania per l. 5. Tauri poſſe filiumfamilias teſtari dicit Roias. in epitom. ſucceſsion. c. 29. nu. 19. & 20. Spin. de teſtam. in gloſ. rubr. 4. p. n. 14.
Prout etiam dicimus valere conſuetudinem, vt
3 mandentur executioni teſtamenta, † & inſtrumenta inualida, & ad probandum inſufficientia, cum conſuetudo poſsit illis plenam fidem tribuere, ſaltem quo ad paratam executionem concedendam, prout de inſtrumentis concludit in ſpecie Coler. de proceſſ. exequut. c. 3. p. 1. n. 60 poſt Rocc. de Curt. in c. cum tãto. ſect. 1. nu 21. de conſuetud. per tex. in c. cum dilectus. 9. §. 1. de fid. inſtrum. Et in teſtamentis eſt deciſio Rotæ coram R. P. D. Litta. Monaſterien. teſtamenti. 4. iunij. 1604. vbi tamen requiritur quod
4 probetur † adeſſe legitimã præſcriptionẽ quadraginta annorum Doctor. in d. c. cum in tanto. Aret. conſ. 13. nu. 11. Duen. reg. 139. Felin. in c.
5 ſtatuimus. de maiorit. & obed. † Et quod tacitus populi conſenſus interuenerit, ſeu Principis
6 approbatio l. ſed ea. de legib. Aim. conſ. 96. n. 6. † Et ſit rationi conſentanea c. mala autem conſuetudo. 8. diſtinct. cum irrationabilis non vincat legem, aut rationem l. 2. C. quæ ſit long. conſuetud. l. 3. §. diuus. de ſepulcr. uiolat. Coler. de
7 proceſ. execut. c. 3. p. 1. nu. 173. & 174. † Et teſtes reddant cauſam ſciẽtiæ Alex. conſil. 136. in cauſa & lite. n. 18. col. penult. in princ. lib. 2. & conſil. 45. viſis atteſtationibus. eod. lib. Gail. obſer. 31. n. 15. lib. 2. Rot. coram Cardin. Seraphin. Oriolen. fructuum annatæ montis. 20. nouemb.
8 Et † quod conſtet de actuum frequentia, & pluralitate Bart. in l. de quibus. n. 21. de legib. Cin. in l. 2. verſ. ſed quæro quid deponant teſtis. C. quæ ſit long. conſuetud. Alex. conſil. 45. n. 3. & 8. col. penult. in fin. verſ. quartus teſtis. lib. 2. per tex. in l. 1. & 2. C. de ædif. priuat. Rot. per Card. Blanchet. Calagurritan. beneficij. 29. nouembr.
1592. & coram Cardin. Millin. Burgen. paro-
9 chialis dalatas. 19. decembr. 1594. † Itaut actuũ frequentia, reiteratio, & continuatio debeat eſſe conformis, cum etiam vnicus actus interueniens contra conſuetudinem interrumpat illius præſcriptionem Abb. in c. cum in tanto. n. 19. & ibi Rocc. de Curt. ſect. 4. n. 38. 66. & 71. de conſuetud. Math. Coler. de proceſſ. execut. c. 10. num. 110. & c. 3. nu. 33. p. 1. vbi multa quomodo ſit
10 probanda cõſuetudo, † Cum etiam requiratur probatio ſpecialis, & in indiuiduo in caſu, de quo agitur, non autem generaliter Alex. conſ. 6. viſa inueſtitura. n. 1. in fin. & ibi Natt. in addit. lib. 5. Ancbar. conſ. 139. pro maiori intelligẽtia. col. 9. n. 8. verſ. ad ſecundam rationem. Curt. Iun. conſil. 26. col. penul. verſ. ex præmiſsis. Aim. conſil. 96. n. 4. verſ. circa ſecundum. Rot. coram R. P. D. Litta Monaſterien. teſtamenti. 4. iunij. 1604.
Immo huiuſmodi teſtamentum eſt adeo nullũ ex defectu poteſtatis, vt non conualidetur ſuper-
11 ueniente habilitate ante mortem: † Prout etiã dicimus de teſtamento ſerui, quidquid aliud ſit in codicillis gloſſ. inſtit. quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam. in princ. & ibi Bauer. in fin. uerſic. capio nunc ſecundam partem. & Iaſ. in addit. ad Portium ibid. n. 4. Bart. in l. 1. §. ſed ſi filius. in princ. de leg. 3. Surd. de alim. tit. 7. q. 4. nu. 21.
12 Cũ † alias inſpiciatur habilitas tempore mortis, vt de filiofamilias condente teſtamentum de peculio caſtrenſe; nam ſi efficiatur poſtea ſui iuris in teſtamento illo continebuntur omnia bona: Quamuis enim de illis non potuiſſet teſtari tempore teſtamenti; Tamen inſpicitur habilitas tempore mortis, nam teſtamentũ non erat omnino nullum, prout in alio caſu Bart. in l. filio præterito. col. fin. de iniuſt. rupt. teſtam. Cephal. conſil. 406. n. 22. cum ſeq. Alex. in l. poſthumo. col. antepen. C. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Felin. in c. cum dilectus. col. 2. de accuſat. Qui etiam loquuntur in teſtamento vſurarij, quod non valet ſi non præſtatur cautio de reſti-
13 tuendo vſuras, † tamen ſi poſtea caueat reconualeſcit. Surd. de alim. tit. 7. q. 4. n. 20. Et hæc eſt verior opinio, quidquid alij contrarium ſenſerint, vt teſtatur Ceual. q. 11. n. 3. Ita vt etiam ſufficiat relinquere procuratorem, qui præſtet
14 cautionem poſt mortem vſurarij, † quia tunc etiam conualeſcit teſtamentum illius Cardin. in clem. 1. q. 23. de ſepultur. & in c. ſignificauerunt. col. fin. de teſtib. & ibi Felin. in fin. nu. 11. Idem Felin. in c. ad hæc. col. 1. in princ. verſic. itẽ quia quando. de reſcript. Iaſ. in l. uniuerſa. in fin. n. 14. C. de precib. imper. offerend. Guald. de art. teſtan. tit. 1. caut. 7. n. 2. Ratio differentiæ eſt, quia quamuis alia teſtamenta non reconua-
15 leſcant, † vt eſt illud furioſi, & minoris, licèt ætas, & ſana mens ſuperueniat §. præterea inſtit. quib. non eſt permiſ. facer. teſtam. Tamen illud eſt propter defectum teſtãtis, quod ſecus eſt quando adeſſet defectus in teſtamẽto, prout eſt in vſurario, qui non eſt inteſtabilis, ſed ſolum prohibetur, ne in eius teſtamento interue-

niant teſtes Bart.in l.ſi lio præterito. in fin. de
iniuſt. rupt. teſtam. Maior enim eſt defectus
in perſona teſtatoris, quam in ſolemnitatibus
neceſſarijs in teſtamento, vel in perſona hære-
dis Iaſ.in l.ſi arrogator.22.n.36. in fin. col.11.
ante med.verſ.non omitto etiam. de adoption.

Amplius adeò prohibetur filiusfamilias teſtamen
tum condere, vt neque poſsit donare cauſa mor
16 tis † etiam patre conſentiente Theſaur. deciſ.
150.n.14. ampliat.5. licèt ibi Addit. dicat con-
trarium eſſe verius poſt Soccin. in l.2.n.12. de
leg.2. Craſ.in §.donatio cauſa mortis. q.3.n.1.
cum diſtinctionibus, de quibus in d.Addit. ad
Theſaur. Roland.cōſ.82.n.27.lib.1.Aſcan. Cle-
ment.de patr. poteſtat. effect.10.n.7.

Prout etiam vſurarius, qui cum prohibeatur te-
ſtari cenſebitur etiam prohibitus donare cauſa
17 mortis,† Itaut diſpoſitio c. quamquā.de vſur.
in 6. comprehendat quamlibet vltimam volū-
tatem Imol. qui ita communiter dicit per Ca-
noniſtas teneri in l.tam is. 25. in princ.n.3. in
fin.ff.de donat. cauſ. mort. Alex. in l. diſcretis.
in princ. C. qui teſtam. facere poſſ. Peguer. de-
ciſ.crimin. c.31.nu.12. Tiraq. de legib. connu-
bial.gloſ.5. n.77. cum ſeq. Quidquid contrariū
ſequantur Bald.in l.executorē.8.n.11. col.2. ad
med.verſ.modo vidi dubitari. de execut. rei iu-
dic.& Rip.in l.2.n.7.de leg.1.& Couar.in rub.
de teſtam p.3.n.11.ad med Quia contra eos eſt
verior opinio, & magis fauēs animæ, nam alias
facilè elideretur diſpoſitio tex. in d. c. quam-
quā. vt teſtatur Cenal.q.61. in fin. poſt Anan.
in c. quia in omnibus. n.14. col.15. in fin.verſ.
tangitur etiam. de vſur. vbi quod iſta opinio
eſt verior. Cort.in l.eius qui. n. 4.ff.ſi cert. pe-
tat. Lap. alleg. 125. factum ſuper quo iuris.
col.2.n.1.verſ.quo autem ad alias. vbi Mandoſ.
in verb. cauſa mortis. teſtatur de magis com-
muni, ſequitur Menoch. conſ.11. nu.14. verſic.
ſeptimo me multum impellit. lib. 1. vbi ex hoc
etiam voluit, quod ſtatutū prohibēs virum ali
quid relinquere vxori comprehendet quoq; do
nationē cauſa mortis, cum aliàs diſpoſitio elu-
ſoria redderetur, & fraus illi fieret, quod etiam
voluit Rip.in l.2.nu.14.col. penul.ad med.verſ.
crederem tamen.ff.de leg.1.

Valebit tamen teſtamentum filijfamilias de con-
18 ſenſu patris ad pias cauſas † Bald.in l.1. C. de
ſacroſ.eccleſ. & eſt communis opinio ſecundum
Dec.in l.ſenium.num.15. C. qui teſtam. facer.
poſſ. Et facit tex. In c.licet de ſepult.in 6. vbi fi-
lius ſine patris aſſenſu poteſt ſibi eligere ſepul-
19 turam, † pro anima tamen ſua præter illius
aſſenſum aliud relinquere nō poteſt, niſi habeat
peculiū caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe, ergo col-
ligitur quod cum patris cōſenſu poterit liberè
filius diſponere, & teſtari Spin. in rubr. de te-
ſtam.n.11.in fin. p.4. Et licèt de prædictis du-
bitet Vaſq. de ſucceſſion. creation. lib. 3. §. 22.
nu.8. limit. 12. Tamen indiſtinctè tenenda eſt
opinio prædicta, prout de magis vera, & com-
muni ſententia teſtatur Couar.in rubr. de te-
ſtam.p.3.in fin.n.28.

Et ſi filiusfamilias fecerit teſtamentum etiam ad
20 pias cauſas ſine conſenſu patris,† ſi pater mo-
riatur, non tamen recōualeſcit niſi denuò te-
ſtamentum faciat Bald.in l.1.col.7.verſic.ſexto
incidenter quæro. C. de ſacroſ.eccleſ.per tex. in
l.1. §. ſi filius. de leg.3. Tiraq.ad l.16.connub.
gloſ.8. nu.108. ad med.verſic.nam & in ſimili.
21 vbi etiam ex prædictis tenet mulierem ſoluto
matrimonio non teneri ſtare contractui, quem
fecit conſtante matrimonio nō obſeruata ſo-
lemnitate ſtatuti requirentis conſenſum mari-
ti, cum ab initio non tenuerit defectu d.ſolem-
nitatis. Ideo non poteſt reconualeſcere, niſi de
nouo cōſentiat, cum à principio inutiliter fue-
rit geſtus, prout etiam dicimus de filio, qui ſi
22 vendiderit inſcio† patre rem peculij aduenti-
tij poterit patre mortuo rem ipſam ab empto-
re reuocare Signor.conſil.136. Idem Tiraq.d.l.
16.connub.n.108. in fin.gloſſ.8.

E P I T O M E.

Prohibitio iuris paſculandi quando valeat, & ad-
mittatur pignoratio perſonarum rerum, & ani
malium noxam dantium tam pro expēſa pabu-
li, quam pro damno dato, etiam per viatores
in comedendis vuis, & an valeat ſtatutum in-
terdicens illis huiuſmodi facultatē. Ius paſ-
culandi quando dicatur quæſitum in præiudi-
cium domini fundi. Per ſolam captionem pi-
gnorum an ſit interrupta præſcriptio ſeruitu-
tis, vel debeat tradi pignus Iudici. Et quid
in datione pignoris voluntaria, agnitione de-
biti, & ſolutione vſurarum. Impetrans re-
preſalias an res apprehenſas debeat præſenta-
re. Superiori, & de eis facere inuentarium.
Differentia inter vim turbatiuam, & expulſiuā
quo ad interrumpendam præſcriptionem.

S V M M A R I V M.

1 Vicinus poteſt probiberi, ne ingrediatur agrū
vicini aut aliam ſeruitutem imponat.
2 Pignoratio aut detentio animaliū damnū dan-
tium an ſit licita.num.3.8.9. & an credatur
iuramēto capientis animal damnū dans.n.10.
4 Domini animalium damnum dantium non
poſſunt detineri.
5 Pignora capere eſt ſpecies iuriſdictionis.
6 Damnum paſſus in agro babet actionem de pa-
ſtu pecoris, & legis aquiliæ.
7 Animalia faciliùs pereunt quam alia res.
11 Retentio animalis damnum dantis conceditur
pro expenſis pabuli. Amplia in pignoratitia
actione. n.12.
13 Retentio datur in rebus, & perſona illius, qui
fuit boſpitio receptus pro alimentis præſtitis.
n. 14. & 15.
16 Damnum quando detur ſi per viatores come-
dantur uuæ. nu.17.18. & quid in berba pro
equo.nu.20.
19 Statutū interdicens uiatoribus comedere uuas
in alieno agro non ualet.

21 *Præſcriptio noua quando inducatur quo ad ius paſculandi poſt prohibitionem.*

22 *Præſcriptio paſculationis ſeu alterius iuris an interrumpatur per captionem pignorum, & n.28.& 31.*

23 *Contradictio ſufficit ſiue verbo ſiue facto fiat.*

24 *Exiſtens in poſſeſſione iuris eligendi repellitur, ſi per contradictionem vnicam fuit interrupta præſcriptio.*

25 *Interruptio præſcriptionis perficitur eodem modo i incorporalibus, prout in corporalibus.*

26 *Poſſeſſio perditur ſolo animo, & multo magis interrumpitur.*

27 *Deiectus videtur, qui non vtitur eo, quo ſuſpicatur ſe poſſe repelli.*

29 *Denunciatio extraiudicialis quando vitiet præſcriptionem iam captam.*

30 *Turbatus per pignorationem non tenetur credere niſi oſtenſis iuribus aduerſary.*

32 *Impetrantes repreſalias non debent in ſua cuſtodia retinere res apprehenſas ſed repreſentare Superiori vel facere inuentarium. n.33.*

34 *Poſſeſſio interrumpitur per vim expulſiuam, non turbatiuam. n.35.*

36 *Turbatus in ſua poſſeſſione poteſt turbantem moleſtia afficere.*

37 *Prohibitus vti ſeruitute ſi acquieſcat prohibitioni dicitur illam amiſiſſe.*

38 *Datio pignoris voluntaria interrumpit præſcriptionem. n.40.*

39 *Præſcriptio interrumpitur ſi agnoſcatur debitum, recipiatur ſecunda cautio, & ſoluantur vſuræ.*

CAPVT LXXX.

Licita eſt prohibitio ne vicinus cõtra domini voluntatem agrũ illius inuadat, aut in-
1 grediatur† *l. diuus pius. 16. de ſeru. ruſtic. prædior.* prout etiam ne exerceat ius paſculãdi, aut
aliam ſeruitutem, cum quodlibet prędium intelligatur liberum, donec probetur contrariũ
l. altius. 8. C. de ſeruitut. l. vlt. ff. eod. l. fin. §. vlt. quod vi aut clam. Cagnol. in l. nullus videtur dolo. 55. n. 3. ff. de regul. iur.

Non tamen de iure communi erit admittenda pignoratio, ſeu detentio animalium noxam dan-
2 tium, † ſi de facto in agrum domini paſculatũ agant, ſiue ſegetes, aut gramina depaſcant,
quando adeſt notitia cuius ſint animalia, quæ
3 damnum dederunt: † Nã aliàs poſſent retineri, vt cognoſcatur dominus, ad effectum agendi contra eum pro damno dato *l. quintus. ad leg. aquil. Bart. in l. ratis. de incend. ruin. & naufrag. Abb. in c. ſi laſeris. de iniur. Bald. in l. 2. ad med. verſ. & prædicta ſunt vera. C. de ſeru. fugitiu. Alciat. præſumpt. 50. nu. 3. reg. 1. Doctor. in l. hoc amplius. §. de his autem. de damn. infect. Surd.* qui de communi *conſil. 561.*
4 *n. 26. lib. 4.* vbi *n. 27.* † concludit quod multo minus licebit retinere perſonas, & dominos animalium damnum dantium, cum iſta executio contra perſonas nunquam concedatur à lege,
niſi poſt excuſſionem mobilium, immobilium, & nominum debitorum *l. à diuo pio. §. in venditione. de re iudic.* Primo quia hoc eſſet auctoritate propria ſibi ius dicere, quod non permittitur *l. 1. ff. ne quis in cauſ. propr.* Secundo ne
5 violetur iuriſdictio ius dicentis, † cum pignora capere ſit ſpecies iuriſdictionis ad notata per *Iaſ. & alios in l. 1. ſi quis ius dic. non obtemper.* & ita in ſpecie concludit *Coler. in c. illud de præſcript. n. 23. verſ. circa quod tamen.* Tertio quia domino prædij eſt cõſultum per aliam actionem, quam per retentionem *Bart. in l. ratis. in fin. de incend. ruin. & naufrag. & in l. hoc amplius. §. de his autem. in fin. de damn. infec.* ſcilicet per actionem de paſtu pecoris,
6 & legis aquiliæ † *l. qui ſeruandarum. 14. §. fin. de præſcript. verb.* Quarto nam maius eſt periculum in retentione animalium quam in alijs
7 rebus quia facilius pereunt † *Bart. & ibi Addent. in verb. maius. in d. §. de his autem. Cepol. de ſeruitut. ruſt. prædior. c. 9. de ſeruitut. iur. paſc. n. 30. in fin.*

In cauſa tamen Vincentij, & aliorum litis cõſortium contrarium Dixi propter ſtatutum, & cõ-
8 ſuetudinem loci, † ſecundum quam conceditur retentio animalis inuecti damnum dare, donec ſequatur ſatisfactio, prout valere huiuſmodi ſtatuta dicit *Boſſ. de damn. dat. in fin. Coler. in c. illud. nu. 21. verſ. verum de iure ſaxonico.*
9 *de præſcript.* † cum præſertim fuerit probatum damnum, & animalia ſint capta in fundo damnificato, quaſi non conſtito de damno, & non captis animalibus in prædio non ſit licita retẽtio extra illum locum *Bertr. conſil. 67. num. 1. lib. 2. Surd. conſil. 561. nu. 26. in fin. verſic. quinimo ubi licet. lib. 4.*

Quemadmodum etiam de conſuetudine ſeruatur, quod ſi ego inueniam animal in meo fundo poſſum illud ducere ad iuſtitiam cauſæ mulctæ,
10 ſeu† emendæ, itaut credatur iuramento capiẽtis animal, ſi illud adduxerit ad Iudicem, niſi contrariũ probetur, vel niſi is qui iurat deberet habere lucrũ confiſcationis animalium, vel aliquam partem *Guliem. Bened. Ferron. Mãſuer. & alij per Rebuf. in l. ſilua cædua. 30. §. glans caduca. col. 5. verſ. ſecundo non procedit. & verſic. item creditur. ff. de verb. ſignificat.*

Secundo quia etiã de iure eſt licita retentio, quãdo quis diu animal aluit illud retinendo inclu-
11 ſum, cum ignoraret dominum, † prout in caſu noſtro pro expenſa pabuli, non pro damno dato *Corraſ. in rubr. de ſeruitut. nu. 138. cum ſequen. Alciat. præſumpt. 50. reg. 1. Surd. de alim. tit. 8. nu. 3. priuil. 62.* vbi *nu. 12.* ampliat
12 dari pignoratitiam actionem ei, † qui fecit impenſam, itaut etiam præferatur anterioribus creditoribus, quamuis non probauerit alimenta præſtitiſſe, cum hoc præſumatur, ex quo animal pęnes ſe retinuit; Vnde ſtabitur eorum dicto aſſerendo in eis expendiſſe, ſecus ſi non cõſtaret fuiſſe apud eos *Bart. in l. cum ſeruus. nu. 4. de verb. oblig.* Natt. *conſil. 547. n. 32. Maſq. concluſ. 715. n. 4.*

Prout idem quoq; eſt in rebus illius, qui fuit hoſ-
pitio receptus quarum datur retentio pro ali-
13 mentis præſtitis hoſpiti, † quaſi res acceſſoriè
veniãt ad perſonam, quę eum ſit libera non ca-
dit in obligatione *Surd. de alim. priuil. 62. tit. 8*
14 *n. 18.* Quamuis de conſuetudine, † etiam per-
ſona poſsit retineri pro cibarijs *Guid. Pap. q.*
448. qui loquitur in cuſtode, cui permittitur
retinere carceratum pro expenſis eidem factis,
& einſdem relaxationem impedire *Sola. in con-*
ſtit. Pedem. gloſ. 3. nu. 5. ſuper decreto de captur.
debitor. dixi ſupra cap. 25. vbi etiã ampliantur
prædicta habere locum quoad hypothecam ſu-
per huiuſmodi animalibus in locationibus pra-
15 torum, † & paſcuorum, itaut pręferantur ante-
rioribus creditoribus ob cauſam conſeruatio-
nis rei, in qua ſi aliquid fuerit impenſum datur
hypotheca, & retentio *l. in rebus. §. poſſunt. ff.*
commod. Neguſ. de pignor. p. 5. m. 3. n. 8.

Quidquid autem ſeruetur circa damna data per
16 animalia: Aliud dicendum eſt quoad ea, † quæ
dantur per Viatores, per quos ſi comeduntur
ſpicæ, ſeu vuæ in agro, & vinea aliena non dici-
tur damnum dari, cum hoc ſit licitum, etiam de
17 Iure Diuino, † quamuis non vrgeat neceſsitas,
qua extante licita quoq; eſſet illarum aſporta-
tio *Rip. in l. damnum. col. 3. de damn. infect.*
per c. 13. Deuteron. in verb. ingreſſus. c. 1. 6.
q. 3. c. diſcipulus. diſtin. 5. de conſecrat. Felin.
in c. omnes. col. fin. nu. 31. verſ. adde alium ca-
ſum. diſt. 1. Cagnol. in l. quæ propter. nu. 6. de
reg. iur. Cepoll c. 20. de ſeruit. ruſt. prædior. tit.
de meſſe & vindem. n. 3. vbi teſtatur ita ſerua-
18 ri de conſuetudine; † Et quod non attendatur
neceſsitas in comedente vuas in vinea alterius
dicit *Couar. pract. quæſt. c. 37. n. 3. verſ. octauo.*
vbi quod eſt priuilegium viatoris *Alber. in l.*
vlt. C. ad l. aquil. Cepol. de ſeruit. ruſtic. præ-
dior. c. 9. tit. de ſeruitut. iur. paſcend. nu. 12. verſ.
quinto acquiritur. Et in Regno Neapolitano
adeſſe conſtitutionem dicit *Add. ad Roman.*
19 *ſing. 234.* † Immo neq; valeret ſtatutum inter-
dicens huiuſmodi facultatem viatoribus tan-
quam contra Ius Diuinum *Surd. de alim. tit. 8.*
priuil. 39. n. 8. Prout idem eſſet in herba, quam
20 licèt capere peregrinanti; † & in via manenti
pro equo *c. 1. §. fin. de pac. tenend. & eius vio-*
lator. Rom. ſing 234. in peregrinaris.

Stante igitur validitate retẽtionis animalium, &
pignoratione prædicta ob prætenſum damnum
non potuit allegari aliqua præſcriptio, prout
prætendebatur circa ius paſculandi cum peco-
ribus in fundo, de quo agebatur.

Neque obſtat quod licèt alias facta fuerit prohi-
21 bitio per dominum fundi, † tamen poſt iſtam
prohibitionem denuo eſt lapſum tantum tem-
pus ſciente, & patiente domino, quod ſufficit
ad nouam præſcriptionem: Vnde dicendum eſt
iterũ eſſe acquiſitum ius paſculandi: Nam ceſ-
ſauit impedimentum, hoc eſt prohibitio domi-
ni, & accedit cauſa cõfirmans, puta tacitus eius
conſenſus, qui præſumitur ex ſcientia, & patiẽ-
tia domini *gloſ. in c. non firmatur. de reg. iur.*
in 6. Et ita in ſpecie concludit *Balb. de præ-*
ſcript. 4. p. 6. & vlt. part. princ. q. 1 in princ.
verſ. dic quod in naturali. nu 42. fol. 619. Vbi
quod hoc procedit tam in interruptione na-
turali, quam ciuili, & tam de Iure Canonico,
quam de Iure Ciuili. *Felin. in c. illud. col. 5.*
& 6. de præſcription.

Quia reſpondetur in caſu noſtro conſtare de pi-
gnoratione pręſdicta; Vnde ex ea non ſolum
reſultat refectio æſtimationis damni, & intereſ-
22 ſe, vltra pœnam, de qua in ſtatuto, † ſed etiam
per eandem captionem pignorum interrumpi-
tur præſcriptio prætenſæ ſeruitutis, viæ, paſcu-
lationis, aut alterius iuris, quod intenditur in
alieno prædio. Ratio quia eo ipſo probatur
diſpatientia domini contra præſcribere volen-
tem, quaſi contradicat, & de facto ſe opponat
aduerſario tanquam in re præſenti: Itaut inter-
rumpatur talis præſcriptio, quandocunque do-
minus, contra quem præſcribitur, impedit eum,
qui eſſe videtur in quaſi poſſeſsione alicuius iu
ris, aut ſeruitutis, videlicet propter diſpatien-
tiam domini expreſſam per pignorationem fa-
23 cti, † cum ſufficiat contradici, ſiue verbo, ſiue
factò *arg. l. ſi ego. 11. ff. de publ. in rem action. l.*
fin. quemad. ſeruit. amitt. Et ita in terminis
pignorationis concludit *Coler. in c. illud. n. 20.*
vſque ad n. 25. de præſcription. & latius *de pro-*
ceſſ. exequut. p. 1. c. 3. n. 97. cum ſeq. poſt Ferrar.
Papienſ. in prax. in form. reſponſ. rei conuent. in
verb. præſcriptionis. verſ. tertio interrumpitur
per pignorum dationem. & facit tex. *in c. au-*
ditis de præſcript. & c. cum eccleſia ſutrina de
24 *cauſ. poſſeſſ. & propriet.* † vbi qui fuerunt ali-
quandiu in poſſeſsione iuris eligẽdi Epiſcopum
per tres vices, admitti denuo cupientes, repel-
luntur, ſi per vnam contradictionem Canoni-
corum fuerat interrupta præſcriptio, & ad tem
pus legitimum nõ producta *Balb. de præſcript.*
3. p. 6. & vlt. part. n. 40. q. 1.

Itaut in huiuſmodi iuribus incorporalibus, & ſer-
uitutibus interruptio præſcriptionis eodem
25 modo perficiatur, † ſicut in corporalibus *Abb.*
in c. auditis. 15. nu. 13. col. 3. in fin. verſ. quæro
qualiter fiat. de præſcriptionib. Vnde ſufficiet
quod aliquis per violentiam ſemel arceat ab
vſu iuriſdictionis illum, qui conſueuit eandem
iuriſdictionem exercere, itaut ob huiuſmodi
timorem amplius eam non exerceat, eum ſic di
26 catur interrupta poſſeſsio. † Nam ſi poſſeſsio
ſolo animo perditur. *l. poſſideri 3. §. in amitten-*
da. de acquir. poſſ. Ergo multo magis interrum-
pitur *Bart. in l. naturaliter. 5. de vſucap. col. vlt.*
27 *n. 27.* quaſi videatur deiectus, † qui non vtitur
eo, quo ſuſpicatur ſe poſſe repelli *l. ſi id quod.*
25. §. fin. de acquir. poſſ. Coler. in d. c. illud. n. 26.
de præſcription.

Quæ ſine difficultate procedunt, quia in caſu no-
ſtro poſt pignorationem factam in inuitum fuit
traditum pignus Iudici: ſi enim pignorans hoc
non faceret, aut aliter ius ſuum non proſeque-
28 retur, præſcriptio non eſſet interrupta, † quaſi
nuda partis pignoratio, ſuper qua poſtea Iudex

non

non aditur nihil aliud ſit, quam ſimplex denun
ciatio, vel proteſtatio extraiudicialis, per quam
dominus fundi declarat diſſenſum ſuper iure
paſculationis, quod aduerſarius intendit habe-
29 re in fundo vicini, † quæ denunciatio extraiu-
dicialis non vitiat præſcriptionem iam cæptam
niſi denunciator citet aduerſarium, aut aliquid
aliud contra eum exequatur *Bart. in l. alienam*
23. n. 1. ff. pro empt. Innoc. in cap. dilecti. n. 3. de
maiorit. & obedient. Balb. de præſcript. 3, p. 6. p.
princ. nu. 18. verſ. nunc limitatur prædicta con-
30 *cluſio. fol. 607.* † Quia turbatus per pignora-
tionem non tenetur credere nudis allegationi-
bus aduerſarij, qui prætendit ſe eſſe dominum
fundi per eum poſſeſſi, neque debet habere fi-
dem ſimplici aſſertioni pignorãtis, cum ex hoc
non conſtituatur quis in mala fide, niſi ſimul
fuerint oſtenſa iura aduerſarij, dummodo non
ſimus in eo, cui omnino deberet credi *Felin. in*
c. nihil. n. 6. col. vlt. verſ. fallit ſexto. de præſcri-
ption. Abb. in c. illud. n. 8. & in c. fin. colum. ante-
penult. in princ. nu. 39. eod. tit. Tiraq. de retract.
conuent. §. 4. gloſ. 6. n. 7. & in ſpecie latè id con-
cludit *Coler. de proceſſ. exequut. c. 3. p. 1. nu. 102.*
31 vſque *ad n. 156.* † vbi quod eſt verior opinio,
vt non ſufficiat nuda pignoratio ad interrum-
pendam præſcriptionem inchoatam, ſed requi-
ritur quod pignorans deducat ius libertatis ſui
prædij, & adeat Iudicem territorij, cui pignora
capta conſignet, aut aliter iura ſua proſequa-
tur, de illis certiorem reddendo turbatum, &
pignoratum.

Prout dicimus de impetrantibus repreſalias, qui
res apprehenſas non debent in ſua cuſtodia re-
32 tinere, † ſed illas repreſentare ſuperiori, vel
facere inuentarium de rebus ablatis in præſen-
tia publicarum perſonarum, quia alias iurabi-
tur in litem aduerſus pignorantem, niſi adea-
tur Iudex *Bald. in auth. ſed omnino. n. 3. colum. 2.*
in fin. verſ. ego dico. C. ne uxor pro marit. Iacob.
de Beluiſ. in auth. vt non fiant pignorat. num. 34
Roder. Soarez. allegat. 18. col. vlt. nu. 7. Et cau-
33 tius eſſe, † vt talia pignora reponantur in ma-
nibus iuſtitiæ dicit *Bart. in l. hoc amplius. 9. §.*
de his. n. 3. ad med. de damn. infect. Caſſan. ſuper
conſuetud. Burgund. §. 3. rubr. 1. nu. 2. Pariſ. ad
Bart. in d. §. de his. in verb. maius periculum, &
de communi teſtatur *Idem Coler. de proceſ. exe-*
cut. c. 3. p. 1. n. 119.

Contraria autem habent locum in vi expulſiua,
34 per quam interrũpitur poſſeſſio, † eo ipſo quo
quis in totum repellitur, & à poſſeſſione eijci-
tur, itaut eiectus non amplius incumbat poſſeſ-
ſioni naturali, ſed eijciens *gloſ. in l. ſi quis. 10.*
in princ. in verb. ac ſi poſſideret. de acquir. poſ-
ſeſſ. Balb. de præſcript. p. 3. 6. p. q. 1. nu. 4. & 5. fol.
35 *586.* Secus in vi turbatiua, † quando quis exi-
ſtens in poſſeſſione alicuius ſeruitutis, aut alte-
rius iuris turbatur, cum ei liceat quoquomodo
defendere poſſeſſionem, & tueri iura ſua in con-
tinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ
l. vt vim, de iuſt. & iur. c. ſuſcepimus. de homicid.
36 Cum etiam † turbato in ſua poſſeſſione liceat
turbantem pro tollendo impedimento mole-
ſtia afficere *Aim. conſ. 4. n. 7. Caſtrenſ. conſ. 395.*
in cauſa quæ vertitur. col. 2. ad med. verſic. benè
ergo patet ex prædictis. num. 2. lib. 2. Menoch. de
retin. poſſeſ. remed. 3. q. 34. nu. 252. Vnde non eſt
æquum, quod interrumpatur præſcriptio per
contradictionem extraiudicialem vnius, vel
alterius pignorationis, ſi turbatus redit ad ean-
dem cauſam poſſeſſionis non patiendo ſe ab ea
expelli *Soarez. alleg. 16. in fin. n. 5. verſic. ſed in*
37 *propoſito.* Quia alias pignoratus, † & turba-
tus, & prohibitus vti ſeruitute ſua ſi acquieſce-
ret, prohibitioni non reuertendo ad vſum iuris
paſcendi diceretur amiſiſſe ſeruitutem *l. 3. §. in*
amittenda. de acquir. poſſ. l. ſi id quod. 25. §. quod
autem ſolo animo eod tit.

Amplius non ſolum per pignorationẽ factã in in-
38 uitum dicetur interrupta præſcriptio, † ſed etiã
per dationem pignoris voluntariam, quæ fit cũ
cõſenſu Dñi, cum etiam iſta datio ſit modus in
terrumpendi præſcriptionem *Ferrar. in form.*
reſponſ. rei conuent. in verb. præſcriptionis. n. 26.
per tex. in l. cum notiſſimi. 7. §. immo & illud. C.
de præſcrip. 30. annor. Coler. in c. illud n. 20. de
præſcription. vbi etiam recenſet alios modos
39 interruptionis, † prout ſi agnoſcatur debitum
recipiatur ſecunda cautio, ſoluantur vſuræ, &
in ſimilibus caſibus; de quibus per *Bart. & alios*
l. naturaliter. de vſucap. l. ſi quis emptionis. §. fi.
C. de præſcript. 30. annor. Abb. & alij in c. illud
de præſcription.

In pignore autem voluntario ideo interrumpitur
40 præſcriptio, † quia non eſt æquum illam curre-
re etiam triginta, & plurium annorum, cum
debitor det pignus ſua ſpõte creditori pro eius
maiori ſecuritate. Vnde quandiu creditor illud
retinet non completur præſcriptio ad eum ſinẽ
vt ipſi liceat dominium pignoris ſibi vendica-
re, vel pro ſuo vti, cum iſta dimiſſio pignoris
apud creditorem arguat quaſi aſſiduam inter-
ruptionem, per quam tam ab initio contractus
quam ex poſt facto impeditur curſus præſcri-
ptionis, itaut nulla culpa imputetur danti pi-
gnus, aut negligentia, ex qua poſſit ei præſcri-
ptio obijci *Coler. de proceſſ. exequut. p. 1. cap. 3.*
n. 139.

EPITOME.

De verbis mentiris, & dicis mendacium in quo differant. Et ſi dicantur in iudicio, an agi poſſit actione iniuriarum. Excipientes crimina contra teſtes an teneantur d. actione ſi non probent, & quæ cauſa excuſet. Et quid in Aduocato & an requiratur proteſtatio.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum datur contra eum, qui dixit aliquem mentiri ſaluo honore.*
2 *Verba tu mentiris differunt à verbis dicis mendacium.*
3 *Verba dicis mendacium non ſunt iniurioſa.*

4 In-

4 *Iniuria non infertur ex verbis tu dicis falſum.*
5 *Verba iniurioſa prolata in iudicio pro defeſione iuris ſui non faciunt quem teneri actione iniuriarum.*
6 *Veri criminis obiector quando teneatur actione iniuriarum.*
7 *Excipiens infamiam teſti, vt eum repellat à teſtimonio non tenetur ſi probet infamiam.*
8 *Obijciens crimina contra teſtes quamuis proteſtationem adhibeat, an poſſit conueniri actione iniuriarum ſi non probat. n.9.& 10.*
11 *Obijciens crimina cõtra teſtes etiam omiſſa proteſtatione excuſatur, ſi non probat aliqua cauſa impeditus, & n.12.*
13 *Dolus requiritur, ut quis puniatur obijciendo crimen non uerum in iudicio.*
14 *Cauſa qualibet quamuis iniuſta excuſat à pœna & dolo. Intellige vt n.15.16.& 17.*
18 *Aduocatus faciens petitionem iniurioſam, an puniatur.*
19 *Aduocato licet conuicia dicere quantum poſcit vtilitas cauſa.*
20 *Dominus quando incurrat in pœnam per productionem falſorum teſtium factam à procuratore ſtante ſtatuto puniente eum, qui illos producit.*
21 *Mandatum generale non ſufficit ad faciendum incurrere dominum in pœnam, ſeu delictum.*

CAPVT LXXXI.

POſſe agi actione iniuriarum dicebatur contra eum, qui dixit aliquem mentiri ſaluo
1 ſuo honore † *Bart. in l. ſi quis extraneus. de acquir. hered. Alex. in l. turpia. de leg. 1.* Nam fruſtra proteſtatur, qui alteri dixit verba iniurioſa, neque enim iuuat dicere non habui animum iniuriandi, ſi iam ille, cui dictum eſt conuicium contraxit labem delicti, & notam famæ ex crimine obiecto *c. 1. de præſumpt.* & declarat latè *Plaz. in epitom. delict. c. 1. n. 11. poſt Couar. lib. 1 var. reſol. c. 11. in princ.*

In cauſa tamẽ de qua agebatur contrarium Dixi
2 verius eſſe quia non fuit dictũ † tu mẽtiris, ſed tu dicis mendacium, cum inter huiuſmodi verba ſit differentia ſecundum D. T*hom. 2. 2. q. 110 art. 1. Aul. Gell.* Bart. *& alij allegati per Pariſ. conſ. 30. n. 1. lib. 1. per tex. in c. animaduertendum & c. bis autem. & c. beatus. §. ille autem. 22. q. 2.*
3 & ita in ſpecie, † quod verba dicis mendacium non ſint iniurioſa concludit *Ceual. q. 128. nu. 6. poſt Corraſ. in l. tam anguſti. n. 5. de ſeruit. Viu. lib. 9. comm. opin. nu. 137. tit. de iniur.* Quamuis contrarium ſequatur *Berlaz. conſ. crim. 152. n. 12. lib. 1. Farinac. q. 104. n. 329. in fi. Soccin. Iun. conſ. 103. n. 10. lib. 3* . qui tamen loquitur in Militibus & Nobilibus.

Ex quo dicebat *Saliect. in l. de tutela. in princ. C. de in integr. reſtitut. min.* quod non infertur
4 iniuria, ſi alicui dicatur † tu dicis falſum. Quia non intelligitur, quod doloſè & ex certa ſcientia illud dicat, cum omne non verum ſit falſum, ſubdens eſſe notandum contra iſtos elatos, qui huiuſmodi verba accipiunt pro iniuria, quod ſequitur *Iaſ. in l. 3. in princ. nu. 6. de liber. & poſthum. Feret. conſ. 375. pro reſolutione. nu. 3 lib. 2.* quod tamen remittẽdum Iudicis arbitrio dicit *Baiar. ad Clar. in §. iniuria. n. 20.*

Secundo quia huiuſmodi verba tu mentiris, vel ſimilia iniurioſa fuerũt dicta in iudicio pro de-
5 fenſione iuris proprij, † quo caſu non faciunt quem teneri actione iniuriarum A*lber. in l. quæ omnia. §. 1. de procurat.* A*lex. in l. fin. nu. 2. quod quiſque iur. & ibi* Curt. *Iun. nu. 2. Rom. conſ. 96 n. 2. verſ. tertia vero fuit opinio. & verſ. mihi vero in præſenti.* Etenim eſt ſpeciale in iudicio, vt obijciens verum crimen ad proprij iuris comprobationem, aut defenſionem non teneatur actione iniuriarum, cum ſecus ſit extraiudiciũ,
6 tunc enim † etiam veri criminis obiector tenetur illa actione F*elin. in c. cum te, in fin. verſic. fallit quarto. de re iudic.* Couar. *lib. 1. variar. reſolut. c. 11. nu. 6. & 7. Gomeſ. 3. tom. c. 3.* cum diſtinctionibus de quibus *ibi per eum, & per Clar. in §. iniuria. n. 15. Auffr. ad deciſ. cappell. Tholoſ. 127. n. 5. latè* Ceu*al. q. 323. n. 4. & 5. poſt*
7 *Abb. in c. vlt. in fin. n. 5. de iniur.* † vbi de excipiente infamiam teſti, vt eum repellat à teſtimonio, quod non teneatur ſi probet *Coler. de proceſſ. exequut. c. 8. n. 86. in fin. p. 1.* vbi etiam quod cum taliter iniuriato non liceat retorquere iniuriam dicendo, quod alter mentitur *Felin in c. dilecti filij. nu. 10. verſ. primo dummodo. de exception. Carrer. in prax. crimin. verſ. circa quartum. de modo defendendi. n. 13.* Et de intellectu motus proprij Pij V. quod etiam vera exprimẽs in libello famoſo teneatur actione iniuriarum F*arinac. conſ. 30.* vbi adſunt diuerſa reſpõſa iuriſconſultorum *n. 37. & 57.* & ibi latè *Add. in verb. iniuria* refert tredecim opiniones quando obijciens vera crimina teneatur actione iniuriarum de quibus I*dem Farinac. in tit. de var. & extraordin. crimin. nondum impreſſo q. 105. inſpect. 5.*

Neque obſtat quod pro defenſione ſui iuris non erit licitum dicere tu mentiris, & ſimilia verba iniurioſa contra teſtes productos, prout in caſu
8 de quo agebamus † abſque eo, quod teneatur actione iniuriarum, itaut neque proteſtatio proſit ſi non probentur crimina P*rob. in cap. et circa n. 21. verſ. contrarium tamen. vſq. ad n. 24. Socc. 118. viſa narrati puncti. col. 4. verſ. & confirmatur hæc pars. n. 6. lib. 1. Corn. conſ. 80. conſuluit. n. 4. lib. 3. Rip. in c. cum in. n. 90. poſt concluſ. 3. col. 28. verſ. ex quibus omnibus. de conſti-*
9 *tut. Boſſ. de iniur. n. 21.* † Nam quamuis ſit vtilis proteſtatio, tamen ne detur occaſio calumniandi, & euadendi pœnam non excuſat *Feli. in c. 1. in fin. de exception. & in c. dilecti filij. 8. col. antepen. verſ. tertio. reſtringe. n. 11. poſt Oldrad. conſ. 53. conſueuit dubitari. Anch. Butr. & alios ibi per eum allegatos.*

Quia de conſuetudine ſeruatur cõtrarium, vt non puniantur excipientes contra teſtes crimina præmiſſa proteſtatione, quamuis non probent,
10 Ideo † Aduocati ponunt in exceptionibus proteſta-

teſtationem citra animum iniuriandi *Clar in §.fin.q.53. num. 4.* vbi teſtatur de conſuetudine Mediolani *poſt Boer.conſ.4.n.37. & 49.* vbi loquitur de conſuetudine franciæ,& quod proteſtatio excuſet dicit *Idem Boer.deci.245.incip. & præſuppono.in fi.* & ſequitur *Addit.ad Clar. d.q.35.n.15.& Carauit. rit.73. n.10.* vbi dicit per aduocatos eſſe faciendas huiuſmodi proteſtationes, aliter eorum clienculi tenerentur *Salic.in.l.ſi non conuitij.in fin.de iniur.*

Amplius etiam ceſſante proteſtatione excuſabitur
11 objiciens crimina contra teſtes,† ſi aliqua iuſta
cauſa fuerit impeditus, quaſi tunc dolo careat
vt quia fuerit deceptus à teſtibus,vel impeditus
probare propter potentiam aduerſarij *Felin.in
c.1.in fi.de exception. Auffr.ad deciſ.Cappel.Tholoſ.410.item.ſi titius. ad fin.verſ. quod teneatur
omni caſu vbi poſt Io.And.ad Specul.de accuſat.
in fin.§.ſed pone.* diſtinguit quod aut fuit per-
12 tinax in probando,† & probare nõ potuit,quia
falſum erat, & tunc tenebitur, aut non fuit pertinax, vel apparet eum deceptum promiſſione teſtium,& non tenebitur, maximè ſi fuerit proteſtatus *Idem voluit Surd.deciſ.89.num.26.poſt Boſ.de iniur.n.4.* vbi quod debet ſequi abſolutio etiam non probato crimine obiecto in iudicio, ſi militent præſumptiones pro iniurante, quod non fecit animo iniurandi, quod ſecus eſſet ſi ex coniecturis argueretur de contrario ſubdens iuſtam cauſam eſſe deceptionem teſtium, qui promiſerant deponere, & impedimentum potentiæ aduerſarij.

Et ratio eſt quia requiritur dolus, vt quis punia-
13 tur obijciendo crimen non verum in iudicio, †
in quo etiam cauſa iuſta excuſat *Oldrad.conſ.
53.n.10.verſ.& hoc forte verius Bertazol. conſ.
crimin.212.n.10.Surd.deciſ.89.num.28. & 31.*
vbi quidquid ſit in alijs delictis,in iniuria illa excuſabit,prout vnus teſtis,fama, vel publica vox,aut aliquid ſimile,& ita declaratur *Bal. in l.qui non probaſſe.3.C.de calumniat.*

Immo etiam qualibet cauſa quamuis iniuſta do-
14 lo,† & pœna excuſaret *l.igitur.§.placet.de liber.
cauſ.Iaſ.in l.qui iuraſſe.in princ. de iur. iuran.
Rom.conſ.224.illa captura.n.4.* quidquid con-
trarium dicat *Alber. in l. plagij. C. ad leg.iul.
de plagiar. & Bald.in c. cum bertoldus. ſolu.2.
de re iudic.* Quia contra eos eſt verior opinio,
prout teſtatur *Mandoſ.reg. cancel.24. num.16.*
15 *col. penul.* † Licèt prædicta non ſint tuta,quia
in delicto commiſſo in iudicio cauſa iniuſta nõ
excuſaret *Bald. in l. 3. C.de calumniat. Soccin.
conſil.118.viſa narrati puncti.col.5.nu.7.verſic.
his tamen.non obſtantibus. lib.1.* In caſibus ta-
men in quibus excuſatio admitteretur ob iniu-
16 ſtam cauſam eſſet probandum, † quod per illã
fuit motus ad iniuriandum *Angel. in l. ex con-
ſenſu.§.1. de appellat. Alex. conſ. 103. videtur
prima conſideratione.col.6.in fin.verſic. & dato*
17 *quod comes.lib.1.*† & quod nõ ſimus in ea iniu-
ria quæ fit cum armis,cũ alijs declarationibus
de quibus latè per *Mandoſ.d. reg.24. colu.fin.*
qui etiã intelligit non excuſare à pœna ſtellio-
natus *Dec.in l.hoc edicto. col.fi. verſ.in gloſ. ibi
tacita aſſeueratio.ff.quod quiſq.iur.*

Magis erat in caſu noſtro,nam quidquid ſit reſpe-
18 ctu partium aliud eſt quod ad patronum,† ſeu
aduocatum,qui nõ punitur, ſi fecit petitionem
iniurioſam. Quia officium ſuum non debet ei
eſſe nociuum *l. fin. de inoffic.teſtam.* cum pro-
teſtatione tamen, quod non intendit iniurare
*Clar.in §.fin.q.53.n. 4. per Iex. in l. poſt lega-
tum.§.aduocatum.ff. quib. vt indign. Ceual. q.
323. in fine* Cum aduocato liceat conuitia di-
19 cere † quantum poſcit vtilitas cauſæ *l. quiſ-
quis.C. de poſtul.* Ideo ſtatutum puniens pro-
ducentem falſos teſtes,itaut cadat à cauſa pro-
cedit in eo,qui facit induci teſtes per ſuum pro
curatorem ob illam rationẽ, quia cum procu-
rator ex neceſſitate faciat, ipſe dominus facere
20 videtur, † Vnde dominus incurrit in pœnam,
non procurator,qui tenebatur illos actus facere ratione officij *Bart.in l.ſi de vnius.§.1.col.1.
ff.de falſ.Caputaq. deciſ.196. lib.3.* vbi declarat
quando dominus ſciens patitur teſtes per procuratorem produci,quia illa ſcientia,& patientia habetur pro mandato *Iaſ.in l.1.§.ſi procurator.colum.2.verſ.limita iſtum.n.3. in fin.ff.ſi*
21 *quis ius dic.non obtemp.* † Alias enim mandatum generale non ſufficeret ad faciendum incurrere dominum in pœnam, & ad committendum delictum *l.ſi procurator.6.vbi Ang.de con
dict.indeb.Fel.in c.1.col.6.n.18.verſ.circa ſecundum membrum. vt lit.non conteſt. Caputaq. deciſ.184.lib.2.*

E P I T O M E.

Bona aſignata per patrem filijs an dicãtur donata,& ſint cõferenda, & veniãt in reſtitutione fideicommiſſi. Donatio quando cõfirmetur morte patris, & an datum filio imputandum ſit in legitimam. Verba concedere, dare, & ſimilia quando transferant dominium. Conſtitutio loquens de donatione an extẽdatur ad eas,quæ fiunt ob cauſam,& inter patrem, & filium.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio bonorum facta per patrem inter eius filios non eſt donatio ſed intelligitur ad vſum, & regimen, & in peculium illorum,& erit conferenda. Intellige vt n.4.7.9.& 11.*

2 *Donatio nõ conſiſtit inter patrẽ,& filium.n.3.*

5 *Bona aſſignata per patrem filijs quando veniãt in reſtitutione fideicommiſſi ſi poſtea fuerunt inſtituti,& grauati reſtituere.n.6.*

8 *Aſſignatio bonorum facta per patrem filijs fit fauore futuræ ſucceſſionis.*

10 *Obligatio naturalis oritur inter patrem & filiũ & redditur efficax per iuramentum.*

12 *Diuiſio bonorum patris inter filios an tranſeat in donationem, ſi confirmetur morte, & nu. 13.*

14 *Verbũ dare ſeu concedere an importent donationẽ,& trãſferant dominiũ,n.15.16.& 20.*

17 *Do-*

Digitized by Google

17 *Donata filio tam per patrem, quam per matrẽ donatione valida inter viuos an imputentur in legitimam, quando adeſt verbum donauit, ſeu dedit. n. 18. & 19.*

21 *Nullitas poteſt allegari ſi omittatur ſolemnitas ſtatuti.*

22 *Diuiſiones bonorum facta per patrem filijs nõ confirmantur morte. ſi non fuerit ſeruata forma ſtatuti requiſita in donationibus. n. 23.*

24 *Aſſignatio bonorũ facta per patrem filijs quãdo cenſeatur donatio ob cauſam.*

25 *Donatio ob cauſam non requirit inſinuationẽ.*

26 *Donatio non debet deſeruire reſpectu alicuius retributionis.*

27 *Statutum loquens de donationibus an extendatur ad improprias, & eas quæ fiunt ob aliquã cauſam. n. 28. & 29.*

30 *Statuta etiam odioſa extenduntur ex identitate rationis.*

31 *Donatio cauſa mortis venit in ſtatuto loquente de donatione quando eſt eadem ratio.*

32 *Dictio quibuſcunq. cõprehendit maiora expreſſis, & impropria.*

33 *Donãs poteſt opponere reſeruationes in principio actus ante quæſitum ius donatario.*

34 *Aſſignatio facta ad utilitatem donatarij non donantis an dicatur ob cauſam, & excludat liberalitatem.*

CAPVT LXXXII.

ASſignatio, & diuiſio bonorum facta per
patrẽ inter eius filios, de qua in caſu mihi
propoſito dicebatur eſſe potius vltima volun-
tas, quam donatio, ob illam rationem, quia pa-
ter cenſetur hoc feciſſe ad vſum, regimen, &
1 adminiſtrationẽ filiorum, & in peculium, † Ideo
neq. perdit dominium, quod apud ſe retinet,
itaut poſſit de eiſdem bonis diſponere, & diui-
ſionem reuocare prout etiam huiuſmodi bona
erunt conferenda, quemadmodum conferuntur
aliæ res hæreditariæ *Bar. in l. ſi donatione 13. in
fin. C. de collat. & ibi Iaſ. col. 1. in prin. uerſ. pro-
pter has difficultates. Bald. in auth. quod ſine ad
med. C. de teſtam. Doctor. in l. ſi filia nupta. §. ſi
pater. ff. famil. herciſ. Ruin. conſ. 130. nu. 8. lib. 3.
Dec. conſ. 86. uiſo puncto & diligenter. col. ſi. ad
med. Cephal. conſ. 495. n. 10. lib. 4.*
Præſertim quia iſta diuiſio non poteſt habere vim
donationis, cum inter patrem, & filium non
2 conſiſtat donatio † *l. donationes quas parentes
25. C. de donat. int. uir. & uxor.* Natt. *conſil. 273
num. 2. lib. 2. Alex. conſil. 181. in princ. lib. 5. Socin. conſ. 4. num. 4. lib. 1.* Nam cum pater, & fi-
3 lius cenſeantur vna, & eadem perſona, † non
eſſet differentia inter dantem, & accipientem;
Vnde diceretur ipſimet facta donatio, cum fi-
lius acquirat patri *l. 1. in prin. ff. ſi à parent. quis
fuer. man. l. ſi quis pro eo. 57. §. item ſi filius ubi
gloſ. in uerb. tenetur. de fideiuſſor.* Andr. Gail. *ob-
ſeruat. 38. n. 3. lib. 2.*
Contrarium Dixi, quia vltra diuiſionẽ factam per
patrem, de qua in inſtrumento, fuit deuentum
4 ad actus, † qui habent aliquem effectum de præ-
ſenti conſignando fructus, vel patiendo filios
poſſidere, quo caſu huiuſmodi diſpoſitio iudi-
catur tanquam donatio inter viuos *Pariſ. conſ.
34. num. 43. lib. 2. Put. deciſ. 84. num. 2. Caputaq.
deciſ. 275. p. 1.* vbi dicit magis procedere, ſi pro-
mittatur non reuocari ex cauſa ingratitudinis.
Idem Caputaq. deciſ. 105. p. 2. Quia cum filij per-
cipiant fructus & illos in eorum vtilitatem cõ-
uertant, dicerentur delinquere, ſi non eſſet facta
donatio. Vnde ad excludendum delictum illa
potius præſumenda eſt non alia diſpoſitio. Ita
in ſpecie concludit *Put. deciſ. 132. lib. 2.*
Ideo dicimus quod ſi poſt huiuſmodi diuiſionem
pater inſtituat filios hæredes, & grauet reſtitue
5 re, † non venient in reſtitutione fideicommiſſi
bona illis aſſignata. Quoniam non peruenerunt
ad eos iure hæreditario cum iam eſſent prius
facti domini *Corn. conſ. 228. n. 11. lib. 4.* quod di
cit notandum ſi eſt verum *Socin. Iun. conſil. 72
num. 67. lib. 1. Menoch. præſumpt. 196. num. 12.
lib. 4.*
Quod erit intelligendum, quando filij nollent eſſe
hæredes patris, nec vellent agnoſcere fideicom
miſſum paternum; prout etiam quando fidei-
commiſſum fuiſſet factum poſt ius quæſitum fi-
6 lijs, & ſeparatim ab actu aſſignationis, † ſecus
ſi eſſet facta diuiſio cum trãslatione dominij, &
irreuocabiliter, & in eodem ipſo actu pater fe-
ciſſet fideicommiſſum de d. bonis. Tunc enim
illa diuiſio videtur facta tanquam ab arbitro
familiæ herciſcũdæ ad effectum præueniendi li-
tigijs filiorum, prout ita in terminis diſtinguit
Pereg. de fideicom. art. 6 n. 49.
Secundo quia diſpoſitio, de qua agimus non ſtat
in terminis puræ diuiſionis, & vltimæ volunta-
tis, cum contineat pacta, & conditiones, de
quibus in inſtrumento, & fuerit ſubſecuta tra-
ditio, ac reſeruatum ius teſtandi, & adſit iura-
mentum, quo caſu tranſit in contractum, & do-
7 nationem, † quæ etiam inter patrem, & filium
valet, & eſt irreuocabilis *Iaſ. in l. frater à fratre
n. 40. de condict. indeb.* Soc. *conſ. 107. lib. 3. Oſaſ.
deciſ. 125. n. 5. vers. ſecundo pro hac opinione.* vbi
teſtatur de magis communi *Rui. conſil. 96. lib. 5
n. 8. col. ult. in ſi. uerſ. ſed contrarium.* Pariſ. *conſ.
33. n. 35. lib. 3; Seraphin.* qui de communi *priuil.
iuram. 112. n. 3. Bologni. conſil. 64. in prin. Alex.
conſil. 8. uiſis & conſideratis. n. 2. uerſi. hoc enim
primo. lib. 2.*
Neq. obſtat *Seraphin. d. priuil. iuram. 112.* vbi
dubitat de huiuſmodi opinione, quaſi potius
iſta aſſignatio ſapiat ſpeciem vltimæ volunta-
8 tis, † & fiat regulariter fauore futuræ ſucceſſio
nis inter filios de bonis patris *l. ſi cogitatione.
21. C. famil. herciſcund. l. ſi filia. 20. §. ſi pa-
9 ter. ff. eod.* † Quia verior eſt opinio, quod va-
leat propter iuramentum *Rimin. Iun. conſ. 239.
nu. 9. lib. 3. latè* Andr. Gail. *obſeruat. 38. nu. 12.
lib. 2.* Quia inter patrem, & filium oritur natu-
10 ralis obligatio, † quæ redditur efficax per iu-
ramentum *c. quamuis. de pactis. in 6. Bartol. in
l. ſi quis pro eo 57. in princ. nu. 12. de fideiuſſor*

Alex.

Alex.conſ.8. n.3. in fin.verſ. & ideo ſecundum
eos lib.2. Et licèt videatur potius vltima volū-
tas, tamen illud procedit in terminis purę, &
11 ſimplicis diuiſionis, † ſecus vbi progreſſum
eſt vlterius ad traditionem cum iuramento, &
alijs, de quibus ſupra *Put.deciſ.132. lib.2.Rom.*
conſ.273.in prin.Dec. qui de communi *conſ.633*
caſus de quo quæritur.n.5.col.1. in prin.ver.præ
terea etiam multi.ibi.& licet & conſ.432. n.15.
& conſ.86.col.7.in prin.n.8.verſ. & in iſta con
cluſione.Cephal.conſ.61. n.18.lib.1.
Tertio quia eſt confirmata huiuſmodi diſpoſitio
morte patris, qui cum permanſerit in eadem
12 voluntate, †facit donationem valere, quæ aliàs
eſſet inualida *l.filia cuius.*18.*C.fam.hereiſcund.*
Corn.conſ.152.in princ.lib.3.n.4.Aim. conſ.19.
n.2. Intelligendo quando fuit facta traditio bo
norum donatorum verè, vel fictè per clauſulam
13 præcarij, prout in caſu noſtro, † tunc enim eſ-
ſet facta confirmatio per mortem, aliàs ſecus
Bald.in auth.ex teſtamento. col.3. num.6. verſ.
vnum ſcias C.de collat.Dec.conſil.201.vt præſens
conſultatio.col. penul.num.7. verſ. tertio etiam
fundamento.Aim.conſ.141.in princ.verſ.reſpon-
detur.
Quarto addebatur cenſeri factam donationē pro-
14 pter verbum dare, de quo in inſtrumento, † cū
illud importet donationem, & dominium tranſ-
ferat *§.ſic itaque.inſtit.de action. vbi Iaſ. nu.2.*
Menoch.præſumpt.30. num.39. lib.3. poſt Pariſ.
conſ. 33. lib.3. nu. 24. Prout idem eſt propter
verbum concedere, de quo in eodem inſtrumē-
to, cum illud etiam ſignificet translationē do-
15 minij, † & inducat donationem *Bar. in l.vxori.*
§.ſi.de leg.3.Iaſ.conſ.27.n.2.li.1.Imol.in l.cum
pater.79.§. pater pluribus.verſ. de verbo autem
concedo.ff.de leg.1.
Quamuis prædicta non ſint tuta quia quoties ali-
quid datur per patrē filio ratione perſonæ ori-
tur præſumptio, vt dicatur potius datū in com-
16 putationem legitimæ, † quàm pure, & ex mera
liberalitate donatum, ſecus in alijs, quibus non
cōueniret iſta qualitas legitimæ; Ideo licet do-
17 nata filio donatione valida inter viuos, † non
imputentur in legitimam *l. ſi quando. 35.§.&*
generaliter.C. de inoffic. teſtamen. Aim. conſil.
314.in fin.nu.17.Rip.in l.in quartam.n.143.ad
leg.falc. Tamen procedit vbi pater donans vſus
eſt verbo donauit, itaut non poſſit dubitari de
18 eius intentione, † ſecus in verbo dedit non
expreſſo titulo donationis *Bart. in l.1. §.ſi pa-*
rens.ff. ſi à paren. quis fuit. manumiſ. Iaſ. in l.ſi
quando. §. & generaliter. num.3. C.de inoffic.
teſtam.Corn.conſ.64.num.8.lib.2. Alex.in l. il-
lud.n.5. C.de collat. & conſ.142.circa primam
dubitationem.col. antepen.in fin. verſic. non ta-
men per prædicta.num. 22.lib.2.Imol. qui dicit
ſingulare *in l.titio centum.§.titio genero de con-*
dit.& demonſtr.colum.fin.verſ.vltimo adde.per
tex.in l.cum quo.55.§. final.ad leg.falcid. Rot.
per Cardin.Seraphin.Bononien.compromiſſi.14.
19 *martij 1582.* Quidquid ſit in matre, † in qua
præſumeretur donatio, ſi aliquid detur filio, cū
in ea non militet illa præſumptio conceſſionis
in peculium, prout in parte *Bald.in auth.ex te-*
ſtamento.col.3.n.3.verſ. tertium capitulum. vbi
Barbat.in verb.peculium.C.de collat.per tex. in
l.donationis.§.species.de donat. Idem *Bal.in l.eū*
virum.16 col.2.in prin.nu.14. verſ.ſed quid in
matre.C.de fideicommiſ.
Amplius eſſet in verbo concedo nam quidquid ſit
20 inſpecto largo ſignificatu † de proprietate ſer-
monis illud non importat translationē dominij
prout hanc eſſe veriorem opinionem dicit *Sur.*
deciſ.166.n.15.
Ex quibus conſtat nos eſſe in caſu donationis. Vn-
de verius eſt debuiſſe ſeruari formam ſtatuti de
21 quo in actis, quod cum non fuerit ſeruatum †
bene potuit dici de eius nullitate *l.non dubium*
5.de legib.Natt.conſ.214.nu.12. Felin. in c.cum
dilecti.22.n.10.col.16.ad med. verſ.ampliu de-
cimo. de reſcript. Et ita in terminis donationis
& diuiſionis, de qua agimus concludit *Dec.*
conſ.86.viſo puncto & diligenter. in fin. verſic.
præterea dico quod in caſu noſtro. Vbi quod ſi-
miles diuiſiones factæ per patrem inter filios
propter formam ſtatuti non ſeruatam non
22 confirmantur morte, † cum etiam illud ſtatu-
tum procedat in donatione inter patrem, & fi-
lium, ex quo enim à principio non valuit ob
formam ſtatuti omiſſam, non poteſt dari con-
firmatio per mortem, nam illæ tantum confir-
mantur, quæ ſolo impedimento patriæ pote-
ſtatis, vel ratione affectionis inter coniuges ab
23 initio non valuerunt, † prout etiam in ſpecie
idem concludit *Cuman. conſ.28. de fundo dato*
in prin.verſ.nam ſi dixerimus. Ita vt neq.iura-
mentum operetur, cum illud per idem ſtatutum
cenſeatur in totum ademptum, & pro nullo in-
dicetur *Rot.diuerſ.deciſ.93.p.2.in fi.*
Non obſtat quod aſſignatio, de qua agimus fuerit
facta cum onere impoſito filijs ſoluendi debita
patris, & dandi pecuniam, triticum, vinum, &
alia de quibus in inſtrumento, quare potius vi-
detur eſſe contractus innominatus, & donatio
24 ob cauſā, † vt in puncto cōcludit *Alex.conſ.12*
viſo inſtrumento donationis.nu.5. lib.1. Ideo in
25 ea non requiritur inſinuatio † *Bart. in l.aqui-*
lius.de donat.Oldrad.conſ.139.ad habendum.in
fin. q.9. Quia vbi datur, vt aliquid fiat non eſt
26 donatio, † quæ non debet deſeruire prætextu
alicuius retributionis *Imol. in l.1.in princ. de*
donat.Bartol.in l.2.numer.8. & 9. de donat. ob
cauſ. Vnde non comprehendetur huiuſmodi
contractus ſub ſtatuto, quod cum loquatur de
donationibus, non debet extendi ad donatio-
27 nes improprias, † & eas, quæ fiunt ob aliquam
cauſam, & ad contractus innominatos *Natt.*
conſ.609.n.15.lib.3.Alex.conſ.76.col.3.ad med.
lib.5.Tiraq.in l.ſi unquam.in verb. donatione
largitus.n.11.C.de reuoc.donat.Sur.deciſ.209.n.
20.& deciſ. 214.n.15.
Quia cum ſtatutum loquatur generaliter com-
28 prehendit etiam eas, quæ largo modo, † & im-
proprie veniunt *Alex.conſ.155. num.3.lib.2.* &
cum adſit eadem ratio obuiandi fraudibus di-

ſpo-

Digitized by Google

ſpoſitio loquens de donatione extenditur etiã
29 ad improprias donationes, † prout in ſpecie concludit *Imol. in l.1.in fin. verſ. ultimo dict. de donat.& ibi Alex.in addit.ad* Bart. *in fin. in verb.ſi ſtatutum.Tiraq.l.c 5.cõnub.gloſ.3.n.82.*
30 *Ruin. conſ.52. num.6. lib.1.* † Statuta enim extendũtur ex identitate rationis *Bartol. in l. omnes populi num.60.verſic. aut quaeris de alijs caſibus. de iuſt. & iur.* Licèt materia eſſet odioſa ad excluſionem fraudis *l.1. §.pecunia de calumniat.* Dec.*conſil.400.nu.5.col.2. in princ.* Ideo etiam venirent donationes cauſa mortis,
31 quamuis † ſint impropriæ donationes latè *Tiraq.d.gloſ.5.n.64.* Præſertim cum ſtatutum loquatur per dictiones multum generales, prout eſt illa quibuſcunq.quę comprehendit etiam
32 maiora expreſſis, † & impropria *Imol.in clem.1. col.2.n.8.de re iudicat.Fel.in c.ſedes.col.6.de reſcript.* Tiraq.*de retract.lignager.gloſ.7.§.1.n.20* Alex.*conſ.30.ponderatis.nu.14.col.4.verſ.circa ſextum dubium.lib.5.* Mandoſ.*reg.cancel.27.q.5 n.5.verſ.ſexto ponderando.*

Pręterea donatio de qua agimus, neq. poteſt dici ob cauſam, ſed potius ſimplex, cum pacta, & conditiones appoſitæ in ea ſint per modum reſeruationis, quas poteſt apponere donator in
33 principio contractus, † antequam ſit quęſitum ius donatarij *l.cum lic.22.C.de donation.l.quotiens.3.C.de donat. quae ſub mod.* Dec. *in l.ſi.tibi 20.num.5.ff.ſi cert.petat. col.1.in fin.verſic.& quia ille qui donauit.Socc.conſil.100 ſuper controuerſia.col.fin.in princ.lib.3.n.2.* Cum præſertim iſta aſſignatio fuerit facta principaliter ad vtilitatem donatarij, non ad fauorem do-
34 nantis, † tunc enim diceretur ob cauſam, & excluſa eſſet liberalitas *Ang. in l.ſed hoc ita.de re iudic.Iaſ.in l.inter eos.in 2.notab.n.4.verſ.ſed ad hoc reſpõdet.ff.eod.ti.* Alex.*conſ.142.verſ.pro hoc facit quia donatio.col.7.in prin.n.18.lib.2.* Aym. *conſ 85.n.3.*

E P I T O M E.

In matrimonio quãdo requiratur probatio, quod interuenerint denunciationes, & requiſita de quibus in Concilio Tridentino, itaut filij nati ex tali coniugio dicantur legitimi hæredes patris detecto aliquo impedimento, Denunciationes an ſint de ſubſtantia matrimonij, & an poſſint remitti per Vicarium, & ob quas cauſas, & an reddant matrimonium clandeſtinum ſi omittantur. Propter bonam fidem parentum quando filij iudicentur legitimi.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas legitimatis quando ſit probanda, & num.2.*

3 *Matrimonium, vt dicatur conſtare requiritur probatio, quod interuenerint denunciationes, & requiſita per* Conc.Trid.

4 *Filij nati ex coniugio facto abſque denunciationibus an ſint legitimi hæredes patris ſi detegatur impedimentum, & an pater de filijs ſuccedat.n.5.*

6 *Denunciationes matrimonij an ſint de ſubſtantia, itaut reddant illud nullum ſi omittantur num.7.& 9.*

8 *Contrahentes matrimonium omiſſis denunciationibus peccant, & poſſunt puniri.*

10 *Ordinarius eſt Epiſcopus quo ad effectum remittendi denunciationes.*

11 *Vicarius an poſſit remittere denunciationes, & n.14.& quid in Abbate exempto.nu.15.*

12 *Concilium nunquam excludit Vicarium dum loquitur de ordinario.*

13 *Vicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi cognoſcit de cauſis matrimonialibus.*

16 *Matrimonium redditur clandeſtinum propter omiſſas denunciationes.*

17 *Matrimonium ſine parocho, & teſtibus eſt clandeſtinum, & nullum.*

18 *contrahentes matrimonium ſine denunciationibus dant operam rei illicitæ.*

19 *Matrimonium de iure communi ſatis eſt, vt contrahatur in conſpectu fidelium, & teſtium.*

20 *Matrimonium quando ſit clandeſtinum tam ante, quam poſt concilium.*

21 *Ignorantia vtrius coniugum an ſuffitiat, vt filij iudicentur legitimi, & n.23.*

22 *Nati ex coniugato ſunt naturales, non ſpurij ſi alter parentum eſt in bona fide, & poterũt legitimari per ſubſequens matrimonium.*

24 *Licentia contrahẽdi matrimonium ſine ſolemnitatibus facit, vt proles dicatur legitima ſtãte ignorantia coniugum.*

25 *Cauſæ iuſtæ quæ ſint ad remittendum denunciationes. & n.6. & 27.*

28 *Ordinarius non poteſt facere, vt denunciationes fiant diebus feriatis.*

29 *Denunciationes an iterum ſint faciendæ ſi illis factis contrahentes vadant ad aliam parochiam.*

C A P V T LXXXIII.

Matrimonium non fuit probatum neque verè, neque præſumptiuè in cauſa Scipionis mihi delegata, ita vt non potuerit dici, quod ille ſit in poſſeſſione legitimitatis, neque adſit pro eo ſaltem præſumptio aliqua, cuius vigore transferatur probatio in aduerſarium, quo caſu non eſt dubium, quod qualitas legiti-
1 mitatis ſit probanda per eum, † qui ſe in illa fundat *Soccin.conſ.39.n.1.lib.1.* vbi de communi *Ceph. conſ.82.n.53.* Maximè quando ſumus
2 in factis de recenti, † tunc enim lite conteſtata negatiue debet conſtare de legitimitate per matrimonium verum, aut præſumptum ex cohabitatione parentum in ſchemate matrimonij cum hoc ſit facilis probationis *Caſtr. in l. 1. C.de ordin.iudic.Peregr. de fideicommiſſ.art.43. n.71.in fi.dixi deciſ.89.*

In caſibus tamen in quibus deberet conſtare de matrimonio, cum de hoc quæreretur Dixi verius eſſe non ſufficere, vt illud probetur ſimpliciter,

3 citer, cum etiam requiratur probatio, † quod
interuenerint denunciationes, & alia requiſita
*per Concil. Trident. c.1. Seſſ.24.de reform. ma-
trim.* Nam ſi huiuſmodi publicationes non eſ-
ſent factę, filij nati ex tali coniugio non dice-
4 rentur legitimi hæredes patris, † ſi detegatur
poſtea aliquod impedimentum conſanguinita-
tis, vel alterius cauſę, quamuis illud non eſſet
notum coniugibus, prout in ſpecie declarat
*Abb. in c. ex tenore. 14. in fin. qui fil. ſint legit.
& ibi Henric.Boic. col. 2. in princ.verſ. aut con-
trahunt ab initio clandeſtinè.Cephal.conſil.*503.
*per tot.lib.4.Couar.in epit. de ſponſal. p. 2. c.6.
in princ.n.12.Socin.Iun.*qui de communi *conſil.
86.n.53.lib.2.& conſil.31.n.49.eod.lib.Peregr.
de fideic.art.24.n.74.* qui loquitur in terminis
d.Conc.Trident.prout etiam concludit *Cualla
q.605.in fin.n.149.& q.697.n.7.*vbi etiã *n.13.*
5 ampliat ad patrẽ,† quod neque hoc caſu poſsit
ſuccedere filio, cum iſtę ſucceſsiones ſint reci-
procę, poſt *Tell. Fernand. in l.6. taur.n.13.*
Ratio dicebatur eſſe,quia iſtæ denũciationes ſunt
6 de ſubſtantia, † etſi omittantur reddunt nul-
lum matrimonium, ſecundum *Menoch. conſil.
69.lib.1.Cephal.conſil.421.lib.3.& conſil.*503.
*n.14. lib.4.Octau.Caeberan.conſil.52. n.11.cum
ſeq.*Honded.*conſil 87.n.16.*Sed iſta non ſunt tu-
ta,quia neque de iure communi,neque ex Con-
7 cilio Tridentino ſunt de ſubſtantia. † Ideo ma-
trimonium ſine illis factum erit validum,prout
declarauit *Sacra Congregatio* Concilij,vt refert
Ign. Lop. ad Diaz.*c.75. addit.2.in verb. ſuspen-
ditur ab officio.verſ.primo ante omnia.in fin.*&
latè conſuluit Rimin.Iun. *conſil.691. lib.4.nu.*
17.*Guter.de cõtract.iurat.c.31.n.25.tom.6.p.2.
fol.98.* vbi teſtatur verum ſenſum Concilij eſſe,
quod ſolum ſint de ſolemnitate *poſt* Roiam *in
epitom.ſucceſſ.c.2. n.22.* Quia licèt partes mor-
8 taliter peccent, † & puniri poſsint ſi omittan-
tur *Molin.de primogen.Hiſpan.c.16. lib.2.n.20.*
Ignat.Lop.*ad prax.* Diaz. *c. 75.addit.2. verſic.
peccaret tamen grauiter. & verſ. quinto eſt etiã
firmiſsimè.* Non tamen Concilium præcipien-
9 do illas fieri inualidat matrimonium, † quod
ſolum declaratur irritum, & inane, quando
non fit coram parocho,& teſtibus nihil ſubiun-
gens de denunciationibus *Nauarr. in manual.
c.22.n.70.verſ.tertio aduertendum.* Plot. *in l. ſi
quando.nu.34.verſic. ſcias quod. C. und. vi.*Ca-
*ualcan.deciſ.29.de iudic.*Spin.*de teſtam.gloſ.*15.
*in princ.n.72.Ledeſm.de matrim. q.45. artic.5.
Ceual.q.604.n.123.dubit.97.& n.46.dubit.27.
& q.697.n.12.Claud.ad Bertaz.cõſil.crim.*283.
*verſ.ſed quæſtio eſt vtilior.& verſ.ſi vero loqui-
mur.& conſ.359.verſ.verbũ hoc.in fin.*cum alijs
latè *per Guter.de iuram.cõfirm.p 1.c.51.nu.25.*
Ideo videmus huiuſmodi denunciationes ſæpius
10 remitti per Ordinarios, † qui in hoc caſu erũt
Epiſcopi *Menoch.de arbitr.lib.2.caſu.453.nu.5.*
11 Prout etiam eius Vicarius generalis, † qui iu-
re proprio, & auctoritate ſibi à Concilio con-
ceſſa poterit illas remittere; Quia nunquam
Concilium excludit Vicarium, quando facit
12 mentioné de Ordinario, ſeu de Epiſcopo.† ni-
ſi expreſsè excludat *c.6.de reformat.*Seſſ.24.*Pa-
riſ.de reſignat. benef. lib.3. q.11.n.19.uſque ad
nu.23.* Et Vicarius eſt Ordinarius *gloſ. in c. 1.
de offic. uicar. in 6.* & cognoſcit de cauſis ma-
13 trimonialibus † ſine ſpeciali mandato Epiſco-
pi *Præpoſ. in c. fin. in primo notab. de cognat.
ſpirit. Brozz. de Vicar. Epiſcop. c. 44. lib. 2.*
14 Vnde multo magis de pręambulis, † & ita in
ſpecie eſſe moribus,& vſu receptum,quod Vica-
riꝰ poſsit remittere teſtatur *Guter.canon.quæſt.
r.19.nu.13.Brozz.ibid.q.47.* vbi intelligit cum
cauſa,Quidquid contrarium dicant *Cephal. cõſ.
421.lib.3.num.72. &* Spin *de teſtam.gloſ.15. in
princ.n.28.cum ſeq .Menoch.*Ledeſm.Paz.*& alij
allegati per* Ceual.*q.604.n.92.* Quia contra eos
eſt verior opinio,& in practica ſeruatur, prout
latè dicit *Flores. pract. q.c.24.lib.3. nu.26. ubi*
15 etiam ampliat ad Abbates exemptos, qui poſ-
ſunt remittere ex cauſa denunciationes,quẽad-
modũ Epiſcopi *Nauar.cons.1.de sponsalib.lib.4*
Vera igitur ratio eſt,quia omiſsio iſtarum denun-
16 ciationum reddit matrimonium clandeſtinũ, †
itaut non dicatur contractum in facie Eccleſię
*c. cum inhibitio. §. ſi quis verò. de clandest. de-
spons.* & licèt coram parocho, & teſtibus con-
trahatur validè matrimonium etiam omiſsis
denunciationibus, tamen iudicatur clandeſti-
17 num, prout ſi fieret ſine teſtibus,& parocho, †
quo caſu eſſet non ſolum clandeſtinum, ſed etiã
nullum *Nauarr. in manual.c.22.n.70.Menoch.
conſil.69.n.70.Spin.de testam.glos. 15. num.24.
Cucc. Guter. Veracrux. Azeuedo, & alij alle-
gati per Ceual. q.5. num.* 8. vbi dicit veriorem
opinionem: Vnde ignorantia non excuſabit
contrahentes, cum dent operam rei illicitæ cõ-
18 trahendo † abſque publicationibus *c. tua. de
homic. Caſſad. deciſ. unic. in princ. de ſponsal.*
Quamuis de iure communi matrimonium non
ſit publicandum in Eccleſia, neque edicta prę-
19 cedere debeant, † ſed ſatis ſit,quod in conſpe-
ctu fidelium, & teſtium contractũ fuerit *Abb. in
c.2.de clãdest.desponſ.Paris.conſil.13.n.62. lib.2.
Caputaq.deciſ.104.nu.2.lib.2.*Et multa quando
20 aute, † vel poſt concilium dicatur clãdeſtinum
ſine denunciationibus *Ignat.Lop.ad Diaz.c.75.
Nauar.c.22.n.70. in manual.Couar.de sponsal.
p.2.c.6.in princ.n.10.Marq.concl.297. Cuccus.
lib.5. inſtit.tit.12 de ſacram.matr.Guter.pract.
quæst.1.n.29.Spin.de testam.gloſ.15.n.22.*
Neque obſtat quod filij ob bonam fidem paren-
21 tum iudicentur legitimi, itant ſufficiat † igno-
rantia vnius coniugis tantum *c. ex tenore. ubi
gloſ.qui fil.ſint legit. Caputaq. deciſ.203. nu.4.
lib. 2. Caſſad.deciſ. unic. de ſponſal. Bald. in l.
qui contra.q.3. C. de inceſt. nupt. in lectur. no-
ua.* Et quemadmodum filij ſunt legitimi non
obſtante nullitate matrimonij propter bonam
fidem vtriuſque,vel alterius coniugum; Ita na-
22 ti ex coniugato ſunt naturales, non ſpurij, † ſi
vterque, vel alter parẽtum eſt in bona fide; Ideo
ſicut ſpurij non legitimantur per ſubſequens
matrimonium, ſed ſolum naturales, ita ſi quis

accubuit ignoranter cum affine, aut coniugata
putans ſolutam, & filios ex tali coitu habeat,
per ſequens matrimonium illos legitimabit,
cum propter dictam ignorantiam nati ante il-
lud matrimonium dicantur naturales, non ſpu-
rij latè *Surd.* qui de magis vera, & communi
opinione teſtatur *conſil.303.nu.20.lib.1.*

Quia prædicta intelliguntur dummodò matrimo-
nium publicè fuerit contractum in facie Eccle-
23 ſiæ † *Butr. in c.2. not.5. qui fil. ſint legit.* Ga-
briel. de legitimation. concluſ.4. nu. 17. Anchar.
conſil.401. itipoſius. col.1. Capr. conſil.116. col.
vlt. Curt. Iun. conſil.64. col.2. verſ. tamē hoc etiā
poſtpoſito. n.2. Et contrahens in gradu prohibi-
to propter periculum animæ præſumitur ſcire
impedimentum coniunctionis, cum in his, quæ
ſunt contra ius, præſumatur potius mala fides,
quam ignorantia *Anchar. in clem. 1. de conſan-*
guin. & affin. & ibi Vital. col. fin. verſic. quinta
concluſio. n.61. Gabr. de reg. iur. concl.5. nu.25.
limit.10. Paris. conſil.57. n.24. lib.4.

Prædicta tamen Dixi intelligenda, dummodo non
fuerit contractum matrimonium ſine publica-
24 tionibus ex cauſa, & de licētia Ordinarij. † Nā
ſi illa interueniſſet ignorantia coniugum excu-
ſaret, & proles diceretur legitima tāquam ma-
trimonium fuerit ritè factum, & in facie Eccle-
ſiæ, & lege permittente, cum iuſta cauſa fa-
ciat recedere à regulis iuris communis, prout
in ſpecie concilij concludit *Ceuall. q.667. nu.9.*
& q.604. in fin. poſt Ceruantem per eum allega-
tum in l.6. taur. n.21. & 22. Neque enim in ali-
quo peccant contrahentes præcedente iuſta
cauſa illas remittēdi *Spin. de teſt. gloſ.15. n.32.*
Menoch. conſil.221. n.36. lib.3.

Cauſæ autem iuſtæ, propter quas poterunt remit-
ti huiuſmodi denunciationes ſunt multæ ralatę
per Henriq. de matrim. c.9. §.5. Videlicet pro-
25 pter diſparitatem conditionis, † ætatis, diui-
tiarum, & qualitatis *Nauar. in manual. c.22.*
nu.70. verſ. aduertendum quinto. Spin. de teſta-
ment. gloſ.15. n.28. cum ſeq. Et quando quis eſt
26 in articulo mortis, † ſi vult contrahere cum
concubina, vel alia *Sarm. lib.1. ſelect. interpre-*
tat. c.6. n.7. Cuccus. lib.5. inſtit. tit.11. n.87. Vel
27 ſi aliqui fuerunt diu habiti pro coniugibus, †
& præ verecundia nolunt contrahere *Guter. de*
contract. iurat. c.51. nu.22. tom.8. p.2. fol.98. &
in alijs ſimilibus cauſis, de quibus *Ignat. Lop.*
in addit. ad Diaz. c.75. Ceual. q.604. nu.105.
cum ſeq. vbi collegit dubia centum viginti quo
ad interpretationem *Concil. Trid. de matrim.*

Quibus adde quod licet Ordinarius poſſit remit-
28 tere denunciationes, non tamen poſſet facere, †
vt illę fierent diebus ferialibus, cum non diſpē-
ſet contra canones *c. cum inferior. de maiorit.*
& obed. prout pet ſacram Congregationem
Concilij fuit declaratum.

Item quod ſi factis tribus denūciationibus in vna
parochia antequā contrahatur matrimonium,
29 ſponſi vadant ad habitandum in alia, † ſolet
fieri in ea vnica denunciatio, & elapſis duobus
menſibus à tempore denunciationum factarum
ſeruatur de nouo fieri denunciationes, & de-
beat fieri de conſenſu contrahentium.

E P I T O M E.

Nunciatio noui operis an gaudeat priuilegio at-
tentatorum, & procedat tam contra reficientē
quam contra alios. Ædificium in quibus caſi-
bus dicatur nouum, vel refectum. Manutene-
re quid ſignificet. Nuncians nouum opus quā-
do dicatur renunciare iuri ſibi competenti ad
demoliendum ædificatum. Si conſtet de iniu-
ſtitia nunciationis an opus ſit demoliendum,
& quomodo probetur defectus iuris nunciātis.

S V M M A R I V M.

1 *Nunciatio noui operis eſt quadam appellatio extraiudicialis.*

2 *Appellatio iudicialis differt ab appellatione extraiudiciali. Fallit quo ad negocium attentatorum. n.3. & 4.*

5 *Nunciatio noui operis habet vim inhibitionis inducens priuilegium attentatorum. & n.7.*

9 *Ingibitio iuſta, ſeu iniuſta eſt timenda.*

8 *Appellatio admittitur de Iure Canonico ab actibus extraiudicialibus, ex quibus dubitat quis grauari, aut eſt grauatus.*

9 *Nouum opus an poſſit renunciari in refectione, & n.11.12.16. & 18.*

10 *Statutum prohibens ædificium non includit refectionem.*

13 *Cōtra reficientē non poteſt opponi de attētatis.*

14 *Idem vectigal ſoluitur de ponte refecto.*

15 *Pontis appellatione venit pons tàm ligneus, quàm lapideus.*

17 *Res ſemel deſtructa ſi reficiatur non dicitur eadem, ſed noua.*

19 *Forma antiqua quando dicatur mutata.*

20 *Socius nō poteſt turrim caſtri cōfectā ex lignis reficere, et lapidib⁹ cōſtruere altero ſocio inuito*

21 *Forenſes quando teneantur conferre Eccleſia nouiter conſtructæ, ſeu ad illius refectionem, ſi collecta fuit impoſita pro impenſa vtili, & neceſſaria.*

22 *Aliud eſt manutenere, aliud opus nouū facere.*

23 *Promiſſio de manutenendo intelligitur de impenſa in refectione.*

24 *Pontis conſtructio inter vtramq; domum non pōt fieri ſine licētia adminiſtratori ciuitatis.*

25 *Solū publicum debet eſſe librum vſq; ad calū.*

26 *Scalæ, nec primus gradus ſcalarum neq; merces, aut balla poſſunt poni in via publica. & num.27. & 29.*

28 *Præſcriptio in rebus mobilibus, quæ ponuntur ad impediendam viam quando procedit.*

30 *Nuncians nouum opus in loco publico quamuis poſtea conſentiat ædificio tamen conceſſio non valeret reſpectu Communitatis, ſecus in ſui præiudicium.*

31 *Non poteſt agi ad demolitionē ſi nunciās nouū op⁹ patiatur cognoſci de meritis cauſa. et n.32*

33 *Edictum noui operis datur ante litis conteſtationem ſuper cauſa principali.*

34 Si

34 *Si nuncianti non competit ius an ſit locus demolitioni operis,ſi prohibitio præceſſerit, & n. 35. & 36.*

37 *Nunciatus admittitur ad probandum notoriũ defectum iuris nunciantis. Fallit.n.38.*

CAPVT LXXXIIII.

NVnciatio noui operis eſt quædam appel-
1 latio extraiudicialis † *Bartol. in l. 1. in princ.num.8.quæſt.9.de nou.oper.nunciat.& in l.fin.col.5.ad med.n.4.verſ.quid dicemus de appellat.recip.*Et quamnis ſit differentia inter ap-
2 pellationem iudicialem, † & extraiudicialem *Doctor.in cap. bonæ.de appellat.* Tamen quo ad
3 negotium attentatorum nihil differunt, † nam datur illorum reuocatio poſt inhibitionem iudicis in appellatione extraiudiciali,ſicut in iudiciali. Vnde ſi nunciatus procedit in opere poſt præceptum Iudicis nulliter agit, & omnia
4 ſunt reuocanda eodem priuilegio, † quo gandent attentata pendente iudiciali appellatione *gloſ.per illum tex.in c.non ſolum.7.in verb.reducendum. poſt med. verſ.niſi prohibitio.de appellat.in 6.Franc.in c. bonæ.51.col.5. n.19.concluſ.7.eod.tit.Ruin.in l.1.in princ.nu.14.& 15.col.6.in fin.verſ.vel dic quod licèt. de nou.oper.nunc.Ferrat. caut.58.colu.fin. Lancellot. de attent.c.18. titul.de ſent.in cauſa attentat. ferend. n.63.& 64.* vbi quod iſta nunciatio habet vim inhibitionis inducens priuilegium attentato-
5 rum,quod etia voluit *Bal.conſ.245.proponitur.num.2.verſ.ſecundo præmitto.lib.2.Iaſ.in l.1.in prin.nu.1. & 3.verſ.quarto limita.de nou.oper.nunciat.Sur.conſ.154.n.9.lib.2.*

Et ita dixi concludendum in caſu mihi propoſito cum conſtaret fuiſſe ędificatum pontẽ ſuper via publica inter domos exiſtẽtes,dequibus in actis nõ obſtante nunciatione,& alijs in proceſſu de-
6 ductis, à quibus erat abſtinendum, † cum inhibitio ſiue iuſta,ſiue iniuſta debeat timeri *c.ſignificantibus de appellat. Rot. deciſ. 27. in fin. eod.tit.in antiq.Lancellot. de attentat. lit.pend. c.4.n.519.tom.5.fol.313. & de attentat. poſt inhibit.c.20.ampliat.1.in princ.*

Præſertim in nunciatione noui operis, in qua eſt ſpeciale,quod illa facta extra iudicium, ſi quid contra attentetur debeat deſtrui ſolum ex hoc,
7 † quod attentatum eſt poſt nunciationem *l. 1, de nou.oper.nunciat.Bar.in l.fin.nu.4. verſ.hoc. præmiſſo.de appell.recipiend.* vbi etiam quod de Iure Canonico non eſt dubium, vt poſſit appellari ab actibus extraiudicialibus, ex quibus
8 quis grauatur, † vel dubitat grauari ex cauſis veriſimilibus *c.bonæ.vbi Fran.in princ.in 3.notab.de appellat.*

Non obſtat in caſu, de quo agimus non potuiſſe nunciari nouum opus cum eſſemus in refectio-
9 ne pontis, † non autem in noua conſtructione, itaut contra reficientem non detur huiuſmodi edictum.Quia illud eſt reſtrictũm, & limitatũ ad opus nouum, & ſic per Prætorem conſideratur originalis conſtructio *l. 1. §.1. & l.prætor. in princ. de nou. oper. nunciat.* Vnde aliud eſt reficere,aliud de nouo facere *l.3.§. enim vero.*
10 *& §.reficere.de itin.act.priuat.* † Et ſtatutum prohibens ædificium non includit refectionem *Iaſ.in l.ius ciuile.col.2.ad med.n.10.verſ.tertio principaliter.de iuſt. & iur. Alex. conſil. 190. n.7.lib.2.& in rubr.ff.ſolut.matr.num.21. Dec.*
11 *in l.domum.66.de reg. iur.* † Et quod non detur huiuſmodi edictum contra reficiẽtem antiquum ædificium eſt *tex.in l. 1. §. ſi quis ædificium.vbi Alex.num.1.& 6. de nou.oper. nunc. latè Bologn.in l. qui viam. num.69. eod.tit.* vbi ampliat,ſiue ædificium ſit pęnitus deſtructum,
12 ſiue non, † quia vtroq. caſu non datur nunciatio,cum domus refecta dicatur eadem res, non noua *l.fin.C.de iudeis.& celicol.cap. conſuluit. eod. titul.* Vnde neque contra reficientem po-
13 terit opponi de attentatis, † & innouatis *Alciat.* in ſpecie *conſ.100.num.8.tom.2.lib.5.Lancellot.de attentat.lit. pend.c.4. limit.1. num.39. fol.312. tom.5.* Ideo in ponte refecto in eodem
14 loco debet ſolui idem vectigal, † cum non amittat priora iura, & iudicetur pro eodem,prout in puncto dicit *Bald.in l.ſi plures.6. num. 14.in fin.verſ.vidi dubitari.col.2. C.de condic. inſert. & in l.3.in fin. C.de priuil.fiſc.* Itaut nihil re-
15 ferat, † an pons ſit ligneus,vel lapideus. Nam licèt propriè pons dicatur de lignis,& arcus de lapidibus,tamẽ ſecundum communem vſum loquẽdi,cui in hoc ſtandũ eſt, tam vnus quã alter venit nomine pontis, prout in indiuiduo dicit *Bar.in l.ſupra iter.in prin. de aqua.pluu.arc.*

Quia reſpondetur hic non agi de vera refectione, ſed de conſtruendo nouum pontem lapideum, cum antiquus ligneus eſſet in totum deſtructus
16 quo caſu reficienti † poteſt nouũ opus nunciari. Ita diſtinguendo contrarias opiniones conciliat *Alex.in l. 1. §.ſi quis ædificium. in fin ff. de nou. oper. nunciat. poſt Caſtrenſ. ibid. in §. opus nouum facere. n.3. verſ.item quando quis reficit.Iaſ.in l.quominus.quæſt.32. & vlt colu. pen.n.183.ff.de fluminib.* Ratio diuerſitatis eſt
17 † quia res ſemel deſtructa, ſi reficiatur, non dicitur eadem, ſed noua,& diuerſa,prout dicimus de ſuperficie reſtituta,quæ dicitur noua, non eadem cum prima *l. inter ſtipulantem.83. §.ſacram.de verb.oblig.vbi Alber.dicit ita fuiſſe iudicatum. Caſtrenſ.in l.3.nu.4.in verb.alia in ſuperficie de ſeruitut.*& hanc eſſe veram & approbatam diſtinctionem dicit *Sur.conſ.121.n.8 & 23.lib.1.*Quidquid contrarium voluerit *Bo-*
18 *logn.in l.qui viam. nu.69. de nou.oper.nunc.* † Cum loquatur contra communem *Afflict.deciſ. 392.n 12.vbi Vrſil.n.3. latè Felin.in c.cum.acceſſiſſent.in fi.de conſtitut.Cagnol.in l.domum. 62.de reg.iur.*

Præterea ex loci inſpectione cõſtitit mutatã fuiſ-
19 ſe formam primi pontis † non ſolum de lignis in lapides,vt dictum eſt,ſed etiam in maiorẽ altitudinẽ,latitudinem, & longitudinẽ, vnde non ſumus in caſu refectionis propter antiquam formam penitus mutatã *l.ſcia.6. in fin. de aur. & arg.legat.l.3.in fin.§.reficere.de itin.actuaq.*

Prout idem quoq; eſt in rebus illius, qui fuit hoſ-
pitio receptus quarum datur retentio pro ali-
13 mentis præſtitis hoſpiti, † quaſi res acceſſoriè
veniăt ad perſonam, quç cum ſit libera non ca-
dit in obligatione *Surd. de alim. priuil. 6a. tit. 8*
14 *n. 18.* Quamuis de conſuetudine, † etiam per-
ſona poſsit retineri pro cibarijs *Guid. Pap. q.*
448. qui loquitur in cuſtode, cui permittitur
retinere carceratum pro expenſis eidem factis,
& eiuſdem relaxationem impedire *Sola. in con-*
ſtit. Pedem. gloſ. 3. nu. 5. ſuper decreto de captur.
debitor. dixi ſupra cap. 25. vbi etiā ampliantur
prædicta habere locum quo ad hypothecam ſu-
per huiuſmodi animalibus in locationibus pra-
15 torum, † & paſcuorum, itaut pręferantur ante-
rioribus creditoribus ob cauſam conſeruatio-
nis rei, in qua ſi aliquid fuerit impenſum datur
hypotheca, & retentio *l. in rebus. §. poſſunt. ff.*
commod. Neguſ. de pignor. p. 5. m. 3. n. 8.

Quidquid autem ſeruetur circa damna data per
16 animalia: Aliud dicendum eſt quo ad ea, † quæ
dantur per Viatores, per quos ſi comeduntur
ſpicæ, ſeu vuæ in agro, & vinea aliena non dici-
tur damnum dari, cum hoc ſit licitum, etiam de
17 Iure Diuino, † quamuis non vrgeat neceſsitas,
qua extante licita quoq; eſſet illarum aſporta-
tio *Rip. in l. damnum. col. 3. de damn. infect.*
per c. 13. Deuteron. in verb. ingreſſus. c. 1. 6.
q. 3. c. diſcipulus. diſtin. 5. de conſecrat. Felin.
in c. omnes. col fin. nu. 31. verſ. adde alium ca-
ſum. diſt. 1. Cagnol. in l. quæ propter. nu. 6. de
reg. iur. Cepoll c. 20. de ſeruit. ruſt. prædior. tit.
de meſſe & vindem. n. 3. vbi teſtatur ita ſerua-
18 ri de conſuetudine; † Et quod non attendatur
neceſsitas in comedente vuas in vinea alterius
dicit *Couar. pract. quæſt. c. 37. n. 3. verſ. octauo.*
vbi quod eſt priuilegium viatoris *Alber. in l.*
vlt. C. ad l. aquil. Cepol. de ſeruit. ruſtic. præ-
dior. c. 9. tit. de ſeruitut. iur. paſcend. nu. 12. verſ.
quinto acquiritur. Et in Regno Neapolitano
adeſſe conſtitutionem dicit *Add. ad Roman.*
19 *ſing. 234.* † Immo neq; valeret ſtatutum inter-
dicens huiuſmodi facultatem viatoribus tan-
quam contra Ius Diuinum *Surd. de alim. tit. 8.*
priuil. 39. n. 8. Prout idem eſſet in herba, quam
20 licèt capere peregrinanti; † & in via manenti
pro equo *c. 1. §. fin. de pac. tenend. & eius vio-*
lator. Rom. ſing 234. in peregrinaris.

Stante igitur validitate retētionis animalium, &
pignoratione prædicta ob prætenſum damnum
non potuit allegari aliqua præſcriptio, prout
prætendebatur circa ius paſculandi cum peco-
ribus in fundo, de quo agebatur.

Neque obſtat quod licèt alias facta fuerit prohi-
21 bitio per dominum fundi, † tamen poſt iſtam
prohibitionem denuo eſt lapſum tantum tem-
pus ſciente, & patiente domino, quod ſufficit
ad nouam præſcriptionem: Vnde dicendum eſt
iterū eſſe acquiſitum ius paſculandi: Nam ceſ-
ſauit impedimentum, hoc eſt prohibitio domi-
ni, & accedit cauſa cōfirmans, puta tacitus eius
conſenſus, qui præſumitur ex ſcientia, & patiē-
tia domini *gloſ. in c. non firmatur. de reg. iur.*
in 6. Et ita in ſpecie concludit *Balb. de præ-*
ſcript. 4. p. 6. & vlt. part. princ. q. 1 in princ.
verſ. dic quod in naturali. nu 42. fol. 619. Vbi
quod hoc procedit tam in interruptione na-
turali, quam ciuili, & tam de Iure Canonico,
quam de Iure Ciuili. *Felin. in c. illud. col. 5.*
& 6. de præſcription.

Quia reſpondetur in caſu noſtro conſtare de pi-
gnoratione prędicta; Vnde ex ea non ſolum
reſultat refectio æſtimationis damni, & intereſ-
22 ſe, vltra pœnam, de qua in ſtatuto, † ſed etiam
per eandem captionem pignorum interrumpi-
tur præſcriptio prætenſæ ſeruitutis, viæ, paſcu-
lationis, aut alterius iuris, quod intenditur in
alieno prædio. Ratio quia eo ipſo probatur
diſpatientia domini contra præſcribere volen-
tem, quaſi contradicat, & de facto ſe opponat
aduerſario tanquam in re præſenti: Itaut inter-
rumpatur talis præſcriptio, quandocunque do-
minus, contra quem præſcribitur, impedit eum,
qui eſſe videtur in quaſi poſſeſsione alicuius iu
ris, aut ſeruitutis, videlicet propter diſpatien-
tiam domini expreſſam per pignorationem fa-
23 cti, † cum ſufficiat contradici, ſiue verbo, ſiue
facto *arg. l. ſi ego. 11. ff. de publ. in rem action. l.*
fin. quemad. ſeruit. amitt. Et ita in terminis
pignorationis concludit *Coler. in c. illud. n. 20.*
vſque ad n. 25. de præſcription. & latius *de pro-*
ceſſ. exequut. p. 1. c. 3. n. 92. cum ſeq. poſt Ferrar.
Papienſ. in prax. in form. reſponſ. rei conuent. in
verb. præſcriptionis. verſ. tertio interrumpitur
per pignorum dationem. & facit tex. *in c. au-*
ditis de præſcript. & c. cum eccleſia ſutrina de
24 *cauſ. poſſeſſ. & propriet.* † vbi qui fuerunt ali-
quandiu in poſſeſsione iuris eligēdi Epiſcopum
per tres vices, admitti denuo cupientes, repel-
luntur, ſi per vnam contradictionem Canoni-
corum fuerat interrupta præſcriptio, & ad tem
pus legitimum nō producta *Balb. de præſcript.*
3. p. 6. & vlt. part. n. 40. q. 1.

Itaut in huiuſmodi iuribus incorporalibus, & ſer-
uitutibus interruptio præſcriptionis eodem
25 modo perficiatur, † ſicut in corporalibus *Abb.*
in c. auditis. 15. nu. 13. col. 3. in fin. verſ. quæro
qualiter fiat. de preſcriptionib. Vnde ſufficiet
quod aliquis per violentiam ſemel arceat ab
vſu iuriſdictionis illum, qui conſueuit eandem
iuriſdictionem exercere, itaut ob huiuſmodi
timorem amplius eam non exerceat, cum ſic di
26 catur interrupta poſſeſsio. † Nam ſi poſſeſsio
ſolo animo perditur. *l. poſſideri. 3. §. in amitten-*
da. de acquir. poſſ. Ergo multo magis interrum-
pitur *Bart. in l. naturaliter. 5. de vſucap. col. vlt.*
27 *n. 27.* quaſi videatur deiectus, † qui non vtitur
eo, quo ſuſpicatur ſe poſſe repelli *l. ſi id quod.*
25. §. fin. de acquir. poſſ. Coler. in d. c. illud. n. 26.
de præſcription.

Quæ ſine difficultate procedunt, quia in caſu no-
ſtro poſt pignorationem factam in inuitum fuit
traditum pignus Iudici: ſi enim pignorans hoc
non faceret, aut aliter ius ſuum non proſeque-
28 retur, præſcriptio non eſſet interrupta, † quaſi
nuda partis pignoratio, ſuper qua poſtea Iudex

non

non aditur nihil aliud ſit, quam ſimplex denun
ciatio, vel proteſtatio extraiudicialis, per quam
dominus fundi declarat diſſenſum ſuper iure
paſculationis, quod aduerſarius intendit habe-
29 re in fundo vicini, † quæ denunciatio extraiu-
dicialis non vitiat præſcriptionem iam cæptam
niſi denunciator citet aduerſarium, aut aliquid
aliud contra eum exequatur *Bart. in l. alienam*
23. n. 1. ff. pro empt. Innoc. in cap. dilecti. n. 3. de
maiorit. & obedient. Balb. de præſcript. 3. p. 6. p.
princ. nu. 18. verſ. nunc limitatur prædicta con-
30 *cluſio. fol. 607.* † Quia turbatus per pignora-
tionem non tenetur credere nudis allegationi-
bus aduerſarij, qui prætendit ſe eſſe dominum
fundi per eum poſſeſſi, neque debet habere fi-
dem ſimplici aſſertioni pignorãtis, cum ex hoc
non conſtituatur quis in mala fide, niſi ſimul
fuerint oſtenſa iura aduerſarij, dummodo non
ſimus in eo, cui omnino deberet credi *Felin. in*
c. nihil n. 6. col. vlt. verſ. fallit ſexto. de præſcri-
ption. Abb. in c. illud. n. 8. & in c. fin. colum. ante-
penult. in princ. nu. 39. eod. tit. Tiraq. de retract.
conuent. § 4. gloſ. 6. n. 7. & in ſpecie latè id con-
cludit *Coler. de proceſſ. exequut. c. 3. p. 1. nu.* 102.
31 vſque *ad n. 156.* † vbi quod eſt verior opinio,
vt non ſufficiat nuda pignoratio ad interrum-
pendam præſcriptionem inchoatam, ſed requi-
ritur quod pignorans deducat ius libertatis ſui
prædij, & adeat Iudicem territorij, cui pignora
capta conſignet, aut aliter iura ſua proſequa-
tur, de illis certiorem reddendo turbatum, &
pignoratum.

Prout dicimus de impetrantibus repreſalias, qui
res apprehenſas non debent in ſua cuſtodia re-
32 tinere, † ſed illas repreſentare ſuperiori, vel
facere inuentarium de rebus ablatis in præſen-
tia publicarum perſonarum, quia alias iurabi-
tur in litem aduerſus pignorantem, niſi adea-
tur Iudex *Bald. in auth. ſed omnino. n. 3. colum. 2.*
in fin. verſ. ego dico. C. ne uxor pro marit. Iacob.
de Beluiſ. in auth. vt non fiant pignorat. num. 34
Roder. Soarez. allegat. 18. col. vlt. nu. 7. Et cau-
33 tius eſſe, † vt talia pignora reponantur in ma-
nibus iuſtitiæ dicit *Bart. in l. hoc amplius. 9. §.*
de his. n. 3. ad med. de damn. infect. Caſſan. ſuper
conſuetud. Burgund. § 3. rubr. 1. nu. 2. Pariſ. ad
Bart. in d. § de his. in verb. maius periculum, &
de communi teſtatur *Idem Coler. de proceſ. exe-*
cut. c. 3. p. 1. n. 119.

Contraria autem habent locum in vi expulſiua,
34 per quam interrũpitur poſſeſſio, † eo ipſo quo
quis in totum repellitur, & à poſſeſſione eijci-
tur, itaut eiectus non amplius incumbat poſſeſ-
ſioni naturali, ſed eiiciens *gloſ. in l. ſi quis. 10.*
in princ. in uerb. ac ſi poſſideret. de acquir. poſ-
ſeſſ. Balb. de præſcript. p. 3. 6. p. q. 1. nu. 4. & 5. fol.
35 *586.* Secus in vi turbatiua, † quando quis exi-
ſtens in poſſeſſione alicuius ſeruitutis, aut alte-
rius iuris turbatur, cum ei liceat quoquomodo
defendere poſſeſſionem, & tueri iura ſua in con-
tinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ
l. vt vim, de iuſt. & iur. c. ſuſcepimus. de homicid.
36 Cum etiam † turbato in ſua poſſeſſione liceat
turbantem pro tollendo impedimento mole-
ſtia afficere *Aim. conſ. 4. n. 7. Caſtrenſ. conſ. 395.*
in cauſa quæ vertitur. col. 2. ad med. verſic. benè
ergo patet ex prædictis. num. 2. lib. 2. Menoch. de
retin. poſſeſ. remed. 3. q. 34. nu. 252. Vnde non eſt
æquum, quod interrumpatur præſcriptio per
contradictionem extraiudicialem vnius, vel
alterius pignorationis, ſi turbatus redit ad ean-
dem cauſam poſſeſſionis non patiendo ſe ab ea
expelli *Soarez. alleg. 16. in fin. n. 5. verſic. ſed in*
37 *propoſito.* Quia aliàs pignoratus, † & turba-
tus, & prohibitus vti ſeruitute ſua ſi acquieſce-
ret, prohibitioni non reuertendo ad vſum iuris
paſcendi diceretur amiſiſſe ſeruitutem *l. 3. § in*
amittenda. de acquir. poſſ. l. ſi id quod. 25. § quod
autem ſolo animo eod tit.

Amplius non ſolum per pignorationẽ factã in in-
38 uitum dicetur interrupta præſcriptio, † ſed etiã
per dationem pignoris voluntariam, quæ fit cũ
cõſenſu Dñi, cum etiam iſta datio ſit modus in
terrumpendi præſcriptionem *Ferrar in form.*
reſponſ. rei conuent. in uerb. præſcriptionis. n. 26.
per tex. in l. cum notiſſimi. 7. § ſin. & illud. C.
de præſcrip. 30. annor. Coler. in c. illud n. 20. de
præſcription. vbi etiam recenſet alios modos
39 interruptionis, † prout ſi agnoſcatur debitum
recipiatur ſecunda cautio, ſoluantur vſuræ, &
in ſimilibus caſibus; de quibus per *Bart. & alios*
l. naturaliter. de uſucap. l. ſi quis emptionis. § fi.
C. de præſcript. 30. annor. Abb. & aly in c. illud
de præſcription.

In pignore autem voluntario ideo interrumpitur
40 præſcriptio, † quia non eſt æquum illam curre-
re etiam triginta, & plurium annorum, cum
debitor det pignus ſua ſpõte creditori pro eius
maiori ſecuritate. Vnde quandiu creditor illud
retinet non completur præſcriptio ad eum finẽ
vt ipſi liceat dominium pignoris ſibi vendica-
re, vel pro ſuo vti, cum iſta dimiſſio pignoris
apud creditorem arguat quaſi aſſiduam inter-
ruptionem, per quam tam ab initio contractus
quam ex poſt facto impeditur curſus præſcri-
ptionis, itaut nulla culpa imputetur danti pi-
gnus, aut negligentia, ex qua poſſit ei præſcri-
ptio obijci *Coler. de proceſſ. exequut. p. 1. cap. 3.*
n. 139.

E P I T O M E.

De verbis mentiris, & dicis mendacium in quo
differant. Et ſi dicantur in iudicio, an agi poſ-
ſit actione iniuriarum. Excipientes crimina
contra teſtes an teneantur d. actione ſi non pro-
bent, & quæ cauſa excuſet. Et quid in Aduocato
& an requiratur proteſtatio.

S V M M A R I V M.

1 ***Actio iniuriarum datur contra eum, qui dixit aliquem mentiri ſaluo honore.***
2 ***Verba tu mentiris differunt à uerbis dicis mendacium.***
3 ***Verba dicis mendacium non ſunt iniurioſa.***

4 *Iniuria non infertur ex verbis tu dicis falſum.*
5 *Verba iniurioſa prolata in iudicio pro defeſione iuris ſui non faciunt quem teneri actione iniuriarum.*
6 *Veri criminis obiector quando teneatur actione iniuriarum.*
7 *Excipiens infamiam teſti, vt eum repellat à teſtimonio non tenetur ſi probet infamiam.*
8 *Obijciens crimina contra teſtes quamuis proteſtationem adhibeat, an poſſit conueniri actione iniuriarum ſi non probat. n.9.& 10.*
11 *Obijciens crimina cõtra teſtes etiam omiſſa proteſtatione excuſatur, ſi non probat aliqua cauſa impeditus, & n.12.*
13 *Dolus requiritur, ut quis puniatur obijciendo crimen non uerum in iudicio.*
14 *Cauſa qualibet quamuis iniuſta excuſat à pæna & dolo. Intellige vt n.15.16.& 17.*
18 *Aduocatus faciens petitionem iniurioſam, an puniatur.*
19 *Aduocato licet conuicia dicere quantum poſcit vtilitas cauſæ.*
20 *Dominus quando incurrat in pænam per productionem falſorum teſtium factam à procuratore ſtante ſtatuto puniente eum, qui illos producit.*
21 *Mandatum generale non ſufficit ad faciendum incurrere dominum in pænam, ſeu delictum.*

CAPVT LXXXI.

POſſe agi actione iniuriarum dicebatur contra eum, qui dixit aliquem mentiri ſaluo
1 ſuo honore † *Bart. in l. ſi quis extraneus. de acquir. hered. Alex. in l. turpia. de leg. 1.* Nam fruſtra proteſtatur, qui alteri dixit verba iniurioſa, neque enim iuuat dicere non habui animum iniuriandi, ſi iam ille, cui dictum eſt conuicium contraxit labem delicti, & notam famæ ex crimine obiecto *c. 1. de præſumpt.* & declarat latè *Plaz. in epitom. delict. c. 1. n. 11. poſt Couar. lib. 1 var. reſol. c. 11. in princ.*
In cauſa tamẽ de qua agebatur contrarium Dixi
2 verius eſſe quia non fuit dictũ † tu mẽtiris, ſed tu dicis mendacium, cum inter huiuſmodi verba ſit differentia ſecundum D. *Thom. 2. 2. q. 110 art. 1. Aul. Gell. Bart. & alij allegati per Pariſ. conſ. 30. n. 1. lib. 1. per tex. in c. animaduertendum & c. his autem. & c. beatus. §. ille autem. 22. q. 2.*
3 & ita in ſpecie, † quod verba dicis mendacium non ſint iniurioſa concludit *Ceual. q. 128. nu. 6. poſt Corraſ. in l. tam anguſti. n. 5. de ſeruit. Viu. lib. 9. comm. opin. nu. 137. tit. de iniur.* Quamuis contrarium ſequatur *Bertaz. conſ. crim. 152. n. 12. lib. 1. Farinac. q. 104. n. 329. in fi. Soccin. Iun. conſ. 103. n. 10. lib. 3.* qui tamen loquitur in Militibus & Nobilibus.
Ex quo dicebat *Salicet. in l. de tutela. in princ. C. de in integr. reſtitut. min.* quod non infertur
4 iniuria, ſi alicui dicatur † tu dicis falſum. Quia non intelligitur, quod doloſè & ex certa ſcientia illud dicat, cum omne non verum ſit falſum, ſubdens eſſe notandum contra iſtos elatos, qui huiuſmodi verba accipiunt pro iniuria, quod ſequitur *Iaſ. in l. 3. in princ. nu. 6. de liber. & poſthum. Feret. conſ. 375. pro reſolutione. nu. 3 lib. 2.* quod tamen remittẽdum Iudicis arbitrio dicit *Baiar. ad Clar. in §. iniuria. n. 20.*
Secundo quia huiuſmodi verba tu mentiris, vel ſimilia iniurioſa fuerũt dicta in iudicio pro de-
5 fenſione iuris proprij, † quo caſu non faciunt quem teneri actione iniuriarum *Alber. in l. quæ omnia. §. 1. de procurat. Alex. in l. fin. nu. 2. quod quiſque iur. & ibi Curt. Iun. nu. 2. Rom. conſ. 96 n. 2. verſ. tertia vero fuit opinio. & verſ. mihi vero in præſenti.* Etenim eſt ſpeciale in iudicio, vt obijciens verum crimen ad proprij iuris comprobationem, aut defenſionem non teneatur actione iniuriarum, cum ſecus ſit extraiudiciũ,
6 tunc enim † etiam veri criminis obiector tenetur illa actione *Felin. in c. cum te, in fin. verſic. fallit quarto. de re iudic. Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 11. nu. 6. & 7. Gomeſ. 3. tom. c. 3.* cum diſtinctionibus de quibus *ibi per eum, & per Clar. in §. iniuria. n. 15. Auffr. ad deciſ. cappell. Tholoſ. 527. n. 5.* latè *Ceual. q. 323. n. 4. & 5. poſt*
7 *Abb. in c. vlt. in fin. n. 5. de iniur.* † vbi de excipiente infamiam teſti, vt eum repellat à teſtimonio, quod non teneatur ſi probet *Coler. de proceſſ. exequut. c. 8. n. 86. in fin. p. 1.* vbi etiam quod cum taliter iniuriato non licèt retorquere iniuriam dicendo, quod alter mentitur *Felin in c. dilecti filij. nu. 10. verſ. primo dummodo. de exception. Carrer. in prax. crimin. verſ. circa quartum. de modo defendendi. n. 13.* Et de intellectu motus proprij Pij V. quod etiam vera exprimẽs in libello famoſo teneatur actione iniuriarum *Farinacc. conſ. 30.* vbi adſunt diuerſa reſpõſa iuriſconſultorum *n. 37. & 57.* & ibi latè *Add. in verb. iniuria* refert tredecim opiniones quando obijciens vera crimina teneatur actione iniuriarum de quibus *Idem Farinac. in tit. de var. & extraordin. crimin. nondum impreſſo q. 105. inſpect. 5.*
Neque obſtat quod pro defenſione ſui iuris non erit licitum dicere tu mentiris, & ſimilia verba iniurioſa contra teſtes productos, prout in caſu
8 de quo agebamus † abſque eo, quod teneatur actione iniuriarum, itaut neque proteſtatio proſit ſi non probentur crimina *Prob. in cap. vt circa n. 21. verſ. contrarium tamen. vſq. ad n. 24. Socc. 118. viſa narrati puncti. col. 4. verſ. & confirmatur hæc pars. n. 6. lib. 1. Corn. conſ. 80. conſuluit. n. 4. lib. 3. Rip. in c. cum in. n. 90. poſt concluſ. 3. col. 28. verſ. ex quibus omnibus. de conſti-*
9 *tut. Boſſ. de iniur. n. 21.* † Nam quamuis ſit vtilis proteſtatio, tamen ne detur occaſio calumniandi, & euadendi pęnam non excuſat *Feli. in c. 1. in fin. de exception. & in c. dilecti filij. 8. col. antepen. verſ. tertio. reſtringe. n. 51. poſt Oldrad. conſ. 53. conſueuit dubitari. Anch. Butr. & alios ibi per eum allegatos.*
Quia de conſuetudine ſeruatur cõtrarium, vt non puniantur excipientes contra teſtes crimina præmiſſa proteſtatione, quamuis non probent,
10 Ideo † Aduocati ponunt in exceptionibus proteſta-

teſtationem citra animum iniuriandi Clar in §.fin.q.53. num. 4. vbi teſtatur de conſuetudine Mediolani poſt Boer.conſ.4.n.37.& 49. vbi loquitur de conſuetudine franciæ,& quod proteſtatio excuſet dicit Idem Boer.deci.245.incip.& præſuppono.in fi. & ſequitur Addit.ad Clar.d.q.31.n.15.& Carauit. rit.73. n.10. vbi dicit per aduocatos eſſe faciendas huiuſmodi proteſtationes, aliter eorum clientuli tenerentur Salic.in.l.ſi non conuitij.in fin.de iniur.

Amplius etiam ceſſante proteſtatione excuſabitur
11 objiciens crimina contra teſtes,† ſi aliqua iuſta
cauſa fuerit impeditus, quaſi tunc dolo careat
vt quia fuerit deceptus à teſtibus,vel impeditus
probare propter potentiam aduerſarij Felin.in
c.1.in fi.de exception.Auffr.ad deciſ.Cappel.Tholoſ.410.item.ſi titius.ad fi.verſ. quod teneatur
omni caſu vbi poſt Io.And.ad Specul.de accuſat.
in fin.§.ſed pone. diſtinguit quod aut fuit per-
12 tinax in probando,† & probare nõ potuit,quia
falſum erat,& tunc tenebitur, aut non fuit pertinax, vel apparet cum deceptum promiſſione teſtium,& non tenebitur, maximè ſi fuerit proteſtatus Idem voluit Surd.deciſ.89.num.26.poſt Boſ.de iniur.n.4.vbi quod debet ſequi abſolutio etiam non probato crimine obiecto in iudicio, ſi militent præſumptiones pro iniurante, quod non fecit animo iniurandi, quod ſecus eſſet ſi ex coniecturis argueretur de contrario ſubdens iuſtam cauſam eſſe deceptionem teſtium, qui promiſerant deponere, & impedimentum potentiæ aduerſarij.

Et ratio eſt quia requiritur dolus, vt quis punia-
13 tur objiciendo crimen non verum in iudicio,†
in quo etiam cauſa iuſta excuſat Oldrad.conſ.53.n.10.verſ.& hoc forte verius Bertazol. conſ. crimin.212.n.10.Surd.deciſ.89.num.28.& 31. vbi quidquid ſit in alijs delictis,in iniuria illa excuſabit,prout vnus teſtis,fama, vel publica vox,aut aliquid ſimile;& ita declaratur Bal. in l.qui non probaſſe.3.C.de calumniat.

Immo etiam quælibet cauſa quamuis iniuſta do-
14 lo,† & pœna excuſaret l.igitur.§.placet.de liber.
cauſ.Iaſ.in l.qui iuraſſe.in princ. de iur. iuran.
Rom.conſ.224.iſta captura.n.4. quidquid contrarium dicat Alber. in l. plagij. C. ad leg.iul. de plagiar. & Bald.in c. cum bertoldus. colu.2. de re iudic. Quia contra eos eſt verior opinio,
prout teſtatur Mandoſ.reg. cancel.24. num.16.
15 col. penul. † Licèt prædicta non ſint tuta.quia
in delicto commiſſo in iudicio cauſa iniuſta nõ excuſaret Bald. in l. 3. C.de calumniat. Soccin. conſil.118.viſa narrati puncti.col.5.nu.7.verſic. his tamen.non obſtantibus. lib.1. In caſibus tamen in quibus excuſatio admitteretur ob iniu-
16 ſtam cauſam eſſet probandum, † quod per illã
fuit motus ad iniuriandum Angel. in l. ex conſenſu.§.1. de appellat. Alex. conſ. 103. videtur
prima conſiderationе.col.6.in fin.verſic. & dato
17 quod comes.lib.1.† & quod nõ ſimus in ea iniu-
ria quæ fit cum armis,cũ alijs declarationibus de quibus latè per Mandoſ.d. reg.24. colu.fin. qui etiã intelligit non excuſare à pœna ſtellionatus Dec.in l.hoc edicto. col.fi. verſ.in gloſ. ibi tacita aſſeueratio.ff.quod quiſq.iur.

Magis erat in caſu noſtro,nam quidquid ſit reſpe-
18 ctu partium aliud eſt quod ad patronum,† ſeu
aduocatum,qui nõ punitur, ſi fecit petitionem iniurioſam. Quia officium ſuum non debet ei eſſe nociuum l. fin. de inoffic.teſtam. cum proteſtatione tamen, quod non intendit iniurare Clar.in §.fin.q.53.n. 4. per tex. in l. poſt legatum.§.aduocatum.ff. quib. vt indign. Ceual. q. 323. in fine Cum aduocato liceat conuitia di-
19 cere † quantum poſcit vtilitas cauſæ l. quiſquis.C. de poſtul. Ideo ſtatutum puniens producentem falſos teſtes,itaut cadat à cauſa procedit in eo,qui facit induci teſtes per ſuum procuratorem ob illam rationẽ, quia cum procurator ex neceſſitate faciat, ipſe dominus facere
20 videtur, † Vnde dominus incurrit in pœnam,
non procurator,qui tenebatur illos actus facere ratione officij Bart.in l.ſi de vnius.§.1.col.1. ff.de falſ.Caputaq. deciſ.196. lib.3. vbi declarat quando dominus ſciens patitur teſtes per procuratorem produci,quia illa ſcientia,& patientia habetur pro mandato Iaſ.in l.1.§.ſi procurator.colum.2.verſ.limita iſtum.n.3. in fin.ff.ſi
21 quis ius dic.non obtemp. † Alias enim manda-
tum generale non ſufficeret ad faciendum incurrere dominum in pœnam, & ad committendum delictum l.ſi procurator.6.vbi Ang.de con dict.indeb.Fel.in c.1.col.6.n.18.verſ.circa ſecundum membrum. vt lit.non conteſt. Caputaq. deciſ.184.lib.2.

EPITOME.

Bona aſignata per patrem filijs an dicãtur donata,& ſint cõferenda,& veniãt in reſtitutione fideicommiſſi. Donatio quando cõfirmetur morte patris, & an datum filio imputandum ſit in legitimam. Verba concedere, dare, & ſimilia quando transferant dominium. Conſtitutio loquens de donatione an extẽdatur ad eas,quæ fiunt ob cauſam,& inter patrem, & filium.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio bonorum facta per patrem inter eius filios non eſt donatio ſed intelligitur ad vſum, & regimen, & in peculium illorum,& erit conferenda. Intellige vt n.4.7.9.& 11.*

2 *Donatio nõ conſiſtit inter patrẽ,& filium.n.3.*

5 *Bona aſſignata per patrem filijs quando veniãt in reſtitutione fideicommiſſi ſi poſtea fuerunt inſtituti,& grauati reſtituere.n.6.*

8 *Aſſignatio bonorum facta per patrem filijs fit fauore futuræ ſucceſſionis.*

10 *Obligatio naturalis oritur inter patrem & filiũ & redditur efficax per iuramentum.*

12 *Diuiſio bonorum patris inter filios an tranſeat in donationem, ſi confirmetur morte, & nu. 13.*

14 *Verbũ dare ſeu concedere an importent donationẽ,& trãſferant dominiũ,n.15.16.& 20.*

17 Do-

17 *Donata filio tam per patrem, quam per matrẽ donatione valida inter viuos an imputentur in legitimam, quando adeſt verbum donauit, ſeu dedit. n. 18. & 19.*

21 *Nullitas poteſt allegari ſi omittatur ſolemnitas ſtatuti.*

22 *Diuiſiones bonorum facta per patrem filijs nõ confirmantur morte. ſi non fuerit ſeruata forma ſtatuti requiſita in donationibus. n. 23.*

24 *Aſſignatio bonorũ facta per patrem filijsquã do cenſeatur donatio ob cauſam.*

25 *Donatio ob cauſam non requirit inſinuationẽ.*

26 *Donatio non debet deſeruire reſpectu alicuius retributionis.*

27 *Statutum loquens de donationibus an extendatur ad improprias, & eas quæ fiunt ob aliquã cauſam. n. 28. & 29.*

30 *Statuta etiam odioſa extenduntur ex identitate rationis.*

31 *Donatio cauſa mortis venit in ſtatuto loquente de donatione quando eſt eadem ratio.*

32 *Dictio quibuſcunq. cõprehendit maiora expreſſis, & impropria.*

33 *Donãs poteſt opponere reſeruationes in principio actus ante quæſitum ius donatario.*

34 *Aſſignatio facta ad utilitatem donatarij non donantis an dicatur ob cauſam, & excludat liberalitatem.*

CAPVT LXXXII.

ASſignatio, & diuiſio bonorum facta per
patrẽ inter eius filios, de qua in caſu mihi
propoſito dicebatur eſſe potius vltima volun-
tas, quam donatio, ob illam rationem, quia pa-
ter cenſetur hoc feciſſe ad vſum, regimen, &
1 adminiſtrationẽ filiorum, & in peculium, † Ideo
neq. perdit dominium, quod apud ſe retinet,
itaut poſſit de eiſdem bonis diſponere, & diui-
ſionem reuocare prout etiam huiuſmodi bona
erunt conferenda, quemadmodum conferuntur
aliæ res hæreditariæ *Bar. in l. ſi donatione 13. in fin. C. de collat. & ibi Iaſ. col. 1. in prin. uerſ. propter has difficultates. Bald. in auth. quod ſine ad med. C. de teſtam. Doctor. in l. ſi filia nupta. §. ſi pater. ff. famil. herciſ. Ruin. conſ. 130. nu. 8. lib. 3. Dec. conſ. 86. uiſo puncto & diligenter. col. fi. ad med. Cephal. conſ. 495. n. 10. lib. 4.*

Præſertim quia iſta diuiſio non poteſt habere vim
donationis, cum inter patrem, & filium non
2 conſiſtat donatio † *l. donationes quas parentes 25. C. de donat. int. uir. & uxor.* Natt. *conſil. 273 num. 2. lib. 2.* Alex. *conſil. 181. in princ. lib. 5. Soccin. conſ. 4. num. 4. lib. 1.* Nam cum pater, & fi-
3 lius cenſeantur vna, & eadem perſona, † non
eſſet differentia inter dantem, & accipientem;
Vnde diceretur ipſimet facta donatio, cum fi-
lius acquirat patri *l. 1. in prin. ff. ſi à parent. quis ſuit. man. l. ſi quis pro eo. 57. §. item ſi filius ubi gloſ. in uerb. tenetur. de fideiuſſor.* Andr. *Gail. obſeruat. 38. n. 3. lib. 2.*

Contrarium Dixi, quia vltra diuiſionẽ factam per
patrem, de qua in inſtrumento, fuit deuentum
4 ad actus, † qui habent aliquem effectum de præ-
ſenti conſignando fructus, vel patiendo filios
poſſidere, quo caſu huiuſmodi diſpoſitio iudi-
catur tanquam donatio inter viuos *Pariſ. conſ. 34. num. 43. lib. 2.* Put. *deciſ. 84. num. 2. Caputaq. deciſ. 275. p. 1.* vbi dicit magis procedere, ſi pro-
mittatur non reuocari ex cauſa ingratitudinis.
Idem Caputaq. deciſ. 105. p. 2. Quia cum filij per-
cipiant fructus & illos in eorum vtilitatem cõ-
uertant, dicerentur delinquere, ſi non eſſet facta
donatio. Vnde ad excludendum delictum illa
potius præſumenda eſt non alia diſpoſitio. Ita
in ſpecie concludit *Put. deciſ. 152. lib. 2.*

Ideo dicimus quod ſi poſt huiuſmodi diuiſionem
pater inſtituat filios hæredes, & grauet reſtitue-
5 re, † non venient in reſtitutione fideicommiſſi
bona illis aſſignata. Quoniam non peruenerunt
ad eos iure hæreditario cum iam eſſent prius
facti domini *Corn. conſ. 228. n. 11. lib. 4.* quod di-
cit notandum ſi eſt verum *Soccin. Iun. conſil. 72 num. 67. lib. 1. Menoch. præſumpt. 196. num. 12. lib. 4.*

Quod erit intelligendum, quando filij nollent eſſe
hæredes patris, nec vellent agnoſcere fideicom
miſſum paternum; prout etiam quando fidei-
commiſſum fuiſſet factum poſt ius quæſitum fi-
6 lijs, & ſeparatim ab actu aſſignationis, † ſecus
ſi eſſet facta diuiſio cum trãslatione dominij, &
irreuocabiliter, & in eodem ipſo actu pater fe-
ciſſet fideicommiſſum de d. bonis. Tunc enim
illa diuiſio videtur facta tanquam ab arbitro
familiæ herciſcũdæ ad effectum præueniendi li-
tigijs filiorum, prout ita in terminis diſtinguit
Pereg. de fideicom. art. 6 n. 49.

Secundo quia diſpoſitio, de qua agimus non ſtat
in terminis puræ diuiſionis, & vltimæ volunta-
tis, cum contineat pacta, & conditiones, de
quibus in inſtrumento, & fuerit ſubſecuta tra-
ditio, ac reſeruatum ius teſtandi, & adſit iura-
mentum, quo caſu tranſit in contractum, & do-
7 nationem, † quæ etiam inter patrem, & filium
valet, & eſt irreuocabilis *Iaſ. in l. frater à fratre n. 40. de condict. indeb.* Socc. *conſ. 107. lib. 3. Oſaſ. deciſ. 125. n. 5. vers. ſecundo pro hac opinione.* vbi
teſtatur de magis communi *Ruı. conſil. 96. lib. 5 n. 8. col. ult. in fi. uerſ. ſed contrarium. Pariſ. conſ. 33. n. 35. lib. 3; Seraphin.* qui de communi *priuil. iuram. 112. n. 3. Bologn. conſil. 64. in prin. Alex. conſil. 8. uiſis & conſideratis. n. 2. uerſi. hoc enim primo. lib. 2.*

Neq. obſtat *Seraphin. d. priuil. iuram. 112.* vbi
dubitat de huiuſmodi opinione, quaſi potius
iſta aſſignatio ſapiat ſpeciem vltimæ volunta-
8 tis, † & fiat regulariter fauore futuræ ſucceſſio
nis inter filios de bonis patris *l. ſi cogitatione. 21. C. famil. herciſcund. l. ſi filia. 20. §. ſi pa-*
9 *ter. ff. eod.* † Quia verior eſt opinio, quod va-
leat propter iuramentum *Rimin. Iun. conſ. 239. nu. 9. lib. 3. latè* Andr. *Gail. obſeruat. 38. nu. 12. lib. 2.* Quia inter patrem, & filium oritur natu-
10 ralis obligatio, † quæ redditur efficax per iu-
ramentum *c. quamuis. de pactis. in 6. Bartol. in l. ſi quis pro eo 57. in princ. nu. 12. de fideiuſſor*

Alix.

Alex.conſ.8. n.3. in fin.verſ. & ideo ſecundum
eos lib.2. Et licèt videatur potius vltima volū-
tas, tamen illud procedit in terminis purę, &
11 ſimplicis diuiſionis, † ſecus vbi progreſſum
eſt vlterius ad traditionem cum iuramento, &
alijs, de quibus ſupra Put.deciſ.132. lib.2.Rom.
conſ.273.in prin.Dec. qui de communi conſ.633
caſus de quo quaeritur.n.5.col.1. in prin.ver.pre
terea etiam multi.ibi.& licet & conſ.432. n.15.
& conſ.86.col.7.in prin.n.8.verſ. & in iſta con
cluſione.Cephal.conſ.61. n.18.lib.1.

Tertio quia eſt confirmata huiuſmodi diſpoſitio
morte patris, qui cum permanſerit in eadem
12 voluntate, †facit donationem valere, quæ aliàs
eſſet inualida l.filia cuius.18.C.fam.herciſcund.
Corn.conſ.152.in princ.lib.3.n.4.Aim. conſ.19.
n.2. Intelligendo quando fuit facta traditio bo
norum donatorum verè, vel fictè per clauſulam
13 præcarij, prout in caſu noſtro, † tunc enim eſ-
ſet facta confirmatio per mortem, aliàs ſecus
Bald.in auth.ex teſtamento. col.3. num.6. verſ.
vnum ſcias C.de collat.Dec.conſil.201.vt præſens
conſultatio.col. penul.num.7. verſ. tertio etiam
fundamento.Aim.conſ.141.in princ.verſ.reſpon-
detur.

Quarto addebatur cenſeri factam donationē pro-
14 pter verbum dare, de quo in inſtrumento, † cū
illud importet donationem, & dominium tranſ-
ferat §.ſic itaque.inſtit.de action. vbi Iaſ. nu.2.
Menoch.præſumpt.30. num.39. lib.3. poſt Pariſ.
conſ. 33. lib.3. nu. 24. Prout idem eſt propter
verbum concedere, de quo in eodem inſtrumē-
to, cum illud etiam ſignificet tranſlationē do-
15 minij, † & inducat donationem Bar. in l.vxori.
§.ſi.de leg.3.Iaſ.conſ.27.n.2.li.1.Imol.in l.cum
pater.79.§. pater pluribus.verſ. de verbo autem
concedo.ff.de leg.2.

Quamuis prædicta non ſint tuta quia quoties ali-
quid datur per patrē filio ratione perſonæ ori-
tur præſumptio, vt dicatur potius datū in com-
16 putationem legitimæ, † quàm pure, & ex mera
liberalitate donatum, ſecus in alijs, quibus non
cōueniret iſta qualitas legitimæ; Ideo licet do-
17 nata filio donatione valida inter viuos, † non
imputentur in legitimam l. ſi quando. 35.§.&
generaliter.C. de inoffic. teſtamen. Aim. conſil.
314.in fin.nu.17.Rip.in l.in quartam.n.143.ad
leg.falc.Tamen procedit vbi pater donans vſus
eſt verbo donauit, itaut non poſſit dubitari de
18 eius intentione, † ſecus in verbo dedit non
expreſſo titulo donationis Bart. in l.1. §.ſi pa-
rens.ff. ſi à paren. quis fue. manumiſ. Iaſ. in l.ſi
quando. §. & generaliter. num.3. C.de inoffic.
teſtam.Corn.conſ.64.num.8.lib.2. Alex.in l. il-
lud.n.5. C.de collat. & conſ.142.circa primam
dubitationem.col. antepen.in fin. verſic. non ta-
men per prædicta.num. 22.lib.2.Imol. qui dicit
ſingulare in l.titio centum.§.titio genero de con-
dit.& demonſtr.colum.fin.verſ.vltimo adde.per
tex.in l.cum quo.55.§. final.ad leg.falcid. Rot.
per Cardin.Seraphin.Bononien.compromiſſi.14.
19 martij 1582. Quidquid ſit in matre, † in qua
præſumeretur donatio, ſi aliquid detur filio, cū
in ea non militet illa præſumptio conceſſionis
in peculium, prout in parte Bald.in auth.ex te-
ſtamento.col.3.n.3.verſ. tertium capitulum. vbi
Barbat.in verb.peculium.C.de collat.per tex. in
l.donationis.§.species.de donat. Idem Bal.in l.cū
virum.16 col.2.in prin.nu.14. verſ.ſed quid in
matre.C.de fideicommiſ.

Amplius eſſet in verbo concedo nam quidquid ſit
20 inſpecto largo ſignificatu † de proprietate ſer-
monis illud non importat tranſlationē dominij
prout hanc eſſe veriorem opinionem dicit Sur.
deciſ.166.n.15.

Ex quibus conſtat nos eſſe in caſu donationis. Vn-
de verius eſt debuiſſe ſeruari formam ſtatuti de
21 quo in actis, quod cum non fuerit ſeruatum †
bene potuit dici de eius nullitate l.non dubium
5.de legib.Natt.conſ.214.nu.12. Felin. in c.cum
delicta.22.n.10.col.16.ad med. verſ.amplia de-
cimo. de reſcript. Et ita in terminis donationis
& diuiſionis, de qua agimus concludit Dec.
conſ.86.viſo puncto & diligenter. in fin. verſic.
præterea dico quod in caſu noſtro. Vbi quod ſi-
miles diuiſiones factæ per patrem inter filios
propter formam ſtatuti non ſeruatam non
22 confirmantur morte, † cum etiam illud ſtatu-
tum procedat in donatione inter patrem, & fi-
lium, ex quo enim à principio non valuit ob
formam ſtatuti omiſſam, non poteſt dari con-
firmatio per mortem, nam illæ tantum confir-
mantur, quæ ſolo impedimento patriæ pote-
ſtatis, vel ratione affectionis inter coniuges ab
23 initio non valuerunt, † prout etiam in ſpecie
idem concludit Cuman. conſ.28. de fundo dato
in prin.verſ.nam ſi dixerimus. Ita vt neq.iura-
mentum operetur, cum illud per idem ſtatutum
cenſeatur in totum ademptum, & pro nullo in-
dicetur Rot.diuerſ.deciſ.93.p.2.in fi.

Non obſtat quod aſſignatio, de qua agimus fuerit
facta cum onere impoſito filijs ſoluendi debita
patris, & dandi pecuniam, triticum, vinum, &
alia de quibus in inſtrumento, quare potius vi-
detur eſſe contractus innominatus, & donatio
24 ob cauſā, † vt in puncto cōcludit Alex.conſ.12
viſo inſtrumento donationis.nu.5. lib.1. Ideo in
25 ea non requiritur inſinuatio † Bart. in l.aqui-
lius.de donat.Oldrad.conſ.139.ad habendum.in
fin. q.9. Quia vbi datur, vt aliquid fiat non eſt
26 donatio, † quæ non debet deſeruire prætextu
alicuius retributionis Imol. in l.1.in princ. de
donat.Bartol.in l.2.numer.8. & 9. de donat. ob
cauſ. Vnde non comprehendetur huiuſmodi
contractus ſub ſtatuto, quod cum loquatur de
donationibus, non debet extendi ad donatio-
27 nes improprias, † & eas, quæ fiunt ob aliquam
cauſam, & ad contractus innominatos Natt.
conſ.609.n.15.lib.3.Alex.conſ.76.col.3.ad med.
lib.5.Tiraq.in l.ſi unquam.in verb. donatione
largitus.n.11.C.de reuoc.donat.Sur.deciſ.209.n.
20.& deciſ.214.n.15.

Quia cum ſtatutum loquatur generaliter com-
28 prehendit etiam eas, quæ largo modo, † & im-
proprie veniunt Alex.conſ.155. num.3.lib.2. &
cum adſit eadem ratio obuiandi fraudibus di-
ſpo-

ſpoſitio loquens de donatione extenditur etiã
29 ad improprias donationes, † prout in ſpecie
concludit *Imol. in l. 1. in fin. verſ. vltimo dicit. de donat. & ibi Alex. in addit. ad Bart. in fin. in verb. ſi ſtatutum. Tiraq. l. 15. cõnub. gloſ. 5. n. 82.*
30 *Rum. conſ. 52. num. 6. lib. 1.* † Statuta enim
extendũtur ex identitate rationis *Bartol. in l. omnes populi num. 60. verſic. aut quæris de alijs caſibus. de iuſt. & iur.* Licèt materia eſſet odioſa ad excluſionem fraudis *l. 1. §. pecunia de calumniat. Dec. conſil. 400. nu. 5. col. 2. in princ.* Ideo etiam venirent donationes cauſa mortis,
31 quamuis † ſint impropriæ donationes latè
Tiraq. d. gloſ. 5. n. 64. Præſertim cum ſtatutum loquatur per dictiones multum generales, prout eſt illa quibuſcunq. quę comprehendit etiam
32 maiora expreſſis, † & impropria *Imol. in clem. 1 col. 2. n. 8. de re iudicat. Felin. in c. ſedes. col. 6. de reſcript. Tiraq. de retract. lignager. gloſ. 7. §. 1. n. 20 Alex. conſ. 30. ponderatis nu. 14. col. 4. verſ. circa ſextum dubium. lib. 5. Mandoſ. reg. cancel. 27. q. 5 n. 5. verſ. ſexto ponderando.*
Preterea donatio de qua agimus, neq. poteſt dici ob cauſam, ſed potius ſimplex, cum pacta, & conditiones appoſitæ in ea ſint per modum reſeruationis, quas poteſt apponere donator in
33 principio contractus, † antequam ſit queſitum
ius donatario *l. cum res. 22. C. de donation. l. quoties. 3. C. de donat. quæ ſub mod. Dec. in l. ſi ſtabis 20. num. 5. ff. ſi cert. petat. col. 1. in fin. verſic. & quia ille qui donauit. Socc. conſil. 100 ſuper controuerſia. col. fin. in princ. lib. 3. n. 2.* Cum præſertim iſta aſſignatio fuerit facta principaliter ad vtilitatem donatarij, non autem donantis,
34 nantis, † tunc enim diceretur ob cauſam, & exclu ſa eſſet liberalitas *Ang. in l. ſed hoc ita. de re iudic. Iaſ. in l. inter eos. in 2. notab. n. 4. verſ. ſed ad hoc reſpõdet, ff. eod. ti. Alex. conſ. 142. verſ. pro hoc facit quia donatio. col. 7. in prin. n. 18. lib. 2. Rum. conſ. 85. n. 3.*

E P I T O M E.

In matrimonio quãdo requiratur probatio, quod interuenerint denunciationes, & requiſita de quibus in Concilio Tridentino, itaut filij nati ex tali coniugio dicantur legitimi heredes patris detecto aliquo impedimento. Denunciationes an ſint de ſubſtantia matrimonij, & an poſſint remitti per Vicarium, & ob quas cauſas, & an reddant matrimonium clandeſtinum ſi omittantur. Propter bonam fidem parentum quando filij iudicentur legitimi.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas legitimatis quando ſit probanda, & num. 2.*
3 *Matrimonium, vt dicatur conſtare requiritur probatio, quod interuenerint denunciationes, & requiſita per* Conc. Trid.
4 *Filij nati ex coniugio facto abſque denunciationibus an ſint legitimi hæredes patris ſi detegatur impedimentum, & an pater de filijs ſuccedat. n. 5.*
6 *Denunciationes matrimonij an ſint de ſubſtantia, itaut reddant illud nullum ſi omittantur num. 7. & 9.*
8. *Contrahentes matrimonium omiſſis denunciationibus peccant, & poſſunt puniri.*
10 *Ordinarius est Epiſcopus quo ad effectum remittendi denunciationes.*
11 *Vicarius an poſſit remittere denunciationes, & n. 14. & quid in Abbate exempto. nu. 15.*
12 *Concilium nunquam excludit Vicarium dum loquatur de ordinario.*
13 *Vicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi cognoſcit de cauſis matrimonialibus.*
16 *Matrimonium redditur clandestinum propter omiſſas denunciationes.*
17 *Matrimonium ſine parocho, & teſtibus est clandestinum, & nullum.*
18 *contrahentes matrimonium ſine denunciationibus dant operam rei illicitæ.*
19 *Matrimonium de iure communi ſatis eſt, vt contrahatur in conſpectu fideliũ, & testium.*
20 *Matrimonium quando ſit clandeſtinum tam ante, quam post concilium.*
21 *Ignorantia vnius coniugum an ſufficiat, vt filij iudicentur legitimi, & n. 23.*
22 *Nati ex coniugato ſunt naturales, non ſpurij ſi alter parentum eſt in bona fide, & poterit legitimari per ſubſequens matrimonium.*
24 *Licentia contrahẽdi matrimonium ſine ſolemnitatibus facit, vt proles dicatur legitima ſtante ignorantia coniugum.*
25 *Cauſæ iuſtæ quæ ſint ad remittendum denunciationes. & n. 6. & 27.*
28 *Ordinarius non poteſt facere, vt denunciationes fiant diebus feriatis.*
29 *Denunciationes an iterum ſint facienda ſi illis factis contrahentes vadant ad aliam parochiam.*

C A P V T LXXXIII.

MAtrimonium non fuit probatum neque verè, neque præſumptiuè in cauſa Scipionis mihi delegata, ita vt non potuerit dici, quod ille ſit in poſſeſſione legitimitatis, neque adſit pro eo ſaltem præſumptio aliqua, cuius vigore transferatur probatio in aduerſarium, quo caſu non eſt dubium, quod qualitas legiti-
1 mitatis ſit probanda per eum, † qui ſe in illa
fundat *Socein. conſ. 39. n. 1 lib. 1.* vbi de communi *Ceph. conſ. 82. n. 53.* Maximè quando ſumus
2 in factis de recenti, † tunc enim lite conteſtata
negatiue debet conſtare de legitimitate per matrimonium verum, aut præſumptum ex cohabitatione parentum in ſchemate matrimonij cum hoc ſit facilis probationis *Caſtr. in l. 1. C. de ordin. iudic. Peregr. de fideicommiſſ. art. 43. n. 71. in fi. dixi deciſ. 89.*
In caſibus tamen in quibus deberet conſtare de matrimonio, cum de hoc quæreretur Dixi verius eſſe non ſufficere, vt illud probetur ſimpli-
citer,

Digitized by Google

3 citer, cum etiam requiratur probatio, † quod
interuenerint denunciationes, & alia requiſita
per Concil. Trident. c. 1. Seſſ. 24. de reform. matrim. Nam ſi huiuſmodi publicationes non eſ-
ſent factę, filij nati ex tali coniugio non dice-
4 rentur legitimi hæredes patris, † ſi detegatur
poſtea aliquod impedimentum conſanguinita-
tis, vel alterius cauſę, quamuis illud non eſſet
notum coniugibus, prout in ſpecie declarat
Abb. in c. ex tenore. 14. in fin. qui fil. ſint legit. & ibi Henric. Boic. col. 2. in princ. uerſ. aut contrahunt ab initio clandestinè. Cephal. conſil. 503. per tot. lib. 4. Couar. in epit. de ſponſal. p. 2. c. 6. in princ. n. 12. Socin. Iun. qui de communi *conſil. 86. n. 53. lib. 2. & conſil. 31. n. 49. eod. lib. Peregr. de fideic. art. 24. n. 74.* qui loquitur in terminis
d. Conc. Trident. prout etiam concludit *Ceuall. q. 605. in fin. n. 149. & q. 697. n. 7.* vbi etiã *n. 13.*
5 ampliat ad patrẽ, † quod neque hoc caſu poſſit
ſuccedere filio, cum iſtę ſucceſſiones ſint reci-
procę, poſt *Tell. Fernand. in l. 6. taur. n. 13.*
Ratio dicebatur eſſe, quia iſtæ denũciationes ſunt
6 de ſubſtantia, † etſi omittantur reddunt nul-
lum matrimonium, ſecundum *Menoch. conſil. 69. lib. 1. Cephal. conſil. 421. lib. 3. & conſil. 503. n. 14. lib. 4. Octau. Cacheran. conſil. 52. n. 11. cum ſeq. Honded. conſil 87. n. 16.* Sed iſta non ſunt tu-
ta, quia neque de iure communi, neque ex Con-
7 cilio Tridentino ſunt de ſubſtantia. † Ideo ma-
trimonium ſine illis factum erit validum, prout
declarauit *Sacra Congregatio Concilij*, vt refert
Ign. Lop. ad Diaz. c. 75. addit. 2. in verb. ſuſpenditur ab officio. verſ. primo ante omnia. in fin. &
latè conſuluit *Rimin. Iun. conſil. 691. lib. 4. nu. 17. Guter. de cõtract. iurat. c. 51. n. 25. tom. 6. p. 2. fol. 98.* vbi teſtatur verum ſenſum Concilij eſſe,
quod ſolum ſint de ſolemnitate *poſt Roiam in epitom. ſucceſſ. c. 2. n. 22.* Quia licèt partes mor-
8 taliter peccent, † & puniri poſſint ſi omittan-
tur *Molin. de primogen. Hiſpan. c. 16. lib. 2. n. 20. Ignat. Lop. ad prax. Diaz. c. 75. addit. 2. verſic. peccaret tamen grauiter. & verſ. quinto eſt etiã firmiſſimè.* Non tamen Concilium præcipien-
9 do illas fieri inualidat matrimonium, † quod
ſolum declaratur irritum, & inane, quando
non fit coram parocho, & teſtibus nihil ſubiun-
gens de denunciationibus *Nauarr. in manual. c. 22. n. 70. verſ. tertio aduertendum. Plot. in l. ſi quando. nu. 34. verſic. ſcias quod. C. vnd. ui. Caualcan. deciſ. 29. de iudic. Spin. de teſtam. gloſ. 15. in princ. n. 72. Ledeſm. de matrim. q. 45. artic. 5. Ceual. q. 604. n. 123. dubit. 97. & n. 46. dubit. 27. & q. 697. n. 12. Claud. ad Bertaz. cõſil. crim. 283. uerſ. ſed quaſtio eſt utilior. & uerſ. ſi uero loquimur. & conſ. 359. uerſ. uerbũ hoc. in fin.* cum alijs
latè *per Guter. de iuram. cõfirm. p. 1. c. 51. nu. 25.*
Ideo videmus huiuſmodi denunciationes ſæpius
10 remitti per Ordinarios, † qui in hoc caſu erũt
Epiſcopi *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu. 453. nu. 5.*
11 Prout etiam eius Vicarius generalis, † qui iu-
re proprio, & auctoritate ſibi à Concilio con-
ceſſa poterit illas remittere; Quia nunquam
Concilium excludit Vicarium, quando facit
12 mentionẽ de Ordinario, ſeu de Epiſcopo. † ni-
ſi expreſsè excludat *c. 6. de reformat. Seſſ. 24. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. q. 11. n. 19. uſque ad nu. 23.* Et Vicarius eſt Ordinarius *gloſ. in c. 1. de offic. uicar. in 6.* & cognoſcit de cauſis ma-
13 trimonialibus † ſine ſpeciali mandato Epiſco-
pi *Præpoſ. in c. fin. in primo notab. de cognat. ſpirit. Brozz. de Vicar. Epiſcop. c. 44. lib. 2.*
14 Vnde multo magis de pręambulis, † & ita in
ſpecie eſſe moribus, & vſu receptum, quod Vica-
rius poſſit remittere teſtatur *Guter. canon. quaſt. c. 19. nu. 13. Brozz. ibid. q. 47.* vbi intelligit cum
cauſa, Quidquid contrarium dicant *Cephal. cõſ. 421. lib. 3. num. 72. & Spin de teſtam. gloſ. 25. in princ. n. 28. cum ſeq. Menoch. Ledeſm. Paz. & alij allegati per Ceual. q. 604. n. 92.* Quia contra eos
eſt verior opinio, & in practica ſeruatur, prout
latè dicit *Flores. pract. q. c. 24. lib. 3. nu. 26.* ubi
15 etiam ampliat ad Abbates exemptos, qui poſ-
ſunt remittere ex cauſa denunciationes, quẽad-
modũ Epiſcopi *Nauar. cons. 1. de ſponsalib. lib. 4*
Vera igitur ratio eſt, quia omiſſio iſtarum denun-
16 ciationum reddit matrimonium clandeſtinũ, †
itaut non dicatur contractum in facie Eccleſię
c. cum inhibitio. §. ſi quis uerò. de clandeſt. deſpons. & licèt coram parocho, & teſtibus con-
trahatur validè matrimonium etiam omiſſis
denunciationibus, tamen indicatur clandeſti-
17 num, prout ſi fieret ſine teſtibus, & parocho, †
quo caſu eſſet non ſolum clandeſtinum, ſed etiã
nullum *Nauarr. in manual. c. 22. n. 70. Menoch. conſil. 69. n. 70. Spin. de teſtam. glos. 15. num. 24. Cucc. Guter. Veracrux. Azeuedo, & alij allegati per Ceual. q. 5. num. 8.* vbi dicit veriorem
opinionem: Vnde ignorantia non excuſabit
contrahentes, cum dent operam rei illicitæ cõ-
18 trahendo † abſque publicationibus *c. tua. de homic. Caſſad. deciſ. unic. in princ. de ſponsal.*
Quamuis de iure communi matrimonium non
ſit publicandum in Eccleſia, neque edicta prę-
19 cedere debeant, † ſed ſatis ſit, quod in conſpe-
ctu fidelium, & teſtium contractũ fuerit *Abb. in c. 2. de clãdest. deſponſ. Paris. conſil. 13. n. 12. lib. 2. Caputaq. deciſ. 204. nu. 2. lib. 2.* Et multa quando
20 ante, † vel poſt concilium dicatur clãdeſtinum
ſine denunciationibus *Ignat. Lop. ad Diaz. c. 75. Nauar. c. 22. n. 70. in manual. Couar. de ſponsal. p. 2. c. 6. in princ. n. 10. Marq. concl. 297. Cuceus. lib. 5. inſtit. tit. 11 de ſacram. matr. Guter. pract. quaſt. 1. n. 29. Spin. de teſtam. gloſ. 15. n. 22.*
Neque obſtat quod filij ob bonam fidem paren-
21 tum iudicentur legitimi, itaut ſufficiat † igno-
rantia vnius coniugis tantum *c. ex tenore. ubi gloſ. qui fil. ſint legit. Caputaq. deciſ. 103. nu. 4. lib. 2. Caſſad. deciſ. unic. de ſponſal. Bald. in l. qui contra. q. 3. C. de inceſt. nupt. in lectur. noua.* Et quemadmodum filij ſunt legitimi non
obſtante nullitate matrimonij propter bonam
fidem vtriuſque, vel alterius coniugum; Ita na-
22 ti ex coniugato ſunt naturales, non ſpurij, † ſi
vterque, vel alter parẽtum eſt in bona fide; Ideo
ſicut ſpurij non legitimantur per ſubſequens
matrimonium, ſed ſolum naturales, ita ſi quis

accubuit ignoranter cum affine, aut coniugata
putans ſolutam, & filios ex tali coitu habeat,
per ſequens matrimonium illos legitimabit,
cum propter dictam ignorantiam nati ante il-
lud matrimonium dicantur naturales, non ſpu-
rij latè *Surd.* qui de magis vera, & communi
opinione teſtatur *conſil. 303. nu. 20. lib. 1.*

Quia prædicta intelliguntur dummodò matrimo-
nium publicè fuerit contractum in facie Eccle-
23 ſiæ † *Butr. in c. 2. not. 5. qui fil. ſint legit. Ga-
briel. de legitimation. concluſ. 4. nu. 17. Anchar.
conſil. 401. ſtipoſius. col. 1. Capr. conſil. 116. col.
vlt.* Curt. *Iun. conſil. 64. col. 2. verſ. tamẽ hoc etiã
poſtpoſito. n. 2.* Et contrahens in gradu prohibi-
to propter periculum animæ præſumitur ſcire
impedimentum coniunctionis, cum in his, quæ
ſunt contra ius, præſumatur potius mala fides,
quam ignorantia *Anchar. in clem. 1. de conſan-
guin. & affin. & ibi* Vital. *col. fin. verſic. quinta
concluſio. n. 61.* Gabr. *de reg. iur. concl. 5. nu. 25.
limit. 10.* Paris. *conſil. 57. n. 24. lib. 4.*

Prædicta tamen Dixi intelligenda, dummodo non
fuerit contractum matrimonium ſine publica-
24 tionibus ex cauſa, & de licẽtia Ordinarij. † Nã
ſi illa interueniſſet ignorantia coniugum excu-
ſaret, & proles diceretur legitima tãquam ma-
trimonium fuerit ritè factum, & in facie Eccle-
ſiæ, & lege permittente, cum iuſta cauſa fa-
c iat recedere à regulis iuris communis, prout
in ſpecie concilij concludit *Ceuall. q. 667. nu. 9.
& q. 604. in fin. poſt Ceruantem per eum allega-
tum in l. 6. taur. n. 21. & 22.* Neque enim in ali-
quo peccant contrahentes præcedente iuſta
cauſa illas remittẽdi *Spin. de teſt. gloſ. 15. n. 32.
Menoch. conſil. 221. n. 36. lib. 3.*

Cauſæ autem iuſtæ, propter quas poterunt remit-
ti huiuſmodi denunciationes ſunt multæ ralatę
per Henriq. de matrim. c. 9. §. 5. Videlicet pro-
25 pter diſparitatem conditionis, † ætatis, diui-
tiarum, & qualitatis *Nauar. in manual. c. 22.
nu. 70. verſ. aduertendum quinto. Spin. de teſta-
ment. gloſ. 15. n. 28. cum ſeq.* Et quando quis eſt
26 in articulo mortis, † ſi vult contrahere cum
concubina, vel alia *Sarm. lib. 1. ſelect. interpre-
tat. c. 6. n. 7. Cuccus. lib. 5. inſtit. tit. 11. n. 87.* Vel
27 ſi aliqui fuerunt diu habiti pro coniugibus, †
& præ verecundia nolunt contrahere *Guter. de
contract. iurat. c. 51. nu. 22. tom. 8. p. 2. fol. 98.* &
in alijs ſimilibus cauſis, de quibus *Ignat. Lop.
in addit. ad Diaz. c. 75. Ceual. q. 604. nu. 105.
cum ſeq.* vbi collegit dubia centum viginti quo
ad intepretationem *Concil. Trid. de matrim.*

Quibus adde quod licet Ordinarius poſſit remit-
28 tere denunciationes, non tamen poſſet facere, †
vt illę fierent diebus ferialibus, cum non diſpẽ-
ſet contra canones *c. cum inferior. de maiorit.
& obed.* prout per ſacram Congregationem
Concilij fuit declaratum.

Item quod ſi factis tribus denũciationibus in vna
parochia antequã contrahatur matrimonium,
29 ſponſi vadant ad habitandum in alia, † ſolet
fieri in ea vnica denunciatio, & elapſis duobus
menſibus à tempore denunciationum factarum
ſeruatur de nouo fieri denunciationes, & de-
beat fieri de conſenſu contrahentium.

E P I T O M E.

Nunciatio noui operis an gaudeat priuilegio attentatorum, & procedat tam contra reficientẽ quam contra alios. Ædificium in quibus caſibus dicatur nouum, vel refectum. Manutenere quid ſignificet. Nuncians nouum opus quãdo dicatur renunciare iuri ſibi competenti ad demoliendum ædificatum. Si conſtet de iniuſtitia nunciationis an opus ſit demoliendum, & quomodo probetur defectus iuris nunciãtis.

S V M M A R I V M.

1 *Nunciatio noui operis eſt quadam appellatio extraiudicialis.*

2 *Appellatio iudicialis differt ab appellatione extraiudiciali. Fallit quo ad negocium attentatorum. n. 3. & 4.*

5 *Nunciatio noui operis habet vim inhibitionis inducens priuilegium attentatorum. & n. 7.*

9 *Ingibitio iuſta, ſeu iniuſta eſt timenda.*

8 *Appellatio admittitur de Iure Canonico ab actibus extraiudicialibus, ex quibus dubitat quis grauari, aut eſt grauatus.*

9 *Nouum opus an poſſit renunciari in refectione, & n. 11. 12. 16. & 18.*

10 *Statutum prohibens ædificium non includit refectionem.*

13 *Cõtra reficientẽ non potiſt opponi de attẽtatis.*

14 *Idem vectigal ſoluitur de ponte refecto.*

15 *Pontis appellatione venit pons tàm ligneus, quàm lapideus.*

17 *Res ſemel deſtructa ſi reficiatur non dicitur eadem, ſed noua.*

19 *Forma antiqua quando dicatur mutata.*

20 *Socius nõ potiſt turrim caſtri cõfectã ex lignis reficere, et lapidib⁹ cõſtruere altero ſocio inuito*

21 *Forenſes quando, teneantur conferre Eccleſia nouiter conſtructæ, ſeu ad illius refectionem, ſi collecta fuit impoſita pro impenſa vtili, & neceſſaria.*

22 *Aliud eſt manutenere. aliud opus nouũ facere.*

23 *Promisſio de manutenendo intelligitur de impenſa in refectione.*

24 *Pontis conſtructio inter vtramq; domum non põt fieri ſine licẽtia adminiſtratori ciuitatis.*

25 *Solũ publicum debet eſſe liberum vſq; ad celũ.*

26 *Scala, nec primus gradus ſcalarum neq; merces, aut balle poſſunt poni in via publica. & num. 27. & 29.*

28 *Præſcriptio in rebus mobilibus, quæ ponuntur ad impediendam viam quando procedit.*

30 *Nuncians nouum opus in loco publico quamuis poſtea conſentiat ædificio tamen conceſſio non valeret reſpectu Communitatis, ſecus in ſui præiudicium.*

31 *Non poteſt agi ad demolitionẽ ſi nunciãs nouũ op⁹ patiatur cognoſci de meritis cauſa. et n. 32*

33 *Edictum noui operis datur ante litis conteſtationem ſuper cauſa principali.*

34 Si

34 *Si nunciandi non competit ius an ſit locus demolitioni operis, ſi prohibitio præceſſerit, & n. 35. & 36.*

37 *Nunciatus admittitur ad probandum notoriũ defectum iuris nunciantis. Fallit. n. 38.*

CAPVT LXXXIIII.

1 NVnciatio noui operis eſt quædam appellatio extraiudicialis † *Bartol. in l. 1. in princ. num. 8. quæſt. 9. de nou. oper. nunciat. & in l. fin. col. 1. ad med. n. 4. verſ. quid dicemus de appellat. recip.* Et quamuis ſit differentia inter ap-
2 pellationem iudicialem, † & extraiudicialem *Doctor. in cap. bona. de appellat.* Tamen quo ad
3 negotium attentatorum nihil differunt, † nam datur illorum reuocatio poſt inhibitionem iudicis in appellatione extraiudiciali, ſicut in iudiciali. Vnde ſi nunciatus procedit in opere poſt præceptum Iudicis nulliter agit, & omnia
4 ſunt reuocanda eodem priuilegio, † quo gaudent attentata pendente iudiciali appellatione *gloſ. per illum tex. in c. non ſolum. 7. in verb. reducendum. poſt med. verſ. niſi prohibitio. de appellat. in 6. Franc. in c. bona. 51. col. 5. n. 59. concluſ. 7. eod. tit. Ruin. in l. 1. in princ. nu. 14. & 15. col. 6. in fin. verſ. vel dic quod licèt. de nou. oper. nunc. Ferrat. caut. 58. colu. fin. Lancellot. de attent. c. 18. titul. de ſent. in cauſa attentat. ferend. n. 63. & 64.* vbi quod iſta nunciatio habet vim inhibitionis inducens priuilegium attentato-
5 rum, quod etiã voluit *Bal. conſ. 245. proponitur. num. 2. verſ. ſecundo præmitto. lib. 2. Iaſ. in l. 1. in prin. nu. 1. & 3. verſ. quarto limita. de nou. oper. nunciat. Sur. conſ. 154. n. 9. lib. 2.*

Et ita dixi concludendum in caſu mihi propoſito cum conſtaret fuiſſe ędificatum pontẽ ſuper via publica inter domos exiſtẽtes, de quibus in actis nõ obſtante nunciatione, & alijs in proceſſu de-
6 ductis, à quibus erat abſtinendum, † cum inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta debeat timeri *c. ſignificantibus de appellat. Rot. deciſ. 27. in fin. eod. tit. in antiq. Lancellot. de attentat. lit. pend. c. 4. n. 519. tom. 5. fol. 313. & de attentat. poſt inhibit. c. 20. ampliat. 1. in princ.*

Præſertim in nunciatione noui operis, in qua eſt ſpeciale, quod illa facta extra iudicium, ſi quid contra attentetur debeat deſtrui ſolum ex hoc,
7 † quod attentatum eſt poſt nunciationem *l. 1. de nou. oper. nunciat. Bar. in l. fin. nu. 4. verſ. hoc. præmiſſo. de appell. recipiend.* vbi etiam quod de Iure Canonico non eſt dubium, vt poſſit appellari ab actibus extraiudicialibus, ex quibus
8 quis grauatur, † vel dubitat grauari ex cauſis veriſimilibus *c. bona. vbi Fran. in princ. in 3. notab. de appellat.*

Non obſtat in caſu, de quo agimus non potuiſſe nunciari nouum opus cum eſſemus in refectio-
9 ne pontis, † non autem in noua conſtructione, itaut contra reficientem non detur huiuſmodi edictum. Quia illud eſt reſtrictiuum, & limitatũ ad opus nouum, & ſic per Prætorem conſideratur originalis conſtructio *l. 1. §. 1. & l. prætor. in princ. de nou. oper. nunciat.* Vnde aliud eſt reficere, aliud de nouo facere *l. 3. §. enim vero.*
10 *& §. reficere. de itin. act. priuat.* † Et ſtatutum prohibens ædificium non includit refectionem *Iaſ. in l. ius ciuile. col. 2. ad med. n. 10. verſ. tertio principaliter. de iuſt. & iur. Alex. conſil. 190. n. 7. lib. 2. & in rubr. ff. ſolut. matr. num. 21. Dec.*
11 *in l. domum. 66. de reg. iur.* † Et quod non detur huiuſmodi edictum contra reficiẽtem antiquum ædificium eſt *tex. in l. 1. §. ſi quis ædificium. vbi Alex. num. 1. & 6. de nou. oper. nunc. latè Bologn. in l. qui viam. num. 69. eod. tit.* vbi ampliat, ſiue ædificium ſit pęnitus deſtructum,
12 ſiue non, † quia vtroq. caſu non datur nunciatio, cum domus refecta dicatur eadem res, non noua *l. fin. C. de iudeis. & cælicol. cap. conſuluit. eod. titul.* Vnde neque contra reficientem po-
13 terit opponi de attentatis, † & innouatis *Alciat.* in ſpecie *conſ. 100. num. 8. tom. 2. lib. 5. Lancellot. de attentat. lit. pend. c. 4. limit. 1. num. 39. fol. 312. tom. 5.* Ideo in ponte refecto in eodem
14 loco debet ſolui idem vectigal, † cum non amittat priora iura, & iudicetur pro eodem, prout in puncto dicit *Bald. in l. ſi plures. 6. num. 14. in fin. verſ. vidi dubitari. col. 2. C. de condic. inſert. & in l. 3. in fin. C. de priuil. fiſc.* Itaut nihil re-
15 ferat, † an pons ſit ligneus, vel lapideus. Nam licèt propriè pons dicatur de lignis, & arcus de lapidibus, tamẽ ſecundum communem vſum loquẽdi, cui in hoc ſtandũ eſt, tam vnus quã alter venit nomine pontis, prout in indiuiduo dicit *Bar. in l. ſupra iter. in prin. de aqua. pluu. arc.*

Quia reſpondetur hic non agi de vera refectione, ſed de conſtruendo nouum pontem lapideum, cum antiquus ligneus eſſet in totum deſtructus
16 quo caſu reficienti † poteſt nouũ opus nunciari. Ita diſtinguendo contrarias opiniones conciliat *Alex. in l. 1. §. ſi quis ædificium. in fin ff. de nou. oper. nunciat. poſt Caſtrenſ. ibid. in §. opus nouum facere. n. 3. verſ. item quando quis reficit. Iaſ. in l. quominus. quæſt. 32. & vlt colu. pen. n. 183. ff. de fluminib.* Ratio diuerſitatis eſt
17 † quia res ſemel deſtructa, ſi reficiatur, non dicitur eadem, ſed noua, & diuerſa, prout diximus de ſuperficie reſtituta, quæ dicitur noua, non eadem cum prima *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. de verb. oblig. vbi Alber. dicit ita fuiſſe iudicatum. Caſtrenſ. in l. 3. nu. 4. in verb. alia in ſuperficie de ſeruitut.* & hanc eſſe veram & approbatam diſtinctionem dicit *Sur. conſ. 121. n. 8 & 23. lib. 1.* Quidquid contrarium voluerit *Bo-*
18 *logn. in l. qui viam. nu. 69. de nou. oper. nunc.* † Cum loquatur contra communem *Afflict. deciſ. 392. n. 12. vbi Vrſil. n. 3. latè Felin. in c. cum. acceſſiſſent. in fi. de conſtitut. Cagnol. in l. domum. 62. de reg. iur.*

Præterea ex loci inſpectione cõſtitit mutatã fuiſ-
19 ſe formam primi pontis † non ſolum de lignis in lapides, vt dictum eſt, ſed etiam in maiorẽ altitudinẽ, latitudinem, & longitudinẽ, vnde non ſumus in caſu refectionis propter antiquam formam penitus mutatã *l ſita. 6. in fin. de aur. & arg. legat. l. 3. in fin. §. reficere. de itin. actuq.*

priuat.Brun.de refection. concluſ.5.nu.54.tom.
17.fol. 388 Bero. conſ. 144. num.15. lib.3. Ideo
vnus ex ſocijs non poteſt altero inuito turrim
20 caſtri ex lignis confectam reficere, † & lapidi-
bus conſtruere, cum mutet formam, quæ muta-
tio non permittitur, quamuis res melioretur
Iaſ.in l.quominus.nu.109.de flumin.poſt Mart.
Laud.in l.ius autem ciuile.de iuſt.& iur. Surd.
*conſ.387.n.11.lib.3.*Natt.*conſ.215.materia col-*
lectarum.n.7. vbi ex hoc concludit non teneri
forenſes conferre ad fabricam Eccleſiæ nouiter
21 cõſtructæ in loco opportuniori, † ex quo vetus
Eccleſia ſufficiebat. Immo neq. ad refectionem
illius Eccleſiæ, ſi per eam forma antiqua immu
taretur, ſi collecta fuerit impoſita pro impenſa
vtili, & neceſſaria, cum iſta non dicatur talis,
ſed potius ſit voluntaria, quaſi nemo teneatur
rem communem meliorem facere *l.parietem.de*
ſeruitut.vrban.prædior.

Neq. obſtat mandatũ de manutenendo conceſſum
per Illuſtr. Aud.Cam. cum inhibitione, ne quis
audeat moleſtare in poſſeſſione, & manutentio-
ne, & refectione d.pontis. Quia non per hoc de-
bet eſſe excluſa nunciatio noui operis, per quã
ſuccurritur aduerſus futura, de quibus inhibi-
tio nõ loquitur *Caſtr.in l.1.§.hoc autẽ edictũ.n.*
11.de oper.nou.nunciat. & mens ac verba inhi-
bẽtis applicãtur ad verã refectionẽ, non ad eã,
quæ fit circa ædificiũ funditus demolitũ. Inter-
dictũ enim, per quod quis manutenetur in poſ-
ſeſſione eſt retinendæ, non adipiſcendæ, vel reſti
tuendæ *tot tit. ff. vti poſſidet. & ff. quor.bonor.*
Aliud enim eſt opus factũ conſeruare, & manu-
22 tenere, † Aliud nouum facere *Rom.conſil.109.*
in 3.dub.poſt Bald.in l.licet.8.q.4.num.6. uerſ.
ſed quid ſi pron iſerit. ubi Barbat. in addit. in
uerb. manutenere. C. locat. Quia manutenere
23 eſt tenere rem in eodem ſtatu manentẽ, † ideo
qui ad hoc tenetur non poteſt cogi ad nouiter
faciendum re deſtructa, cũ intelligatur promiſ-
ſio de impenſa in reficiendo, & non in rem no-
uam conſtruendo *Bal. conſ.110. ponderatis ra-*
tionibus.poſt med.uerſ.ſed in caſu lib.3. & conſ.
145.caſus talis eſt in quodam.n.6. eod.lib.Surd.
conſ.121 an ſi.lib.1.

Vlterius iſta conſtructio pontis inter vtramq. do-
24 mum non poterat fieri, ſi ſine licentia admini-
ſtratoris ciuitatis poteſtatem habentis *l. 3. §.*
merito. & §. ſi quis à principe. ne quid. in loc.
public.Peregrin.de iur.fiſc.lib.1.tit.1.num.16.
Quia ſolum publicum debet eſſe liberum vſq.
25 ad cœlum † *Bald. in l. item lapilli.n.8.col.ult.*
ad med.uerſ.uiſa de occupatione.de rer.diuiſ.Ce
poll.de ſeruit.urban.prædior. c.60. Surd.conſil.
137.n.2. lib.1. quamuis nemini noceat. Itaut
neq. ſcala, nec primus gradus ſcalarum poſſit
26 poni † in via publica, etiam non habente exi-
tum *Ang.conſ.18.reperitur.num.2.& 3.Boſſ.de*
uia public.n.3. Immo nec ballæ, nec merces, nec
sbarræ, per quas impediatur liber tranſitus per
27 viam, † dummodo non ſimus in vijs villarum
latè *Idem Surd.deciſ.42.nu.8.cum ſeq.Bertazz.*
conſ.crim.393.num.3.& ibi Claud. in addit.in
princ.poſt Bertrand.conſ.334.n.3.lib.1.Caſtrēſ.
in l.vlt.in princ.nu.4.de vſucapion. Et quando
28 præſcriptio procedat, † maxime in rebus mo-
bilibus, quæ ponuntur ad impediendam viam
Bald.conſil.44.contra.lib.5. & conſil.206.præ-
ceptum. lib. 1. Niſi per ſtatutum, aut conſuetu-
29 dinem hoc permittatur, † quia tunc liceret
hæc facere ſupra viam publicam, itaut ſi duo
ſint, vnus ex altera parte viæ, alius ex altera,
quilibet poterit ſe extendere vſq. ad medietatẽ
non vltra, ſicut in alueo, & aqua *Bald. in l.item*
lapilli.in fin. uerſ. & quid ſi conſuetudo de rer.
diuiſ. Vnde quamuis per nunciantem eſſet da-
ta facultas faciendi pontem in loco publico,
30 tamen conceſſio mero iure non valeret, † pro-
ut etiã de hoc fuit in actis oppoſitum per Cõ-
munitatem, licèt concedens non poſſet prohi-
bere, nã qui ædificauit quo ad eum tuendus eſt
in illo vſu per vtilem actionem contra illũ pro-
hibentem *Aug.* qui dicit multum notandum *in*
l.2.ff.commun.prædior.vbi Caſtrēſ.nu.3. Surd.
conſ.231.n.23.lib.2.

Minus obſtat nunciantẽ nouum opus paſſum fuiſ-
ſe tractari ſuper meritis deducendo ſibi ius
competere. Quia de contrario conſtat in pro-
ceſſu, de quo ſi non appareret, vera eſſet con-
31 cluſio, † quod deberet expectari deciſio cauſæ
principalis, neq. poſſet agi ad demolitionem,
itaut ſufficiat litẽ cõteſtari ſuper negotio prin
cipali patiendo cõtrarias probationes fieri per
prohibitum *Bald.* in ſpecie *conſ. 245. propo-*
nitur nu.2.uerſ.ſciendum. lib.2. quam deciſio-
nem dicit notabilem *Iaſ.in l.1.in princ.num.3.*
limit.4.de nou.oper.nunciat.poſt Bartol. *ibid.in*
§.ſed & ſi is cui opus.n.2. Ratio quia nuncians
nouum opus poteſt expreſſe, & tacite renuncia-
re iuri ſibi competenti ad demoliendũ id, quod
32 fuerat ædificatum ſpreta nunciatione, † quare
patiendo, quod nunciatus doceat de iure ſuo iã
videtur renunciare iuri demolitionis, & factum
ſpreta nunciatione reuocatur per viam atten-
tatorum, quorum reuocatio ceſſat quando lis
eſt conteſtata ſuper cauſa principali *Iaſ. in l.1.*
in princ.uerſ.quarto notabiliter.ff. de oper.nou.
nunciat. Surd. conſ.154.num.22. & 28. lib. 2.
vbi quod iſta eſt verior opinio. Quidquid con-
33 trarium ſequatur *Bero.q 3.num.7.* † Cum hoc
edictum detur ſolum ante litis conteſtationem,
Bal.d.conſ.245.lib. 2.

Nec facit quod non competat ius nuncianti, quo
34 caſu non eſt locus demolitioni operis, † quam-
uis prohibitio præceſſerit *Bart.in l.1. in princ.*
n. 6.de nou.oper. nunciat. Quia conſtat potius
de illius bono iure, cum in domo nunciantis
non licuerit pontem nouum facere mutando in
totum antiquam formam rei *Bart. in l de pu-*
pillo.§.ſi quis riuos.n. 1.uerſ. uidetur domini. de
nou.oper. nunciat & in l.1.§.ſi quis ædificium
& ibi Alexand. in fin. ff. eod. titul. cum alijs
ſupra allegatis. Et quamuis aduerſarius ius fo-
35 ueret, nihilominus opus deſtruitur, † cum nun-
ciatio non ſit ſpreranda *d. l.1. in princ.Iaſ.in l.*
prætor. ait in princ.de nou. oper. nunciat. Plot.
de in

Digitized by Google

de in lit.iur.§.3.num.49. Rom.Bertr.& alij per Surd.conſ.121.n.10. lib.1.

Verum eſſet quod ſi euidenter conſtarer de iniu-
ſtitia nunciationis Prætor tanquã habens æqui-
tatem ante oculos, non deberet pati quod opus
36 eſſet demoliendum, † quamuis prohibitio præ-
ceſſerit *arg. tex. in l. æquiſſimum. 2. in princ. de bonor. poſſ. ſecund. tabul.* & ita concludit in
ſpecie *Bald.* qui dicit notandum *conſ.245.nu.1. lib.2. Ruin. in d. l. c. in princ. nu.24.& 29.de nou.oper.nunciat.& ibi Iaſ n.2.& 7. in fin. poſt Bart. ibid. nu.6. col.2. verſ. vnde dicit Surd. conſ.154.nu.20. lib.2.* vbi quod ab hac opinio-
ne non eſſet recedendum, ſubdens *nu.26.* ſuffi-
37 cere † quod nunciatus probet notorium defe-
ctum iuris nũciantis, eum non requiratur, quod
probatio iam eſſet facta tempore ædificationis
contra *Berou. q.3. nu.7.* dummodo tamen non
38 vellet probare per teſtes examinandos, † quia
tune non admitteretur *Cardin. in Clem. vnic. q.16.verſ.oppono ad hoc.de cauſ.poſſ.& propriet.* quem ſequitur *Surd. d.conſ.154. num.27.verſ. bene verum. lib.2.*

EPITOME.

Committens cauſam iactationis an dicatur reus, vel actor, & quid in petẽte ſe abſolui, & aduerſario perpetuum ſilentium imponi; & in præceptis tendentibus ad defenſionem poſſeſsionis.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens præceptum ad defenſionẽ poſſeſsionis, & exceptiones tuendas, & remouẽdas inquietationes dicitur reus non actor. Idem in committẽte cauſã iactationis. n.8.9.10.11.& 12.*
2 *Actor an dicatur qui prius prouocat ad iudicium. & n.3.*
4 *Petens ſe abſolui à petitis non efficitur actor neque grauatur onere probandi. & n.13.*
5 *Agens remedio l. diffamari*, C. *de ing. & manumiſ. poteſt petere editionẽ inſtrumentorũ.*
6 *Iudex idem debet eſſe cauſæ præparantis, qui cauſæ præparatæ.*
7 *Non eſt facienda remiſsio ſuper diffamatione coram Iudice eius qui conuenitur.*
14 *Diffamare eſt prouocare ad iudicium.*

CAPVT LXXXV.

PRæcepta tendentia ad defenſionem poſſeſ-
ſionis ſuæ, & exceptionem tuendam, & re-
mouendas inquietationes, quæ ſæpè ſolent cõ-
cedi, cum de hoc diſceptaretur Declaraui fa-
cere reum, nõ actorem, exemplo eius qui com-
miſit cauſam iactationis *iuxta l. diffamari. C.de ingen. & manumiſ.* qui non dicitur actor
1 ſed reus, † & per conſequens non debet illum
conuenire coram ſuo Iudice, neque debet ſequi
forum eius, qui diffamauit, ſed trahet diffamã-
tem ad Iudicẽ ipſius diffamati, quaſi tũc adeat
Iudicem, vt reus, non vt agens, *Bald. in l.accep-
tam.19.nu.24. q.13.C.de vſur.Butr.in c. quintauallis. in verb. venio ad quartum coram quo. de iur. iur.*

Ratio eſt quia licèt actor dicatur ille, qui prius
2 prouocat ad Iudicium † *l. intra dies. de re iud.*
Tamen hoc fallit, quando obſtat originalis na-
3 tura cauſæ, † quæ potius attenditur, quam ac-
cidentalis, & ſic tunc non debet inſpici citatio,
ſed petitio *Aim. conſ.182. num.2.verſ. ſecundo cauſa qua petebantur. Alex.conſ.103.conſideratis. lib.5.* Prout dicimus de reo petente ſe
4 principaliter abſolui à petitis; † qui per hoc
non efficitur actor, itaut grauetur onere pro-
bandi, ſed retinet commodum regulæ diſponen-
tis, quod actore non probante reus abſoluitur,
licèt enim videatur agere tamẽ in effectu, & na-
turaliter dicitur reus *Dec.* qui dicit multum no-
5 tabile *conſ.3. nu.9.* † Ideo etiam agens reme-
dio *d. l. diffamari.* poteſt petere tanquam reus
editionem inſtrumentorum exiſtentium penes
conuentum *Gabr. de action. concl.6. n.43. poſt Purpur. in l. fin. col.6. C.de edend.*

Secunda eſt ratio, quia idẽ debet eſſe iudex cauſæ
6 præparantis, † qui cauſæ præparatæ *Bald.in l. ordinarij. C. de rei vendic. Alex. conſ.58.circa primum quæſitum. in fin. lib. 1. cum alijs per Mandoſ. de inhibit. q.123. nu.5. tom.5.fol.114. Surd.conſ.42.nu.18.* Iſtud autem iudicium iux-
ta *l. diffamari.C.de ingen.& manumiſ.* eſt præ-
paratorium ad Iudicem, quod quis proponen-
do iura ſua me habeat cõuenire corã meo iu-
7 dice, † Vnde debet agi coram Iudice rei, neq;
fiet remiſsio ſuper iſta diffamatione coram Iu-
dice eius qui conuenitur *Capic.deciſ.18.in cauſa nobilis. Cagnol.in d.l.diffamari.nu.9.*

Non obſtat deciſio *Affl. 268.* vbi concludit quod
8 potius ſit iudicandus actor, non reus, † prout
etiam illum refert, & ſequitur *Dec.conſ.686. in fin. Pariſ. Rip. & alij allegati per Gabr. de*
9 *action. concluſ.6. in fin.* † Quia contraria opi-
nio eſt verior, vt latè teſtatur *Oſaſ. deciſ. 191. nu. 4.* & opinionem *Affl.* non ſeruari dicit
Natt. ad Alex. conſ. 103. in verb. debet adiri. lib.5. & defendit *Socin. conſil.94. in cauſa vertente.col.2.n.4. verſ. tertio mouetur. lib. 2. Cagnol.Capic. & alij per Vrſil. ad eund. Afflict. deciſ.268.nu.2.verſ.ſed contrarium.* & ita etiam
10 ſeruat † *Rot. coram Cardin. Lancellotto Barchinonen. præceptoriarum. 17. februarij.1578. & coram Sanctiſsimo Romana à Burdeſia. 18. aprilis 1575.* & in ſpecie de huiuſmodi præcep-
tis tendentibus ad defenſionem poſſeſsionis, &
exceptiones tuendas, & inquietationes remo-
11 uendas † *eſt deciſio* R.P.D.*Lancellot. Villanen. bonorum.15.martij 1599.& Placentin.præbenda.28. februar.1603. coram eodem.* vbi etiam
12 ampliatur prædicta procedere, † quamuis pe-
titum fuerit aduerſario nullum ius competere
vt in eandem deciſione coram Sãctiſsimo Roman. à Burdeſia. 18. aprilis. 1575. Petens enim ſe
abſolui, & aduerſario perpetuum ſilentium im-
13 poni, & nullum ius competere, † non deſinit eſ-
ſe reus; Vnde non debet priuari beneficio reis

competente *Dec.conſ.3. in fin. num.9.verſ.dicit enim iste. & conſ. 43. in princ.* Natt. ad Alex. *conſ.103. in verb. debet adiri. lib. 5. Felin. in c.ſi autem.9.in fin.de reſcript.* Nam ſufficit, quod
14 reus fuerit diffamatus, † quia tunc dicitur prouocari ad cauſam, cum diffamare ſit ad iudicium prouocare, ideo non poteſt dici actor, quamuis cauſam prius introduxerit *Bald. in l. diffamari. in fin.num.9.verſ. item in lege noſtra.C.de ingenu. & manum.*

EPITOME.

In promiſsione rem pupilli ſaluam fore an poſſit conueniri prius fideiuſſor, non excuſſo tutore. Ex pluribus tutoribus, & ſindicis, an quilibet poſſit adminiſtrare, & an detur contra quemlibet actio inſolidum, & quis eorum ſit prius conueniendus. Tutor vnius prouinciæ quando teneatur de non exactis per tutorem alterius prouinciæ. Dimiſsio adminiſtrationis inter contutores quid operetur. Liberatio facta, vel legata per minorem vni contutori an proſit alijs. Diſpoſitio loquens de tutore quando habeat locum in eo, qui de facto officium ſuſcepit. Tutor teſtamentarius in quibus caſibus teneatur ſatisdare.

SVMMARIVM.

1 *Minor non poteſt conuenire fideiuſſorem tutoris qui fideiuſſit non ſimpliciter, ſed cum promiſsione rem pupilli ſaluam fore, ſed debet prius agere contra tutorem. & nu.2.*
3 *Promittens rem pupilli ſaluam fore non tenetur niſi ad id quod venit in actione tutelæ directa non vtili.*
4 *Fideiuſſor tutoris non obligatur pro eo, pro quo poteſt conueniri tutor, qui non adminiſtrauit. & num.7.*
5 *Fideiubens pro alio cenſetur promiſiſſe in cauſam debiti contracti proprio nomine, non eius quod contraxit propter ſocium.*
6 *Contrahens ſocietatem pro præda capienda ab hoſtibus non cenſetur contraxiſſe de eo quod ab alio ſocio conſecutus eſt.*
8 *Promittens indemnitatem non obligatur ad id quod principalis debebat ratione ſolidi tanquam vnus ex correis.*
9 *Potentius eſt ius competens ex perſona propria quam alterius.*
10 *Pluribus tutoribus ſeu ſindicis datis quilibet inſolidum poteſt adminiſtrare, & n.11.*
12 *In officijs publicis auctoritate, & vtilitate priuatis vnuſquiſque habet auctoritatē inſolidū.*
13 *Quilibet tutor quando teneatur reddere inſolidum rationem minori. & n.14.*
15 *Geſſiſſe dicitur qui modicum quid tangit per ſe, vel alium.*
16 *Adminiſtrans modicam rem videtur adire.*
17 *Tutor vnius prouinciæ quando teneatur de non exactis per tutorem alterius prouinciæ. num. 18.*
19 *Tutor vnus debet docere alium de eo quod pertinere circa adminiſtrationem. n.20.*
21 *Pendente lite ſuper reddenda ratione cum tutore tenentur alij contutores præſtare alimenta pupillo.* Intellige, *ut nu.22.*
23 *Diuiſio adminiſtrationis de bonis pupilli in diuerſis territorijs ad quem finem cenſeatur facta.*
24 *Si vni tutori aſſignentur bona exiſtentia Bononiæ, alteri bona* Mutinæ *ſi reperiatur debitor* Bononiæ *reſpectu bonorum, quæ exiſtunt Mutinæ poteſtas conueniendi ſpectabit ad tutorem* Bononiæ.
25 *Plures tutores an poſſint omnes adminiſtrare, uel cogantur conuenire, vt vnus adminiſtret. & n.26. & 27.*
28 *Tutor teſtamentarius quando teneatur ſatisdare. n.29. 30. & 32.*
31 *Iudex poteſt agere ad inuentarium faciendum non obſtante liberatione ratiunis quando eſſet damnoſa pupillo.*
33 *Liberatio facta vni tutori per minorem, an proſit alijs contutoribus, & n.35. & 36. & quid in pluribus reis debendi, n.34.*
37 *Beneficium ceſsionis facit, vt tranſactio cum vno contra quem erant cedendæ actiones proſit alij tutori.*
38 *Liberatio quando legatur tutore poteſt agi, vt liberetur per acceptilationem, & datur exceptio & officium Iudicis, ut pronuncietur eum non debere, & illa acceptatio proderit contutoribus obligatis inſolidum. n.39. & 40.*
41 *Tutores omnes obligantur inſolidum, debet tamen prius conueniri, qui adminiſtrauit, antequam agatur contra alios. Amplia ut n.42. Fallit. ut n.43. 44. et 45.*
46 *Valet renunciatio beneficij competentis ex epiſtola Diui Adriani, et ſimilium.*
47 *In fideiuſsione tutoris ceſſat beneficium diuiſionis ex epiſtola Diui Adriani cum aliud ſit in contutore. n.48.*
49 *Tutor, qui non geſſit non poteſt conueniri pro geſtis per contutorem finita tutela, ſed tantū pro adminiſtratis illa durante. Intellige, ut nu.57. et 58.*
50 *Obligatio omnis reſtringitur ad tempus, in quo durat actus.*
51 *Datum rei uel nomini ceſſat extincto nomine.*
52 *Adminiſtratio facta ſequuta an noceat fideiuſſori.*
63 *Diſpoſitio loquens de tutore non habet locum in eo, qui de facto tutelam uſurpat.*
54 *Bona mariti non ſunt obligata per tutela, quā uxor de facto geſſit.*
55 *Mater quæ de facto adminiſtrat tutelam an puniatur eiſdem pœnis, quibus punitur quando legitimè illam ſuſcepit. et n.56.*

CAPVT LXXXVI.

PRo fideiuſſore concludendum Dixi, quod non potuerit conueniri per adultum, nam fideiuſsio non fuit facta ſimpliciter, ſed cum

1 cum promiſsione rem pupilli ſaluã fore, † quo
caſu non eſt in electione minoris prius conue-
nire fideiuſſorem, prout poſſet quando ſimpli-
citer fideiuſsiſſet, ſed debet prius agi cõtra tu-
torẽ, quia illa verba accipiuntur pro eo, quod
erit ſolutum à tutore *Cin. in l. 1. C. de fide-
iuſſor. tut. et curat.* vbi quod talis fideiuſſor
incidit in obligationem, ſi non poteſt ſeruari à
2 tutore, & ſequitur *Salic. ibidem nu. 1.* † Nam in
iſto caſu videtur obligatus in defectu tutoris,
Vnde cum fideiuſſor ſit conditionalis, non ſim-
plex, debet prius conditio verificari *Bald.* in
ſpecie *in l. 2. vbi Salic. nu. 1. C. de fideiuſſor. tut.*
Amplius qui promiſit rem pupilli ſaluam fore nõ
tenetur niſi ad id, quod venit in actione tute-
3 lę directa, † non autem ad illud quod veniret
in actione vtili. Quę enim ſunt ſtricti iuris non
recipiunt extenſionem, neque in ea veniunt ac-
ceſſoria *l. ſi pregnans. 41. et l. vacca. 42. de evi-
ction. l. non quocunque. §. iulianus. de leg. 1.*
Bart. in ſpecie *in l. 3. §. illud in princ. ff. rem pu-
pill. ſalu. for.* vbi *n. 2.* ſubdit quod tutor cogi-
tur gerere, quia etiam non gerens tenetur vtili
actione *Ang. in d. §. illud.* vbi quod protutor
tenetur illa actione, in qua tamen veniunt ſo-
lum quę in directa; non vtili.
Ideo fideiuſſor tutoris non tenetur pro eo, pro
4 quo poteſt conueniri tutor, † qui non admini-
ſtrauit. Quia non eſt idem effectus, nam in caſu,
in quo tutor non adminiſtrauit, non tenetur ex
propria obligatione, ſed tanquam obligauerit
pro contutore *l. fin. C. ſi tut. non geſſer.* Vn-
de qui fideiuſsit cenſetur promiſiſſe in cauſam
5 debiti contracti proprio nomine, † non eius,
quod contraxit propter ſocium, prout in ter-
minis concludit *Alciat. in l. gallus. §. & quid ſi
tantum. in 2. lectur. n. 29. fol. 482. de lib. & poſt-
hum.* vbi infert ad militem, qui contraxit ſocie-
tatem de buttino, ſeu pręda ab hoſtibus capiẽ-
6 da, † qui non cenſetur contraxiſſe de eo quod
ipſe miles ab alio ſocio conſequutus eſt, quaſi
fuerit conſiderata acquiſitio ex perſona pro-
7 pria; Et idem † in fideiuſſore tutoris ſequitur
Surd. conſil. 271. nu. 64. lib. 4. Subdens quod qui
promiſit indemnitatem non videtur obligari
ad id, quod principalis debebat ratione ſolidi
8 tanquam vnus ex correis debendi, † quia obli-
gatio ſolidi nunquam intelligitur, vbi non eſt
expreſſa *l. ſi fundus. 16. §. ſi duo. in fin. de
pignor. gloſ. in l. 1. circa fin. §. ſi apud duos. in
verb. praeuenietur. ff. depoſ. Sorin. Iun. conſil. 52.
n. 15. lib. 4.* & in puncto *Idem Surd. conſ. 150.
n. 56. lib. 2. & de alim. tit. 7 q. 27. nu. 8. arg. l. 3. §.
illud ff. rem pupilli ſalu. for.* cum ſit potentius
9 ius, † quod competit ex perſona propria, quam
ex perſona alterius *l. quod princips. & l. augu-
ſta. de leg. 3. Rip. in l. ſi cui bonis. n. 7. ff. de verb.
obligation. Bald. in l. fin. ff. ſi quid in fraud.
patron.*
Quo verò ad contutorem Dixi verius eſſe, quod
potuerit agi contra eum: Nã quamuis fuerint
dati mille tutores, & nihil ſit expreſſum quis
10 eorum adminiſtret; † Tamen quilibet inſolidũ
poteſt adminiſtrare *Bart. in l. 1. §. ſi plures. op-
poſ. 2. verſ. aut eſt adminiſtratio principalis. de
exercitor. in rem actio. Aret. in §. actionum.
nu. 37. verſ. decimoquarto eo ipſo quod creatus.
inſtit. de action. Doctor. in l. ſi pluribus. de pro-
curat. Vant. de nullit. defect. mand. n. 80.* vbi am-
11 pliat ad Sindicos, † quibus inſolidum intelli-
gitur data poteſtas *Bald. in l. 1. §. hoc quod nos.
col. 2. in verb. mittit. in fin. nu. 7. verſ. etſi plures
ſunt creati. de pac. conſt. Dec. conſ. 296. non pa-
titur. col. 1.* vbi quod æquiparantur tutoribus
Alex. conſ. 22. n. 9. lib. 1. Quia in officijs publi-
cis auctoritate, & vtilitate priuatis, vt ſunt tu-
12 tores, & contutores † vnuſquiſq; habet aucto-
ritatem inſolidum *l. lucius titius curator. 47.
§. 1. l. tutores. 40. §. curatores teſtamento. de ad-
miniſtr. tutor.* Dec. qui de communi *conſil. 296.
n. 1. in fin.*
Vndè cum adminiſtratio ſit indiuidua talis etiam
13 debet eſſe eorum obligatio, itaut † quilibet te-
neatur inſolidum rationem reddere minori, niſi
fuerit diuiſa à teſtatore, vel à Iudice *l. 2. C. de
admin. tut. l. 3. ff. eod. tit. Cuman. conſ. 24. col. 2.
verſ. et in hanc partem Caualcan. de tutor. n. 15.
Bald. in l. 1. nu. 8. in fin. q. 2. verſ. quædã eſt di-
uiſio. C. de tranſact.* vbi quod tantummodo eſt
diuiſum nudum miniſterium; Ideo ſiue omnes
adminiſtrauerint, ſiue non, aut vnus geſſerit,
nec ne, ſiue fecerit doloſè, vel ſola culpa, ſiue
fuerit inter eos diuiſa adminiſtratio, ſiue non,
ſemper mero iure tenentur inſolidum, neq; illa
diuiſio præiudicat pupillo *Iaſ. in d. l. 1. num. 7.
verſ. ſecundus caſus. col. 2. in princ. C. de tran-
ſact. Fulgoſ. conſ. 134. col. 2.*
Itaut hæc procedãt, quamuis aliqui doloſè admi-
niſtrauerint, aliqui ſine dolo, quia carentes do-
lo non poterunt excipere, vt prius excutiantur
14 doloſi, † cum inter eos non habeat locum be-
neficium ordinis *Purp. in d. l. 1. nu. 30. uſque ad
34. col. 4. ad med. verſ. ampliatur hæc concluſio;
C. de tranſact.* quod dicit multum notabile *Sil-
ueſt. in §. 1. nu. 17. concluſ. 6. instit. de ſatiſd. tut.*
Quidquid contrarium dicat *Caſtrenſ. in d. l. 1.*
Et eſt deciſio *Rot. coram* R. P. D. *Giptio. Rom.
tutelæ de* Maſſo. *8. iunij. 1587.* vbi quod tutor
aliquid tutelare gerens etiam minimum poteſt
conueniri inſolidum ex adminiſtratione contu-
torum *l. ita autem. 5. §. geſſiſſe. de adminiſtr. tut.
l. 1. C. ſi tut. non geſſ. Salic. in l. 2. in princ. C.*
15 *eod. tit.* † Et geſsiſſe dicitur, qui modicum quid
tangit per ſe, vel per alium *d. §. geſſiſſe. vbi Bar.
in princ.* exemplo adminiſtrationis modicæ
16 rei, per quam videtur quis adire † *Bart. ibid. &
in l. gerit. de acquir. hæred.*
Imò etiam tutor vnius prouinciæ tenetur de non
17 exactis per tutorem alterius prouinciæ, † Dũ-
modo extent inſtrumenta, quorum vigore exigi
potuiſſent credita in tali prouincia exiſtentia
Bart. in l. titium & meuium. 48. §. tutores. in
18 *princ. de adminiſtr. tut.* † Et dũmodo propter
ignorantiam eorundem inſtrumentorum tuto-
res alterius prouincię non potuerint exigere il-
la credita *d. §. tutores. in fin. & ibi gloſ. in verb.*

ad

ad quos . Quia vnus tenetur docere alium de
19 eo † quod pertinet ad adminiſtrationem docti
l. tutores. qui poſt. 40. §. heres. de adminiſtr. tut.
gloſ. in d. §. tutores. Siluestr. in §. 1. inſtit. de ſa-
tiſdat. tut. in fin. verſ. quintus caſus. Quaſi ne-
20 glexerit ea, quæ pertinent ad ſuum officium, †
tunc enim tenetur l. quidquid. 7. C. arbitr. tutel.
R. P. D. Giptius. d. Roman. tutela de Maſſo. 17.
maij. 1598. qui etiam in eadem cauſa. 13. nouē-
21 bris. 1387. concludit, † quod pendente lite ſu-
per reddenda ratione cogerentur iſti contuto-
res præſtare alimenta pupillo, dummodo con-
tra eum non adeſſet aliqua iuris præſumptio,
quando ſcilicet ex productione inuentarij, aut
ſimilis inſurgeret aliqua coniectura calumnię
22 contra minorem, tunc enim non tenerentur
ad expenſas litis, & alimenta l. imperatores. 17.
de tutel. & ration. distrah. Cephal. conſ. 127. n. 4.
lib. 1. Aret. in l. qui titium. nu. 14. & 15. de te-
stib. Vrſil. ad Afflict. decis. 10. n. 7.

Ideo iſta diuiſio adminiſtrationis, quę fit de bonis
pupilli exiſtentibus in diuerſis prouincijs, ſeu
23 territorijs intelligitur, † vt illius bona com-
modius adminiſtrentur, & ſic dicetur commiſſa
facilitas adminiſtrationis, non autem ius, quia
diuiſio tutelæ non eſt iuris, ſed iuriſdictionis,
ideſt licèt diuidatur ſola adminiſtratio; Tamen
ius tutelæ remanet indiuiduum, & in ſolidum
apud quemlibet tutorum; Vnde ſi vnus tutor,
qui habet adminiſtrationem certi loci agat cō-
tra debitorem illius loci poterit per eum op-
poni compenſatio, de eo, quod ſibi debetur ex
adminiſtratione contutoris, qui habet curam
adminiſtrationis alterius loci. Nam quo ad ef-
fectum iuris nihil immutatur per dictam diui-
ſionem adminiſtrationis, maximè contra ius
actionum paſſiuè, & actiuè, cum ſola diuiſio re-
ſpiciat facultatem, & commoditatem admini-
ſtrationis Salic. in l. cunctos populos. C. de ſa-
croſ. eccleſ. Alex. conſ. 31. viſo titulo. in fin. lib. 1.
qui ita declarat tex. in l. tutores. §. haredes. de
admin. tutor. vbi ſi vni tutori fuerunt aſſignata
24 bona exiſtentia Bononiæ, alteri bona Mutinę, †
ſi reperiatur debitor Bononiæ reſpectu rerum
exiſtentium Mutinæ poteſtas conueniendi ſpe-
ctabit ad tutorem Bononię, cum debitor ibi re-
periretur.

Quare, vt cōſultum ſit tutoribus fiet, quod ſi vnus
25 vult adminiſtrare † teneatur alijs contutori-
bus ſatisdare de indemnitate pupilli, & ipſorū
curatorū, niſi à teſtatore fuerit adſcriptus ad
adminiſtrandum §. ſed ſi ex testamento. inſtit.
de ſatiſd. tutor. Caualcan. de tutor, verſ. tamen
quando. n. 14. Dummodo omnes velint per vnū
adminiſtrari, quia aliàs non compellerentur,
ſed omnes gerere poſſunt ſi velint gloſ. in d. §.
ſed ſi ex teſtamento. in verb. maior pars. inſtit.
de ſatiſd. tutor. vbi Ang. in princ. concludit
quod qui vult ſolus adminiſtrare nō poteſt of-
ferre ſatisdationem, ſed debet dare electionem
contutori, quod aut ipſe ſolus gerat, & ſatisdet
de indemnitate pupilli, aut recipiat ſatisdatio-
nem indemnitatis, & permittat contutori ad-
26 miniſtrare; † Licèt ſecūdum alios poſſit admi-
niſtratio tutelæ diuidi, non ſolum conſentien-
tibus tutoribus, ſed etiam inuitis Bart. in l. 3.
§. fin. ff. de adminiſtr. tut. vbi ſi vnus vult diui-
dere, cum alij velint adminiſtrare, fiet diuiſio
27 officio iudicis cæteris inuitis, † dummodo nul-
lus offerat ſatisdationem Ang. & Io. de Plat. in
d. §. ſed ſi ex teſtamento. vbi Iaſ. ad Port. in-
ſtit. de ſatiſd. tutor. Cuman. in l. tres. de ad-
miniſt. tut. & ita iudicatum fuiſſe dicit Magon.
decis. Rot. Floren. 74. n. 2. Quamuis contrarium
28 ſequatur Siluestr. in d. §. ſed ſi ex teſtamento, †
Et ſic huiuſmodi ſatiſdatio habebit locum etiā
in pluribus tutoribus datis in teſtamento Ca-
ualcan. de tutor. n. 14. Rebuf. in l. ſatisdationis.
61. col. 4. poſt medium verſ. datiuus. ff. de verb.
ſignif. Licèt iſti teſtamentarij aliàs non te-
neantur ſatisdare de reddēda ratione admini-
29 ſtrationis etiam † quando debent confirmari
cum inquiſitione, vel ſine §. 1. & 1. inſtit. de
ſatiſd. tutor. Bart. in l. 1. rem pupill. ſalu. for.
Dummodo tamen non fuerint dati per mul-
tum tempus ante mortem teſtatoris, quia ſi eſ-
ſent lapſi facultatibus, aut moribus poſſent per
30 Iudicem cogi ſatisdare, † cum potius debeat
attendi vtilitas pupillorum Siluestr. in ſpecie in
§. 1. n. 11. inſtit. de ſatiſd. tutor. Et facit quod
dicimus de liberatione rationum legata tutori,
quia illa non obſtante poſſet iudex cogere ad
31 inuentarium faciendum, † ſi videret liberatio-
nem eſſe damnoſam pupillo Iaſ. in l. cum neceſ-
ſitate. n. 1. in fin. verſ. ſecundo principaliter. C.
de fideicommiſſ. Aim. conſ. 193. n. 10. col. ante-
penul. ad med. verſ. etſi iudex. Socin. conſ. 193.
circa primum. col. 1. in fin. verſ. circa ſecundam
quaſtionem. lib. 2. per tex. in l. vtilitatem. vbi
32 Bart. de confirm. tutor. † Et dummodo de con-
ſuetudine non requiratur ſatiſdatio, ſecundum
quam etiam tutor teſtamētarius ſatiſdat Man-
ſuer. in rubr. de fideiuſſor. in princ. quem refert
Rebuff. in l. ſatisdationis. 61. in princ. de verb.
ſignific. licèt ipſe teſtetur de contraria conſue-
tudine exiſtente Pariſijs, quod non ſatiſdent.

Amplius neque liberatio facta vni tutori per mi-
33 norē prodeſſet alijs contutoribus † l. fin. §. ti-
tia. in fin. de liber. legat. Ratio quia ſunt quaſi
plures rei debendi l. ſi pupillus. 46. de admi-
niſtr. tutor. Bart. in l. ex duobus. la 2. n. 21.
q. 6. ff. de duob. reis. Cuman. conſil. 24. col. 2. Et
34 liberatio facta vni ex pluribus reis debendi, †
qui non ſunt ſocij omnium bonorum, vel eiuſ-
dem negotij non prodeſt alijs l. ſi quis dece-
dens. 4. §. nunc de effectu. ff. de liberat. legat.
Cappel. Tholoſ. decis. 263. Item an liberatio.
35 Niſi facta ſit tutori qui adminiſtrauit, † nam
liberat eos qui non geſſerunt l. ſi pupillus. 46.
vbi gloſ. in verb. huius nomine. ff. de adminiſtr.
& peric. tutor. Cin. in l. 1. col. 2. in fin. verſ. modo
venio ad primam. & ibi Bart. C. de tranſac. Quia
tunc tutor, qui nō adminiſtrauerit poterit exci-
pere, vt conueniatur is, qui geſſit dicendo mi-
nori, quod ſibi imputet illum liberando, cum
enim fuerit tranſactum cum eo, qui erat primo
conue-

Digitized by Google

36 conueniendus nõ poteſt ad alios deueniri;† Il-
le enim,qui non geſsit non eſt prius conuenien
dus niſi excuſſo eo, qui adminiſtrauit, ſed qui
geſsit non poteſt excuti, nec condemnari tan-
qnam tranſactione liberatus; Vnde minor re-
pelletur exeeptione excuſsionis latè Surd.cõſ.
170.n.20.21. & per tot. vbi nu. 26. ita decla-
rat procedere tex.in d.l.fin.§.titia.de liber.leg.
quia ambo tutores geſſerunt, & ſic vnuſquiſq;
beneficio diuiſionis tenetur pro parte ſua, &
liberatio vni relicta, non prodeſt alij, quomi-
nus poſsit conueniri pro ſua portione Surd.d.
37 conſil.270.n.26. † vbi idem dicit in beneficio
ceſsionis, quod facit vt tranſactio cum vno,
contra quem erant cedẽdæ actiones, proſit alij
tutori, quia cum per pactum minor non poſsit
cedere,neq; alios poterit moleſtare,& ideo trã
ſactio cum eo, contra qnem minor tenetur ce-
dere actiones, alios liberat pro ea parte,pro
qua debebat fieri ceſsio contra illum Caſtrenſ.
in l.1.col.3. C.de tranſact.
Ideo datur cautela vt tutor, qui fuit liberatus
agat contra hæredes minoris,vt virtute legati,
ſeu liberationis ſibi factæ eum liberent ab one-
38 re reddendæ rationis: † Nam quando legatur
liberatio poteſt agi, vt liberetur per accepti
lationem, & datur exceptio, & officium Iudi-
cis, vt pronuncietur eum non debere, & im-
ponatur perpetuum ſilentium hæredi l. aure-
lius.29.§.centum.& ibi gloſ. in verb.conſequi.
39 in fin. de liberat.legat. † Et huiuſmodi libera-
tio per acceptilationem proderit cõtutoribus
obligatis inſolidum,quaſi habeatur loco ſolu-
tionis Cin. in l. 1. in fin. C. de tranſact. Cum
etiam æquum ſit, vt tale legatum liberationis
40 factum vni proſit alij contutori, † ne aliàs ſit
legatum inutile ei, qui adminiſtrauit,cum con
tra eum poſſent contutores agere ratione in-
demnitatis;Prout etiam dicimus de liberatio-
ne facta correo,quę prodeſt alij,ſi nõ eſſet pro-
ficua ei,qui fuit liberatus latè Surd.conſil.270.
n.19.& 25.
Nõ obſtat quod in caſu,de quo agebamus nõ poſ
ſet procedi contra contutorem,cum nunquam
adminiſtrauerit: Nam quamuis omnes tutores
41 ſint obligati inſolidum, † tamen primo debet
conueniri, qui adminiſtrauit,neque agi poteſt
contra alios niſi illo excuſſo l. tutores qui poſt.
40. §. in eum. de adminiſtr. tutor.Bald. in l.1.
n.3. C.de tranſact.& ibi Salic.nu.5.col.vlt. in
princ. verſ. concludamus ergo. vbi dicit proce-
42 dere quãuis vnus geſſerit ex permiſsione,† &
negligentia aliorum Aret.conſ.29.col.3. in fin.
verſ.ſecunda concluſio.n.4. Ideo qui non geſsit
opponet exceptionem ordinis,per qnam rema-
net tutus,ne conueniatur,niſi in ſubſidiũ eius,
qui geſsit exiſtentis non ſoluendo Iaſ. Alex.
& alij in d.l.1. C. de tranſact.
Quia reſpõdetur cõſtare,quod ille qui adminiſtra
uit geſsit de mandato illius contutoris conuẽ-
43 ti;† Vnde non obſtat huiuſmodi exceptio or-
dinis:Quia mãdans videtur geſsiſſe per alium,
& ſic quilibet tenetur inſolidum Bart. in d.l.1.
n.4.C.de tranſact.Corn.conſ.323.col.3.ad med.
in 2.dub.verſ.& hoc niſi tutor. lib. 1. per text.
in l.tres tutores.§.non ſolum ergo.de adminiſtr.
44 tutor.† Itaut etiam ſufficeret mandatum ta-
citum iuxta l. qui patitur.ff. mandat. prout in
ſpecie concludit Purpur. in d.l.1.col. 6. ad fin.
n.49. vſq; ad nu.52.verſ.limitatur iſta conclu-
ſio. C.de tranſact. Barbat.conſ.91. illud referã
in medium. in 3.dub. lib.3.Quamuis non ſuffi-
cere mandatum tacitum concludat Hartman
Piſtoris. q.6.nu.32,
Præterea iſti tutores in aſſumptione tutelæ renun
ciarunt omnibus beneficijs ſibi competentibus
45 illius occaſione, † Vnde non poſſunt ſe iuuare
huiuſmodi exceptionibus renunciatis Salic. in
d.l.1.n.5.& 6.Corn.d.conſ.323.col.4. in princ.
verſ.quod quoties. lib.1.& clarum eſt poſſe renũ
46 ciari huiuſmodi beneficijs prout de eo,† quod
competit,ex epiſtola diui Adriani,& ſimilibus
dicit Specul.de renunciat.& concluſion. nu.10.
col.4.ad med. verſ.& quoniam de renunciatio-
ne.Aretin.in §.ſi plures.n.6.inſtit.de fideiuſſor.
Marſil.in rubr. eod.tit.n.27. Bertaz. clauſ.40.
47 gloſ.2.n.15.† vbi etiam n.13. quod in fideiuſ-
ſore tutoris ceſſat beneficium diuiſionis ex epi
ſtola diui Adriani l. fin. ff. rem pupil.ſalu. fore.
48 Quaſi fideiuſſor voluntariè obligetur, † cum
ſecus ſit in cõtutoribus,qui cogũtur huiuſmo-
di munus ſuſcipere,Vnde ęquius eſt illis ſuffra-
gari hoc diuiſionis priuilegium l.1.§.nunc tra-
ctemus.in princ.de tutel.& ration.diſtrah.Bar.
in auth.hoc ita.n.28. q.6.col.8. in fin.verſic.&
iſtorũ exemplo. C.de duob. reis. Bertaz.d.clauſ.
40.gloſ.2.n.13.& 15.
Ex quibus declaraui quod tutor teneatur pro ge
49 ſtis per contutorem, † durante tamen tutela;
Nam pro adminiſtratis illa finita,qui non geſ-
ſit non poteſt conueniri l. diui. 32. de admin.
tutor. l.tutori.20. C.de neg.geſt. Corn. conſil.
255. præſens conſultatio. lib. 1. Purpur. in l.1,
C.de tranſact. Silueſtr.in §.1.in fin.n.35.verſ.
50 tertio limitat.inſtitut. de ſatiſd. tutor.†Quaſi
omnis obligatio debeat reſtringi ad tẽpus,quo
durat actus Felin.conſ.25.n.23.vbi de promiſ-
ſione alicuius facta ſub nomine emphyteutæ,
quæ reſtringitur ad tempus, quo durat emphy
teuſis,non autem eo elapſo,cum datum rei, vel
51 nomini ceſſet extincto nomine † Salic.in l.fin.
in 3.not.n.2.C.de inoffic.teſtam.Surd.conſ.106.
52 n.34. & conſ.460. nu.64. † vbi etiã quod ad-
miniſtratio, quæ de facto ſequuta eſt tanquam
non conformis obligationi nõ nocet fideiuſſo-
ribus: Prout regulare eſt quod diſpoſitio lo-
quens de tutore nõ habeat locum in eo, qui de
53 facto, & minus legitimè officium vſurpauit l.
fin. C. de interd. matrim. Dec.conſil.591.n.4.
54 vbi de bonis mariti, † quæ non ſunt obligata
pro adminiſtratione tutelæ,quã de facto geſsit,
licet ſecus ſit quando ritè eam ſuſcepiſſet l.ge-
nul.C. in quib.cauſ.pign.vel hypot.tac.contrah.
Surd.conſ.460.n.63.vſq; ad 68. vbi multis ſi-
milibus comprobat,& conſ.175.nu. 19.& 37.
lib. 2. vbi multa de conſ. Caſtrenſ.154. col.2.
lib. 2.

lib.2. & de Brun. in tract. de forma. limit. 15 tit. de potent. & effectu formæ. qui contrarium.
55 ſequuti ſunt,† quod videlicèt iiſdem pœnis puniatur mater,quæ de facto adminiſtrat. quorũ opinionẽ dicit non admittendam iuxta doctrinam *Bald. in l.eum oportet, §. ult. ad fin. verſ. modo ergo incidenter. C. de bon. quæ liber. Socin. Iun. conſil.8.nu.10.libr.1. Gabr. de ſecund.*
56 *nupt.concluſ.9.n.27. limit. 4.* † Quæ tamen ſunt declaranda ſecundum diſtinctionem, de quibus per *Addent.ad Dec. conſ. 591. in verb. quæ imponitur marito*.

Adde tamen, quod licèt contutor,& fideiuſſor nõ teneantur de geſtis per tutorem, poſt finitam tutelam *l.lucius.§.paulus.de adminiſtrat.tutor.*
57 *cum alijs ſupra allegatis.* † Nihilominus aliud eſt in dependentibus,& connexis, quæ idem tutor adminiſtrauit poſt tempus pubertatis, Ad iſta enim gerenda erat obnoxius præciſè ex neceſsitate ſui officij proſequendo adminiſtrationem iam cœptam *l. 1. C. ut cauſ.poſt pubertat. tut.adſ.l.tutor. C.arbitr.tutel.* Vnde tam ipſe, quam eius fideiuſſor tenebitur *l. ſi poſtea. rem*
58 *pupill.ſalu.for.* † Contraria autẽ procedunt, quando tutor finita tutela nouum negotium adulto contingens inchoaret nulli præuia officij ſui neceſsitate, quo caſu non eſt æquum teneri fideiuſſorem, qui videtur ſe voluiſſe ſolum obligare pro tempore quo tutela duraret *l.fin. C. de pericul. tutor.* & ita in indiuiduo declarat *Parlador.lib.2.rer.quotidianar. c. fin.§.12. p.1. nu.57.* ſequitur *Franc.Munnoz. de ratiocin. adminiſtrator.c.34.nu.11.*

E P I T O M E.

Si inſtituatur hæres in omnibus alijs bonis, præterquam in legatis an ſint illa incluſa in inſtitutione,& debeant capi de manu hæredis, & debeatur falcidia. Dictiones præterquam,aliàs, cætera,& ſimiles quid ſignificent.

S V M M A R I V M.

1 *Poſt multa legata facta per teſtatorem ſi hæres inſtituatur in omnibus alijs bonis, præterquã in dictis legatis non ſunt illa incluſa in inſtitutione neque debẽt capi de manu hæredis, nec de eis detrahitur falcidia. n.2. Contrarium eſt verius.num.3.5.9.15.16.17. & 20. Fallit in fideicommiſſo.n.11. & 12.*
4 *Nemo debet decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Intellige ut n.19.*
6 *Inſtitutus in cæteris rebus an fiat etiam hæres in exceptis. n.7. et 8.*
10 *Legatarius quando capiat legatum de manu hæredis.*
13 *Fideicõmiſſum particulare an dicatur ſi teſtator mandet deductis legatis, et ære alieno reſiduum bonorum ad aliquem peruenire. n.14.*
18 *Verba inſtitutionis præterquam, et alijs an cenſeantur appoſita de mandato teſtatoris,ita ut immutent naturam illius, et faciant ut quis non cenſeatur inſtitutus in omnibus bonis. et n.21.*
22 *Verbum cætera,et totum ſignificant idem quod omnes,licèt aliquando ponantur pro alijs.*

C A P V T LXXXVII.

TEſtator factis multis legatis ſi inſtituat hæredem in omnibus alijs bonis, præterquam in dictis legatis dicebatur illa non eſſe incluſa in inſtitutione, ſed tanquam excepta
1 non debere capi de manu hæredis, † neque de eis falcidiam detrahendam. Quia non cenſetur hęres inſtitutus,niſi in eo quod ſupererat deductis legatis,quaſi per illam reſeruationem non velit hæredem inſtituere in illis, quæ ſunt alijs relicta, ſed ſolùm in his, quæ non ſunt legata propter verbum præterquam, & verbum alijs argumento eorum, quæ notantur *per gloſ. in l.neceſſe.11.de in diem addict.Bart. in l.pater filium.36.§.quindecim.de leg.3.Dec.conſ.633.caſus de quo quæritur.col.penul.in fin. nu.5. verſ.*
2 *ſecundo efficaciter*. † vbi quod per iſta verba videntur ſeparari bona expreſſa in inſtitutione à bonis in legato comprehenſis,quia ſi inſtituit in alijs, ergo in bonis legatis non videtur facta inſtitutio *Cephal.conſil.625.nu.23.lib.5. Pariſ. conſil. 79.nu.21 lib 2.* ſequitur *Rot.coram* R.P. *D.Coccin. Romana legati della Porta. 3. decembris.1601.in fin.*

Contrarium declaraui, † quod imò huiuſmodi
3 legata non ſint excepta. Nam ſi illa repudiarentur debẽt venire ad hæredes, ne dicatur de-
4 ceſsiſſe pro parte teſtatus, † & pro parte inteſtatus contra *l.ius noſtrum.de regul. iur.l.1.§.ſi ex fundo.de hæred.inſtituend.* Vnde dicendum eſt quod hæres quoque cenſeatur in illis inſtitutas, & quod ab eo ſint capienda huiuſmodi le-
5 gata, † prout in ſpecie concludit *Bald. in l. ſi quis ita hæres inſtitutus. 74. in princ. de hæred. inſtit.& eſt tex. in l. ſi certarum.18.ff.de milit.*
6 *teſtam.* † vbi inſtitutus in cęteris rebus fit etiã hęres in exceptis,*& ibi not.Bart in princ.* quod
7 ille erit hęres vniuerſalis, † & alij habentur loco legatarij *l.quoties. C.de hæred.inſtit.* Idem
8 ſequitur *Ruin.conſil.130.n.11.lib.3.* † vbi quod dicitur etiam hęres in rebus legatis non cum effectu retẽtionis, quia ſolum remanebũt apud hęredem bona non relicta *Surd. conſ.265.n.28.*
9 *lib. 2.* † & hanc opinionem etiam ſeruat *Rota per Card.Seraph Romana legatorũ. 10.februar. 1585. & coram* R. P. D. *Coccin. Romana legati della Porta 3.decembris. 1605. in fin.* vbi dicit procedere, quia legatarius tenetur capere de manu hęredis, etſi eſt locus detractioni falci-
10 diç illam hæres detrahit,† quod ceſſabit quando fuit data facultas capiendi legatum, prout in illo caſu propria auctoritate, tunc enim nulla alterius licentia requireretur *Rip. in l. nemo poteſt.n.62.de leg.1.Socin.Iun.conſil.72.num.7. lib.2.& dictum eſt ſupra cap.47.*

Quę magis procedunt,quia eramus in inſtitutione, in qua iſta exceptio non importat aliquod

iuris

iuris miniſterium,cum ſecus eſſet ſi fieret in fi-
11 deicommiſſo, † vt quia teſtator granaret hæ-
redem inſtitutum reſtituere alteri reſiduum,
quod teſtabat deductis legatis, vel ære alieno;
Nam tunc non cenſetur eſſe fideicommiſſum
vniuerſale *Bart.in l.cogi.16.in princ. n.5.verſ.*
nota tamen diligenter . & ibi Caſtrenſ. verſ. in
textu ibi quia vt ipſa.nu.1.in fin. vbi quod erit
12 fideicommiſſarius particularis: † Quia potius
certa res,vel quãtitas ſibi videtur relicta, quã
vniuerſitas *Caſtrenſ. ibid.* qui dicit perpetuò
menti tenendum, & ita in ſpecie diſtinguit
Imol. in l. ſi ita quis . 74. de hared. inſtit. & ſe-
quitur *Iaſ.in l.centurio . n.61.verſ.itẽ in quan-*
tum.col.23. de vulg. & pupill. vbi quod ſi te-
ſtator mãdauit deductis iudicijs,legatis,& ære
alieno reſiduum ſuorum bonorum peruenire
13 ad Titium erit fideicommiſſum particulare, †
quia per talia verba non poteſt importari vni-
uerſitas, & ita loquitur *Bart.in d.l. cogi*. ſecus
autem ſi teſtator poſt facta certa talia legata
dixerit ad reſiduum bonorum meorum perue-
14 niat talis, † tunc enim interpretamur vniuer-
ſitatem, cum verbum commune ſit adiectum
vniuerſitati, & ita procedit deciſio *Bart. in*
l.centurio.q.4.in fin.n.42.verſ.quaro quid ſi in
inſtitutione . de vulg. & pupillar,

Non obſtat quod dicebatur de actione præter-
15 quã,& de dictione alijs;Quia verius eſt † quod
illa verba non immutant iuris diſpoſitionem,
ſed potius videntur dici per imperitiam, non
quod denotent iuris myſterium *arg. l. qui fru-*
ctus prædiorum.25.verſ.imperitia lapſus.de vſu
16 *& vſufruct.legat.* † Vnde illis non obſtantibus
cenſebitur quis inſtitutus in tota vniuerſitate,
cum onere tamen legatorum *gloſ.in l.ſi hæredis*
17 *ſeruus.50.in verb.in factum.in princ.de leg.1.* †
Et legatarij nõ niſi per manus hæredis capiens
legata *tot.tit.ff.quor. legator.* & ita in terminis
reſpondet *Caſtrenſ.conſil.177.viſo ſupraſcripto*
puncto.col.1.poſt princ. verſ.etſi dicatur immo
iſti non cenſentur. lib.1.

Nec facit quod contrarium ſequatur *Dec. conſil.*
653.col.penul.in fin.nu.5.verſ.& ideo non con-
18 *ſonat.* vbi in ſpecie reprobat *Caſtr.d.conſ.177.* †
quaſi iſta verba poſita per notarium non de-
beant impropriari, tanquam cenſeantur appo-
ſita de voluntate teſtatoris,& de eius mandato
Bald.in l.1.C.de priuil.dot.& in l. errore. C.de
teſtam. & opinionem *Decij* contra. *Caſtrenſ.*
defendit *Socin.Iun.conſil.107.n.45.& 46.lib.3.*
19 ob rationem, † quia non dicitur quis pro par-
te inteſtatus decedere, quamuis legata non
comprehendantur in inſtitutione,cum etiam
legatum aliquo modo dicatur pars teſtamenti
Socin.Sen. & alij in rubr.de leg.1.

Quia verior eſt opinio contra *Dec.* prout notat
Add.ad eundem Dec. d. conſil.653. in verb.non
importat. Et *Soc.Iun.* nihil firmat,cũ ſolũ *n.47.*
dicat quamcunq; opinionem tenens verum eſt
quod in ſubſtitutione fideicõmiſſaria per ver-
bum alijs, cenſentur excludi bona ſuperius le-
gata, prout etiã dictum eſt ſupra *verſ.quæ ma-*
20 *gis procedunt.* † Vnde cum ſimus in inſtitu-
tione debemus illam interpretari abſolutam;
& ſimplicem, quemadmodũ debet eſſe de iure,
quod etiã voluit *Fulg.conſ.99.quidam veniſ .*
in 2.dub.ad fin.n. 3.verſ. et licet verbum aliud.
Et vltra *Ruin. Bald. & alios ſupra allegatos*
ita concludit *Bart.in l. centurio . q.4. in fin.*
n.42.verſ.quaro quid ſi in inſtitutione.de vulg.
& pupil.Alex.in l. nam quod ad ius publicum.
14.§.non omnis.in fin.verſ. & tamen intelligi-
tur.ff.ad trebell.Angel.in l. ſi ita quis hæres in-
ſtitutus.74.& ibi Imol.in princ.ff.de hæred. in-
*ſtituend. Bero.conſil.81.n.30.lib.2.*quod etiam
voluit *Oldrad. conſil.158. factum tale eſt teſta-*
21 *trix. per tot.* & ibi *in fin.*ſubdit † quod iſte eſt
modus loquendi apud teſtatorem, vt velit cæ-
tera præter legata apud hæredem remanere ir-
reuocabiliter, non autem quod non cenſeatur
hæres inſtitutus,cum de eius manu ſint capien-
da cum etiam verbum.cætera, totum compre-
22 hendat † *l.cum optio.de opt.legat. l. cæterorum.*
160.de verb. ſignif. vbi *Rebuff. in princ.* notat
quod iſtæ dictiones,cætera,aliquãdo accipiun-
tur pro alijs *l.verum.§. 1. pro ſoc.* quandoque
ſignificant idem quod omnes *l.ſi rem mobilem.*
de acquir.poſſ. gloſ. in c. vt conſtitueretur . 50.
diſtinct.

E P I T O M E.

Renouatio emphyteuſis, & feudi quando habeat locum, & quid in hoc operetur cõſuetudo, ſeu pactum, quod illa finita liceat pro ſe retinere, vel cuicunq; poſſit concedi. Statutum an ſit potentius quam pactum. Prima generatio an incipiat à primo acquirente. Negligentia emphyteutæ non ſoluentis canonem an præiudicet creditoribus.

S V M M A R I V M.

1 *Tenor inueſtituræ eſt inſpiciendus.& n.27.*
2 *Renouatio emphyteuſis non conceditur proximioribus ſtante pacto, quod illa finita liceat pro ſe retinere,vel cuicunque concedere.*
3 *Dictio liberè importat remotionem cuiuſcunq; impedimenti. & n.4.*
5 *Eccleſia nõ cogitur renouare emphyteuſim proximioribus illa finita.& n.7.Dummodo velit pro ſe retinere.n.11.& 13.Idẽ in fundo.n.24. & an competat fœminis quando inueſtitura loquitur de maſculis.n.25.*
6 *Opinio pro Eccleſia in dubio ſequenda.*
8 *Rebus Eccleſiæ debemus uti quatenus illa expedire iudicauerit.*
9 *Renouatio emphyteuſis ſi eſſet concedenda proximioribus nil differret ab alienatione.*
10 *Pactum obligans Prælatum ad renouationem emphyteuſis non ualet.*
12 *In re ſua quis debet præferri.*
14 *Conſuetudo quod Eccleſia ſit ſolita reinueſtire proximiores finita emphyteuſi non ualet . & n.16.17. 20.*

15 *Ea quæ ſunt facultatis non inducunt conſuetudinem reſtrictiuam liberæ poteſtatis.*
18 *Conſuetudo non debet habere maiorem potentiam quam uſus ei conceſſerit.*
19 *Conſuetudo debet eſſe rationi conſentanea.*
21 *Valet argumentum de pacto ad ſtatutum.* Intellige. *ut n.22. & 23.*
26. *Feudum quando competat fœminis.*
28 *Prima generatio non debet incipere à primo acquirente, ſed à perſona deſcendentis ad effectum, ut pronepotes cenſeantur comprehenſi in inueſtitura. n.29.30. & 31.*
32 *Renouatio emphyteuſis an debeat peti infra annum. & n.33. & 34.*
35 *Proximior an audiatur ſi res non eſt integra tempore, quo renouatio petitur, & an ſit facienda cum eiſdem conditionibus, quæ ab extraneo reperiuntur. nu.36. & an ſolis hæredibus. n.37.*
38 *Renouatio emphyteuſis eſt concedenda propter generationem finitam, ſecus ſi ob culpam emphyteutæ.*
39 *Emphyteuta non ſoluens canonem, itaut illo priuetur quando præiudicet creditoribus. num.41.*
40 *Magis conſiderandum eſt, quod eſt in natura actionis, quam quod eſt in facultate ſoluendi.*
42 *Emphyteuſis debet renouari proximioribus, dummodo primus diſponens non mandauerit alium renouari. n.43.*

CAPVT LXXXVIII.

STante conuentione, de qua in inſtrumento
emphyteuſis producto in cauſa Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi, quod illa finita liceat
pro ſe retinere, vel cuicunq; voluerit liberè concedere. Dixi non habere locum petitam renouationem: Ideo confirmandam eſſe ſententiam
1 D. Iudicis à quo† Nam tenor inueſtituræ ante
omnia eſt inſpiciendus *Bald. in c. 1. de duob. fratrib. à capitan. inuest. Iaſ. conſil. 114. ad obiecta. col.3. in fin. uerſ. nam ad tenorem. n.4. lib.1. Dec. cõſil. 435. in cauſa mihi. col.2. ad med.*
2 *n.4.* Vnde pacta in eâ appoſita ſunt ſeruanda,†
prout in ſpecie huiuſmodi conuentionis quod
ſit renunciatum prædicto iuri dicunt *Doctor. in l.2. C. de iur. emphyt. Socin. Iun. conſil. 9. num. 10. lib.3. Rot. per Cardin. Seraphin. Ceruien. bonorum. 23. martij. 1583.* Stante præſertim illa di-
3 ctione liberè, † per quam remouetur omne impedimentum, aut contradictio *gloſ. in clem. dudum. de ſepultur. Natt. conſil. 530. nu. 10. Tiraq. in l. ſi unquam. in uerb. reuertatur. n.135. C. de reuocand. donat. Surd. deciſ. 265. n.3. & deciſ. 272*
4 *num.14.* † vbi quod nulli neceſsitati ſubiacet
Bald. in c. quæ in eccleſiarum. col.2. in princip. n.4. uerſ. ibi liberam. ubi Dec. col.2. de conſtitut. & late Surd. conſ. 143. n.23.

Amplius etiam ceſſante pacto idem erat dicendũ:
Nam ex quo D. Epiſcopus declarauit velle pro
5 ſe retinere † non poteſt cogi ad renouandum
emphyteuſim proximioribus ſecundum opinionem veriorem, magis æquam, & Eccleſiæ fauo-
6 rabilem, † quæ in dubio eſt ſequenda *gloſ. in c. ſciant. 12. de elect. in 6. in verb. alios. l. ſunt perſonæ. 43. in fin. de relig. & ſumptib. fun.* † & in
ſpecie ita concludit *Abb. in c. bonæ. il 2. nu. 28. uerſ. hoc dictũ. de poſtul. prælat.* Rum. *conſil. 152. nu.3. lib.1.* Rip. *in l.1. nu.9. col.2. in fin. uerſ. declara ſecundo. de priuil. credit. Caputaq. deciſ. 303. & 304. & 330. p.1. & deciſ. 61. p.3.* vbi de
magis communi *Rot. per Cardin. Mantic. Rauennaten. bonorum. 20. nouembr. 1587.* Nam
ſumma æquitas eſt, vt vnuſquiſq; rebus Eccleſię
8 vtatur, quatenus ei placeat alicui tribuere, &
iudicauerit expedire *c.2. de feud. l. & habet. 15. in princ. de precar.* Aliâs non eſſet vtilitas euidens Eccleſiæ, ſi Prælatus ad renouandum cogeretur, cum ſic poſſet dici emphyteuſis perpe-
9 tua,† quæ nõ differret ab alienatione *c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. §. emphyteuſim. auth. eod.*
10 *tit. extrauag. ambitioſæ. etiam eod. tit.* † Itaut
neque valeret pactum obligãs Prælatum ad huiuſmodi renouationem *Gozad. conſil. 39. nu. 20. uerſ. præterea & quarto, poſt Aret. in l. ſi mihi & titio. col.4. in fin. uerſ. hoc autem præcipuè eſt uerum. de uerb. obligation. per tex. in authen. de non alienand. ubi Angel. in §. neque illud. Rip. in l.1. nu.6. col.2. in princ. uerſ. & pro iſta ſententia. de priuil. credit.*

Et ita declaratur opinio *Bart. in l.1. §. penul. in-*
11 *cip. permittitur. de aqua pluu. arcend.* † dum
vult poſſe peti renouationem, vt procedat quãdo ſcilicet eſſet alijs concedenda emphyteuſis,
non autem ſi prætendatur retẽtio pro Eccleſia,
12 quæ debet præferri, † cum æquius ſit, vt in re
ſua alius non præualeat *Socin. Iun. conſil. 9. nu. 21. uſq; ad n.26. lib.3.* vbi ita intelligit *Anchar. conſil. 171.* qui etiam ſic loquitur *in conſ. 134. Roman. conſ. 22. Gozad. conſ. 86. nu. 24. & uerſ. 39. nu. 21.* vbi etiam quod ſi per dominum mutato conſilio alteri fuerit conceſſa emphyteu-
13 ſis,† dabitur proximioribus repetitio, quaſi ex
hoc illius fraus detegatur, cui obuiandum eſt
Rip. in ſpecie *in l.1. n.10. de priuil. creditor.*

Imo neque conſuetudo operaretur, quod Eccleſia
14 eſſet ſolita proximiores inueſtire, † cũ ea quæ
ſunt facultatis non inducant conſuetudinẽ re-
15 ſtrictiuam liberæ poteſtatis† *Abb. in c. ex parte aſtenſis. 10. nu.7. in ult. not. uerſ. ſecundo poteſt ſolus. de conceſſ. præbend. Iaſ. in l. quominus. col.5. in princ. nu.18. uerſ. c. breuiter ueritas eſt. de flumin. poſt Bart. in l. cum de in rem uerſo.*
16 *col. ult. de uſur.* † & in terminis emphyteuſis
ita concludit *Rot. per Card. Mantic. Rauennat. bonorum. 20. nouembris. 1587. in fin.* vbi etiam
quatenus conſuetudo obſtaret eſſe probandum
17 in ſpecie,† non ſolum, quod ſit ſolita renouare,
ſed etiam quod dum voluit pro ſe retinere non
potuerit, aliâs illa non diceretur probata *Aim. conſil. 96. nu.4. Caſtrenſ. conſ. 340. quia ſupra in narratione. ad fin. uerſ. ſupereſt uidere. lib. 2. Rot. per Cardin. Millin. Tiraſonen. iuriſdictionis 9. februarij. 1593.* Ratio quia ſunt caſus diuerſi quod Eccleſia renouarit, & quod

pro

pro ſe non potuerit retinere, vnde de vno non
18 infertur ad alium,† cũ conſuetudo non debeat
habere maiorem potentiam, quam vſus ei con-
ceſſerit *Soccin. Iun. conſ. 101. num. 13. lib. 2. poſt*
Bald. in c. 1. in princ. col. vlt. in fin. verſ. adde
quod actus. n. 21. de his qui feud. dar. poſſ.

Vltra quod non eſt rationi conſentanea talis con-
19 ſuetudo,† prout requiritur pro eius validitate
c. mala autẽ conſuetudo. 8. diſtinct. latè Rot. *co-*
ram R.P.D. *Litta Monaſterien. teſtamenti. 4. iu-*
nij. 1604. vbi multa quo ad huiuſmodi conſue-
20 tudines, *& dictum eſt ſupra cap. 79.* † Induce-
retur enim alienatio, & fieret emphyteuſis per-
petua, ſi poſſet cogi Epiſcopus ad renouandum
ob talem conſuetudinem, & quemadmodum pa-
ctum non obligaret Prælatum *Gozad. conſ. 39 n.*
20. verſ. præterea & quarto. Multo magis neque
21 debet obligare conſuetudo, aut ſtatutum,† cum
valeat argumentum de vno ad aliud *Iaſ. in l. non*
impoſſibile. 30. in fin. n. 7. verſ. adde etiam. de pact.
Et licèt in multis caſibus potentius ſit ſtatutũ,
quam pactum, cum affirmatiue arguatur in hu-
22 iuſmodi caſu, † non autem negatiue, *ut per*
Alex. ad Bart. in rubr. de decret. decur. in fin. verſ.
addo quod dies poteſt. Tamen poteſtas legis, &
pacti a pari procedunt, quando ſumus in facto
23 non rationabili, † tunc enim quemadmodum
non poteſt fieri per pactum, neq; per legem, aut
conſuetudinem *Bald. in l. ult. in fin. verſ. nota*
regulam. C. *de fideiuſſor. Cagnol. in l. nec ex præ-*
torio. 27. n. 5. de reg. iur.

In caſu tamen, in quo vellet dominus concedere
emphyteuſim alijs extraneis æquius eſſet præ-
24 ferri proximiores iuxta doctrinã † *Bart. in d.*
l. 1. §. permittitur. de aq. quot. & æſti. cuius opi-
nio procedit etiã in feudo *Rip. in l. 1. n. 2. col. 1.*
ante med. verſ. quid tenendum. de priuil. credit.
Rot. *per* R. P.D. *Bubal. Brixien. feudi. 16. may.*
1588. vbi allegat concordanter deciſiones
ampliando ad fœminas, non obſtante quod in-
25 ueſtituræ ſint factæ pro maſculis, † cum etiam
illæ non ſint expreſſe excluſæ, ſed potius ſub ſi-
lentio præteritæ, debent admitti ad petendam
renouationem, quamuis in inueſtitura non ſint
comprehenſæ *Caſtrenſ. conſ. 159. punctus iſtius*
quæſtionis. in fin. verſic. nec obſtat quod debuit.
lib. 2. Fulgoſ. *conſ. 4.* & ita ſeruat Rot. *per Car-*
din. Seraphin. Ceruien. bonor. 23. martij. 1583.
& per R. P. D. *Robuſter. Bonon. de Campegys.*
3. febr uarij. 1583. cum alys per R.P.D. *Bubal. d.*
Brixi. n. feudi. vbi quod fœminæ ſunt capaces
26 feudi, † nõ requirentis aliquod ſeruitium per-
ſonale, quod neq; ſemper facit illam incapacem
feudi, ſeu illud tantum, quod per eam non poteſt
præſtari, cum non ſit conſiderandus ſexus, ſed
qualitas ſeruitiorum *Clar. in § ſi feudum. q. 73.*
n. 7. verſ. ulterius quæro. Pariſ. conſil. 12. nu. 27.
lib. 1. & voluit *Bald. in c. 1. §. & quia vidimus.*
col. penult. poſt med. n. 19. verſic. quæro ſi feudum
eſt datum. de his qui feud. dar. poſſ. & in l. quo-
ties. 12. col. 1. n 3. verſic. aduerte tamen. C. *de ſuis*
& legit. Dec. conſ. 32. pro tenui facultate mea.
col. 2. ad fin. n. 4. Bertazz. conſ. ciuil. 82. num. 11.

Quæ autem opponebantur de generatione non fi-
nita erant contra inſtrumentum inueſtituræ, in
qua prima generatio incipiebat à primo ac-
quirente: Ideo neq; ex hoc poterat dici de inua-
27 liditate ſententiæ ob tenorem inueſtituræ,† qui
in primis attendi debet *Soccin. Iun. conſil. 9. in*
princ. lib. 3. Verum eſſet quod non exiſtente
huiuſmodi pacto, ſi fuerit facta conceſſio in em-
phyteuſim ad tertiam generationem finitam in
28 linea maſculina dumtaxat, † prima genera-
tio non debet incipere à primo acquirente, ſed
à perſona deſcendentis ad effectũ, vt pronepo-
tes cenſeantur comprehenſi in inueſtitura: Quo-
niam primus acquirens eſt cauſa, & origo ge-
nerationis: Vnde non poteſt in ea connumera-
ri *Bald. conſ. 448. lib. 3.* quod eſt repetitum
conſil. 375. conceſſa eſt alicui. verſic. in contrarium.
nu. 1. lib. 4. Idem Bald. in addit. ad Specul. tit.
de locat. in fin. Alex. conſil. 125. attentis verbis.
col. 3. ad med. n. 8. & ibi Addit. in verbo diſtin-
guendi, lib. 5. Socc. conſ. 25. dominus Franciſcus.
n. 4. & 5. lib. 1. Dec. cõſ. 624. copioſè & eleganter.
in princ. lib. 2. Rota *coram* R. P. D. *Giptio Aſ-*
ſiſien. emphyteuſis. 13. Nouembris. 1598. ſtante
præſertim illa dictione finita *Alex. conſil. 110.*
circa primum dubium. col. ult. ante med. verſ. &
prædicta tanto magis. n. 20. lib. 3. Gabr. concl. 4.
nu. 5. de emphyt. Rot. *coram* R.P.D. *Penia. Far-*
29 *ſen. villa caprolæ. 20. maij. 1592.* † Quidquid
contrarium dixerit *Specul. de emphyt. §. nunc*
aliqua. q. 155. n. 183. & Caſtrenſ. conſil. 338. ad
30 *primũ quæſitum reſpondetur. n. 1. lib. 2.* † quia
eorum opinio non ſeruatur, vt per R. P.D. *Gip-*
tium in d. cauſa Aſsiſien. emphyteuſis. vbi etiam
31 quod non obſtat *Caputaq. deciſ. 18. p. 2.* † quia
ibi non aderat dictio finita. Et vbi eſſet ſolum di-
ctum vſq; in tertiam generationem ipſius plura
Alex. ubi Addit. conſil. 125. lib. 5. Clar. in §. em-
phyteuſis. q. 34.

Vltimo pro excludẽda renouatione faciebat, quia
32 non fuit petita infra annum,† quo elapſo am-
plius quis non auditur *Roman. conſil. 22. col. fin.*
verſ. illud tamen non omittendo. & conſil. 70.
viſis themate. col. 3. num. 3. ad med. verſic. non ob-
ſtat. & magis communem opinionem dicit *Soc-*
cin. Iun. conſ. 9. nu. 17. & 18. lib. 3. vbi decla-
rat *Alex. in l. ſi mihi & titio. de verb. obligat.*
33 loqui in caſu, † in quo dominus directus con-
ceſsiſſet alicui extraneo rem emphyteoticam ad
ſe reuerſam, tunc enim duraret actio ſpatio 30.
annorum *Gabr.* qui de communi *concluſ. 1. n.*
11. & 12. Mandoſ. ad Roman. conſil. 22. in verb.
communis opini. col fin. ad med. n. 8, limitat. verſ.
tu dic priorem ſententiam. Ruin. conſ. 113. n. 9. lib.
1. Alex. conſil. 15. viſis narratis. nu. 11. lib. 5. ubi
Addit. in verb. extraneum. Dec. conſil. 396. in fin.
ubi etiam Add. in verb. ſceus. Tiraq. de retract. li-
gnag. §. 1. nu. 8. & 9. gloſ. 10. Rot. *per Card. Se-*
raph. Ceruien. bonorum 23. martij. 1583. verſ. ter-
34 *tia limitatio* † vbi etiam quod debet conſtare
de ſcientia, & notitia huius rei per annum an-
te petitam renouationem.

An autem ſi tempore, quo petitur renouatio, & nõ

Digitized by Google

35 eſt res integra audiatur proximior † *plura*
Gozzad.conſ.39.Mandoſ.ad Roman. *conſil.* 22.
R*imin.Iun.conſ.*444.*num.*6.*&* 30. *lib.*4. *Pariſi*
*conſ.*28.*lib.*1. *Cephal.cōſ.*147.*nu.*23.*lib.*1. *Clar.*
in §.*emphyteuſis.* q. 43. *verſ.ſed pone.* Gab.*cod.*
*tit.concluſ.*1.*n.*20.

Et quid ſi nulla negligentia poteſt imputari ve-
nienti poſt inueſtituram an ſit facienda reno-
36 uatio eum eiſdem conditionibus,† quæ ab ex-
traneo reperiuntur A*lex. conſil.* 9. *viſo themate*
*ſupraſcripto.nu.*2. *lib.*3. vbi concludit affirma-
tiuè *Surd.conſ.*181.*nu.*9. *lib.*2. G*abr.de emphyt.*
37 *concluſ.*1.*n.*28. † vbi etiam an ſolis hæredibus
hoc ius competat, & an tranſuerſalibus Dec.
*conſ.*131. *Soccin.*Iun.*conſ.*9.*nu.*11. *&* 20. *lib.*3.

Et quatenus renouatio deberet concedi intelligē-
dum eſſet de emphyteuſi reuerſa ob generatio-
38 nem finitam, ſecus ob culpam non ſolutionis
canonis, aut ſimilis, quaſi fortius debeat exclu-
dere nō comprehenſos, cum excluſerit eos qui
ſunt inueſtiti Dec.*conſil.* 329. *pro defenſione. in*
fin. Roman. *conſil.* 212. *in princ.* Soccin. Iun.
*conſil.*19.*nu.*20.*lib.*3. *Iaſ. in l.*2. *in* 5.*notab.* &
*q.*7. *in gloſ. fin.*C. *de iur. emphyt.Rip.*Alex. &
alij allegati per Surd.*conſ.*181.*n.*29. *lib.*2.

Itaut factū culpa, aut negligētia emphyteutæ prę-
iudicet etiam creditoribus cum diſtinctione, an
factum voluntarium emphyteutæ ſit ordinatum
39 ad priuationē, necne; † Nam quando non ſol-
uit canonem præiudicat etiam tertio, cum hoc
non habeatur pro facto voluntario, quamuis
enim pendeat a voluntate debitoris ſoluere, nō
tamen eſt directè ordinatum ad alienandum, &
faciēdum, vt res redeat ad auctorē, neq; poteſt
impedire emphyteuta, quo minus res domino
applicetur, & hoc modo actus dicitur neceſſa-
rius; Vnde reſoluitur omne pignus, quaſi magis
40 ſit conſiderandum, † quod eſt in natura actio-
nis, quam quod eſt in facultate ſoluendi *l. lex*
vectigali. de pignor. Bart. *in l. in diem.nu.*2. *de*
*aqu.plu.arcen.*Bald.*in l.*2.*n.*17. *poſt q.*13. *verſ.*
ſed contra videtur quod reſoluto. C. *de reſcind.*
vendit. Dec.*conſ.*88.*nu.*3.*&* 239. *primo non vi-*
41 *detur.n.*11. † & tanquam veram, & approbatā
diſtinctionem multis rationibus proſequitur
Surd. *deciſ.* 103. *&* 286. *per tot.* vbi declarat
Bart.*in l.ſi res.quibus mod.pign.vel hypot.ſolut.*
procedere quando actus fieret in fraudem ad
priuandum creditorem iure ſuo *Corbul.de cauſ.*
*priuat.ob non ſolut.canon.ampliat.*8.*n.* 10. *& de*
*priuation.ob deteriorat.n.*15.

Adde tamen quod licèt renouandus ſit in emphy-
teuſim proximior emphyteutę propter fauo-
42 rem, † qui pręſtatur melioranti rem emphy-
teoticam *l. congruit. & l.fin.* C. *de locat. præ-*
*dior.ciuil.lib.*11. Nihilominus quando primus
de re concedenter diſpoſuit, & voluit alium re-
nouari, tunc pręferretur agnato, cum iniquum
eſſet quod agnatus admitteretur ad renouatio-
43 nem contra voluntatem defuncti, † cui voluit
præferri inſtitutum legando illi eandem rē cum
facultate petendi renouationem; Vnde non de-
bet tunc conſiderari repreſentatio defuncti in
agnatos, qui habent voluntatem contrariam
expreſſam defuncti *Gabr.*in ſpecie *conſ.* 78. *per*
*tot.lib.*2. vbi dicit ita limitandam doctr. *Bart.*
*in l.*1.§.*permittitur de aqu.pluu.arcend.*

EPITOME.

In præiudicium antiquioris molendini quando liceat aliud ędificare. Lucrum in quibus caſibus dicatur radicatum itaut ęquiparetur damno: Conſuetudine an poſsit induci, vt quis vadat ad molendinum alicuius, & quid in hoc præſcriptio operetur. Collectas non ſoluens an conſtituatur in quaſi poſſeſſione libertatis.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum nouum non licet ædificare in præiudicium antiquioris.*

2 *Lucrum dependens ab alieno arbitrio an dicatur radicatum.n.*9.

3 *Aedificans præferendus eſt in ſuo. Amplia vt num.* 4.

5 *Non læditur ex conſilio, qui non offenditur re.*

6 *Lucri radicati, & damni an ſit par ratio.num.* 7. *&* 8.

10 *Liberum eſt accedere ad quodcunque molendinum, neq; in hoc acquiritur aliqua ſeruitus.n.* 13. *Intellige vt n.*18.

11 *Conſuetudine aut priuilegio poteſt induci, vt quis ſolus habeat molendinum, aut ad vnum tantum eatur. n.* 12.

14 *Statutum valet cogens ire ad molendina communitatis.*

15 *Domini an poſsint facere, vt ſubditi non molant alibi quàm in molendinis ipſorū.n.*16. *&* 17.

19 *In ſeruitutibus negatiuis quando acquiratur poſſeſsio.*

20 *Seruitutes negatiuæ non acquiruntur præſcriptione, aut conſuetudine.*

21 *Collectas non ſoluens conſtituitur in quaſi poſſeſsione libertatis, itaut non requiratur interpellatio.*

CAPVT LXXXIX.

IN præiudicium antiquioris molendini Di-
xi verius eſſe, quod nemo poſsit ędificare
1 nouum, † Intelligendo ſolum, quando diminue-
retur aqua primi molendini, ſecus reſpectu fre-
quentioris concurſus molientium, quia tale
damnum conſiſtens in voluntate illorum non
conſideratur. Nam liberum eſt accedere ad
2 alia molendina; † Vnde huiuſmodi lucrum pri-
mi non poteſt dici radicatum tanquam depen-
dens ab alieno arbitrio Bald. *in l. vnica. oppoſ.*
13. C. *de ſent. quæ pro eo quod inter. per tex. in*
*l. libertus negociatorius.*45.*de oper. libert. & l.*
*proculus.*26. *de damn.infect.*Alex.*conſ.*194.*n.*7.
*lib.*2. *Iaſ.in l.quominus.n.*83.*col.*12.*verſ. tertio*
diligenter nota. & ibi R*ip.* teſtatur de commu-
ni. *n.*82. *de fluminib.*

Prout regulare eſt, vt non ſit in conſideratione
quod

quod per uonum ædificium diminuatur lucrũ,
3 quod alius antea faciebat,†Quia in dubio præ-
ferendus eſt ædificans in ſuo, tanquam præſu-
matur facere pro vtilitate propria, non vt alij
noceat Bar.in l.fluminum.§.ſi de damn. infect.
Amplius ſi mixta ratione ædificaret,vt vicino no-
ceat,& ſibi proſit ædificium eſt potius ſuſtinen-
4 dum ex cauſa,† quæ prodeſt. Etenim debemus
iudicare ex effectu non ex affectu, cum non læ-
5 datur ex conſilio,† qui non offenditur te Bald.
in ſpecie in c.cnmecclesia vnlterana.31.num.5.
col.penul.in fin.verſ.ſed quid ſi facit. de elect.
quod multum notabile, & ſignaudum dicit Iaſ.
in l.quominus.n.34.col.5.verſ.quinto principa-
liter ſuppleas.vbi Rip.n.29.de flumin. Sur. conſ.
153.n.14.lib.2.
Non obſtat parem eſſe rationem lucri radicati, &
6 damui †gloſ.in l.1.§.ſi qnis propter. in verb.
per in integrũ.de itin.actu aq.priuat.Bal.in l. cũ
te in princ.C.de donat.ante nupt. Caſſan. conſil.
1.in 5.præſuppoſ.n.89.Alex.conſ.89.viſo pun-
cto & inſtrumentis.n.13.col.pinul.lib.2.Surd.
7 de alim.tit.6.q.39.† cum perdens lucrum que-
ſitum dicatur pati dãnum l.2 §.merito.ne quid
in loc.public. l.non amplius.§.fin. de legat.1.
Dummodo lucrum illud non reuertatur ad eũ,
à quo prius proceſſerat, tunc enim non dicere-
8 tur pati aliquod damnum, †qui illud lucrum
amittit gloſ.in l. ſi ita ſtipnlatio facta fuerit.
19. quam ibi Iaſ.in fin. dicit notandã de verb.
oblig. Tiraq.in l.ſi vnquam in verb. donatione
largitus.192.in fin. C. de reuoc. donat. Monter.
decis.Aragon.47.num.55. Quia reſpondetur in
9 caſu noſtro uon poſſe dici lucrum radicatum,†
tanquam dependens ab alterius arbitrio l. inde
neratius.23.§.1.ver.quod ſi vno vbi gloſ.in ver.
10 quia retroſnm.ad leg.aqnil. † cum liberum ſit
accedere ad quodcunq.molendinum Bal.in l.1.
col.2.C.de ſeruit.& aqu.
Verum huiuſmodi lucrum tunc eſſet conſiderabi
le,quando quis ex conſuetudine præſcripta,aut
11 priuilegio obtinuiſſet, † vt ipſe ſolus haberet
hoſpitium,aut molendinum, tunc enim poſſet
de iure procedere ſimilis prohibitio l.venditor.
14.commun.prædior.Iaſ.in c.quominus n.85.vbi
Rip.n.82.q.11.verſ.tertio intellige.de flumin.poſt
Bal.conſ.463.quatuor ſunt. col.1. ad med. verſ.
ſed ſi tu haberes.lib.4.
Ideo in cauſa Flaminij Martij,& aliorum litis cõ-
ſortium Dixi licuiſſe prohiberi ædificium noui
molendiui ſtante præſuppoſita conſuetudine,
quod nullus præter eum poſſit in illo loco hu-
12 iuſmodi molendina facere, † prout etiam per
eandem conſuetudinem poteſt acquiri poſſeſ-
ſio,vt ciues veniant ad meum molendinum, &
non ad aliud Bal.in c.ſignificante.69. in primo
notab.n.1.verſ.nota quod carnes.de appellat.&
in l.de quibus.col.9.in fin.n.32.verſ.circa ratio
nem.ibi.ſed an valeat conſuetudo. de legib.
Nec facit quod nulla poſſit in hoc induci poſſeſ-
ſio,aut conſuetudo nam ex quo conſiſtit in li-
bertate eius,qui vadit ad molendinum non ac-
13 quiritur aliqua ſeruitus,† licèt per mille annos
ita fuerit ſeruatum Cin. in l.2.q.3.C. quæ ſit
long.conſuetud. Abb.in c.quod translationem.4.
col.2. poſt med.n.4.verſ. contra iſtum textum.
14 de offic. legat.† Prout etiam nõ valet ſtatutum
ciuitatis per quod directè, vel indirectè ciues
coguntur ire ad molendina communitatis reli-
ctis illis particularium perſonarum Ancbar.
conſil.298.in territorio de thiani. col. penult. in
fin. n.5.verſ. primo propter graue onus. Sicuti
15 neque poteſt ſtatui per dominos, † vt ſubditi
non poſſint alibi molere, quam in molendinis
ipſorum,quando ordinatio reſpicit rem priua-
tam,ideſt proprium eorum patrimonium l.am-
16 bitioſa. de decret.ab ordin.faciend. † cum ſecus
eſſet, quando reſpiceret rem publicam, ſeu fi-
ſcalem cameram,quia tunc valeret, quaſi quæ-
ſtus inde redactus deſtinetur publicis neceſsita
tibus, & ſit munus publicum Bald. conſil.410.
quæritur vtrum dominus.col.vlt. in fin.verſic.
quid dicam finaliter. lib.5. Vel niſi ſimus in
17 Principe Superiore, † qui poteſt ſubditos co-
gere Idem Bald.in l.vnic.ad fin. n.4. C. de mo-
nopol.Rim.Iun.conſ.370.n.4.lib.4.
Quia in caſu noſtro volentes ire ad molendinum
18 alterius fuerunt prohibiti, † & illi prohibitio-
ni acquieuerunt per longiſsimum tempus, quo
caſu à tempore prohibitionis naſcitur præſcri-
ptio,aut conſuetudo, quæ facit, vt prohibitus
tunc gerat actum non gratuitum,ſed meræ ſer-
uitutis,& ita loquitur Bald. in d.c.ſignificante.
69.de appellat.prout ibi declarat Abb.in primo
notab. & ſequitur Natt.conſ.106.n.9.ad fin. &
19 conſ.107.lib.1. Quia in huiuſmodi † ſeruituti-
bus negatiuis acquiritur poſſeſsio,dum quis co
natur aliquid facere, & alius vetuit,& prohibi-
tus deſtitit, cum in ſeruitutibus affirmatiuis
poſſeſsio acquiratur facto l.1. & 2.de ſeruitut.
& aqu. Bald. in l.2. C. eod.tit.col.9. in princ.
n.54.verſ.ſed quæritur an per obedientiam. ibi.
20 & hoc verum, † vbi quod acquiritur poſſeſsio
iuriſdictionis per obedientiam, quando ſubdi-
tur deſtitit, ſi fuit prohibitus per Superiorem,
dum aliquid facere conabatur, cum alias ſine
prohibitione non poſsint acquiri iſtæ ſeruitu-
tes negatiuæ per præſcriptionem,aut conſuetu-
dinem l.ſequitur.§.ſi viam. de vſucap. l.qui lu-
minibus.de ſeruit. vrban. prædior. Franc. in c.
ſignificante.69.in primo notab.n.2.3.& 4.de ap
pell. Ideo dicimus quod ſi ſunt impoſitæ colle-
21 ctæ, & à multis exactæ,† non ſoluentes conſti-
tuuntur in quaſi poſſeſsione libertatis Aım.cõſ.
112.n.21. contra Alex.conſ.136.n.18. lib.2. dũ
requirit interpellationem communitatis, quia
iſta interpellatio debet fieri in actibus mere vo
luntarijs,in quibus nõ acquiritur poſſeſsio,niſi
poſtquam interpellatus recuſauit Surd. conſil.
833.n.34. lib.1.

E P I T O M E.

Inhibitiones,an poſsint impetrari ſine mandato,
& quando illud præſumatur per expenſam fa-
ctam in aliquo actu. Productio ſcripturarum

ad cauſam facientium, an legitimet perſonam producentis. Per traditionem inſtrumenti an inducta ſit liberatio debitoris, & donatio actionis contra alium ſocium obligatum. Clauſula, vt ſolutio fiat creditori, & ei qui affert inſtrumentum, an requirat probationem tituli. Inhibitio obtenta cum promiſſione de rato, & per Iudicem carentem iuriſdictione an operetur attentata. Moderatio inhibitionis, an poſſit probari per iudices.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſpeciale, an requiratur ad obtinenda reſcripta iuſtitiæ, vel ſufficiat præſumptũ. & n.2.3.4.5.& 6.*

7 *Impenſa facta in actu, an faciat præſumi mandatum. n.9.& 10.*

8 *Bulla Protonotariatus in perſonã abſentis probat protonotariatum.*

11 *Non opus eſt docere de mandato ſi impetretur priuilegium pro parte* Titij *procuratoris Seij ad conualidandam gratiam.*

12 *Per ſententias* Procuratori *traditas videtur datum mandatum pro obtinenda commiſſione.*

13 *Mandatum præſumitur per productionẽ ſcripturarũ, ex quibus legitimatur perſona producens ad exigendum nomina debitorum, & executiuè agendum etiam ſine cautione de rato. & n.16.*

14 *Probata traditione inſtrumenti transfertur verum mandatum.*

15 *Reeſpiens ſcripturas videtur ſuſcipere mandatum.*

17 *Per traditionem inſtrumenti an inducta ſit liberatio debitoris, & donatio actiones contra alium ſocium obligatum, & quando videatur facta ceſſio præſentis cauſæ n.18. 21.& 29.*

22 *Solutio ſi facienda ſit ex forma inſtrumenti creditori, & heredibus bonæ fidei poſſeſſoribus eiuſdem inſtrumenti, an ſi illud reperiatur in manibus alicuius ſit probandus titulus & nu. 23.24.26.& 27.*

25 *Qualitas requiſita per ſtatutum eſt probanda.*

28 *Traditio inſtrumenti, quando operetur vim actionis demandatæ directæ & vtilis.*

30 *Falſus* Procurator *non poteſt mouere actionem & nulliter inhibet. Intellige, vt n.31.*

32 *Inhibitio obtenta per procuratorem, & commiſſa per iudicem antequam ſit certum de mandato, & iuriſdictione operatur attentata. & n.33.*

34 *Citatio coram iudice de cuius iuriſdictione dubitatur interrumpit præſcriptionem.*

35 *Moderatio inhibitionis an poſſit probari per iudices, ad excuſandum ab attentatis. n.36.*

37 *Iudex poteſt teſtificari ſuper actu, ex quo non reportat laudem, ſeu infamiam. Declara, vt n. 38.39.& 40.*

41 *In concurſu magis creditur iudicibus, quam alijs.*

CAPVT XC.

QVo ad inhibitiones, quæ conceduntur
per iudices in cauſis appellationum, & ſi-
milibus, cum de hoc diſceptaretur Di-
xi non requiri mandatum abſentis pro quo im-
petrabantur. Ideo nullitates allegatas ob de-
1 fectum procuratoris non eſſe admittendas; †
Nam quidquid ſit de iure communi, ſecundum
quod requiritur mandatum ſpeciale circa re-
2 ſcripta iuſtitiæ *c. nonnulli. de reſcript.* † De ſti-
lo hoc non ſeruatur *Bellam. deciſ. 729. in fine
verſ. vltimo. hoc fortiter.* Felin. Sarnen. *& alij per*
Mandoſ. *reg. 34. q. 39. num. 2.* Caſſaꝛ. *deciſion. 3.
n. 4. de procurat.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſ.
n. 87.* Præſumitur enim mandatum, quaſi im-
petrans huiuſmodi inhibitiones cum labore, &
3 expenſis hoc non faceret, † ſi illud non haberet
Sarnenſ. de triennal. q. 38. Rot. *diuerſ. deciſ. 8.
n. 8. p. 2. & coram.* R.P.D. *Giptio Auellina vnio-
nis. 28. aprilis. 1595. Surd. conſ. 533. nu. 2. lib. 4.*
4 & iſta mandata præſumpta † ſufficiunt in mul-
tis actibus *vt per Menoch. præſumpt. 23. lib. 2.
Maſq. concluſ. 1104. cum ſeq.*
Et quando commiſſio eſt fauorabilis, quod præ-
5 ſumatur mandatum † voluit *Oldrad. conſ. 136.
quod ex productis. num. 5. ad med. verſ non ob-
ſtat quod aduerſarij ibi credendum eſt in dubio.*
R.P. D. *Giptius ibid.* Rot. *per Cardin.* Pamphil.
Mutinen. Canonicatus. 23. iunij. 1603. vbi
quod valet commiſſio impetrata per aſſertum
6 procuratorem, † ſi ſequatur approbatio eius, &
cuius nomine fuit obtenta *Aegid. deciſ. 582. licèt vſus palatij* Reiecta *deciſ. 61. de appellat.
in nou.* vt dicit *Mohedan. deciſ. 4. de reſeruat.
Felin. in c. nonnulli. 28. §. ſunt & alij. col. 16. in
prin. in 4. lim. n. 13. verſ. limita hanc fallentiam.
de reſcript.* Car. Pamphil. *ibid.*
Prout regulariter impenſa in actu facit præſumi
7 mandatum † *Creſcent. deciſ. 1. alias. 15. de præ-
ſumpt.* vbi quod bulla Protonotariatus etiam
8 motu proprio, † & in perſonam abſentis pro-
bat protonotariatum, licèt non conſtet, quod
ratum habuerit propter impenſam. Quod pro-
9 cedit non ſolum in factis antiquis, † ſed etiam
recentibus abſque aliqua temporis diuturnita-
te *Aim. de antiquit. tempor. pap. 2. verſ. ex præ-
miſſis. n. 65. Tiraq. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. verſ.*
10 *31.* † Niſi præſumendo mandatum induceretur
probatio criminis *Gramat. vot. vlt. in fin. Caſ-
ſan. conſ. 58 col. 5. in fin. n. 22. verſ. non obſtaret
vltimo Maſq. concluſ. 1004. nu. 39.* Ideo etiam
11 non opns eſt docere de mandato, † ſi impetre-
tur priuilegium, in quo ſuplicatur pro parte
Titij procuratoris Seij ad validandum gratiã
*Bal. in c. 1. §. perſonam. per quos fiat inueſtitur.
Ann. ſing. 405.*
Quæ magis procedebant in caſu de quo agimus,
quia iſti procuratores, vt poſſint impetrare
inhibitiones debent producere ſententias iudi-
12 cis à quo, † Vndè ſtatim quod illæ mittuntur
à partibus ſatis ad hunc effectum videntur con
ſtituti procuratores *Felin. in c. coram n. 9. col. 3.
in fin.*

in ſi.uerſ. quando dicatur dubium de mandato.
de offic.deleg. Iaſ.*in l.*1.*in ſi.n.*13.C.*de procura.*
*Caputaquen deciſ.*183.*p.*2.
Quare aliàs Dixi quod per productionem ſcriptu
rarum, & inſtrumentorum ad cauſam facien-
13 tium adeo præſumitur mandatum, † vt ſi huiuſ-
modi inſtrumenta concernant creditum prin-
cipalium, legitiment perſonam producentem
ad exigendum nomina debitorum, & executiuè
agendum vigore ſtatuti, quamuis ille, qui alte-
rius nomine petit executionem non caueat de
rato, dummodo probetur ſaltem traditio in-
ſtrumenti, quia aliàs non probata traditione
eſſet neceſſaria cautio, & poſſet contra eum op-
poni exceptio, quod non ſit nominatus in inſtru
mento *Bartol. in l.*3.*§. cauſa.nu.*2.*de carbon.*
*edict.Bald.in l.meuia.*50.*in princ.ff.ſolut.matr.*
*Rom.conſ.*446.*primus propoſita.colum.*3.*in fine*
*num.*10.*latè* Matth. *Coler.de proceſſib.executiu.*
*c.*2.*p.*2.*nu.*55 *uſq.ad n.*69. Quia vbi probatur
14 traditio transfertur verum mandatum, † quo
ſtante cautio non debet dari, vt præſertim tra-
ditio aliquid operetur. Ideo ſolùm cautio præ-
ſtabitur in dubio, quia nõ conſtat, quod fuerint
ſcripturæ traditæ *Surd.* io ſpecie *conſ.*500.*n.*22.
*uerſ.tertio loco non obſtat. lib.*4. Itaut recipiens
15 ſcripturas videatur mandatum ſuſcipere, †
quamuis non conſueuerit aliena negotia tra-
ctare ſecundum veriorem opinionem, de qua
teſtatur *Idem* Surd.*conſ.*540.*n.*22.*lib.*4. contra
A*lex. in l.*4. C.*de procurat.* quem reprehendit
F*elin.in c.coram.col.penul.uerſ. tertio limita de*
*offi.deleg. Maſq.concluſ.*1009.*in fin.*
Immo etiam traditio inſtrumentotum probata
non, ſolum operaretur nudum mandatum agen-
di nomine principalis, ſed etiam exercendi vti-
66 les actiones nomine proprio, † dummodo ta-
tamen probaretur de titulo, quia alias non po-
terit deueniri ad executionem, quamuis eſſe-
mus in cauſis ſummarijs, & executiuis, in qui-
bus licèt excludantur exceptiones dilatoriæ,
non tamen repellitur exceptio de inhabilitate
actoris. ne reus bis ſoluere cogatur, ſcilicet agẽ
ti, & vero creditori quaſi inſtramentum intel-
ligatur ſimpliciter traditum ad finem, vt ſolum
experiatur actiones directas nomine creditoris
non autem vtiles nomine proprio *latè Coler. de*
*proceſſ.executiu.c.*2.*p.*2.*n.*71.
Neque obſtat *Bart.in l. labeo.*2.*§.ſed etiam tacito*
17 *in fin.n.*5.*de pact.* vbi concludit, † quod ſi quis
mihi tradat inſtumentum, in quo ego, & alius
ſimus obligati per huiuſmodi traditionem in-
ducetur liberatio ex parte mea, ex parte autem
ſocij intelligitur mihi donata per creditorem
actio aduerſus ipſum debitorem *l.*1.C.*de dona-*
*tion.l. ſi is qui duos.*29. *in fine de liberat. legat.*
Quod eſt propter virtutem repreſentatiuam
inſtrumenti, quaſi ſignificet ſubſtantiam debiti
18 Vnde per traditionem illius † videtur facta ceſ
ſio præſentis, & inhærentis cauſæ *Bal.* in ſpecie
in l.ult.in fin. C. *quando fiſc. uel priuat. debit.*
debitor.exig.poſſ. Niſi eſſemus in ſolito exercere
19 officium procurationis, † tunc enim ob qua-
litatem perſonæ videretur ſolum traditum in-
ſtrumentum ad finem, vt agat nomine eius
*Imol.in l.meuia.*50.*in princ.ſol.matr.*
Quia prædicta ſunt intelligenda in eo creditore,
de cuius animo conſtat, quod voluerit donare,
vel aliter transferre ius ſuum directum in acci
20 pientem illud à ſe penitus abdicando, † ſecus
in dubio, tunc enim ex ſola traditione inſtru-
mentorum non præſumendum eſt aliud niſi mã
datum exigeudi nomine creditoris, Ita in ter-
minis reſpondet *Butr.in c.eccleſia.il* 2.*col.*1. *in*
fin. verſ.ex bis deciditur. ibi boc dictum placet.
*n.*9.*ut lit.pend.Alex.in l.*3. *in princ. col.*3.*n.*12.
verſ.ſed non fuit memor. de acquir. poſſeſſ. Me-
21 *noch.præſumpt.*140. *num* 6.*lib.* 3. † licèt ibi di-
ſtinguat in cõſueto negotia tractare, vel paupe-
re, aut diuite, *poſt Iaſ.in l.*2. *nu.*4. *verſ.ſecundo*
extende de pact. ſequitur Matth. *Coler. de pro-*
*ceſſ.exequut.c.*2.*p.*2. *num.*76.*poſt med.verſ.licet*
autem.
Ideo etiam dicimus quod ſi io inſtrumento adſit
22 clauſula illa communis, † vt ſolutio fiat non
ſolum creditori, ſed etiam hæredibus bonæ fi-
dei poſſeſſoribus, & detentoribus eiuſdem in-
ſtrumenti, quod ſi inſtrumentum reperiatur in
manibus alicuius tertij non erit per eum pro-
bandus aliquis titulus, videlicèt ex qua cauſa
illud ad eum peruenerit, cum in eo non ſe fun-
det agens, & ex poſſeſſione pręſumatur pro eo,
quãuis teneatur probare, quod bonę fidei poſ-
ſeſſor exiſtat, cum huiuſmodi inſtrumentum poſ
ſit eſſe apud eum ex cauſa depoſiti, aut ex alia
cauſa. Ideo non pareret aliquam actionem de-
poſitario *Bald. in l.meuia.*50.*n.*1.*&* 2.*ff.ſolut.*
23 *matrim.* † Vnde ſaltem tali poſſeſſori incum-
bet probare traditionem, quod videlicet illud
inſtrumentum habeat ex voluntate domini, &
per hoc ſit effectus bonæ fidei poſſeſſor, & hanc
opinionem tanquam veriorem multis rationi-
bus defendit *Idem* Matth. *Coler. de proceſſ. exe-*
quutiu. c. 2.*p.*2 *n.*77.80.*&* 82. contra Rebuff.*de*
*litter.obligator.art.*1.*gloſ.*9. *n.*34.
Quamuis in caſu per *Colerum* propoſito illud ſit
24 quia in inſtrumento aderat clauſula illa, † vt
ſoluatur bonæ fidei poſſeſſoribus, & detentori-
bus inſtrumenti. Vnde quia tunc exprimitur
iſta bona fides, non mirum ſi illa qualitas bonæ
25 fidei poſſeſſionis erit verificanda, † cum regu-
lariter quãdo ſtatutum, aut diſpoſitio requirit
certam qualitatem, non ſufficiat de ea conſtare
per præſumptionẽ iuris, ſed eſt aliter probãda
A*lber.in l.ſi vero.*5. *§. qui pro rei. nu.*5 *qui ſa-*
*tiſd.cogant.Aim. conſ.*72.*nu.*2. *Dec.conſ.*125.*in*
*cauſa ſpoliationis.col.*2.*in fin.nu.*6. *Alex.conſil.*
88.*an dos debeat.nu.*2.*lib.*4 *& conſ.*172.*viſis &*
*opportunè.col.*2.*in princ. lib.*2. *Doctor in l.*1.*§.*
ait prætor. ne quid in flum. public. latè Tiraq.
*de retract.lign.§.*8.*gloſ.*7. *n.*1. Ideo in caſu *Re-*
26 *buff.* quia non aderat iſta qualitas, † ſed ſolum
quod ſolutiu fiat exhibenti inſtrumentum, non
videbatur neceſſaria alia probatio traditio-
nis, ſed ſufficiet exhibere originale Iudici, aut
27 debitori, vt habeat paratam executionem, † &

X iij ita

Digitized by Google

ita im ſpecie concludit etiam *Boer.deciſ.154.& dicendum eſt in fin. uerſ. & nota quod ſi obli-
gationis inſtrumẽtum.* vbi quo debet fieri ſo-
lutio iſti procuratori ſine alia probatione, &
ibi etiam allegat Io. *Gallum in ſuis deciſ. q.4.*
Idem Boer.*deciſ.281.præſuppono primo colum.4
in fin.uerſ.quia in hoc regno franciæ. num.6.in
fin.* vbi etiam adducit *Manſuer.* idem tenen-
tem *in titul.de ſolut. uerſ. item etiam in partibus
franciæ.* & Guid. Pap. q. 13. *appareat. in fine*
& latius de veritate huius quæſtionis dicetur
infra capite particulari.

Verum eſſet quod quando traditio inſtrumentorũ
haberet cauſam præcedentem aptam ad iuris
28 translationem,† tunc operaretur vim actionis
demandatæ nõ ſolum directæ, ſed etiam vtilis,
cum aliàs non præcedente tali titulo, aut cauſa
ſed alia, quæ ſit apta nudæ adminiſtrationi, tra
ditio nihil importabit, quam ſimplex mandatũ
29 experiendi nomine principalis,† & ſi non appa
reat de huiuſmodi ani no mandatę adminiſtra
tionis iſta productio inducet ſolũ præſumptio-
nem depoſiti, aut cuſtodiæ inſtrumentorum in
perſona producentis Bal.*in l.meuia.50.in prin.
& ibi Ang.ff.ſolut.matr.*

Quo ad ſecundum quæſitum an huiuſmodi inhi-
bitiones obtentæ per aſſertum procuratorem
cum promiſſione de rato afficiant, itaut dican-
tur attentata omnia, quæ facta ſunt poſt dictas
inhibitiones. Dixi veriorem opinionem affir-
matiuam, Nam quamuis falſus procurator nõ
30 faciat cõtrouerſiam,† neq.poſſit mouere actio-
nem *l. cum non.iuſſo. de colluſ.deteg.* Bald.*in l.
falſus.oppoſ.in.5. C.de furt.* Vnde uul'ter in-
hibuit, & nullitas inhibitionis non afficit inhi-
bitum *gloſ.in c.placita.in uerb. orationibuſq.in
fin.15.q.4.*

Tamen quia iſte procurator præſumitur habuiſſe
31 mandatũ ex his quæ ſuprà dicta ſunt,† & acta
per eum poſſunt quandocumq.ratificari, & ex
admiſſione huiuſmodi procuratoris facta per
Iudicẽ erat bene fundatũ iudicium, debebat in-
hibitus obtemperare inhibitioni, prout in ter-
minis concludit *Mando.*qui ita ſeruari teſtatur
*commiſ.14. in fin gloſ.ult. q.3.& de inhibition.
q.26.*

Idem eſt in iudice carente iuriſdictione cuius in-
32 hibitio operatur attẽtata,† antequam, ſic cer-
tum non habere iuriſdictionẽ argumento *l. in-
ter quos.§.alieno. de damn. infect.* Iaſ.*in l.licèt.
col. 2. C. de procur.* Quod magis procederet ſi
33 eſſet dubium, an Iudex ſit competens, †quia
tũc citatus arctatur, itaut iſta citatio corã tali
Iudice operetur, vt onus probãdi ſpectet ad ci-
tatũ *Lap.allegat.10.col.fin.dub.4. & ibi Man-
doſ.in uerb. ad citatum.* Ideo citatio coram eo
34 interrũpit præſcriptionẽ † *l. ſi quis ex aliena.
de iudic.Vitalin.in clem.1.nu.53.col.5.uerſ.ter-
tia ſit concluſio.ut lit. pend.Soccin. de citat.art.
31.in fi.uerſ.decimus effectus.n.31. Mandoſ.reg.
34.q.40.n.5.*

Vlterius in materia huiuſmodi inhibitionũ aliàs
fuit quæſitum, an ſi nõ conſtaret de moderatio
ne inhibitionis per acta notarij poſſet probari
35 illius moderatio,† per aſſertionem duorum ex
Iudicibus ad effectum excuſandi ab attentatis,
36 Et veriorẽ Dixi opinionem affirmatiuã,† quod
illis credatur ob rationem excludendi pœnam,
& dolum, prout in ſpecie concludit *Mandoſ. de
inhibit.q.40.n.5.* vbi teſtatur ita ſeruari. Nam
Iudex poteſt teſtificari, quando deponit ſuper
37 actu.† ex quo nõ reportat laudem, aut infamiã
*Fel.in c.cum à nobis.fallen.8.n.12.de teſt.Rom.
conſ.16.n.4.lib.5. Put. deciſ.185.n.2. lib.1.Do-
ctor.in l.ne in arbitris. C.de arbitr.*

Itaut in caſibus in quibus creditur Iudici intelli-
38 gatur, dummodo, † in ſpecie quid exprimat
Aret.conſ.68.col.penul.Rom.conſ.47.num.2. vbi
39 etiam n.1. requirit in eo iuramentum, † quia
alias eius aſſertioni non crederetur, quamuis
eſſent plures Iudices *Caſtrenſ. conſ. 464. uiſo
laudo & arbitramento.ad fi.col.2.uerſ.item non
obſtat quod dicti arbitri.lib.1.*

Adeo quod ſi vnus Iudex tantum deponat de hu-
40 iuſmodi actibus non credetur ei,† niſi ſemiple-
ne, & ſi duo plene, cum illis non ſit habenda fi-
des, niſi prout teſtibus, licet in concurſu magis
41 crederetur Iudicibus, † quam alijs data in cæ
teris paritate *Specul.de teſtib.§.1.n.76. uerſ.ſed
dic.quod uni iudici.& n.77.Alex.conſ.21.conſi-
deratis.col.1.lib.6.Farinac.de oppoſit.contr.teſt.
q.60.n.149.& 151.*

E P I T O M E.

Tutor an poſſit deferre iuramentum, itaut noceat
pupillo, & quid ſi adeſſent aliæ probationes, &
an hęc qualitas defectus ſit probanda. Mi-
nor quando reſtituatur aduerſus delationem
iuramenti. Tutor in quo caſu poſſit remittere
debitum pupilli.

S V M M A R I V M.

1 Tutor & pupillus cum eius auctoritate poſſunt iuramentum deferre. Intellige ut n.4.5.& 12

2 Iuramentum delatum per tutorem an noceat pupillo, ut non poſſit petere reſtitutionem in integrum, n.3.& 10.

6 Tutor quando poſſit remittere debitum pupilli & n.13.& 16.

7 Qualitas quod non adſint alia probationes, quã delatio iuramenti, eſt probanda per tutorem.

8 Tutor eſt in culpa, ſi moueat iudicium antequã habet probationes.

9 Paria ſunt non fieri, uel ita fieri, quod non duret.

11 In delatione iuramenti minor dicitur læſus quando habet aliàs probationes.

14 Debitum quod non poteſt probari eſt alicuius æſtimationis, & n.15.

17 Tutor non poteſt remittere debitum pauperis.

18 Præſumendum eſt quod quis poſſit acquirere in futurum.

CA-

CAPVT XCI.

TVtorem declarani potuiſſet iuramentum
deferre; ideo non eſſe admittendã aduer-
1 ſarium ad illius recuſationem † per tex. *in l.*
tutor. 35. in princ. de iur. iur. Immo etiam
pupillus cum auctoritate tutoris illud deferret
l. iuſiurandum quod ex conuentione. 17. §. pu-
pillus. eod. tit.

Non obſtat quod iuramentum delatum per tuto-
rem non noceat pupillo etiam proximo puber-
2 tati, † cum poſsit petere reſtitutionem in inte-
grum, ſi eſt læſus *Alex. conſil. 21. viſo compro-*
miſſo. in fin. lib. 5. ſiue ſimus in reſtitutione ex
3 cauſa iuramenti delati in iudicio, † ſiue in iu-
ramento voluntario extraiudiciali, cũ in vtro-
que militet eadem ratio *Seraph. priuil. iuram.*
83. n. 78. limit. 16.

Quia verius eſt quod per huiuſmodi reſtitutionẽ
non poterit recuſari delatio iuramenti facta à
tutore, nam tutor valide illud defert; Vnde
non debet conſiderari, quod poſsit reſtitui, cum
multa debeant concurrere, vt reſtitutio conce-
datur: Aliud enim eſſet ſi mero iure delatio nõ
4 valeret, puta ſi pupillus ſolus deferret, † ex quo
enim non habet facultatem alienandi, nec ad-
miniſtrationem, nihil ageret, & tunc poſſet re-
cuſari, quamuis haberet reſtitutionẽ *Caſtrenſ.*
in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. ſi pu-
pillus. col. 1. vbi *Iaſ. col. 1. verſic. vltima pro com-*
plemento. n. 7. dicit eſſe caſum notabilem. *ff. de*
iuriſiurand.

Prædicta tamen Dixi procedere quando omnes
5 aliæ probationes deficerent † tunc enim vale-
ret delatio iuramenti facta à tutore, aliàs ſecus
prout loquitur tex. *in d. l. tutor. de iur. iur.*
& notat *Pariſ. ad Bart. in l. pactum curato-*
6 *ris. nu. in verb. pactum in fin.* C. *de pact.* † cum
nõ poſsit tutor remittere debitum pupilli, neq;
illi præiudicare. *l. præſes.* C *de tranſact.* Rom.
conſ. 28. viſa facti ſerie. num. 3. Dec. conſ. 254. ca-
ſus de quo quæritur. in princ. Abb. conſ. 97. viſo
7 *inſtrumento. n. 3. lib. 2.* † Itaut hæc qualitas ſit
probanda, ſcilicet quod non adſint aliæ proba-
tiones, neq; aliter probari poterit, niſi conſtet
tutorem vſum fuiſſe diligentia, vt alias proba-
tiones inueniret *Surd.* in ſpecie *conſ. 190. nu. 8.*
ad med. verſic. & hæc qualitas. lib. 2. vbi quod
8 tutor eſt inculpa, † qui mouit iudicium ante-
quam haberet probationes *Bart. in l. nam &*
poſtea. 9. §. ſi minor. de iur. iur. Vnde hoc caſu
idem eſſet ac ſi mero iure non valeret delatio
iuramenti, & per conſequens poterit recuſari,
9 cum paria ſint non fieri, † vel ita fieri, quod non
duret *l. qui ſic. de ſolution.* Idem concludit *Cal-*
deſ. de reſtit. in integr. in verb. vel aduerſarij do-
lo. n. 15. vbi quod minor deferens iuramentum
10 non reſtituitur, quia ceſſat læſio, † quare ſi læ-
ſum ſe probauerit in illa delatione iuramenti
reſtituetur *l. nã & poſtea. §. minor. de iur. iur.*
verſ. ſed plerumq; ipſum prætorem debere cogno-
11 *ſcere an captus ſit.* † Poterit autem dici captus
ſi habebit alias probationes *per d. l. tutor pupil-*
lo. 35. in princ. de iur. iur. vbi quando exiſtunt
12 probationes non eſt deferendum † iuramentũ:
Vnde ſi illis exiſtentibus detulerit reſtituẽdus
eſt, & ita etiam debet intelligi *tex. in l. iuſiurã-*
dum quod ex conuentione. 17. de iur. iur. vbi da-
tur facultas tutori deferendi non extante pro-
batione.

Vnde etiam dicimus, quod tutor non poterit de-
bitum remittere, quando illius probationes nõ
13 habet; † Quia erit conſultum minori per dela-
tionem iuramenti, cum poſsint etiam in futu-
rum probationes oriri *l. ſub prætextu.* C. *de*
tranſact. Alex. in ſpecie *conſ. 22. viſo inſtrumẽ-*
to. n. 7. col. penul. verſic. & idem videtur tenere
14 *lib. 1.* † Præſertim quia etiam debitum impro-
babile eſt alicuius æſtimationis, vnde videtur
remittendo donari, quod tutor facere prohibe-
tur, & quia poteſt deferre iuramentum, quaſi
15 debitor memor ſalutis æternæ non peierabit. †
Idem ſequitur *Imol. in l. ex duobus. 16. col. 6.*
verſ. ſecundo quod debitum. de duob. reis. & de
veriori opinione teſtatur *Caldeſ. de reſtit. in in-*
tegr. n. 16. verſ. vnde cauendum eſt. in verb. vel
aduerſarij dolo. Quidquid contrariũ dicat *gloſ.*
fin. in l. contra iuris. 29. §. vlt. de pact. quam ſe-
quitur *Iaſ. in l. pactũ curatoris. n. 3. & ibi Curt.*
16 *Iun. n. 7. C. eod. tit.* † Quorũ opinio ſaltim pro-
cedit, quando tutor remitteret debitum impro
babile per tranſactionem aliquid recipiendo,
quia tunc poſſet remittere, ſecus ſi gratuito, nã
remiſsio nõ valeret, quaſi dicatur tunc donare
quod nõ poteſt *Cald.* qui ita diſtinguit *de reſtit.*
in integr. in verb. vel aduerſarij dolo. n. 16. verſ.
poteſt tamen. qui etiam *n. 17.* ſubdit neque poſ-
17 ſe per tutorem remitti debitum pauperis, † cũ
valeat ad pinguiorem fortunam venire *Dec. in*
l. pactũ curatoris. n. 5. C. de pact. quaſi illa exa-
ctio, quæ impeditur propter paupertatem vi-
18 deatur temporalis, † cum præſumendum ſit
quem poſſe acquirere in futurum *l. ſi defectus.*
10. C. arbitr. tutel. cura. 4. §. deficientium. de mu-
ner. & honor.

E P I T O M E.

Cauſa commiſſa Canonico, an poſsit expediri ſi
tempore ſententiæ fuit reſignatus canonica-
tus. Epiſcopus quando cognoſcat de cauſa
delegata Vicario. Cauſa quæ erat commiſſa
Legatis, ſeu Vicarijs, an eis remotis iterum ſit
deleganda. Ordinarius quando iudicet de
his ad quæ alius fuit deputatus priuatiuè.
Procurator ſemel recuſans mãdatum accepta-
re an poſsit denuo illud ſuſcipere, & an ſit præ-
ſumendum longo ſpatio temporis reuocatum.
Quando dici poſsit ſatisfactum per dationem
pignoris, & ſatiſdationem.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa commiſſa Canonico an poſsit expediri ſi*
tempore ſententiæ fuit facta reſignatio de ca-
nonicatu, vel ſufficiat tempore commiſsionis

quod

quod eſſet in dignitate de qua in delegatione & num.4.

2 *Delegotio perſonalis dicitur non realis ſi exprimatur nomen proprium, & dignitatis. n.3.*

5 *In cauſa commiſſa Vicario an poſſit procedi per Epiſcopum. n.6. & quid ſi committatur Epiſcopo, & Vicario & reſcriptum fuit præſentatum Vicario. n.7.*

8 *Delegatus Papæ ſubdelegando quando poſſit cauſam auocare.*

9 *Epiſcopus poteſt ad libitum reuocare Vicariũ. Fallit.n.11.*

10 *Superior reuocat Inquiſitorem, non poteſt tamen ſe ingerere in cauſa illi commiſſa.*

12 *Cauſa commiſſa Vicario illo remoto erit iterũ deleganda. nu.13. Idem in Legato.n.14. Intellige vt n.15.16.18.19. 20. & 21.*

17 *Tribunal cui datur Vicarius dicitur perpetuũ.*

22 *Multa facta tenent, quæ ab initio fieri probibentur.*

23 *Cauſa delegata ſub nomine dignitatis cognoſcitur per ſucceſſorẽ illo mortuo. Amplia ut n.24*

25 *In feudo conceſſo Caio, & heredibus ab initio dicitur electa perſona heredum, itaut non poſſit per heredes alter eligi.*

26 *Ordinarius ſeu Legatus quando poſſit cognoſcere de cauſis ad quas alius fuit deputatus priuatiuè. nu.27.28.29.30.31.*

32 *Procurator ſemel recuſans mandatum acceptare non poteſt illud denuo ſuſcipere. n. 39. Intellige ut n.41. & 42.*

33 *Semel recuſatum non poteſt acceptari.n.35.*

34 *Conſenſus ſimultaneus requiritur ad perfectionem contractus.*

36 *Emptor non poteſt acceptare venditionem altera die ſi venditorem pœniteat.*

37 *Recuſans iuramentum oblatum non admittitur amplius ad iurandum.*

38 *Dominus non poteſt approbare geſta per procuratorem, quem antea reuocauerat.*

40 *Quando poſt improbationem mutatur voluntas per eum, qui actum gerit ſubſequens ratificatio nihil operatur.*

43 *Mandatum nõ reuocatur per longum ſpatium temporis, ſed durat.*

44 *Mutatio voluntatis quando detur in negotio perfecto, & non perfecto.*

45 *Verbum ſatiſfactio latius extenditur quam ſolutio.*

46 *Promittens ſatiſfacere cum iuramento poteſt compenſationem obijcere, licèt ſecus ſit in promittente ſoluere.*

47 *Condemnatus ad ſatiſfaciendum poteſt dare pignora ſecus, ſi condemnetur ad ſoluendum.*

48 *Verba ſatiſfacta parti quomodo intelligantur. tam in contractibus, quàm in alijs diſpoſitionibus. & n.49.50.51.52.53. 54. & 55.*

CAPVT XCII.

NVllitatis exceptionem oppoſitam in cauſa Fraociſci, & Albertini Dixi reijcien-
1 dam, † quia conſtabat tempore commiſſionis
Canonicum fuiſſe in ea dignitate, de qua in delegatione, cum in quolibet actu principium ſit ſpectandũ, & habilitas illius temporis ſufficiat; Vnde licèt poſtea per reſignationem canonicatus deſierit eſſe in illa dignitate nihil obeſt, quaſi non debeat vitiari actus legitimus perfectus, & conſumatus, quamuis peruenerit ad caſum,
2 à quo non poterat inchoari, † & cum expreſſum fuerit nomen proprium, & dignitatis, videtur delegatio perſonalis nõ realis *Cin. in l. more maiorum. q.9. col.6. num.22. de iuriſd. omn. iudic. Alex. conſil.185. col. fin. n.22. verſ. quo ad aliud dubium. lib.7.* Maxime ſi ex alijs conie-
3 cturis † non appareat contemplatam ſolum dignitatẽ *Bellam. deciſ.39. n.2.* Et iſta eſt verior,
4 & magis communis opinio, † prout in ſpecie concludit *Cardin. in clem. & ſi principalis. q.6. de reſcript. Bald. in l. prælia. 6. col. fin. verſic. extra quaro. C. de fideicommiſſ. poſt gloſ. in c. ſtatutum. 11. in princ. in verb. canonicis. in fin. de reſcript. in 6. vbi Anchar. nu.5. Franc. col.3. n.8. Felin. in c. quoniam abbas. col.3. in fin. n.5. de offic. deleg.* vbi *Dec. col.6. n.6.* de communi, & ſecundum hanc opinionem iudicauit *Sacra Congregatio Concily. 21. maij. 1587.* prout teſtatur *Pariſ. de reſignat. benef. lib.1. q.11. n. 14. in fin. Ceual. q.667. nu.10. in fin.*

Ex quibus non poterat per D. Epiſcopum procedi in huiuſmodi cauſa, cum illa fuerit commiſſa tanquã canonico, qui licèt poſtea fuerit aſſumptus Vicarius eiuſdem Epiſcopi, tamẽ non fuit ei delegata velut Vicario, prout non erat
5 talis tempore commiſsionis, † & licèt in cauſa commiſſa Vicario poſsit procedi per Epiſcopũ *Abb. in c. cum te. n.14. de reſcript.* Tamen debet intelligi de ea, quæ fuit illi demandata tanquã Vicario *Gemin. in c. romana. in princ. n.3. verſ. nota idem eſſe auditorium. de appell. in 6. Franc. in c. dilecti. il 3. n.40. col.6. q. 5. de appellat.*

Immo etiã verior eſt opinio, quod non poſſet per Epiſcopum cognoſci cauſa demãdata Vicario,
6 tamquam Vicario. † Quia in ea eſt maior ordinario, & eſt ſeparatum auditorium Epiſcopi ab eius officiali, ſeu Vicario, prout concludit *Imol. in clem. 1. n. 14. in fin. col.4. ad med. verſic. ex his habes. de reſcript. poſt Cardin. ibid. n.10. q.9. Dec. in c. quoniam abbas. col. 7. in fin. verſ. & notandum eſt. n.9. de offic. deleg. Rot. per Cardin. Seraphin. Maceraten. dotis. 10. martij. 1581.* & ita etiam concludit *Franc. in c. ſtatutum. in princ. col. pen. uerſ. quarto aduerte. de reſcript. in 6.* qui nõ tenuit contrariũ *in d. c. dilecti. il 3.* prout ab alijs allegatur, cum ibi nihil determinet, ſed ſolum ſe remittat ad Doctores *in d. c. ſtatutum. & in d. c. quoniam abbas.*

Quod procedit etiam ſi cauſa commiſſa eſſet Epiſcopo, vel Vicario, nam cum literæ fuerint vni
7 eorũ præſentatę, † alter non poteſt ſe intromittere *c. cũ plures. 6. de offic. deleg. in 6.* latè *Surd. conſil.57. n.1. lib.1.* Itaut neq; delegatus Papę
8 ſubdelegãdo poſsit cauſam auocare, † quando ſubdelegatus incępit procedere, niſi adſit clauſula auocãdi in qualibet parte litis *c. quamuis*

6. & c.

6.&c.ſi delegatus.7.de offi.deleg. in.6.
Neq.obſtat quod Epiſcopus poteſt ad libitum re-
uocare Vicarium, cui annectitur delegatio fa-
9 cta, † non ſub nomine proprio Doctor.in clem.
2.de reſcript. Bald.in l. ſol[illegible].n. 6. de offic. pro-
conſ.Panorm.in c.quoniam abbas. num. 2. de of-
fic.deleg. Vnde remouendo ab officio priuat il-
lum iuriſdictione. Ideo multo magis poterit
concedi cognitio.
Quia reſpondetur non propterea concedendum
eſſe quod poſſit de cauſa illi delegata cognoſce
re, Prout dicimus de inquiſitoribus, qui remo-
10 uentur per ſuos Superiores, † non tamen ſe in
gerunt in cauſa illis commiſſa c.uolentes.de hæ-
retic.clem.nolentes.§. notarij. eod.tit. & in ſpe-
cie ita reſpondet Cardin. in clem. 1. q. 9. de re-
ſcript. Vbi etiam Imol. n. 14. in fin. ſubdit pro-
11 cedere, † niſi remotio fieret in fraudem iuriſ-
dictionis delegatæ, quia alias poſſet in eum ani
maduerti tanquam illum turbantem in ſua iu-
riſdictione c.1. de offic. deleg. Ideo Vicario re-
12 moto † cauſa erit de nouo deleganda Franc.
qui dicit menti tenendum in c.ſi ſtatutum.11.col.
penul.verſ.quinto aduerte.num.11. in fin.de re-
ſcript.in 6. Et ratio eſt, quia cauſa commiſſa
Vicario illo remoto non tranſit in ſucceſſorem,
cū eius dignitas ſit perſonalis non habens ſub-
13 ſtantiam per ſe, † quod non eſt in Epiſcopo,
cuius dignitas eo mortuo, ſeu remoto ſubſiſtit
Vnde titulus de officio Vicarij non dicit, quod
officium illius ſit perpetuum, neq. enim Vica-
14 rius dicitur habere ſucceſſorem. † Prout idem
eſt in legato, cum non poſſit Epiſcopus cogi fa-
cere alium Vicarium, neq. Papa alium Legatū
Abb.in c.nouit.de offic.legat.Dec.in c. quoniam
abbas.col.7. in fin. verſ. quarto quod dictum eſt
de offic.deleg.vbi Felin.col.3.ad med.ver.uerum
iſta decretalis.& verſ.ulterius quærunt hic. nu.
7. & 8.
Verum eſſet quod ſi appareret de ſtilo, aut obſer-
uantia alicuius curię delegatio facta Vicario
15 trāſiret in ſucceſſorem, † & illa conſuetudo de-
beret ſeruari Achil. deciſ. 3. de offic. vicar. vbi
quod eſt verior opinio, & de huiuſmodi obſer-
uantia teſtatur Petr.Andr.Gambar. de auctor.
leg. à latir.lib.8.num.97.& 98.tom.13. par.2.
fol.212. vbi quod procedit non ſolum in Vica-
rio, ſed etiam in Legato, qui licèt non habeat
16 ſucceſſorē, prout neq. Vicarius, † tamen quan-
do locus legationis eſt certus, & conſuetum eſt
in eo eſſe Legatos, prout Bononiæ, & Peruſij po
teſt dici, quod tunc habeat ſucceſſorem, & ideo
cauſa vni Legato cōmiſſa poterit cognoſci per
17 ſucceſſorē quemadmodum in Vicario, † quaſi
tribunal, cui datur Vicarius, ſit perpetuū arg.
tex.in l.meminiſſe.10.in princ. ibi cum ſit vnus
proconſulatus.de offic.procōſ.& legat.quod etiā
reperti Idem Gambar. de auctor. legat. de la-
ter. q.35.lib.9.tom.13. par.2.fol. 121.& de hu-
18 iuſmodi ſtilo & conſuetudine docet etiam †
Card.in clem.2.col.3.in princ.n.6.q.5.in fin.de
reſcript. vbi etiam latius ſe remittit ad ea, quæ
dixit in c.quoniam abbas.de offic.deleg. Et de ea
19 dem obſeruātia † teſtatur etiā Rot.per R.P.D.
Cantuec. Siracuſana illegitimitatis. 10. decem-
bris.1575.quæ eſt deciſ. Rota diuerſ.12.p.2. vbi
quod vtraq; opinio poteſt defendi, & quamuis
cōmunis ſententia ſit, quod non cognoſcat ſuc-
ceſſor, tamen de ſtilo non ſeruatur.
Prout etiam quando conſtaret, quod per delegan
tem fuit habitus reſpectus ad tribunal Epiſco-
20 pi, tunc ſucceſſor in Vicariatu cognoſceret, †
ſecus ſi appareret eſſe electam induſtriam per-
ſonæ Vicarij Panorm.in c.quoniam abbas.n.25
de offic.deleg.& eſt æquior opinio, quam ſequi-
tur Rot.diuerſ.deciſ.12.p.2.vt conſulatur expe-
ditioni cauſarum, quarum retardatio non eſt
vtilis, ne lites in longum protrahantur, & hanc
opinionem ſequendam latè cōcludit Gabr. cōſ.
32.n.25.& per tot.lib.2. & ibi etiam n.27.ſub-
21 dit magis prædicta procedere, † poſt latam ſen
tentiam cum ſemper pro validitate actus ſit iu
22 dicandum, quaſi multa facta teneant, † quæ ab
initio fieri prohibentur l. patre furioſo. 8. vbi
gloſ.in verb.retinere. de his qui ſunt ſui uel a-
lien.iur.l.1.§. caſum.& ibi gloſ.in verb.ſungi-
tur.de poſtuland. Quemadmodum regulariter
quando cauſa eſt delegata alicui perſonæ pri-
23 uatæ ſub titulo dignitatis, † eo mortuo ſucceſ-
ſor in dignitate de eadem cauſa cognoſcit,
cum in eum continuetur delegatio, ex quo cō-
tinuat dignitas latè Menoch. de arbitr. iudic.
q.68.n.21.vbi n.23. ampliat idem eſſe, quam-
uis fuerit mandatum negotium facti, per quod
ſignificaretur eſſe electam induſtriam perſonæ.
24 Nam ab initio omnes ſucceſſores, † in dignita-
te dicuntur approbati: Ideo hoc non tranſit in
eos tanquam ſubſtitutos ab ipſo primo electo
ſed tanquam in electos ab ipſomet delegante:
25 Sicut dicimus de feudo conceſſo Caio, † & eius
hæredibus, tunc enim ab initio eſt electa, & ap-
probata induſtria hæredū ab ipſo Domino cō-
cedente, ideo iſti ſucceſſores non poſſunt eli-
gere alterum, qui tanquam ſubſtitutus ſeruiat
Domino Idem, Menoch.conſil.54.n.43.44.
Nec aduerſatur, quod etiam ordinarius poſſit co
26 gnoſcere de cauſis, † ad quas alius deputatur
priuatiuè Bald.in l.2.n.6.C.quand fiſc.vel pri-
uat. per tex. quem dicit ſingularem in §. &
hoc peruenit. verſ.primatibus ciuitatis. auth. ut
null.iudic. Quia procedit quando conſtaret de
27 negligentia delegati, † de qua hic non apparet
& in eo qui acquiſiuit iuriſdictionem contra
Superiorem, qui non eſt caſus noſter, tūc enim
debet eſſe vigil in illa exercenda, ita ut data il-
lius negligentia, abſentia, vel morte poſſit ſu-
perior exercere ex ſua generali iuriſdictione,
& poteſtate, dummodo ordinarius ſit aliàs iu-
28 dex maior, † & generalis loci, in quo ille eſt mi
nor cum alijs requiſitis, de quibus per Felin.in
c.paſtoralis.n.5.col.3.uerſ.tempera iſtas limita
tiones. de offic. ordin. Doctor. in c.cæterum. de
iudic.& in l.teſtamenta.C. de teſtam.& in l.ſi
uacantia. ubi Angel.in repet.nu.59. C.de bon.
uac.lib.10.Surd.conſ.56.n.23. uſq; ad 28.lib.1.
29 Prout † neq; Legatus poteſt ſe intromittere in
cauſis

cauſis delegatis *Franc.in c.dilectis.il 3.n.23.de*
30 *appellat.Abb. in c.ſtuduiſti.de offic. legat.*† ni-
ſi data negligentia Delegati,& in alijs caſibus,
de quibus *per Gambar.de auctor.legat.de later.*
lib.8.n.102.tom.13.p.2.fol.212.& Iudex ſecun-
31 dus non poteſt adiri,†niſi cõſtet de negligẽtia
primi *Rot.per Card. Blãcbet.Vrbinaten. paro-*
chial.1588.& coram R.P.D.Giptio.Ariminen.
canonicatus.29.octobris.1593.cum alijs de qui-
bus infra c.154.

Quo ad ſecũdam nullitatem reſpectu mãdati di-
cebatur illam afficere cum appareat ex actis
procuratorem ſemel recuſaſſe mandatum ac-
32 ceptare;† Vnde non licuit amplius illud ſuſci-
pere *gloſ.*in ſpecie *in c.licèt is.7. in verb. quan-*
diu.de procur.in 6.vbi Franc.*in princ.nu.2.*Mo-
nac.n.3. Et eſt regulare quod ſemel recuſatum
33 non poteſt acceptari † *Caſtrenſ.in l.bonorum.*
*5.ff.rem.rat.hab.*Quia ad perfectionem contra-
ctus requiritur conſenſus ſimultaneus *l. 1. §.*
34 *adeo autem de pact.* † Itaut internallum vnius
diei vitiet ſtipulationem *l. ſi ex duobus.12. in*
princ.de duob.reis.Iaſ.in l.1.§. qui præſens.n.9.
de verb.oblig.Aim.conſ.106. in fin. poſt Angel.
35 *conſ.374.n.4. in princ.* vbi ex hoc † concludit
eum,qui ſemel contrahere recuſauit non poſſe
poſtea pœnitentia ductum acceptare contra-
ctum,niſi nouus conſenſus aduerſarij adhibea-
tur;Quemadmodum nec emptor poterit acce-
36 ptare venditionem altera die, † ſi venditorem
pæniteat *Doct. in d.§.qui præſens.* Prout etiam
dicimus de recuſante ſubire iuramentum obi-
37 tum,† qui non admittitur volens poſtea iura-
re,niſi denuo præſtetur conſenſus per eum,qui
illud iuramentum obtulit *l. non erit.5. §.fin.&*
l.ſeq.de iur.iurand.

Ideo neque Dominus poteſt approbare geſta per
38 Procuratorem,quem antea reuocauerat,† niſi
in proprium præiudicium *Bald.in l.falſus.n.23*
C. de furt. diſtinguendo circa reprobationem
reſpectu negotij, vel perſonæ , *vt per Caſtrenſ.*
in l. diſpenſatorem.92. in fin. de ſolut. poſt In-
noc.in c.ex parte decani.in fin.de reſcript.

Minus eſſet dubitandum,ſi in mandato conſtitua-
39 tur procuraror, & eo recuſante alius † detur;
ſtatim enim quod primus recuſat cenſetur mu-
tata voluntas, & applicatur ſecundo nomina-
to;Itaut primus ſtatim deſinat eſſe procurator,
neque poſsit pænitendo acceptare mandatum.
Quando enim poſt improbationem mutatur
40 voluntas per eum,† qui actum gerit,tunc ſub-
ſequens ratificatio nihil releuat *gloſ.in c.licet.*
in verb.placebit.in fin.vbi Anchar.n.3. de pro-
cur. in 6.

Quæ adeo procedunt, vt ſi duraret voluntas mã-
dantis poſt recuſationem mandati non poſsit
41 acceptari , † niſi in vim noui contractus cele-
brari inter mandantem,& mandatarium tem-
pore reaſſumptionis, non autem mandati *gloſ.*
fin.in c.ſi tibi abſenti.17.& ibi Io. And.de præ-
bend. in 6.

Contrarium tamẽ declaraui, quia poſt recuſatio-
nem mandans perſtitit in eadem † voluntate;
Vnde non poteſt allegari iſta nullitas; Et con
traria procedunt inuito eo , qui actum geſſit,
tunc enim ſemel recuſatum nõ poteſt accepta-
ri,ſecus illo durante in eadem voluntate *Alex.*
conſ. 189.in fin.lib. vbi etiam ſubdit, quod in
dubio non præſumitur mutata voluntas *l. cum*
hic ſtatus.§.1.in fin.de donat. int. vir. & uxor.
l. cum tacitum. de probation. Prob. ad Monach.
*in c.licèt is.n.2. in fin.de procurat. in 6.*vbi di-
cit notandum contra eos,qui dicunt aliquo ſpa
43 tio temporis reuocari mandatum,† cum inſti-
tutio procuratoris nõ dicatur eius naturę,quæ
habeat cauſam ad tempus , quod ipſo iurę ex
tempore perit *Anchar.conſ.63.in fin.*& ita etiã
loquitur *Caſtrenſ. in l.bonorum.n.5.ff.rem rat.*
hab.& gloſ. in d.c.licet is. in verb. quandiu. de
procurat.in 6.

Et facit diſtinctio eiuſdem *Caſtrenſ. in l.diſpẽſa-*
torem. in fin. de ſolut. vbi ſi negotium non eſt
perfectum,quando ſcilicèt perfectio pendet ex
voluntate gerentis,& eius,qui debet ratificare
actum, tunc abſens non acceptans à principio
poteſt mutare propoſitum,quouſq; gerens actũ
permanet in eadẽ voluntate, quia hoc caſu re-
44 peritur concurſus eiuſdem voluntatis in † idẽ:
Quando verò negotium eſt perfectum,quia cõ-
ſiſtit ex volũtate gerentis,& alterius, cum quo
erat geſtum,& conuenit voluntas vtriuſq;,erat
tamen in pendenti actio, ſeu acquiſitio quo ad
tertium,cuius nomine erat geſtum,& tunc ſi il
le tertius vult,quod negotium efficiatur ſuum,
neceſſe eſt , vt à principio ratificet , aliàs cum
ſemel abdicat à ſe reprobando, non poteſt am-
plius fieri ſuum *Surd.conſil.157.n.12. lib.2.*

Ex quibus Dixi confirmãdam eſſe ſententiam,cũ
non obſtent nullitates ſupradictæ ; Et quo ad
merita cauſæ apparet eſſe ſatisfactum credito-
ri,cui licèt deberet fieri ſolutio in pecunia,ta-
men conſtat de alia ſubſequenti conuentione ,
per quam voluerunt partes etiam alio modo
45 poſſe ſatisfieri, † & verbum ſatisfactio latius
extenditur,quam ſolutio, quomodocunque er-
go extinguatur debitum dicitur ſatisfactũ cre-
ditori *l.ſi rem alienam.9. §.omnis. de pignor.*
act.Natt.conſ.426.n.20. Vnde qui promiſit ſa-
tisfacere cum iuramento dicitur adimplere,
46 licèt compenſet fructus pignoris, † quamuis
aliud eſſet ſi promiſiſſet ſoluere Io.*Andr.* in ſpe-
cie *in c.ad noſtram.de iur.iur.* Vbi *Felin.col.3.*
in princ.verſ.dicit ergo.n.12. adducit ſimile de
ſententia,quę condemnat in amputatione mẽ-
bri, ſi non fuerit infra decem dies ſatisfactum:
47 liberabitur enim dando pignora, † cum ſecus
ſit,ſi dicatur niſi ſoluerit *Bart. in l.item libera-*
tur. §.1.n.3.quib. mod.pign.vel hypot.ſoluitur.
Surd. qui de communi *conſ.166.n.30. lib.2.*

Simile eſt quod dicimus de verbis ſatisfacta parte
ſolitis inſeri in litteris gratiæ cõceſſæ delinquẽ
48 ti,† qui liberabitur quocunque modo partem
concordauerit,vel in pecunia, vel pignore, aut
expromiſſore dato *§.vendita. inſtit.de rer. di-*
uiſ.l.quod vendidi.de contrah.empt.& declarat
in terminis *Rebuff. in l.ſatiſdationis.61. col.3.*
in

in princ.in uerb. ſatisfacere. de verb. ſignificat. vbi addit idem eſſe in debitoribus rerum publi-
49 carum ad honores inuitatis, † qui non poterunt illis frui, niſi prius Reipublicæ ſatisfecerint id quod debent, vice enim ſolutionis ſufficiet, vt cauerint aut fideiuſſoribus, aut pignoribus *l. reſcripto §. debitores. & ibi gloſ. in verb. idoneis.*
50 *ff. de muner. & honor.* † Et cauendo quis dicitur ſatisfacere *Abb. in c. fin. §. in alijs. in 2. notab. vt lit. non conteſt.* & voluit *gloſ. in l. 4. §. ait. prator. in uerb. ſatisfacere. ff. de re iudic.* vbi explicat ſatisfactionem pro ſatisdatione, licèt non debeamus hoc ſolum ad illam reſtringere, cum verbum ſatisfacere, vt ſupradictum eſt accipiatur generaliter non tantum per modum cautionis, ſed per pignus, & ſimilia, ex quibus impleatur deſiderium creditoris *l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus. ff. de donat. int. vir. & vxor.*
Neq; obſtat quod ſimus in cõtractibus, in quibus
51 verba ſatisfacere tanquã prolata ab † homine non à lege denotant ſolutionem Bart. *in l. 1. ff. qui ſatisd. cogant. per tex. in auth. ſi quando. C. de conſtit. pecun.* Quia illud procedit quando quis ſe conſtituerit ſatisfacere in pecunia, tunc enim tenebitur ſoluere *§. ad hæc aliud. auth. vt cum de appell. cognoſcit.* Secus ſi promiſerit ſimpliciter ſatisfacere, prout in caſu de quo agi-
52 mus, † nam tunc ſufficit ſatisfieri per quemcunq; modum etiam in contractibus *l. promiſſor ſtichi. 21. §. fin. ff. de conſtit. pecun.* & de veriori opinione teſtatur R*ebuff. in l. ſatiſdationis. 65. col. 3. in verb. ſatisfacere. verſ. tertio fallit. & verſ. nec obeſt. ff. de uerb. ſignific.*
Et magis prędicta habent locum; Nam in con-
53 uentione, † de qua agimus adeſt ſimplex promiſsio de ſatisfaciendo abſque verbo integrè, per quod excluderetur cautio, ſeu pignus *gloſ. in c. penult. in fin. in uerb. ſatisfactum. de immunit. eccleſ. in 6.* Rip. *in c. 1. in gloſ. donec. de iudic.* Rebuff. *in d. l. ſatiſdationis. col. 3. in fin. uer-*
54 *ſic. quarto niſi in lege.* † vbi etiam *verſ. ſecundo flectitur.* addit idem eſſe quando materia ſolùm reſpiceret ſolutionem, vt in re iudicata, ne obligationes oriantur ex obligationibus *l. 4. §. ait prætor. de re iudic. l. licitatio §. debitores. de pu-*
55 *blic. & uectigalib.* † Vel quando vſus communis loquendi reciperet ſatisfactionem pro ſolutione *l. librorum. §. quod tamen. de leg. 3.* & in alijs caſibus, de quibus per *Doct. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cogantur. & per* Rebuff. *in d. l. ſatisdationis. de regul. iur. & de ſentent. executorialib. in 1. tom. comment. in conſt. regn. gall.*

EPITOME.

Rogitus teſtium, an requiratur, vt valeat teſtamẽtum ſecundum diſpoſitionem c. cum eſſes de teſtam. Confitens extra iudicium feciſſe teſtamentum, an excludat ſuſpicionem falſitatis. Inſtrumentum de ſcriptura notarij reperta in filſa quãdo poſsit leuari, ſi illa non adſit in protocollo. Blaſphemia, & peccatum mortale quomodo ſit probandum, vt adimat fidem teſti, & indueat infamiam. Verba quod puniatur pro prima vice an intelligi debeant pro prima vice blaſphemiæ, vel punitionis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, ut ualeat coram parocho, & duobus teſtibus requiritur rogitus teſtium ſaltem præſumptus, uel aliquid tale quod illi æquipolleat. n. 2. & 3.*
4 *In teſtamentis ſubeſt maior ſuſpicio fraudis.*
5 *Rogitus teſtium ad quid requiratur in teſtamentis.*
6 *Teſtamentum non ualet ſi adhibeantur teſtes inuiti.*
7 *Rogitus quando præſumatur, & probetur.*
8 *Rogitus teſtium, an debeat interuenire in teſtamento ad pias cauſas, & inter liberos. n. 9.*
10 *Suſpicio falſitatis, & defectus rogitus teſtium excluditur ſi probetur, quod teſtator faſſus eſt ſe feciſſe teſtamentum extraiudicialiter. Amplia. ut n. 11.*
12 *Pluralitas actuum, perſonarum, aut inſtrumentorum non præſumitur quidquid ſit in rebus.*
13 *Inſtrumentum de ſcriptura notarij exiſtente in filſa quando poſsit leuari, ſi illa non reperiatur in protocollo. n. 14.*
15 *Cartula non conglutinata cum protocollis, ſed de per ſe an faciat aliquam fidem.*
16 *Blaſphemia reddit teſtes inhabiles.*
17 *Teſtes ſingulares ſuper conſuetudine blaſphemandi an probent. & n. 18.*
19 *Qualitas teſtis blaſphemi, eſt probanda de tempore depoſitionis. Idem in alio defectu. n. 20.*
21 *Condemnatio an requiratur cõtra blaſphemum vt poſsit dici infamis. n. 24. 25.*
22 *Pœna contra blaſphemos de qua in conſtitutione* Pij *V. qualis ſit, & an uerba illa pro prima vice intelligantur pro prima vice blaſphemia, vel punitionis. n. 23.*
26 *Blaſphemia per iracundiam non reddit quem inhabilem à teſtificando.* Declara, *vt n. 27. & 28.*
29 *Conſuetudo peccandi attenditur ad cognoſcendum, vt quis repellatur à teſtimonio.*
30 *Teſtis non communicatus quamuis confeſsus à teſtimonio reijcitur.* Fallit. *n. 31.*

CAPVT XCIII.

ROgitum teſtium ſaltem pręſumptum, vel aliquid tale, quod illi æquipolleat Dixi
1 requiri, † vt teſtamentum valeat ſecundum diſpoſitionem *c. cum eſſes. de teſtam.* coram parocho, & duobus teſtibus. Nam *in d. c. cum eſſes.* mandatur, quod ſint idonei teſtes, vnde intelligitur de idoneitate conſiderata à iure, cum enim iſta ſolemnitas non reperiatur correcta à canone illi ſtandum eſt *c. 1. de nou. oper. nunc. l. præcipimus. C. de appellat.* & ita concludunt communiter *Doctor. in d. c. cum eſſes.* & ſequitur *Alex. conſ. 70. viſo conſilio. in fin. nu. 21. lib. 2. Spin. de teſtam. gloſ. 31. princip. nu. 29.* vbi quod tam in foro eccleſiaſtico, quàm ciuili teſtes debent

2 bent eſſe rogati,† & iſta eſt verior opinio,quam
etiam ſeruat *Rota coram* R. P. D. *Giptio Peru-
ſina bonorum. 7. februarij.* 1583. vbi tamen re-
ſtringit non procedere, quando ex circunſtan-
3 tijs tacti facilè præſumi potuiſſet, † quod tales
teſtes interuenerunt in huiuſmodi teſtamento
non tranſeuntes, & fortuito.

Non obſtant contrarium ſequentes,de quibus *per
Ludouic. conclus.63. limit. 2. verſ. contrarium*.
Quia loquuntur contra opinionem communem,
& magis veram non ſolùm ob rationes ſupra-
4 dictas, ſed etiam † quia in teſtamentis ſubeſt
maior timor falſitatis, fraudis, & ſuſpicionis,
ideo cautius eſt agendum adhibendo rogitum
teſtium. per quem tollitur omnis ſuſpicio *arg. l.
pamphilo liberto. §. propoſitum. de leg. 1. Spin. de
teſtam. gloſ. 31. n. 29.*

Maximè quia rogitus teſtium in teſtamentis re-
quiritur, vt appareat verba proferri a teſtato-
5 re animo deliberato, † non perfunctoriè, aut
blandiendo *l. diuus. 25. de milit. teſtam.* quæ de-
liberatio ſatis oſtenditur per rogitum teſtium
*Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.
9. tit. 11. n. 14.* vbi etiam addit magis eſſe neceſ-
6 ſarium d. rogitum,quia ſi inuiti †adhiberentur,
non valeret teſtamẽtum *l. qui teſtamento. §. fin.
de teſtam. Abb. in c. 2. n. 16. de his quæ met. cauſ.
Farinacc. de oppoſ. contra perſon. teſt. n.* 136. vbi
7 multa † quando præſumatur adhibitus rogitus
& quo modo probetur *Maſq. de probation. con-
clus.* 1354.

Amplius etiam dicebatur, quod in teſtamentis ad
8 pias cauſas † eſſet neceſſaria iſta ſolemnitas ro-
gitus teſtium *Boer. decis. 34. nu. 5. Rom. in auth.
similiter. ſpecial. 11. ad leg. falcid.* Licèt hoc non-
ſit tutum, cum verior ſit opinio non requiri d.
rogitum in huiuſmodi teſtamentis *Couar. in c.
relatum. il primo. n. 4. de teſtam. Coſt. in c. ſi pa-
ter. in verb. in ſuo teſtamento. nu. 9. eod. tit. Clar.
in §. teſtamentum. q. 6. nu. 3. verſ. ſecundo infer-
tur. Alex. conſ. 131. ſuper themate. col. 1. verſic. ſe-
cundo præſuppono. num. 2. lib. 7.* Prout neque in
teſtamento inter liberos, in quo quemadmodũ
9 non requiritur numerus teſtium,† Ita neque ro-
gitus *gloſ. in l. fin. §. vlt. C. de codicil.* Bened. qui
de communi *in c. raynutius. in verb. teſtamen-
tum. el 1. num. 38. & 59. de teſtam. Spin. eod. tit.
gloſ. 31. n. 47.*

In cauſa tamẽ de qua agebamus licèt de huiuſmo-
10 di rogitu non appareret† nihilominus quia per
teſtes probatũ fuit, quod teſtator extra iudiciũ
faſſus eſt ſe condidiſſe teſtamentum, & de ſuis
bonis diſpoſuiſſe, Dixi ex hac confeſsione col-
ligi veritatem teſtamenti, itaut excludatur
omnis ſuſpicio, aut cõiectura,& præſumptio fal-
ſitatis, ſeu alterius cauſæ, quæ contra idem te-
ſtamentum poſſet allegari, quaſi illa confeſsio
reddat iudicem certum, quod ipſe,& non alius
rogauit teſtes, & teſtamentum condidit, prout
in puncto concludit *Pariſ. conſ. 33. in fin. verſic.
vltimo aduertendum eſt. lib. 2. Aim. conſ. 65. n. 7.
verſ. quarto probatur.*

Quæ etiam procedunt,quamuis in iſta confeſsione
non fuerit expreſſum nomen notarij, diei, aut
11 loci,† in quo fuit factum teſtamentum, nam
illa ſemper debet trahi ad iſtud teſtamentum, &
non ad aliud, cum pluralitas actuum perſona-
12 rum, aut inſtrumentorum non præſumatur, †
quidquid ſit in rebus *Bald. in l. neq; natales. 10.
n. 2. in fin. col. pen. in princ. verſic. poteſt tamen
dici. C. de probat. Natt. conſ. 53. nu. 4. Aim. conſil.
198. n. 1. Becc. conſ. 147. nu. 7.* & in proprijs ter-
minis ita concludit *Neuiz. conſ. 24. n. 14.* & la-
tius *Surd. conſ. 173. n. 42. & 43. lib. 2.* vbi etiam
nu. 44. ampliat prædicta non ſolum habere lo-
cum ad euitandum falſum, ſed etiam ad indu-
cendam probationem *Ruin. conſ. 51. n. 20. lib. 5.*

Ideo etiam dicimus,quod ſi in libro protocolli nõ
adſit aliquod inſtrumentum,ſed inueniantur in-
ſtrumenta præcedentis, & ſequentis diei non
poterit leuari inſtrumentum de ſcriptura eiuſ-
13 dem notarij reperta in filſa, † ſi non reperitur
in protocollo,quamuis notarius ſub ea ſcriptu-
ra atteſtetur de rogitu *Ancbar. conſil. 431. præ-
14 miſſa ſine allegationibus. in princ.*† Quod ta-
men non procedet,quando reperiretur alia ſcri-
ptura authentica eiuſdem notarij, in qua face-
ret mentionem de illo inſtrumento, tunc enim
poterit leuari, quamuis non ſit in protocollo
Menoch. de arbitr. caſ. 187. nu. 33. ſequitur *Surd.
conſ. 163. n. 42. poſt med. verſ. facit quod voluit.
lib. 2.*

Prout etiam videmus, quod licèt vna cartula non
conglutinata cum alijs codicibus, vel protocol-
15 lis, † ſed de per ſe, non faciat aliquam fidem
Corn. conſ. 94. nu. 2. lib. 4. Tamen ſi probetur te-
nor illius per teſtes, ſublata eſt omnis præſum-
ptio, & macula, & probabit non ſecus, ac ſi eſ-
ſet reperta in protocollo *Boer. decis. 36. & vi-
detur dicendum. in princ. n. 2. verſ. & inde ſin-
gulariter.* Quaſi non fuerit poſita in protocol-
lo propter negligentiam, & imbecillitatem me-
moriæ tabellionis, quæ non debet nocere veri-
tati, & partibus contrahentibus *Menoch. d. caſ.
187. n. 33. ad fin.*

Non obſtat blaſphemia oppoſita contra teſtes de
16 huiuſmodi confeſsione deponentes, † quæ red-
dit illos inhabiles ad teſtificandum *Rol. conſ. 63.
n. 25. lib. 2. Io. de Amic. conſ. 78. nu. 8. per tex. in
auth. vt non luxur. contr. natur. verſ. docemur
enim*. Quia teſtes deponunt de conſuetudine
blaſphemandi, & ſunt ſingulares,cum vnus di-
cat de vno actu,alter de alio,quo caſu non pro-
17 batur illa conſuetudo,† quaſi ſinguli actus de-
beant probari per duos teſtes *Alex. conſ. 71. in-
ſpecto diligenter. per tot. lib. 1. Decian. in pract.
crimin. lib. 6. c. 4. n. 8. Maſq. conclus. 194. nu. 2.* li-
cèt *Rimin. Iun. conſ. 7. n. 71. & 83.* contrarium
18 ſequatur. † Maximè quando ageretur de adi-
menda fide teſtium reſpectu probationis, non
autem quo ad puniendum,quaſi tunc potius ad-
mittatur prima opinio, quod ſufficiant teſtes
ſingulares *Clar. in §. fin. q. 53. n. 18. & 19. verſ.
dixi etiam contra*.

Præterea quidquid ſit de prædictis, non fuit pro-
batum, quod teſtes ſint blaſphemi tempore de-
poſitionis,

Digitized by Google

19 poſitionis, † quod tamen requirebatur, quaſi
non ſufficiat ſimplex probatio blaſphemiæ, cum
qualitas teſtis ſit inſpicienda tempore, quo te-
ſtificatur *Alex. conſ. 5.n.9.lib.1. Dec.conſ.162.*
in cauſa matrimoniali. col.9. n.20.verſ. quarto
non deponit.& col.11. n.24. verſ. quia reſpon-
detur.Maſquar.concluſ.995.num.6.lib.2. Pro-
20 ut regulare eſt, † vt excipiens de inhabilitate
alicuius debeat probare tempus iuſiurandi, &
depoſitionis *l.1. §. duæ cauſa de carbon. edict.*
l.teſtium.§. ad conditionem. ff. de teſtam. Rol.
conſ.41.n.43. lib.1.Maſq.cõcluſ.26.verſ.quar-
to hoc te velim.
Addebatur non conſtare de condemnatione, quæ
21 requiritur cõtra blaſphemum, † vt poſsit dici
infamis Couar. *in c.quamuis.p.1.§.7.n. 12. de*
pact. in 6. Caſtrenſ. *in l. improbum fænus. 20.*
in princ.& ibi Bald. *n. 2.C. ex quib. cauſ. in-*
fam.irrog. Ideo dum in conſtitutione Sanctiſ-
ſimæ memoriæ Pij Quinti de anno 1566. p. 2.
22 fol. 924. † diſponitur quod in laico puniatur
blaſphemia pro prima vice in ſcutis 25. ſecun-
da vice in ſcutis quinquaginta, tertia vice in
ſcutis centum iuncto exilio, & infamia, & quo
ad plebeium, & exiſtentem non ſoluẽdo in alijs
pœnis, de quibus in eadem cõſtitutione, de qua
23 *per Farinac.q.20.n.67.* † illa verba prima vi-
ce intelliguntur pro prima vice punitionis, nõ
autem blaſphemiæ *l. capitalium. 27. §. ſolent.*
de pœnis. c. graue ibi.poſt primam & ſecundam
correctionem. de præben. Auendan. de exequen.
mand. p.2.c.9.
Quamuis hoc non ſit tutum, quia de Iure Cano-
24 nico non requiritur, † quod teſtis ſit damna-
tus per ſententiam de crimine ad hoc vt repel
latur, dummodo verè ſit criminoſus *c.ſuper eo.*
il 1.de teſtib.c teſtimonium.54. vbi Felin.*nu.8.*
col.3. verſ.ſecundo declara.eod.tit. Alex. *conſil.*
152.*viſo proceſſu cauſæ.n.8.col.3.ad med. lib.5.*
25 Matheſil.*not.49. nota quod omnes.* † licèt con-
cordando opiniones poſſet dici quod blaſphe-
mator publicus abſq; condemnatione ſit infa-
mis, cum in alijs hoc non procedat, ſed requi-
ratur ſententia declaratoria, prout concludunt
Salic.*& alij in d.l.improbum.*& declarat Lam-
berteng.de contract.mulier.gloſ.22.n.10.verſic.
*quas diuerſas.*Farinac.*q.56.nu.420.*
Accedat quod blaſphemia prætẽſa probatur fuiſ-
ſe per iracundiã, quæ nõ facit aliquem blaſphe
26 matorem, † aut punibilem, nec repellit à teſti-
ficando ſecundum *Dec.conſ.162.n.20 col 9. ad*
*med.verſ.non obſtat illud.*Maxime quando ira-
27 cundia non oritur ex cauſa ludi, † tunc enim
tanquam proueniens ex facto illicito non poſ-
ſet excuſare *Felin.in c.ſicut.nu.30. de iur. iu-*
rand. Farinac.*q. 20.n.48.& 49.*vbi etiam re-
28 quirit, † quod procedat ex iuſta cauſa, & ſit
talis ira, quæ hominem alienet à ſuo ſenſu. Et
in iſtis delictis requiritur conſuetudo, & perſe-
29 uerantia, † prout dicimus de exiſtente in pec-
cato mortali, in quo attenditur dicta conſuetu-
do ad cognoſcendum an repellatur à teſtimo-
nio Felin. *in c. teſtimonium. 54. de teſtib.* Vn-
de ſi ex dicto teſtis colligatur aliquid, quod ſo-
net in conſuetudinem blaſphemiæ repellitur,
& diminuitur fides *Caſ.de Graſ. decis.75.n. 8.*
& decis.78. nu. 2. vbi quod teſtis qui non fuit
30 communicatus reijcitur à teſtimonio, † quaſi
perſeuerãs in peccato, nec Deo, nec hominibus
poſsit eſſe fidelis *Pariſ.conſil.58.num.83.lib.4.*
*Gramm.conſ.38.n.5.*Itaut neq; cauſa, ob quam
non fuit teſtis communicatus excuſet, quamuis
ſit confeſſus, Quidquid dicat *Soccin. Iun. conſ.*
31 *32.nu.26.lib.2.* † Quia intelligitur dummodo
oſtendatur licentia, aut tollerantia ſui Ordina-
rij, vel Parochi, tunc enim excuſabit, alias non
Caſ. de Graſ.d.decis.78. in fin.

E P I T O M E.

Expenſæ funeris, & infirmitatis quibus creditori-
bus ſint præferendæ, & an procedat tàm in hæ-
rede quàm in illo, qui ei mutuauit ob dictã cau
ſam, & quomodo idem mutuum debeat proba-
ri. Funeraria quæ dicantur, & in eis quis Iu-
dex ſit competens. Succeſſor in beneficio fidei-
commiſſo, & maioratu ad quæ debita prædeceſ
ſoris teneatur. Salarium Vicarij an poſſit dici
voluntarium debitum ſeu neceſſarium. Pen-
ſio an intelligatur aſſignata loco alimẽtorum,
& vbi debeat ſolui, & in qua moneta, & quid in
frumento, vino, oleo, & ſimilibus quando poſ-
ſit pro eis ſolui æſtimatio, & intereſſe. Fo-
renſes, & viatores vbi ſint ſepeliendi. Pro ſe-
pultura quãdo teneatur quis ſoluere quartam
parochialem. Pater an poſsit eligere ſepul-
turam pro filio, & quid in amicis.

S V M M A R I V M.

1 *Expenſa funeris an ſit præferẽda quibuſcunq;*
creditis anterioribus tacitam, & expreſſam
hypothecam habentibus tam ſi fiat per hæredẽ
quam per tertium.n.2.5.6.7.8.9.& 10.
3 *Dictio, ſemper, ſignificat perpetuitatem, & ſuc-*
ceſsionem temporis.
4 *Fauor funeris concernit publicam vtilitatem.*
11 *Creditor mutuans hæredi pecuniam pro impẽ-*
ſa funeris præfertur expreſſa hypotheca.: &
nu. 12.
13 *Mutuum factum viro, ſeu patri tempore cari-*
ſtiæ præſumitur cõuerſum in vtilitatem vxo-
ris, & filiorum, ad quos in ſubſidium ſpecta-
bit reſtitutio pecuniæ mutuatæ.
14 *Expenſæ infirmitatis an gaudeant priuilegijs*
funeris, & præualeant expreſſæ hypothecæ. &
num.16.
15 *Reipublicæ intereſt non minus viuentes conſer*
uari, quam mortuos ſepeliri.
17 *Funeraria quæ ſint. & n.18. & quis in illis*
ſit iudex. nu 19.
20 *Succeſſor in beneficio an teneatur ad impẽſas fu*
neris, & infirmitatis prædeceſſoris. n.21. 22.
23 *Conſanguinei poſſunt repetere expenſas factas*
in funeralibus à ſucceſſore in beneficio, vel
ab Eccleſia.

24 Epiſcopus poteſt eligere ſepulturã, et expẽſa pro eo deferendo ad locum electum erit neceſſaria.

25. Conſanguinei ſuccedentes clerico quãdo teneãtur ad impenſas funeris. n. 26. 27. et 28. & 29.

cauſa, donatio non dicitur ſimplex, quicquid
partes dicant purè, ſimpliciter & libere *Becc.*
conſ.20.n.21.

Amplius licet fuerit facta promiſſio de habendo
ſemper ratam donationem, & illam non reuo-
35 cando, etiā ſi cõtingeret à religione exire; † Ta-
men erit locus reuocationi, cum hic ideo di-
xerit donans, quia firmiter credidit ſe non eſſe
à religione egreſſurum, cum alias non ſit præ-
ſumendum velle in ſeculo remanere ſuis bonis
ſpoliatum *Soccin. conſ. 183. num.3.lib.1.* Vnde
talis clauſula nõ alterat naturā donationis, pro-
ut in ſpecie cõcluſum fuit *per Rot corā* R.P.D.
Lancellotto Romana *domorum ſeu ſpolij.16. de-*
36 *cembris 1605.* † Exemplo pacti de non reuo-
cando donationem etiam ex cauſa ingratitudi-
nis, quod non tollit reuocationem donationis
ſi illa ſequatur *Rip. in l. fin.q.54. n.181.* C.*de*
37 *reuocand donat.* † Etiam ſtante iuramento *Ti-*
raq in.l ſi unquam. in præfat n. 155.C. eod tit.
Intelligendo quando ingratitudo committitur
per dolum, quia tunc non poſſet remitti, nec iu-
38 ramentum aliquid operatur, † cũ verus dolus
futurus non valeat remitti, alias ſi ingratitu-
do committeretur per dolum præſumptum, aut
latam culpam valebit remiſſio, cum ſit locus
remiſſioni doli præſumpti, & latæ culpæ de fu-
turo, quia non inuitatur quis ad delinquendum
ſecundum opinionem, de qua per *Seraphin.pri-*
uil.iurament.107.num.10. uerſ.ſecundo cogita-
bam. cum regulariter ſtante clauſula non re-
uocandi propter ingratitudinem non poſſet de
ea opponi *Bertazol.conſ.ciuil.84.n.39.* Et mul-
ta quando reuocetur donatio ob ingratitudi-
39 nem; † quamuis ex dicta cauſa promiſſum fue-
rit non reuocari etiā ſtante iuramento *Claud.*
ad. Bertazol. conſ. crimin. 391. uerſ. pro. deci-
ſione.

ſione. Et quando dolus verus, & præſumptus poſſit remitti latè *Rebuff. in l.boues.89.§.inter edere.col.11.uerſ.incontrarium eſt verior.opinio ff.de verb.ſignif.*

Minus obſtant aliæ cauſæ, ob quas præſupponitur fuiſſe donatum, Quia dilectio, & amor paternus fuit cauſa, vt potius ei, quam alij fuerit facta donatio; Tamen cauſa finalis, & vera fuit ingreſ
40 ſus religionis, † Vnde illa tanquam principalis debet regulare diſpoſitionem *Aim. conſ.192.n. 21.Afflict.deciſ.127.n.2.* Itaut illa dicatur cauſa finalis, & vera, † quæ arctat ad faciendum, & ſine qua aliàs facturus non fuiſſet *Bart. in l. ſi cum te.52.n.3.& ibi Caſtrenſ.num.3.ff.de pact. Soccin. conſ.183.n.3. verſ.poſtremo. lib.2.Aim. conſ.142.n.9.* Immo quando cauſa eſt talis, qua ceſſante quis non eſſet donaturus, tunc ſemper
42 dicitur finalis non impulſiua, † & ſi eſſet impulſiua, ea qualitate adiecta, efficitur finalis *Bald. in l.falſam.n.2.C.ſi ex falſ. inſtrumen.Roland. conſ.44.n.24.lib.4.Natt.conſ.609.n.10.Burſat. conſ.304.n.10.lib.3. Fab.Ann.conſ.134.nu.12. lib.2.*

E P I T O M E.

Coniunctus quando admittatur pro coniuncto, & quid ſi adſit procurator. Iuramentum an poſſit deferri per coniunctum, & quando recuſari poſſit, ſi vnus ex pluribus creditoribus illud deferat. Mandatum ad iurandum, & opponendum crimina quale debeat eſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Coniunctus admittitur pro coniuncto tam deſcendens, quam tranſuerſalis uſq. ad decimum gradum.* Intellige.*ut n.2. & 3.*
4 *Coniunctus non admittitur ſi adeſt procurator quamuis ſimus in cauſa priuilegiata alimentorum.n.5.* Declara.*ut n.6.& 9.*
7 *Praferendus eſt habens meliora iura.*
8 *Iudex non inquirit, niſi prius citetur offenſus, an uelit accuſare.*
10 *Coniunctus non poteſt offerre iuramentum in cauſa coniuncti.n.11. Et quid in filio. nu.12. & 13.*
14 *Mandatum generale ad iurandum an ſufficiat & n.15.18.20.& 21.*
16 *Dictio nominatim, ſeu expreſsè intelligitur pro ſpecialiter.& n.17.*
19 *Habens mandatum cum libera poteſt deferre iuramentum.*
22 *Procurator an admittatur ad opponendum crimina ſine ſpeciali mandato.& n. 23.*
24 *Vnus ex pluribus haredibus creditoribus non poteſt deferre iuramentum debitori. n.25.*
26 *Iuramentum non poteſt recuſari, & quid quādo eſt ius connexum, & dependens à iure alterius, & n.27.*
28 *Sententia lata pro coniuncto contra coniunctū non nocet domino.*

C A P V T XCVII.

1 Rectè egiſſe dicebatur Antonium tanquam coniunctum pro coniuncto, † cum huiuſmodi perſonæ de iure admittantur ſiue ſint deſcendentes, ſiue tranſuerſales vſq. ad decimum gradum *Innoc.in c.nonnulli. in fin. de reſcript.* Maximè cum ſimus in cauſa recipiente æſtima-
2 tionem, † & præceſſerit cautio rati, quia ſi non eſſet talis non admitteretur *Iaſ. in l. exigendi.*
3 *n.9. C. de procurat.* † Præſertim, quia actum fuit contra non coiunctum, neque enim eſt probata prætenſa paritas coniunctionis, quæ ſi adeſſet cum repelleret *argumento l. non ſolum. 67.§.de uno dubitari.de rit.nupt. Caſtrenſ.in l. ſed & hæ.in prin.de procurat.Marſil.in l.1.§.eū qui latrones.in fi.n.12.de quæſt.*

Contrarium Dixi. Primo quia aderat procurator
4 † quo caſu non admittitur coniunctus *Specul. de coniunct. perſon. verſ. item qui agit. Angel. in l.cum prætor.de iudic.Felin.in c.coram.col.1. ad med.uerſ.ſecundo fallit.num.3.de offic.deleg.* Nam prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, quamuis ſimus in cauſa priuilegiata, prout in alimentis, in quibus licèt coniunctus admittatur etiam ſine cautione de ra-
5 to, † tamen non poterit agere, quando extaret curator, cum regulariter illo exiſtente non admittatur, quia mandatum expreſſum facit ceſſare tacitum *Sur. de alim. tit.3. q.8. numer.21.*
6 Dummodo iſte curator, † ſeu procurator non eſſet negligens, ſi enim non eſt in mora veniendi in iure communi, non admittitur, qui venit iure ſpeciali *Bald. in l. ſenatus conſulto.5. in princ. uerſ. uel dic quod eſt ſpeciale. C. qui accuſ. non poſſ.Imol. in c.ex parte decani.33. col.penult.de reſcript. per l. ſepulchri uiolati actio. in princ.*
7 *ff.de ſepulcr.uiolat.* † quaſi præferendus ſit, qui habet maiora iura, & melius fundamentum de iure communi *gloſ.in c. presbyter ſi à plebe. 2.*
8 *q.5.in uerb.ſuſpendatur.uerſ.hic colligitur.* † vbi de iudice qui non inquirit, niſi prius citetur offenſus, an velit accuſare *Idem Bal. in d. l.ſenatus conſulto in princip.uerſ.ſimile dicit per tex. in l.1.§.denunciari.de uentr. inſpic.l.ſi tamen. de leg.2.l.quamuis adulterij.30.C.ad leg.iul.de adulter.* & voluit etiam *Caſtrenſ.in l.ſi longius.*
9 *de iudic.* † vbi ſtante negligentia procuratoris admittitur coniunctus, ſequitur *Fel. in c. coram n. 3.in fi.de offi.deleg.*

Secundo quia vltra actionem intentatam fuit etiā
10 præſtitum iuramentum, † quod coniunctus nō poteſt offerre in cauſa coniuncti. Requiritur enim mandatum ſpeciale ad iurandum, ſiue ſimus in iuramento calumniæ, ſiue in litis deciſiuo *l. iuſiurandum quod ex conuentione. 17. §. procurator.ubi Caſtrenſ.de iur.iur.Iaſ.in l.exigendi.n.9.uerſ.quarto fallit.C.de procur. Surd.*
11 *conſ.190. n.2.in fin. lib.2.* † vbi in iuramento deciſiuo dicit eſſe textum notandum *d.§.pro*
12 *curator.* Quamuis eſſemus in filio, † qui non defert iuramentum in cauſa patris *l.nec filius.ubi*
13 *Bald. C. de reb. credit.* † Niſi ratificetur delatio

tio *Iaſ.in d.l.exigendi. nu 9.* cum enim ſit actus
preiudicialis meritò mandatum in ſpecie re-
quiritur *Caſtrenſ.in d.§.procurator.colum.1.in
prin.verſ.ſecundo loquitur.*

Amplius dicebatur neque ſufficere mandatum ad
iurandum in litem; vel quodlibet iuramentum
14 præſtandum, † cum etiam requiratur manda-
tum in indiuiduo ad ſic iurandum *Plot.de in lit.
iur.§.32.nu.5.Surd.conſ.190.nu.2. in fin.lib.2.
per tex.in l. iuſiurandum quod ex conuentione.
§.procurator.de iur.iur. uerſ.ſi id ipſum nomi-
natim mandatum ſit* prout declarat *Iaſ.in d.§.
procurator.*

Hoc tamen non eſt tutum cum verior ſit opinio
15 quod ſufficiat mandatum ad iurandum, † licèt
non fuerit in indiuiduo. Quia ſunt plures ſpe-
cies iuramenti, vnde mandatum non debet re-
ferri magis ad vnam ſpeciem, quam ad aliam,
16 & dictio illa, nominatim, † de qua *in d.§.procu-
rator.* intelligitur pro ſpecialiter *l.2.de liber.&
poſth.l. hæres ſeruus.cum gloſ. de euiction.* ſicut
17 dicimus de verbo expreſsè, † quod accipitur
pro ſpecialiter *Dec. conſ 10.col.4. ad fin.uerſic.
nam cum agatur de corrigendo. poſt Ang in §.
18 illud auth.de trient. & ſemiſſ.* † & in terminis
de veriori opinione teſtatur *Seraph.priui.iura.
111.n.4. uerſ. ſed ego reſpondeo* Quare etiam
habens mandatum cum libera poteſt deferre iu-
19 ramentum, † cum poſſit omnia, quæ manda-
tum ſpeciale requiritur *Aim.conſ.278. col.1.ad
med.uerſ.nam ſindicus uniuerſitatis.* Idem *Sera-
20 phin. d. priuil.111. num.4. uerſ.concludo.* † Et
quamuis *Couar.in c.quamuis.p.1.§.5. in fin.de
pact.in 6.* atteſtetur de magis communi, & ve-
riori opinione, quod requiratur mandatum in
21 indiuiduo ad ſic iurandum. † Tamen in praxi
contrarium ſeruatur, prout de huiuſmodi ob-
ſeruantia docet *Matheſ. ſing. 149. nota quod ſi
dominus. Cappell.* Tholoſ.*deciſ.132. & ibi Addit.
22 n.1.* Exemplo procuratoris, † qui non admit-
titur ſine ſpeciali mandato ad opponendũ cri-
mina, & defectus contra electum *c.ſuper his. de
accuſat.* Tamẽ admittetur ſi habeat ad hoc pro-
23 curatorium, † quamuis crimina non ſpecificen-
tur *Innoc.in c.1.in fi.de elect.in 6.Card.in clem.
non poteſt.q.2.& 12.*vbi de veriori opinione te-
ſtatur *de procurat.*

Tertio quamuis iuramentum etiam eſſet delatum
24 ab habente facultatem deferendi, † Tamen
quia aderant plures hęredes creditores, & fuit
actum, & delatum iuramentum nomine vnius
ex creditoribus potuit debitor iuſte iuramen-
tum recuſare. Ratio ne alijs poſtea agentibus
detegatur periurium, quo caſu, vt euitetur tur-
pitudo admittitur iſta recuſatio, cum fama ſit
omnibus rebus anteponenda, ita in ſpecie con-
cludit notabiliter *Bart.in l. iuſiurandum quod
ex conuentione.17 §.procurator.n.4. col.3.uerſ.
primo quando quis probabiliter.ff.de iur.iuran.*
25 cuius opinio eſt verior, † quicquid contrarium
ibi dicat *Caſtrenſ.* vt teſtatur *Oſaſc.deciſ.11.per
tot.Purpur.in l.manifeſta.n. 26.de iur.iur.* Li-
cet enim plerunq. poſſit eſſe ſuſpicio, ne iurans
detegatur in periurio; Tamen non ita facile
hoc poteſt occurrere, quando ius alterius eſt ſe
paratum, & diſiunctum à iure deferendi iura-
mentum, prout eſt probabilibus, & magis ſpes
de proximo, vbi ius alterius eſt connexum, vt in
pluribus hæredibus, ex quibus credendum eſt,
quod alij ſint parati agere contra eundem de-
bitorem *Alex* in ſpecie *in d.§.procurator.col.1
in fin. verſ.tamen illamet opinio* vbi quod con-
26 cluſio illa, † vt non poſſit recuſari iuramen-
tum procedit, quando contingit alia cauſa mo
uenda cum perſona non habente ius connexum
& dependens à iure iſtius, cui defertur iuramẽ-
tum de eo, quod concerneret periurium iuran-
tis Quia tunc acta in vna cauſa non faciunt præ
27 iudicium in alia, † ſecus autem quando ſumus
cum altera perſona habente ius connexum, &
dependens, quia in hoc caſu erit licita recuſa-
tio ſecundum opinionem *Bart. in d.§.procura-
tor.* quaſi tunc acta in vna cauſa noceat in alia,
tanquam connexa, & dependente, & ſequitur.
Sur.conſ.190.n.10. lib.2.

Ex quibus reuocaui ſententiam D. Iudicis à quo,
28 cum etiam † ſi feratur contra coniunctam per-
ſonam pro coniuncto non noceat domino *Bald.
in l.1.in princ.C.quibus res iudic.non noc.*

E P I T O M E.

Promiſſio tertiæ partis bonorum datorum in do-
tem poſt mortẽ donãtis an trahatur ad quęſita
poſt factam donationem, & an operetur effectũ
dilatiuum, vel ſit donatio cauſa mortis. Di-
ctiones ſua, ipſius, & ſimiles quando reſtringãt
diſpoſitionem ad bona præſentia. Legatum an
ſit intelligendum de bonis tempore teſtamen-
ti, vel mortis teſtatoris. Et quid in obligatio-
ne, & donatione omnium bonorum. Dos an
dicatur ex titulo lucratiuo, & quando ſit priui-
legiata ita, vt veniant futura.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio qualibet intelligitur de præſentibus
non de futuris.*

2 *In donatione ſolum ueniunt bona exiſtentia
tempore contractus.*

3 *Pater poteſt donare unciam filio naturali.*

4 *Dictiones, mea ſua, & ſimiles reſtringunt di-
ſpoſitionem ad præſentia.*

5 *Fideiuſſor obligatus pro debito patris ſui an re-
ſtringat obligationem ad tempus præſens.n.6.*

7 *Dictio ipſius importat dominium.*

8 *Legatum de omnibus bonis an reſtringatur ad
bona exiſtentia tempore teſtamenti. & nu.11.
12.13.& 14.*

9 *Legatum pecuniæ, quæ ſuperest ſolutis debitis ta
lis hoſpitalis an intelligatur de debitis, quæ
aderant tempore teſtamenti.n.10.*

15 *Tempus præſens an extendatur ad futurum tã
in contractibus, quã in ultimis uoluntatibus,
& uerbis tàm collectiuis, quàm indefinitis, &
quid in primogenitura.n.16.*

17 *In contractibus ſit ſtrictior interpretatio.*
18 *Obligatio omnium bonorum comprehendit futura.n.19.& 20.*
21 *Donatio omnium bonorum valet.*
22 *Donans bona poſt mortem non intelligitur donare futura.& n.23.*
24 *Verba poſt mortem an reſpiciant ſolùm dilationem.vel faciant, vt dicatur donatio cauſa mortis n.25.& 26.*
27 *Donatio ob cauſam dotis dicitur mera liberalitas.& n.28.*
29 *Bona futura non veniunt etiam in materia fauorabili,vbi agitur de magno præiudicio.*
30 *Coniunctio ſanguinis non eſt conſideranda,ad hoc vt tempus futurum comprehendatur.*
31 *Legatum quando ſit ampliandum ratione affectionis,ſeu conſanguinitatis.n.32.*

CAPVT XCVIII.

IVdicauit D Iudex à quo promiſſionem tertiæ partis bonorum in dotem datorum poſt mortẽ donantis trahi ad futura, & queſita poſt factam donationem, & cum dubitaretur an ſẽtentia eſſet confirmanda Dixi negatiuè; Nam ſumus in actibus inter viuos,in quibus trãsfertur dominium,& tractatur de præiudicio illius qui donauit: Vnde non eſt dicendum,quod fuerit cogitatum de futuro, Imò debemus ſumere interpretationem, vt donatio minus lædat do-
1 nantem,† pront regulare eſt,vt quælibet diſpoſitio intelligatur de præſentibus,non de futuris *l.ſi ita legatum.8.de aur.& arg.leg. Rom.ſing.503.Soc.Iun.conſ 99.lib.3.per tot.Put.decıſ.154 n.3.lib.1.latè* Menoc.*præſump.127.n.9.cum ſeq. lib.4.Sur.* qui multis ſimilibus comprobat *cõſ.27.n.5.& 6.lib.1.*
Et in ſpecie donationis,de qua agimus, quod ve-
2 niant ſolum bona tempore contractus † exiſtẽtia concludit Cin. *in l.vlt n.6.in fi.*C.*de pact. vbi* Alex.*n.3.* dicit notandum,& ſequitur Dec. *ibid.n.19 Sur.conſ.216.n.3. lib.2.* vbi de donatione facta per patrem filio naturali de vncia, quod debeat intelligi de bonis,quæ tunc extabant, † non autem de acquirendis, cum poſſit pater donare vnciam d.filio *§.ne igitur ſemper. auth.quib.mod. nat. effic. ſui. l.2.* C. *de natur. liber.*
Secundo quia fuit donata tertia pars ſuorum bonorum,quæ dictio ſua, mea, & ſimilia reſtrin-
4 gunt diſpoſitionem ad bona præſentia,† ſiue id ſit ex ſignificatione iſtorum pronominum, ſiue quia ſubintelligitur verbum exiſtens tanquam ſint nomina poſſeſſiua *l.ſi ita legatũ.8. de aur. & arg.legat.* Caſtrenſ.*conſ.132. n.2. lib.1.latè.* Menoch.*conſ.106.nu.170 & 192. & præſumpt. 127. in.fin. lib. 4. Simon. de Prat. de interpret. vltim.uolunt.dub.9.num.35.lib.4.fol.403.Sur. decıſ.233.num. 11. & 20. in fin.*Ceual. *q.727.*
5 *n.50. uſq ad 64.* † vbi ex hoc infert quod fideiuſſor obligatus nõ generaliter pro quocũq. debito, ſed ſpecificè pro debito patris ſui per iſtam diſtinctionem reſtringitur obligatio ad

præſens tempus, & ſic ad debitum liquidatum in vita patris,non in futurum pro tempore hæredum *per tex.in l.qui romæ.122.§.augerius.de verb.obl.Soc.conſ.24 col.vlt.n.12.lib.3.Marſil..*
6 *ſingul. 304.* † Quamuis in hoc contrarium ſequatur Coua.*pract.q.c.39 n.5.Guter.de iuram. confirm.p.1.c.37.in fi.& c.74.*
Tertio propter genitiuum ipſius,de quo in eadem donatione,tunc enim non veniunt futura, quia
7 cum donatur tertia pars bonorum ipſius, † iſta dictio importat dominium Alex. in ſpecie *conſ. 171.in cauſa & lite.col.1. num.1.uſq. ad nu.3. lib.6.* vbi loquitur in legato tertiæ patris bonorum ipſius teſtatoris,quod non comprehendit niſi ea,quæ tunc temporis erãt in ſuo dominio, ſequitur *Surd.conſ.450.nu.43. lib.3.* quia illud genitiuum hoc importat *l.2.§.in locum.de relig.& ſumpt.funer.Gozad. conſ.82.nu 7.Natt. conſ.292.n.5.*
Quarto facit quod dicimus de legato facto vxori de omnibus bonis. Nam teſtatore ſuperuiuen-
8 te per temporis ſpatium, † ob quod acquiſierit de nouo alia bona, illud legatum non comprehendit, niſi ea quæ reperiebantur tempore teſtamenti, quia verba etiam vniuerſalia ad illud reſtringuntur *l. fin. §.1. de leg. 2. Alex. conſil. 171.in cauſa & lite. num.1.& 2. lib.6. Soccin. Iun.conſil.99. num.5.lib.3. Muta.ſuper conſuetud panormit.c.47. n.80.* Prout dicimus de legato pecuniæ, quæ ſupereſt ſolutis debitis talis
9 hoſpitalis, † nam ſi dum ſuperuiuit augeantur debita eiuſdem hoſpitalis,non intelligetur relictum,niſi quo ad ea, quæ aderant tempore teſtamenti *Iaſ.in l.cum ſtipulamur.nu.3. de uerb. oblig.& in l.pater tuus.col.2.* C.*de hæred.inſtit.*
10 *Boniſ.Rogger. conſil.57. num. 19. lib.1.* † Niſi teſtator dixiſſet,ſi ſupererit, aut reſtiterit *Idem Iaſ.in l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus. in fi.num.16. de leg.1.* Et de legato mobiliũ per verba præſẽ
11 tis tẽporis adiecto noĩe poſſeſſiuo teſtatoris, † quod nõ includat niſi bona,quę erant tempore teſtamẽti,nõ obitus *eſt tex.in l.ſi ita de aur. & arg. legat. & in l.ſi ita ſcripſiſſet: de legat.2.l. iulianus.§. fi.de leg.3.l. aurelius.§.2. de libert. leg.latè* Corn.*conſil.14.n.5. lib.1* Capr. *conſil. 45.n.5.cum alÿs per* Menoc.*præſumpt. 127 n.6.*
12 *uſq. ad n.29. lib.4.* † Licèt quando iſta legata eſſent concepta per verba ſubiunctiui modi; ſiue ſint præſentis temporis, ſiue imperfecti ſemper comprehenderent futura *l.ſi ita quis.§. ſeia.de verb. oblig.Bart. in l. 1.num.12. uerſic. contrarium.q.7.de iur. codicil. Dec.conſil.41.in caſu propoſito.num.3.col.penul.in fin. uerſic ſed reſpondetur breuiter. Peregrin. de fideicom.art. 46. nu.29.Surd.cõnſ.362.nu.27. lib.3.* Non ob-
13 ſtãte pronomine poſſeſſiuo, † quia etiam tunc quando verba ſonant in futurum, comprehenduntur acquiſita poſt teſtamentum *Soccin.Iun. conſil.98 num.27. lib.* 1. & eſt deciſio *Rotæ per* R. P. D. Coccin. *Romana legati della porta. 30. martÿ 1601. & 3.decembris. eiuſdem anni.* vbi quod magis prædicta procedunt ſtantibus cõ-
14 iecturis, † ex quibus receditur à diſpoſitione

tex.in d.l.ſi ita.de aur. & arg. leg. & alijs ſu-
pra deductis, vt late per Roland.conſ.39.n.20.
lib.4.Gabr.conſ.120.col.penul.n.8.lib.1.Cardi-
nal.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.3.titul.c1.
nu.13.Aim.in l.1.nu.29. verſ. tertio limitatur.
de leg.1.& multas côiecturas colligit R.P.D.
Coccin.ibid.& in cauſa ſpoletana legati. 20.Fe-
bruarij 1587. coram Sanctiſſimo. R. P. D. Pe-
nia Romana legati metaliarum.28.aprilis 1589
R. P. D. Bubal. Roman. legati. 10. decembris.
1587. cum alijs latè per Menoch. conſil.106. &
præſumpt.c27.nu.20.vſq.ad n.35.lib.4.Gabr.a.
conſil.120.num.8.vſq. ad num.10.lib.1.Cephal.
15 conſ.775.n.25.lib.5. † Et quando tempus præ-
ſens extendatur ad futurum, itaut veniant po-
tius ea,quæ reperiuntur tẽpore mortis teſtato-
ris,quàm teſtamenti,tam in vltimis voluntati-
bus,quàm in contractibus,& tam in verbis col-
lectiuis, quam indefinitis,& quid in primoge-
nitura,an intelligatur de eo, qui primo natus
16 eſt,† vel de illo,quem nemo præcedit tempore
teſtamenti, quamuis ſit poſtea genitus,& quid
in multis ſimilibus caſibus latiſſimè Meno.conſ.
97.n.23.70.119.141.& per tot.lib. c.

Quod magis eſt in caſu noſtro,cum ſimus in con-
17 tractibus,in quibus fit ſtrictior interpretatio,†
quaſi agatur de grauiori præiudicio, quia con-
tractus eſt irreuocabilis, quod non eſt in vlti-
mis voluntatibus, quæ ad libitum reuocantur
Iaſ.conſil.5.col.4 in fin.verſ.quinto facit lib.3.
Surd.deciſ.233.n.17. & conſ.17.num.5. vbi de
conceſsione ſeruitutis aquę ducendæ pro irri-
gandis ſuis prędijs,quod intelligatur de pręſen
tibus.non de poſtea quęſitis.

Non obſtat quod obligatio omnium bonorum
18 comprehendat etiam futura † l fin. C. quæ res
pign.oblig.Neguſ.de pignor.2.membr.p.2. nu.2.
19 Quia illud eſt † propter modicum præiudiciũ,
de quo tractatur in obligatione, ſecus in bonis
donatis, in quibus agitur de maiori damno ob
traslationem dominij Salic.in d.l.fin. in princ.
oppoſ.1.Cappell. Tholoſ.deciſ.191. in fine Surd.
deciſ.233.n.13.poſt Iacobin.in l.fin.nu.25.C.de
pact.

Maximè propter illam dictionem, omnium, quæ
20 tanquam vniuerſalis,facit,†vt obligatio etiam
extendatur ad futura bona, quamuis aliàs di-
ſpoſitio ſimplex illa non comprehenderet Ro-
land.conſ.54.n.44 lib.3.Natt.conſ.160.num.24

Amplius neq. in donationibus iſtæ dictiones vni-
21 uerſales operantur circa futura. † Vnde do-
natio omnium bonorum valebit tanquam re-
ſtricta ad bona exiſtentia tempore contractus
ſecundum veriorem opinionem Doctor.in l.fin.
C.de pact. Alex.in l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta 63.num.14.de verb.oblig.& ibi Socein.Iun.
n.78.Boer.deciſ.353.n.14.col.penul. Ruin.conſ.
178.num.3. lib.1. & latè comprobat Sur. deciſ.
233.nu.8.& per tot. & conſ.450.nu.43. vſq.ad
num.48.

Non obſtant verba illa,poſt mortem,de quibus in
22 donatione,de qua agimus: Quia non compre-
hendunt bona futura,ſed intelliguntur, vt bona
quæ nunc habeo,volo,vt acquiras poſt mortẽ:
ita in ſpecie declarat Iaſ.conſil. 5. col. 4. in fin.
verſic.& ad illa verba. lib.3.Alex.in l ſtipula-
tio.hoc modo.n.14.col.5.ad med.verſ. non obſtat
quod qualitas. de verb. oblig. & ibi Soccin.Iun.
nu.79. verſ. ad primum vbi quod illa verba re-
23 ſpiciunt non bona,†ſed effectum donationis in
illud tempus mortis collatum, ad quod cenſe-
tur facta dilatio acquiſitionis.

Ex quo dicitur,quod illa mentio mortis tanquam
producens effectum dilatiuum, ſeu per modum
24 dilationis † non facit illam donationem cauſa
mortis,ſed inter viuos Dec. in l.fin.nu.19.C.de
pact.Alex.conſ.14.n.2.verſ. inſuper vero col. 1.
in fi.lib. .poſt Bal.in l.1.C.de iur.dot. & in ſpe-
cie id etiam concludunt Cin. in l. vlt.n.6.in fi.
C.de pact.& ibi Alex.n.3. Sur.conſ.450 nu.45.
25 lib.3. † qui etiam loquuntur de donatione om
nium bonorum,quæ per illam dictionem, poſt
mortem,non ampliatur ad futura, ideo valebit
tanquam reſtricta ſolùm ad præſentia, quaſi
verba poſt mortem reſpiciant ſolum dilationẽ
Idem Alex.in d.l. ſtipulatio hoc modo. num.14.
26 de verb. obligation. † Aliud enim eſt,quod di-
catur in diſpoſitiuis dono poſt mortem,aliud ſi
quis promittat tradere poſt mortem, quaſi hoc
caſu ſint verba executiua,quæ ſunt adiecta cau
ſa demoſtrationis, & non faciunt donationem
cauſa mortis,cum in primo caſu tanquam poſi
ta in diſpoſitiuis denotent ſubſtantiam dona-
tionis,& cenſentur poſita ob cauſam finalem
quæ mouet donantem ad donandum poſt mor-
tem, Ideò meritò tunc erit dicenda donatio
cauſa mortis, prout explicat Rebuff. in l. alie-
natum.67.§ donationis.col.3.in fin. verſ.etiam
dicitur ff.de verb.ſignificat. poſt Iaſ. conſ.6.col.
4.lib.3.

Nec facit quod ſimus in donatione facta ob cau-
ſam dotis quę tanquam fauorabilis debet am-
27 pliari etiam ad futura;† Quia non per hoc de-
ſinit eſſe donatio, cum reſpectu eius,qui donat
dicatur mera liberalitas l.fin.C. de dot promiſ.
prout etiam conſiderata perſona mulieris eſt
28 donatio,† & titulus lucratiuus Bart. in l. 1.in
princ.verſ.quod videtur eſſe ff.pro dot. & facit
l.1.§. lucratiua.C. de impoſen. lucrat.deſcript.
cum alijs per Phann.uc.de dot. gloſ 8 in verb.&
vir. lucretur. vbi multa quãdo dos dicatur ex
titulo locratiuo,tàm ex parte vxoris,quam viri

Maximè cum conſtet de mente donantis, qui vo-
luit reſtringere donationem ad bona tunc tem-
poris exiſtentia, quo caſu non eſt conſiderran-
dum aliquod priuilegium,cum non ſimus in du
29 bio: † Immò etiam in materia fauorabili non
ueniũt futura,vbi agitur de magno præiudicio
Surd.deciſ.233. n.25.

Prout etiam dicimus non eſſe conſiderandam con
30 iunctionem ſanguinis, † vt tempus futurum
comprehendatur in legato bonorum, ſeu alia
ſimili diſpoſitione ſecundum Caſtrenſ. in l. ſi
cognatis.de reb.dub.Cagnol.in l.fin.n.234.C.de
pact. Quicquid dixerint Soccin. in l.1.not.5.de
reb.dub. & Neuizan. conſ.71. nu.3. Quia con-

tra

tra eos eſt verior opinio, *vt teſtatur Menoch. præſumpt. 127. n. 18. lib. 4. & latè Gabr. conſ. 98.*
31 *in fin. lib. 1.* † vbi quod neq. conſanguinitatis, aut affectionis ratione legatum eſt ampliandũ, niſi ad fauorem patris legatarij, pro quo neque licebit latius interpretari, ſi aliquo modo apparet de voluntate teſtatoris, cum coniunctio faciat valere legatum aliàs inualidum, nõ
32 quod ampliet *l. cum rem. C. de legat.* † Vnde contra vxorem potius reſtringitur ad fauorem hæredis *l. qui concubinam. §. 1. de legat. 2.* quicquid dicat *Roman. ſing. 643.* contra quem eſſe tenendum dicit *Gabr. d. conſ. 98. in fi. lib. 1.* de quo tamen dictum eſt ſupra *cap. 70.*

E P I T O M E.

Arbiter an poſſit iudicare ſecundum ſtatuta, & conſuetudines ſi cauſa compromittatur decidenda ſecundum ius, vel leges, aut ius commune, & quando conſuetudo præualeat iuri. Inſtitutio de eo in quo de iure debent ſuccedere filij & filię, an ſit intelligenda ex æquis portionibus ſi aliter vocentur à iure municipali.

S V M M A R I V M.

1 *Iuris appellatione an contineantur ſtatuta, & n. 2. 3. & 4.*
5 *Compromittens cauſam terminandam de iure, an videatur ſe remittere potius ad conſuetudines, quàm ad leges. & n. 6. & 16.*
7 *Conſuetudo eſt ius.*
8 *Clauſula de iure declaratur de iure municipali ſi illud præualet, & de priuilegijs tanquam derogantibus omni alteri iuri.*
9 *Statuta, & conſuetudines potius attenduntur tanquam corrigentes ius commune.*
10 *Inſtitutio de filijs, & filiabus in eo in quo de iure ſuccedere debent non eſt intelligenda ex æquis portionibus, prout vocantur de iure cõmuni, ſed ſecundum ius municipale.*
11 *Facultas diſponendi ſecundum leges intelligitur de conſuetudine.*
12 *Lex inducitur expreſſè, ſed conſuetudo tacitè.*
13 *Appellatione iuris ciuilis venit ſtatutum, & conſuetudo.*
14 *Ius commune Romanorum venit appellatione ius communis, & n. 15.*
17 *Compromiſſa fiunt, vt cauſa citius expediantur.*

C A T V P XCIX.

ARbiter an potuerit procedere, & terminare cauſam, de qua in facto mihi propoſito ſecundum ſtatuta & conſuetudines, ex quo illi erat compromiſſa, vt procederet ſecundum
1 ius, Verius eſt potuiſſe. † Quia appellatione iuris ſtatuta continentur, prout in ſpecie concludit *Abb. in rubr. de conſuetud. n. 2. in fin. verſic. ſed contrarium reperi tenuiſſe. cum alijs per Lãbertin. de iur. patronat. art. 4. q. 9. lib. 1. num. 33. fol. 94. poſt Felin. in c. licèt cauſam. in 2. notab. de probation.*

Non obſtant Doctores contrarium tenentes, pro-
2 ut † *Barbat. conſ. 66. lib. 3. Soccin. conſ. 14. circa dubia data. col. 2. n. 4. verſ. ſecundo etiam principaliter. lib. 4. cum alijs per Dec. conſ. 685. in caſu propoſito. col. 2. n. 4. & 5. verſ. ſed tamen ad iſta*
3 *reſpondetur.* † Nam verior, & magis communis opinio eſt contra eos, quam tenet *Iaſ. in l. de quibus. col. antepenul. in fin. nu. 82. verſ. item conſuetudo de legib. & in l. præſcriptione. colu. 3. n. 18. verſ. circa vero quæſtionem. vſq. ad nu. 22. C. ſi contra ius vel vtil. public. Soccin. conſil. 9. col. 6. in fin. verſic. non obſtat ſecundum funda-*
4 *mentum. n. 19. & col. 7. lib. 1.* † & de veriori opinione teſtatur *Diaz. reg. 202. compromiſſum ſi ſit in aliquo. in princ.* prout etiam dicit *Silueſter. in §. ex non ſcripto. n. 6. col. 3. in 2. notab. inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.*

Quibus obſtantibus, Primo nam compromittentes videntur potius ſe remiſiſſe ad conſuetudines,
5 quam ad leges † *Bartol. & Alex. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita. ad trebellian. Iaſ. in l. ſi quis id quod. col. 5. n. 18. limit. 8. de iuriſd. omn. iud.*
6 vbi quod tam in contractibus; † quam in vltimis voluntatibus cenſetur facta relatio ſecundum formam ſtatuti, aut conſuetudinis *Idem Iaſ. in l. omnes populi. in 2. lect. col. 4. in princ. num. 18. verſ. immo fortius ne dum ff. de iuſt. & iur. Alex. conſil. 15. viſo teſtamento. num. 5. lib. 4. vbi latè Add. in verb. ſtatuti. poſt Bartol. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberti. colum. 2. in fin. de bon. lib. Ancharr. conſil. 433. poſtquam iſta domina à patre dotata, n. 2.*

Secundò quia conſuetudo eſt ius *§. ex non ſcripto.*
7 *inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil.* † Vndè ſi de eo fit mentio in inſtrumento debet intelligi de valido, & de illo, quod tanquam poſterius eſt in viridi obſeruantia, & per quod derogatur iuri ſtatutario *Silueſt. in §. ſed quoties inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. & in d. §. ex non ſcripto*
8 *n. 7.* † vbi etiam quod clauſula de iure intelligitur de municipali, quando illud præualet, & de priuilegijs tanquã derogantibus omni alij iuri *Abb. in c. 1. in prin. n. 5. ut lit. pen. Dec. in c. ex parte in 1. notab. de reſcript.*

Tertio nam ſtatuta, & conſuetudines ſunt confir-
9 matæ à iure ciuili *l. de quibus. de legib.* † Vnde intelligere debemus de iure ſtatutario, ſeu cõſuetudinario, quod potius eſt attendendum tanquã corrigens ius commune *Bal. in l. illa institutio. 32. in prin. col. 2. in fi. verſ. ſed pone quod fuit cõpromiſſum. ibi ego credo. de hæred. inſtit. Bertaz. de clauſ. inſtr. clauſ. 4. gloſ. 35.*

Quare etiam aliàs Dixi, quod, inſtitutio patris fa-
10 cta de filijs, & filiabus in eo, † in quo de iure ſuccedere debent, non eſt intelligenda ex æquis portionibus, prout vocantur de iure communi *l. maximũ vitium. 4. C. de liber. præterit. l. inter filios 12. C. fam. hercisc. l. lege duodecim. tabularũ 14. C. de legit. hæred.* Sed intelligitur eo modo quo vocantur à iure municipali, ſecundũ quod ſi diſponatur, quod filię ſint contentæ ſuis do-

tibus,ita præſumendum eſt teſtatorem diſpoſuiſ
ſe,& illas ſolum ad dotes vocaſſe, cum loquen-
do de iure debeamus ſemper potius intelligere
de iure muncipali , quo vtimur , quam de iure
communi,prout in ſpecie concludit *Iaſ.in l.om
nes populi.in 2.lect.n.28.de iust.& iur.* Soc.cõſ.
*58 uiſa facti enarratione.col.9.ad med.uerſ.nec
ob stant allegata n.33. lib.4.* vbi de magis com-
muni.Quicquid contrarium dicant*Bal in l.qui
cunq n.12,C de ſer fugit. & Corn.conſ.83. n. 3.
uerſ.item ad hoc quod notat.col,2.ad med. lib.1.*
Quia contra eos eſt verior opinio , vt latè de-
fendit *Car. Mant.de coniect.ult.uolun.lib.4.tit.
9.n.13.uerſ.ſed in ſecunda.& n.16.in ſi.uerſ &
ideo concludendum est .*

Idem eſſet ſi daretur facultas procedendi ſecun-
dum leges, nam ſemper intelligitur de conſue-
11 tudine , † quæ venit appellatione legis *c. con-
ſuetudo distinct.1.de quibus de legib.Fel.n.in.c.
1. in princ. in 2. notab. de ſponſal post gloſ. ibi
in uerb.lege.& Abb.n.2.* Quia conſuetudo non
differt à lege,niſi tanquam tacitum ab expreſſo
12 vnde ſicut lex inducitur†expreſsè ſine actu iu-
diciario,ita conſuetudo tacitè *Socc. conſ.99.in
cauſa eximij.col.1.in ſi.lib.1.*

Quod etiam ampliatur, ſi dictum fuerit ſecundum
ius ciuile,cuius appellatione venit ſtatutum,&
13 conſuetudo † *Bart.in l.stipulationem alia.5 in
ſi.prin.de uerb.obl.Castrenſ.in l.non ambigitur
8.in prin.de leg.Bal.in l ſi.col.3.n.11.uerſ.ſupe-
rest uidere.C.und.legit Iaſ.in l.de quibus col.pe
nul.nu.83. uerſ. restat uidere exempla. de legib.
Caſſan.in conſuetud. Burgund.in probem.n. 5.
Bero.* qui de communi *conſ.1.n.15.*

Aliud eſſet ſi cauſa deberet terminari ſecundum
14 ius commune , †quia tunc non poſſet definiri
ſecundum conſuetudines locales . Nam appel-
latione iuris communis , venit ius commune
Romanorum , non commune muncipale *Bald.
in l.quicunq.col.3,C.de ſer.fug.Soc. conſ.271.in
præſenti conſultatione.col.2. uerſ.quinto confir-
matur.lib.2.Imol.in l.illa.institutio.de hared.in
stit.Dec.conſ.686.n.5.& 6.Ceual.*qui de veriori
opinione teſtatur *q.238.in fin.* Quicquid dicat
Roman.conſ.218.præſens caſus in ſi. Quem non
eſſe approbatum dicit *ibi Mandoſ.in uerb.termi
netur* ſequitur *Burſat. conſ.189.n.44. Caualca.
de tutor.n.98.in ſi,*

15 Ex quibus inferunt,†quod ſi dicatur eſſe recur
rendum ad ius commune deficientibus ſtatutis
proprijs deberet intelligi de iure communi Ro
manorum per Iuſtinianum ſcripto,non de ſtatu
tis ciuitatis dominantis *Dec.conſ.429.n.5.& 6.*

Si tamen cauſa poſſet celerius expediri ſecundum
16 ius commune,† quam ex forma ſtatutorũ,tunc
compromiſſum eſſet intelligendum,vt termine-
tur ſecundum ius commune.Quia compromiſſa
17 fiunt,† vt citius cauſæ expediantur *Iaſ.*in ſpe-
cie *in l.præſcriptione.col.4.n.21.uerſ.iſtam com
munem concluſionem.C.ſi cont.ius.uel util.pub.*

EPITOME.

Iudices & Notarij quando , & ob quam ſuſpicionem in totum recuſentur,vel illis detur adiunctus. Et an oppoſitio ſit neceſſaria Recuſationi quando videatur tacitè renunciatum. In cauſis in quibus datur adiunctis quomodo ſententiæ verba ſint concipienda . Inſtantia quando non currat à die appellationis.Iudex an poſſit interrogari de cauſis ſuſpitionis,& ab illarum declaratione appellari,& an requiratur ſpeciale mãdatum . Adiuncti an ſint ordinarij,vel delegati & an appelletur ad ſuperiorem adiũcti,& quid in cauſa commiſſa clerico an ſit adeundus ſuperior eccleſiaſticus;vel ſecularis .

SVMMARIVM.

1 Iudex ordinarius , & delegatus an recuſentur in totum propter ſuſpitionem: & n.2.& 3.

4 Acta per Iudices recuſatos an ſint ipſo iure nulla,vel requiratur oppoſitio, n.5.7.8.& 9.

6 Actus quilibet tendens ad fauorem alicuius intelligitur parte opponente .

10 Recuſatio Iudicis habet locũ quando adeſt cauſa expreſſa in iure ſimilis , aut maior , & eſt probanda de iure canonico.n.11,& quæ cauſa debeat eſſe,n.12.& 13.

14 Cauſa iuſta recuſationis dicitur , ſi proueniat ex affinitate etiam illa diſſoluta. Intellige ut n.15.& 16.

17 Testis non repellitur ratione paris coniunctionis,& amicitiæ .

18 Paritas affectionis excludit omnem dolum .

19 Pater Spiritualis poteſt recuſari, ne iudicet aut testificetur in cauſa filij spiritualis.n.21,

20 In exhibitione reuerentiæ pater ſpiritualis præfertur carnali .

22 Iudex recuſatur ſi eſt commenſalis inimici,aut vnius ex litigantibus,vel aduocati. n 23.

24 Filius aduocatus aut procurator vnius litigantium an præbeat occaſionem iuſtam recuſandi patrem iudicem .

25 Iudex aduocatus partis poteſt recuſari.n.26.

27 Recuſans iudicem videtur tacitè renunciare recuſationi comparendo poſtea coram eo nu. 28, & 29.

30 Exceptio recuſationis debet proponi ante litem conteſtatam.n.31.& 32.

33 Adiunctus non datur poſt concluſum in cauſa

34 Lite pendente poteſt peti adiunctus, & quomodo procedat.n.35.36.37.& 38.

39 Iudex cui datur adiunctus nullam notam incurrit .

40 Adiunctus inhibet iudici,vt non procedat quãuis ſit par iuriſdictio .

41 Coram adiuncto, & iudice cui datur adiũctus eſt facienda citatio, & coram vtroque comparendum.n.42.& 43.

44 Mandatum ſpeciale requiritur ad allegandũ iudicem ſuſpectum .

45 Delegatio cauſæ facta ad petitionem vnius ex litigantibus eſt iuſta cauſa ſuſpitionis .

46 In-

46 *Inſtantia cauſa nunquam currit ſi non eligatur adiunctus, qui eligi debet.*

47 *Iudex recuſatus ſuſpectus poteſt interrogari, etiam cum iuramento de cauſa ſuſpitionis.*

48 *Appellatio conceditur iudici remoto tanquam ſuſpecto.*

49 *Adiunctus eſt delegatus non ordinarius, & ſolo iuramento allegatur ſuſpectus.*

50 *Si detur adiunctus iudici ordinario recurrendum eſt ad ſuperiorem qui dedit adiunctum.*

51 *Iudex eccleſiaſticus adeundus eſt, quando appellatur à ſententia lata per laicum & clericum n. 52.*

53 *Notarius poteſt in totum recuſari, neq. illi datur adiunctus. n. 54. & 60. & ſuſpitio probatur ſolo iuramento. n. 58.*

55 *Iudex & notarius reuelātes dicta teſtium ante publicationem tenentur pœna falſi.*

56 *Aduocatus & procurator reuelans ſecreta cauſæ punitur.*

57 *Iudex propalans votū ſuū allegatur ſuſpectus*

59 *Subrogatus in locum notarij remoti tanquam ſuſpecti reſtituit eidem omne emolumentum cauſæ.*

61 *Stilus cōcernēs ordinatoria iudicij eſt ſeruādus*

62 *Sententia verba quomodo concipienda in cauſis in quibus datur adiunctus, an nomine omniū an vero ſub nomine primi iudicis cum conſenſu adiuncti. & n. 63.*

64 *Epiſcopus habet iuriſdictionem de iure in capitulum, & canonicos, & eorum conſilium non requiritur in puniendo exceſſus. n. 66.*

65 *In poſſeſſorijs vltimus ſtatus attenditur, & ſufficit vnicus actus.*

CAPVT C.

DE Iure Canonico tam Iudex Ordinarius,
quàm Delegatus poteſt in totū recuſari pro-
1 pter ſuſpitionem † *c. ſi quis contra clericum. 4. de for. compet. Abb. in cap. cum ſpeciali. 61. in 1. not. verſic. eſt & alia differentia. de appellation. Mandoſ. form. 8. commiſ. in verb. adiunctum.*
2 Quamuis de Iure Ciuili † Delegatus poſſit remoueri in totum vt ſuſpectus, cum ſecus ſit in Ordinario, cui datur Adiunctus *l. apertiſſimi.*
3 *14. C. de iudic.* † Prout etiam in Delegato ad vniuerſitatē cauſarum, qui habet ſe ad inſtar Ordinarij *gloſ. in l. fi. in verb. cum ſpecialis C. de iudic. Alex. conſ. 12. viſo proceſſu. nu. 5. lib. 6. Ruin. conſ. 60. n. 12. lib. 5. Vant. in tit. coram quo poſſ. & deb. null. propon. n. 17.*
Vnde acta per huiuſmodi iudices recuſatos ſunt
4 ipſo iure nulla † *gloſ. in c. quoties epiſcopi. verſic. appellāt. 2. q. 6.* Quod procedit de Iure ciuili, cū
5 de iure canonico ſint valida, † ſi non fuerit appellatū *Gabr. de iudic. concl. 5. nu. 3. Oſaſc. deciſ. 74. n. 6. verſ. quapropter* & eſt verior opinio, ſecundū quam fuit ſæpe iudicatū, quod oppoſitio
6 ſit neceſſaria, † cum quilibet actus tendens ad fauorem alicuius ſit intelligendus parte opponente *l. vniuerſa reſcripta. 4. ubi gloſ. in uerb. præbeatur. & Iaſ. nu. 3. C. de preci. imper. offer. Menoch. præſumpt. 46. lib. 2.* Et de lege annul-
7 lante aliquid ad fauorem alicuius, † quod intelligatur ſi ipſe velit *Caſſad. deciſ. 2. & 3. location. Rot. per Cardin. Seraphin. Ceruien. bonorum. 16. decembr. 1575.* & multa ſimilia adducit *Gonzal. de alternat. gloſ. 56 n. 48. uſq. ad num. 107. Mandoſ. form. 17. commiſſ. in uerb. prout quan-*
8 *documq. iurare.* † Et quamuis *Lancellot. de attent. recuſ. pendent. num. 4. & 6.* dicat contrarium magis commune tàm de Iure Ciuili, quàm Canonico, quod acta ſint nulla, licèt non fuerit appellatum, vbi etiam *nu.* 48. ſubdit aliquando fuiſſe in Rota Romana ſeruatum, quod requiratur appellatio, aliquando non. Tamen ve-
9 rior eſt opinio, † quod paſſim in eadem Rota ſeruetur, vt valeat proceſſus de Iure Canonico poſt recuſationem, ſi non appelletur, prout laté teſtatur *Burſat. conſ. 21. n. 22. in princ. uerſ. licet dici poſſet. lib. 1.*
Huiuſmodi autem recuſatio habebit locum, quā-
10 do adeſſet aliqua cauſa in iure expreſſa, † vel ſimilis, aut maior *Innoc. in cap. cum ſpeciali. 61. num. 4. ubi Franc. nu. 7. in gloſ. in uerb. iuſte de appellat. Præpoſ. in cap. poſtremo. ante fin. uerſic. 75. eod. titul.* Et iſta cauſa legitima ſuſpitionis
11 erit probanda, † quod procedit de Iure Canonico, cum ſecundū Ius Ciuile iuramētū habeatur pro cauſa legitima *Alex. in l. qui iuriſdictioni. n. 4. de iuriſdic. omn. iud. Abb.* qui de communi *in c. ſi quis contra. nu. 12. col. 4. in fi. uerſ. ex his colligo. de for. compet. Couar. pract. q. c. 26. n. 1 Iaffr. deciſ. 236 Roland. conſ. 79. n. 14. lib. 3.* Ita ut recuſatio Iudicis facta ex iuſta cauſa impediat proceſſum ad vlteriora, & ſufficiat cauſam alle-
12 gatam eſſe talem, † quæ legitima reputaretur, ſi probata eſſet, & licèt fuerit conſenſum per recuſantem in illum iudicem, ſat eſt ſi iuret cauſam ſuſpictionis de nouo ad eius notitiam deueniſſe *Caputaq. deciſ. 7. p. 3.*
Cauſæ autem recuſationis multæ allegantur † *per*
13 *Fran. & alios in c. poſtremo. de appellat. Lanfranc. in c. quoniam contra. de probation. in uerb. recuſatione. Doctor. in l. appertiſſimi. C. de iudic. & in c. accedens. il 2. ut lit. non conteſt. Lanceil. de attentat. recuſ. pend. c. 6.*
Et inter cauſas ſuſpicionis aliàs, cum de hoc quæ-
14 reretur declaraui iuſtam illam, † quæ prouenit ratione affinitatis, etiam ea diſſoluta *cap. abſens. 2. q. 8. Neuiz. conſ. 44. num. 5. Bertrand.*
15 *conſ. 93. par. 1. latè Berret. conſ. 138.* † Dummodo non ſimus in eo, qui eſſet probatæ fidei *Alex. in l. qui iuriſdictioni. n. 1. verſ. ſexto fallit. de iuriſd. omn. iudic. Ioan. de Amic. conſil. 120*
16 *n. 20.* † Et dummodo non ſit æqualiter coniunctus vtriq. patri *Franc. in c. poſtremo. n. 18. de appel. ubi poſt Bald.* limitat quando alia in-
17 dicia diſparitatis concurrerent, † Prout etiam dicitur in teſte, qui non repellitur ratione paris coniunctionis, & amicitiæ *Doctor. in cap. cum oporteat de accuſat. Aret. conſ. 13. n. 10. Marſil. in l. 1. §. cum. quis latrones. in fin. num. 12. de*
18 *quæſtion.* † Quia paritas affectionis excludit omnem dolum *l. non ſolum. §. 1. de ritu nuptiar.*

Bald in l.1.ad fi.verſ.ex quo nota.ff. vbi pupil. educ.deb.
Et cum dubitaretur de patre ſpirituali Dixi eum
poſſe recuſari,ne iudicet in cauſa filij ſpiritua-
19 lis † *Tiraq.in l.ſi vnquam. in verb. ſuſceperit. liberos.n.28.C.de reuoc.donat. Surd.de aliment.*
20 *tit.1.q.11.num.1*n.† Itaut in exhibitione reue-
rentiæ pater ſpiritualis ſit præferendus carnali
gloſ.in c.pictauium.in uer.multo magis.30.q.3.
21 † Ideo neque etiam poterit eſſe teſtis, nec vo-
carij in iudicium ſine venia , cum alijs priuile-
gijs , quæ debentur patri carnali *Tiraq. in d. verb. ſuſceperit liberos. nu. 28.* Quamuis Paro-
chum non prohiberi eſſe teſtem pro eo, quem
baptizauit dicat verius eſſe *Rot.coram.*R.P.D.
Ludouiſio Iſpalen. matrimonij. de Alcala. 28. ianuarij 1608. Quaſi edictum de teſtibus ſit
prohibitorium certarũ perſonarum, itaut qui-
libet admittatur, qui non reperitur expreſsè
prohibitus *l. 1. in princ. vbi Bald. ff. de teſtib. Soccin.Iun.conſ.32.num.26.lib.2.* & eſſe magis
veram opinionem teſtatur *Farinac.quaſt.34.de oppoſit.contra perſon.teſt.nu.198.& 199. in fin. verſic. non per hoc tamen.* Itaut etiam com-
pater ſpiritualis dicatur omni exceptione ma-
ior ſecundum *Aim.conſ.169.n.2.*Licèt hoc eſſet
potius remittẽdum arbitrio Iudicis, vt per *Ti-
raq.in d.verb. ſuſceperit liberos. nu.39.Plaz.in epit.delict.c.40.n.17.in fi. Menoch.de arbitr.caſ. 100.n.4. Maſq.concluſ.332. n.15.*
Prout etiam aliàs declaraui poſſe Iudicem recuſa-
22 ri ſi eſſet cõmenſalis vnius ex litigãtibus *Abb. in c.acced.nu.4.col.1.num.2. verſ.ſecunda cauſa principalis. vt lit. non conteſt.* vbi quod remo-
uetur iudex commenſalis inimici mei, qui me-
cũ nõ contendit in lite. Vnde multo magis ſi eſt
commenſalis aduerſarij mei in lite , ſeu iudi-
23 cio . † Immo etiam Aduocatus ſi eſſet com-
menſalis Iudicis præberet occaſionem.& cauſã
illũ reuocandi dummodo tamen cõſtaret quod
illi nimis faueret, quia aliàs aduocatus Iudicis
vel de eius familia non faceret, vt Iudex poſſet
24 recuſari,† cum neq.filius aduocatus , ſeu pro-
curator vnius litigantium iuſtam ſuſpitionem
operaretur *Franc. in c.poſtremo. num.19 col.4. in gloſ.in verb.aduocati.de appellat.* Licèt *Auf-
frer.de recuſat. verſ.24. in fin.* dicat vidiſſe re-
cuſari Iudicem quia gener erat aduocatur par-
25 tis,quandiu cum ſocero commoraretur.† Mul-
to magis eſſet locus recuſationi,ſi ipſe Iudex ſit
aduocatus patris *Iaſ. in l.ſolet. num.1. & 2.de iuriſd.omn. iud. poſt Bartol. in l. quiſquis.C.de poſtul.* Dummodo ſit iudex in eadem cauſa, in
qua fuit, vel eſt aduocatus , ſecus ſi in alia niſi
26 vna haberet originem ab illa,† vel ei eſſet con-
nexa *Franc.in c.poſtremo.col.2.de appell.Capic. deciſ.146.n.2.*
In iudicibus tamen de quibus in caſu mihi pro-
poſito,cum de prædictis dubitaretur Dixi non
procedere ſimiles recuſationes in totum cum
in ſtatuto , de quo in actis debeat dari adiun-
ctus,qui ſit eiuſdem conditionis,itaut ſententia
non poſſit ferri cum aliquo alio adiuncto ſub
pœna nullitatis ipſo iure , de qua ſemper poſ-
ſit opponi non obſtante quocunque longiſſimo
temporis interuallo cum alijs pœnis de quibus
in eodem ſtatuto , ſecundum quod in cauſa
Franciſci , & Marij petebatur adiunctus , cum
Iudex fuiſſet allegatus ſuſpectus ob cauſas de
quibus in actis, quas tamen declaraui non eſſe
releuantes .
Primo nam qui recuſauit iudicem videbatur taci-
27 tè renunciaſſe recuſationi † comparendo po-
ſtea coram eo,& proſequendo litem *arg.c.gra-
tum.de offic.deleg. Alex.conſ.183. viſo proceſſu n.5.lib.2.aliàs 12. n.6.col.2.in prin. lib.6.*
Maximè quia non fuit facta proteſtatio de non
28 conſentiendo , † quæ ſi adeſſet reſſeruaret ius
quo ad huiuſmodi ſuſpicionem ſuis loco,& tẽ-
pore *Felin.in c.inter monaſterium.n.8.de re iu-
dic.Franc.in c. cum ſpeciali.in princ. n.47. col. penul.uerſ.ſecundo eſſet uera opinio de appellat. Cantiunc.conſ.27. n.107.Burſat. conſ.21.n.30.*
29 *Mohed. deciſ. 44.* † Itaut requiratur in quoli-
bet actu,nam licet quis proteſtetur de non cõ-
ſentiendo per quemcunq. actum; Tamen ſi po-
ſtea ad plures actus procedatur omiſſa noua
proteſtatione,proceſſus valebit, neque ſufficiet
illa prima generalis proteſtatio *Lancellot. de attent.recuſat.pend.n.30. c.6.* vbi ita concordat
opiniones Rotæ contrarias *poſt Put. deciſ. 41. & 43.de iudic.*
Secundo quia non fuit huiuſmodi exceptio pro-
31 poſita ante litem conteſtatam ,† prout debebat
proponi *Doctor. in c.inter monaſterium. de re
31 iudic.* † Maximè quia non conſtabat,quod cau
ſa recuſationis non fuiſſet cognita litigãti poſt
litis conteſtationem , tunc enim poſſet præſtito
prius iuramento recuſari,& peti adiunctus *Co
uar.pract.q.c.26.n.2.poſt Doctor.in l.errore.C. de iur & fact.ignor.Gabr.de iudic.concluſ.5.in fi.n.9.Mandoſ.in commiſſ.deputat.adiun.in gloſ. in uerb.adiunctum.Fel.in c.paſtoralis.n.17.col.
32 5.in fi.uerſ.reeſpiuntur.de excep.* † vbi ampliat
etiam poſt concluſum in cauſa,dummodo cau-
ſa recuſationis habuerit originem poſt conclu-
ſionem *Couar.pract.q.c 26.n.2.* Cum aliàs poſt
33 concluſum † non detur adiunctus *Staſil. de commiſ.& liter.iuſtit.in uerb.dantur litera.n. 3.tom.15.p.1.fol.298.*
Ex quibus patet,quod etiam lite pendente poteſt
34 peti adiunctus † *Lap. alleg.88. commune.col. ult.n.7.* Quamuis aliàs cauſa coram iudice cœ-
pta ab eo debeat terminari *c. ex tenore. de re-
ſcript. l. ubi captum. de iudic.* Itaut debeat fieri
mentio ſtatus cauſæ,& proceſſus habiti coram
35 primo † quando impetratur adiunctus,ex quo
enim ab eo auocatur cauſa , & exercitium iu-
riſdictionis de prædictis debet fieri mentio *Fe-
lin.in c.ſuper literis.colum.7.uerſ.ſexta regula. n.12.de reſcript. Biſing. deciſ.4. eod. tit. in fin. Abb.in c.coram.34.col.penul.in fin.n.13.uerſic.*
36 *nota bene.de offic.deleg.* † Et quamuis contra-
rium teneat *Bald.in c.cum dilecta. col fin.uerſ. in gloſa magna.de reſcript.* quia adiunctus intel-
ligitur continuare in eodem ſtatu, in quo cau-
ſam

ſam inuenit Barbat. *in c.prudentiam. §. ſexta.*
col.8.de offic.delg. Felin. *in c. cæterum.n. 3. de*
37 *reſcript.* Tamē verior eſt prima opinio,† quod
ſit facienda mentio ſtatus cauſæ *Menoch. de*
arbitr.caſ.202.n.6 quem ſequendum dicit *Lan-*
cellot.ad attent.lit.pend. c.4. illat.7.n.649.tom.
5.fol.318. poſt gloſſ. & *Butr. in c.corā. de offic.*
38 *delegat.* † Et ad remouendum prædictas diffi-
cultates de ſtylo Curiæ apponitur in commiſ-
ſionibus clauſula illa, ſtatum & merita cauſę,
quæ ſupplet expreſsionem faciendam *Gemin.*
conſ.120.n.6.Mandoſ.form.8.commiſ.in fin.
Ad tollendum tamē omnes ſuſpiciones datus fui
39 in eadem cauſa adiūctus,† maximè quia nullā
notam incurrit,is cui datur adiunctus *l.tutor.*
de ſuſp. tutor. Mandoſ.*form.8. commiſ. in verb.*
adiunctum. q. 5. Ideo mandaui inhiberi,quia
40 etiam in pari iuriſdictione† adiunctus inhibet
iudici, vt non procedat *Lancellot.de attent. c.*
20.n 98.tom.5. fol.404.Mandoſ. de inhibit.q.6.
Staffil.de liter.grat.et inſt.p 2.fol.178.verſ.pro
commiſsionibus. Vbi dicit ita practicari; vnde
41 coram vtroque erit facienda citatio,†& com-
parendum, cum adiuncto communicetur exer-
citium iuriſdictionis *Ruin.conſ.5.col.4.ad med.*
n.5.verſ.nihilominus quando caputm eſt cogno-
ſci.lib. 5. vbi quod cenſetur datus priuatiuè,
quo ad hoc,vt primus iudex nō habeat ſolus iu
42 riſdictionis exercitium:† Itaut vnus ſine alte-
ro non poſsit procedere,prout ſi omnes à prin-
cipio dati fuiſſent. *c.cauſam matrimonij. 16.de*
offic.deleg. l. duo ex tribus.de re iudic.& ſi pri-
mus iudex ſine adiuncto procederet nulliter fa
ceret *Gemin. conſ.24. col.penul.n.11.verſic.ſu-*
per ſexto dubio. Mandoſ.*form.8.commiſ.in gloſ.*
in verb.adiunctum.verſ.horum iudicum. Ideo
ſententia lata abſque voto adiuncti eſt nulla,
43 tanquam † contra formam reſcripti *Felin. in*
c.cū dilecta.22.col.1.de reſcript.Bart.in l. 1.§.
cum pluris.q.4. n.12.de exercit.act. Socin. Iun.
*conſ.80.n.4.lib.1.*Rot.per R.P.D.Littā. *Forolt-*
uien.pecuniaria.20.maij. 1596.
In huiuſmodi tamē recuſationibus Dixi infraſcri-
44 pta ſeruanda. Primo,† quod requiratur man-
datum ſpeciale ad allegandum iudicem ſuſpe-
ctum tanquam de re, quæ in animo conſiſtit
Alex. conſ.26. col. 2. lib.6.aliàs 78. n.14.col.3.
verſ.ſed ita eſt.lib.5. Roland.conſ.19.n 2.lib.3.
Secundo. Delegatio cauſæ facta ad petitionem
45 vnius ex litigantibus† eſt iuſta cauſa ſuſpitio-
nis iudicis *Dec.in c. cæterum. nu. 13.de reſcri-*
ptis.Franc. in c. poſtremo. cauſ.22. de appellat.
Roland.d. conſ.19.n.15.lib.3.
Tertio.Licet inſtantia currat à die interpoſitæ ap-
pellationis;tamen ſi diſponatur eligendum eſſe
aliquem in locum illius, in quo partes non cō-
46 fidant, ſi electio differatur vſque ad trigin-
ta annos non currit inſtantia cauſæ,cum defi-
ciat iudex *Marſil.ſing.51.inſtātia cauſa. Afin.*
in prax.c.1.§.1.n.7. Prout idem eſt in notario
recuſato *Rot. Genuenſ. per Carthar. deciſ. 66.*
n.6. licet contrarium ibi concludat ſtante ſta-
tuto Genuæ quo ad cauſas executiuas.

Quarto. Iudex recuſatus ſuſpectus poteſt per ar-
bitros interrogari ſuper cauſa ſuſpicionis,
47 etiam † cum iuramento, & extraiudicialiter,
dummodo cauſa non ſit criminoſa, quia tunc
non teneretur ſe prodere *Theſaur.deciſ 6.*
Quinto. Iudex per ſententiam ſuperioris remo-
48 tus tanquam ſuſpectus vni partium† poteſt ab
huiuſmodi declaratione appellare *Mand.ad*
*Alb. conſ.92. n.5.*vbi quod in ſpecie non inue-
nit hunc caſum,ſequitur *Surd.conſ. 271.nu. 20.*
*lib.2.*vbi ēt quod appellat,qui nō ſentit damnū
ex ſententia, ſed ſuſpicatur in futurum, & vo-
luit *Lancellot.de attent.recuſ. pend.n. 54. verſ.*
ſerando declara. vbi intelligit tunc poſſe appel-
lare, quando recuſatus poteſt prætendere ali-
quod intereſſe.
Sexto adiuncti iudices ſunt Delegati,nō Ordina-
49 rij, † ideo allegantur ſuſpecti ſolo iuramento.
Bart. in l. duo iudices.28. de re iudic.Ann.ſing.
15.poſt Iacob. in l. cum furioſus. n.6. de iudic.
50 Itaut ſi iudicet Ordinarius†cū Delegato ei ad
iuncto per Principem recurrendum ſit ad ſupe
riorem,nō ſecus ac ſi eſſent duo Delegati.Quia
delegatus vtitur iuriſdictione delegantis *l.1.§.*
*penul.ff. de offic.eius.*vnde illius iuriſdictio tā-
quam potentior debet vincere effectum iuriſdi
ctionis ordinariæ *l. ſi reus.de duob.reis l.quid-*
quid.§.cum inter partes de acquir.rer. domin.
& ita in ſpecie concludit *Bart in l. duo iudices.*
51 *n.3.ff.de re iudic.*† Prout dicimus de cauſa cō-
miſſa clerico & laico,à quorū ſententia ſi con-
tingat appellari adeundus erit iudex eccleſia-
ſticus tanquam dignior *Roman.conſ.265.in ca-*
ſu propoſito.n.2. col.1. in fin.verſ. ſi vero eccle-
52 *ſiaſtica.* vbi *Mandoſ. in verb. iudicem.* † dicit
veram opinionem reſpectu appellationis, cum
ſecus ſit quo ad reductionē,quæ non debet pe-
ti coram ſuperiore arbitratoris,ſed coram eo,
qui iudex cauſæ fuiſſet,ſi de illa compromiſſum
non eſſet factum *Bart. in l.ſi ſocietatem.§.arbi-*
trorum.n.19.ff.pro ſoc.Alex.conſil.131. in cauſa
vertente.in princ.lib.2. vbi *Addit.in verb ordi-*
*narium.*dicit ita practicari *Soccin.conſ.18. pro-*
ſequendo ordinem. col. 12.in fi.n.31.lib.1.Ruin.
conſ.7.viſit.in princ.lib.4. cum diſtinctionibus,
de quibus per *Vrſil.ad Afflict.deciſ.51.Couar.lib.*
2.var.reſolut.c.12.
Septimo quæ dicta ſunt de adiunctis quo ad Iudi
ces,cum de hoc quæreretur Dixi non procede-
re in notarijs, qui in totum magis poſſunt recu
53 ſari,† itaut examen,& acta per eos poſt recu-
ſationem ſint nulla *Felin.in c. quoniam contra.*
nu.4.de probat Caputaq.*deciſ.320.p.2.* & *292.*
p 3. Alex. conſil. 104.n.3.lib.5.Boer.deciſ. 258.
n.7. per tex.in l.1.C.ſi qua prædit. poteſt. Ideo
illis non dabitur adiunctus, ſed in totum ſunt
remouendi. Quia in iſtis leuior cauſa ſufficit,
quam in iudicibus, & per dationem adiuncti
54 non prouidetur indēnitati† partis recuſantis,
cum per notarium recuſatum poſsint reuelari
merita cauſæ,& dicta teſtium, vnde non conſu-
litur per adiectionem alterius notarij *Rot. di-*
55 *uerſ.deciſ.604.n.1.p.1.* † Et quemadmodum
nota-

Digitized by Google

notarius, & iudex reuelãtes dicta teſtium ante
publicationem tenentur pœna falſi l. 1. §. qui
56 inſtrumenti. de falſ. Exẽplo Procuratoris,† &
Aduocati reuelantium ſecreta clientis Iac. de
Beluiſ. cõſ. 91. n. 4 Ita multo magis poterit No
57 tarius recuſari ſuſpectus,† prout in Iudice, qui
propalauit votum ſuum Laſ. in l. apertiſſimi.
nu. 9. col. penul. in princ. verſic. decima cauſa eſt.
C. de iudic. Abb. in c. irrefragabili. in princ. col.
ult. in fin. uerſ. oppono contra prædicta. nu. 4. de
58 offic. ordin.† Ideo etiam ſuſpicio contra actua-
rium probatur ſolo iuramento Alex. conſ. 104.
circa primum. col. 2. lib. 5. nu. 3. uerſ. & plus di-
cit. Boer. deciſ. 258. n. 7. & ita ſeruari dicit Ann.
ſing. 489.
Neq; obſtat præiudicium notarij patientis diſpen
dium amiſsionis lucrorum cauſæ, maximè in il
lo, qui habet huiuſmodi officia titulo oneroſo
59 emptionis. † Quia ſubrogatur alius deducta
quãtitate pro eius laboribus, & reſtituto omni
emolumento principali notario cauſæ recuſa-
to, prout etiam obſeruatur in Curia Romana.
de qua obſeruantia teſtatur Gonzal. de alter-
nat. gloſ. 9. §. 1. in annot. contra nullit. & at-
tent. num. 103.
In quibuſdam tamen locis notarij non recuſantur
60 in totum, ſed etiam illis datur adiũctus,† pro-
ut de iſta conſuetudine teſtatur Io. de Plat. in
l. nulli. ad fin. C. de numer. & actuar. lib. 10. &
ita ſeruari in Hiſpania dicit Gonzal. d. gloſ. 9.
n. 100. poſt Auendan. de exequend. mandat. p. 2.
c. 15. num. 5. Qui ſtilus eſſet ſeruandus, itaut
61 non poſſet dici de nullitate examinis † ſtante
huiuſmodi conſuetudine, quam debet approba-
re Iudex appellationis tãquam concernentẽ or
dinatoria iudicij Roland. conſ. 48. in princ. lib. 3
poſt Doctor. in l. ſolent. de iuriſd. omn. iud. Vant.
de nullit. defect. proceſſus. n. 56. Felin. in c. eccle-
ſia ſanctæ Mariæ. n. 55. col. 22. verſ. ſeptima de-
claratio. de conſtitution. Bald & alij in l. fin. C.
quæ ſit longa conſuetudo.
Octauo in cauſis, in quibus datur adiunctus ſentẽ
tiæ verba erunt concipienda ſub numero plu-
62 rali nomine omnium,† non autem ſub nomi-
ne primi Iudicis cum conſenſu adiuncti, itaut
in prolatione ſententiæ dicendum ſit N. iudex,
& N. adiunctus ita pronunciauimus, non aũt
N. iudex cum conſenſu N. adiuncti: Nam inter
Iudices eiuſdem ordinis, & auctoritatis ſeruari
debet forma, de qua in c. penult. de ſent. & re
iudic. in 6. vbi nomine omnium ſentẽtiæ conci-
pi debent.
Quando tamen Iudices eſſent diſparis conditio-
nis tàm reſpectu iuriſdictionis, quàm cauſæ,
propter quam plures adhiberentur, tunc conci-
63 pienda eſt ſententia nomine eius,† penes quẽ
tanquam caput remanet iuriſdictio, de conſilio
tamen, & aſſenſu aliorum, de quorum conſilio,
& aſſenſu proceditur in cauſa, prout videntur
innuere verba Concilij Trident. c. 6. de reform.
ſeſſ. 25. & fuit reſolutum per ſacram Congrega-
tionem eiuſdem Concilij in cauſa Gradien. iu-
riſdictionis, & tenuit Rot. corã Card. Seraphin.
Cartaginen. iuriſdictionis. 16. decembris. 1596.
vbi ita fuit concluſum in controuerſia Epiſco-
pi, & Decani, & Capituli, quando deputatur
adiunctus Epiſcopo per Capitulum.
Ratio quia de iure communi Epiſcopus habet iu-
64 riſdictionẽ in capitulum,† & canonicos c. per-
ſonæ. 11. q. 1. & in procedendo contra capitula-
res de iure requiritur ſolum conſilium, licet in
arduis conſenſus: Ideo maior iuriſdictio eſt in
Epiſcopo, quã in capitulo: Quare ſiue ſint Con-
iudices ſecũdum Archid. in c. epiſcopus. 15 q. 7.
ſiue non ſint, niſi ex conſuetudine appareret,
quod eſſent iudices, cum ex ea hoc poſſit in-
duci c. irrefragabili. 13. §. exceſſus. de offic. ordin.
& notat Bellam. in d. c. epiſcopus. n. 2. uerſic. ſe-
cundo quæritur. Non eſt bona conſequentia,
Epiſcopus debet iudicare cum eorum conſilio,
& præſentia: Ergo ſunt Iudices, quia idem eſ-
ſet de Aſſeſſoribus, quod eſt falſum Bellam. in d.
c. epiſcopus. nu. 2. uerſic. & ſic illi non ſunt. Ta-
men ſemper erit verum, quod maior auctori-
tas, & iuriſdictio ſit in Epiſcopo: vnde verba
ſententiæ erunt concipienda in eius perſona,
prout latius in eadem deciſione Cartagin. iu-
riſdictionis. Vbi magis dicitur prædicta pro-
cedere, ſi in aliquibus cauſis fuerit ita ſenten-
tiatum, nam tunc Epiſcopus eſſet in quaſi poſ-
ſeſsione, cui eſt magis fauendum propter aſſi-
ſtentiam iuris communis: quidquid etiam aliàs
65 fuerit aliter ſeruatum,† quia in iudicio poſ-
ſeſſorio vltimus ſtatus attendi debet, & ſufficit
vnicus actus c. cum eccleſia. de cauſ. poſſ. &
propriet. Oldrad. conſ. 312. Ann. alleg. 131. n. 2.
per tex. in l. mela. 14. §. ſed ſi alimenta. de alim.
& cibar. legat. Maximè ſi actus allegati per ca-
pitulum eſſent ante Concilium, per quod po-
ſtea omnes iſtæ conſuetudines ſunt abrogatæ,
ut in eadem deciſione Cartaginen. iuriſdictio-
nis. Et maior eſt communio inter Epiſcopum,
& capitulum in collatione beneficiorum, quàm
in exercenda iuriſdictione, quia Epiſcopus, &
Capitulum de iure debent beneficia ſimul con-
ferre iuxtà diſtinctiones, de quibus in c. cum
eccleſia uulterana. de electio. Iuriſdictio autem
pertinet principaliter ad Epiſcopum ſolum, li-
66 cèt debeat requirere cõſilium capituli,† & ho
die Epiſcopi præſcripſerunt contra capitula,
vt abſq. eorum conſilio poſſint punire exceſſus
ſubditorum, & alia iuriſdictionalia exercere,
nec talis conſuetudo, aut præſcriptio improba-
tur c. 3. de conſuetud. in 6. Abb. in c. irrefragabi-
li. 13. in princ. in uerb. ſed quilibet eſt coniudex.
uerſ. & ratio diuerſitatis. col. fin. ad med. de of-
fic. ordin.

E P I T O M E.

Locupletior an præſumatur factus ille, ad quem
res peruenit, & cui incumbat onus probandi.
Et an debeat probari etiam ſpecies locupleta-
tionis. Aſſenſus quod contractus habeatur
pro iurato an habeat vim iuramenti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locupletior an ſit præſumendus ille, ad quem aliqua res peruenit. & n. 4.*
2 *Nemo præſumitur ſuum iactare. & n. 5.*
3 *Præſumptio iuris transfert onus probandi in aduerſarium.*
6 *Standum eſt regulæ donec contrariũ probetur.*
7 *Conſumptio pecuniæ in vſus neceſſarius requiritur, vt quis dicatur factus locupletior.*
8 *Species locupletationis eſt etiam probanda, quando abeſt dolus contrahentis. n. 9.*
10 *Clauſula aſſenſus, ſi habet vim iuramenti ſecundum formam ſtatuti, aſſentiens ligatur ac ſi iuraſſet.*

CAPVT CI.

CVm dubitaretur, an ſit præſumendum eſſe factum locupleƈtiorem illum, ad quem res
1 peruenit, † allegabatur pro opinione affirmatiua *gloſ. in l. utrum. in uerb. conſumpſiſſe. de petit. hæredit.* quam ſingularem, & multum notandam dicit *Rum. conſ. 29. nu. 13. col. ult. in fin. lib. 2.* & ibi teſtatur hanc eſſe veriorem opinionem, & ab ea non recedendum in iudican-
2 do. † Quaſi non ſit præſumendum quem iactaſſe fructus, quos putauit ſuos *l. cum de indebito.*
3 *de probation.* † Et cum iſta ſit præſumptio iuris transfert onus probandi in aduerſarium, ſequitur *Alex. conſ. 63. uiſa facti narratione. nu. 5. verſ. de naturalibus autem fructibus. lib. 2. Purpur. in l. ſi eum ſeruum. & in l. ſi me, & titio. col. 2. ampliat. 1. in fin. uerſ. & addite. ff. ſi cert. petat. cum alijs per Cald. de reſtit. in integr. in uerb. hunc contractum. n. 11. ad med.*
Contrariũ Dixi quod immo non præſumatur quis
4 factus locupletior, niſi hoc probetur. † Quia non valet conſequentia, fructus conſumpſit in proprios vſus, ergo fuit locupletatus, cum potuerit fortè viuere ſplendidior *Angel. conſ. 160. domina catherina. in fin. Felin. in c. de quarta. col. 10. uerſic. ſecunda reſtrictio. de præſcript. Curt. iun. conſil. 6. circa has quatuor dubitationes. col. ult. n. 27. in fin. lib. 1. Ruin. conſil. 104. col. ult. num. 15. uerſ. eſt bene uerum. lib. 1. Menoch.* qui de magis communi opinione teſtatur *præſumpt. 27. nu. 6. uerſ. tertius eſt caſus. lib. 3. & de recuper. poſſeſ. remed. 15. num. 586. & 587.* vbi quod ita eſt tenendum, Quidquid nihil concludant *Felin. in d. c. de quarta.* neque *Bero. in cap. grauis. nu. 30. et 47. de reſtit. ſpoliat.* nec *Socein. in l. in pupillo. de re iudicat.*
Nec obſtat, quod non præſumatur iactatio, Quia
5 procedit, cum res extat, † ſecus in conſumpta, quam ſatis eſt eſſe conſumptam lautius expendendo *l. ſed & ſi lege. §. quod uidetur. de petit. hæredit.* Vnde dicendum eſt hanc præſumptionem non eſſe idoneam ad transferendum onus in poſſeſſorem, & reum, qui conuenitur; Quare actor probabit reum cõuentum benè expendiſſe fructus, nõ autem debet hoc ſpectare reo,
6 ſe malè conſumpſiſſe, & inutiliter, † cum ſtandum ſit regulæ *l. 2. de probation.* & ita in ſpecie reſpondet *Gabr. conſ. 108. col. fin. n. 10. uſq; ad 14. lib. 1. & eſt tex. in l. in pupillo. 47. de ſolu-*
7 *tion.* vbi requiritur conſumptio pecuniæ in vſus neceſſarios, vt dicatur quis factus locupletior, prout declarat *Menoch. præſumpt. 27. n. 9. lib. 6.*
Amplius non ſolùm debet probari factus locuple-
8 tior, † ſed etiam eſſet probanda ſpecies locupletationis *Curt. Sen. conſ. 71. col. 5. uerſic. ſeptima concluſio. poſt Angel. d. conſil. 160. in fin. Bec. conſ. 96. n. 26. Surd. conſil. 290. nu. 50. ad fin. lib. 2. Caſtrenſ. Felin. Curt. Iun. Cagnol. & alij per Claud. ad Bertaz. conſ. crim. 478. in verb: locupletior. uerſ. contraria tamen opinio.*
9 *ad med.* † vbi tamen *in fin.* declarat habere locum, quando non interuenit dolus contrahentis, cum ſecus ſit, vbi mulier vel minor iuraſſent ſe maiorem, aut innuptam, vel aliud ſimile *Idem Claud. ad Bertaz. conſ. crimin. 479. & 480.* vbi ampliat: quamuis non iurauerit, ſed aſſenſerit contractum haberi pro iurato quan-
10 do per ſtatutum, † talis clauſula aſſenſus habet vim iuramenti, tunc enim ligatur ac ſi iuraſſet, cum lex poſſit facere, vt quod fingitur habeat eundem iuris effectum, perinde ac ſi in veritate eſſet, prout de huiuſmodi ſtatuto multa *Pinell. in l. 2. p. 3. c. 1. num. 11. C. de reſcind. uend. Burſat. conſ. 78. n. 19. lib. 1. Surd. deciſ. 214. n. 7. & 9. & deciſ. 154. n. 3. & deciſ. 225. n. 3. & deciſ. 159. n. 10.*

EPITOME.

Monaſteriũ an debeat dare legitimam, ſeu alimenta filijs ſtatim poſt ſecutã profeſsionem patris, & quid in marito ſi vxor de eius cõſenſu ingreditur religionem. Mors naturalis quando expectanda, vt fideicõmiſſum ſit debitum, & quid in bonis alienatis an poſsint vendicari donec durat vita naturalis monaci profeſſi, & quando finito iure auctoris expiret ius ſucceſſoris.
Vir an poſsit trãſire ad Monaſterium, ſi mulier non intrat Religionem, & quid in committente adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium an debeat conſtituere legitimam filijs ſtatim poſt patris profeſſionẽ etiã non expectata morte illius. n. 2. 3. 4. 5. 7. 13. & 19.*
6 *Verbum ſucceſsio adaptatur propriè ad defunctum.*
8 *Grauatus per fideicommiſſum poſt eius mortem ſi ingrediatur monaſterium non capax bonorum ſtatim illud transfert nõ expectata morte naturali. Intellige vt n. 10.*
9 *Ingreſſus monaſterium incapax bonorum habetur pro mortuo.*
11 *Finito iure auctoris videtur finitum ius ſucceſſoris. & n. 12.*
14 *Monaſterium eſt loco hæredis vel filij.*
15 *In caſu quo monaſterium tenetur alere patrem*
ingreſſi

ingreſſi vel filios non debet præſtare minus
quàm ſit vſusfructus legitima.
16 *Monaſteriũ præſtabit alimenta marito ſi vxor*
illud ingrediatur cum conſenſu viri transfe-
rendo dotes, & bona ſua. Contrarium n. 17.
Amplia vt n. 18. & 20.
21 *Vir non poteſt tranſire ad monaſterium niſi*
quoq; vxor ingrediatur religionem.
22 *Viro ingrediente religionem de licentia vxoris*
debet etiam vxor tranſire ad monaſterium.
& n. 23.
24 *In caſu adulterij viri ſeu vxoris alter inno-*
cens poteſt ſeparari ab adultera, & illo inui-
to ingredi religionem etiam auctoritate pro-
pria quando adulterium eſt notorium. n. 25.
26 *Poſt ingreſſum Religionis factum per vnum ex*
coniugibus innocentem ob adulterium coniu-
gis non poteſt cogi adulter ingredi monaſte-
rium. n. 27.

CAPVT CII.

MOnaſterium dicebatur teneri conſtituere
legitimam portionem filijs ſtatim poſt
1 patris profeſsionem, † etiã non expectata mor-
te naturali ſecundum æquiorem opinionem,
quam dicit ſeruandam *Couar. in c. 2. num. 2 de*
teſtam. Roland. conſil. 97. num. 29. lib. 2. quod
etiam voluit *Abb. in cap. in præſentia. nu. 59.*
col 26. verſ. mihi ſatis placet concluſio prædicta.
de probation. poſt gloſ. in cap. tranſmiſſa. in
verb. mota. ad med. ibi. dicunt quidam qui fil.
ſint legitim.
Contrariam tamen ſententiam tanquam veriorẽ
2 ſequendã Dixi prout concludit † *Iaſ. in auth.*
ſi qua mulier. n. 51. col. 9. in gloſ. in verb. mo-
riatur. C. de ſacroſ. eccleſ. Felin. in d. cap. in
præſentia. n. 56. col. 24. ad med. q. 8. verſic. ſed
contrarium. & ibi Dec. n. 67. col. 37. in princ.
verſ. ſecundo fallit in legitima. Guter. lib. 2. ca-
nonic. quæſt. c 1. nu. 77. vbi de magis verã, &
recepta ſententia teſtatur *Vaſq. de ſucceſ. creat.*
3 *§ 21. nu. 175. limit. 10. lib. 3.* † vbi dicit eſſe
indubitatum in terminis Iuris Ciuilis, quod vi-
uente patre non debeatur legitima per monaſte-
rium: & de Iure Canonico hoc etiam conclu-
dit, quidquid alij contrarium ſentiant *Idem*
Vaſq. controu. illuſtr. lib. 1. cap. 37. n. 10. verſic.
quid dicendum. cum alijs per Hieron. Ceuall.
q. 342. & magis communem opinionem dicit
Surd. de alim. tit. 1. q. 29. n. 7. verſic. eſt verum.
Ratio eſt quia pater in vita non tenetur aſsignare
legitimam filio, cum in ea filius neque habeat
4 ius in ſpe; † Vnde Eccleſia debet vti Iure Com
muni, & quia debentur alimenta filio per mo-
5 naſterium donec pater in eo viuit, † Vnde in-
terim non debetur legitima, prout omnia dedu
cit *Iaſ. in auth. ſi qua mulier. num. 51. vſq; ad*
nu. 56. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi etiam *nu. 51.* re-
ſpondet, quod diſpoſitio *c. cum ſimus. 14. de re-*
6 *gular.* procedit, † quia erat naturaliter mor-
tuus, prout colligitur in illis verbis ex ſucceſ-
ſione, & concludit *ibidem Abb. n. 6. in fin. verſ.*
ſed pro primo intellectu. Quaſi verbum ſucceſsio
adaptetur proprie ad defunctũ, ſequitur *Vaſq.*
controu. illuſtr. c. 37. n. 11. col. penult. verſic. te-
nendo hanc partem. Spin. de teſtam. gloſ. 12. nu.
32. verſic contrariam vero opinionem.
Prædicta tamen declaraui procedere in patre in-
grediente monaſterium capax bonorum. ſecus
7 in Minoritis, † qui nihil proprium habere poſ-
ſunt, neq; in communi, neq; in particulari *clem.*
exiui. de uerb. ſignif. In hoc enim caſu filij ſta-
tim habebunt legitimam, cum illa mors ciuilis
habeat in omnibus effectum naturalis *Iaſ. in*
auth. ſi qua mulier. col. fin. nu. 57. verſic. ſecun-
da concluſio. C. de ſacroſ. eccleſ. Alex conſil. 13.
col. 2. lib. 3. & voluit *Bart in tract. minoritar.*
c. 2. lib. 4. verſic iſti etiam hæredes. Soccin. conſil.
92. circa primum. in princ. n. 1. & 2. lib. 1. Ang.
Dec. & alij per Vaſq. controu illuſtr. c. 37. in
fin. vbi teſtatur de communi, licet ipſe contra-
rium ſentiat.
Ideo dicimus quod ſi hæres grauatur per fideicõ-
miſſum vniuerſale poſt eius mortem ingredien
do monaſterium non capax bonorum in pro-
8 prio, & communi, ſtatim debetur fideicom-
miſſum non expectata morte naturali *Bart. in*
l. cum pater. 79. §. hæreditatem. de legat. 2. Dec.
in c. in præſentia. nu. 68. col. 38. verſic. ſeptimo
iuxta ordinem. de probation. & conſil. 419. viſo
eleganti. n. 2. verſic. circa primum. Alex. conſil.
circa primum dubium nu. 1. lib. 3. & eſt verior
opinio, quidquid *Crot. & alij* cõtrarium ſequã-
tur, vt teſtatur *Surd conſ. 90. n. 9. lib. 1. Hon-*
ded. conſ. 62. nu. 18. lib. 1. Quoniam ingreſſus
monaſteriũ incapax bonorũ habetur pro mor-
tuo quo ad bona perinde, ac ſi naturaliter de-
9 ceſsiſſet, † cum ipſe non poſsideat, nec illa trans
ferre poſsit in monaſteriũ; Vnde merito tranſ-
fert in perſonas, quibus eſſent debitæ, ſi natura-
liter obijſſet *Soccin. conſ. 92. circa primum hu-*
ius conſultationis. nu. 1. in fin. lib. 1. Honded.
conſil. 62. n. 33. & 56. lib. 1.
Quæ procedũt quo ad bona, quę ingrediens poſsi
debat tempore ingreſſus, nam ſecus eſſet in illis
10 quæ prius alienauerat: † iſta enim non pote-
runt per fideicõmmiſſarium vendicari, donec
durat vita naturalis monachi profeſsi. Quia per
ingreſſum potuit ſe ſpoliare bonis per eũ poſ-
ſeſsis, non tamen præiudicare valet emptori,
qui cum eo contraxit, & pretium expoſuit, cum
mutatio ſtatus auctoris non noceat emptori,
qui nec cogitauit de ingreſſu religionis, Ideo
emptor poſsidebit donec viuit monacus *arg. l.*
peto. §. prædium. de leg 2. l. ſi parte. 19. §. ſi per
fundum. quemadm. ſeruit. amit. Din. in l.
ſtatius. 48. §. cornelio. de iur. fiſ. & ita in ſpe-
cie concludit *Bald conſ. 280. factum ſic ſe ha-*
bet. in verſic. mihi videtur quod ingreſſus or-
dinis. lib. 1. & ita iudicatum dicit *Peregrin. de*
iur. fiſ. lib. 3. tit. 4. in fin.
Neq; obſtat quod finito iure auctoris per impoſ-
ſibilitatem iuris videatur finitum ius ſucceſſo-
11 ris propter ingreſſum † *l. vetus. de pignor.*
quia ibi adhuc erat dominium penes aucto-
rem,

12 rem, vt idem deprehendat ius alterius,† Vnde
ſublato principali tollitur acceſſoriũ *l. & poſt. 7. §. 1. de tranſact.* & ita reſpondet *Bald. d. conſil. 280. in fin. verſ. in contrarium facit.* vbi
etiã allegat pro hac ſentẽtia tex. in ſui ratione
*in l. cũ pater. 79 § ab inſtituto. & in §. hæredi-
tas. de leg. 2 l. fin. C. qui ven. ætat. impetrau.*
Secundo Dixi ſupradicta non habere locum in
13 alimentis: † Nam monaſterium tenebitur illa
præſtare filio etiam ſpurio, ſi pater efficiatur
monacus, prout è contra patri inopi, ſi filius
ingrediatur monaſterium: Quoniã onus alendi
tranſit ad hæredem, & monaſterium eſt loco hę-
14 redis, † vel ſaltem filij *auth niſi rogati. C. ad trebell. Tiraq in l. ſi vnquam. num. 42. in verb. ſuſceperit liberos. C. de reuoc. donat.* Et omnia
iura tàm actiuè quàm paſſiuè monaco compe-
tentia tranſeunt in monaſterium; Vnde æquum
eſt illum teneri ad onera ingreſſi, maximè cum
rum ſequantur incommoda, cui competunt cõ-
moda, prout latè concludit *Surd. de alim. tit. 1. q. 29. n. 5. & per tot. poſt Bar. in eod. tract. n. 47.*
Itaut in caſu in quo monaſterium teneretur alere
patrem ingreſsi, vel filios non præſtet minus,
15 quam ſit vſusfructus legitimæ † *Dec. conſ. 180. Cordubenſ. & alij per eundem Surd. de alim. tit. 4. q. 23. nu. 4. & 6.* vbi ampliat ad alios,
quibus debentur alimenta, quæ non erunt mi-
nus legitima, quamuis hoc nõ approbet *Vaſq. de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 21. n. 137. limit. 7.* vbi
dicit verius eſſe quod poſsit aſsignari minor
quantitas pro alimentis.
Amplius dicebatur idem eſſe in marito, cui mona
16 ſterium præſtabit alimenta, † ſi vxor illud in-
grediatur cum conſenſu viri transferendo do-
tes, & bona ſua ad exemplum filij, & patris in-
gredientium Religionem *Io. Andr. ad Specul. qui fil. ſint legit. §. 1. nu. 14.* ſequitur *Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. nu. 16. de liber. agnoſ.*
Quamuis iſta opinio non ſit tuta, nam contraria
17 eſt verior; Quia vir ſibi præiudicauit, † quaſi
conſenſerit alienationi, & ſic onus alendi non
incũbit vxori, vnde nec illud potuit in mona-
ſteriũ trãſire, & conſequenter non poterit mari
tus cõuenire monaſterium, vt præſtet alimenta
ex bonis vxoris, quę cõſenſit alienari, & in qui-
bus paſſus eſt ſibi præiudicium inferri *l. nihil. 123. §. 1. de leg. 1. Aim. conſil. 24. n. 9. Bece. conſ. 57. n. 6.* Conſentiendo enim, quod vxor efficia-
tur monacha cenſetur renunciare ſuo fauori,
itaut bona ingredientis monaſterium transfe-
rãtur in illud, & ei ſint acquiſita *auth. ingreſsi. vbi Iaſ. in princ. C. de ſacroſ. eccleſ.*
Et prædicta procedunt nõ ſolum quando vir erat
18 egenus tempore ingreſſus, † ſed multò magis, ſi
egeſtas ſuperuenit, cum enim eſſent bona que-
ſita liberè ſine onere alendi, non debet nocere,
quod ſuperuenit, & ſibi imputet, dum cõſentit,
quando inopia laborabat, prout latè per mul-
tas rationes concludit *Surd. de alim. tit. 1. q. 37. per tot.*
Neq; obſtat, quod dicitur de patre, & filio, quibus
19 per monaſterium debentur alimenta † *Specul. que fil. ſint legit. §. 1. n. 14. per tex. in l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. de liber. agnoſc. Bart.*
20 *de alim. n. 41. col. 4* † Quia adeſt diuerſa ratio,
cum pater poſsit filio inuito ingredi monaſte-
rium, ſicut filius patre contradicente, quod non
eſt in vxore, & marito. quorum conſenſus re-
quiritur, itaut alter poſsit alium impedire *c. vxoratus. 8. de conuerſ. coniugat.*
Immo vir non poteſt tranſire ad monaſterium, ni-
21 ſi quoq; mulier ingrediatur Religionẽ, † quia
cum ſint vna caro effecti propter copulam cõ-
iugalem non poteſt vna pars cõuerti ad Domi
num, & alia in ſæculo remanere, & ideo non eſt
ad religionem aſſumendus vnus altero in ſæcu
lo remanente, & propterea vno intrante reli-
gionem, alter debet perpetuam continentiam
promittere, & vitam mutare ingrediendo reli-
gionem *c. cum ſis. & c. ad apoſtolicam. 13. de conuerſ. coniugator c. agathoſa 27 q 2.*
Et ſi vir de licẽtia vxoris fuerit ingreſſus religio-
nem, niſi etiam vxor tranſierit ad monaſteriũ,
22 aut perpetuò promiſerit ſeruare caſtitatẽ, † vir
debet de monaſterio reuocari *c. 1. de conuerſ.*
23 *coniugat.* † Dummodò vxor non ſit ſenex, &
ſterilis, ita quod ſine ſuſpitione poſsit remane-
re in ſæculo promittendo tamen caſtitatem *d. c. cum ſis. & d. c. apoſtolicam. c. 1. & ibi glo. in verb. reuocari & c. vxoratus. de conuerſ. coniugat.*
In caſu tamen in quo vir, aut vxor commiſiſſent
24 adulterium, alter qui eſt innocens † non ſolum
poſſet ab adultera ſeparari, ſed etiam poſſet il-
lo inuito ingredi religionem, & continentiam
vouere, & profeſsionem facere, & ſacros ordi-
nes ſuſcipere. Quia licèt maneat vinculum cõ-
iugale, tamen neuter tenetur alteri, & quilibet
ceſsit iuri ſuo *gloſ. in d. c. ex literis. in verb re-
dire. ad fin. de diuort. & c. ſignificaſti. eod. tit. c. agathoſa. vbi Aegid. 27. q. 2. Hoſtien. in c. ex parte. de conuerſ. coniugat. Henric. Boic. in c. vxoratus. col. 3. eod. tit. Summ. Anton. p. 3. tit. 1. c. 21. §. 6. verſ. effectus accuſationis. Syluest. in verb. diuortium. n. 16. verſ. decimo tertio quaritur. & in verb. matrimonium. q. 12. verſic. ſi vero matrimonium. Petr. Ledeſm. de magn. matrim. ſacram. q. 61. fol. 585. Nauar. conſ. 8. de regular.*
25 *Philiar. in ſumm. p. 2 lib. 2. c. 27. in fin.* † Itaut
quando adulterium eſt notorium, & publicum,
vt non ſit locus inficiationi, poſsit ingredi reli-
gionem auctoritate propria, cum aliud ſit in
non manifeſto, tunc enim requiritur ſententia
declarans eſſe locum diuortio thori, poſtquam
poterit vxor profiteri *gloſ. in c fin. de adult. Io. Andr. et aly de quibus per Natt. cõſ. 116. lib. 1.*
Poſt ingreſſum tamen religionis factum per vnum
ex coniugibus innocentem ob adulterium cõ-
26 iugis, † non poſſet cogi adulter ingredi mona-
ſterium, ſed ei licitum eſt remanere in ſæculo
Innoc. Io. Andr. Hoſtien. Anan. Cardin. Anchar. Butr. & Abb. in c. cum ſis. de conuerſ. coniugat. vbi quod remanens in ſæculo quamuis
non poſsit accipere vxorem viuente alia, quæ
tuie

Digitized by Google

fuit ingreſſa, Tamen illa mortua ſolutus eſt, & poteſt aliam accipere, quod facere non poſſet ſi cogeretur ingredi. Nam quando non eſt ſequu-
27 tũ diuortiũ, ideò tenetur vterq; ingredi,† quia cum ſint vna caro, non poteſt vna pars conuerti ad Dominum, & alla remanere in ſæculo *c. apoſtolicam. de conuerſ. coniug. c. agathoſa. in fin. cum c. ſeq. 27. q. 2.* Quæ ratio ceſſat ſoluto matrimonio, cum iam ſint coniuges ſeparati, nec vnus habet amplius poteſtatem in alio, neque tenetur reddere debitum, nec poteſt petere *Ledeſm. de matrim. q. 61.* nec in poſſeſſorio aut petitorio poteſt eum auocare perinde, ac ſi eſſet mortuus Nau*ar. conſ. 8. de regular.*

E P I T O M E.

Saluianum interdictum, an admittat appellationem, & quid in ſpolio, aut ſi prima ſentẽtia fuit abſolutoria. Cauſa appellabilis quando duret appellabilis. Executio in quibus caſibus dicatur vulnerata per ſententiam. Idem Iudex quando poſsit iterum in eadem cauſa pronunciare. Statutum tollens appellationem in poſſeſſorio an ſit deciſiuum, ſeu ordinatorium. Sententia continens errorem facti, vt dicatur notorie nulla an debeat eſſe expreſſus error in ipſa ſententia.

S V M M A R I V M.

1 C*auſa facta appellabilis ſemper remanet talis. Fallit n. 6.*
2 A*qualitas eſt ſeruanda inter actorem et rei.*
3 *Præſumptio ſecundæ ſententiæ reuocatoriæ eliditur à prima.*
4 L*ata ſententia abſolutoria ſi ſequatur condemnatio non datur ſequeſtrum.*
5 In*Saluiano interdicto nõ eſt locus appellationi.*
7 E*xecutio non dicitur vulnerata per ſententiã nullam. & n. 8. 10. & 11.*
9 *Actus nulli habentur, ac ſi non eſſent facti.*
12 I*udex poteſt ferre ſecundam ſententiam etiam contrariam primæ, quando prima fuit nulla, aut notoriè iniuſta.*
14 S*uper ſpolio intentato ſi ſequatur abſolutoria quæ reuocetur in cauſa appellationis, an ſit locus executioni.*
15 *Conſtitutio noua quando trahatur ad cauſas pendentes per appellationem.*
16 S*tatutum tollens appellationem in poſſeßorio eſt ordinatorium, non deciſiuum.*
17 C*itatio debet peruenire ad notitiam citati, & quando ſcientia præſumatur.*
18 S*ententia continens errorem facti an dicatur notoriè nulla, & an debeat eſſe error expreſſus in ipſa ſententia, vel ſufficiat deprehẽdi errorem per relationem quam iudex facit ad acta, & an per modum cauſæ diſpoſitionis, vel ſi enunciatiue cõmemorentur acta. n. 19. & 23.*
20 *Verba viſis actis, quid ſignificent.*
21 R*elatio quando dicatur fieri ad acta per modum cauſæ.*
22 *Ad inualidandum actum non eſt paris virtus taciti, & expreſſi.*
24 *Nullitas non clara non habet effectum notoriæ nullitatis.*
25 *Si apparet de notoria iniuſtitia reuocatur ſententia quamuis ſimus in tribus conformibus etiam executione ſequuta.*
26 S*upremi* M*agiſtratus attendunt veritatem facti, non ordinem iudiciarium.*

C A P V T CIII.

CVm ageretur ſaluiano interdicto in prima inſtantia præceſſit ſententia abſolutoria; In cauſa tamen appellationis fuit conceſſum mandatum de immittendo vigore eiuſdem ſaluiani recte intentati; vnde prætendebatur eſſe locum appellationi ab hac ſecunda
1 ſentẽtia, prout etiã à prima fuit conceſſa †quaſi cauſa facta appellabilis ſemper remaneat talis Bart. *in l. pater filium. 36. §. quindecim. de leg. 3. & in l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* C*ontard. in l. unic. n. 107. in verb. petitorii. q. 13. C. ſi de momentan. poſſeſſ. Achil. decis. 8.*
2 *aliàs. 234. de appellat.* † Vt ſeruetur æqualitas inter reum, & actorem *c. non licèt de reg. iur. in 6.* Et quia præſumptio ſecundæ ſententiæ reuo-
3 catoriæ† eliditur à prima C*aſſad. deciſ. 1. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.* vbi lata ſententia abſolutoria, ſi poſtea ſequatur condemnatio, non datur ſequeſtrum propter præſumptionem primæ
4 ſententiæ eliſæ † per ſecundam Put. *deciſ. 480. n. 9. lib. 2.*
Contrarium tamen Declaraui in cauſa Silueſtri
5 mihi delegata: quia eramus in ſaluiano, † quod tanquam merum poſſeſſorium nõ admittit appellationem Bart. *in l. 1. in fin. n. 4. de ſaluian. interd.* Al*ex. cõſ. 73. n. 11. lib. 9.* Menoch. *de adipiſc. remed. 3. q. 13. n. 186.* Quia mens conſtitutionis ægidianæ eſt, vt poſſeſſorium per vnicam ſententiam poſsit terminari Put. *deciſ. 480. n. 12. lib. 2.*
Non obſtat quod cauſa eſſet facta appellabilis: Quia prima ſentẽtia fuit nulla ad fauorem rei abſoluti; vnde tãquam nullum effectum produ-
6 cens †nõ poteſt reddere cauſam appellabilem, Quemadmodũ dicimus de executione, quæ nõ eſt vulnerata per ſententiam nullam: Quare ſi prius fuit iudicatum nulliter ad fauorem rei, nõ
7 propterea ceſſat proceſſus ſummarius, † & executiuus in alia inſtãtia ad fauorẽ actoris, prout ſeruat *Rot. coram* R. P. D. Rubeo Pamp*ilonen. beneficij. 28. maij. 1589.* & fuit deciſum *per* R. P. D. *Cordubam* Elboren. *penſionis. 9. iunij. 1595.* vbi Vicarius declarauerat nõ poſſe proſequi virtute literarum apoſtolicarum, in quibus fuerat reſeruata penſio ſex millium cruciatorum ad fauorem Collegij Societatis Ieſu Elboren. & cauſa appellationis pendente à dicto decreto, fuit concluſum litteras reſeruatorias
8 penſionis eſſe exequendas, † cum illa ſententia eſſet nulla, per quam non fuit facta cauſa appellabilis; vnde non erant vulneratæ literæ, qua-
rum

rum executio non debebat retardari per ſen-
tentiam nullam, quæ non poterat producere
aliquem effectum *l.4. §.condemnatum. de re iu-
dic.Roland.conſ.39.n.13.li.1.* Et de actibus nul
lis,†quod habeâtur, ac ſi nô eſſent facti multa
ſimilia adducit *Vant.de nullitat.tit quoties. &
intra quod tempus de nullit.agi poſſ.n.16.vſq;ad*
10 *n.54.*† Intelligendo quod ſit vulnerata obliga-
tio cameralis puta quando iudex abſoluit à pe
titis,hoc enim caſu erit locus appellationi, ſe-
cus quando iudex pronunciauit ſuper ſola in-
ualidate decreti iam relaxati vigore dictæ obli
11 gationis, † iſta enim pronunciatio non vulne-
rat obligationem,ſed ſolum ipſum decretum,&
ideo tunc poterit agi executiuè *Rot.per* R.P.D.
Coccin.Anconitana aſſecurationis.1.iuly 1602.
vbi quod ita ſunt declarandæ deciſiones *Card.
Blanchetti. Romana ſocietatis.3. iunij.1577. &*
R.P.D.*Cantucij Romana Cenſus 27.iuny 1580.
&* R.P.D. *Pent.Reatina depoſiti.18.decembris.*
1600.

Ideo ſi iudex primo nulliter ſententiauit poteſt ſe
cundam ſententiam ferre etiam contrariam pri
12 mæ,†itaut ſi prius abſoluit poſſit poſteà condē
nare.Quia ex illo actu nullo non dicitur aliquo
modo impeditus *Bald.* qui dicit notandum *in
l.fi.n.3.C,de ſent.quæ ſin.cert.quantit. Fel.in c.
inter monaſterium.limit.6.de re iud.*

Idem ſi prima ſententia eſſet manifeſtè iniqua,
13 tunc enim † poſſet validè ferri ſecunda contra
primam. Notoria enim iniuſtitia ęquiparatur
nullitati *Innoc. in c.cum bertoldus. de re iudic.*
& ita in ſpecie concludit *Archid.in c. ei qui ap-
pellat.aliàs.incip.ſi qui.in §.definitiua. in verb.
item ſi ſententia.2.q.6.& ibi Dominic.n.12.Fel.
in c.inter monaſterium.n.25.limit.10.de re iud.
Contard.in l.vnic.limit.9.n.49.C.ſi de momen.
poſſeſſ.Sur.conſ.160:n.30.lib.2.*

Et facit etiam quòd dicimus de ſpolio intentato
quamuis enim ſuper eo ſequatur abſolutoria,
14 ſi tamen † in cauſa appellationis illa ſententia
reuocetur, & fuerit mandatum reſtitui ad bo-
na de quibus actū fuit,tamen non obſtante pri-
ma ſententia erit locus executioni, neq;appel-
latio admittetur *Put.deciſ.480.lib.2.* vbi exten-
dit etiam ad caſum,in quo confirmatio ægidia
15 næ ſuperuenerit pendente appellatione,† cum
illa conſtitutio non ſit omnino noua,ſed decla-
ratoria,quo caſu trahitur ad pendentia per ap-
pellationem *Felin.in c.fin.col.5.verſ.item intel-
lige hanc limitationem. de conſtitut.* Maximè
quia ſtatutum tollens appellationem in poſſeſ-
16 ſorio eſt ordinatorium,non deciſiuum, † nam
grauamen per talem ſententiam illatum poteſt
reparari in petitorio *Put.deciſ.480. nu.6. lib.2.
poſt Alex.conſ.167.in fin.lib.1.* Cum aliàs eſſet
deciſorium *Gozad.conſ.96.col.fin.n. 15.verſ.
vel ſecundo reſpondeo.Dec.in c. Eccleſia Sanctæ
Maria col.18. ad med. verſ.ex premiſſa conclu-
ſione.ibi ſecus videtur ſi penitus tollatur.nu.43.
de conſtitut.Soc.conſ.92.circa præſentem conſul-
tationem ad fin.n.22.verſ.primo quia ſtatutum.
lib.4.*

De nullitate autem ſententiæ conſtabat,quia iudi
cium fuit factum cum procuratore, qui ſolùm
habebat mandatum ad exigendum,non autem
ad lites,vt requirebatur. Et prætenſę citatio-
nes factæ contra ipſummet principalem ſunt
17 nullæ,† quia non peruenerunt ad notitiam ip-
ſius citati,qui nec ipſe, nec ſuorum aliquis in
illa domo habitabat,vbi dimiſſæ fuerunt,immò
iam per multos menſes antea tam de domo,
quàm è ciuitate diſceſerat; vnde non potuit
pręſumi aliqua ſcientia *l.1. §.domum.de liber.
agnoſc.Angel.in l.1.C.de falſ.monet.Bart.in l.4
§.prætor ait.col.2. verſ.ſed quid ſi maiori n.9.de
damn.infec.& ibi Alex.n.12.Gab.conſ.31.n.34
& 35.lib.2.*

Addebatur notoria,& euidens iniuſtitia ſententię
quę æquiparatur nullitati,cum ex dictis teſtiū,
ad quæ fuit facta per iudicem relatio, appareat
ſententiam continere errorem facti,Tunc enim
18 dicitur notoria iniuſtitia,†quando ſine aliqua
probatione extrinſeca ex actorum inſpectione
iunctis allegationibus iurium,& auctoritatum,
ex quibus efficitur communis opinio, apparet
talis *Ang.in l.ſiue part. de inoffic. teſtam. Bal.
conſ. 294. quia ſolam nullitatem. lib 3. Felin.
Butrig Rot.& alij per Gabr.conſ.28. n.5.lib.2.*
vbi dicit aliud eſſe, ſi iudex ſe ad acta non retu
liſſet ſecundum *Alex.in l.præſes. de re iud.Affl.
deciſ.28.n.3.*

Neq;obeſtat prædicta non videri tuta, quia vt vi-
19 tietur ſententia continens errorem facti,† ne-
ceſſe eſt,vt error ſit expreſſus in ipſa ſententia;
Itaut non ſufficiat deprehendi errorē per rela-
tionē, quā iudex facit ad acta, niſi fiat relatio
per modum cauſæ diſpoſitionis; non autem ſi
enunciatiuè cōmemorentur acta: Quare ſi iu-
dex condemnat dicens probatum eſſe per tales
teſtes,ideo condemno, non eſt nulla ſententia,
licèt teſtes non probent;Prout etiam ſi dicatur
viſis actis, & depoſitionibus teſtium. Quia
20 non dixit hoc ad demoſtrandum, †quod ſuam
ſententiā fundauerit ſuper illis,ſed ſolum,vt de
claret ſe acta vidiſſe *Iaſ.in l.1.n.11.C.de error.
calcul.* Nam aliàs omnes ſententiæ eſſent nul-
læ, cum in omnibus dicatur viſis actis *Aret.
cōſ.136.viſis diligenter.col.2.n.2.verſ.iſta enim
verba* & multum notandum dicit *Surd. conſil.
223.n. 19. lib.2.* vbi quod non dicitur relatio
21 fieri ad acta per modum cauſæ, † dum iudex
dicit talem excommunicatum ob propalatio-
nem non factam in tempore. Ideo ad inualidi-
tatē ſententiæ neceſſe eſt, vt error videri poſſit
corporalibus oculis,nec ſufficit, quod ex men-
te ſententiæ valeat reduci ad intellectum erro-
nrum,quia eſſet error ſubauditus, & interpre-
tatius, neq; enim ſatis eſt quod ex coniecturis
eliciatur, cum debeat apparere ex verbis ſen-
22 tentiæ expreſſis,† Nam ad inualidandū actum
non eſt pars virtus expreſſi, & taciti prout in
ſpecie concludūt *Doctor. in l. qui roma.§. duo
fratres.de verb.obligat. Alex. conſ.59. attentis
uerbis.col. 5.verſ.nec obſtantea.lib.3. & conſil.
79.perſpectis uerbis.in fin.lib.1.Natt.conſ.524
n.18.*

*n.*18.*Add.ad* Rom.*ſing.*46.V*ant.de nullit.defic. proceſſ.n.*121.*cum alijs per* Sur.qui dicit notandum ſingulare,& neceſſarium ſcitu *conſ.*223.*n.*22.*lib.*2.

Nam quicquid dicant præfati Doctores verius eſt, quod notoria, & euidens iniuſtitia irritet ſententiã,ſiue ſit in ea expreſſa ſpecialiter, ſiue
23 generaliter relata,†Quoniam notorium habet vim expreſſionis,& quia iudex cenſetur motus ex illis actis,non alijs prout in ſpecie cõcludit *Gabr. conſ.*28.*n.*6. *lib.*2. vbi quod ita ſeruatur in Rota; Nam eſt friuola allegatio, quod iudex potuerit moueri ex alijs Rot. *diuerſ. deciſ.* 77.*in fin.num.*8. *p.*3.*lib.*2.*fol.*44. Niſi qui hoc aſſerit, probet eundem iudicem motũ fuiſſe ex alijs cauſis, itaut velari poſſit iniuſtitia, tunc
24 enim erit nullitas turbida, & non clara; Vnde non habebit effectum notoriæ nullitatis *Corn. conſ.*10.*col.*2.*lib.*4. Et ita in terris Eccleſiæ iudicandum eſſe per ſupradictam Rotæ auctoritatem dicit *Surd.conſ.*324.*n.*6.*lib.*3. vbi etiam *n.*7. quod quando iudex mouetur ex his, quæ non ſunt in actis debet de hoc facere mentionẽ *Iaſ.in l.is ad quem.col.penult.de acquir.hæred.* Vnde ſi ſententia non ſe referret ad acta haberetur pro valida; Quandocunq;tamen appareret de notoria iniuſtitia per Rotam reuocare-
25 tur,† quamuis eſſemus in tribus conformibus, & executione ſequuta, ſi illæ non iuſtificantur in actis probatorijs, & adſint talia, ex quibus iudex debuiſſet contrarium iudicare *Gabr. d. conſ.* 28. *lib.* 2. *n.* 6. cum ſupremi Magiſtratus
26 facti veritatem attendant,† non ordinem iudiciarium *Sur.conſ.*324 *lib.*3.*n.*2.*in fi.*

EPITOME.

Legatum alimentorum relictum præſtari ab infraſcriptis hæredibus an ſit extinctum per mortem dictorum hæredum, & quid ſi dictum fuerit donec d. hęredes vixerint. Hæres hæredis quando dicatur hæres teſtatoris. Verba infraſcriptos prædictos, ipſos, eoſdem, meos, & ſimilia quando extendantur ad futuros. Legatum cum prohibitione non alienandi quando ſit perſonale. Fideiuſſor pro debito patris ſui an teneatur ad debitum liquidatum poſt mortem patris. Si alimenta relinquantur in domo hæredis an legatarius debeat ſtare in domo hæredis hæredis. Legatum alimentorum quando ſit perpetuum. Fideicommiſſum quo ad certas perſonas,& tempus quãdo ex ratione generali extendatur. In relicto ab inſtituto an cenſeatur grauatus ſubſtitutus.

SVMMARIVM.

*1 Hæres hæredis dicitur propriè hæres teſtatoris, & appellatione hæredũ veniunt omnes in infinitum. Amplia vt n.*2.*&* 3.
4 Onus limitatè iniunctum hæredibus nominatim non comprehendit hæredem hæredis.
*5 Dictio infraſcriptos refertur ad eos,qui poſſunt legi oculis corporalibus. n.*6.*&* 10.
*7 Hæres hæredis an veniat appellatione hæredis infraſcripti.n.*9.*& quid in verbis prædictis, & ſimilibus.n.*11.22.41.*&* 42.
12 Appellatione filiorum veniunt nepotes.
*13 Dictio ipſos,& eiſdem eſt ad oculum demõſtratiua.n.*14.
15 Legatum cum prohibitione alienandi quando dicatur reale,vel perſonale.
16 Ratio tacita tunc procedit quando eſt expreſſa à teſtatore.
17 Expreſſio cauſæ an requiratur in re, quæ erat maiorum ſuorum.
18 Nomina poſſeſſiua meum,tuum, aut ſimilia ſignificant tempus præſens, non futururum.
*19 fideiuſſor obligatus pro debito patris ſui an reſtringat obligationem ad debitum liquidatũ in vita patris.n.*21.
20 Implementum conditionis non tranſit ad hæredes.
23 Legatum alimentorum, quod teſtator mandauit præſtari ab infraſcriptis hæredibus expirat per mortem ſcriptorum hæredum.Contrarium.n. 30.33.*&* 34.
24 Legatarius non tenetur habitare cum hærede hæredis,ſi fuerint ei relicta alimenta in domo hæredis.
25 Fideiuſſor promittens ſoluere calculum factum per arbitros non tenetur ſoluere calculum factum per arbitros ſecundo electos.
*26 Verba infraſcriptos hæredes,aut ſimilia an videantur poſita ex cõſuetudine notariorũ,& quid in verbis in oĩbus alijs ſuis bonis. n.*28.*&* 29.
29 Teſtator videtur ſemper loqui ad hæredem ſub nomine appellatiuo.
*30 Legatum alimentorum eſt perpetuum,& intelligitur relictum ad vitam legatarij.n.*31.32.60.63. *&* 67.
*35 Iudicandum eſt in dubio pro non extinctione legati n.*62.
36 Legatum alimentorum quod teſtator iuſſit alicui præſtari ad decennium, ſi legatarius ante illud tempus moriatur,extinguitur.
37 Relictum temporale habet tacitam conditionem cum vita legatarij.
*38 Alimenta non tranſeunt ad hæredes,ſed cenſentur relicta ad vitam.& n.*40.
39 Alimenta ſunt alia in perſona vnius, alia in perſona alterius.
43 Fideicõmiſſum relictum quo ad certas perſonas ſeu tempus determinatum an extendatur ad alios.
44 Probatio eſt fortior quando vltra eam additur ratio.
45 Proprium nomen non eſt alteri cõmunicabile.
*46 Relictum nominatim ab inſtituto an ſubſtitutus cenſeatur grauatus,& quid in alimentis. n.*47.*& in penſione.n.*48.*& in legatis ad pias cauſas.n.*49.
50 Coniunctio repudiante, vel moriente ante aditam hæreditatem portio accreſcit cohæredi cũ eodem onere alendi.
51 Legatum alimentorum annuum eſt ſoluendum per

per heredem hæredis.num.52.
53 *Verba adiecta cauſa demonſtrationis referuntur ad alias perſonas, quibus conuenit diſpoſitio. n. 64.*
54 *Legatum alimentorum quod teſtator mandauit præſtari per hæredem infraſcriptum durante vita eiuſdem hæredis an ſit præſtandũ per hæredem hæredis. n.59.*
55 *Verba vita durante ſtant limitatiuè. n. 70. & exponuntur pro donec.n.69.*
56 *Opinio Rota Romanæ præualet communi ſententia doctorum.*
57 *Alimenta debita iure actionis non ex officio iudicis poſſunt peti per eum, qui de ſuo ſe alimentauit.*
58 *Omnis actio præſcribitur ſpatio 30.annorum.*
61 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris.*
65 *In materia alimentorum potius admittitur ſuperfluitas,quam quod quis priuetur alimẽtis.*
66 *Legatũ alimentorum donec legatarius moretur cum hærede an duret mortuo hærede.n.71.*
68 *Legatum alimentorum eſt perpetuum.*

CAPVT CIIII.

LEgatum alimentorum, quod mandauit teſtator præſtari ab infraſcriptis hæredibus
dicebatur extinctum per mortem ſcriptorum
1 hæredum; Nam † quamuis hæres hæredis dicatur hæres teſtators *l.fin. de hæred.inſtit.*& appellatione hæredis veniant omnes in infinitum *l.hæredis.appellatione.160.& l.ſciendum. 70. de verb.ſignif.* Itaut propriè dici poſſit, quod hæres hæredis ſit etiam hæres teſtatoris *Alciat.in l.hæredis appellatio. 65. in princ.de verbor. ſignif.& ibi Rebuff. in fin.verſ. continetur. Iaſ. in l. ſi quis filium familias. §.fin. n.6. vſq, ad num.10. de acquir. hæred. Rot. diuerſ. 47. du-*
2 *bitaui.n.10. p.2.* † Ideo teſtator grauans hæredem ſuũ ſub pœna priuationis,ne moleſtet vxorem ſuam vſufructuariam cenſetur etiam grauare hæredem hæredis *Soccin. Iun. conſil. 129.*
3 *n.7.lib.3. Menoch.conſ.57.n.3.* † Etiam in diſpoſitione ſtricti iuris, prout in conditione in qua venit hæres hæredis latè Idẽ *Menoch. conſ. 89.n.133.lib.1.*

Tamen quando onus eſt iniunctum limitatè hæredibus nominatis non venit hæres hæredis: Quia
4 huiuſmodi verba infraſcriptos,† & ſimilia referuntur ſolùm ad eos, qui corporalibus oculis poſſunt legi,non autem intelligi: vnde quod relinquitur nominatim ab vno, non eſt præſtandum ab eo, qui ſuccedit in locum illius præter volũtatem,& diſpoſitionem teſtatoris *l.1.§ fin. de leg.3. l.ſi hæredes nominatim. 127. de leg.1. Alex.conſ.140. viſo dicto teſtamento.col.1.& 2. nu.4. cum ſeq. lib. 6. & conſ.176.viſis narratis.*
5 *in fin. lib.7.* † vbi dicit hoc ſine ſcrupulo procedere propter dictionem infraſcriptos *Soccin. Iun.conſ. 231.col.fin. n. 62. p.1.* & latius *in l. cum filiofamilias.in 2.par.repet.col.12.de legat. 1.poſt Bart. in l. 1. in princ. de his quæ in teſt.*
delen.& in l.ſi quis liberis.§. hæc verba. in fin. de vulg. & pupil. & conſil.124. andreas martini.lib.1.

Neque obſtat, quod de hac opinione videatur
6 dubitare † *Iaſ. in l.ſi quis filiumfamilias.§. in omni.col.vlt. verſ.quarto amplia hanc regulam. nu.15. de acquir.hæred.& Bertazzol.conſ.ciuil. 83. in fin. nu. 66.* Et contrarium ſentiant *gloſ. in l.cum filio.in verb.ſcriptos. de vulgar.et pu-*
7 *pil.* † vbi exponit ſcriptos, ideſt inſtitutos,cum etiam hæres hæredis veniat appellatione hæredis infraſcripti *Bald. in l.vnic.ad med.n.3.verſ. ad iſtam ſimilitudinem.*C.*quor. legator.* vbi infert ad ſtatutum mandans inſtrumentum mitti executioni contra debitorem in eo deſcriptum,
8 quod habebit † locum etiam contra hæredem debitoris *Alex.conſ.18.attentis narratis.col.fin. ad med.n.16.lib.5.Surd. deciſ.338.n.3.*

Quia reſpondetur quod Idem *Iaſ.in l.fin.col.1.in fin.nu.6.verſ.quarto extende.*C.*de hæred. inſti-*
9 *tut.*† reijcit illum intellectum tanquam contrarium literæ, & *in l. quis liberis. §.hæc verba. in fin.de vulg. & pupil.* concludit quod conſuleret,& iudicaret pro opinione *Bart.* quam dicit
10 eſſe veriſſimam † *Ruin. conſil. 29. quia teſtator.col.2.n.4.lib.2.poſt Aret.in d.l.ſi quis filiũ. § fin.* prout etiam teſtatur *Surd. conſ.123. nu. 13. lib.1.*

Idem eſt ſi teſtator vſus fuiſſet verbis prædictis
11 Nam per illa † cenſetur excluſus hæres hæredis *Aim.conſ.98.n.8. Ruin.conſ.180.nu.2. col.1. ad*
12 *fin.lib.2.Soccin.Iun.conſ.28.n.30.lib.3.* † Quẽadmodum dicimus, quod licet appellatione filiorum veniant nepotes ex generalitate ſermonis: Tamen ſi nominatim facta mentione filiorum teſtator dicat prædictos filios, tunc ſermo refertur ſolum ad nominatos, non ad alios *Dec. conſ.455.n.8.Surd.conſ.230.n.24.lib.2.*

Quod multo magis erit ſi dictum fuiſſet per ipſos
13 hæredes:† Quia illa dictio eſt perſonaliſſima,& ad oculum demonſtratiua *Roland. conſil. 97. n.22.lib.4. Rip. in l.filiusfamilias.§.diui.n.111. de leg.1. vbi Iaſ. in 2.lect.col.pen.verſ. pro ampliatione.latè Decian.conſ.2.n.32.lib.2. Rimin. Iun.conſ.50.n.47.& 48.lib.1.*

Idem ſi adeſſet dictio eiſdem,quæ eſt etiam relati-
14 ua ad nominatos † *Dec.conſ.261. in cauſa magnifici.in princ.verſ. ſecundo facit. Burſat. conſ. 64.n.20.lib.1.Ruin.conſ.101.n.9. in fin. lib. 2. Surd deciſ.125. in princ.* vbi ex hoc concludit legatum aliquibus cum prohibitione eiſdem fa-
15 cta non alienandi † eſſe perſonale,quamuis ex qualitate rei poſſet dici realis,puta propter affectionem,aut quid ſimile Licet enim iſta qualitas veſtiat prohibitionem , tamen non extendit de perſonali ad realem, cum ſit facta prohibitio nominatim, & ſatis eſt , quod illa affectio conualidet prohibitionem,non quod extendat;
16 Præſertim quia tacita ratio , † vel cauſa tunc procedit, quando eſt expreſſa à teſtatore, ſecus ſi eſt omnino tacita *Caſtrenſ.in l.filiusfamilias. §.diui.n.3.de leg.3.* vbi loquitur de re,quæ erat maiorum ſuorum , quia in his requiritur cauſæ

expreſſio.† excepto exemplo de turri, quæ cō-
17 ſueuit eſſe pro tutela, & defenſione familię *glo. in l. quoties. C. de fideicom. vbi Bald. n. 8. Rimi-nald. Iun. conſ. 632. n. 110.*

Quæ magis procederent, ſi adeſſent verba meos
hæredes, nam iſta nomina poſſeſſiua meum, tuū
18 ſuum, † tempus præſens ſignificant, ita vt non
extendatur ad futurum *Bart. in l. ſi ita legatum 8. de aur. & argent. leg. Ceual, q. 727. n. 64.* Ex
quo infert veriorem opinionem eſſe, quod fide-
iuſſor obligatus non pro quocunque debito, ſed
19 ſpecificè pro debito patris ſui, † per iſtam di-
ctionem ſuum, reſtringit obligationem ad præ-
ſens tempus, & ſic ad debitum liquidatum in
vita patris principalis debitoris, non in futu-
rum pro tempore hæredum, quia fuit conſide-
ratum per fideiuſſorem debitum, quod in vita
patris fuerit liquidatum vna cum eius indu-
ſtria, non quod poſt eius mortem conſtiterit
debuiſſe, cum ille ſit magis informatus, quàm
ſui hæredes, ad quos non tranſit implementum
20 conditionis, † quæ adhęret perſonæ *l. fin. de condit. inſtit. l. ſi decem cum petiero. de verbor.*
21 *oblig.* † De qua tamen quæſtione videndus eſt
Bartol. in l. qui romæ 132. §. augerius. ff. eod. & ibi Doctor. cum alijs per Couar. Pract. quæſt. c. 30. num. 5. Guter. de iuram. confirm. p. 1. c. 37. in fin. qui contrarium ſequuntur *latè Pariſ. conſ. 121. lib. 4.* cum alijs per *Franciſ. Munnoz. de ratiocin. adminiſtrat. c. 34. n. 7. verſ. aduerſus.*

Et regulariter idem eſſet non ſolùm in prædictis
22 caſibus, ſed etiam in ſimilibus, † prout conclu-
dit latè *Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 2. n. 27. interpretat. 1. dub. 1. fol. 198. poſt Dec. conſ. 313. in ciuitate noſtra. nu. 5. col. 2. in fin. verſ. quarto aduertendum,* & multis ſimi-
libus comprobat *Bertaz. conſ. ciuil. 83. num. 15. vſq. ad n. 21.*

Et ita in ſpecie de alimentis, quod propter iſta
verba infraſcriptos non teneantur hæredes hæ-
23 redis † concludit *Crot. in l. 2. in princ. ff. ſolut. matrim. Surd. de alim. tit. 5. q. 6. nu. 26 & 27. & tit. 9. q. 13. n. 32. & 33.*

Ideò ſi teſtator reliquit alimēta in domo hæredis
nō tenetur legatarius habitare cum hærede hæ-
24 redis, † quia intelligitur de primo, non de ſe-
cundo *Bertrand. conſ. 67. n. 4. lib. 7.* vbi dicit in-
dubitatum, ſi fuit dictum, quod habitet in do-
mo hęredis infraſcripti, quaſi tunc cenſeatur ſe
reſtrinxiſſe ad nominatum, & eum qui legitur
corporalibus oculis, ſequitur *Idem Surd. de*
25 *alim. tit. 4. q. 15. in fin.* † Prout in fideiuſſore
promittente ſoluere calculum factum per arbi-
tres, qui non tenetur ſoluere calculum factum
per arbitros ſecūdo electos *Ceual. q. 727. n. 59.*

Neq. obſtat huiuſmodi verba infraſcriptos, & ſi-
milia videri potius poſita de ſtilo notariorum,
26 ideo non eſſe in conſideratione † *Buir. conſ. 68. quo ad ducentas libras. in fin.* vbi loquitur de
verbis in omnibus autem bonis. Maximè quia
27 ſemper videtur teſtator loqui ad hæredem † ſub
nomine appellatiuo *l. ſi ſeruus legatus. eti. §. qui margaritam. ff. de legat. 1.* Et ita in ſpe-
cie dicit *Bal. in l. eam quam col. 4. n. 11. verſ. quæro numquid lex noſtra. C. de fideicom.*

Nam verius eſt, quod dicta verba ſiue ſint ſolita
28 apponi per notarium, nec ne, † cenſentur po-
tius appoſita de voluntate teſtatoris, ideo de-
bent accipi cum effectu operandi quidquid de
iure poſſunt operari *Alex. conſ. 1. col. 7. in princ. n. 22. verſ. quintimo ut dicit lib. 5. Grat. conſ. 112. n. 27. lib. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 7. nu. 45.*
prout omnia in inſtrumentis reſpicientia fa-
29 ctum debent intelligi ſcripta de voluntate, † &
commiſſione partium *Bart. in l. qui filiabus. de teſtam. tut. Dec. conſ. 450. advertiſſimi iuris ad fin. n. 3. Cagnol. in l. ſi liberarius. q. 3. nu. 7. ff. de reg. iur.*

Contrarium tamen cum de prædictis diſceptare-
tur declaraui in cauſa Thomę, & litis conſor-
tium coram me per compromiſſum vertente.
30 Quia de ſui natura † legatum alimentorum eſt
perpetuum, & intelligitur relictum ad vitam le-
gatarij, quamuis ſimpliciter factum fuerit *gloſ. in l. 1. in verb. poſt mortem. ad med. C. de legat. ubi Iaſ. in fin. verſ. in ſecunda parte* dicit ma-
gis veram opinionem fauorem alimentorū *Bar. in l. mela. in princ. ff. de alim. & cibar. legat.*

Quod procedit ſiue debeantur alimenta in teſta-
31 mento, † ſiue ex promiſſione, cum valeat argu-
mentum de contractibus ad vltimas voluntates
quicquid dicat *Gram. deciſ. 102. n. 112.* vbi re-
ſtringit ad quindecim annos, & *Cordub. in l. ſi quis a liberis. §. non tantū. n. 62. de liber. agnoſc.*
qui reducit ad terminos *l. hæreditatum. ff. ad*
32 *leg. falcid.* † Quia ſimpliciter verior eſt opinio
vt cenſeantur debita ad vitam, prout teſtatur
Sur. de alim. tit. 5. q. 1. n. 15.

Quare cum alimenta cenſeantur relicta ad vitam
33 ſunt præſtanda tam per primum hæredē † quā
per ſecundum, vt legatum ſortiatur effectum,
cum præſertim credendum ſit, quod teſtator, ſi
mandauit illud ſolui per hæredem inſtitutum
quem magis dilexit, multò plus voluerit ſol-
34 uendum eſſe per hęredem hæredis, † quē igno-
rabat, prout in ſpecie concludit *Corn. conſ. 69. in hac conſultatione. n. 4. lib. 4.* & in dubio po-
tius iudicandum eſt legatum conſeruari debe-
35 re, † non extingui *Dec. conſ. 601. viſo eleganti. col. vlt. in fi.*

Et adeo cenſentur alimenta relicta ad vitam, vt
neq. obſtet temporis præfinitio appoſita in hu-
iuſmodi legato, puta ſi fuerit mandatū illa præ-
36 ſtari ad decennium. † Nā quamuis ante illud
tempus moriatur ille, qui debet alimentari, ta-
men legatum extinguitur cum illius vita, neq.
ad hæredes eiuſdem tranſmittitur *Bart. in l. ſi cum præfinitione.* per illum tex. quem dicit mul-
tum notandum, & menti tenendum. *ff. quand. dies leg. ced. Iaſ. in l. ſi Stichū aut pamphilum. §. ſtipulatio n. 4. de verb. obligation.* Ratio predi-
ctorum eſt, quia etiam relictum temporale ha-
37 bet tacitam conditionem cum vita † legatarij,
& rebus ſic ſtantibus, itaut credendum ſit teſta-
torem illud tempus appoſuiſſe, quia putabat vi-
tam legatarij longiorem futuram. *Bertaz. conſ. ciuil.*

Digitized by Google

ciuil.83. in fi.n.67.Surd. de alim.tit.5.q.1.n. 3.
Quod cum non extiterit, dicendum eſt eius in-
tentionem talem fuiſſe, vt voluerit ſe confor-
mare cum diſpoſitione iuris communis, ſecun-
dum quod alimenta cenſentur relicta ad vi-
38 tam, † itaut ad hæredes non tranſmittantur
Bald. in auth.cui relictum. col. vlt. in fin. verſ.
quid enim ſi permittantur. C. de indict.viduit.
tollen.& in l.fin.oppoſ.6.C.de hæred. inſtituen.
Alex.conſ.18.attentis narratis.in fin. lib.5. Ce-
phal.conſ.158.n.3.lib.2. Tiraq. de primogen. q.
74. n.6. Quia alimenta cohęrent perſonæ, vnde
tanquam perſonalia non tranſeunt ad hære-
39 dem, † cum alia ſint in perſona vnius, alia in
perſona alterius Bart.in l.cum titio.n.2.ad leg.
falcid.Bald.in l.vnic.col.vlt.n.7. verſ.modo ego
quæro. C. de priuil.dot.cũ præſertim ſubiectum
40 alimentorum ſit anima,† & corpus, quæ ad hę-
redem non tranſmittuntur l. 1. §. ne autem. C.
de caduc.tollen.Idem Bald.in auth.cui relictum
col.vlt.in fin.C.de ind.vid.tollen.
Non obſtat quod dicebatur de verbis infraſcrip-
41 tis, † per quæ excluditur hæres hæredis Re-
buſ.in l.hæredis appellatio.65.col.penul.in prin.
ff. de verb.ſignif. Ruin.conſil.29. nu. 4. lib. 2.
Surd.conſ.123.n.13. lib. 1. cum alijs ſupra al-
legatis. Quia illud non procedit quando mi-
litat eadem ratio, prout in caſu noſtro, in quo
potius maior videtur eſſe, cum enim mãdatum
fuerit ſolui per hæredem, quem plus dilexit,
multo magis per hæredem, in quo non cadit
42 huiuſmodi affectio tanquam ignoto: † Vnde
ſtante paritate rationis magis ex mente,& vo-
lũtate, quam ex propria ſignificatione vocabuli
debeat venire hæredes hæredum, quamuis fue-
rit dictum de infraſcriptis, Ita in ſpecie con-
cordando opiniones diſtinguit Corn.conſil. 69.
in hac conſultatione. n.4. lib.4. Aleiat. in l. hæ-
redis.appellatio.65.n.4.verſ.quod ego non ſuffi-
cere arbitror. de verb.ſignif. & ibi Rebuſ. col.
penul. verſ.limitarem niſi materia. Dec.in l.qui
per ſucceſſionem n.4.verſ.ſecundo regula.de reg.
iur. vbi ſtante eadem ratione dicit omnia re-
duci ad concordiam.
Prout etiam dicimus in fideicommiſſis, quę licet
fuerint relicta quo ad certas perſonas, ſeu tem-
43 pus, † Tamen ſi ex ratione generali poſita
comprehenderẽtur plures perſonæ, ſeu tempo-
ra extenderentur quatenus ratio expreſſa iudi-
caret Bart. in l. pater filium. §. cum fundum
de leg.3. Caſtrenſ. conſil. 77. viſis. col. pen. poſt
med. verſ. contrarium dico. nu.5.lib.1. Roman.
conſ.457. circa propoſitam. n.2.verſic. in unum
44 colligendo. † Quaſi illa prohibitio ſit fortior
quando vltra eam additur ratio Dec.conſil.481.
in caſu de quo perusij. n.3. verſ. & iſta conclu-
ſio. Cephal.conſ.134.n.29.vſq; ad 36.lib.1.cum
diſtinctionibus de quibus per Pereg. de fidei-
com.art.11.nu.54. vſq; ad 58. poſt Iaſ. & alios
in l.filiusfamilias. §. diui. in 2. lect. num. 108.
de leg. 2.
Neq; obſtat quod ſi nominatim aliquid ſit relictũ
ab inſtituto grauando eum nomine proprio,
tunc ſubſtitutus non cenſetur grauatus: Quaſi
45 propriũ nomen non † ſit alteri communicabi-
le l.celſus.29..quod alicuius.de leg.2. Alex.poſt
Bart. in l.licet imperator.77.de leg.1.Doctor. in
l.in ratione.11.§.quod vulgo.ad leg.falcid.et in
l.ſi plures.96.in fin.de legat.3.cum alijs per Ti-
raq. priuileg.pia cauſ.36. Quidquid contrariũ
ſentiant Cin.& Bald. in l.eam quam.C.de fidei-
com.nu.21. col.5.verſ.quæro nũquid lex noſtra.
46 Quia verior eſt opinio contra eos,† vt teſtatur
Peregr.de fideicom.art.16.num.59.vbi intelligit
nominatim grauari non ſolũ quando id fit pro-
prio nomine, ſed etiam per verba, prædictum
meum hęredem: Nã tunc quoq; onus reſtringi-
tur ad illã perſonam tantum Aim.conſ.98. n.8.
Quia prędicta non procedunt in alimẽtis, in qui-
47 bus ob ſpecialem illorum fauorem verius † eſt,
quod debeantur à ſubſtituto, quamuis inſtitu-
tus fuerit grauatus per nomen proprium, & ſic
relictum ab vno cenſebitur repetitum ab alio
l. 4. §. lucius. de alim.& cibar. leg. Bart. in l.
mela.in princ.n.5. verſ. item quod relictum. op-
poſ.3. eod.titul. Rom.conſ. 388. in caſu propoſiti
thematis. n. 5. col. 1. in fin. verſ. his tamen non
48 obſtantibus. vbi ampliat ad penſionem, † cum
illa ſuccedat loco alimentorum Surd. de alim.
tit.8. priuil.15. Peregrin. de fideicom. art. 16.
n.60.& 66.
Quemadmodum idem eſt in legatis ad pias cau-
49 ſas† Iaſ.conſ.95.redemptoris noſtri. n. 2. verſic.
hoc non obſtante. lib.1. col.1. Dec. conſ.181. in
cauſa occurrẽte.col.3.ante med.verſ. et conſ.272.
in caſu propoſito.col.1.ad med.verſ. & hoc idem
confirmatur.Rom.in auth.ſimiliter.ſpeciali.15.
& 20.C.ad leg.falcid.Tiraq.priuil.pia cauſ.36.
Idem in coniunctio, quo repudiante, vel moriente
50 ante aditam hęreditatem, portio accreſcit † co-
hæredi, cum eodem onere alendi, quamuis il-
lud onus fuiſſet commiſſum vni ex hęredibus
nominatim gloſ.in l.4.§.fin.in verb. agant. vbi
Bart.de alim. & cibar. legat. Iaſ. in l.ſi duobus
res.§.hæres. in fin.de leg.1.Surd.de alim. priuil.
15. n.3.tit.8.
Pręterea legatum, de quo agebamus erat annuũ,
cum teſtator mandauerit ſolui alimenta quoli-
51 bet anno, † quo caſu venit hęres hęredis quã-
uis teſtator dixerit eſſe ſoluendum per infra-
ſcriptum eius hęredem, prout in ſpecie cõclu-
dit Corn. conſ.69.lib.4. per tot. quem ſequitur
Peregrin.de fideicomm.art.32.nu.70. verſic. ſe-
52 cundo ſublimita. † Quia dicta verba ſunt ap-
poſita ſolutioni, non diſpoſitioni: Vnde non
debent mutare ſubſtantiam legati iam in eſſe
deducti,& perfecti,& ſui natura perpetui, & in
ſingulos annos debiti, & ſic potius ſtant cauſa
53 demonſtrationis, quàm reſtrictionis, † quo ca-
ſu referuntur etiam ad alias perſonas, quibus
conuenit illa ſolutio Bart. in l.mela. in princ.
ff.de alim.& cibar.legat.Bertaz. conſ.ciuil. 83.
in fin.n.66.
Immo quod magis eſt non ſolũ hęres hęredis prę-
ſtabit alimenta in caſu, in quo hæres fuit nomi-
natim grauatus illa præſtare, ſed etiam quan-

do vlterius teſtator mandauit alimẽta eſſe ſol-
uenda per ſupradictum eius hæredem durãte
54 vita eiuſdem hæredis, † quaſi illa verba hære-
dis vita durante non debeant mutare ſubſtan-
tiam perpetuam legati alimentorum, cum ſint
potius poſita ad denotandum ſolutionem: quã-
do præſertim ſunt in diuerſa oratione. Ita in
ſpecie alimentorum concluſum fuit per *Rot.
corã Cardin. Lancellot.* 10. *& 24. martij. 1571.
& 24. aprilis eiuſdem anni.* vbi quod licèt iſte
55 caſus videretur habere dubitationem, † cum
illa verba, vita durante, ſtent limitatiuè *Pariſ.
conſ.* 123. *n.* 15. *lib.* 3. & ſic executio legati eſt
reſtricta ex voluntate teſtatoris, qui potuit il-
lius naturã mutare, & de perpetua facere tem-
poralem, prout ſentiebant duo ex Dominis:
Tamen pro maiori parte placuit magis opinio
ad fauorem alimentorum ob rationes, de qui-
bus in deciſione, cuius tenorẽ volui infra ſubij-
cere, vna cum voto contrario diſſentientium,
cum ſit caſus notabilis, & qui ſæpe occurrit, &
ſi cõtingeret à Rotæ opinione non eſſet recedẽ-
56 dum, cum ſit maioris auctoritatis, † quam opi-
nio communis Doctorum *Gomeſ. Felin. Grat.
Menoch. & alij latè allegati per Ceual. in Spe-
cul. comm. opin. in præfat. n.* 25. *vſq; ad n.* 29.

Romana alimentorum.

Die lunæ 10. *martij, & 24. eiuſdem, & 21.
aprilis.* 1572.

Quo ad primam partem dubij fuit concluſum ali-
menta præterita de iure peti poſſe per D. Aloi-
ſium, quia cum non ſint debita iudicis officio,
57 ſed iure actionis, † ſcilicèt ex teſtamento, etiã
ſi legatarius de ſuo ſe aluerit poteſt illa petere,
vt *not. Bar. in l. libertis quos. de alimen. et cibar.
legat. & l. de alimẽtis. C. de trãſact. vbi Iaſ. n.* 6.
& Dec. n. 5. qui alios adducit: Verum quia pro
parte Comitis, & litis cõſortiũ fit fundamentũ
58 in præſcriptione, tam de iure communi, † ſci-
licèt, quod omnis actio præſcribitur ſpatio 30.
vel 40. annorum *l. ſicut. C. de præſcript.* 30. *vel
40. annorum* quàm etiam de ſtatuto Vrbis
de negligentibus petere debitum, & pro
parte domini Aloiſij allegatur ignorantia
teſtamenti; propterea hoc fuit circumſcrip-
tum, & cetera omnia, quæ etiam adducuntur
pro parte dictorum conſortium litis, quæ in fa-
cto conſiſtunt, & ſunt præter intellectum verbo-
rum legati.

Quo vero ad alimenta futura poſt obitum hære-
dis præſtãda, licèt verba legati ſint viſa Domi-
59 nis multum dubia, † & multa etiam adducan-
tur fundamenta, propter quæ videatur dicen-
dum illud non debere extendi vltra mortẽ hæ-
redis: Tamen placuit benignior interpretatio,
vt legatum intelligatur eſſe perpetuum ſcilicet
ad vitam D. Aloiſij, quia de ſui natura legatum
60 alimentorum eſt perpetuũ † ad vitam legatarij
l. alimenta. ff. de aliment. & cibar. leg. l. 1. *C. de*
61 *legat. & vtrobiq; notant Doctor.* † Ideo cenſe-
tur in dubio teſtator voluiſſe ſe conformare cũ
iuris diſpoſitione *vt notatur. in l. hæredes mei.
§. cum ita. ad trebel.* & in dubio etiam facien-
da eſt interpretatio, vt legatum potius ſuſtinea-
62 tur quam pereat † *Dec. conſil.* 60 *c. n.* 32.

Nec huic interpretationi videtur repugnare ver-
ba illa durante vita ſupradicti hæredis, Quia
ſunt adiecta ſolutioni, nõ diſpoſitioni, nã primo
loco teſtator legauit 150. atq; ita perfectam
diſpoſitionem fecit de alimentis; Vnde oritur
ſupradicta iuris concluſio, quod ſit perpetuum
63 legatum, † & propterea ſit præſtandum per hæ-
redem hæredis *vt notat Bart. in l. alimenta. de
aliment. & in l. libertis. §. lutius. ff. eod.* Po-
ſtea idem teſtator diſpoſuit circa modum ſol-
uendi, ibi, ſoluenda per ſupradictum ſuum hæ-
64 redem durante eius vita, † quæ verba tanquã
appoſita ſolutioni non mutant ſubſtantiam le-
gati iam in eſſe deductam, & perfectam, & ſui
natura perpetuam, ſed ſtant demonſtratiuè *l.
qui teſtamento.* & ibi *notat Bart. de leg.* 2. *Dec.
conſ.* 413. *nu.* 8. *cum ſeq.* Et licèt hoc procedat
in diuerſa oratione, tamen hic videtur adeſſe
diuerſitas, tum conſideratis verbis anno quoli-
bet, tum etiam, quia verbum ſoluendos exponi-
tur, qui ſolui debent. Nec attenta hac inter-
pretatione verba illa ſunt ſuperflua ſtantibus
ſupradictis verbis per ſupraſcriptum hæredem
comprehendentibus hæredem hæredis, vt di-
65 ctum eſt: † Quia placuit in hac materia alimen-
torum potius admitti ſuperfluitatem, quàm vt
quis priuetur alimentis, & quod fiat interpre-
tatio contra ius, Et ſimilis interpretatio fuit
deducta *per l.* 1. *C. de legat.* vbi legatum ali-
66 mentorum factum ſub conditione, † donec le-
gatarius moratus fuerit cum hærede durat etiã
mortuo hærede, licèt ſecundum Doctores di-
ctiones huiuſmodi donec, & quouſq; ſint ex ſui
natura limitatiuæ temporis, itaut vltra tempus
non ſubſiſtat legatum, vt ibi *not. Caſtrenſ. Corn.
& cæteri.* Hæc autem omnia Domini intellexe-
runt ſuppoſita validitate legati, nam eatenus
legatum valet, quatenus alimenta ſpurio de-
beantur: Verum ſi Aloiſius tempore mortis pa-
tris haberet vnde ſe aleret, vt prætenditur pro
parte litis conſortium legatũ eſſet nullum, vt
hic per informantes, Propterea fuit etiam hoc
caput circumſcriptum, & ſtrictè ad verba lega-
ti placuit Dominis hæc benignior interpreta-
tio, licet multa vrgeant in contrarium.

Nota quod omnes fuerunt pro Aloiſio, præter D.
Binarinum, & D. Lancellottum: ideò volui appo
nere votum D. Lancellotti qui ſequitur, vt in-
fra. Quo ad ſecundam partem, nam in prima
de præteritis erant concordes; quo ad futura
placet opinio, quod non debeantur vltra vitam
67 hæredis, † nam licet legatum alimentorum ex
ſui natura ſit perpetuum, ſcilicet ad vitam lega
tarij *l. caio ſeio. §. imperator. de aliment. gloſ. in
l.* 1. *ver. poſt mortem. C. de legat. vbi Doctor. no-
tant. Ruin. conſ.* 38. *n.* 4. *vol.* 2. Tamen hoc pro-
68 cedit in dubio, † ſecus ſi aliud conſtet de mente
teſtatoris *l. cum onus. & l. à filio. in princ. de
alim. Ang. in ſumma de alim. n.* 4. *Dec. conſ.* 260.
n. 2. *l. mela.* ibi tandiu debentur donec teſtator
voluerit, At de mente teſtatoris, quod ſit reſtri-
ctum

ctum ad vitam hæredis tantum conſtat propter
illa verba durante vita : Nam alias propter
præcedentia verba ſcilicèt ſoluendos per ſupra-
dictum ſuum hæredem comprehenditur etiam
hæres hæredis *l. libertis. §. fin. & ibi not. Bart. et*
in l. alimenta. ff. eod. Propterea ſubſequētia verba
durante vita reſtringunt, vt non comprehendāt
hæredem hæredis aliàs eſſent fruſtatoria, Et di-
citur *in d. §. fin.* quod debentur ab hærede ſub-
ſtituto nulla conditione adiecta, at hic eſt addi-
69 ta conditio, quia verbum † durante, exponitur
ideſt donec, & quouſq;, ſeu ſi. Præſertim quia
dicitur durāte vita ſopradicti hæredis, quod eſt
verbum denotans perſonalitatem, ideo non
comprehēdit hæredem hęredis *Alex. conſ. 140.*
70 *n. 3. lib. 6.* † Et quod dicta verba ſint limitati-
ua & reſtrictiua, notat, ſed in alia materia *Pa-*
riſ. conſil. 123. n. 15. vol. 3. Nec obſtat quod ſint
poſita in executione, nam reſpondetur quod
executio eſt reſtricta propter dicta verba du-
rante. Non obſtat *l. 1. C. delegat. & l earo. §.*
71 *imperator. de alimen.* † vbi verba donec lega-
tarius moratus fuerit cum hęrede interpretan-
tur, vt legatum debeatur etiam poſt obitum hæ-
redis. Nam reſpondetur primo quod loquitur
in dubio *Corn. ibid. n. 2.* at hic conſtat de men-
te reſtricta: ſecundo procedit in caſu, in quo
aliquid eſt præſtandum per legatarium, ſcilicèt
quia debet morari, nam ſi impeditus non mo-
ratur non habet legatū *Corn. ibid. n. 3.* ſed quia
ſtat per caſum ſcilicet mortē hæredis, ideo lex
interpretatur, quod ſit perpetuum, propterea
dicit *Alberic. ibid. in fin.* quod requiritur, vt le-
gatarius cum eo habitauerit. At ſecus in hoc
caſu, quia nullū onus apponitur legatario, ſed
tantum mandantur præſtari alimenta durante
vita hæredis, & ſic non requiritur factum lega-
tarij: Non obſtat quod verba magis ſtent demō
ſtratiuè, quàm reſtrictiuè, item quod in dubio
fieri debet interpretatio pro validitate legati,
& quod in dubio iudicandum quod legatum
alimentorum ſit perpetuum, Quia reſpondetur,
quod hæc procedunt in dubio, at hic ſumus in
clara mente.

E P I T O M E.

Error quando præſumatur, & probandus ſit. Declaratio in quam cauſam pecuniæ fuerint ſolutę an ſpectet ad debitorem, ſeu creditorem. Solutio an dicatur facta in cauſam debiti antiquioris, & an pro vſuris, vel pro ſorte. Mandatum generale ad omnes cauſas, & ad iurandum de calumnia an ſufficiat, itaut non requiratur expreſſio ſpecialis cauſæ, ſuper qua eſt iurandum.

S V M M A R I V M.

1 *Apocha debitoris per eum recognita inducit plenam probationem.*
2 *Verbis ſtandum eſt ſi de errore non apparet.*
3 *Error non præſumitur, niſi probetur. & n. 4.*
5 *Reſponſio per verbum credo probat, ac ſi de veritate facta fuiſſet.*
6 *Standum eſt declarationi factæ per debitorem in quam cauſam ſoluerit. & n. 7. 8. & 19.*
7 *Indeterminata ſolutio debet limitari ſecundum præcedentem petitionem.*
9 *Ficta ſolutio non operatur pluſquam vera. num. 11.*
10 *Compenſatio eſt ficta ſolutio.*
12 *Non refert ſolutionem fieri diuerſis vicibus.*
13 *Solutio præſumitur facta in cauſam debiti magis antiqui, & petiti, & cuius dies ceſſerat. n. 14. & an pro vſuris, vel pro ſorte. n. 20.*
15 *Soluens præſumitur ſoluere prout magis ſibi eſt vtile.*
16 *Debitor eligit in quam cauſam ſoluerit ſi creditor ſcripſerit, quod recepit non tanquam ſolutum animo diſſoluendi obligationem, ſed tāquam creditum ſoluentis. n. 17.*
18 *Solutio non cenſetur facta in cauſam non liquidam.*
21 *Mandatum ad iurandum de calumnia an ſufficiat, ſi non exprimatur cauſa, ſuper qua debeat iurari. n. 23. & 24.*
22 *Salus animæ pretioſior eſt cunctis rebus.*
25 *Mandatum ſpeciale ad petendum generaliter reſtitutionem in integrum ſufficit.*
26 *Procurator admittitur ad opponendum crimina contra electum, ſi habeat mādatum, quamuis crimina non ſpecificentur.*

C A P V T C V.

NOn potuiſſe agi per D. Hieronymum con-
tra D. Vincentium pro fructibus cenſus
trium annorum decurſis Dixi verius eſſe, quia
apparet de ſolutione facta per Vincentiam pro
eodē cenſu, vt in apocha receptionis Hierony-
1 mi per eum recognita in forma, † quæ inducit
plenam probationem *l. publia. depoſ. Caſtr. cōſ.*
311. ad primum reſpondetur. in 2. dub. lib. 2.
Aim. conſ. 73. n. 15. in fin.
Non obſtat error allegatus per Hieronymum, cū
vere debuiſſet ſcribere annum 1595. quamuis
apocha ſit de anno 1596. Nam de eo non appa-
2 ret, † vnde ſtandum eſt verbis *l ſi aliȷ. 19. in*
vſufr. leg. quia talis præſumitur intentio, qua-
lem verborum proprietas demonſtrat *l. non ali*
ter. 67. de leg. 3. Cagnol. in l. ſi librarius. 93.
3 *n. 6. de reg. iur.* † Neq; enim error præſumitur,
niſi eo ipſo, quod veritas in contrarium repe-
ritur: Vnde debet oſtendi rem aliter ſe habere
Bald. in l. poſt diuiſionem. num. 2. & in l. error.
num. 12. C. de iur. & fact. ignor. Socin. conſ. 25.
proſequendo. nu. 3. lib. 4. Pariſ. conſil. 89. n. 37.
lib. 1. Maſq. concluſ. 253. n. 4. Immo non ſo-
4 lum eſt probandus error, † ſed etiam in ſpecie
eſt deducenda cauſa erroris *Curt. Sen. conſ. 56.*
col. 5. in fin. Aim. conſil. 255. col. 2. in fin. Surd.
deciſ. 104. n. 18.
Ex quibus cēſentur excluſi prætenſi fructus vnius
anni: Quo vero ad alios ſequentium annorum,
neq; poterat moleſtari Vincentius, nam pro-

batur

batur ſolutio pecuniarum in duabns vicibus fa
cta Hieronymo, prout ipſe fatetur reſponden-
5 do ad poſitiones per verbum eredo, † quæ re-
ſponſio plene probat, ac ſi de veritate facta
fuiſſet *Bald. in l. fin. col. 1. ad med. uerſ. ſed quid
ſi tutor. C. arbitr. tut.* Veſtr. *in prax. lib. 5. c. 14.
n. 7. Seraphin. priuil. iuram. 11. n. 1.*

Nec facit quod Hieronymus creditor, & pro eo il-
lius procurator declarauit recepiſſe ſolntionẽ
præfatam pro fructibus alterins cenſus ſibi de-
bitis à Vincentio verificando creditum per in-
ſtrumentum exhibitum in actis. Quia omiſſo
quod huiuſmodi declaratio non eſt facta ab ha-
bente mandatum. Reſpondetur quod Vincen-
tius debitor prius declarauit ſoluiſſe eaſdem
pecunias pro fructibus cenſus, de quo agimus,
vt in capitulis per eum productis die 8. iunij.
1598. antequã fuerit facta declaratio per pro-
curatorem creditoris, quæ eſt die 28. iunij.
6 *1598.* † Vnde ſtandum eſt primæ declarationi
factæ per debitorem *Bart. in l. 1. n. 7. in fin. de
ſolution.* Quia ad eum prius electio pertinet
*Caſtrenſ. conſ. 331. in cauſa Sileſtri. in fin. lib.
1. Socin. Iun. conſ. 85. n. 3. lib. 2. Corn. conſ.* 111.
*n. 4. lib. 3. Io. de Amic. conſ. 21. n. 8. Maſq. concluſ.
1319. n. 4.*

Idem eſt de alijs pecunijs, quas Vincentius alle-
gauit ſoluiſſe, quia etiam illas tacite declarauit
fuiſſe ſolutas pro eodemmet cenſu, vt in eiſdem
capitulis: Nam ad repellendum intentionem
7 actoris allegauit dictam ſolutionem; † Vnde
cũ præceſſerit, petitio limitata, & fuerit ſequu-
ta ſolutio indeterminata, debet limitari ſecun-
dum precedentem petitionem, itaut non ſit am
plius facultas declarandi per creditorem poſt
declarationem debitoris *Bart. in l. ſi ex pluri-
bus 89. §. lucius. il 1. de ſolut. per l. ſi defenſor.
10. §. 1. de interrog. action. §. præterea. inſtit.
de inutil. ſtipulat.*

Minus obſtat quod tunc ſit electio debitoris, quã-
8 do partitæ ſolutæ æquiualent debito, † cũ quo
vult compenſare, & capiunt eandem quantita-
tem; vel maiorem, non autem quando eſt mi-
9 nor, prout in caſu noſtro: † Ficta enim ſolutio
non debet operari plus quam vera *l. filius. ſi
cert. petat.* Vnde quemadmodum creditor non
cogitur recipere veram ſolutionem diminutã,
& non extinguentem totum debitum *l. tutor. §.
10 lutius. de vſur.* † Ita neq; fictam ſolutionem,
prout eſt compenſatio *l. ſi debitor. qui pot. in
pign. habeãt.* & ita in ſpecie concludit *Imol. in
l. 1. in fin. princ. verſ. & quod dixi de compenſa-
tione. ff. de ſolution.*

Quia illud procedit, antequam creditor recipiat
11 iſtas particulares ſolutiones, † nam poſtquam
recepit ceſſat ratio prædicta: Maxime quia om-
nes iſtæ ſummæ coaceruatæ excedũt debitum
illud inſtrumentarium, quæ licet fuerint ſolutæ
diuerſis temporibus conſtituũt tamen vnicum
debitum, cum non referat ſolutionem fieri di-
12 uerſis vicibus, † vel vnica numeratione *l. ge-
nerali. 33. §. hered. de vſu & vſufruct. legat.
Rot. diuerſ. deciſ. 739. nu. 3. lib. 3.* & ita in ſpe-
cie reſpondet *Surd. decиſ. 186. num. 9.*

Præſertim quia etiam ceſſante declaratione fa-
13 cta per debitorem preſumendum eſt, † quod ſo-
lutio fuerit in cauſam debiti magis antiqui *l.
in his. 5. in princ. & l. cum ex pluribus. 97. ad
fin. de ſolution.* Socin. *conſ. 225. n. 2. lib. 2. Corn.
conſ. 128 n. 2. lib. 4.* Rot. *diuerſ. decиſ. 113. num. 3.
14 p. 1.* † Et pro eo debito, cuius dies ceſſerat, &
facta fuit petitio *l. 3. de ſolut. Ang. in l. 1. eod.
15 tit. Surd. decиſ. 186. n. 6.* † Cum ſoluens etiam
præſumatur ſoluere, vt ſibi vtilius eſt *Alex. cõſ.
65. col. 2. lib. 5. Aim. conſ. 166. n. 9.* Menoch. *conſ.
121. n. 43.* Dũmodo non obſtet vrbanitas, aut
æquitas, tunc enim nõ habetur cõſideratio ma
ioris vtilitatis debitoris, quando videlicet quis
ſuſcepiſſet dnas ſummas pecuniarum ab ami-
co, alteram mutuo, alteram ſub vſuris: nam ſi
contingat ſimplex ſolutio vnius ſummæ, præ-
ſumitur potius in cauſam extinctionis mutui,
vt minus grauetur amicus creditor qui mutua-
uit *Ang. in l. 1. col. 2. verſ. vel pone. & ibi* Imol.
col. 3. in fin. verſ. item poſſet. de ſolution. Menoch.
conſ. 121. n. 47. lib. 2.

Quæ magis procedunt ſi creditor in ſuis libris
16 ſcripſerit, quod recepit à debitore † non tan-
quam ſolutũ animo diſſoluendi obligationem,
ſed ſimpliciter tanquam creditum ſoluentis,
Tunc enim eſt electio debitoris, in quam cau-
ſam velit compenſare, quod ſoluit, cum in eo
caſu non habeat locum titulus de ſolutionibus.
Quia cum fuerit ſcriptus debitor non cogitur
compenſare, nam compenſatio fit parte oppo-
nente: vnde ſi velit compenſare faciet in illud
debitum, quod potius elegerit *Imol. in l. 1. in
princ. col. fin. de ſolution.* Alex. *conſil. 85. col. 1.
n. 3. lib. 3. Dec. cõſ. 307. in fin.* Stracc. *de mercat.
17 p. 2. nu. 57. in fin.* vbi dicit eſſe notandum, † &
magis vtile debitoribus, vt ſcribatur potius cre
ditor pro partitis, quas ſolnit, quàm ſi partitæ
ponerentur pro ſolutis in diſſolutionem ſui de-
biti: ſequitur *Surd. decиſ. 186. in fin. & decиſ.
117. n. 10.* vbi quod in forenſibus cauſis mul-
tum lucri poteſt afferre *poſt* Menoch. *conſ. 121.
n. 43.* cum declarationibus de quibus *per* Maſ-
quar. concluſ. 1319. n. 5. & 6. p. 3. poſt Alban. *in
l. 1. ff. de ſolution.*

Preterea cum hoc debitum fuerit liquidatum, &
18 alterum non ſit tale, non cenſendum eſt † ſolu-
tionem factam in cauſam non liquidam *Corn.
conſil. 295. col. pen. lib. 3.* Rimin. *Sen. conſ. 297.
19 n. 13. lib. 2. Ann. alleg. 112. nu. 7. lib. 2.* † vbi mul
ta quãdo electio ſit debitoris, in quam cauſam
fuerit ſolutum, & quod potius pro debito prin-
20 cipali, † quam pro vſuris eſt præſumenda ſolu-
tio *Surd. conſ. 290. n. 61. lib. 2.*

Non obſtat quod opponebatur de iuramento ca-
lumniæ, quaſi non fuerit preſtitum per procu-
ratorem habentem facultatem, cum mãdatum
21 generale ad omnes cauſas, † & ſpeciale ad iurã
dum de calũnia, prout eſt hoc de quo agimus,
non ſufficiat ob non expreſſionem cauſæ, ſuper
qua iurandnm ſit *Couar. in c. quamuis. p. 1. §. 5.
in fin. de pact. in 6. & lib. 1. uar. reſolut. c. 6. n. 2.*

vbi

vbi teſtatur de magis vera, & communi opinione; Quia nulla colligitur certitudo, quod abſit calumnia in defenſione illius litis, cuius dominus ſcientiam non habet, quam ſi haberet forſan non vellet defendi, vnde cum procurator iuret in animam domini, non eſt æquum, vt poſſit illum obligare abſque ſpeciali conſenſu, præſertim vbi agitur de periurio, quod grauius eſt
22 propter periculum animæ, † cuius ſalus pretioſior eſt omnibus rebus *l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. c. quando. 28. diſt. ne. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 65 n. 18.*

Quia prædicta procedunt de iure, quæ non ſeruantur in praxi, ſecundum quam verior eſt opinio
23 quod ſufficiat † huiuſmodi mandatum, licèt nō ſit expreſſa in eo cauſa, in qua iurandum ſit *Alex. in l. qui bona. §. qui alieno. nu. 7. de damn. infec.* vbi de communi *Mattheſ. ſing. 149. nota*
24 *quod ſi dominus* † vbi de huiuſmodi obſeruantia atteſtatur *Cappel. Tholoſ. deciſ. 132. & ibi Add. tan. 1.* Prout dicimus ſufficere mandatum ſpeciale ad petēdum generaliter reſtitutionem
25 in integrum, † quamuis non exprimatur perſona, vel cauſa, in qua peti debeat *Bart. in l. filiusfamilias. n. 10. de donation. Caſſador. deciſ. 1. ad fin. verſ. & mandatum generale. de procurator. Aegid. deciſ. 32. per tex. in c. fin. de except.*
26 Exemplo procuratoris, † qui non admittitur ſine ſpeciali mandatò ad opponendum crimina & defectus contra electum *c. ſuper his. de accuſat.* Tamen admittetur ſi habeat ad hoc procuratorium, quamuis crimina non ſpecificentur *Innoc. in c. 1. in vltimis verbis de elect. in 6. Cardin. in clem. non poteſt. de procurator. q. 2. & 12.* vbi de veriori opinione teſtatur.

EPITOME.

Epiſcopi, vel Vicarij Canonici quomodo ſedeant in capitulo, ſeu ſtudio. Subrogatus quando gaudeat priuilegio principali conceſſo in honore, & præeminentia. Coadiutor cum futura ſucceſſione an in abſentia coadiuti Canonici debeat ſedere in loco antiquo coadiuti. Vicarius an ſit honorandus prout Epiſcopus. Vicariatus an ſit dignitas. Locus manus dexteræ, an inducat præſumptionem maioritatis. Imago B Petri quare pingatur à ſiniſtris, Paulus autem à dextris.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Vicarius Epiſcopi non debet præcedere alios Canonicos in capitulo. Idem in Epiſcopo, & alijs Prælatis, & conſiliarijs. n. 6. Fallit. n. 7.*
2 *Dignitas non pertinens ad collegium non debet cauſare mutationem loci.*
3 *Maior dignitas quando debeat præcedere.*
4 *Epiſcopus exiſtēs in ſtudio nō præcedit Rectorē.*
5 *Papa ſcribens ad ſcholares, inter quos ſunt Epiſcopi non vocat eos fratres, ſed filios.*
8 *In prælationibus attenditur conſuetudo.*
9 *Epiſcopus canonicus in capitulo habebit primū locum poſt Decanum. & n. 11. & 12. & quid in Vicario n. 13*
10 *Epiſcopus debet honorari propter dignitatem, quæ eſt inſeparabilis à perſona.*
14 *Subrogatus an ſapiat naturam ſubrogati etiam in honore, & præeminētia. n. 15. 34. 35. & 36*
16 *Vicarius Principis poteſt ea omnia, quæ Princeps. & n. 33.*
17 *Reſignans canonicatum reſeruato ſibi regreſſu cum loco in choro, & capitulo mortuo reſignatario debet ſedere in loco antiquiori.*
18 *Coadiutor cum futura ſucceſſione in abſentia coadiuti canonici an ſedere debeat in loco antiquo, in quo coadiutus poterat. n. 39.*
19 *Potentius eſt ius, quod habet quis iure proprio quam alieno.*
20 *Epiſcopus magis debet honorari, quam eius Vicarius.*
21 *Archipresbyteri rurales præferuntur Vicarijs parochialium, & eorum clero. n. 23.*
22 *Vicarius non poſſidet dignitatem nomine proprio.*
24 *Epiſcopi, & Vicarij an ſint idem auditorium. & n. 25.*
26 *Dignitas eccleſiaſtica debet eſſe perpetua.*
27 *Vicarius Epiſcopi eſt ad libitum illius, & expirat per eius mortem.*
28 *Præheminentia Vicarij largè dicitur dignitas adhoc, vt ei poſſint delegari cauſa apoſtolica.*
29 *Vicarius Epiſcopi deputatus à Summo Pontifice cōſequitur omnes prærogatiuas, quas habet epiſcopus. & cognoſcit cauſas delegatas epiſcopo.*
30 *Vicarius à Papa creatus magis repreſentat epiſcopum, quam ſi ab Epiſcopo conſtituatur.*
31 *Vicarij apoſtolici concedunt literas dimiſſorias num. 32.*
37 *Delegatus ab epiſcopo ad aliquem actum debet in illo actu præferri etiam in ſedendo in loco delegantis. Idem in Inquiſitore quo ad negocia fidei. n. 38.*
40 *Locus manus dextræ an inducat præſumptionē maioritatis, & n. 41, & an poſſit dare de conſuetudine etiam minori. n. 42.*
43 *Apud Romanos locus manus ſiniſtræ erat dignior, & quid apud hebræos. n. 44.*
45 *Petrus quare pingatur à ſiniſtris, Paulus autem à dextris. & n. 46. 48. & 49.*

CAPVT CVI.

Canonicus Vicarius Epiſcopi cum dubitaretur an in capitulo debeat præcedere
1 alios canonicos † Dixi ſeruandam reſolutionē ſacræ Congregationis Rituum, per quam in ſimilibus cauſis fuit deciſum contra Vicarios ad fauorem canonicorum. Ratio quia in capitulo non conſideratur vt vicarius, ſed vt canonicus, neque enim eſt dignitas pertinens ad capi-
2 tulum, ſeu collegium, † vnde non debet cauſare mutationem loci *Felin. in cap. ex literis in princ. in 1. notab. ad med. de probation. poſt Roman.*

ingreſſi vel filios non debet præſtare minus quàm ſit vſusfructus legitima.
16 *Monaſteriũ præſtabit alimenta marito ſi vxor illud ingrediatur cum conſenſu viri transferendo dotes, & bona ſua. Contrarium n. 17. Amplia vt n. 18. & 20.*
21 *Vir non poteſt tranſire ad monaſterium niſi quoq; vxor ingrediatur religionem.*
22 *Viro ingrediente religionem de licentia vxoris debet etiam vxor tranſire ad monaſterium. & n. 23.*
24 *In caſu adulterij viri ſeu vxoris alter innocens poteſt ſeparari ab adultera, & illo inuito ingredi religionem etiam auctoritate propria quando adulterium eſt notorium. n. 25.*
26 *Poſt ingreſſum Religionis factum per vnum ex coniugibus innocentem ob adulterium coniugis non poteſt cogi adulter ingredi monaſterium. n. 27.*

CAPVT CII.

MOnaſterium dicebatur teneri conſtituere
legitimam portionem filijs ſtatim poſt
1 patris profeſsionem, † etiã non expectata mor-
te naturali ſecundum æquiorem opinionem,
quam dicit ſeruandam *Couar. in c. 2. num. 2 de*
teſtam. Roland. conſil. 97. num. 29. lib. 2. quod
etiam voluit *Abb. in cap. in præſentia. nu. 59.*
col 16. verſ. mihi ſatis placet concluſio prædicta.
de probation. poſt gloſ. in cap. tranſmiſſa. in
verb. mota. ad med. ibi. dicunt quidam qui fil.
ſint legitim.
Contrariam tamen ſententiam tanquam veriorẽ
2 ſequendã Dixi proue concludit † *Iaſ. in auth.*
ſi qua mulier. n. 51. col. 9. in gloſ. in verb. moriatur. C. de ſacroſ. eccleſ. Felin. in d. cap. in
præſentia. n. 56. col. 24. ad med. q. 8. verſic. ſed
contrarium. & ibi Dec. n. 67. col. 37. in princ.
verſ. ſecundo fallit in legitima. Guter. lib. 2. canonic. quæſt. c 1. nu. 77. vbi de magis verã, &
receepta ſententia teſtatur *Vaſq. de ſucceſ. creat.*
3 *§ 21. nu. 175. limit. 10. lib. 3.* † vbi dicit eſſe
indubiratum in terminis Iuris Ciuilis, quod vi-
uente patre non debeatur legitima per monaſte
rium: & de Iure Canonico hoc etiam conclu-
dit, quidquid alij contrarium ſentiant *Idem*
Vaſq. controu. illuſtr. lib. c. cap. 37. n. 10. verſic.
quid dicendum. cum alijs per Hieron. Ceuallo
q. 342. & magis communem opinionem dicit
Surd. de alim. tit. 1. q. 29. n. 7. verſic. eſt verum.
Ratio eſt quia pater in vita non renetur aſsignare
legitimam filio, cum in ea filius neque habeat
4 ius in ſpe; † Vnde Eccleſia debet vti Iure Com
muni, & quia debentur alimenta filio per mo-
5 naſterium donec pater in eo viuit, † Vnde in-
terim non debetur legitima, proue omnia dedu
cit *Iaſ. in auth. ſi qua mulier. num. 52. vſq; ad*
nu. 56. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi etiam *nu. 51.* re-
ſpondet, quod diſpoſitio *c. cum ſimus. c. 4. de re-*
6 *gular.* procedit, † quia erat naturaliter mor-
tuus, prout colligitur in illis verbis ex ſucceſ-
ſione, & concludit *ibidem Abb. n. 6. in fin. verſ.*
ſed pro primo intellectu. Quaſi verbum ſucceſsio
adaptetur proprie ad defunctũ, ſequitur *Vaſq.*
controu. illuſtr. c. 37. n. 11. col. penult. verſic. tenendo hanc partem. Spin. de teſtam. gloſ. 12. nu.
32. verſic contrariam vero opinionem.
Prædicta tamen declaraui procedere in patre in-
grediente monaſterium capax bonorum. ſecus
7 in Minoriris, † qui nihil proprium habere poſ-
ſunt, neq; in communi, neq; in particulari *clem.*
exiui. de uerb. ſignif. In hoc enim caſu filij ſta-
tim habebunt legitimam, cum illa mors ciuilis
habeat in omnibus effectum naturalis *Iaſ. in*
auth. ſi qua mulier. col. fin. nu 57. verſic. ſecunda concluſio. C. de ſacroſ. eccleſ. Alex conſil. 13.
col. 2. lib. 3. & voluit *Bart in tract. minoritar.*
c. 2. lib. 4. verſic. iſti etiam heredes. Socein. conſil.
92. circa primum in princ. n. 1. & 2. lib. 1. Ang.
Dec. & alij per Vaſq. controu illuſtr. c. 37. in
fin. vbi teſtatur de communi, licet ipſe contra-
rium ſentiat.
Ideo dicimus quod ſi hæres grauatur per fideicõ-
miſſum vniuerſale poſt eius mortem ingredien
do monaſterium non capax bonorum in pro-
8 prio, & communi, ſtatim debetur fideicom-
miſsum non expectata morte naturali *Bart. in*
l. cum pater. 79. §. hæres iit item. de leg. tit. 2 Dec.
in c. in præſentia. nu. 68. col. 38. verſic. ſeptimo
iuxta ordinem. de probation. & conſil. 419. viſo
eleganti. n. 2. verſic. circa primum. Alex. conſil.
circa primum dubium nu. 1. lib. 3. & eſt verior
opinio, quidquid *Crot. & alij* cõtrarium ſequã-
tur, vt teſtatur *Surd conſ. 90. n. 9. lib. 1. Honded. conſ. 62. nu. 18. lib. 1.* Quoniam ingreſſus
monaſteriũ incapax bonorũ habetur pro mor-
tuo quo ad bona perinde, ac ſi naturaliter de-
9 ceſsiſſet, † cum ipſe non poſsideat, nec illa trans
ferre poſsit in monaſteriũ; Vnde merito tranſ-
fert in perſonas, quibus eſſent debitæ, ſi natura-
liter obijſſet *Soccin. conſ. 92. circa primum huius conſultationis. nu. 1. in fin. lib. 1. Honded.*
conſil. 62. n. 33. & 56. lib. 1.
Quæ procedũt quo ad bona, quę ingrediens poſsi
debat tempore ingreſſus, nam ſecus eſſet in illis
10 quæ prius alienauerat: † Iſta enim non pote-
runt per fideicommiſſarium vendicari, donec
durat vita naturalis mon aci profeſsi. Quia per
ingreſſum potuit ſe ſpoliare bonis per eũ poſ-
ſeſsis, non tamen prætiudicare valet.emptori,
qui cum eo contraxit, & pretium expoſuit, cum
mutatio ſtatus auctoris non nocear emptori,
qui nec cogitauit de ingreſſu religionis, Ideo
emptor poſsidebit donec viuit monacus *arg. l.*
peto. §. prædium. de leg. 2. l. ſi parte. 19. §. ſi per
fundum. quemadm. ſeruit. amit. Din. in l.
ſtatius. 48. §. cornelio. de iur. fiſ. & ita in ſpe-
cie concludit *Bald conſ. 280. factum ſic ſe habet. in verſic. mihi videtur quod ingreſſus ordinis. lib. 1.* & ita iudicatum dicit *Peregrin. de*
iur. fiſ. lib. 3. tit. 4. in fin.
Neq; obſtat quod finito iure auctoris per impoſ-
ſibilitatem iuris videatur finitum ius ſucceſſo-
11 ris propter ingreſſum † *l. vetus. de pignor.*
quia ibi adhuc erat dominium penes auctorem.

Digitized by Google

12 rem, vt idem deprehendat ius alterius,† Vnde
ſublato principali tollitur acceſſoriũ *l. & poſt.
9. §. 1. de tranſact.* & ita reſpondet *Bald. d.
conſil.280. in fin. verſ. in contrarium facit.* vbi
etiã allegat pro hac ſentẽtia tex. in ſui ratione
*in l.cũ pater.79 §. ab inſtituto.& in §. hæredi-
tas. de leg.2 l. fin. C.qui ven.ætat.impetrau.*
Secundo Dixi ſupradicta non habere locum in
13 alimentis: † Nam monaſterium tenebitur illa
præſtare filio etiam ſpurio, ſi pater efficiatur
monacus, prout è contra patri inopi, ſi filius
ingrediatur monaſterium: Quoniã onus alendi
tranſit ad hæredem,& monaſterium eſt loco hæ-
14 redis, † vel ſaltem filij *auth niſi rogati. C. ad
trebell. Tiraq in l.ſi vnquam.num.42. in verb.
ſuſceperit liberos. C.de reuoc. donat.* Et omnia
iura tàm actiuè quàm paſſiuè monaco compe-
tentia tranſeunt in monaſterium; Vnde æquum
eſt illum teneri ad onera ingreſſi, maximè cum
rum ſequantur incommoda,cui competunt cõ-
moda, prout latè concludit *Surd.de alim.tit.1.
q. 29.n.5. & per tot.poſt Bar.in eod.tract.n.47.*
Itaut in caſu in quo monaſterium teneretur alere
patrem ingreſsi, vel filios non præſtet minus,
15 quam ſit vſusfructus legitimæ † *Dec.conſ. 180.
Cordubenſ. & alij per eundem Surd. de alim.
tit.4. q. 23. nu.4 & 6.* vbi ampliat ad alios,
quibus debentur alimenta,quæ non erunt mi-
nus legitima, quamuis hoc nõ approbet *Vaſq.
de ſucceſ. creat. lib.3. §.21. n.137.limit.7.* vbi
dicit verius eſſe quod poſsit aſsignari minor
quantitas pro alimentis.
Amplius dicebatur idem eſſe in marito,cui mona
16 ſterium præſtabit alimenta, † ſi vxor illud in-
grediatur cum conſenſu viri transferendo do-
tes,& bona ſua ad exemplum filij, & patris in-
gredientium Religionem *Io. Andr. ad Specul.
qui fil. ſint.legit. §.1. nu.14.*ſequitur *Cordub.
in l.ſi quis à liberis. §.ſi quis ex his. nu.16. de
liber. agnoſ.*
Quamuis iſta opinio non ſit tuta, nam contraria
17 eſt verior; Quia vir ſibi præiudicauit, † quaſi
conſenſerit alienationi, & ſic onus alendi non
incũbit vxori, vnde nec illud potuit in mona-
ſteriũ trãſire,& conſequenter non poterit mari
tus cõuenire monaſterium,vt præſtet alimenta
ex bonis vxoris,quę cõſenſit alienari,& in qui-
bus paſſus eſt ſibi præiudicium inferri *l. nihil.
123.§.1. de leg.1. Aim. conſil.24.n.9.Becc.conſ.
57.n. 6.*Contendendo enim,quod vxor efficia-
tur monacha cenſetur renunciare ſuo fauori,
itaut bona ingredientis monaſterium transfe-
rãtur in illud,& ei ſint acquiſita *auth. ingreſsi.
vbi Iaſ.in princ.C. de ſacroſ.eccleſ.*
Et prædicta procedunt nõ ſolum quando vir erat
18 egenus tempore ingreſſus,†ſed multò magis,ſi
egeſtas ſuperuenit, cum enim eſſent bona quę-
ſita liberè ſine onere alendi,non debet nocere,
quod ſuperuenit,& ſibi imputet,dum cõſenſit,
quando inopia laborabat, prout latè per mul-
tas rationes concludit *Surd.de alim.tit.1.q.37.
per tot.*
Neq; obſtat,quod dicitur de patre,& filio,quibus
19 per monaſterium debentur alimenta † *Specul.
que fil.ſint legit. §.1.n.14.per tex. in l.ſi quis à
liberis. §.item reſcriptum. de liber.agnoſc.Bart.*
20 *de alim.n.41. col.4* † Quia adeſt diuerſa ratio,
cum pater poſsit filio inuito ingredi monaſte-
rium,ſicut filius patre contradicente,quod non
eſt in vxore, & marito. quorum conſenſus re-
quiritur, itaut alter poſsit alium impedire *c.
vxoratus.8.de conuerſ.coniugat.*
Immo vir non poteſt tranſire ad monaſterium,ni-
21 ſi quoq; mulier ingrediatur Religionẽ, † quia
cum ſint vna caro effecti propter copulam cõ-
iugalem non poteſt vna pars cõuerti ad Domi
num,& alia in ſæculo remanere,& ideo non eſt
ad religionem aſſumendus vnus altero in ſæcu
lo remanente, & propterea vno intrante reli-
gionem, alter debet perpetuam continentiam
promittere,& vitam mutare ingrediendo reli-
gionem *c. cum ſis. & c. ad apoſtolicam. 13.de
conuerſ.coniugator c.agathoſa.27 q 2.*
Et ſi vir de licẽtia vxoris fuerit ingreſſus religio-
nem,niſi etiam vxor tranſierit ad monaſteriũ,
22 aut perpetuò promiſerit ſeruare caſtitatẽ,† vir
debet de monaſterio reuocari *c.1. de conuerſ.*
23 *coniugat.* † Dummodò vxor non ſit ſenex, &
ſterilis, ita quod ſine ſuſpitione poſsit remane-
re in ſæculo promittendo tamen caſtitatem *d.
c. cum ſis.& d.c.apoſtolicam. c. 1. & ibi glo.in
verb. reuocari. & c. vxoratus. de conuerſ. con-
iugat.*
In caſu tamen in quo vir, aut vxor commiſiſſent
24 adulterium, alter qui eſt innocens †non ſolum
poſſet ab adultera ſeparari,ſed etiam poſſet il-
lo inuito ingredi religionem. & continentiam
vouere,& profeſsionem facere, & ſacros ordi-
nes ſuſcipere. Quia licèt maneat vinculum cõ-
iugale,tamen neuter tenetur alteri, & quilibet
ceſsit iuri ſuo *gloſ. in d.c. ex literis. in verb re-
dire. ad fin.de diuort. & c.ſignificaſti. eod. tit.
c.agathoſa. vbi Aegid.27.q.2. Hoſtien. in c. ex
parte. de conuerſ. coniugat. Henric. Boic. in c.
vxoratus.col.3 eod. tit. Summ.Anton.p.3.t.1.
c.21. §.6. verſ. effectus accuſationis. Silueſt. in
verb.diuortium.n.16. verſ.decimo tertio quæri-
tur.& in verb.matrimonium.q.12.verſic.ſi vero
matrimonium. Petr. Ledeſm. de magn. matrim.
ſacram.q.61.fol.585.Nauar.conſ.8.de regular.*
25 *Philiar.in ſumm.p.2 lib.2.c.27. in fin.* † Itaut
quando adulterium eſt notorium,& publicum,
vt non ſit locus inficiationi,poſsit ingredi reli-
gionem auctoritate propria, cum aliud ſit in
non manifeſto, tunc enim requiritur ſententia
declarans eſſe locum diuortio thori, poſtquam
poterit vxor profiteri *gloſ.in c fin.de adult. Io.
Andr.et aly de quibus per Natt.cõſ.516. lib.1.*
Poſt ingreſſum tamen religionis factum per vnum
ex coniugibus innocentem ob adulterium cõ-
26 iugis,† non poſſet cogi adulter ingredi mona-
ſterium, ſed ei licitum eſt remanere in ſæculo
*Innoc. Io. Andr. Hoſtien. Anan. Cardin. An-
char. Butr.& Abb. in c.cum ſis. de conuerſ.con-
iugat.* vbi quod remanens in ſæculo quambis
non poſsit accipere vxorem viuente alia,quæ
tur

fuit ingreſſa , Tamen illa mortua ſolutus eſt, & poteſt aliam accipere, quod facere non poſſet ſi cogeretur ingredi. Nam quando uon eſt ſequu-
27 tũ diuortiũ, ideò tenetur vterq; ingredi,† quia cum ſint vna caro, non poteſt vna pars conuerti ad Dominum, & alla remanere in ſæculo *c. apoſtolicam. de conuerſ. coniug. c. agathoſa. in fin. cum c. ſeq. 27. q. 2.* Quæ ratio ceſſat ſoluto matrimonio , cum iam ſine coninges ſeparati, nec vnus habet amplius poteſtatem in alio, neque tenetur reddere debitum, nec poteſt petere *Ledeſm. de matrim. q. 61.* nec in poſſeſſorio aut petitorio poteſt eum auocare perinde, ac ſi eſſet mortuus N*auar. conſ. 8. de regular.*

E P I T O M E.

Saluianum interdictum, an admittat appellationem, & quid in ſpolio, aut ſi prima ſentẽtia fuit abſolutoria . Cauſa appellabilis qnando duret appellabilis . Executio in quibus caſibus dicatur vulnerata per ſententiam . Idem Iudex quando poſsit iterum in eadem cauſa pronnnciare. Statutum tollens appellationem in poſſeſſorio an ſit deciſiuum, ſeu ordinatorium. Sententia continens errorem facti , vt dicatur notorie nulla an debeat eſſe expreſſus error in ipſa ſententia .

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa facta appellabilis ſemper remanet talis. Fallit n. 6.*
2 A *qualitas eſt ſeruanda inter actorem et reũ.*
3 *Præſumptio ſecundæ ſententiæ reuocatoriæ eliditur à prima .*
4 L*ata ſententia abſolutoria ſi ſequatur condemnatio non datur ſequeſtrum .*
5 In*Saluiano interdicto nõ eſt locus appellationi.*
7 Ex*ecutio non dicitur vulnerata per ſententiã nullam. & n. 8. 10. & 11.*
9 *Actus nulli habentur, ac ſi non eſſent facti.*
12 I*udex poteſt ferre ſecundam ſententiam etiam contrariam primæ, quando prima fuit nulla, aut notoriè iniuſta .*
14 S*uper ſpolio intentato ſi ſequatur abſolutoria quæ reuocetur in cauſa appellationis, an ſit locus executioni .*
15 *Conſtitutio noua quando trahatur ad cauſas pendentes per appellationem .*
16 *Statutum tollens appellationem in poſſeſſorio eſt ordinatorium, non deciſiuum .*
17 C*itatio debet peruenire ad notitiam citati , & quando ſcientia præſumatur .*
18 S*ententia continens errorem facti an dicatur notoriè nulla, & an debeat eſſe error expreſſus in ipſa ſententia, vel ſufficiat deprehẽdi errorem per relationem quam iudex facit ad acta, & an per modum cauſæ diſpoſitionis , vel ſi enunciatiuè cõmemorentur acta. n. 19. & 23.*
20 *Verba viſis actis, quid ſignificent .*
21 R*elatio quando dicatur fieri ad acta per modum cauſæ .*
22 *Ad inualidandum actum non eſt par virtus taciti, & expreſſi .*
24 *Nullitas non clara non habet effectum notoriæ nullitatis .*
25 *Si apparet de notoria iniuſtitia reuocatur ſententia quamuis ſimus in tribus conformibus etiam executione ſequuta.*
26 S*upremi Magiſtratus attendunt veritatem facti, non ordinem iudiciarium .*

C A P V T C I I I.

CVm ageretur ſaluiano interdicto in prima inſtantia præceſsit ſententia abſolutoria ; In cauſa tamen appellationis fuit conceſſum mandatum de immittendo vigore eiuſdem ſaluiani recte intentati ; vnde prætendebatur eſſe locum appellationi ab hac ſecunda
1 ſentẽtia, prout etiã à prima fuit conceſſa †quaſi cauſa facta appellabilis ſemper remaneat talis *Bart. in l. pater filium. 36. §. quindecim. de leg. 3. & in l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. lib.* 10. C*ontard. in l. vnic. n. 107. in verb. petitorii. q. 13. C. ſi de momentan. poſſeſſ. Achil. decis. 8.*
2 *alias. 234. de appellat.* † Vt ſeruetur æqualitas inter reum, & actorem *c. non licet de reg. iur. in* 6. Et quia præſumptio ſecundæ ſententiæ reuo-
3 catoriæ† eliditur à prima C*aſſad. decis. 1. de ſequeſtr. poſseſ. & fruct.* vbi lata ſententia abſolutoria, ſi poſtea ſequatur condemnatio, non datur ſequeſtrum propter præſumptionem primæ
4 ſententiæ eliſæ † per ſecundam *Put. decis. 480. n. 9. lib. 2.*
Contrarium tamen Declaraui in cauſa Silneſtri
5 mihi delegata: quia eramus in ſaluiano,† quod tanquam merum poſſeſſorium nõ admittit appellationem *Bart. in l. 1. in fin. n. 4. de ſaluian. interd. Alex cõſ. 73. n. 11. lib. 9. Menoch. de adipiſc. remed. 3. q. 33. n. 186.* Quia mens conſtitutionis ægidianæ eſt, vt poſſeſſorium per vnicam ſententiam poſsit terminari *Put. decis. 480. n. 12. lib. 2.*
Non obſtat quod cauſa eſſet facta appellabilis : Quia prima ſentẽtia fuit nulla ad fauorem rei abſoluti; vnde tãquam nullum effectum produ-
6 cens †nõ poteſt reddere cauſam appellabilem, Quemadmodũ dicimus de executione, quæ nõ eſt vulnerata per ſententiam nullam : Quare ſi prius fuit iudicatum nulliter ad fauorem rei, nõ
7 propterea ceſsat proceſsus ſummarius,† & executiuus in alia inſtãtia ad fauorẽ actoris , prout ſeruat *Rot. coram* R. P. D. *Rubeo Pampilonen. beneficij. 28. maij. 1589.* & fuit deciſum *per* R. P. D. *Cordubam Elboren. penſionis. 9. iunij. 1595.* vbi Vicarius declarauerat nõ poſse proſequi virtute literarum apoſtolicarum , in quibus fuerat reſeruata penſio ſex millium cruciatorum ad fauorem Collegij Societatis Ieſu Elboren. & cauſa appellationis pendente à dicto decreto, fuit concluſum litteras reſeruatorias
8 penſionis eſse exequendas, † cum illa ſententia eſset nulla, per quam non fuit facta cauſa appellabilis ; vnde non erant vulneratæ literæ, qua-

rum

rum executio non debebat retardari per ſententiam nullam, quæ non poterat producere aliquem effectum *l.4. §.condemnatum. de re iudic.* *Roland.conſ.39.n.13.li.1.* Et de actibus nullis,† quod habeâtur, ac ſi nô eſſent facti multa ſimilia adducit *Vant.de nullitat.tit quoties. & intra quod tempus de nullit.agi poſſ.n.16.vſq;ad*
10 *n.54.* † Intelligendo quod ſit vulnerata obligatio cameralis puta quando iudex abſoluit à petitis, hoc enim caſu erit locus appellationi, ſecus quando iudex pronunciauit ſuper ſola inualidate decreti iam relaxati vigore dictæ obli-
11 gationis, † iſta enim pronunciatio non vulnerat obligationem, ſed ſolum ipſum decretum, & ideo tunc poterit agi executiuè *Rot.per* R.P.D. *Coccin.Anconitana aſſecurationis.1.iuly 1602.* vbi quod ita ſunt declarandæ deciſiones *Card. Blanchetti. Romana ſocietatis.3. iunij.1577. &* R.P.D.*Cantuccj Romana Cenſus 27.iuny 1580. &* R.P.D. *Penn.Reatina depoſiti.18.decembris.1600.*

Ideo ſi iudex primo nulliter ſententiauit poteſt ſecundam ſententiam ferre etiam contrariam pri-
12 mæ,† itaut ſi prius abſoluit poſſit poſtea condēnare. Quia ex illo actu nullo non dicitur aliquo modo impeditus *Bald.* qui dicit notandum *in l.fi.n.3.C,de ſent.quæ ſin.cert.quantit. Fel.in c. inter monaſterium.limit.6.de re iud.*

Idem ſi prima ſententia eſſet manifeſtè iniqua,
13 tunc enim † poſſet validè ferri ſecunda contra primam. Notoria enim iniuſtitia æquiparatur nullitati *Innoc. in c.cum bertoldus. de re iudic.* & ita in ſpecie concludit *Archid.in c. ei qui appellat.alias.incip.ſi qui.in §.definitiua. in verb. item ſi ſententia.2.q.6.& ibi Dominic.n.12.Fel. in c.inter monaſterium.n.25.limit.10.de re iud. Contard.in l.unic.limit.9.n.49.C.ſi de momen. poſſeſſ.Sur.conſ.160.n.50.lib.2.*

Et facit etiam quòd dicimus de ſpolio intentato quamuis enim ſuper eo ſequatur abſolutoria
14 ſi tamen † in cauſa appellationis illa ſententia reuocetur, & fuerit mandatum reſtitui ad bona de quibus actū fuit, tamen non obſtante prima ſententia erit locus executioni, neq; appellatio admittetur *Put.deciſ.480.lib.2.* vbi extendit etiam ad caſum, in quo confirmatio ægidia-
15 næ ſuperuenerit pendente appellatione, † cum illa conſtitutio non ſit omnino noua, ſed declaratoria, quo caſu trahitur ad pendentia per appellationem *Felin.in c.fin.col.5.verſ.item intelige hanc limitationem. de conſtitut.* Maximè quia ſtatutum tollens appellationem in poſſeſ-
16 ſorio eſt ordinatorium, non deciſiuum, † nam grauamen per talem ſententiam illatum poteſt reparari in petitorio *Put.deciſ.480. nu.6. lib.2. poſt Alex.conſ.167.in fin.lib.1.* Cum alias eſſet deciſorium *Gozad.conſ.76.col.fin.n. 15.verſ. vel ſecundo reſpondeo.Dec.in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ col.18. ad med. verſ.ex premiſſa concluſione.ibi ſecus videtur ſi præcluſ.tollatur.nu.43. de conſtitut.Soc.conſ.91.circa præſentem conſultationem ad fin.n.22.verſ.primo quia ſtatutum. lib.4.* [illegible]

De nullitate autem ſententiæ conſtabat, quia iudicium fuit factum cum procuratore, qui ſolùm habebat mandatum ad exigendum, non autem ad lites, vt requirebatur. Et prætenſæ citationes factæ contra ipſummet principalem ſunt
17 nullæ,† quia non peruenerunt ad notitiam ipſius citati, qui nec ipſe, nec ſuorum aliquis in illa domo habitabat, vbi dimiſſæ fuerunt, Immò iam per multos menſes antea tam de domo, quàm è ciuitate diſceſſerat; vnde non potuit præſumi aliqua ſcientia *l.1. §.domum.de liber. agnoſc.Angel.in l.1.C.de falſ.monet.Bart.in l.4 §.prætor ait.col.2. verſ.ſed quid ſi maiori n.9.de damn.inſec.& ibi Alex.n.12.Gab.conſ.31.n.34 & 35.lib.2.*

Addebatur notoria, & euidens iniuſtitia ſententiæ quæ æquiparatur nullitati, cum ex dictis teſtiū, ad quæ fuit facta per iudicem relatio, appareat ſententiam continere errorem facti, Tunc enim
18 dicitur notoria iniuſtitia,† quando ſine aliqua probatione extrinſeca ex actorum inſpectione iunctis allegationibus iurium, & auctoritatum, ex quibus efficitur communis opinio, apparet talis *Ang.in l.ſiue part. de inoffic. teſtam. Bal. conſ. 274. quia ſolam nullitatem. lib.3. Felin. Butrig Rot.& alij per Gabr.conſ.28. n.5.lib.2.* vbi dicit aliud eſſe, ſi iudex ſe ad acta non retuliſſet ſecundum *Alex.in l.præſes. de re iud.Affl. deciſ.28.n.3.*

Neq; obeſtat prædicta non videri tuta, quia vt vi-
19 tietur ſententia continens errorem facti,† neceſſe eſt, vt error ſit expreſſus in ipſa ſententia; itaut non ſufficiat deprehendi errorē per relationē, quā iudex facit ad acta, niſi fiat relatio per modum cauſæ diſpoſitionis; non autem ſi enunciatiuè cômemorentur acta: Quare ſi iudex condemnat dicens probatum eſſe per tales teſtes, ideo condemno, non eſt nulla ſententia, licèt teſtes non probent; Prout etiam ſi dicatur viſis actis, & depoſitionibus teſtium. Quia
20 non dixit hoc ad demoſtrandum,† quod ſuam ſententiā fundauerit ſuper illis, ſed ſolum, vt declaret ſe acta vidiſſe *Iaſ.in l.1.n.11.C.de error. calcul.* Nam aliàs omnes ſententiæ eſſent nullæ, cum in omnibus dicatur viſis actis *Aret. cōſ.136.viſis diligenter.col.2.n.2.verſ.iſta enim verba* & multum notandum dicit *Surd. conſil. 223.n. 19.lib.2.* vbi quod non dicitur relatio
21 fieri ad acta per modum cauſæ, † dum iudex dicit talem excommunicatum ob propalationem non factam in tempore. Ideo ad inualiditatē ſententiæ neceſſe eſt, vt error videri poſſit corporalibus oculis, nec ſufficit, quod ex mente ſententiæ valeat reduci ad intellectum erroneum, quia eſſet error ſubauditus, & interpretatius, neq; enim ſatis eſt quod ex coniecturis eliciatur, cum debeat apparere ex verbis ſen-
22 tentiæ expreſſis,† Nam ad inualidandū actum non eſt pars virtus expreſſi, & taciti prout in ſpecie concludūt *Doctor. in l. qui romæ.§. duo fratres.de verb.obligat. Alex. conſ.59. attentis verbis.col.5.verſ.nec obſtantea.lib.3. & conſil. 79.perſpectis verbis.in fin.lib.1.Natt.conſ.524*

*n.18.Add.ad Rom.ſing.46.Vant.de nullit.deſic. proceſſ.n.121.cum alijs per Sur.*qui dicit notandum ſingulare,& neceſſarium ſcitu *conſ.223.n. 22.lib.2.*

Nam quicquid dicant præfati Doctores verius eſt, quod notoria, & euidens iniuſtitia irritet ſententiã,ſiue ſit in ea expreſſa ſpecialiter, ſiue
23 generaliter relata,†Quoniam notorium habet vim expreſſionis,& quia iudex cenſetur motus ex illis actis,non alijs,prout in ſpecie cõcludit *Gabr. conſ.28.n.6. lib.2.* vbi quod ita ſeruatur in Rota; Nam eſt friuola allegatio, quod iudex potuerit moueri ex alijs *Rot. diuerſ. deciſ. 77.in fin.num.8. p.2.lib.2.fol.44.* Niſi qui hoc aſſerit, probet eundem iudicem motũ fuiſſe ex alijs cauſis, itaut velari poſſit iniuſtitia, tunc
24 enim erit nullitas turbida, & non clara;Vnde non habebit effectum notoriæ nullitatis *Corn. conſ.10.col.2.lib.4.* Et ita in terris Eccleſiæ iudicandum eſſe per ſupradictam Rotæ auctoritatem dicit *Surd.conſ.324.n.6.lib.3.* vbi etiam *n.7.* quod quando iudex mouetur ex his, quæ non ſunt in actis debet de hoc facere mentionẽ *Iaſ.in l.is ad quem.col.penult.de acquir. hæred.* Vnde ſi ſententia non ſe referret ad acta haberetur pro valida; Quandocunq;tamen appareret de notoria iniuſtitia per Rotam reuocare-
25 tur,† quamuis eſſemus in tribus conformibus, & executione ſequuta, ſi illæ non iuſtificantur in actis probatorijs, & adſint talia, ex quibus iudex debuiſſet contrarium iudicare *Gabr. d. conſ.28. lib. 2. n. 6.* cum ſupremi Magiſtratus
26 facti veritatem attendant,† non ordinem iudiciarium *Sur.conſ.324 lib.3.n.2.in fi.*

EPITOME.

Legatum alimentorum relictum præſtari ab infraſcriptis hæredibus an ſit extinctum per mortem dictorum hæredum, & quid ſi dictum fuerit donec d. hęredes vixerint. Hæres hæredis quando dicatur hæres teſtatoris. Verba infraſcriptos prædictos, ipſos, eoſdem, meos, & ſimilia quando extendantur ad futuros. Legatum cum prohibitione non alienandi quando ſit perſonale. Fideiuſſor pro debito patris ſui an teneatur ad debitum liquidatum poſt mortem patris. Si alimenta relinquantur in domo hæredis an legatarius debeat ſtare in domo hæredis hæredis. Legatum alimentorum quando ſit perpetuum. Fideicommiſſum quo ad certas perſonas,& tempus quãdo ex ratione generali extendatur. In relicto ab inſtituto an cenſeatur grauatus ſubſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæredis dicitur propriè hæres teſtatoris, & appellatione hæredũ veniunt omnes in infinitum.* Ampl*ia vt n.2.& 3.*
4 *Onus limitate iniunctum hæredibus nominatim non comprehendit hæredem hæredis.*
5 *Dictio infraſcriptos refertur ad eos,qui poſſunt legi oculis corporalibus. n.6.& 10.*
7 *Hæres hæredis an veniat appellatione hæredis infraſcripti.n.9. & quid in verbis prædictis, & ſimilibus.n.11.22.41.& 42.*
12 *Appellatione filiorum veniunt nepotes.*
13 *Dictio ipſos,& eoſdem eſt ad oculum demõſtratiua.n.14.*
15 *Legatum cum prohibitione alienandi quando dicatur reale,vel perſonale.*
16 *Ratio tacita tunc procedit quando eſt expreſſa à teſtatore.*
17 *Expreſſio cauſæ an requiratur in re, quæ erat maiorum ſuorum.*
18 *Nomina poſſeſſiua meum,tuum, aut ſimilia ſignificant tempus præſens, non futururum.*
19 *fideiuſſor obligatus pro debito patris ſui an reſtringat obligationem ad debitum liquidatũ in vita patris.n.21.*
20 *Implementum conditionis non tranſit ad hæredes.*
23 *Legatum alimentorum, quod teſtator mandauit præſtari ab infraſcriptis hæredibus expirat per mortem ſcriptorum hæredum.Contrarium.n.30.33.& 34.*
24 *Legatarius non tenetur habitare cum hærede hæredis,ſi fuerint ei relicta alimenta in domo hæredis.*
25 *Fideiuſſor promittens ſoluere calculum factum per arbitros non tenetur ſoluere calculum factum per arbitros ſecundo electos.*
26 *Verba infraſcriptos hæredes,aut ſimilia an videantur poſita ex cõſuetudine notariorũ,& quid in verbis in oĩbus alijs ſuis bonis. n.28.& 29.*
27 *Teſtator videtur ſemper loqui ad hæredem ſub nomine appellatiuo.*
30 *Legatum alimentorum eſt perpetuum,& intelligatur relictum ad vitam legatarij.n.31.32. 62.63. & 67.*
35 *Iudicandum eſt in dubio pro non extinctione legati n.62.*
36 *Legatum alimentorum quod teſtator iuſſit alicui præſtari ad decennium, ſi legatarius ante illud tempus moriatur,extinguitur.*
37 *Relictum temporale habet tacitam conditionem cum vita legatarij.*
38 *Alimenta non tranſeunt ad hæredes,ſed cenſentur relicta ad vitam.& n.40.*
39 *Alimenta ſunt alia in perſona vnius, alia in perſona alterius.*
43 *Fideicõmiſſum relictum quo ad certas perſonas ſeu tempus determinatum an extendatur ad alias.*
44 *Probatio eſt fortior quando vltra eam additur ratio.*
45 *Proprium nomen non eſt alteri cõmunicabile.*
46 *Relictum nominatim ab inſtituto an ſubſtitutus cenſeatur grauatus,& quid in alimentis. n.47.& in penſione.n.48.& in legatis ad pias cauſas.n.49.*
50 *Coniuncto repudiante, vel moriente ante aditam hæreditatem portio accreſcit cohæredi cũ eodem onere alendi*
51 *Legatum alimentorum annuum eſt ſoluendum*

per

Digitized by Google

per hæredem hæredis.num.52.
53 Verba adiecta cauſa demonſtrationis referuntur ad alias perſonas, quibus conuenit diſpoſitio. n. 64.
54 Legatum alimentorum quod teſtator mandauit præſtari per hæredem infraſcriptum durante vita eiuſdem hæredis an ſit præſtandũ per hæredem hæredis. n.59.
55 Verba vita durante ſtant limitatiuè. n. 70. & exponuntur pro donec.n.69.
56 Opinio Rotæ Romanæ præualet communi ſententiæ doctorum.
57 Alimenta debita iure actionis non ex officio iudicis poſſunt peti per eum, qui de ſuo ſe alimentauit.
58 Omnis actio præſcribitur ſpatio 30.annorum.
61 Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris.
65 In materia alimentorum potius admittitur ſuperfluitas,quam quod quis priuetur alimẽtis.
66 Legatũ alimentorum donec legatarius moretur cum hærede an duret mortuo hærede.n.71.
68 Legatum alimentorum eſt perpetuum.

CAPVT CIIII.

LEgatum alimentorum, quod mandauit teſtator præſtari ab infraſcriptis hæredibus
dicebatur extinctum per mortem ſcriptorum
1 hæredum; Nam † quamuis hæres hæredis dicatur hæres teſtators *l.fin. de hæred.inſtit.*& ap-
pellatione hæredis veniant omnes in infinitum
*l.hæredis.appellatione.160.& l.ſciendum. 70. de
verb.ſignif.* Itaut propriè dici poſſit, quod hæ
res hæredis ſit etiam hæres teſtatoris *Alciat.in
l.hæredis appellatio. 65. in princ.de verbor. ſignif.& ibi Rebuff. in fin.verſ. continetur. Iaſ.
in l. ſi quis filium familiat. §.fin. n.6. vſq, ad
num. 10. de acquir. hæred.* Rot. *diuerſ. 47. du-*
2 *bitaui.n.10. p.2.* † Ideo teſtator grauans hære-
dem ſuũ ſub pæna priuationis,ne moleſtet vxo-
rem ſuam vſufructuariam cenſetur etiam gra-
uare hæredem hæredis *Soccin. Iun. conſil. 129.*
3 *n.7.lib.3. Menoch.conſ.57.n.3.* † Etiam in di-
ſpoſitione ſtricti iuris, prout in conditione in
qua venit hæres hæredis latè Idẽ *Menoch. conſ.
89.n.133.lib.1.*

Tamen quando onus eſt iniunctum limitatè hære-
dibus nominatis non venit hæres hæredis: Quia
4 huiuſmodi verba infraſcriptos,† & ſimilia refe-
runtur ſolùm ad eos, qui corporalibus oculis
poſſunt legi,non autem intelligi:vnde quod re-
linquitur nominatim ab vno, non eſt præſtan-
dum ab eo, qui ſuccedit in locum illius præter
volũtatem,& diſpoſitionem teſtatoris *l.1.§ fin.
de leg.3. l.ſi hæredes nominatim. 127. de leg.1.
Alex.conſ.140. viſo dicto teſtamento.col.1.& 2.
nu.4. cum ſeq. lib. 6. & conſ.176.viſis narratis.*
5 *in fin. lib.7.* † vbi dicit hoc ſine ſcrupulo pro-
cedere propter dictionem infraſcriptos *Soccin.
Iun.conſ. 131.col.fin. n. 62. p.1.* & latius *in l.
cum filiofamiliat.in 2.par.repet.col.12.de legat.
1.poſt* Bart. *in l. 1. in princ. de his quæ in teſt.
delen.& in l.ſi quis liberis.§. hæc verba. in fin.
de vulg. & pupil. & conſil.124. andreas martini.lib.1.*

Neque obſtat, quod de hac opinione videatur
6 dubitare † *Iaſ. in l.ſi quis filiumfamilias. §. in
omni.col.vlt. verſ.quarto amplia hanc regulam.
nu.15. de acquir.hæred.& Bertazzol.conſ.ciuil.
83. in fin. nu. 66.* Et contrarium ſentiant *gloſ.
in l.cum filio.in verb.ſcriptos. de vulgar.et pu-*
7 *pil.* † vbi exponit ſcriptos, ideſt inſtitutos,cum
etiam hæres hæredis veniat appellatione hære-
dis infraſcripti *Bald.in l.vnic.ad med.n.3.verſ.
ad iſtam ſimilitudinem.C.quor. legator.* vbi in-
fert ad ſtatutum mandans inſtrumentum mitti
executioni contra debitorem in eo deſcriptum,
8 quod habebit † locum etiam contra hæredem
debitoris *Alex.conſ.18.attentis narratis.col.fin.
ad med.n. 16.lib.5.Surd. deciſ.338.n.3.*

Quia reſpondetur quod Idem *Iaſ.in l.fin.col.1.in
fin.nu.6.verſ.quarto extende.C.de hæred. inſti-*
9 *tut.* † reijcit illum intellectum tanquam contra-
rium literæ, *& in l. qui liberis. §.hæc verba. in
fin.de vulg. & pupil.* concludit quod conſule-
ret,& indicaret pro opinione *Bart.* quam dicit
10 eſſe veriſſimam † *Ruin. conſil. 29. quia teſtator.col.2.n.4.lib.2.poſt Aret.in d.l.ſi quis filiũ.
§ fin.* prout etiam teſtatur *Surd. conſ.123. nu.
13. lib.1.*

Idem eſt ſi teſtator vſus fuiſſet verbis prædictis
11 Nam per illa † cenſetur excluſus hæres hæredis
Aim.conſ.98.n.8. Ruin.conſ.181.nu.2. col.1. ad
12 *fin.lib.2.Soccin.Iun.conſ.21.n.30.lib.3.* † Quẽ-
admodum dicimus, quod licet appellatione fi-
liorum veniant nepotes ex generalitate ſermo-
nis: Tamen ſi nominatim facta mentione filio-
rum teſtator dicat prædictos filios, tunc ſermo
refertur ſolum ad nominatos, non ad alios *Dec.
conſ.455.n.8.Surd.conſ.230.n.24.lib. 2.*

Quod multo magis erit ſi dictum fuiſſet per ipſos
13 hæredes: † Quia illa dictio eſt perſonaliſſima,&
ad oculum demonſtratiua *Roland. conſil. 97.
n.22.lib.4.Rip. in l.filiusfamiliat.§.diui.n.111.
de leg.1. vbi Iaſ. in 2.lect.col.pen.verſ. pro ampliatione.latè Decian.conſ.2.n.32.lib.2. Rimin.
Iun.conſ.50.n.47.& 48.lib.1.*

Idem ſi adeſſet dictio eiſdem,quæ eſt etiam relati-
14 na ad nominatos † *Dec.conſ.261. in cauſa magnifici.in princ.verſ. ſecundo facit. Burſat. conſ.
64.n.20.lib.1.Ruin.conſ.101.n.9. in fin. lib. 2.
Surd deciſ.125. in princ.* vbi ex hoc concludit
legatum aliquibus cum prohibitione eiſdem fa
15 cta non alienandi † eſſe perſonale,quamuis ex
qualitate rei poſſet dici realis,puta propter af-
fectionem,aut quid ſimile Licet enim iſta qua-
litas veſtiat prohibitionem, tamen non exten-
dit de perſonali ad realem, cum ſit facta prohi-
bitio nominatim, & ſatis eſt, quod illa affectio
conualidet prohibitionem,non quod extendat;
16 Præſertim quia tacita ratio, † vel cauſa tunc
procedit, quando eſt expreſſa à teſtatore, ſecus
ſi eſt omnino tacita *Caſtrenſ.in l.filiusfamiliat.
§.diui.n.3.de leg.3.* vbi loquitur de re,quæ erat
maiorum ſuorum, quia in his requiritur cauſæ

expreſſio.† excepto exemplo de turri, quæ cō-
17 ſueuit eſſe pro tutela, & defenſione familię *glo.*
in l. quoties. C. de fideicom. ubi Bald. n.8. Rumi-
nald. Iun. *conſ 632. n.110.*

Quæ magis procederent, ſi adeſſent verba meos
hæredes, nam iſta nomina poſſeſſiua meum, tuū
18 ſuum, † tempus præſens ſignificant, ita vt non
extendatur ad futurum *Bart. in l. ſi ita legatum*
8. de aur. & argent. leg. Ceual. q.727. n.64. Ex
quo infert veriorem opinionem eſſe, quod fide-
iuſſor obligatus non pro quocunque debito, ſed
19 ſpecificè pro debito patris ſui, † per iſtam di-
ctionem ſuum, reſtringit obligationem ad præ-
ſens tempus, & ſic ad debitum liquidatum in
vita patris principalis debitoris, non in futu-
rum pro tempore hæredum, quia fuit conſide-
ratum per fideiuſſorem debitum, quod in vita
patris fuerit liquidatum vna cum eius indu-
ſtria, non quod poſt eius mortem conſtiterit
debuiſſe, cum ille ſit magis informatus, quam
ſui hæredes, ad quos non tranſit implementum
20 conditionis, † quæ adhęret perſonæ *l. fin. de*
condit. inſtit. l. ſi decem cum petiero. de verbor.
21 *oblig.* † De qua tamen quæſtione videndus eſt
Bartol. in l. qui romæ 132. §. augerius. ff. eod. &
ibi Doctor. cum alijs per Couar. Pract. quæſt. c.
30. num.5 Guter. de iuram. confirm. p.1. c.37. in
fin. qui contrarium ſequuntur *latè Pariſ. conſ.*
121. lib.4. cum alijs per *Franciſ. Munnoz. de ra-*
tiocin. adminiſtrat. c.34. n.7. verſ. aduerſus.

Et regulariter idem eſſet non ſolùm in prædictis
22 caſibus, ſed etiam in ſimilibus. † prout conclu-
dit latè *Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt.*
lib.3. ſolut.2. n.27. interpretat.1. dub.1. fol.198.
poſt Dec. conſ 513. in ciuitate noſtra. nu.5. col.2.
in fin. verſ. quarto aduertendum, & multis ſimi-
libus comprobat *Bertaz. conſ. ciuil. 83. num.15.*
vſq. ad n.21.

Et ita in ſpecie de alimentis, quod propter iſta
verba infraſcriptos non teneantur hæredes hæ-
23 redis † concludit *Crot. in l.2. in princ. ff. ſolut.*
matrim. Surd. de alim. tit.5. q.6. nu.26 & 27. &
tit.9. q.13. n.32. & 33.

Ideò ſi teſtator reliquit alimēta in domo hæredis
nō tenetur legatarius habitare cum hærede hæ-
24 redis, † quia intelligitur de primo, non de ſe-
cundo *Bertrand. conſ.67. n.4. lib.7.* vbi dicit in-
dubitatum, ſi fuit dictum, quod habitet in do-
mo hęredis infraſcripti, quaſi tunc cenſeatur ſe
reſtrinxiſſe ad nominatum, & eum qui legitur
corporalibus oculis, ſequitur *Idem Surd. de*
25 *alim. tit.4. q.15. in fin.* † Prout in fideiuſſore
promittente ſoluere calculum factum per arbi-
tres, qui non tenetur ſoluere calculum factum
per arbitros ſecūdo electos *Ceual. q.727. n.59.*

Neq. obſtat huiuſmodi verba infraſcriptos, & ſi-
milia videri potius poſita de ſtilo notariorum,
26 ideo non eſſe in conſideratione † *Butr. conſ.68.*
quo ad ducentas libras. in fin. vbi loquitur de
verbis in omnibus autem bonis. Maximè quia
27 ſemper videtur teſtator loqui ad hæredem † ſub
nomine appellatio *l. ſi ſeruus legatus. 111. §.*
qui margaritam. ff. de legat. 1. Et ita in ſpe-
cie dicit *Bal. in l. eam quam col.5. n.31. verſ. qua-*
ro numquid lex noſtra. C. de fideicom.

Nam verius eſt, quod dicta verba ſiue ſint ſolita
28 apponi per notarium, nec ne, † cenſeantur po-
tius appoſita de voluntate teſtatoris, ideo de-
bent accipi cum effectu operandi quidquid de
iure poſſunt operari *Alex. conſ.1. col.7. in princ.*
n.22. verſ. quinimo ut dicit lib.5. Grat. conſ. 112
n.27. lib.2 Peregrin. de fideicomm. art.7. nu.45.
prout omnia in inſtrumentis reſpicientia fa-
29 ctum debent intelligi ſcripta de voluntate, † &
commiſſione partium *Bart. in l. qui filiabus. de*
teſtam. tut. Dec. conſ.450. advertiſſimi iuris ad
fin. n.3. Cagnol. in l. ſi liberarius. q.3. nu.7. ff. de
reg. iur.

Contrarium tamen cum de prædictis diſceptare-
tur declaraui in cauſa Thomę, & litis conſor-
tium coram me per compromiſſum vertente.
30 Quia de ſui natura † legatum alimentorum eſt
perpetuum, & intelligitur relictum ad vitam le-
gatarij, quamuis ſimpliciter factum fuerit *gloſ.*
in l.1. in verb. poſt mortem. ad med. C. de legat.
ubi Iaſ. in fin. verſ. in ſecunda parte dicit ma-
gis veram opinionem fauorem alimentorū *Bar.*
in l. mela. in princ. ff. de alim. & cibar. legat.

Quod procedit ſiue debeantur alimenta in teſta-
31 mento, † ſiue ex promiſſione, cum valeat argu-
mentum de contractibus ad vltimas voluntates
quicquid dicat *Gram. decis.102. n.112.* vbi re-
ſtringit ad quindecim annos, & *Cordub. in l. ſi*
quis à liberis. §. non tantū. n.62. de liber. agnoſc.
qui reducit ad terminos *l. hæreditatum. ff. ad*
32 *leg. falcid.* † Quia ſimpliciter verior eſt opinio
vt cenſeantur debita ad vitam, prout teſtatur
Sur. de alim. tit.5. q.1. n.15.

Quare cum alimenta cenſeantur relicta ad vitam
33 ſunt præſtanda tam per primum hæredē † quā
per ſecundum, vt legatum ſortiatur effectum,
cum præſertim credendum ſit, quod teſtator, ſi
mandauit illud ſolui per hæredem inſtitutum,
quem magis dilexit, multò plus voluerit ſol-
34 uendum eſſe per hęredem hæredis, † quē igno-
rabat, prout in ſpecie concludit *Corn conſ 69.*
in hac conſultatione. n.4. lib.4. & in dubio po-
tius iudicandum eſt legatum conſeruari debe-
35 re, † non extingui *Dec. conſ.601. viſo eleganti.*
col. ult. in fi.

Et adeo cenſentur alimenta relicta ad vitam, vt
neq. obſtet temporis præfinitio appoſita in hu-
iuſmodi legato, puta ſi fuerit mandatū illa præ
36 ſtari ad decennium. † Nā quamuis ante illud
tempus moriatur ille, qui debet alimentari, ta-
men legatum extinguitur cum illius vita, neq.
ad hæredes eiuſdem tranſmittitur *Bart. in l. ſi*
cum præfinitione. per illum tex. quem dicit mul-
tum notandum, & menti tenendum. *ff. quand.*
dies leg. ced. Iaſ. in l. ſi Stichū aut pamphilum. §.
ſtipulatio n.4. de uerb. obligation. Ratio prædi-
ctorum eſt, quia etiam relictum temporale ha-
37 bet tacitam conditionem cum vita † legatarij,
& rebus ſic ſtantibus, ita ut credendum ſit teſta-
torem illud tempus appoſuiſſe, quia putabat vi-
tam legatarij longiorem futuram. *Bertaz. conſ.*
ciuil.

ciuil.83. in fi.n.67. Surd. de alim.tit.5.q.1.n.5.
Quod cum non extiterit, dicendum eſt eius in-
tentionem talem fuiſſe, vt voluerit ſe confor-
mare cum diſpoſitione iuris communis, ſecun-
dum quod alimenta cenſentur relicta ad vi-
38 tam, † itaut ad hæredes non tranſmittantur
Bald. in auth. cui relictum. col. vlt. in fin. uerſ.
quid enim ſi permittantur. C. de indict. viduit.
tollen. & in l. fin. oppoſ.6. C. de hæred. inſtituen.
Alex. conſ.18. attentis narratis. in fin. lib.5. Ce-
phal. conſ.158.n.3. lib.2. Tiraq. de primogen. q.
74. n.6. Quia alimenta cohęrent perſonæ, vnde
tanquam perſonalia non tranſeunt ad hære-
39 dem, † cum alia ſint in perſona vnius, alia in
perſona alterius Bart. in l. cum titio. n.2. ad leg.
faleid. Bald. in l. vnic. col. vlt. n.7. verſ. modo ego
quæro. C. de priuil. dot. cũ præſertim ſubiectum
40 alimentorum ſit anima, † & corpus, quæ ad hę-
redem non tranſmittuntur l. 1. §. ne autem. C.
de caduc. tollen. Idem Bald. in auth. cui relictum
col. vlt. in fin. C. de ind. vid. tollen.
Non obſtat quod dicebatur de verbis infraſcrip-
41 tis, † per quæ excluditur hæres hæredis Re-
buf. in l. hæredis appellatio.65. col. penul. in prin.
ff. de verb. ſignif. Ruin. conſil.29. nu. 4. lib. 2.
Surd. conſ.123.n.13. lib. 1. cum alijs ſupra al-
legatis. Quia illud non procedit quando mi-
litat eadem ratio, prout in caſu noſtro, in quo
potius maior videtur eſſe, cum enim mãdatum
fuerit ſolui per hæredem, quem plus dilexit,
multo magis per hæredem, in quo non cadit
42 huiuſmodi affectio tanquam ignoto: † Vnde
ſtante paritate rationis magis ex mente, & vo-
lũtate, quam ex propria ſignificatione vocabuli
debeat venire hæredes hæredum, quamuis fue-
rit dictum de infraſcriptis, Ita in ſpecie con-
cordando opiniones diſtinguit Corn. conſil. 69.
in hac conſultatione. n.4. lib.4. Aleiat. in l. hæ-
redis. appellatio.65.n.4. verſ. quod ego non ſuffi-
cere arbitror. de verb. ſignif. & ibi Rebuf. col.
penul. verſ. limitarem niſi materia. Dec. in l. qui
per ſucceſſionem n.4. verſ. ſecundo regula. de reg.
iur. vbi ſtante eadem ratione dicit omnia re-
duci ad concordiam.
Prout etiam dicimus in fideicommiſſis, quę licet
fuerint relicta quo ad certas perſonas, ſeu tem-
43 pus, † Tamen ſi ex ratione generali poſita
comprehenderẽtur plures perſonæ, ſeu tempo-
ra extenderentur quatenus ratio expreſſa iudi-
caret Bart. in l. pater filium. §. cum fundum
de leg.3. Caſtrenſ. conſil. 77. viſis. col. pen. poſt
med. verſ. contrarium dico. nu.5. lib.1. Roman.
conſ.457. circa propoſitam. n.2. verſic. in unum
44 colligendo. † Quaſi illa prohibitio ſit fortior
quando vltra eam additur ratio Dec. conſil. 481.
in caſu de quo peruſij. n.3. verſ. & iſta conclu-
ſio. Cephal. conſ.134.n.29. uſq; ad 36. lib.1. cum
diſtinctionibus de quibus per Pereg. de fidei-
com. art.11. nu.54. uſq; ad 58. poſt Iaſ. & alios
in l. filiusfamilias. §. diui. in 2. lect. num. 108.
de leg. 2.
Neq; obſtat quod ſi nominatim aliquid ſit relictũ
ab inſtituto grauando cum nomine proprio,
tunc ſubſtitutus non cenſetur grauatus: Quaſi
45 propriũ nomen non † ſit alteri communicabi-
le l. celſus.29. quod alicuius. de leg.2. Alex. poſt
Bart. in l. licet imperator.77. de leg.1. Doctor. in
l. in ratione.11. §. quod vulgo. ad leg. falcid. et in
l. ſi plures.96. in fin. de legat.3. cum alijs per Ti-
raq. priuileg. piæ cauſ.36. Quidquid contrariũ
ſentiant Cin. & Bald. in l. eam quam. C. de fidei-
com. nu.21. col.5. verſ. quæro nũquid lex noſtra.
46 Quia verior eſt opinio contra eos, † vt teſtatur
Peregr. de fideicom. art.16. num.59. vbi intelligit
nominatim grauari non ſolũ quando id fit pro-
prio nomine, ſed etiam per verba, prædictum
meum hęredem: Nã tunc quoq; onus reſtringi-
tur ad illã perſonam tantum Aim. conſ.98. n.8.
Quia prędicta non procedunt in alimẽtis, in qui-
47 bus ob ſpecialem illorum fauorem verius † eſt,
quod debeantur à ſubſtituto, quamuis inſtitu-
tus fuerit grauatus per nomen proprium, & ſic
relictum ab vno cenſebitur repetitum ab alio
l. 4. §. lucius. de alim. & cibar. leg. Bart. in l.
mela. in princ. n.5. verſ. item quod relictum. op-
poſ.3. eod. titul. Rom. conſ. 388. in caſu propoſiti
thematis. n. 5. col. 1. in fin. verſ. his tamen non
48 obſtantibus. vbi ampliat ad penſionem, † cum
illa ſuccedat loco alimentorum Surd. de alim.
tit.8. priuil.15. Peregrin. de fideicom. art. 16.
n.60. & 66.
Quemadmodum idem eſt in legatis ad pias cau-
49 ſas † Iaſ. conſ.95. redemptoris noſtri. n.2. verſic.
hoc non obſtante. lib.1. col.1. Dec. conſ.181. in
cauſa occurrẽte. col.3. ante med. verſ. et conſ.272.
in caſu propoſito. col.1. ad med. verſ. & hoc idem
confirmatur. Rom. in auth. ſimiliter. ſpeciali.15.
& 20. C. ad leg. falcid. Tiraq. priuil. piæ cauſ.36.
Idem in coniuncto, quo repudiante, vel moriente
50 ante aditam hęreditatem, portio accreſcit † co-
hæredi, cum eodem onere alendi, quamuis il-
lud onus fuiſſet commiſſum vni ex hęredibus
nominatim gloſ. in l.4. §. fin. in verb. agant. vbi
Bart. de alim. & cibar. legat. Iaſ. in l. ſi duobus
res. § hæres. in fin. de leg.1. Surd. de alim. priuil.
15. n.3. tit.8.
Pręterea legatum, de quo agebamus erat annuũ,
cum teſtator mandauerit ſolui alimenta quoli
51 bet anno, † quo caſu venit hęres hęredis quã-
uis teſtator dixerit eſſe ſoluendum per infra-
ſcriptum eius hęredem, prout in ſpecie cõclu-
dit Corn. conſ.69. lib.4. per tot. quem ſequitur
Peregrin. de fideicomm. art.32. nu.70. verſic. ſe-
52 cundo ſublimita. † Quia dicta verba ſunt ap-
poſita ſolutioni, non diſpoſitioni: Vnde non
debent mutare ſubſtantiam legati iam in eſſe
deducti, & perfecti, & ſui natura perpetui, & in
ſingulos annos debiti, & ſic potius ſtant cauſa
53 demonſtrationis, quàm reſtrictionis, † quo ca-
ſu referuntur etiam ad alias perſonas, quibus
conuenit illa ſolutio Bart. in l. mela. in princ.
ff. de alim. & cibar. legat. Bertaz. conſ. ciuil. 83.
in fin. n.66.
Immo quod magis eſt non ſolũ hęres hęredis prę-
ſtabit alimenta in caſu, in quo hæres fuit nomi-
natim grauatus illa præſtare, ſed etiam quan-

do vlterius teſtator mandauit alimēta eſſe ſoluenda per ſupradictum eius hæredem durāte
54 vita eiuſdem hæredis, † quaſi illa verba hæredis vita durante non debeant mutare ſubſtantiam perpetuam legati alimentorum, cum ſint potius poſita ad denotandum ſolutionem: quādo præſertim ſunt in diuerſa oratione. Ita in ſpecie alimentorum concluſum fuit per *Rot. corā Cardin. Lancellot. 10. & 24. martij. 1572. & 24. aprilis eiuſdem anni.* vbi quod licèt iſte
55 caſus videretur habere dubitationem, † cum illa verba, vita durante, ſtent limitatiuè *Pariſ. conſ. 123. n. 15. lib. 3.* & ſic executio legati eſt reſtricta ex voluntate teſtatoris, qui potuit illius naturā mutare, & de perpetua facere temporalem, prout ſentiebant duo ex Dominis: Tamen pro maiori parte placuit magis opinio ad fauorem alimentorum ob rationes, de quibus in deciſione, cuius tenorē volui infra ſubijcere, vna cum voto contrario diſſentientium, cum ſit caſus notabilis, & qui ſæpe occurrit, & ſi cōtingeret à Rotę opinione non eſſet recedē-
56 dum, cum ſit maioris auctoritatis, † quam opinio communis Doctorum *Gomeſ. Felin. Grat. Menoch. & alij latè allegati per Ceual. in Specul. comm. opin. in præfat. n. 25. vſq; ad n. 29.*

Romana alimentorum.

Die lunæ 10. *martij, & 24. eiuſdem, &* 21. *aprilis.* 1572.

Quo ad primam partem dubij fuit concluſum alimenta præterita de iure peti poſſe per D. Aloiſium, quia cum non ſint debita iudicis officio,
57 ſed iure actionis, † ſcilicèt ex teſtamento, etiā ſi legatarius de ſuo ſe aluerit poteſt illa petere, vt *not. Bar. in l. libertis quos. de alimen. et cibar. legat. & l. de alimētis. C. de trāſact. vbi Iaſ. n. 6. & Dec. n. 5.* qui alios adducit: Verum quia pro parte Comitis, & litis cōſortiū ſit fundamentū
58 in pręſcriptione, tam de iure communi, † ſcilicèt, quod omnis actio præſcribitur ſpatio 30. vel 40. annorum *l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum* quām etiam de ſtatuto Vrbis de negligentibus petere debitum, & pro parte domini Aloiſij allegatur ignorantia teſtamenti; propterea hoc fuit circumſcriptum, & cetera omnia, quæ etiam adducuntur pro parte dictorum conſortium litis, quæ in facto conſiſtunt, & ſunt præter intellectum verborum legati.

Quo vero ad alimenta futura poſt obitum hæredis præſtāda, licèt verba legati ſint viſa Domi-
59 nis multum dubia, † & multa etiam adducantur fundamenta, propter quæ videatur dicendum illud non debere extendi vltra mortē hæredis: Tamen placuit benignior interpretatio, vt legatum intelligatur eſſe perpetuum ſcilicet ad vitam D. Aloiſij, quia de ſui natura legatum
60 alimentorum eſt perpetuū † ad vitam legatarij *l. alimenta. ff. de aliment. & cibar. leg. l. 1. C. de*
61 *legat. & vtrobiq; notant Doctor.* † Ideo cenſetur in dubio teſtator voluiſſe ſe conformare cū iuris diſpoſitione *vt notatur. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad trebel.* & in dubio etiam facienda eſt interpretatio, vt legatum potius ſuſtinea-
62 tur quam pereat † *Dec. conſil. 601. n. 31.*

Nec huic interpretationi vidētur repugnare verba illa durante vita ſupradicti hæredis, Quia ſunt adiecta ſolutioni, nō diſpoſitioni; nā primo loco teſtator legauit 150. atq; ita perfectam diſpoſitionem fecit de alimentis; Vnde oritur ſupradicta iuris concluſio, quod ſit perpetuum
63 legatum, † & propterea ſit præſtandum per hæredem hæredis *vt notat Bart. in l. alimenta. de aliment. & in l. libertis. §. lutius. ff. eod.* Poſtea idem teſtator diſpoſuit circa modum ſoluendi, ibi, ſoluenda per ſupradictum ſuum hæ-
64 redem durante eius vita, † quæ verba tanquā appoſita ſolutioni non mutant ſubſtantiam legati iam in eſſe deductam, & perfectam, & ſui natura perpetuam, ſed ſtant demonſtratiuè *l. qui teſtamento.* & ibi *notat Bart. de leg. 2. Dec. conſ. 413. nu. 8. cum ſeq.* Et licèt hoc procedat in diuerſa oratione, tamen hic videtur adeſſe diuerſitas, tum conſideratis verbis anno quolibet, tum etiam, quia verbum ſoluendos exponitur, qui ſolui debent. Nec attenta hac interpretatione verba illa ſunt ſuperflua ſtantibus ſupradictis verbis per ſupraſcriptum hæredem comprehendentibus hæredem hæredis, vt di-
65 ctum eſt: † Quia placuit in hac materia alimentorum potius admitti ſuperfluitatem, quām vt quis priuetur alimentis, & quod fiat interpretatio contra ius, Et ſimilis interpretatio fuit deducta *per l. 1. C. de legat.* vbi legatum ali-
66 mentorum factum ſub conditione, † donec legatarius moratus fuerit cum hærede durat etiā mortuo hærede. licèt ſecundum Doctores dictiones huiuſmodi donec, & quouſq; ſint ex ſui natura limitatiuæ temporis, itaut vltra tempus non ſubſiſtat legatum, vt ibi *not. Caſtrenſ. Corn. & cæteri.* Hæc autem omnia Domini intellexerunt ſuppoſita validitate legati, nam eatenus legatum valet, quatenus alimenta ſpurio debeantur: Verum ſi Aloiſius tempore mortis patris haberet vnde ſe aleret, vt prætenditur pro parte litis conſortium legatū eſſet nullum, vt hic per informantes, Propterea fuit etiam hoc caput circumſcriptum, & ſtrictè ad verba legati placuit Dominis hæc benignior interpretatio, licet multa vrgeant in contrarium.

Nota quod omnes fuerunt pro Aloiſio, præter D. Binarinum, & D. Lancellottum: ideò volui apponere votum D. Lancellotti qui ſequitur, vt infra. Quo ad ſecundam partem, nam in prima de præteritis erant concordes; quo ad futura placet opinio, quod non debeantur vltra vitam
67 hæredis, † nam licet legatum alimentorum ex ſui natura ſit perpetuum, ſcilicet ad vitam legatarij *l. caio ſeio. §. imperator. de aliment. gloſ. in l. 1. ver. poſt mortem. C. de legat. vbi Doctor. notant. Ruin. conſ. 38. n. 4. vol. 2.* Tamen hoc pro-
68 cedit in dubio, † ſecus ſi aliud conſtet de mente teſtatoris *l. cum onus. & l. à filio. in princ. de alim. Ang. in ſumma de alim. n. 4. Dec. conſ. 260. n. 2. l. mela.* ibi tandiu debentur donec teſtator voluerit, At de mente teſtatoris, quod ſit reſtri-

ctum

ctum ad vitam hæredis tantum conſtat propter illa verba durante vita : Nam alias propter præcedentia verba ſcilicèt ſoluendos per ſupradictum ſuum hæredem comprehenditur etiam hæres hæredis *l. libertis. §. fin. & ibi not. Bart. et in l. alimēta. ff. eod.* Propterea ſubſequētia verba durante vita reſtringunt, vt non comprehendāt hæredem hæredis aliâs eſſent fruſtatoria, Et dicitur *in d. §. fin.* quod debentur ab hærede ſubſtituto nulla conditione adiecta, at hic eſt addi-
69 ta conditio, quia verbum † durante, exponitur ideſt donec, & quouſq;, ſeu ſi. Præſertim quia dicitur durāte vita ſopradicti hæredis, quod eſt verbum denotans perſonalitatem, ideo non comprehēdit hæredem hęredis *Alex. conſ. 140.*
70 *n. 3. lib. 6.* † Et quod dicta verba ſint limitatiua & reſtrictiua, notat, ſed in alia materia *Pariſ. conſil. 123. n. 15. vol. 3.* Nec obſtat quod ſint poſita in executione, nam reſpondetur quod executio eſt reſtricta propter dicta verba durante. Non obſtat *l. 1. C. delegat. & l. eam. §.*
71 *imperator. de alimen.* † vbi verba donec legatarius moratus fuerit cum hęrede interpretantur, vt legatum debeatur etiam poſt obitum hæredis. Nam reſpondetur primo quod loquitur in dubio *Corn. ibid. n. 2.* at hic conſtat de mente reſtricta: ſecundo procedit in caſu, in quo aliquid eſt præſtandum per legatarium, ſcilicèt quia debet morari, nam ſi impeditus non moratur non habet legatū *Corn. ibid. n. 3.* ſed quia ſtat per caſum ſcilicet mortē hæredis, ideo lex interpretatur, quod ſit perpetuum, propterea dicit *Alberic. ibid. in fin.* quod requiritur, vt legatarius cum eo habitauerit. At ſecus in hoc caſu, quia nullū onus apponitur legatario, ſed tantum mandantur præſtari alimenta durante vita hæredis, & ſic non requiritur factum legatarij: Non obſtat quod verba magis ſtent demōſtratiuè, quàm reſtrictiuè, item quod in dubio fieri debet interpretatio pro validitate legati, & quod in dubio iudicandum quod legatum alimentorum ſit perpetuum, Quia reſpondetur, quod hæc procedunt in dubio, at hic ſumus in clara mente.

E P I T O M E.

Error quando præſumatur, & probandus ſit. Declaratio in quam cauſam pecuniæ fuerint ſolutę an ſpectet ad debitorem, ſeu creditorem. Solutio an dicatur facta in cauſam debiti antiquioris, & an pro vſuris, vel pro ſorte. Mandatum generale ad omnes cauſas, & ad iurandum de calumnia an ſufficiat, itaut non requiratur expreſſio ſpecialis cauſæ, ſuper qua eſt iurandum.

S V M M A R I V M.

1 *Apocha debitoris per eum recognita inducit plenam probationem.*
2 *Verbis ſtandum eſt ſi de errore non apparet.*
3 *Error non præſumitur, niſi probetur. & n. 4.*
5 *Reſponſio per verbum credo probat, ac ſi de veritate facta fuiſſet.*
6 *Standum eſt declarationi factæ per debitorem in quam cauſam ſoluerit. & n. 7. 8. & 19.*
7 *Indeterminata ſolutio debet limitari ſecundum præcedentem petitionem.*
9 *Ficta ſolutio non operatur pluſquam vera. num. 11.*
10 *Compenſatio eſt ficta ſolutio.*
12 *Non refert ſolutionem fieri diuerſis vicibus.*
13 *Solutio præſumitur facta in cauſam debiti magis antiqui, & petiti, & cuius dies ceſſerat. n. 14. & an pro vſuris, vel pro ſorte. n. 20.*
15 *Soluens præſumitur ſoluere prout magis ſibi eſt vtile.*
16 *Debitor eligit in quam cauſam ſoluerit ſi creditor ſcripſerit, quod recepit non tanquam ſolutum animo diſſoluendi obligationem, ſed tāquam creditum ſoluentis. n. 17.*
18 *Solutio non cenſetur facta in cauſam non liquidam.*
21 *Mandatum ad iurandum de calumnia an ſufficiat, ſi non exprimatur cauſa, ſuper qua debeat iurari. n. 23. & 24.*
22 *Salus animæ pretioſior eſt cunctis rebus.*
25 *Mandatum ſpeciale ad petendum generaliter reſtitutionem in integrum ſufficit.*
26 *Procurator admittitur ad opponendum crimina contra electum, ſi habeat mādatum, quamuis crimina non ſpecificentur.*

C A P V T C V.

NOn potuiſſe agi per D. Hieronymum contra D. Vincentium pro fructibus cenſus trium annorum decurſis Dixi verius eſſe, quia apparet de ſolutione facta per Vincentiam pro eodē cenſu, vt in apocha receptionis Hierony-
1 mi per eum recognita in forma, † quæ inducit plenam probationem *l. publia. depoſ. Caſtr. cōſ. 311. ad primum reſpondetur. in 2. dub. lib. 2. Aim. conſ. 73. n. 15. in fin.*

Non obſtat error allegatus per Hieronymum, cū vere debuiſſet ſcribere annum 1595. quamuis apocha ſit de anno 1596. Nam de eo non appa-
2 ret, † vnde ſtandum eſt verbis *l. ſi aliј. 19. in vſufr. leg.* quia talis præſumitur intentio, qualem verborum proprietas demonſtrat *l. non aliter. 67. de leg. 3. Cagnol. in l. ſi librarius. 93.*
3 *n. 6. de reg. iur.* † Neq; enim error præſumitur, niſi eo ipſo, quod veritas in contrarium reperitur: Vnde debet oſtendi rem aliter ſe habere *Bald. in l. poſt diuiſionem. num. 2. & in l. error. num. 12. C. de iur. & fact. ignor. Socin. conſ. 25. proſequendo. nu. 3. lib. 4. Pariſ. conſil. 89. n. 37. lib. 1. Maſq. concluſ. 253. n. 4.* Immo non ſo-
4 lum eſt probandus error, † ſed etiam in ſpecie eſt deducenda cauſa erroris *Curt. Sen. conſ. 56. col. 5. in fin. Aim. conſil. 255. col. 2. in fin. Surd. deciſ. 104. n. 18.*

Ex quibus cēſentur excluſi prætenſi fructus vnius anni: Quo vero ad alios ſequentium annorum, neq; poterat moleſtari Vincentius, nam probatur

vbi teſtatur de magis vera, & communi opinione; Quia nulla colligitur certitudo, quod abſit calumnia in defenſione illius litis, cuius dominus ſcientiam non habet, quam ſi haberet forſan non vellet defendere, vnde cum procurator iuret in animam domini, non eſt æquum, vt poſſit illum obligare abſq; ſpeciali conſenſu, præſertim vbi agitur de periurio; quod grauius eſt
22 propter periculum animæ, † cuius ſalus pretioſior eſt omnibus rebus *l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. c. ſedulò. 23. diſtinc. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 65 n. 18.*

Quia prædicta procedunt de iure, quæ non ſeruantur in praxi, ſecundum quam verior eſt opinio
23 quod ſufficiat † huiuſmodi mandatum, licèt nõ ſit expreſſa in eo cauſa, in qua iurandum ſit *Alex. in l. qui bona. §. qui alieno. nu. 7. de damn. infec.* vbi de communi *Mattheſ. ſing. 149. nota*
24 *quod ſi dominus* † vbi de huiuſmodi obſeruantia atteſtatur *Cappel. Tholoſ. deciſ. 132. & ibi Addit. nu. 1.* Prout dicimus ſufficere mandatum ſpeciale ad petẽdum generaliter reſtitutionem
25 in integrum, † quamuis non exprimatur perſona, vel cauſa, in qua peti debeat *Bart. in l. ſi. liusſa. militas. n. 10. de donation. Caſſador. deciſ. 1. ad fin. verſ. & mandatum generale. de procurator. Aegid. deciſ. 32. per tex. in c. fin. de except.*
26 Exemplo procuratoris, † qui non admittitur ſine ſpeciali mandatò ad opponendum crimina & defectus contra electum *c. ſuper his. de accuſat.* Tamen admittetur ſi habeat ad hoc procuratorium, quamuis crimina non ſpecificentur *Innoc. in c. 1. in ultimis verbis de elect. in 6. Cardin. in clem. non poteſt. de procurator. q 2. & 12.* vbi de veriori opinione teſtatur.

E P I T O M E.

Epiſcopi, vel Vicarij Canonici quomodo ſedeant in capitulo, ſeu ſtudio. Subrogatus quando gaudeat priuilegio principali conceſſo in honore, & præeminentia. Coadiutor cum futura ſucceſſione an in abſentia coadiuti Canonici debeat ſedere in loco antiquo coadiuti. Vicarius an ſit honorandus prout Epiſcopus. Vicariatus an ſit dignitas. Locus manus dexteræ, an inducat præſumptionem maioritatis. Imago B Petri quare pingatur à ſiniſtris, Paulus autem à dextris.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicus Vicarius Epiſcopi non debet præcedere alios Canonicos in capitulo. Idem in Epiſcopo, & alijs Prælatis, & conſiliarijs. n. 6. Fallit. n. 7.*
2 *Dignitas non pertinens ad collegium non debet cauſare mutationem loci.*
3 *Maior dignitas quando debeat præcedere.*
4 *Epiſcopus exiſtẽs in ſtudio nõ præcedit Rectorẽ.*
5 *Papa ſcribens ad ſcholares, inter quos ſunt Epiſcopi non vocat eos fratres, ſed filios.*
8 *In prælationibus attenditur conſuetudo.*
9 *Epiſcopus canonicus in capitulo habebit primũ locum poſt Decanum. & n. 11. & 12. & quid in Vicario n. 13*
10 *Epiſcopus debet honorari propter dignitatem, quæ eſt inſeparabilis à perſona.*
14 *Subrogatus an ſapiat naturam ſubrogati etiam in honore, & præheminẽtia n. 15. 34. 35. & 36*
16 *Vicarius Principis poteſt ea omnia, quæ Principi. & n. 33.*
17 *Reſignans canonicatum reſeruato ſibi regreſſu cum loco in choro, & capitulo mortuo reſignatario debet ſedere in loco antiquiori.*
18 *Coadiutor cum futura ſucceſſione in abſentia coadiuti canonici an ſedere debeat in loco antiquo, an quo coadiutus poterat. n. 39.*
19 *Potentius eſt ius, quod habet quis iure proprio quam alieno.*
20 *Epiſcopus magis debet honorari, quam eius Vicarius.*
21 *Archipresbyteri rurales præferuntur Vicarijs parochialium, & eorum clero. n. 23.*
22 *Vicarius non poſſidet dignitatem nomine proprio.*
24 *Epiſcopi, & Vicarij an ſint idem auditorium. & n. 25.*
26 *Dignitas eccleſiaſtica debet eſſe perpetua.*
27 *Vicarius Epiſcopi eſt ad libitum illius, & expirat per eius mortem.*
28 *Præheminentia Vicarij largè dicitur dignitas adhoc, vt ei poſſint delegari cauſæ apoſtolicæ.*
29 *Vicarius Epiſcopi deputatus à Summo Pontifice cõſequitur omnes prærogatiuas, quas habet epiſcopus, & cognoſcit cauſas delegatas epiſcopo.*
30 *Vicarius à Papa creatus magis repreſentat epiſcopum, quam ſi ab Epiſcopo conſtituatur.*
31 *Vicarij apoſtolici concedunt literas dimiſſorias num. 32.*
37 *Delegatus ab epiſcopo ad aliquem actum debet in illo actu præferri etiam in ſedendo in loco delegantis. Idem in Inquiſitore quo ad negocia fidei. n. 38.*
40 *Locus manus dextræ an inducat præſumptionẽ maioritatis, & n. 41. & an poſſit dare de conſuetudine etiam minori. n. 42.*
43 *Apud Romanos locus manus ſiniſtræ erat dignior, & quid apud hebræos. n. 44.*
45 *Petrus quare pingatur à ſiniſtris, Paulus autem à dextris. & n. 46. 48. & 49.*

CAPVT CVI.

Canonicus Vicarius Epiſcopi cum dubitaretur an in capitulo debeat præcedere
1 alios canonicos † Dixi ſeruandam reſolutionẽ ſacræ Congregationis Rituum, per quam in ſimilibus cauſis fuit deciſum contra Vicarios ad fauorem canonicorum. Ratio quia in capitulo non conſideratur vt vicarius, ſed vt canonicus, neque enim eſt dignitas pertinens ad capi-
2 tulum, ſeu collegium, † vnde non debet cauſare mutationem loci *Felin. in cap. ex literis in prinс. in 1. notab. ad med. de probation. poſt Roman.*

man. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim.

Non obſtat quod maior dignitas debeat præcede
3 re *c. ſtatuimus. 15. de maiorit. & obed.* † Quia in-
telligitur quando dignitas eſt ordinata ad illũ
actum, pro quo tractabatur de pręcedẽdo *Pur-
pur. in l. 1. n. 195. de offic. eiuſ.* vbi dicit idem eſ-
ſe in Epiſcopo, qui exiſtens in ſtudio nõ præce-
4 dit Rectorem † in actibus ſcholaſticis, cum non
ſit illi, vt Epiſcopus. Ideo Papa ſcribens ad
ſcholares, inter quos ſunt Epiſcopi non vocat
5 eos fratres, † ſed filios *vt in proæm. Gregor.
& ibi. Felin. in princ.* Et regulare eſt non ſolum
in Vicario, ſed etiã in Epiſcopo, & alijs Præla-
tis, & conſiliarijs, qui in capitulo, ſeu collegio
6 debent ſedere, & ſubſcribere † poſt alios Præſi-
dentes capitulo *Domin. in c. à collatione. col.
ult. n. 6. & 7. verſ. nota. tamen. ex iſta. de appel-
lat. in 6. vbi* Franc. n. 4. Dec. *conſ. 160. pro domi-
no præpoſito. in princ. Boer. de. author. magn.
conſ. n. 66. Franc. deciſ. 138. n. 3. p. 1. Bologn. in
auth. habita. C. ne fil. pro patre. n. 363. latè Me-
noch. conſ. 51. n. 43. lib. 1. & conſ. 902. n. 72. vſq.
ad n. 75. & de arbitr. caſ. 68. n. 23.*

Verùm ſi probaretur conſuetudo eſſet derogatũ
7 prædictis † *Nauart conſ. 2. de maiorit. & obed.*
dummodo conſtaret, quod ſit præſcripta ſpatio
40. annorum *Purpur. in l. 1. n. 100. de offic. eius.
poſt. Andr. Sicul. conſ. 5. lib. 2.* † Cum in huiuſ-
8 modi prælationibus attẽdatur conſuetudo *Bal.
in c. cum olim. de conſuetud. & in l. obſeruare.
§. antequam. vero. de offic. proconſul.* Natt. *conſ.
62. n. 7.* Rot. *deciſ. 4. in fin. de. elect. in nou. Me-
noch. conſ. 51. n. 50. lib. 1. & conſ. 126. n. 3. lib. 2.
& conſ. 257. n. 36. lib. 3. & conſ. 902. n. 4. verſ.
ſeptimo accedit. lib. 10.*

Quamuis tamen Epiſcopus canonicus debeat ſe-
dere in loco Canonicorum quando ſumus in
9 actibus capitularibus, vt dictum eſt, † Tamen
habebit primum locum poſt Decanum, ſeu Præ-
ſidentem Collegij, vel capituli *Abb. in c. poſtu-
laſti. 15. n. 8. & 9. col. 2. verſ. ſed. quæro pro decla
ratione. de. conceſſ. præben.* Debet enim magis
10 honorari † propter ſuam dignitatem, quæ eſt
inſeparabilis à perſona *l. 1. C. de conſulib. &
non ſpargend. ab his. pecun. lib. 12.* & eſt verior
11 opinio, quicquid alij contrarium ſentiant, † vt
concludit Felin. *in rubr. de maior. & obedient.
col. 2. ad. med. verſ. rector ſtudij.* Boer. *de auctor.
mang. conſ. n. 65.* Purpur. *in l. 1. n. 19. de. offic.
eiuſ.* Ann. *conſ. 122. n. 22. lib. 2.* Franc. *de Pont.*
12 *conſ. 14. n. 50. & 65.* † & ita ſeruari dicit Vin-
cent. de. Franc. *deciſ. 138. col. 2.* Mãdoſ. *conſ. 99.
n. 13.* vbi teſtatur ita per Rotam *deciſum. in
cauſa. Meleuiten. præeminentiarum. 27. februa-
rij. 1548. coram. Cardin. S. Cruce. Menoch. conſ.
902. n. 75. lib. 10.*

An autem hoc idem concedendũ ſit Vicario Epi-
13 ſcopi tanquam gerenti vices illius † dicebatur
verius videri, quod quemadmodum Epiſcopus
canonicus ſedet poſt præſidentem in capitulo
ita etiam Vicarius canonicus, quia ſubrogatus
ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur
14 cum omnibus qualitatibus primordialibus † &
accidentalibus *l. ſi eum. 10. qui §. iniuriarum.
ff. ſi. quis. cautio. Alex. conſ. 193. col. 3. in princ.
n. 7. lib. 2.* Dec. *conſ. 50. n. 2.*

Quod etiam procedit in honore, & præeminen-
15 tia, quæ debetur ſubrogato, † prout in principa
li *gloſ. in c. quæ. de cauſa. in verb. quicquid. 2. q.
4. Abb. in c. mandata. 6. col. 1. ad med. verſ. fa-
tendum tamen de præſumpt. Angel. in l. ſi prior.
§. d. titio. in princ. qui pot. in pign. habeant.
Anchar. in c. grandi. in 5. notab. de ſuppled. ne-
glig. prælator. in 6.* Cum etiam Vicarius Prin-
16 cipis ea omnia poſſit, † quæ Princeps *Iſern. in
c. imperialem. de. prohib. feud. alien. per federic.
Surd. conſ. 281. n. 1. vſq; ad n. 4. & conſ. 540.
n. 18. lib. 4.*

Ideò reſignãs canonicatum reſeruato ſibi regreſ-
ſu cum loco in choro. & capitulo, mortuo reſi-
17 gnatario, † debet ſedere priori & antiquio-
ri loco *vt in deciſione Rotæ Legionen. canonica-
tus. coram* Mecerate. *de. qua per* Papazzon. *in. ad-
dit. ad* Rot. *deciſ. 1. in fin. n. 17. de renunciat. in
nou. Gonzal. de alternat. gloſ. 5. §. 9. n. 101.*

Idem eſt in Coadiutore cum futura ſucceſſione,
18 qui in abſentia coadiuti canonici † debet ſede
re, & incedere in eodem loco antiquo, in quo
poterat coadiutus, ſi præſens fuiſſet præceden-
do alios canonicos, tanquam ſubrogatus coa-
diuti *iuxta conſ.* Nauar. *2. n. 5. verſ. ſexto. quod
ex prædictis. de cleric. ægrotant.*

Contrarium tamen Dixi verius eſſe, quia non eſt
19 par ratio Epiſcopi & Vicarij, † cum potentius
ſit ius quod quis habet iure proprio, quam alie-
no *l. ſi filius. 33. §. erit. vbi gloſ. magna. de fi-
deicom. libertat. l. ſi augusta. 29. iuncta, l. quod
princip. 58. de leg. 2. Iaſ. in l. cum ſpecialis. colu.
penul. C. de iudic.* Bald. *in l. more. in princ. in 3.*
20 *notab. de iuriſd. omn. iud.* † Et cum Epiſcopus
fulgeat propriæ auctoritatis lumine debet ma-
gis honorari, quam gerens vices illius, tãquam
aliena luce coruſcans *Purpur. in l. 1. n. 632. de
offic. eius. verſ. quo ad cæteros.* Rot. *diuerſ. deciſ.*
21 *326. p. 2.* † vbi ex hoc concludit, quod Archi-
presbyteri rurales ſunt præferendi Vicarijs ec-
cleſiarum parochialium, & earum clero, quia
Archipresbyteratus de iure communi ſonat in
dignitatem Rot. *deciſ. 9. de præben. in nou.* Vi-
carius vero non dicitur poſſidere nomine pro-
22 prio, † ſed eius, à quo deputatur *Vital. in clem.
unic. n. 25. in 3. notab. de offic. vicar.* Gabr. *conſ.*
23 *32. n. 4. lib. 2.* † Quod procedit etiam ſi ipſi Vi
carij in aliquibus habeant ſtallum in choro ca-
thedralis Gonzal. *de alternat. gloſ. 5. §. 9. n. 140.*

Nec facit quod vicarius debeat eodem modo ho-
24 norari, † prout Epiſcopus, cum idem ſit audito
riũ vtriuſque *c. 2. de conſuet. in 6. c. romana. 3.
in princ. de. appellat. eod. lib. 6.* Quia non per
hoc ſequitur eſſe eãdem dignitatem, immo nec
25 per omnia eſt idem auditorium † *c. 2. & 3. de
offic. vicar. in 6.* Cardin. *in c. quoniam abbas.
col. 5. in fin oppoſ. 12. de offic. deleg.* vbi etiam
26 quod neq. Vicarius eſt propriè dignitas, † cum
natura dignitatis Eccleſiaſticæ ſit, vt eſſe de-
beat perpetua *c. præcepta. diſtinct. 55. c. paſto-
ralis.*

ralis. 7. q.1. Vicarius autem Epiſcopi non eſt
perpetuus, ſed ad libitum illius,& per obitum
27 Epiſcopi expirat † *gloſ. in clem.vlt. de procur.*
Doctor.in c.1.de offic.vicar. in 6.& in c.penul.
vbi latè Cardin. q. 4. extr. eod. tit. Erit ergo
Vicarius quædam præheminētia Eccleſiaſtica,
28 quæ largè dicitur dignitas quo ad hoc,† vt illi
poſſint delegari cauſæ per Sedem Apoſtolicam
clem. 2. de reſcript. quæ præheminentia erit per
quandam connexionem, quam habet cum Epi-
ſcopo participando actiuè cum eo,non paſſiuè,
vt Auguſta cum Principe agendo ea, quæ ſpe-
ctant ad Epiſcopum ratione officij, quod ha-
bet *Idem Card. in c.quoniam abbas.col.6. oppoſ.*
12.de offic. deleg.
Præſertim quādo Vicarius eſſet ab Epiſcopo con-
29 ſtitutus,cū ſecus ſit,ſi à Summo Pōtifice,†quia
tunc omnes prærogatiuas Epiſcopi conſequi-
tur; Ideo etiam cauſas delegatas Epiſcopo po-
terit cognoſcere *Dec. in c. quoniam abbas.n.15.*
in fin. col.pen. in princ.verſ.ſecundus caſus eſt.
de offic. deleg. poſt Bart. in l.filius. de legation.
30 Quaſi Vicarius à Papa creatus † videatur ma-
gis repreſētare Epiſcopum, quàm eo caſu quo
conſtituitur ab Epiſcopo *Ruin.conſil.148.nu.5.*
lib.4. Brozz. de vicar.epiſc.q.135.num.7 lib. 2.
Prout etiam dicimus, quod iſti Vicarij Apoſto-
31 lici poſſunt concedere literas dimiſſorias, † &
ſimilia facere,immo etiam maiora *Mandoſ.reg.*
24.q.6.n.13.limit. 2. poſt Caſſad.deciſ.4.de con-
ſtit.n. 1. Quidquid aliàs Vicarius generalis
32 Epiſcopi†prohibeatur dare literas dimiſſorias
ſine ſpeciali mandato *c. cum nullus. §. epiſcopo.*
de tempor. ordin. lib. 6. vbi *Franc. in 4. notab.*
33 Et de Vicario Principis † quod poſſit omnia
quæ Princeps latè *Surd. conſil.281. nu.1. vſque*
ad n.4.& conſ.540.nu.18. lib.4.
Non obſtat illud de ſubrogato, quia procedit
34 quādo eſſet ſubrogatus à Principe,† tunc enim
eſt honorandus etiam in præheminentia,ſicut
is, in cuius locum ſubrogatur, ſecus in ſubro-
gato ab ipſomet principali *Felin.in c.cum olim.*
nu.2.in princ. de offic. deleg. Dec. in c.ſanè. il 2.
col.1.in princ. verſ. & ad hoc bene facit. eod.tit.
Purpur.in l.1.nu.631.verſ. non tamen videtur.
de offic.eius.Cardin. in clem.1 n.2. col.2. oppoſ.
6. de offic. vicar. Et quod non debeat honorari
Vicarius,ſicut Epiſcopus dicit *Bald. in l. ſi ſed*
hac in addit.§. ſemper.in fin.de in ius voc.
Maximè quia idem honor debetur ſubrogato,ſi-
cut principali in actibus,† in quibus illum re-
preſentat, ſecus in alijs *Felin. in d. c.cum olim.*
nu.1. verſ. ſed vera ſolutio. Gabr. de regul. iur.
concluſ.2. n.45 .verſ.ſecundo limita. vbi etiam
n. 76. quod non recipit illum honorem ſubro-
gatus, † quando eſt honor tantummodo debi-
tus illi perſonæ,prout eſt in caſu noſtro *Barbat.*
in c. ſanè.col.2.de offic.delegat. Quare procura-
tor Abbatis non habet eundem locum in ſyno-
do inter alios Abbates, quem haberet princi-
palis *Nauar.conſ.8.de maior. & obedient.Gon-*
zal.de alternat. gloſ.5. §.0. n.105.
Nō dicimus quod delegatus ab Epiſcopo ad ali-
37 quem actum puta celebrandi ſynodum, † aut
quid ſimile propter aliquam iuſtā cauſam ſiue
ſit Vicarius, ſiue alius omnibus debet præferri
etiam in ſedendo in loco Epiſcopi delegantis,
quaſi in illo actu ſpecialiter illum repreſentet
non in alijs *c. præcipimus. 93. diſtinct.Roman.*
38 *ſing. 340.* † Exemplo Inquiſitoris, qui concur-
rens cum Epiſcopo in negocijs fidei illi præfer-
tur, quaſi Inquiſitores in huiuſmodi actu re-
præſentent Summum Pōtificem tanquam ipſius
delegati *Eimericus in d.rect.3.p.q.50.nu.3.Car-*
rer. in prax. crim. de hæretic. num. 7. R. P.D.
Penia.ad direct. q.5.nu.4. & de veriori opinio-
ne, quicquid alij contradicant, teſtator *Gon-*
zalus Mendoz de vaſconcellis.lib.1.diuerſ.iur.
argument c.1.n.1. ad med.
Neq; obſtat ſimile de Coadiutore;Quia contrariū
39 eſt verius, quod Coadiutor † cum futura ſuc-
ceſſione in abſentia coadiuti canonici debeat
ſedere in vltimo loco poſt canonicos: Quoniam
eſt Canonicus fictus, neq. debet præferri veris
canonicis,Et quia non debet tantum honorari
quantum coadiutus, quaſi non fulgeat ſua, ſed
aliena auctoritate, & ob alias rationes de qui-
bus latè *Gonzal. de alternat.gloſ.5. n.9.n.101.*
vſq; ad n. 117. vbi quod eſt verior opinio con-
tra *Nauar.conſ.2.num 5.de cleric ægrotant.* &
ita ſeruat Rota *coram* R. P. D. *Penia.Salaman-*
tin.coadiutoriæ.13.iunij.1593.
Quo ad vltimum dicebatur locum manus dexte-
40 ræ inducere præſumptionem maioritatis† *Bal.*
in l. decernimus. in princ. in 2. notab.C. de ſa-
croſ eccleſ Reſtaur.de imperat. q. 22. num.3 &
q.88. num.7.tom.16.f.67. latè Tiraq. de primo-
genit.in præfat.nu.13.vſq; ad 17. vbi multa,
quod honor conſiſtit in ſedendo ante alios, &
dignior ſedere debet à dextris,& inferior à ſini-
ſtris, tanquam dextera pars ſit validior, præ-
ſtantior, religioſior, felicior, auguſtior, nobi-
lior, & honoratior *Doctor. in rubr. de maior.*
& obed.
Verius tamen Dixi non eſſe incompatibile, quod
41 maior, & dignior ſit in manu ſiniſtra, & in-
ferior in dextra *Rot. deciſ. 4. de elect. in nou.*
vbi Præpoſitus Eccleſiæ collegiatæ ſedebat ſu-
pra Decanum, & in manu dextra: non per hoc
tamen erat habendus maior Decano, qui habe-
bat alias maioritates,& præheminentias: Ideo
fuit declaratum Decanum eſſe dignitatem prin-
cipalem eiuſdem Eccleſiæ, cum poſsit Præpoſi-
42 tus habere dexteram ex conſuetudine, † ſeu
aliquo iure ſpeciali, quod non officit Decano
Gonzal.de alternat.gloſ.51.nu.56. vbi teſtatur
ex prædictis obtinuiſſe in Rota, quod in reci-
pienda pace, incenſu, & alijs caſibus prahe-
minentiarum inter Eccleſiam Collegiatam, &
parochialem erat ſeruanda æqualitas per tur-
nos,& alternas vices, non obſtante laudo,quod
illa eccleſia collegiata deberet habere manum
dexteram in proceſsionibus, & alijs publicis
congregationibus, & eccleſia parochialis ma-
num ſiniſtram *vt in deciſ.*R.P. D. *Iuſti Calagu-*
ritana præheminentiarum. 2. decembris. 1601.

& in

& in decreto Sac. *Congr.* R*ituum.6.iulij.*1603.
Prout etiam apud Romanos dignior erat ſiniſtra
43 tanquam † melioris auſpicij *Plutar.q. Roman.*
78.Cicer. de diuinitat.lib.2. Varr.de ling.latin.
c.6. in verb. ſcena; Quamuis apud Hæbreos
44 dextera potior eſſet,† licèt diuino conſilio per
Patriarcham Iacob propalato in benedictioni-
bus Effraim , & Manaſſe *Gen.* 48. mutatæ ſint
vices rerum , & ordo, vt ſiniſtra dextrę pręfer-
retur, de quo *Cardin.Baron.ann.Chriſti.* 213.
*in princ.verſ.cur autem viri.fol.*301.
Et facit quod dicitur de B. Petro,qui licèt pinga-
45 tur à ſiniſtris Chriſti,†Paulus autem à dextris,
prout in bullis Papalibus, non tamen eſt minor
Paolo,ſed maior, vt latè per *Caſſan. in catalog.*
glor. mund. conſid. 31. *p.*3. vbi etiam de ratio-
nibus,quare ita pingatur: Inter quas, vt obiter
hoc annotetur, eſt illa , quia Paulus virginita-
tem conſeruabat , Petrus autem tanquàm con-
46 iugatus illa carebat ; † Vel propter miſterium
temporum ante,& poſt paſsionem Chriſti:Nam
ſiniſtra eſt pars mortis, quam Chriſtus habebat
tempore, quo Petrus ad eum venit ante paſsio-
nem : Dextera autem denotat immortalitatem
Chriſti, quam habuit poſt reſurrectionem,tem-
pore,quo Paulus venit ad eum *Cardin.Alexan.*
in c quamuis. 21.*diſtinct.*Dec. *in c.translato. in*
*2.lectur col.vlt.ad med.de conſtitution.*Gonzal.
*de alternat gloſ.*2.*nu.*37. *Silu. de beneſ.p.* 1. *q.*
5. *Petr. Damian. in epiſt.ad* Deſider.*Innoc.*III.
in ſermon. de euangeliſt. Caſſan. in cathalog.
glor.mun. p. 3. *conſid.*31. Et multa de Chriſto
quare ſedeat ad dexteram Patris *Idem Caſſan.*
in d.p. 3.*conſid.* 2.
Quibus adde rationem, quia Petrus , Iacobus , &
47 Ioannes dexteram dederunt Paulo, † vt teſta-
tur ipſe *ad* Galat. *c.* 2. in illis verbis, cum co-
gnouiſſent gratiam,quæ data eſt mihi,Iacobus,
Cephas , & Ioannes , qui videbantur columnæ
eſſe dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocie-
tatis,vt nos in gentes .
Alia eſt ratio quia cum ſemper Eccleſia parificet
48 Petrum,& Paulum in omnibus , † itaut non ſit
feſtum de vno, niſi de alio fiat commemoratio ,
quia ſemper primo loco nominatur Petrus , è
contra pingitur in primo loco Paulus , vt fiat
inter eos ęquatio , cum etiam, qui aliquando
præcedit , prout in ſermone , in alio actu non
præferatur, vt ſeruetur æqualitas .
Accedat quia D.Paulus plus profuit Eccleſiæ plu-
res conuertendo , cum etiam doctior,& ſapien-
tior extiterit,quam D.Petrus,& plura ſcripſit ,
49 & docuit,† Quaſi eadem Eccleſia non tam re-
ſpicere ſoleat gradum honoris,quem quis ha-
buit in terris, quàm vtilitatem poſteris allatã ,
Hinc Stephanus.& Laurentius licèt Diaconi,&
Miniſtri,hic Sixti,ille Iacobi Epiſcopi; Tamen
ab Eccleſia magis honorati,cum eorum marty-
ria toti Orbi mirabiliter præluxerint *Cardin.*
*Belarmin. de Summ. Pontiſ. tom. 1. lib.1. c.*27.
Vbi etiam addit Petrum fuiſſe Doctorem Iu-
dæorum , Paulum autem Gentium, Ideo illum
Petro antelatum , vt ſignificetur in Eccleſia
Gentiles fuiſſe Iudæis propoſitos.
Pręterea Paulus ponitur pro Beniamin nõ ſolum ,
quia fuit de eius familia , ſed quoniam prolata
50 de Beniamin verificàtur in Paulo : Iacob enim
dicebat Beniamin Lupus rapax , mane rapiet
prædam , de ſero diuidet eſcam; Raptor in pri-
mordio ætatis fuit Paulus perſequendo Eccle-
ſiam;veſpere ſeneſcens adeò diuiſit eſcas, vt di-
ceret , omnia omnibus factus ſum , vt Chriſto
lucrifaciam , prout explicat D. *Auguſtin. in*
pſal. 67. & ſerm. de Sanct. Beniamin etiam
prius dictus Benoni,ideſt filius doloris, quaſi à
matre editus cum extremo dolore , poſteà Be-
niamin vocatus , hoc eſt filius dextræ. Ita Pau-
lus primo filius doloris perſequens Eccleſiam ,
ſed poſteà mutatus dextræ filius effectus , dum
Chriſtum, qui ad dexteram Dei ſedet vocantes
adeò ſuſcepit, vt non vltra ſibi viueret, ſed in
eo viueret Chriſtus ; ideo ſicut Beniamin licet
poſtremus tamen à patre dexter eſt appellatus,
& à Ioſeph cunctis fratribus antepoſitus , Ita
etiam Paulus dextræ filius Petro licet maiori
iure meritò pręfertur *Auctor armoniaci volu-*
minis.cant.2.tono 7.c.21.
Ex quibus non eſt admittenda ratio allata per *Io.*
Ludouic. *Viuald.in ſuo oper. regal. partis. ſen-*
51 *ſitiua.in 3.notab.* † dum voluit Paulum ſubli-
miorem Petro, ideo à dextris pingi;cum etiam
per antonomaſiam dicatur Apoſtolus *gloſ. in*
c. forus. de verbor. ſignificat. D. *Auguſt.lib.*4.
*ad Boniſac.c.*3. Quia verius eſt Petrum eſſe ma-
iorem Paulo D. *Gregor. homil.*18. *in Ezechiel.*
Theodoret. in epiſt. ad Leon.Cardin. *Bellarmin.*
52 *de Summ.* Pontific. *tom.*1. *lib.1. c.*27. † Voca-
tur enim Apoſtolus non quod ſit maior , ſed
quia plura ſcripſit , & pluribus in locis planta-
uit fidem,cum cæteri Apoſtoli ad certas Prouin
cias miſſi fuerint, Paulus ad omnes gentes , &
quia ad Apoſtolum , vt Apoſtolum pertinet fi-
dem plantare ; Ideo dicitur Apoſtolus , quia
excelluit in eo, quod eſt proprium Apoſtoli D.
Auguſt. lib.4. ad Boniſac. c. 3. Cardin.*Belarm.*
*de Summ.*Pontiſ.*lib.*1.*c.*27.*tom.*1.
An autem approbandum ſit, quod antiquitus ſi-
53 niſtra eſſet dignior ; † Ideo Petrus in hoc loco
ponitur multa adducit *Anton. Nebriſſenſ.q.*53.
*adnot.*39. cum alijs per *Caſſan.in catalog.glor.*
mund. p. 3. *conſid.* 2. & 31. vbi declarat quid
ſit ſedere à dexteris; de quo etiam *Io. de Terr.*
Rub. in tract. vin. eccleſ. argum. 2. *primi tra-*
*ctat.cõcluſ.*4.Et quod locus dexter ſit honeſtior
reiectis argumentis contrarijs late concludit
*Iuſt. Lipſ. elector. lib.*2. *c.*2.

EPITOME.

Debitum contractum per patrem quando dica-
tur verſum in vtilitatem familiæ, itaut filij, &
vxor teneantur ad illius ſolutionem , & an ſit
attendenda ſecunda verſio,vel prima. Venditio
aduentitiorum filij , & paraphernalium vxoris
quando permittatur . Maritus an debeat re-
ſtituere fructus bonorum extra dotem datorũ.
Frumentum fuiſſe erogatum in vſum familiæ

quo

quomodo probetur. Pater quando poſſit conveniri pro mutuo facto filio exiſtenti in ſtudio.

SVMMARIVM.

1 *Executio an poſſit fieri per creditores patris in bonis filij in quibus non habet vſuſructum. n. 2. 3. & 7.*

4 *Vxor tenetur pro debito facto per maritum pro alenda familia. n. 8.*

5 *Actio datur contra eum, in cuius vtilitatem negocium verſum eſt. n. 6.*

9 *Pater, vxor, & ſimiles habent priuilegium, ne conueniantur, niſi in quantum facere poſſunt.*

10 *Alienatio fundi dotalis ſuſtinetur pro alenda familia.*

11 *Bona aduentitia poſſunt alienari per patrem etiam ſine decreto in caſu neceſſitatis, & quādo intelligatur neceſſitas n. 12.*

13 *Vxor quando teneatur alere virum de bonis paraphernalibus.*

14 *Maritus an debeat reſtituere fructus, qua obuenerunt extra dotem, & n. 15. & 16.*

17 *Probandum eſt rem mutuatam fuiſſe conuerſam in vſum familia, et uxor, & filij teneantur ex debito patris, n. 18. & 19. Idem in mutuo tempore penuria. n. 20. & 21.*

22 *Filiusfamilias mercator accipiens mutuum de conſenſu patris praſumitur accepiſſe cauſa mercatura.*

23 *Scholaris praſumitur expendiſſe pro neceſſitatibus ſcholaſticis pecunias mutuo acceptas.*

24 *Soluens aliquid pro redimendo captiuo inuito repetit. Idem in expenſa facta pro infirmo etiā contradicente.*

25 *Mutuum factum filia in emptionem ornamentorum pertinet ad gloriam puella, & decus patris.*

26 *Si merces fuerint vendita alicui qui illas reuendidit, & ex pretio, & lucro illarum aluit familiam, an poſſit ille cogi ad ſoluendum tanquam perceperit vtilitatem ex dictis mercibus, & an attendatur ſecunda verſio, vel prima.*

CAPVT CVII.

PAter non habet adminiſtrationem illorum bonorum filij, in quibus non acquirit vſufru-
1 ctum, † Ideo in eis non poteſt fieri executio per
creditores patris, prout dixi *deciſ. 76. in ſecunda
concluſione*, cum nemo teneatur pro facto alterius, nec vxor, aut filius poſſit conueniri pro debito contracto per maritum, vel patrem *l. 1. C. ne fil. pro patr. Bald. in l. cum fundo. 36. de ſeruit. ruſtic. prador.*

Si tamen probaretur debitum contractum per pa-
2 trem verſum fuiſſe in vtilitatem filiorum, † illo
non exiſtente ſoluendo, recte poſſet agi per creditores contra filios, & eorum bona, & executio tanquam legitimè facta deberet confirmari, prout aliàs ſeruaui in cauſa Vincentij de comitatu Perulij, qui tempore caritatis mutauit
frumentum, & pecuniam pro illo emendo patri,
3 vt ſubleuaret familiam, † Nam æquum eſt, vt
filij, & vxor teneantur de debito, quod fuit conuerſum in vtilitatem, & commodum ipſorum, ita in ſpecie de filio concludit *Roman. ſing. 213. pater pauper.* vbi dicit notandum *Cepol. caut. 246. quid ſi pater. Angel. & Iaſ. poſt gloſ. ibi in verb. proficiat. in l. his ſolu. 49 de condict. indeb. Cremenſ. ſing. 37. in mutuaſti. Addit. ad Marſil. ſing. 224. filius non tenetur & poſt Purpur. Zaſ. & alios per eum allegatos* dicit hanc opinionem veriorem, & magis receptam *Corduben. in l. ſi quis à liberis. 9. ſi quis ex his nu. 83. uſq. ad n. 115. de liber agnoſ.* Quidquid contrarium ſenſerint *Dec. & Alciat. in l. cum ſeruum. 23. in princ. ff. ſi cert. petat.* Et quidquid relinquat cogitandum *Bart. in l. his ſolu. de condic. indeb.*

Idem eſt in vxore, prout in ſpecie concludit *Io. de Plat. in l. uxorem. in fin. C. de decur. lib. 10. Lup. in rubr. de donat. inter. vir. & uxor. § 66. num. 6.*
4 & ita tenendum eſſe † tāquam verius, quicquid
alij contrarium ſentiant dicit *Ceual. q. 727. nu. 41. uſq. ad n. 49.*

Et regulariter idem eſt in quolibet contrahente,
5 etiam cū negotiorum geſtore, † quia actio da-
tur contra dominum, in cuius vtilitatem verſū eſt *Iaſ. in l. ſi eum ſeruum. n. 1. ff. ſi cert. petat. per tex. in l. qui ubi Bald.* dicit ſingulare *C. quod cum eo qui in alien. poteſt. & in l. final. ff. de eo per quem fact. erit.* Cum enim res mea tibi vtilitatem attulerit ex cauſa lucratiua in ſub-
6 ſidium poſſum à te condicere, debitore † non
exiſtente ſoluendo *gloſ. in l. his ſolu. de condict. indeb.* Quamuis inter me & te nullus cōtractus interueniſſet *l. ſi me & titium. & ibi Iaſ. n. 3 ff. ſi cert. petat.*

Quę magis procedebant in caſu, de quo agimus, quia conſtitit patrem non fuiſſe ſoluendo tem-
7 pore, † quo pecuniam, & frumentum habuit pro
familia alenda, aliàs enim non cenſerentur filij & vxor facti locupletiores, neq; vllum commodum ſenſiſſe pro illo debito, & mutuo contra-
8 cto, † quo etiam ceſſante pater, & maritus te-
nebātur eos alere, ita in ſpecie concludit *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 48. nu. 6. ad med. verſic. ſed ſané prima opinio.* Nam obligatio mariti & pa-
9 tris de alendis filijs, & vxore † intelligitur ſi
habeant bona, cum non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt *l. maritum. 13. & l. maritus. 53. ff. ſolution. matrimon. Iaſ. in l. non tantum. in princ. de re iudic. Aretin. in §. ſunt praterea. n. 2 inſtit. de act. late Surd. de alim. titul. 1. q. 78. n. 13. cum ſeq.* vbi multa de ſimilibus perſonis, quando habeant huiuſmodi priuilegium, ne teneantur vltra quam de iure non tenentur accipiendo pecuniam mutuo, vel contrahendo debitum pro habitatione, & domo conducta, cum enim ſit contractū pro vtilitate vxoris, & filiorū debēt teneri ad ſolutionē de proprijs bonis & dote, cum aliàs tantundem de ſuo debuiſſent conſumere pro ſe alendo, vnde non debet redundare in damnum creditoris, qui ex ſuo

mutuo illos fecit locupletiores *l. ſi me & titium ſi cert petat. Ceual. q. 727. n. 43.*

Immo ſi vxor vendat fundum dotalem pro alenda ſe & familia, & ob famis neceſſitatem ſuſtinebi-
10 tur alienatio *Natt. conſ. 547. n. 19. cum alys per Sur. de alim. priuil. 36. tit 8. n. 5.*

Prout etiã in caſu neceſſitatis permittuntur alienari per patrem bona aduentitia filiorum etiam
11 abſq; decreto, † ſi filij ſint minores *Azo. in ſum. C. de bon. qua liber. Tiraq. in l. ſi unquam. n. 28. in præfat. C. de reuoc. donat. Aim. conſ. 74. num. 1. Bald. Salic. & Caſtrenſ. in l. præſes. C. de tranſac. Couur. Marſil. & alij per Surd. de aliment. priuil. 37. num. 6. titul. 8.* vbi intelligit neceſſi-
12 tatem non ſolum, † quæ reſpicit perſonam filij, ſed etiam eam, quæ concernit patrem, nam iſta quoq; dicetur neceſſaria inſpecta perſona filij, cuius debitum eſt alere patrem, pro quo, exoluendo poterit alienare, ſicut pro neceſſitate ipſius filij, cum eorum ſit vnica cauſa, & pro eadẽ perſona reputentur *l. fi. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Soc. conſ. 252. uiſis. n. 13. col. 9. in prin. lib. 2. Becc. conſ. 16. n 5.*

Idem eſt in bonis paraphernalibus, de quibus, in
13 caſu neceſſitatis † tenetur vxor alere virum *Soc. conſil. 81. in cauſa vertẽnte. column. 6. ante med. verſic. hoc tamen ſane. num. 10. lib. 4. Guid. Pap. q. 439. n. 2. Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 14. de liber. agnoſc. Campeg. de dot. part. 3. q. 23.* Quicquid contrarium dicant *gloſ. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & Bald. in l. quod in uxorem. 13. nu. 2. & 3. C. de negot. geſt.* Quia eorum opinio non admittitur, vt teſtatur *Sur. de alim. tit. 1. q. 45. n. 7. in fi. & q. 56. num. 8. cum ſeq. eod tit.*

Aliàs ceſſante cauſa neceſsitatis quando maritus
14 teneatur ad reſtitutionem fructuum, † & bonorum, quæ obuenerunt extra dotem diſtinguendum eſt ſecundum opinionem *Bar. Bal. & aliorũ in l. finali. C. de pact. conuent. & in l. ſi viua matre C. de bon. matern. Alex. conſil. 42. ſuper præmiſſo. num. 1. lib. 2. & conſil. 65. ſuper primo du-*
15 *bio. num. 7. lib. 2.* † vbi quod maritus tenetur ſortem reſtituere hæredibus mulieris, prout etiam fructus extantes, ſecus conſumptos, & perceptos de voluntate illius, ſi ſunt induſtriales, nam naturales tenetur reſtituere, vel eorum æſtimationem in quantum eſt factus locupletior & diceretur factus talis, quando ex his aluit familiam, & vxorem, cum huiuſmodi onus ſpectet ad virum, qui ex fructibus bonorum vxoris non debet ſuos alere *Campeg.* qui dicit multum no-
16 tandum *de dot. p. 1. q. 7. & 9.* † & multa quando maritus teneatur ad reſtitutionem fructuum, & bonorum paraphernalium *Aim. conſ. 193. in fin. Sur. deciſ. 92. & conſ. 290.*

Non obſtat quod deberet probari frumentum mu-
17 tuo acceptum, & pecuniã, † de qua agimus fuiſſe erogatam in vſum familiæ, vt filij, & vxor tenerentur, quod non fuit probatum in caſu noſtro *Bald. in l. quamuis. de pignor. Neguſ. eod.*
18 *tit. 2. m. p. 5. n. 5.* † Quia dicebatur in ipſomet inſtrumento mutui tam pecuniæ, quam frumẽti dati per creditorẽ expreſsè apparere illum fieri in cauſam alendi familiam, quæ cautela iuuat creditores, vt poſſint agere contra filios, & vxorem, vt dicit *Cep. caut. 246.* ſequitur *Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 66. n. 6. Ceual. q. 727 nu. 47.*

Iſta tamen reſponſio non eſt tuta, prout in ſpecie huiuſmodi cautelam reprobat *Sur de alim. tit. 8*
19 *priuil. 48. verſ addo etiam n. 6.* † Quia aliunde debet conſtare de vera erogatione pecuniæ, & frumenti in expenſam alendi filios, & familiam, nam aliàs fierent multæ fraudes, ſi ſtaretur aſſertioni ipſorummet principalium contra tertiũ, cui regulariter ſtandum non eſt *l. ſcia. in prin. ad treb. Affl. deciſ. 245. n. 11. Sur. conſ. 82. n. 22. Tiraq. de retrac. conuent. §. 4. gloſ. 6. n. 9. Rola. conſ. 58. n. 12. lib. 2.*

Secundo igitur reſpondetur conſtare mutuum fuiſſe factum de anno 1591. tempore generalis pe-
20 nuriæ, † quo caſu non requiritur alia probatio cum adſit præſumptio quod verè fuerit conuerſum in alimenta familiæ *Soccin. conſ. 16. in cauſa*
21 *quæ vertitur. nu. 10. col. 2. in princ. lib. 3.* † qui in ſpecie loquitur in pecunia mutuata tempore cariſtiæ patri, qui præſumitur illam expendiſſe in emendo victum pro familia, ſequitur *Aim. conſ. 91. col. 2. verſ. tertio facit. nu. 6. poſt Bartol. in l. final. C ad macedon. num. 3. & 7. Bald. in l. vlt. in. in fin. C. de pignor. Alex. conſ. 46. circa primum dubium in fin. lib. 5. & ibi Natt. in add. in verb. habetur. Ann. ſing 686. Menoch. præſum-*
22 *pt. 58. num. 6. lib. 3.* vbi etiam *num. 12.* † de filiofamilias mercatore, qui de conſenſu patris accipit pecuniam mutuo, nam præſumitur accepiſſe cauſa mercaturæ, & negociationis *Bald. in l. macedoniani. C. ad macedon.* ita tamen quod iſta præſumptio non ſit iuris, & de iure, cum lex non reijciat contrariam probationem, quę facilè fieri poſſet probando pecuniam fuiſſe verſam in aliam cauſam *Menoch. præſumpt. 58. num. 10. & 11. lib. 3.* contra *Speculat.* qui voluit eſſe iuris, & de iure *de præſumpt. §. ſpecies. nu. 5.*

Prout eſt in ſcholari recipiente pecunias mutuo, qui pręſumitur illas expẽdiſſe pro neceſſitatibus
23 ſcholaſticis † *Bartol. in d. l. fin. Aim. conſil. 91. n. 6.* Itaut mutuans filio exiſtenti in ſtudio inuito patre repetat ab eodem patre *Bald. Nouel. de dot. priuil. 46. num. 2. p. 6. Menoch. præſumpt. 58. nu. 9. lib. 3. Fab. Ann. in addit. ad Vinc. de*
24 *Ann. ſing. 184.* † vbi etiam de ſoluente pro redimendo captiuum inuito eo, & contradicente. Quemadmodum de expenſa facta infirmo etiã illo inuito, quæ poteſt repeti *Alex. in l. quamuis n. 13. ſolu. matr. Roma ſingul. 124. tu habes quod ille vbi latè Add. in. verb. idem tenet. Dec. conſ. 691. n. 6. & 7. latè Tiraq. de nobil. c. 6. n. 37. cum*
25 *ſeq.* † Et de pecunia mutata filiæ conuerſa in emptionem ornamentorum, quæ pertinet ad gloriam puellę, & decus patris *l. ſed & ſi pater. §. hoc ſenatus conſulto. ad macedon. Bald. in l. macedoniani. C. eod tit.*

Amplius ſi merces venditæ ſint alicui, qui illas reuendi-

nendidit, & tam ex lucro inde facto quàm ex
26 ſorte, † ſeu pretio mercium aluit familiam,
poterit cogi ad ſoluendum qui percepit vtili-
tatem ex illis mercibus. Quaſi non attendatur
ſecunda verſio ſed prima *Surd.* qui dicit in
ſpecie hunc caſum nõ inueniſſe *conſ. 420. lib. 3.*

EPITOME.

Vxori quando liceat alienare fundum dotalẽ pro redimendo viro carcerato, ſeu impediendo ne vadat ad carceres, vel pro alia cauſa concernente pietatem, & an maritus hoc poſſit facere etiam vxore inuita. Et quid in bonis ſubiectis fideicommiſſo tam pro debito, quàm delicto etiam commiſſo contra legem coniugij. Et an æquiparetur caſus redemptionis captiuorum cum liberatione è carceribus. Renunciatio, & contractus filiorum, & vxoris an reſcindatur ex ſola reuerẽtia, & metu præſumpto. Solutio an debeat accelerari, itant filius non excuſetur, ſi ſtatim patrem non liberauit è carceribus. Fideiuſſio filij minoris pro liberando patre quando ſit valida, & illi competat reſtitutio, etiam ſtante iuramento, cum ſolemnitatibus ſtatutarijs.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio carceratorum eſt cauſa pijſſima.*
2 *Vxor an poſſit alienare fundum dotalem aut ſe obligare pro redimendo viro è carceribus. n. 8. 11. 13. & 15. ſeu impediendo ne carceretur. n. 16. etiam pro delicto. n. 34.*
3 *Prohibitio alienationis non extenditur ad alienationem neceſſariam.*
4 *Redemptio captiuorum, & liberatio è carceribus æquiparantur. n. 5.*
6 *Filius poteſt exhæredari ſi non redemit patrem è captiuitate, vel è carceribus. n. 42.*
7 *Bona poſſunt vendi, etiam inuitis filijs pro redimendo patrem captiuum.*
9 *Contractus contra publicam vtilitatem nõ firmatur iuramento.*
10 *Iuramentum non obſtat propter læſionem enormiſſimam.*
12 *Ex enormi læſione dolus præſumitur.*
14 *Contractus vxoris cum marito non ſuſtinetur ex ſola reuerentia, & metu præſumpto, quidquid aliud ſit in contractibus filiorum. n. 52.*
17 *Parata executio facit, vt quis habeatur pro condemnato.*
18 *Alienatio bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, an permittatur pro liberando carceratum. n. 3. etiam pro delicto. n. 33. 37. 39. & 40.*
19 *Solutio non debet accelerari. n. 21.*
20 *Filius an poſſit exhæredari ſi non liberauit ſtatim patrem è carceribus. n. 22.*
23 *Non ſuccurritur mulieri per velleianum quando ſe obligauit pro cauſa concernente pietatem. n. 24. & 25.*
26 *Maritus poteſt impendere de bonis dotalibus pro ſe excarcerando, quamuis vxor reclamet.*
27 *Iuramentum vxoris, & filij facit magis efficacem obligationem factam pro liberando virum & patrem e carceribus. n. 28.*
29 *Vxor tenetur in ſubſidium pro debito facto occaſione alendi familiam.*
31 *Vxor poteſt ſoluere pro liberando viro non autem ſe obligari. Contrarium eſt verius. n. 32.*
35 *Maritus legum contemptor debet ali ab vxore, prout pater à filio. n. 36.*
38 *Cauſa carceris eſt iuſta ad habendum reſtitutionẽ, quamuis ex ſua culpa quis carceretur.*
41 *Fideiuſſio filij familias pro liberando patrem carceratũ, ſeu ne vadat ad carceres valet ſine ſpe reſtitutionis. n. 42. 43. 44. 45. 46. & 47.*
48 *Statutum quando poſſit tollere reſtitutionem in integrum.*
49 *Minor an poſſit dici læſus ſi fideiuſſit, & an dicatur fideiuſſio ob metum reuerentialẽ. n. 50.*
51 *Reuerentia ſola, quæ debetur perſonæ non probat metum.*
52 *In renunciationibus ſufficit metus reuerentialis accedentibus minis vel probata læſione ad effectum ſuccedendi pro annullanda donatione, etiam ad fauorem monaſterij, quidquid aliud ſit in diſſoluẽda profeſſione. n. 53. & 54.*
55 *Dignitas patris eſt gloria, & laus filij, & è contra.*

CAPVT CVIII.

Liberatio carceratorum eſt cauſa pijſſima
*l. ſi quis pro redemptione. 36. verſ. pijſſimã
adminiſtrationem.* C. *de donat.* Bald. *in l. illud.*
1 *n. 1.* C. *de ſacroſ. eccl.* † Tiraq. *de pia cauſ. in præ-
fat. col. 4. verſ. item relictum pro redemptione. &
leg. 16. connub. gloſ. 8. in fin. num. 286. cum ſeq.
verſ. nec prætermittendum.* Quare cum ſæpius
occurrerit quæſtio an vxori ſit concedenda fa-
cultas alienandi partem fundi dotalis, aut ſe ob
2 ligandi pro redimendo viro è carceribus, † Di-
xi veriorem opinionem affirmatiuam, nam in
hoc caſu exercet officium pietatis *Aret. in l. 1.
in 2. notab.* C. *de fil. famil. minor.* & eſt vna, &
eadem caro cum viro, vnde tenetur illi in ne-
ceſſitate poſito ſubuenire, & eundem alere, er-
go eodem modo è carceribus liberare, cum iſta
æquiparentur. *Præſertim*, quia prohibitio alie-
3 nandi fundum dotalem, † non extenditur ad
alienationem neceſſariam, prout omnia latè
proſequitur, & de veriori opinione teſtatur
Surd. *deciſ. 86. per tot. poſt* Natt. *conſ. 547. n. 19.
Cephal. conſ. 51. n. 21. Theſaur. deciſ. 223. nu. 7.
Lamberteng. de contract. gloſ. 10. nu. 27.* Tiraq.
leg. connub. 16. gloſ. 8. n. 285. Rimin. *in tit. de do-
nation. §. 1. n. 378.*

Et quamuis aliqui ex iſtis Doctoribus loquantur
in caſu redemptionis captiuorum; Tamen idem
4 eſt in liberatione, † è carceribus pro viro, cum
militet eadẽ ratio neceſſitatis alendi, ad quam
tenetur vxor pro marito Ang. *in l. ſi eum do-
tem. §. ſi maritus. in fin. in tex. ibi ſecundum
dotis quantitatem. verſ. & adde quod ſicut. ff.
ſolut. matrim. Surd. Theſaur. & alij ſupra*

5 *allegati* † Et ratio eſt quia iura de redimendis
captiuis apud hoſtes procedunt etiam in car-
ceratis ſiue ex delicto, ſiue ex maleſitio, cum
ſemper ſit cauſa pia *Imol. in l. quamuis. in 2. not, ſolut. matrim.* *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §.78.n.30.in fin.* & eſt verior opi-
nio quidquid alij contrariũ ſequantur, vt tenet
Rot. *diuerſ.deciſ.63.p. 2.n.5.* vbi ex hoc conclu-
6 dit poſſe filiũ exhæredari,† ſi nõ liberauerit pa-
trẽ è carceribus, prout ſi ex captiuitate nõ re-
demiſſet *gloſ.in c.quintaualles.in verb. exhare-
daret. prope fin.verſ. ſi parentẽ captum. de iur. iur.* cum qua trãſeunt *ibi* Doctor.*Guliel.Bened. in c. rainutius.in verb. & vxorem nomine ade-*
7 *laſiam.n.268,verſ.præterea.* † Ita vt etiã inuitis
filijs poſſint vendi bona pro redimendo patre
captiuo *§. ſi quis de prædictis.auth.vt cũ de ap-
pellat.cognoſ.* Franc.*deciſ. 190. per tot.* *Mut.ſu-
per conſuetud. panormit.c.56.n.24.*

Prædicta tamen ſunt intelligenda, dummodo vxor
nõ remaneat penitus indotata, nã hoc caſu eſſet
8 inualida fideiuſsio,† & obligatio, quamuis cum
iuramento, & pro liberando viro. Tunc enim
tractatur de obligatione contra publicam vti-
9 litatem, † quo caſu contractus non firmatur
iuramento Abb.*conſ.8. n,6.lib.2.* Lup.*in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §.17.nu.16.verſic. intellige tamen prædicta.* Et propter enormiſ-
10 ſimam læſionem non obſtat iuramentum † *Pa-
riſ.conſ.75. n. 18. & 19 lib.3.* Soccin. Iun.*conſ. 47. num.12, lib.4.* *Caſſad.deciſ.vnic.de empt.& uend.* Spin.*Gomeſ.Alciat. & alij latè per Ceual. q.727.nu.8.& 26.Rot.per Cardin Arigoniũ.5.*
11 *iuly.1593. in cauſa romana fideiuſsionis.* † vbi
fuit annullata fideiuſsio vxoris de repræſentãdo
maritum ſub pœna debiti, non obſtante iura-
mento, decreto viſitæ, & pro liberatione viri
è carceribus, cum remaneret penitus indotata,
& voluit Th*eſaur.deciſ.223. n.13. verſ. ſenatus poſt multas diſputationes.* Bero.*conſ. 48.num.13.*
12 Quia ex enormi læſione dolus præſumitur,† qui
neq; per iuramentum debet ſuſtineri etiam do-
nec petatur abſolutio, & paria ſunt dolum in-
teruenire re ipſa, aut ex propoſito *l. 3. de dol. mal. & met. exceptio. Doctor. in l. ſi quis cum aliter.36.de verb. oblig.* Dec. *conſ. 179. viſa re-
nunciatione, nu.7. & conſ.580. n. 2.* *Gail. obſer-
uat.77.n.11.lib.2.* Licèt quando remaneret di-
13 midia pars dotis, † tunc eſſet valida obligatio
iurata pro medietate C*eual.q.727. num.30.& per tot.* vbi etiam quod magis ex metu reue-
rentiali quam ex animi deliberatione ſponta-
nea præſumitur factum: Quicquid enim ſit in
14 renunciationibus, & contractibus filiorũ,† ta-
men in contractu vxoris cum marito nõ poteſt
ſuſtineri ex ſola reuerentia, & metu præſump-
to, maximè quando concurrit læſio enormis cũ
præſumatur adhibitus metus, & quædã oppreſ-
ſio reuerentialis *Caſtrenſ.conſil.174. contra ſu-
perius conſulta.col.1. lib.1.* *Aim.conſil.11.n.12. latè* Suarez. *allegat. 24. per tot.* Io. *Lopez. ad* Diaz *regul. 532. limit. 1.* Licèt quando mari-
tus eſſet conſtitutus in magna famis neceſsita-
15 te quamuis nõ adeſſent alia bona, † ex quibus
poſsit conſuli mulieri de dote ſua valebit alie-
natio, obligatio, & renunciatio pignoris per
vxorem facta iuxta tradita per *Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 17.n.16.col.9. verſ. quod procedit.*

An autem in caſibus, in quibus poſſet vxor ſe obli-
16 gare pro liberando viro è carceribus † idem
ſit dicendum, quando fideiubet ob cauſam exi-
mendi eum ab executionibus, & periculo, ne va-
dat ad carceres; Verius eſt in vtroq; caſu ean-
dem rationem militare, ideo eſſe locum pariſi-
cationi, cum tàm exerceatur officium pietatis
pro impediendo, ne quis carceretur, quàm pro
excarcerando, Quare tàm in vno quàm in alio
ius idem ſtatuendum eſt, cum æquiparetur ali-
quid eſſe factum, vel ſtatim faciendum, & ha-
17 beatur pro condemnato,† quando contra ali-
quem eſt parata executio, & ſatis eſt periculum
imminere, vt in ſpecie concludit *Rimin. Sen. conſ. 37. n. 16.* quem ſequitur multis ſimilibus
comprobando S*urd. conſ.367.num.18. uſq; ad*
18 *n. 26.* † Prout dicimus de bonis fideicommiſſo
ſubiectis, quorum alienatio permittitur tã pro
redimendo carcerato, quàm ne quis eat ad car-
ceres B*ald.conſ.20.quid importent.aliàs eſt 186. in fin.verſ.nec ergo.lib.2.*

Non obſtat, quod non debeat ſolutio accelerari
Bald.in auth.ſi captiui. in princ. verſ. ſecundus
19 *carcer.C.de epiſc. & cleric* † vbi quod filius nõ
poteſt exhæredari, ſi non liberauit ſtatim patrẽ,
20 quia debet expectare ſententiam,† & quod illa
tranſeat in iudicatum, & ſi carceratus interim
moritur tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento
ſucceditur *l. ex iudiciorum. 20. de accuſat. l. ſi quis filio. 6. §. quod ſi quis fuerit ff. de inuſt.te-
ſtam.* prout etiam dicimus de fideiuſſore, cui
21 non † imputatur, quare non feſtinauerit ſoluere
c.2. de fideiuſſor.

Quia B*ald.* loquitur quo ad excuſandum filium ob
non acceleratam ſolutionem, ſeu liberationem
22 patris,† quę excuſatio eſt iuſta, neque ſequitur,
quod non valeat obligatio, ſi antequam carce-
retur fuerit facta, & ita prędicta intelligit & de-
clarat Ro*t.diuerſ.deciſ.63.n.20. & 21. lib.2.*

Prędictis adde regulare eſſe, quod non ſuccurratur
mulieri per Velleianum, quando ſe obligauit
23 pro cauſa concernente pietatem † R*om.in au-
th.ſimiliter. in 3.ſpeciali contractuum.*C.*ad leg. falcid. per l.dotale.& l.penult. & vlt.*C.*ad vel-
leian.*Calcan. *conſ.13. pro parte negatiua.col. 2. verſ. primo quia videtur.* Tiraq.*priuil. cauſ.pia 113.* & in ſpecie pro liberando viro, quod non
iuuetur Velleiano late *Rimin.*Sen.*conſ.77.n.16. lib. 1.* Et facit *l.quamuis. 21.ff. ſoluto matrim.*
24 vbi valet obligatio † mulieris pro redimendo
ex vinculis aliquem ex ſuis neceſſarijs, ergo
multò magis pro viro, qui dicitur vna caro cum
vxore.

Idem eſſet in qualibet alia cauſa iuſta & honeſta,
quia quod dicitur in *l. quamuis. ſolut. ma-*
25 *trim.* † de carcere & alimentis eſt pro exem-
plo, quod non reſtringit regulam, neque exclu-

dua-

Digitized by Google

duntur caſus ſimiles *Bald. in d. l. quamuis. in*
fin. Ideo vbi agitur de honore, aut decore ma-
riti, tanquam pro cauſa neceſſaria valebit obli-
gatio mulieris *Cuman. in d. l. quamuis. ſolut.*
matrim.

Amplius etiam maritus hoc poſſet ex ſemetipſo
facere impendendo de bonis dotalibus vxoris
26 illa reclamante. † Nam agitur de cauſa vtriuſ-
que propter vtilitatem, & neceſsitatem viri, cũ
ſit dedecus vxoris illum ſtare in carceribus ob
vnitatem carnis, & obligationem, qua tenetur
ei ſubuenire *Bald. conſ. 478. quadam ſunt res.*
n. 2. verſ. ſed ſi tamen de facto. lib. 5. & ita in
ſpecie concludit *Surd. conſ. 367. nu. 14. poſt Cu-*
man. in d. l. quamuis per doctrinam *Bald. in l.*
fin. n. 7. col. vlt. verſ. ſed ponamus. C. de neg. geſt.

Et ſtante iuramento vxoris efficacius obligare-
tur, neque poſſet dici de nullitate obligatio-
27 nis † factæ pro viro excarcerando *Bald. conſ. 5.*
conſiderata. lib. 5. Itaut non obſtet ſolemnitas
ſtatuti nõ ſeruati *Tiraq. in leg. 16. cõnub. gloſ. 8.*
nu. 285. Lamberteng. de contract. gloſ. 10. nu. 25.
Cephal. conſ. 51. n. 21. Surd. conſ. 367. n. 27. lib. 3.
de quo tamen dicam latius infra in capite par-
28 ticulari. † Prout dicimus de filiofamilias cu-
ius obligatio valet de redimendo patre quam-
uis non interuenerit ſolemnitas ſtatuti *Bald.*
29 *conſ. 213. occurrit dubium. lib. 2.* † Et magis va-
leret obligatio vxoris, quando debitum fuiſſet
contractum pro ſuſtentatione familiæ, quia in
ſubſidium tenetur mulier *Lup. in rubr. de do-*
nat. int. vir. & vxor. §. 66. cum declarationibus
de quibus latè ſupra cap. 107.

Idem eſt in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ pro
30 redimendis captiuis poſſunt alienari † *Bald. in*
auth. res quæ C. commu. de leg. Alex. in l. quam-
uis. nu. 51. ſolut. matrim. Tiraq. in leg. 16. con-
nub. gloſ. 8. n. 283. Rimin. Sen. conſ. 47. n. 16. lib.
1. Bald. conſ. 20. alias 186. quid important. lib. 2.
vbi intelligit, dummodo non fiat animo ſubuer-
tendi fideicommiſſum.

Neq; obſtat diſtinctio illa, quod permittatur mu-
lieri ſoluere pro liberando viro, non autem
31 ſe obligare, † quaſi iuuetur mulier Velleiano
promittendo, non ſoluendo, Et licèt pro cõiun-
ctis poſsit eius obligatio ſubſiſtere, tamen aliud
debet eſſe pro viro, in quo præſumitur donatio,
& cogitur mulier alere virum, non autem ſolue
re eius debita, prout in terminis diſtinguit *Ce-*
pol. conſ. ciuil. 27.

Quia iſta differentia inter ſolutionem, & obliga-
tionem non poteſt ſuſtineri, cum magis ſit ſolue
32 re, quàm promittere † *Rip. in l. filiusfamilias.*
§. diui. n. 85. de leg. 1. Et ſuſtinetur donatio etiã
in viro, quando fit pro decore mariti, & ob pie-
tatem, & honorem ipſius *Lup. in rubr. de donat.*
int. vir. & vxor. §. 50. n. 34. Neq; iuuatur Vel-
leiano mulier promittendo pro excarceratio-
ne viri *Rimin. Sen. conſ. 77. lib. 1.* Prout neq; pro
cauſa concernente pietatem *Tiraq. priuileg.*
pia cauſa. 113. Et ita eſſe tenendum reiecta
prælata diſtinctione multis comprobat *Surd.*
conſ. 367. n. 33. lib. 3.

Minus obſtat alia diſtinctio, quod mulier non poſ-
ſit ſe obligare pro excarcerando viro, qui deli-
33 quit, † ſecus ob cauſam debiti, Prout dicimus
de bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ non alie-
34 nantur pro redimendo carceratum ex † delicto
Iaſ. in auth. res quæ. q. 6. nu. 20. & n. 33. col. pen.
verſ. tertio limita. C. commun. de leg. Aim. pro
genero. in corollar. n. 39. & in ſpecie de vxore ita
diſtinguit *Cepol. conſ. ciuil. 27. per tot.*

Quia verior eſt opinio, quod indiſtinctè tam pro
debito, quàm maleficio valeat obligatio, cum
ſemper in vtroq; caſu dicatur cauſa pia *Imol.*
in l. quamuis. ſolut. matrim. & veriorem opi-
nionẽ dicit latè *Rot. per* R. P. D. Cãtuer. *Roma-*
na exhæredationis de Vitellis. 14. *maij.* 1578. quæ
eſt in impreſsis *diuerſ. deciſ. 63. p. 2. n. 5.* & ita eſ-
ſe tenendum quicquid contrarium ſequatur
Cepol. dicit *Surd. conſ. 367. nu. 42.* Cum etiam
maritus legum contemptor ſit alendus à mu-
35 liere, † quę tenetur ei ad obſequium, & reuerẽ-
tiam; Prout dicimus de filio erga patrem *§. ſi*
vero contigerit. auth. de inceſt. nupt. l. liberto &
filio. 9. vbi gloſ. in verb. honeſta. de obſeq. libert.
præſtan. Quicquid contrarium dicat *Tiraquel.*
in l. ſi vnquam in verb. bona. n. 5. C. de reuocand.
donat. poſt Bald. *conſ. 178. quadam ſunt res. ad*
fin. nu. 2. verſ. ſed ſi tamen de facto lib. 5. Aim.
conſ. 2. pro genero. nu. 39. verſ. in eandem ſenten-
tiam. Quia contraria opinio eſt verior, vt la-
tè teſtatur, & comprobat *Surd. conſ. 367. nu. 42.*
cum ſeq. & de alim. tit. 1. q. 36. per tot. vbi etiam
quod prædicta magis procedunt, quando deli-
ctum non eſt commiſſum contra legem coniu-
36 gij, † tunc enim maritus non eſt priuandus eo
matrimonij commodo, per quod alendus eſt
per vxorem, cum ſecus eſſet, quando delictum
fuit patratum contra matrimonium, quaſi tunc
non debeat conſequi vtilitatem ex actu quem
impugnauit *l. iſti quidem. 8. quod met. cauſ. c.*
quia fruſtra. 14. de vſur. & in ſpecie ita diſtin-
guit poſt *Bald. & alios* quos allegat *Oſaſ. deciſ.*
Pedem. 124. nu. 11. & 12. Lup. in rubr. de donat.
int. vir. & vxor. §. 64. nu. 12. verſ. facit quod in
ſimili.

Nec facit quod dictum eſt de fideicommiſſo, Quia
verior opinio eſt in contrarium, vt etiam bona
37 prohibita alienari † poſsint diſtrahi pro redi-
mẽdo carcerato etiam ex cauſa delicti *Alex.*
in l. marcellus. §. res quæ. ad trebel. Surd. conſil.
367. n. 42. lib. 3. Quemadmodum dicimus de bo
nis eccleſiæ *Borr. deciſ. 128. n. 3.* Cum etiam cau-
ſa carceris ſit iuſta ad habendum reſtitutio-
38 nem, † quamuis ex ſua culpa quis carceratus
fuerit, prout contra *Odd.* teſtatur eſſe veriorem
opinionem *Surd. conſ. 367. nu. 19. lib. 4.* Præſer-
tim ſi agatur de liberando carceratum ex cau-
ſa delicti, pro quo ſequeretur mors, vel mutila-
tio membri *Marian. in rubr. de cauſ. poſſ. &*
39 *propr. Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 92.* † vbi
dicit minus dubij eſſe in maleficijs non cogita-
tis, ſed fortuitis *Menoch. de arbitr. caſ. 182.*
n. 64. Petr. de fideicom. q. 8. n. 484. Licèt etiam
40 in fideicommiſſo † poſſet dici, quod agitur de

Digitized by Google

iure tertij, ac de illius præiudicio. Ideo non
mirum ſi hoc difficilius concederetur *Tiraq.
leg. connub. 16. gloſ. 8. n. 290.*

Ex prædicta ratione exercendi officium pietatis
Dixi valere fideiuſsionem filijfamilias mino-
41 ris † pro liberando patre è carceribus ſine vlla
ſpe reſtitutionis, quæ licet detur filio fideiuben-
ti pro patre *l. 1. C. de filiofamil. min.* Tamen in
hoc caſu denegatur, cum fecerit actum lauda-
bilem. Quia dicitur fideiubere, prout quilibet
diligens fideiuſsiſſet *Bald. in l. 1. ad fin. C. ad leg.
falcid. Odd. de reſtit. q. 23.* vtitur enim iure com-
muni, quod mandat præſtari per filium aſsiſten-
tiam, defenſionem, & auxilium pro liberando
42 patre è carceribus † ſub pœna exhæredationis
*Bald. in auth. captiui. in princ. C. de epiſc. & cle-
ric. Guiliel. Bened. in c. rainutius. in verb. &
vxorem nomine adelaſiam. deciſ. 5. n. 268. de te-
43 ſtam. Rot. diuerſ. deciſ. 63. n. 13. & per tot.* † Vn-
de nõ reſtituitur minor aduerſus fideiuſsionem
per ipſum præſtitam, quando agitur de patris
defenſione *Salic. in l. exigendi. nu. 14. C. de pro-
cur.* Et in ſpecie quod non reſtituatur cum fi-
deiuſsit pro liberando patre è carceribus con-
cludit *Aretin. in l. 1. in 2. notab. C. de filiofamil.
min.* & ibi *Salic. in fin.* dicit notãdum. *poſt Cin.
ibid. in princ. & Caſtr. n. 2. Idem Caſtr. conſ. 52.
tria ſunt. lib. 2. ad fin. Afflict. ſuper cõſtit. regn.
rub. 38. n. 18. lib. 2. verſ. vel pone aliud.* & ita ſer-
uat *Rot. per* R. P. *D. Ludouiſ.* Bononien. *pecu-
niaria. 9. iunij.* 1603. vbi ampliatur ad fideiuſ-
44 ſionem liberandi patrem ab executionibus, † &
periculo, ne iret in carceres, cum eadem ratio
exercendi pietatem, & patrem defendendi mili-
tet ſi fideiuſſerit pro excarceratione, quæ pro
impediendo, ne pater carceretur *Rimin. Sen.
conſ. 77. n. 16. cum alijs ſupra allegatis.*

Quæ magis procederent ſtante iuramento *Bald.*
in ſpecie fideiuſsionis *in authen. ſacramenta pu-
berum. num. 13. verſ. vlterius quæritur. C. ſi ad-
45 uerſ. vendit.* † *Rot. per* R. P. D. Ortemberg. *Bo-
nonien. dotis. 11. decembr.* 1602. præſertim acce-
46 dente renunciatione minoris ætatis, † & reſti-
tutionis *Felin. in c. ſi diligenti. 12. n. 15. in 2. co-
rol. de for. compet.*

Minus eſſet dubitandum, & magis prædicta pro-
cederent, ſi fideiuſsit cum ſolemnitate ſtatuti,
47 per quod tolleretur reſtitutio in integrũ, † cu-
ius remedium poteſt tolli per ſtatutum, niſi fin-
geretur lis, ad hoc vt læſus non habeat reſtitu-
48 tionem † *Bart. in l. cum ij. §. ſi cum lis. in fin.
& ibi Iaſ. nu. 2. de tranſact. Rot. per* R. P. *D. Or-
temberg. & Ludouiſium vbi ſupra*: qui etiam
concludit, quod non eſt læſio enormis & enor-
miſsima, quamuis aliàs dicatur minor læſus eo
49 ipſo, quo fideiuſsit, † & ex hoc ſolo reſtituatur
*l. ſi titius & ſcia. de fideiuſſor. Soccin. Iun. conſil.
47. n. 7. lib. 4.* Itaut non præſumatur fideiuſsio
facta ob metum reuerentialem ad fauorem pa-
tris *Bald.* in ſpecie *in l. filiusfamilias. 8. C. de fi-
deiuſ. & mandator.* Maximè ob præſentiam Iu-
50 dicis, & cõſanguineorum, ſi interueniſſent, † per
quam excluditur metus *Bart. in l. frater à fra-
tre. n. 51. de condict. indeb. & in l. 1. num. 4. C. de
præd. decur. Curt. Iun. conſ. 67. nu. 4. Aim. conſil.
114. n. 2.* Quia ſola reuerentia, quæ debetur per-
51 ſonæ † non ſufficit ad probandum metum *Fe-
lin. in c. cauſam. il 1. n. 3. verſ. tamen iſtis non
obſtantibus. de offic. deleg.* Ideo metus reueren-
tialis eſſet probandus *Bald. conſ. 62. facta ſuper
quibus. n. 1. lib. 1. Aim. conſ. 115. n. 13.*

Præſertim in contractibus, & renunciationibus fi-
liorum, quicquid ſit in vxor contrahente ad
52 vtilitatem mariti † quæ habet facultatem re-
ſcindendi ex ſola reuerentia, & metu præſum-
pto, cum declarationibus de quibus latè *Rode-
ric. Soarez alleg. 24. n. 2. Andr. Sicul. in c. cau-
ſam matrimonij. de offic. deleg. poſt gloſ. & Do-
ctor. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. non
det. cum alijs per Ceual. q. 727. nu. 21. cum ſeq.*
53 Licèt in renunciationibus † per puellam factis
ſufficeret metus reuerentialis accedentibus mi-
nis, vel probata læſione ad effectum ſuccedendi
pro annullanda donatione etiam ad fauorem
monaſterij *Soccin. conſ. 263. n. 1. lib. 2.* quem ſe-
quitur *Rot. per Cardin. Seraphin. Toletana pro-
54 feſsionis. 22. maij. 1595.* † vbi quod ſecus eſſet,
quando ageretur de diſſoluenda profeſsione,
cum in primo caſu ſufficiat leuior probatio,
præſertim in puella *Card. Mantic. de coniect.
vlt. volunt. lib. 2. tit. 7. n. 7.* Quæ ſunt notanda,
cũ ſæpè occurrat peti reſciſsiones contractuum
ob fideiuſsiones factas pro liberandis patribus
per filios, & viris per vxores, quod tamen Dixi
55 eſſe denegandum ex ſupra allegatis † cum enim
pater & filius ſint vna perſona, & vxor & mari-
tus vna caro *l fin. C. de impub.* dignitas patris
eſt gloria & laus filij, prout è contra dedecus, &
iniuria vnius eſt etiã alterius *l. 3. de liber. cauſ.
l. ſed ſi vnius. §. ait prætor. & ſ. filiofamilias. de
iniur. gloſ. in §. generaliter. in fin. in verb. occa-
ſionem. auth. conſtitutio quæ de dignitat.*

E P I T O M E.

Conuictus de mendacio quo ad vnam partem po-
ſitionum an ſibi præiudicet quo ad reliquas, vt
præſumantur veræ. Debitor minoris ſummæ
conuentus pro maiori quando poſsit negare to-
tum. Negans in prima inſtantia, & confitens
in ſecunda an gaudeat beneficio confeſsionis.
Pœnæ contra negantes, & mendaces in quibus
caſibus procedant, & quando in illis ſit locus
pœnitentiæ. Minor an reſtituatur aduerſus
mendacium, damnum, & furtum commiſſum ex
ſua confeſsione. Statuta minuentia pœnam
ad fauorem confitentium, & illam augentia
contra negantes quomodo ſint intelligenda.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna contra mendaces remiſsiuè.*
2 *Mendacium dicens Papæ poteſt accuſari tan-
quam ſacrilegus.*
3 *Conuictus de mendacio quo ad vnam partem
poſitionum præiudicat ſibi quo ad reliquas,
quæ*

quæ præſumuntur vera, & quid ſtante clauſula non credit, vt ponitur. n.15.& 17.

4 *Mendacium in uno facit præſumi idem quo ad alia.*

5 *Contra conuictum de mendacio poteſt iurari in litem.*

6 *Periurium poteſt obijci contra reſpondentem poſitionibus etiam per verbum credo.& n.7.*

7 *Depoſitio teſtis per uerbum credo quando ualeat.*

8 *Pœna mendacij non habet locum contra negantem narrata cum clauſula prout narrantur. & n.10.11. et 13.*

12 *Negans narrata prout narrantur non ammittit poſſeſsionom etiam ſi uerè poſſideat.*

14 *Verba non credit ut ponitur æquiparantur uerbis narrata prout narrantur, neq; ſunt ſimpliciter negatiua.n.16.*

18 *Priuatio iuramenti in litem eſt pœna.*

19 *Sufficit aliquam ex demonſtrationibus non eſſe veram, ad hoc ut negans excuſetur à pœna.*

20 *Debitor minoris ſumma conuentus pro maiori poteſt ſimpliciter totum negare.nu.21. & 22.* Amplia.ut n.23. Declara, ut n.24.

25 *Conuictus de mendacio an incurrat pœnas ſi eum pœniteat ante, uel poſt litis conteſtationē. & n.26.& 27.*

28 *Negans in prima inſtantia,& confitens in cauſa appellationis an gaudeat beneficio confeſsionis.n.29.*

30 *Confeſsio non admittitur poſt litis conteſtationem.*

31 *In his, quæ emergunt diſputanda ante conteſtationem litis ſi reus conuincatur de mendacio non ſibi præiudicat.*

32 *Negans factum auctoris non incurrit pœnam ſi conuincatur de mendacio.*

33 *Pœna impoſita neganti non habet locum in negatione facta ſuper libello inepto.*

34 *Pœna contra negantem intelligitur in negatione doloſa,n.35. & 38. & an ſubueniatur ruſtico.n.36.*

37 *Arbitrarium est Iudici conſiderare ſagacitatem negantis,& dolum.*

38 *Pœna mendacij habet locum contra eum qui negat coram iudice.*

39 *Iuſta cauſa negandi non obest, quamuis ſit facta coram Iudice.*

40 *Reſponſio dubia quando poſsit declarari à reſpõdente ad euitandam pœnam mendacij.*

41 *Reſponſio quando referatur ad interrogationē.*

42 *Pœna contra mendacem habet locum circa rem indiuiduam, ſecus diuiſibilem.*

43 *Confeſsio ſeu negatio in parte est licita quando ſunt facta ſeparata.*

44 *Negatio debet eſſe facti non iuris, ut quis puniatur de mendacio.*

45 *Iudex admittens reſponſionem rei dicentis ſe nõ eſſe culpabilem facit, ut proceſſus ualeat.*

46 *Reſponſio iurie in criminalibus non ſuffieit.*

47 *Statuta minuentia pœnam ad fauorem confitentium,& augentia illam contra negantes quomodo ſint intelligenda.*

48 *Pœna mendacij contra minorem negantem nõ procedit.*

49 *Negans propriè non delinquit, ſi conuincatur.*

50 *Dolus propriè & uerè quando dicatur.& nu.51*

52 *Minor an debeat reſtitui aduerſus damnum, & furtum commiſſum & mendacium, & ſuam confeſſionem.n.53.54.& 56.*

55 *Mendacium non committitur ſine dolo.*

57 *Negans ſe poſſidere in pœnam mendacij quando priuetur iure ſuo.*

59 *Si probetur ſubſtantia debiti doloſè negata poterit probari quantitas per iuramentum, quãuis ſubſtantia ipſa non poſſit probari iuſiurãdum.*

CAPVT CIX.

1 QVamplures pœnæ in diuerſis caſibus cõtra mendaces enumerãtur † per *Doctor. in auth. contra qui propriam. C. de non numer pecun. Bald. & Salic. in l. contra negantem. C. ad leg. aquil. Marſil. in rubr. C. de fideiuſſor. n.322. uſq. ad n.342. Gabr. de acquir. poſſeſ. concluſ.5. Dec. & Cagnol. in l. nemo. ex his 43. ff. de reg. iur. latè M. Ant. Caccus in tract. de mentit. circa poſſeſſion.* Et in dicente mendacium Papæ

2 † quod poſſit accuſari tãquam ſacrilegus ponit *Fel. in c. canonum ſtatuta. 1. col. 2. ad med. n.6. in fin. de conſtitut.* Et inter alias pœnas loquendo in negante poſitiones dicebatur, quod conuictus de mendacio quo ad vnam partem poſitionum prȩiudicat ſibi quo ac reliquas, quæ præſumen-

3 tur veræ, & habendæ erunt pro confeſſis, † vt in terminis concludit *Natt. conſ.59. circa præſentē. n.16. uſq. ad n.20. col. fin. Aim. conſ.282. col. ult. uerſ. quarto dico quod ubi eſſemus. n.9.* Quaſi di-

4 cens mendacium in vno, † præſumatur idem dixiſſe quo ad alia *arg. l. ult. C. de rei uendic. Pariſ. conſ.90. n.26. & 29. lib.1. Maſquar. de probation. concluſ.1039. n.7.*

Immo in caſibus in quibus reſpõdens poſitionibus eſſet conuictus de mendacio, patitur etiam pœ-

5 nam, † vt contra eum poſſit iurari in litem *Ancharan. conſ.316. in cauſa quæ uertitur. col.1. ad fi. uer. ex quo infertur. Grau. ad Veſtr. in prax. lib.5. c.14. n.25. Sur. deciſ.58. n.1.*

Et poterit obijci periurium contra reſpondentem poſitionibus, quamuis reſpõſio ſit per verbum

6 credo, † quod in eo dicitur veritatis expreſſiuũ; Ideo cõmittitur periurium *Felin. in c.1. in fin. n.21. verſic. licèt ueritas. q.6. in fin. de lit. conteſt.* Quidquid contrarium dicant *Bald. conſil.299. proponitur quod ſuper quibuſdam. n.2. lib.5. & Feder. conſil.23. in fi. uerſic. non obſtat quod no-*

7 *tat.* † Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur *Sur. deciſion.58. n.14. & deciſion.17. n.11. Seraphin. priuileg. iuram.11. num.1. Maſquard. concluſion.348. n.18.* Quamuis ſecus ſit in teſte *Bald. in l. fi. in princ. col.1. uerſic. ſed quid ſi tu-*

8 *tor. C. arbitr. tut.* † Licet etiam in eo aliquando attenderetur depoſitio per verbum credo, vt in caſibus de quibus per *Bald. in l. ſeptimo men-*

ſe

ſe.de ſtat.hom.him. conſ.201.n.7.Honded.conſ.
79.n.61.lib.1.Becc.conſ.78.n.42.Fel.in c.quoties
n.10.de teſtib.Gabr.concluſ.1.eod.tit.

Verum quia ſæpè negationes fiunt generaliter,nõ
autem in ſpecie,videlicet cum clauſula illa nar-
9 rata,prout narrantur. † Quæſitum fuit an hoc
caſu habeat locum pena mendacij,quamuis po-
ſtea probetur illud negatum; Et veriorem Dixi
opinionem negatiuam: Quia negatio debet eſſe
abſoluta,vt negans perdat beneficium, & priui-
legium, quod deſcendit ab illa qualitate ne-
gata *Surd. de alim. tit.1.q.78.num.29.* & ita in
terminis concludit *Iaſ.in §.omnium autem n.98*
colum.18.ad med.verſ.item & vltimo intelligas.
inſtit.de action. vbi dicit perpetuo notandum:
10 Quidquid contrarium dicat † *Fel.in cap.cate-*
rum.col.penult.verſ.limita tertio.n.19.de iudic.
& in cap.1.col. penul. num.20. verſ.ad tertiam
quæſtionem. de lit. conteſt. quaſi negatio gene-
ralis referatur ad omnia petita *Bald. in l. 1.*
11 *nu.19. C.de adil. actio.* † Quia contra eum eſt
verior opinio vt teſtatur *Idem Iaſ.in l. ſicut*
autem.§.quod autem.nu.10. vſq. ad nu.13.de re
iudic.Pariſ.conſ.100.nu.9.lib.3.dixi deciſ.227.n.
11.Claud.ad Bertaz.conſ.crimin.470.ver.& hoc
procedit lib.2.

Ideo dicimus quod negans narrata prout narran-
tur non amittit poſſeſſionem etiam ſi verè poſ-
12 ſideret, † quaſi tunc reus videatur potius ne-
gare ſubſtantiam libelli,quàm qualitatem *Alex.*
conſ.91.in cauſa inter n.7.col.2.poſt med. verſic.
alia ratione.lib.6. & conſ.37. viſo & opportunè
colum.3.in fin.verſic.& licet perdatur.num.11.
lib.2.Dec.in c. cæterum. num.19.colu. penult.ad
fin.verſic.ſecundo limita. de iudic. Iaſ. in l.ſicut
autem.§. quod autem in 4. notab. num.10. de re
iudic.Padill. in l. quæſtionem. num.10. C.de fi-
13 *deicom.* † Et de negante cum clauſula narrata,
prout narrantur, quod non amittat priuilegiũ
multa *Hercul.in d.l.ſicut autem. §.1. de re iud.*
Ann.ſingul.319.

Secundo idem eſſe declaraui in reſpondente po
ſitionibus per illa verba non credo vt ponitur,
quæ æquiparantur illis verbis narrata prout
14 narrantur † *Speculat.depoſition.§.ſeptimo.col.5.*
num.23.verſ. reſponſio refertur. Maſcard.con-
cluſ.1147.n.44.dixi deciſ.227. nu.12. Et in ter-
minis de reſpondente cũ dicta clauſula non cre-
dit vt ponitur, quod non incurrat pœnam men-
15 dacij concludit † *Batticel.in l.1.§.ſi ſtipulanti*
nu.15.verſ.unum tamen aduerte.de verbor.obli-
gation. quem refert, & ſequitur *Surd. deciſ. 58.*
nu.5.in fin. Ratio eſt quia verba non credo, vt
16 ponitur non ſunt ſimpliciter negatiua, † ita vt
reſpondens argui poſſit de mendacio, cum ex
illis quæ ponuntur,aliquid credere videtur *Pa-*
pienſ.in form.excipiend.contr.poſition. in verb.
primo quod publica vox.n.6. Alex.ad Bartol. in
l.ſi dubitetur. §. ita demum. in verb. amittit.
17 *de fideiuſſor.* † Idem etiam ſequitur Rota per
R. P. D. Giptium. Romana tutela de maſſa.
20. iunij. 1582. vbi quod reſpondens cum dicta
clauſula non incurrit pœnam aliquam men-
dacij,aut periurij, ideo ex hoc neq; amittit be-
neficium petẽdi iuramentum in litem,quamuis
18 conuincatur de poſitionibus negatis, † cum
priuatio dicti iuramenti ſit pœna *Iaſ. in l. qui*
iurasse.de iur.iurand. Et quelibet cauſa excu-
ſat à pœna *Doctor.in l.ſi quis maior.C.de tran-*
ſaction. Itaut ſufficiat, quod aliqua ex demon-
19 ſtrationibus adiectis non reperiatur vera, † ad
hoc vt ille, à quo petitur pœna, poſſit dicere
ſe non putaſſe illam eſſe rem, de qua agebatur
ea quia aliqua ex demonſtrationibus adiectis
non conueniebat *l. in teſtamento quia ſcripſerat.*
27. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 33.in
cauſa & lite.n.2.& 3.verſ.ſecundo preſuppono.
lib.5.

Quinimo abſq; dicta clauſula etiam debitor mino-
ris ſummæ, ſi conuenietur pro maiori, non te-
20 neretur fateri minorem, † ſed ſimpliciter poſ-
ſet totam negare, quaſi non teneatur quis diui-
dere poſitionem *Buidan c.dudum.el.2.num.29.*
col.9.in fin.verſ. quæro pone quod tu promiſiſti.
de electio & ita practicari dicit *Abb.in c.1.n.15.*
de mut.petition.Couar.lib.1.var. reſolution.c.2.
21 *n. 5.* † Licèt contraria ſententia ſit magis tu-
ta in foro animæ ſecundum *Gutier. pract.quæſt.*
lib.1.q.61.Sarmient.de reddit.eccleſiaſt.c.6.n.
10.p.4.

Prout idem eſt in monito per Iudicem, vt ſoluat
mille, qui poteſt citra calumniam totum negare
22 † quamuis ſit debitor in centum *Dec. in l. non*
poteſt videri improbus.99.nu.4.de regul. iur. Et
ita practicari teſtatur *Mandoſ. de monitor. q.*
29. quidquid contrarium ſequantur *Cin. Bart.*
Iaſ.& alij in l.2. §.ſi quis ſtipulanti. de verbor.
obligation.

Quæ etiam habent locum, quamuis adiecta eſſet à
ponente clauſula, quod ſi non credit de tanta
23 quantitate, † dicat de quãta,quia non ſufficit,
niſi etiam fuerit expreſſum,quod dicat de quã-
ta deſcendendo vſq; ad minimam. Etenim po-
nens tenetur prius affirmare quod ponit ante-
quam aduerſarius cogatur reſpõdere,quidquid
aliud ſit in interogatione,cum inter iſta ſit ma-
gna differentia; Nam ponens de centum cum iu-
ramento cenſetur ponere complexiuè,cum iuſ-
iurandum ſit indiuiduum,prout in terminis cõ-
cludit latè *Sur.deciſ.58.nu.10.& 11.* Quamuis
contarium ſequatur *Cagnol.in l. non poteſt vi-*
deri improbus.100.n.5.in fi.ver.ſed ad euitandũ
de regul.iur.poſt Fel.in c.nam concupiſcentiam.
4.in fi.de conſtitution.

Intelligentur tamen prędicta quando agitur de
24 interpretanda reſponſione iam data, † ſecus
ſi tractaretur de danda; Quis ante reſponſum
datum ſemper debemus eligere illam opinio-
nem, quę eſt tutior pro anima, quamuis per eã
inducatur delictum, ſed poſt reſponſionem da-
tam facienda eſt interpretatio excluſiua deli-
cti, & periurij *Cagnol.* in ſpecie *in l. non poteſt*
videri.nu.5.verſic.vel diſtingui.de regul.iur. ſe-
quitur *Surd.deciſ.58.n.3.in fin.verſ.qua ſenten-*
tia.

Tertio prædicta Declaraui habere locum in ne-
gante,

gante;& cōuincto de mendatio, qui perſeuera-
25 uit in negatione,† vſq;ad litis conteſtationem;
Nam ſi eum pęniteret , antequam lis conteſta-
retur,non obeſſet negatio: Prout dicimus de eo
qui negat ſe eſſe talem; licet enim efficiatur in-
dignus beneficio,quod deſcendit à qualitate ne
gata, videlicet in marito,& ſimilibus, ne cõue-
niantur niſi in quantum facere poſſunt; Tamen
procedit ſi ſequatur perſeuerantia vſq; ad litis
conteſtationem Roland. conſ.88.num.16.uſq.ad
nu.19.lib.4. vbi ampliat etiam ad pœnitentem
poſt litis conteſtationem antequam tamen cõ-
26 trarium probaretur † per tex. in l. de ætate. §.
fin.de interrogat.act. Cuccus. de mentient. circa
poſſeſſ.nu 99.Surd.de aliment.tit.1.q.78. nu.30.
vbi dicit notandum pro intelligentia eorum,
quæ adducit Bar.in l.etiam. §.1. num.3.ff.ſolut.
27 matrimon. † Prout idem etiã eſt in negante rẽ
emphiteoticam,& pœnitente ante litis conteſta-
tionem, qui pęnam non incurrit Affl. in c.1. §.
uaſſallus.il.1.ſi de feu.fuer. controuer.
Amplius negans in prima inſtantia, & confitens
in cauſa appellationis gaudet beneficio confeſ-
28 ſionis, † neq; illud amittit,cum non perſeue-
rauerit in negatione Angel.de Maleſic. in uerb.
præſente caio & appellante.n.31. uerſ.quid au-
tem ſi non obſtante. quod etiam voluit Bald. in
c.1.§.porro. ad fin.uerſic. quaro utrum in cauſa
appellationis.nu.14. quæ fuit prim.cauſ.beneſic.
amittend.
Quod tamen non eſſet tutum, vt aduertit Aug. de
Arimin.in addit. ad Angel. in d. uerb.præſente,
29 caio. † Ideo eſſet tenenda contraria ſententia,
prout etiam de veriori opinione teſtatur Ca-
ball.reſolut.criminal.centur. 1.caſ. 56.num.87.
Nam poſt litis conteſtationem non admittitur
amplius confeſſio,cum ſolum ante illam ſit lici-
30 ta pęnitentia † Bal.in l.1.ad fi. uerſic.quinimo.
ubi.C.de fur.Rolan.conſi.88.n.18. lib.4. Et non
licet variare poſt conteſtationẽ litis,quaſi actor
ſuſceperit onus probandi cum magno eius incõ
modo Bal.in l.electio.§. neq de noxal.action.&
in l.quidam aſtimauerunt.n.5.ff.ſi cer.petat.Iaſ.
in §.ex maleficys.n.28.col.8.uerſic.& an poſt ne
gationem.inſtit.de action.
Verùm eſſet quod in illis,quæ emergunt diſputan
da ante litis conteſtationem, puta in fori decli-
natoria,ſeu iuriſdictione iudicis,aut ſimilibus,
31 ſi reus † in poſitionibus conuinceretur,negan-
do videlicet locum eſſe de territorio, vel dicen-
do ſe clericum,& conuictus fuerit de mendacio
non ſibi præiudicaret,cum poſſit poſtea in con-
teſtatione litis fateri, & conſequi beneficium
confeſſionis, Quia cauſa iuriſdictionis eſt ſepa-
rata à cauſa principali, & negatio ad vnum fi-
nem non debet extendi ad alium , & diuerſum
prout concludit in puncto Bald. in l. ea quæ 4.
n.13.& 14. poſt q.10.uerſic.tu aduerte circa hoc
C.de condict.indebit. Angel.de maleſic. in uerb.
comparent dicti inquiſiti & partim negant.n.7.
poſt uerſic.ſed aduertas.Cabal.reſolut.criminal.
centur.1.caſ.56.n.9.
Quarto Dixi pœnam mendacij habere locum in
negante factum proprium, ſecus autem in eo
32 qui negat factum auctoris,†prout dicimus de-
negante hypothecam, aut aliquid deberi agen-
ti,non enim perdit beneficium cedendæ hypo-
thecæ ratione mendacij Bal.conſi.189.dominus
Lanfranchus.in fin. num.5. lib.3. vbi dicit eſſe
intelligendum tex.in auth.contra qui propriam.
C.de non numerat pecun.
Quinto limita non procedere in negatione facta
ſuper libello inepto , quo caſu pœna impoſita
33 neganti non habet locum † Felin. in c. ex teno-
re.16.col.3.in fin.n.3.uerſic. & dicit. de reſcript.
Alex.in l.1.n.2.C.de his qui potent. nomin.Cott.
in memorab. in uerb. actus nullus. & in uerb.
mendax.
Sextò intellige in negatione ex certa ſcientia, &
34 dolo malo Dec.in c.cæterum.n.19.de iudic.†niſi
eſſet ignorantia craſſa, & ſupina Rip. in l. cum
te.n.2.de re iudic.Zaſ.de feud.p.10.n.53.Bal.Præ
poſ.& alij in c.1.§. uaſſalus.il.1.ſi de feu.fue.cõt.
int.domin.& agnat.
Quare licet in odium negantis mittatur actor in
poſſeſſionem ſaluo iure cuiuſcunq; tertij , quo
caſu is qui negauit nihil poteſt opponere, ex
quo ſua non intereſt,cum non poſſideat Ang.in
l.fin.de rei uendicat.Roland.conſil.88.n 8.lib.4.
35 Tamen negans † per ignorantiam,ſeu errorem
excuſatur Iaſ.in l.ſed hoc.§.quod autem. nu 5.de
re iud.Grat.conſ.37.col. 1 nu.3. lib. 2. late Sur.
36 deciſ.237.n.2. vbi diſputat † an ſubueniatur ru
ſtico tanquam ſimplici viro, & non verſato in
curia,& in iudicijs,& concludit negatiue, quã-
do potuit conſulere peritiores , & quando re-
ſpondit non inopinatò, ſed cum deliberatione,
& ex qualitate facti aut perſonarum poteſt col-
ligi,quod dolus interuenerit;cum ſit in arbitrio
37 Iudicis† conſiderare ſagacitatem negantis, &
ſimilia,de quibus per Menoch. de arbitrar. caſ.
194.n.2.Odd.de reſtitut. in integr, q.9. artic.7.
num.57.
Septimo prædicta ſint declaranda , quandò nega-
tio fit iudici,ſecus ſi quis negaret interogatus
38 à parte , † nam tunc non habet locum pœna
mendacij gloſ.in l.fin. in uerb. non poſſidere. de
rei uendicat.per tex.in l.officium.9.& ibi etiam
gloſ.in uerb.inſpiciat.& in l.qui petitorio.37.ff.
eod.tit. Immo etiam ſi eſſet facta negatio iudici
39 non afficeret, † ſi negans habuiſſet cauſam iu-
ſtam negandi Bald.in l.1. in princ. uerſ.ſed hic
quaritur.C.qui bon.ceder.poſſ. vbi de volente
cedere bonis,qui non perdit beneficium ceſſio-
nis ſtante cauſa iuſta negadi Aff.ict. deciſ. 379.
nu.2. & quid quando negatio non eſt expreſſa,
ſed tacita , vt quia neque negat, nec confitetur
Carroc de excuſſion.p.2.q.69.
Octauo dubia reſponſio ad poſitiones , an poſſit
declarari à reſpondente , ita vt contra eum
non habeat locum pœna prædicta contra men-
40 dacem † Dixi verius eſſe , quod poſſit Ruin.
conſil.50.n.8.lib.1. vbi loquitur etiam poſt quã
fuit acceptata reſponſio ad poſitiones late Sur.
deciſ. 291. n. 27. Non enim ſemper intelligitur
41 reſponſio ſecundum interrogationem, † cum
ſæpe

ſæpè illam reſtringat *l. 1. in princ. de verb. oblig.*
licèt quando reſponſio eſſet dubia, deberet in-
telligi ſecundum interrogationem certam *Bar.*
in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic.

Nono declara pœnam mendacij habere locum
circa rem indiuidam, ſecus diuiſibilem, in qua
42 ſi delinquatur † pœna non egreditur delictum
prout in his, quę diuiſionem patiuntur, non ad-
mittitur huiuſmodi pœna *l. reſcriptum. de his*
quib. vt indign. & ita in ſpecie concludit *Bald.*
in c. 1. ſi de feud. fuer. cont. int. domin. & agnat.
§. vaſſallus. n. 3. & 4. verſ. & in ſumma. & dixi
deciſ. 227. n. 14.

Quemadmodum dicimus, quod licita eſt negatio,
& confeſſio in parte, quando ſunt plura facta
43 ſeparata, † ita vt pro parte, quam aliquis cō-
feſſus eſt habeat beneficium, quod per ſtatutum
datur confitenti, & pro parte, quam negauit in-
currat pœnam maiorē, quaſi vnum quodq; per
ſe diſcernatur *Bart. diſput. 8. per Italiam com-*
muniter. col. 4. in princ. verſ. quarto ſic quando
quis eodem facto. Bal. in l. quidam æſtimauerunt.
ad med. verſ. extra noto quod quis poteſt. ff. ſi cer.
petat.

Decimo intellige dummodo negatio, ſeu reſpon-
ſio ſit facti, non iuris; Vnde imputatus de pluri-
44 bus maleficijs ſeparatis, ſi vnum fateatur, † &
de alijs dicat ſe non eſſe culpabilem, non habe-
tur pro negante, ſed obtinebit beneficium ſtatu-
ti, ſi poſteà confiteatur. Quia illa prima reſpon-
ſio non habetur pro reſponſione tanquam extra
rem, cum non ſit cōformis interrogationi, ideo
meritò poterit reus denuò affirmare, quaſi iſta
ſit prima reſponſio ſuper imputatione delicto-
rum *Bart. conſ. 115. ſuper eo quod quæritur. n. 2.*
lib. 1. Bald. in auth. contra qui propriam. ad fin.
n. 11. verſ. item ſi reus. C. de non numer. pecun.
45 vbi tamen declarat, † quod ſi Iudex admiſerit
huiuſmodi reſponſionem, quamuis non deberet
admittere, valebit proceſſus, & litis conteſtatio
tanquam generalis, neq; dicetur reus contu-
max in reſpondēdo poſt *Gandin.* quem allegat
46 *de defenſion. à reo facien.* † Et facit quia in cri-
minalibus non ſufficit reſponſio iuris, oportet
enim reum reſpondere, an commiſerit delictum
nec ne, cum pertineat ad Iudicem cognoſcere
an ſit culpabilis *Felin. in c. vnic. q. 3. num. 10. in*
fin. de lit. conteſt. Patr. Caball. reſolut. criminal.
cent. 1. caſ. 56. nu. 19. & 20. vbi latiſſimè multa
colligit, & declarat quo ad ſtatuta minuentia
pœnas delinquenti propter confeſſionem, & eā
augentibus propter negationem, & ibi etiam
47 quæ negatio requiratur, † vt locus ſit prædi-
ctis pænis, & quid in eo qui negat, & poſtea fa-
tetur in tortura, & in confitente factum, & ne-
gante qualitatem quando pæna qualitatis non
imponitur per ſe, ſed reſpectiuè ad pænam deli-
cti, vel ſi pęna principaliter per ſe imponatur ſu-
per delicto qualificato, & in alijs caſibus, de qui-
bus *ibid. n. 8. vſq. ad n. 156.*

Vndecimo cum de hoc diſceptaretur Declaraui
non procedere prædictam pænam negationis in
48 minore, † cui quandocunq; ante ſententiam
etiam factis probationibus per actorem ſuccur-
ritur ad euitandam pænam negationis per eum
factæ ope reſtitutionis in integrum, prout eſt
tex. in l. ſi ex cauſa. 10. §. nunc videndum. de mi-
nor. & concludunt *Doctor. in l. eum qui de iur.*
iur. Caldeſ. de reſtitut. in integr. in verb. vel ad-
49 *uerſarij dolo. n. 47. ver. conſtat enim* † Quoniam
negans propriè non delinquit, neq; tanquam
delinquens de iure punitur *l. ſi qui 30. in princ.*
de iur. iurand. vbi qui negauit damnum dediſſe
non condemnatur in duplum, ſi deferat iuramē-
tum aduerſario, nec ille aliter probet damnum
quam per iuſiurandum, quaſi dicatur ſatis eſſe,
quod exonerauit agētem onere probandi, quod
nō concederetur, ſi verè negās deliquiſſet, quod
tamen an ſit verum multa adducit *Ruin. in l. 1.*
§. nunciatio. n. 78. ff. de nou. oper. nunc.

Secundò nam ille dicitur propriè dolus, qui ineſt
in delicto commiſſo contra aliquam legem di-
50 uinam, aut naturalem, † prout in furto, homi-
cidio, & ſimilibus, aduerſus quem dolum minor
reſtituitur *l. auxilium. 38. §. in delictis. ff. de*
51 *minor.* † Secus eſt quando quis offendit ius ci-
uile, ex cuius pręceptis non licet in iudicio ne-
gare veritatem, tunc enim dicitur committi do-
lus non verus ſed pręſumptus, aduerſus quem
debet reſtitutio concedi, & ita procedit *tex. in l.*
52 *ex cauſa. §. nunc videndum. de minor.* † vbi mi-
nor non fuit reſtitutus aduerſus damnum, & fur-
tum commiſſum, ſed magis aduerſus pęnam du-
pli ex inficiatione contingentem, & ita in ſpecie
declarat *Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. col. fin. verſ. tu*
ſolue melius. n. 10. de nou. oper. nunciat. De cuius
veritate multa *Ruin. ibid. col. antepenul. nu. 79.*
vbi dat alias reſponſiones, quas approbat *Cal-*
deſ. de reſtitut. in integr. in verb. vel aduerſarij
53 *dolo. n. 49. in fin.* † Et quando minori ſit cōce-
denda reſtitutio in integrum aduerſus ſuam cō-
feſſionem plura adducit *Socein. in cap. qualiter*
& quando. il. 2. n. 97. de accuſat. vbi quod reſti-
tuitur aduerſus læſionem contingentem ex fa-
cilitate ætatis ex reſponſionibus factis in pro-
ceſſu; prout dicitur in reſtitutione concedenda
aduerſus negationem factam à minore, per quā
ueniret puniendus, ergo multo magis aduerſus
54 confeſſionem: † Et de reſtitutione minoris tam
aduerſus confeſſionem, quàm negationem, &
quid in dolo vero, vel præſumpto, & in ſimilibus
caſibus multa etiam ponit *Farinac. q. 81. n. 358*
vſq. ad n. 390. & q. 92. n. 174. cum ſeq.

Neq; obſtat minorem nō eſſe reſtituendū, cū enim
ſit in mendacio arguitur dolus, ſine quo menda-
55 cium non committitur † *c. beatus. 22. q. 2. gloſ.*
in l. de ætate. §. ſi cum eſſem. in verb. mendacij.
de interrogator. action. Quia verius eſt, quod
minor reſtituitur non tam aduerſus mendaciū,
quàm contra dupli condemnationem immedia-
te ex eo mendacio factam ob id, quod aduerſa-
56 rius grauatur onere probandi: † Vnde indire-
ctè minor reſtituitur aduerſus mendacium, non
autem directè, quo caſu non eſſet audiendus
Caldeſ. de reſtitut. in integr. in verb. uel aduer-
ſarij dolo. num. 41. in fin. uerſ. In materia autem
præ-

prædicta. licèt aliter reſpondeant *Bald. Fulgoſ. & alij in l.ſi ex cauſa.10.§. nunc uidendum.de minor.Matthef.ſing 165. nota quod ſi minor Iaſ. Crot.& cæteri in l.1.§. nunciatio. de nou. oper. nunciat. Maurit.de reſtitut.in integr. cap.252. Boer.decif.350.n 4.*

Duodecimo quamuis negans ſe poſſidere ſit priuandus iure ſuo in pœnam mendacij *l.vlt ff.de*
7 *rei vendic.Affl.deciſ.18* † tamen hoc procedit, quando aduerſarius fuiſſet grauatus onere probandi ob prædictam negationem *Roman. conſ. 59. col. penult. verſ. quo ad vltimum. Gomeſ.in §.ex maleficijs. num.47. in fin. inſtit.de action. Menoch.conſ.2. in fin. n.578.* vbi etiam
8 addit, † prædictam pœnã negationis non habere locum quando adeſſet iuſta cauſa ignorantiæ *Roman.conſil.70. colum.5. verſ. circa huius intellectum.*

Decimotertio reus qui ſubſtantiam actus doloſè negauit conuictus de mendacio probata poſtea
9 per actorem dicta ſubſtantia debiti, † poterit probare quantitatẽ per iuſiurandum, quamuis ſubſtantia ipſa non poſſet probari iuramento *Menoch.conſ 81.n 19.lib.1.*

Alios caſus in quibus non habent locum pœnæ cõtra negantes ponunt Doctores in locis ſupra citatis in principio huius capituli; Ideo ne aliorũ ſcripta reiterentur omittendi ſunt,cum ſatis ſit hæc dixiſſe tanquam magis notanda,& in praxi ſæpius occurrentia.

E P I T O M E.

Locus religioſus quando efficiatur per illationem mortui. Sepulchra,& Cappellæ, & alia annexa ſpiritualibus,an poſſint vendi,& competat reſtitutio ſi fuerit facta venditio minori pretio,quã alij obtuliſſent. Præheminentia in Eccleſia, & locus honorabilior in ſedendo an acquiratur per laicum,& pretio æſtimetur;Actio iniuriarũ & officium iudicis an competat contra eum qui non patitur honorem alicui decerni.

S V M M A R I V M.

Locus religioſus efficitur per illationem mortui ſal.it.n.2.

Sepulchrum in quo mortuus fuit illatus ſine auctoritate Epiſcopi an poſſit alienari, & in eo ſeruitus imponi.& n.4.

Ceſſante ratione legis deficit etiã eius diſpoſitio

Sepulchra etiam auctoritate Epiſcopi conſtructa poſſunt vendi de conſuetudine,& an detur reſtitutio Eccleſiæ, ſi vendatur minus quam alij dediſſent.

Simonia committitur per venditionem cappellæ, ſepulchri,ſeu hoſpitalis.n 9. Declara ut *n. 10.*

Per conceſſionem ſepulturæ fit quædam translatio iurium eccleſiæ.

Præheminentia in eccleſia,& locus honorabilior poteſt pretio æſtimari.

Annexa ſpiritualibus quando poſſint vendi.

Laici poſſunt acquirere ius ſepeliendi in eccleſia retinendi arma,& inſignia domus,ſedendi,& præſtandi offertum ſacerdoti.

14 *Actio iniuriarũ datur contra amouentem ſcamnum de loco in quo laicus habebat ius ſedendi.*

15 *Ius ſedendi, prout ius patronatus in eccleſia tranſit ad hæredes, & dignior præfertur.*

16 *Exiſtens in quaſi poſſeſſionem ſedendi in ſuperiori loco poteſt armata manu reſiſtere ei, qui vult illum amouere;Itaut non puniatur pœna ordinaria,ſi mors ſequatur.n.20.*

17 *Quaſi poſſeſſio ſedendi acquiritur unico actu,& facit,vt in dubio pronuncietur pro poſſeſſoribus.n.18.*

19 *Laici non acquirunt ius in ſedibus in eccleſia niſi ex tolerantia Epiſcopi.*

21 *Cauſæ honoris,& uitæ æquiparantur.n 23.*

22 *Actio iniuriarum non eſt danda contra eũ qui non patitur honorem alicui decerni. Intellige ut n.24.25. & 27.*

26 *Prohibitus ab honore altius ſedendi habet interdictum uti poſſidetis.*

C A P V T C X.

Secũdum diſpoſitionem iuris ciuilis efficie-
1 batur locus religioſus eo ipſo, † quod quis inferebat mortuum in ſepulchrum *l.2. C.de relig. & ſumpt. fun.* Hoc autem non procedit de Iure Canonico, per quod corriguntur Iura Ciuilia; ita vt non ſufficiat illatio mortui ad fa-
2 ciendum locum religioſum,† cum etiam requiratur auctoritas Epiſcopi *c.ad hæc.de relig. domib.Innoc.in c.abolenda.de ſepult.Card.in clem. 1.q.7.in fi.eod.tit.*

An autem tale ſepulchrum factum nõ interueniẽte auctoritate Epiſcopi poſſit vendi, & alienari & in eo ſeruitus imponi videbatur concluden-
3 dum negatiuè, † quaſi in hoc non ſint correcta Iura Ciuilia per Ius Canonicum,prout in ſpecie defendit *Io Fab.in §.religioſum.& ibi etiã Ang. inſtit.de rer.diuiſ.* & ſequitur *Dec. in c. quanto col.fi.verſ.est notandum. n.9.de iudic. poſt Abb. in c.abolenda.n.4.de ſepultur.*

Contrarium tamen cũ de hoc diſceptaretur in caſu mihi propoſito Dixi verius eſſe quod immo debeat permitti venditio,& alienatio ſepulchri
4 facti ſine auctoritate Epiſcopi,† quidquid ſit re Ciuili conſiderato hoc ſit prohibitum. Ceſſat enim cauſa finalis, quare ſepulchrum non poterat vendi, poſtquam in eo corpus humanum fuit illatum; Nam eo ipſo quod ibi ponebatur fiebat locus religioſus, & ſic non erat in commercio hominum; Quòd cum modò ceſſet,quia non ſit amplius religioſus ſine auctoritate Epi-
5 ſcopi *c ad hæc.de relig.domib.* † Conſequens eſt, vt ceſſante ratione legis corruat etiã legis diſpoſitio *l. adigere. §. quamuis. de iur. patronat.* Ita vt ſatis ſit fuiſſe correctam rationem legis ad hoc, vt etiã ipſa lex corrigatur *c. miramur. ne ſeru ordinar.Bartol. in l.1..de legitim. tutor.* Quando præſertim illa ratio legis eſt finalis, prout in caſu noſtro, & vbicunq; ex illa correctione reuertimur ad ius antiquum,ſeu quando

ſumus

ſumus in correcta ratione legis ſcripta in ipſa
lege, vel habita pro expreſſa, & ſcripta *Aim. cõſ. 83. n. 11. Menoch. conſ. 187. n. 26. lib. 2.* & ita in
terminis quod huiuſmodi ſepulchrum poſsit vẽ
di concludit *Felin. in c. quanto. col. vlt. ver. circa gloſſam de iudic.* ſequitur *Pariſ. conſ. 34. n. 14. lib. 4.* Quidquid dicant *Fab. et aly ſuperius allegati.* Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur *Molin. de hiſpan. primogenit. lib. 1. c. 24. num. 39.*

Quod magis erat dicendum ſtante conſuetudine,
ſecundum quam valet alienatio, & venditio huiuſmodi ſepulchrorum; Itaut iſta conſuetudo
6 etiam operetur, † vt quamuis ſepulchrum eſſet
cõſtructum auctoritate Epiſcopi, tamen poſsit
vendi, pignorari, & aliquid accipi *Abb. in c. abolenda. de ſepultur. Caſtr. conſ. 369. circa primum quæſitum. alias. 363. lib. 1. & conſil. 401. viſo proceſſu eod. lib. dixi deciſ. 26. nu. 14. & 15. Rota per Cardin. Lancellotum. Tiraſonen. ſepultura. 17 maij. 1572.* vbi quod valet conſuetudo aliquid exigendi pro venditione ſepulturę *poſt Io. de Turr. Cremat. in c. dictum eſt. 1. q. 1.* Itaut non ſolum poſsit aliquid percipi; ſed etiã detur reſtitutio Eccleſiæ, vel Capitulo, ſi poſſet conſiderari læſio propter oblationem ab alijs factam, ex eo quod plura corpora potuiſſent ſepeliri in ſepulchro alteri conceſſo, quaſi Eccleſia conſequuta fuiſſet maiorem ſummam pecuniarum. Quod tamen non eſt tutum, quaſi in iſtis ſpiritualibus nõ cadat læſio *Cagnol. in l. 2. n. 57. q. 3. verſ. ſed maius dubium. C. de reſcind. vendit.* & in ſpecie ita reſoluit *Rota per Cardin. Lancellot. Tiraſonen ſepultura. 17. may. 1572.*

Neq; obſtat eſſe ſimoniacas huiuſmodi pactiones, quæ ſolent fieri cum clericis, & religioſis, vt pro cappella, ſeu ſepultura detur pretium, aut
7 aliquid annuum præſtetur, † cũ enim hæc loca
ſint religioſa, non debent admittere, quod pro
eis ſit dandum aliquod temporale *c. poſtquam pretio. 13. q. 2. dixi deciſ. 26. n. 1. vſque ad nu. 13.* vbi quod ſimonia committitur per venditionẽ cappellæ, ſepulturæ, & ſimilis loci religioſi; quaſi iſta ſint annexa ſpiritualitati *c. quanto. de*
8 *iu iur.* † cum per talem conceſsionem fiat quædam tranſlatio iurium Eccleſiæ *Nauar. conſ. 10. de ſepultur.* Vnde neq; de illis erit licita diſpoſitio tanquam de annexis ſpiritualibus *Abb. in c. cum laicis. nu. 5. de reb. eccleſ. non alienand.* & ita eſſe tenendum, quicquid male ſeruetur, & palliari ſolitum ſit docet *Molin. de hiſpan. primogenit. lib. 1. c. 24. n. 40.* Prout etiam dicimus de hoſpitali fundato auctoritate Epiſcopi;
9 quod neq; poteſt vendi ſine labe ſimoniæ † *Bellam. de permutat. beneficior. p. 3. q. 4. nu. 2. Feder. de Sen. eod. tract. q. 1. num. 22. tom. 15. p. 1. f. 188. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. q. 14. nu. 7.*

Quia iſta non admittuntur de conſuetudine, ſecundum quam licita eſt receptio pretij pro cappella, ſeu ſepultura ratione ſitus, vel dignioris loci, quaſi hoc non videatur concernere ſpiritualia, vnde tanquam non neceſſarium ad ſepulturam, † permitti debet huiuſmodi venditio prout concludit *Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. q. 7. art. 1. Petr. de Aragon. ſuper D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4.* ſequitur *Spin. de teſtam. gloſ. 2. princip. tit. de elect. ſepultur. n. 43.* vbi quod ſepultura in loco ſacro eſt debita chriſtianis, & neceſſaria, neq; pro ea poteſt peti pecunia, aut aliquid dari *c. abolenda. de ſepultur.* Tamen ſi aliquis eligit honorabiliorem locum in Eccleſia,
11 propter huiuſmodi præheminentiam poteſt ille honor pretio æſtimari, & vendi, cum hoc caſu non vendatur ſepultura, quæ gratis eſt præſtanda defunctis per eorum parochos, quaſi illa quæ ſunt annexa ſpiritualibus à parte ante, vendi poſsint; cum remota illa annexione nihil ſpiritualitatis remaneat; Quod ſecus eſt in an-
12 nexis, † & coniunctis à parte poſt, quæ nullo modo poſſunt ſeparari à ſpiritualibus *Spin. de teſtam. gloſ. 2. nu. 42. in fin. verſ. ſed pro explicatione.*

Et quod laici poſsint acquirere in aliqua eccleſia
13 ius ſepeliendi in eminentiori loco † concludit *Pariſ. conſil. 149. n. 3. lib. 4.* quem ſequitur *Rota per Cardin. Pamphil. Calaguritana Cappella 28. maij. 1586.* vbi ampliat ad ius retinendi arma, & inſignia domus, quæ benefactor poteſt acquirere in aliqua eccleſia *Anchar. conſil. 113. iura quæ loquuntur. n. 4. Anan. conſil. 86. pro expeditione. in fin. Port. in §. item. inſtit. de rer. diuiſ.* vbi loquitur tam de iure ſedendi in eminentiori loco, quàm de præſtando offertum ſacerdoti *Corſub. in l. ſi quis à liberis. in princ. n. 32. ff. de liber. agnoſcend.* Quamuis deſtructa Eccleſia poſt reædificationem amitteretur ius patronatus, & omne aliud ius, quod quis habebat in priori Eccleſia *gloſ. in c. 3. in verb. fundatores. in fin. de iur. patronat. Roc. eod. tit. in verb. conſtruxit. n. 14.*

Amplius dabitur actio iniuriarum contra amouentem ſcamnum de loco, in quo laicus habe-
14 bat ius ſedẽdi in digniori parte Eccleſię. † Quia eſt ius honorificum, quod acquiritur per ſucceſſionem, ſuccedendo ei, qui illud ius queſiuit,
15 quamuis ſit extraneus, † itaut ſi adſint plures hæredes præferatur dignior, & magis idoneus *Pariſ. conſ. 149. lib. 4.* Et de iure, quod habet inſtitutor maioratus in ſedilibus, & bãchis, quod tranſeat ad ſucceſſores, quemadmodum ius patronatus concludit *Molin. de hiſpan. primogenit. lib. 1. c. 23. n. 35.*

Adeo quod exiſtens in huiuſmodi quaſi poſſeſsione ſedendi in ſuperiori loco, & præcedendi poſ-
16 ſit etiam armata manu reſiſtere ei, † qui vult illum amouere *Bald. in l. obſeruare. §. antequam. in fin. ff. de offic. proconſ. Menoch. conſil. 257. n. 55. lib. 3. & conſil. 902. n. 78. lib. 10.* Quæ qui-
17 dem poſſeſsio acquiritur vnico actu † prout in ſpecie concludit *Marzar. conſil. vlt. lib. 1. Idem Menoch. conſ. 226. n. 6. lib. 2.* Et iſta quaſi poſſeſ-
18 ſio operabitur, † vt in dubio ſit pronunciandum pro iſtis quaſi poſſeſſoribus *Cardin. conſil. 62. Corn. conſ. 193. n. 14. lib. 2. Menoch. conſil. 51. n. 40. lib. 1.* Licèt aliàs inuito Epiſcopo laici nõ acquirunt hoc ius in banchis, ſeu ſedibus in Eccle-

cle-

Digitized by Google

19 cleſia, † ſed ſolum ex tolerantia, & ex gratia, ſicut in iure patronatus *Abb. in cap. abolendæ. nu.13.col.2.in princ.verſ. quicquid tamen dicatur.n.6.de ſepultur.Molin.de hiſpan.primogenit. lib.1.cap.23.nu.34.in fin.Rot. diuerſ. deciſ.222. n.1.p.1.* Prout etiam tolerantia Epiſcopi ſatis eſſet ad acquirendum ius ſepulturæ in eccleſia, dummodo ſequatur illatio mortui, quia aliàs non ſufficeret ad prohibendum, ne alij ibi ſepeliantur *Rot.diuerſ.deciſ.787.p.1.*

Immo dũ quis prohibetur in loco ſolito ſedere, ſi defendendo ſe, ne ab illo loco deijciatur, aduer-
20 ſarium † prohibentem occiderit non poterit puniri pœna ordinaria, ſi ad arma prouocatus
21 ſit, † quia cauſa honoris, & vitæ æquiparantur *gloſ. in §. ſuſpectus. inſtit. de ſuſpect. tutor.* & ita in ſpecie concludit *Rebuff. in l. vnica. n.354.gloſ.1.C.de ſintent.quæ pro eo quod inter. Cordub. in l. ſi quis, à liberis. in princ.n.33.& 34.de.liber.agnoſcend.*

Non obſtat quod non detur actio iniuriarum aduerſus eum, qui non patitur alicui honorem
22 decerni † *l. iniuriarum. actio. 12.§. ſi quis de honoribus.ff de.iniur.* Quamuis poſſit implorari officium iudicis *Io.Fab.in §.aliam.inſtit. de bonor.poſſeſſ.* vbi de nobilibus matronis, quæ non agunt actione iniuriarum; ſed implorant officium Iudicis aduerſus alias non tam inclitæ nobilitatis, vt defendantur in vſu ſedendi in Eccleſia, aut offerendi *Iaſ. in l.ſi non ſortem. §.libertas.de condict.indeb.*

Quia contrarium eſt verius, quod etiam detur actio iniuriarum aduerſus prohibentem decerni honorem, cum nemo teneatur pati quod ho-
23 nor ſuus paruipendatur † *l.1.in princ.ff. de poſtul.* prout in ſpecie concludit *Bald. in l. obſeruare.§.antequam.n.3.ff. de offic.proconſ.* cum alijs per *Gerard. ſing. 33. & ibi Addit. Caſſan. in catalog.glor.mundi.p.1.conſid.2.* Intelligendo
24 reſpectu honoris, † qui alicui præſtatur ratione ordinis, & gradus, hic enim eſt neceſſariò tribuendus *l. potior.1. 5. C. de offic. rector.prouinc.* Cum aliud ſit in honore, qui defertur ob virtutis præmium nullo iure cogente, ſed ſola voluntate deferentis; prout in viro benemerito, in cuius memoriam ſtatua in foro collocatur; hoc enim caſu non datur actio iniuriarum aduerſus eum, qui non eſt paſſus honorem illum decerni, quia hic honor non petitur, ſed præſtari ſolet *l.2. §. penult. de orig. iur.Bart.in l.barbarius. num.2.ff.de.offic.prætor.* Et ita loquitur tex. ex aduerſo allegatus *in d. l. iniuriarum. actio.12 §.ſi de.bonoribus.ff. de iniur.* prout ita in ſpecie latè diſtinguit, & declarat *Corduben. in l.ſi.quis.à liberis in princ. n.30. vſq;ad 32 ff. de.liber.agnoſcend.*

Præterea Iudicis officium datur aduerſus eum, qui prohibet honorem decerni, quando hic honor
25 nunquam fuit delatus, † & ita loquuntur *Io. Fab. & alij* in contrarium allegati; Aliud eſt quando quis prohibet honorem præſtari, ei qui eſt in quaſi poſſeſſione illius; Tunc enim etiam datur actio iniuriarum aduerſus prohibentem prout diſtinguit concordando opiniones *Purpur.in l.1.num.93.ff.de iuriſd.omn. iudic* Ideo
26 etiam illi, † qui prohibentur ab huiuſmodi honore habent interdictum vti poſſidetis, vel vnde vi *c.licèt cauſam.19. & ibi Bald nu.6.& Felin.nu.1.de probation.* cum alijs *per Rebuf.in l. vnica. num.355.gloſ.1. C.de ſenten. quæ pro eo quod inter profer.* vbi etiam adducit aliam di-
27 ſtinctionem, † quando detur actio iniuriarum vel officium Iudicis in huiuſmodi honoribus quæ deferri prohibeutur.

E P I T O M E.

Vicarius Epiſcopi an ſit præferendus Capitulo, & Canonicis in proceſſionibus, ſinodo, conuiuio, & alijs ſimilibus actibus, & quando habeat iuriſdictionem in ſuffraganeos. Abbas an præferatur Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & Archidiaconus Archipresbytero, Miles doctori, & Delegatus Papæ Ordinario. Vna, & eadem perſona quando poſſit diuerſo iure cenſeri. Prærogatiua, & immunitas, quæ debetur principali quando ſit debita locumtenenti. Libertus an præſtet eandem reuerentiam tutori patroni, quam ipſi patrono. Differentia inter Vicarium conſtitutum ab Epiſcopo, & creatum à Papa. Maioritas iuriſdictionis quando arguat ſuperioritatem præheminentiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius Epiſcopi an ſit præferendus Capitulo & Canonicis in proceſſionibus, ſinodo & ſimilibus.n.5.16.17.18.24.& 47.*
2 *Canonici ſunt membra Epiſcopi, ſicut Cardinales Papæ.n.4.*
3 *Membra non debent disſiungi à capite.*
6 *Reges quando præcedant Cardinales.*
7 *Liber cæremonialis attenditur in deciſiuis.*
8 *Collegium & vniuerſitas eſt honorabilior qua itiuet perſona ſingulari.*
9 *Abbas præfertur Canonicis Eccleſiæ Cathedralis intellige, vt n.10.*
11 *Capitulum Eccleſiæ cathedralis præfertur capitulo collegiatæ.*
12 *Vicarius eſt eadem perſona cum Epiſcopo, & quando poſſit diuerſo iure cenſeri.*
14 *Archiepiſcopus canonicus non præcedit in capitulo.*
15 *Archidiaconus quando ſit maior, aut minor Archipresbytero.& n.83.*
19 *Vicarius Archiepiſcopi non habet iuriſdictionẽ in Epiſcopos ſuffraganeos.n.20.*
21 *Senator præſente Principe non poteſt condere ſtatuta.*
22 *Vicarius Epiſcopi an præferatur Archidiacono Archipresbytero, & Canonicis tam in actu, in quo eſt Vicarius, quàm in alijs actibus neceſſariò antecedentibus, & conſequentibus actus iuriſdictionales, & promiſcuis, & indeferentibus, vt in conuiuio, & ſimilibus, & nu.24.25. 42.43.43.448.& 50.*

23 *Occultans alienam laudem comparatur furi, eadem poena eſt plectendus.*

27 *Diaconus debet ſedere ante presbyterum quando obtinet locum ſui Patriarcha, uel Metropolitani. n. 30. et 31.*

28 *Vicarius Epiſcopi gerit uices illius, non proprias n. 29.*

32 *Adminiſtratori eſt exhibendus honor, ſicut ipſi domino.*

33 *Prærogatiua & honor, qui debetur principali eſt debitus eius* Locumtenenti. *Intellige, ut nu. 51.*

34 *Vicerector ſcholarium eſt honorandus ſicut Rector.* Declara, *ut n. 53. 55. et 56.*

35 *Maior honor debetur Epiſcopo, quàm eius Vicario. n. 38. 39. et 40.*

36 *Libertus an debeat eandem reuerentiam tutori patroni, quam debet ipſi patrono. n. 37. et 52.*

41 *Vicarius Epiſcopi non præfertur Archidiacono in actibus pertinentibus ad officium Archidiaconi.*

47 *Præſentia principalis an diminuat iuriſdictionem officialis, ſicuti abſentia auget. n. 46.*

49 *Extenſio admittitur in his, quæ ueniunt per modum antecedentis, uel conſequentis neceſſarij.*

54 *Vicerector ſtudij, et* Locumtenens *an habeat eandem immunitatem, quam habet* Rector. *n. 55. et 56.*

57 V*icarius conſtitutus à* Papa *magis eſt honorandus, quàm creatus ab Epiſcopo. n. 61. 62. et 63.*

58 D*ignitas competens ex perſona propria eſt maior illa, quæ debetur ex iure alterius. et n. 59.*

60 V*icarius ad libitum Epiſcopi reuocatur, et eius morte extinguitur.*

64 V*iceſgerens conſtitutus à Principe repræſentat locum, et* M*agiſtratum vacantem non perſonam Principis.*

65 D*elegatus Papæ an ſit dignior ordinario. n. 66 et quando delinquens, ſeu vocatus in iudicio habeatur ut priuatus. n. 67. 71. 72. et 73.*

68 M*aior quis dicitur etiam reſpectu honoris, et prælationis.*

69 V*icarius Epiſcopi in quo differat à* D*elegato.*

70 *Honor et prælatio non prouenit ex iuriſdictione, ſed ex repræſentatione.*

74 C*õmunis æſtimatio in præcedentia, et dignitate loci multum operatur. n. 75.*

76 M*aior iuriſdictio an arguat maiorem præeminentiam. n. 79. 80. 71. et 82.*

77 D*ignitas eccleſiaſtica cognoſcitur per adminiſtrationem rerum eccleſiæ cum iuriſdictione.*

78 V*icarius Epiſcopi habet maiorem iuriſdictionem quam Archidiaconus.*

84 *Doctor an præferatur militi. n. 85.*

CAPVT CXI.

QVando Archipresbyter, & Canonici ſunt vti Collegium, vel dum ſynodus celebratur, aut In proceſſionibus, ſeu ſimilibus actibus, an Vicarius Epiſcopi ſit præferendus Capitulo, & Canonicis, cum de hoc diſceptare-

1 tur, quidquid concludat pro Vicario † *Franch.*
Sarmient. ſelectar. interpratat. cap. 17. lib. 7. Di-
xi ueriorem opinionem affirmatiuam, quod
Canonici, & Capitulum debeat ſedere iuxta
ſuum Epiſcopum, & præferri Vicario. Ratio
quia Epiſcopus facit vnum corpus cum capitu-
2 lo, cuius corporis ipſe eſt caput, † & Canonici
membra *c. nouit. 4. de his quæ fiunt à prælat. ſin.*
conſ. capit. gloſ. in cap. irrefragabili, in verb. per
capitulum. de offic. ordin. Ioan. Monach. in cap. à
collatione. de appell. in 6. Vnde eſſet inconue-
3 niens, & contra ordinem naturalem, † quod
membra diſiungantur à capite *c. 1. diſt. 12.* Ideo
nec Vicarius, neq; alius inter caput, & membra
inſeri poterit nec ordine legali, nec naturali,
cum ſint vnum, & idem corpus *Ioann. Mo-*
nach. in c. romana. n. 9. de ſent. excom. un. Ita
vt Canonici dicantur pars corporis Epiſcopi,
4 ſicut Cardinales Papæ † *Abb. in c. nouit de his*
quæ fiunt à prælat. ſin. conſil. capit. Et ita in ſpe-
cie contra *V*icarium latiſſime concludit *Gon-*
zal. Mendez. de Vaſconcellis. lib. 1. diuerſ. iur.
argumentor. c. 1. per tot. vbi reſpondet omnibus
5 adductis per † *Sermient. contrarium ſequentem*
d. cap. 17. Quod etiam voluit *Ioan. Picard. inter*
conſ. Menoc. 51. n. 134. uſq. ad n. 156. lib. 1. Prout
dicimus de Rege, qui tam in ſuo Regno, quàm
6 extrà pręcedit Cardinales vti ſingulos, † quod
tamen ei denegantur in Conciſtorio, & Capel-
là, illi enim aſſignatur locus ſub primo Epiſco-
po, vel poſt antiquiorem Cardinalem presbyte-
rum; Et idem de Imperatore ante coronationẽ
vt in Pontificali, ſeu Ceremoniali. rub. de recept.
tion. Regis. et rubric. de ingreſſ. Imperator. Me-
noch. conſ. 902. n. 71. uerſ. ita quoque. lib. 10. poſt
7 *Picard. d. conſ. 52. n. 145* † vbi etiam quod dictus
liber tanquam authenticus attenditur in deci-
ſiuis *Io. And. et Hoſt. in c. conſuluit. de ſeru. ordin.*
Botte. de ſynod. p. 3. n. 6. et 43.
Et facit quia Collegium, & quęlibet Vniuerſitas,
vel Congregatio eſt dignior, quàm perſona ſin-
8 gularis † *cap. ſtatutum. de elect. in 6.* & multis
comprobat *Caſſan. in catal. glor. mund. conſi-*
der. 32. col. antepenult. uerſ. octauo facit part. 4.
Ideo dicimus, quod licet Abbas pręferatur Ca-
9 nonicis Eccleſiæ cathedralis † *Bald. in c. paſto-*
ralis. in uerb. extra. de offic. deleg. Dec. *conſil. 162.*
col 1. Botte. de ſynod. p. 3. num. 15. Piccard. d. conſ.
52. num. 131. Tamen intelligitur, niſi Canonici
10 Collegialiter procederent, † quia tunc reprę-
ſentant Eccleſiam Cathedralem, quę plus alijs
debet honorari, quare ſunt præferendi videli-
cet in proceſſionibus, & ſimilibus actibus pro
vt concludit *Domin. in c. quamuis. 4. §. quan-*
quam. in princ. nu. 3. uerſ. nota quod eccleſia ca-
thedralis. et ibi Franc. in ult. not. num. 3. de præ-
bend. in 6. Rip. reſp. 23. li. 1. num. 3. Ioann. Stu. de
beneſic. p. 1. q. 1. num. 81. uſq. ad n. 87. Caſſan. in
catalog. glor. mund. conſid. 32. in princ. uerſic.
ſeu intellige prædicta. et col. 11. in fin. uerſ. quin-
to pro hac parte facit. p. 4. Felin. in cap. meminı-
mus. 17. colum. 2. in princ. uerſ. ex quo infertur.
11 *num. 6. de accuſation.* † Itaut capitulum quoq;
Ec-

Eccleſiæ Cathedralis præferatur Capitulo Ec-
cleſiæ Collegiatæ etiã in propria Eccleſia Col-
legiata,quaſi Epiſcopus ſit præferendus Capitu-
lo Eccleſiæ Collegiatæ etiam in d. propria Ec-
cleſia Collegiata;Vnde etiã Capitulum Eccleſiæ
Cathedralis tanquam membrum Epiſcopi,prout
in ſpecie concludit *Gonzal. Mendez. de Vaſcon-
cell.lib.1.diuerſor.iur.argumentor. c. 1.*

Neq; obſtat quod Vicarius non debeat conſidera-
ri tanquam diuerſa perſona,cum ſit vna , & ea-
12 dem,quæ non poteſt diuerſo iuri cenſeri † *l.eũ
qui ædes.ff.de uſucapion. latè Menoch. de recu-
per.poſſeſſ.remed.1.n.35.* Quia ob diuerſos reſpe-
13 ctus hoc conceditur, † & admittitur conſidera-
tio duplicis iuris etiam in eadem perſona,cum
vno caſu poſsit eſſe maior, & dignior, & in
alio minor , & minus digna *gloſ. in c.quæritur.
in uerb. non æquamus. 2. q. 6. Purpur. in l. 1.
nu.187.ff. de offic. eius. Dec. in c.ſanè. in 3.no-
tab.de offic.deleg. Tiraq. de nobilit. c.20. nu. 11.
14 & c.28 n.15.* † Sic Archiepiſcopus habens Ca-
nonicatum eſt minor in Capitulo, hoc eſt Ca-
nonicus,& tanquam talis debet ſedere in loco,
neque poteſt præcedere Præſidentem Capitulo
*gloſ. in c. à collatione. 11. in uerb. prælatus. de
appellat.in 6.Menoch.de arbitr. caſ. 68. num.23.
dixi latè ſup.c.106.* Extra capitulum autem eſt
maior, hoc eſt Archiepiſcopus, & alios ante-
cellit *c. poſtulaſti. & c. penult. ubi Abb. in 4.
notab. de conceſſ. præb.* Ita Archidiaconus eſt
15 maior Archipresbitero † reſpectu adminiſtra-
tionis iuriſdictionis , eſt tñ minor in miniſterio
altaris *c.1. et c. officium.de offic.archidiacon.* In-
telligendo tamen vt infra. nu. 83. Quemadmo
dum etiam Abbas eſt dignior Canonicis quan-
do conſiderantur vt ſinguli , eſt tamen minor
quando ſunt collegialiter congregati *c. quam-
uis. il 1. §. quamquam.ubi Gemintan.num. 3.de
præbend. in 6.* Prout omnes ſupradictos caſus
late proſequitur *Menoch. conſil.902. n.71. uſq;
ad n.75 lib.10.*

In prædictis tamen eſt adhibenda diſtinctio abſen-
tiæ,ſeu præſentiæ Epiſcopi ; ſi enim eſt præſens,
16 tunc procedet opiniu ſupra firmata, † quod Vi-
carius non debeat honorari , nec præferri Ar-
chidiacono, & Canonicis non conſideratis vt
ſingulis,ſed vniuerſis veluti Collegio , ſeu Capi-
tulo , & corpori congregato in choro, funerali-
bus, & ſimilibus actibus, quaſi tunc faciant vnũ
17 corpus cum Epiſcopo. † Secus autem quando
Epiſcopus eſſet abſens , tunc enim Vicarius tan-
quam vicesgerens illius , & tanquam caput de-
bet honorari , & præferri, quia tunc ceſſat ratio
illa diſiunctionis capitis, & membrorum, vnde
etiam debet ceſſare effectus , & ſic idem honor
debebitur prout Epiſcopo , cuius locum tunc
Vicarius gerit *c.præcipimus. diſtinct.93.c.gran-
di.de ſuppl.neglig.prælator.Ang. in l.ſi prior.§.
à titio.nu.1.ff. qui potior. in pignor. habeant. Fe-
18 lin.in c.cum olim.il 2.n.1. de offic.deleg.* † Et ita
in terminis inter Epiſcopum præſentem , & ab-
ſentem diſtinguit *R. P. D. Cantucc. Epiſc. Lau-
retan. in voto per eum dato in cauſa Florentin.
prælationis , ſeu præcedentiæ inter Archidiaco-
num, Canonicos , & Vicarium eiuſdem Eccleſiæ
Florentinæ. in 5.difficultate.*

Et facit quod dicitur de Vicario Archiepiſcopi,
qui non habet iuriſdictionem in Epiſcopos ſuf-
19 fraganeos † *c.romana.§.officiales autem.de offic.
ordin.in 6. Abb. in c ſi quis contra.in 1. & 2. le-
ctur.n.29.& 34.de for.compet.* Niſi quando Ar-
20 chiepiſcopus eſſet abſens, † tunc enim Vicarius
habebit in d.ſuffraganeos iuriſdictionem cum
facultate proferendi ſententias excommunica-
tionis, interdicti, & ſuſpenſionis *Franc. Marc.
q.483.nu.2. p.1. Foller. Rebuff. Lancell. & alij,
de quibus per Sbrozz. de uicar. epiſcop. lib. 2.
21 q.58. nu.3.* † Exemplo ſenatorum,qui præſente
Principe non poſſunt condere ſtatuta, niſi ab eo
confirmentur *Bald.in l.humanum. nu.2.C.de le-
gib. Auffr. ad deciſ. Cappell.Tholoſ. 48.*

In alijs tamen caſibus indiſtincte Vicarius erit prę-
ferendus Arhidiacono , ſeu Archipresbytero ,
& Canonicis ; Quidquid enim pro Archidiaco-
22 no concludant † *Menoch. conſil.51.& ibi Pic-
card. conſil.52.lib.1.* Verior eſt opinio ad fauo-
rem Vicarij,quam latè defendit *Abb. conſil. 21.
lib. 1.* ſequitur *Felin. in c. ſtatuimus . de ma-
ior. & obedient. Caſſan. in catalog. glor. mund.
conſid.46. p.4. Ant. de Prat. de iuriſd. epiſ.op.
c.6.nu.41.* Et licet iſti Doctores loquantur in
Vicario Epiſcopi exiſtente in actu , in quo eſt
tanquam Vicarius : Tamen idem erit in alijs
actibus non ſolum neceſſariò antecedentibus,
& conſequentibus actus iuriſdictionales , ſed
etiam in illis,qui non ſunt neq; iuriſdictionales,
nec neceſſario antecedẽtes, & cõſequentes ad il-
los, neque capiturales,aut collegiales , quando
Epiſcopus eſt abſens,neque tales, in quibus Vi-
carius repræſentet perſonam Epiſcopi , ſed ſunt
actus promiſcui , & indefferentes , ita vt in eis
nullatenus repræſentetur à Vicario perſona
Epiſcopi , Videlicet in actu conuiuij , ad quod
Vicarius, & Archidiaconus à communi amico
fuerunt inuitati, quia ſemper Vicarius erit prę-
ferendus , Prout etiam in actibus iuriſdictiona-
libus indiſtinctè tam in abſentia , quàm in præ-
ſentia Epiſcopi debet præferri , præterquam in
caſibus, & actibus pertinentibus ad officium
Archidiaconi , quaſi in illis tunc Archidiaco-
nus dicatur Vicarius Epiſcopi ; prout omnes
ſupradictos caſus latè proſequitur,& de verio-
ri , & magis communi opinione ad fauorem Vi-
carij teſtatur *R.P.D. Cantuccius Epiſcopus Lau-
retan. in d.ſuo uoto in cauſa Florentina prælatio-
nis inter Archidiaconum,Dignitates,& Canoni-
cos Eccleſiæ Florentinæ ex una, & Vicarium Ar-
chiepiſcopi Florentini ex altera* cuius voti teno-
rem volui hic ſubijcere requiſitus propter ca-
ſus,qui ſępè occurrunt,vt habeatur illorum ple-
na cognitio, & vt debitus honor auctoribus tri-
23 buatur, † cum alienam laudem occultans furi
comparetur , & eadem pœna dignus ſit *arg. l.
hæreditatum.in fin.ff.ad leg. falcid. & notat Iaſ.
in tit.inſtit.de action.in fin.*

In cauſa Florentina prælationis ſiue præcedentiæ

inter Archidiaconum, Dignitates, & Canonicos
Eccleſiæ Florentinæ ex vna, & Vicarium Reue-
rendiſſimi Archiepiſcopi Florentini partibus ex
altera plures conſiderari poſſunt difficultates.

Prima difficultas eſt an opinio Abbatis conſil. 21.
num. 1. & 3. lib. 1. Volentis Vicarium Epiſcopi
præferri Archidiacono ſit communiter recep-
24 ta. † Et in hac difficultate pars affirmatiua
indubitata videtur, cum pro hac opinione ſint
longe plures, & grauiores auctores, quàm pro
contraria: Nam Abbatem referunt, & ſequuntur
Fel. ad rubr. de maior. & obed. n. 10. ad fin. verſ.
& quod de iure debeat, & in c. ſtatuimus. col. 2.
verſ. & dicit abbas. eod. titul. Iaſ. in l. de quibus.
num. 69. & 77. in fin. ff. de legib. Ioannes de Ar-
no. ſing. 28. Caſſan. de glor. mund. part. 4. conſid.
46. Rocc. Curt. in c. fin. de conſuetud. num. 110.
alids. num. 30. ante med. fol. mihi 19. ſecundum
primam impreſſionem Petrus Rauen. eod. titul.
de conſuet. ſect. 2. num. 42. Boer. de auctor. magn.
conſil. num. 75. in fin. & latius num. 147. Staphil.
de liter. grat. titul. de mod. et form. impetr. §.
tranſeo. nu. 14. fol. mihi 162. Rebuf. in ſua praxi
benef. tit. de vicar. epiſc. nu. 7. Lancellot. Corrad.
in ſuo templo omn. iud. lib. 2. cap. 6. §. 2. num. 14.
& 15. fol. 178. Henric. Bott. de ſynod. epiſc. part.
3. num. 20. Anton. Gabr. lib. 5. de præſumpt. con-
cluſ. 1. nu. 37. Papazzo. in ſuis addit. de offic. vi-
car. deciſion. 1. num. 5. Gambar. de legat. de later.
lib. 3. nu. 109. Ruin. conſ. 155. num. 11. lib. 4. Ber-
trand. conſ. 73. n. 8. lib. 2. p. 1. latè Bero. conſil. 22.
25 n. 20. 21. & 22. lib. 1. † Et in terminis Vicarij
Archiepiſcopi Florentini ſecutus Abbatem dict.
conſ. 21. copioſè firmat, & concludit Anton. de
Prec. in tract. de iuriſd. epiſ. c. 6. num. 38. in fin.
cum alijs numeris ſeq. vbi etiam pro hac opinio
ne allegat Card. Iacobat. de concil. fol. 67. colu. 1.
litera B.

In contraria autem opinione non alios eſſe reperi
quàm Menoch. conſ. 51. & Ioan. Piccardum. conſ.
52. inter conſilia eiuſdem Menoch. cui conſilio ſe
26 † ſubſcripſerunt M. Mantua & Gaſpar Fabia-
nus: Vnde nulla eſt prorſus dubitatio quin Abba
tis opinio ſit magis communis.

Secunda difficultas eſt an prædicta Abbatis opinio
ſit de iure vera, & attendenda. Et hic affir-
matiue concludendum eſt, & omiſſis funda-
mentis Abbatis, quæ forte non tranſeunt ſine
dubitatione, & quibus ſigillatim reſpondẽt
Menoch. d. conſ. 51. nu. 55. & 56. & Picard. dict.
27 conſ. 52. nu. 60. cum plur. ſeq. † Mouet me in
primis tex. in c. præcipimus. 93. diſtin. vbi dia-
conus debet ſedere ante presbyterum, quando
locum ſui Patriarchæ, vel Metropolitani obti-
net, tunc enim vt inquit ibi tex. ſicut illius locũ
tenens honorabitur, ex quo textu generalis iu-
dicio meo colligi poteſt concluſio, quod quis
vices alienas gerens, eo ipſo quod vices alte-
28 rius gerit, debet honorari, & alijs præferri. † At
qui negari non poteſt, quin Vicarius Epiſcopi
vices ipſius gerat, cum ideo vocetur Vicarius
quia alterius vicem gerit l. vicarius. ff. de lega-
tion. & tradunt communiter Doctor. ad rubric.
ff. de offic. eius. Nec Vicarius Epiſcopi ex eo
quod propriam habet iuriſdictionem poteſt di-
ci proprias vices gerere, quia licet Ordinariam
iuriſdictionem habens iure proprio vtatur l. 1.
§. qui mandatum. ff. de offic. eius. l. ſolet. ff. de
iuriſd. omn. iud. Non tamen ſequitur ergo vi-
29 ces proprias gerit, † quia quo ad exercitium
iuriſdictionis bene vtitur iure proprio, quo ve-
ro ad perſonam ſecus eſt, quia poteſt vti iure
alieno, qualis eſt vicarius Epiſcopi: ſtant enim
ſimul iſta, quem habere iuriſdictionem ordina-
riam, & tamen alienas vices gerere l. 2. & ibi
Bart. C. de offic. eius qui vic. alter. gerit. l. vnic. C.
de offic. vic. c. ſua nobis. eod. tit. Bero. ad rubr. de
offic. deleg. n. 6.

Nec quicquam eſt quod pro reſponſione huius
fundamenti dicunt Menoch. d. conſ. 51. nu. 57. &
Piccard. d. conſ. 52. n. 61. in fin. & num. 62. & 63.
& 167. cum duob. ſequen. quod ſcilicet tex. in
30 d. c. præcipimus † loquatur in Legato Sedis Apo
ſtolicæ, vt ibi ſentit Turrecrem. Quia pro repli-
catione dicitur falſum eſſe tex. ſpecialiter lo-
qui in Legato Sedis Apoſtolicæ cum expreſſe
loquatur in Diacono obtinente locum proprij
Patriarchæ, aut Metropolitani; Nec Turrecrem.
ibi ſe reſtringit ad legatum Papæ, ſed loquitur
exemplificatiue dicendo niſi ſit Legatus Papæ,
31 vel Patriarchæ, vel Archiepiſcopi. † Præte-
rea deciſio illius text. quod Diaconus debeat
honorari, & ſedere ante Presbyterum in ea ſo-
la ratione fundatur, quod ſit locumtenens al-
terius, vt patet ex illis verbis, tunc enim ſi-
cut illius Locumtenens honorabitur. Quæ ratio
cum ſit expreſſa, & generalis debet extendi vbi
cunque quis locum alterius tenet, cum ſolùm
illa qualitas locumtenentiæ operetur effectum
honoris, & prælationis, Et hoc eſt quod voluit
dicere Dec. in d. c. ſané. num. 2. poſt med. verſic. &
reſoluendo. vbi concludit generaliter Delega-
tum, Vicarium, vel Locumtenentem debere ho-
norari tanquam repreſentantes perſonam prin
cipalis, & propter talem prærogatiuam cęteris
ſuis paribus præferri.

Secundo pro hac opinione adducitur tex. in cap.
grandi. de ſupplen. negl. prælat. lib. 6. iuncto. cap.
in noua. 16. q. 7. Nam in d. cap. grandi cauetur
32 † Adminiſtratori honorem exhibendum ſicut
ipſi domino, vt patet ex illis verbis debitum eis
exhibentes honorem. & not. ibi Anch. in 5. not.
& Barbat. in c. ſané. il 2. n. 3. de offic. deleg. in d.
uero. c. in noua clare diſponitur Vicarium Epi-
ſcopi eius adminiſtratorem eſſe.

Tertio facit quod ſcribit Ang. in l. ſi prior. §. à ti-
tio. nu. 1. per illum tex. ff. qui pot. in pig. habean.
33 vbi vult prærogatiuam, † quæ eſt in principali
eſſe in eius Locumtenente, ſequitur Felin. in c.
cum olim. il. 2. ſub nu. 1. verſ. item. de offic. deleg.
Rimin. ad rubr. ff. de offic. eius. nu. 3. Hoc idem
voluit Franc. in d. c. grandi. n. 5. dicens gerenti
vices alterius eundem deberi honorem, qui de-
betur ei, cuius vicem gerit, & huc etiam perti-
net, quod not. Abb. in d. c. ſané. nu. 2. poſt med.
34 verſ. & facit vbi per illum tex. vult † Vicere-
ctorem

Digitized by Google

ctorem ſcholarium eſſe honorandum ſicut Re-
ctorem, quia Rectoris vices gerit Idem *Abb. in d.c.cum olim.in 1.not.& ibi Fel.n.1.& Roman. ſingul.367.*
Nec videtur obſtare vnum,quod tradit *Bald. in l. ſed ſi hac lege.§.fin.ff.de in iuſ. voc.* dicens per
35 illum tex. † maiorem honorem deberi Epiſco-
po, quam eius Vicario, & *Bald.* ſequitur ibi
Alex.n.1.Iacob.de ſancto Georgio. pariter.nu.1. Iaſ.n.6.Barbat.in d.c.ſanè.n.7.& ibi Dec.nu.2. Alciat.ad rubr.de offic. ordin. ſub n. 27. & ple-
riq;recentiores in *d.rubr.ff.de offic. eius.* Siqui-
dem pro reſponſione poteſt dici in primis hoc
dictum *Baldi* quatenus fundatur in *d.§.fin.*non
tranſire ſine difficultate, ex quo ille tex.varios
habet intellectus;Nam ſecundum *Riminald ibi ante num.2.& in d.rubr.ff.de offic. eius. num.6. cum ſeq. verſ. ad primum responde.* intelligitur
ille tex.vt ideò ibi libertus tutori, vel curatori
patroni non debeat eandem reuerentiam,
36 quam debet ipſi patrono, † quia id contingit
propter pœnam, quam libertus contrafaciens
incurrit, Vel intelligitur ille tex. ſecundum
Barbat.in d.c.ſanè.n.8.& Iacob.de ſancto Georgio.de feud.in verb.vicarius perpetuus. num.11. verſ.non obſtat. quod verba edicti de in ius vo-
37 cando diriguntur in perſonam patroni, † ideo
non mirum ſi edicti diſpoſitio non extenditur
ad perſonam alterius,& per conſequens ad tu-
torem, vel curatorem patroni,cum indultum
perſonale non egrediatur terminos ipſius per-
ſonæ. Vel poteſt etiam & tertio tex. ille intel-
ligi ſecundum *Felin.in d.c.cum olim. n.1.in fin. verſic.ſed vera ſolutio.* quod ibi non litigatur
cum tutore, vel curatore patroni,tãquam cum
tutore, vel curatore, quia ibi non agitur de re-
bus, & negotijs ipſius patroni.
Prçterea poteſt reſponderi, quod licèt dictum
Baldi poſſit eſſe verum ratione maioris iuriſdi-
38 ctionis,† quia multa competunt Epiſcopo,quæ
non competunt eius Vicario, & propterea re-
ſpectu amplioris,& firmioris iuriſdictionis ma-
gis honorandus eſt Epiſcopus, quàm eius Vi-
carius, vt latè deducit *Iaſ.in d.§.fin.num.6.& Alciat.in d.rubr.de offic. ordin. nu.28.in fin.&*
39 *num.29. in princ.* † Nihilominus non ſequitur
quin Vicarius in illis actibus,in quibus iuriſdi-
ctionem habet cum Epiſcopo ſit pari honore
afficiendus, ſicut enim Epiſcopi, & Vicarij eſt
vnum,& idem tribunal *c. 1.de conſuet. lib.6.* ita
etiam debet eſſe vnus,& idem honor,& reuerẽ-
tia,& ſic in ſumma videtur concludendũ,quod
habita ratione perſonæ Epiſcopi, vel compara-
tiuè loquendo comparando perſonam Epiſcopi
cum perſona Vicarij non idem honor, ſed ma-
40 ior debeatur Epiſcopo,quàm Vicario,† ſed lo-
quendo ſpecialiter de actibus iuriſdictionali-
bus, & alijs actibus in quibus Vicarius repræ-
ſentat perſonam Epiſcopi gaudeat virtute re-
præſentationis eodem honore,qui debetur per-
ſonæ Epiſcopi repræſentatę; & ita hanc mate-
riam videtur reſoluere *Dec.in d. c. ſanè.num.2. poſt med. verſ. & reſoluendo omnia ſupradicta.*
& Alciat.in dict. rubric.de offic.ordin.num.28.
Tertia difficultas eſt an Vicarius Epiſcopi debeat
prçferri Archidiacono in caſibus, & actibus
pertinentibus ad officium ipſius Archidiaconi,
de quibus *in c.ad hac vbi Abb.* ſigillatim enu-
41 merat. *de offic.archid.* † Et hic negatiuè conclu
detem;Tum quia Archidiaconus in illis dicitur
Vicarius Eiſcopi *cap.1. eodem.titul.de offic. archid.& d c.ad hac. Dec.conſ.420 nu.1.* Vndè ſi
Archidiaconus gerit vicem Epiſcopi, ergo ei
debetur honor,& prælatio per ea,quæ ſupra di-
ximus. Tum quia Vicarius Epiſcopi in concer-
nentibus officium Archidiaconi non gerit vicẽ
Epiſcopi,ſed ipſe Archidiaconus;Merito nõ po
teſt honorem & prælationem prætendere, cum
ob ſolam locumtenentiam,& repræſentationem
alterius debeatur honor,&prælatio,vt ſupra di
ximus,ergo vbi quis non eſt locumtenentes alte
rius neque illum repræſentans non poteſt præ-
tendere honorem,& prælationem.
Qnarta difficultas eſt, an Vicarius Epiſcopi in
actibus iuriſdictionalibus præferatur Archidia-
42 cono,† & Canonicus indiſtinctè tam in præſen-
tia,quàm in abſentia Epiſcopi: Et hic diſtinctè
concludendum arbitror, quia cum Vicarius
poſſit ſuam exercere iuriſdictionem non ſolum
abſente, ſed etiam præſente Epiſcopo, & ſic
non minus dicatur gerere vices Epiſcopi eo
præſente,quàm abſente, conſequens ſit vtroque
caſu Vicarium eſſe honorandum, & præferen-
dum;quia negari non poteſt, quin eadem ratio
honoris,& prçlationis vigeat in caſu prçſentiæ
Epiſcopi, ſicut in caſu abſentiæ, cum vtroque
caſu, vt dixi Vicarius repræſentet perſonam
Epiſcopi,& eius locum teneat, Et *Abb.d.conſil.* 21. loquitur etiam in caſu præſentiæ Epiſcopi,
vt patet *nu.3. prope fin. uerſ. non obſtat tertium argumentum. ibi ut habeat poteſtatem in præſentia Epiſcopi dumtaxat.* vbi videtur confun-
dere præſentiam, & abſentiam Epiſcopi volens
vtroque caſu Vicarium eandem habere pote-
ſtatem.
Non obſtãt adducta in contrarium per *Piccard.d. conſ.52.n.69.uerſ.& dato quod aliqua.cum alijs*
43 *numeris ſequen.* † Et in primis non obſtat quod
Canones loquantur de legatis, & Vicegerenti-
bus Dominorum in totum,& verè abſentium,&
dicta Doctorum debẽt intelligi ſecundum iura
per eos allegata *Bart.in l.non ſolum. §. liberationes.ff.de liber.legat.* ergo Vicarius debet ho-
norari abſente Epiſcopo,vt illi ſuffectus, nõ au-
44 tem eo præſente. Quia reſpondetur † quod iu-
ra loquuntur in caſu abſentię narratiuæ, quia
accidit in facto, non autem diſpoſitiue,quaſi in
caſu præſentiæ ſecus ſit. Immo cum debeat at-
tendi ratio locumtenentię,qua ſola nititur *tex. in d. c.præcipimus* cumq; illa militet etiam in
caſu prçſentię Epiſcopi, vt ſupra deduximus;
Merito idem ius eſt ſtatuendum.
Secundo non obſtat *tex.in c.1.§.fin. de offic.ordin. lib.6.ubi Gemin.& Franc.* notant præſentiam
principalis diminuere iuriſdictionem, & pote-
45 ſtatem officialis,† & e contra abſentiam auge-

re arg. *c.cum nullus. de temp. ordin. lib. 6.* Quia
reſpondetur *tex. in d. §. fin.* procedere particu-
lariter in caſibus ſuis, nempè vt officiales Ar-
chiepiſcoporum exiſtentium in ſua prouincia,
vel circa illam non poſſint in ſuffraganeos cen-
46 ſuras eccleſiaſticas exercere, † & quod ille tex.
procedat ſpecialiter in illo caſu trad. *Gemin. ibi in primo not.* notans officialem in quibuſ-
dam caſibus habere minorem iuriſdictionem
præſente eo, qui illum conſtituit, quam eo ab-
ſente.

Quinta difficultas eſt. Nunquid Vicarius Epiſco-
pi præferatur Archidiacono, & Canonicis non
47 conſideraris, vt ſingulis † ſed vt vniuerſis, & vti
Collegio, ſiue Capitulo, ſiue corpori congrega-
to veluti in choro, proceſſionibus, funerabilibus
& ſimilibus, Et hic putarem diſtinguẽdũ, quod
aut Epiſcopus eſt præſens, & tunc Vicarius nõ
debeat honorari, nec præferri, quia cum Epiſco
pus ſit caput, Archidiaconus verò & Canonici
ſint membra, & ſic vnum corpus conſtituant, vt
eſt *tex. in c. nouit. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. capituli.* vtique inconueniens videtur, vt
membra à ſuo capite diſiungantur, vt inquit
tex. in c. 1. 12. diſt. quæ quidem diſiunctio fieret
ſi Vicarius inter Epiſcopum, & Canonicos in-
ſereretur, & commiſceretur, & ita procedunt
tradita per *Piccard. d. conſ. 52. nu. 139. cum ſeq.*
Si vero Epiſcopus eſt abſens, & Vicarius gerat
vicem illius tanquam caput debet honorari, &
pręferri.

Sexta difficultas eſt; Nunquid Vicarius Epiſcopi
præferatur Archidiacono & Canonicis in acti-
bus neceſſario antecedentibus, & conſequenti-
48 bus actus iuriſdictionales, † exempli gratia
Epiſcopus vult viſitare ſuam diœceſim, & par-
tem viſitationis committit eius Vicario, nun-
quid in itinere, in menſa, in ſeſſionibus, & alijs
actibus neceſſario præcedentibus, vel ſubſequẽ-
tibus actum viſitationis Vicarius pręcedat Ar-
chidiaconum, & alias Dignitates, ſiue Canoni-
cos Epiſcopum in viſitatione concomitantes,
& aſſociantes. Et in hac difficultate pars affir-
matiua de iure verior videtur; quia ille honor
& prælatio, quæ iure debetur Vicario, dũ exer-
cet actum iuriſdictionalem viſitationis, & ſic
dum repræſentat perſonam Epiſcopi extendi-
tur ad alios actus neceſſario antecedentes, vel
49 ſubſequentes actum illum viſitationis, † quia
admittitur extenſio in ijs, quæ veniunt per mo-
dum antecedentis, vel conſequentis neceſſarij,
vt pluribus Iuris exemplis; & deciſionibus fir-
mat *Aim. de antiq. temp. p. 4. ſect. 1. n. 63. 64. 65. & 66. cum ſeq.*

Septima, & vltima difficultas eſt an Vicarius Epi-
ſcopi præferatur Archidiacono, & Canonicis in
actibus, qui non ſunt neque iuriſdictionales, ne-
que neceſſario antecedentes, vel conſequentes
ad illos, neq; capitulares, ſiue collegiales quan-
do Epiſcopus eſt abſens, neq; tales, vt in eis Vi-
50 carius repræſentet perſonam Epiſcopi, † ſed
ſunt actus promiſcui, & indifferentes, in quibus
perſona Epiſcopi nullatenus à Vicario repræ-
ſentatur, vt puta in actu conuiuij, ad quod Vi-
carius, & Archidiaconus à communi amico fue-
rint inuitati: Et in hac difficultate, in qua diu
multoque anceps fui, cum illam à nemine in
ſpecie tactam inuenerim. Tandem negatiuam
opinionem tanquam de iure veriorem ample-
ctendam cenſui motus ex pluribus.

Inprimis ex ceſſatione rationis honoris, & præ-
lationis Vicarij, quæ ratio, ſicut deduximus ſu-
perius in ſecunda difficultate in primo funda-
mento, tota conſiſtit in illa vicegerentia, ſiue re-
præſentatione perſonæ Epiſcopi. Vicarius enim
habet præhominentiam, & honorem ex perſona
Epiſcopi ex eo ſolum, quod eius locum obtinet,
& illum repræſentat, vnde conſequens fit, vt in
caſibus, & actibus, in quibus Vicarius non ſuſti-
net vices Epiſcopi, neq; eum repræſentat non
debeat tanquam Vicarius honorari, & præferri
ſed potius vt priuatus ſit cenſendus.

Secundò videtur in terminis deciſio *Fel. in c. cum olim. il. 2. n. 1. in fin. verſ. ſed vera ſolutio. de of-*
51 *fic. deleg.* † vbi firmat eundem honorem debe-
ri Vicegerenti in actibus, in quibus repræſentat
principalem, in verò, actibus, in quibus non re-
præſentat ſecus eſſe per *tex. in l. ſed ſi hac lege §. ſemper. ff. de in ius vocan.* vbi ideo libertus non
debet in illo caſu eundem honorem exhibere
tutori, vel curatori patroni, quia ibi non agitur
de rebus, ſiue negotijs ipſius patroni, & ſic non
52 ſumus in caſu, † ſiue actu, in quo perſona pa-
troni repreſentetur, & *Felinum* refert, & ſequi-
tur *Anton. Gabriel. lib. 6. de reg. iur. concluſ. 2. nu. 63.* & hoc idem licèt de *Felino* mentionem
non faciat voluit *Sebaſt. Sap. ad rubr. ff. de offic. eius. n. 6. verſ. vnde ad iſtas difficultates.* Et illud
idem ſentit *Cagnol. ibi. n. 77. verſ. idcirco reſpe-*
53 *ctu honoris.* dicens Vicerectorem honorari, † ſi-
cut Rectorem quando illum repræſentat, puta
quando incedit cum capuccio, in alijs autem
actibus ſecus eſſe.

Tertio multum facit theorica Bart. communiter
recepta *in l. plius. in princ. ff. de legatio.* vbi in il-
la quęſtione: An Vicerector ſtudij eandem ha-
beat immunitatem, quam habeat Rector diſtin-
54 guit † quod aut Vicerector conſtituitur à Re-
ctore, & tunc ipſe Rector videtur agere per eũ,
& nullam Vicerector immunitatem habet *per tex. ibi. & in l. vicarius. eod. tit.* Aut Vicerector
propter diſceſſum, ſeu mortem Rectoris ab vni-
uerſitate creatur, & tunc eandem habet immu-
nitatem, quam haberet ſi principaliter ipſemet
rector conſtitutus eſſet per *l. vlt. in fin. C. vt di-
gnit. ord. ſeruet.* & hanc Bart. diſtinct. refert &
ſequitur *Cardin. in clem. 1. in 6. oppoſ. in fine de offic. vicar. latè Angel. Aretin. ad rubric. inſtit. de except. n. 7. Abb. in c. cum olim. il 2. in primo no-
tab. & ibi Felin. nu. 1. de offic. deleg. Barbat. in c. ſanè. il 2. n. 6. & ibi. Dec. nu. 2. verſ. ſimiliter vi-
detur. eodem. titul. de offic. deleg. Roman. ſing. 367. Felin. in c. mandata. ſub. nu. 1. de except. Iaſ. in l. 1. nu. 74. ff. de offic. eius. Cacetalup. in l. dum
functo. n. 61. ff. de offic. aſſeſ. Gomeſ. in §. fuerat. n. 13. Inſtit. de action. Boer. de auctor. magn. conſ. n. 67.*

n. 87. Alex. ad rubr. ff. de offic. eius. n. 14. & ibi Cagnol. n. 75. vſq; ad 80. vbi de cõmuni *Bellon.*
55 *n. 100.* vbi pariter de communi. † Ee hæc Bart. diſtinctio habet locum non ſolùm in Vicerectore, ſed generaliter in quocunq; Vicegerente, vt per *Felin. in d. c. mandata. ſub num.* 1. Item non ſolùm procedit quo ad immunitatem, & priuilegium, ſed etiam quo ad prærogatiuam, & ho-
56 norem, † vt per *Roman. d. ſing. 367. Felin. in d. c. cum olim. nu. 1.* Cagnol. *in rubr. de offic. eius. n. 75. & 79.* Vndè in propoſito dicendum videtur, quod Vicarius Epiſcopi ſi eſt auctoritate Papę conſtitutus tunc habeat omnes qualitates
57 quæ ipſi Epiſcopo inſunt, † & propterea ſit æqualiter honorãdus ita *Aleiat. ad rub. de offic. ordin. n. 29. verſ. vbi autem vicarius.* Si verò Vicarius eſt creatus ab Epiſcopo, à quo de iure regulariter conſtituitur *c. 2. de offic. vicar. lib. 6.* Tunc Vicarius nõ poteſt vti qualitatibus, præhẽminentia, & honore competentibus Epiſcopo niſi in caſibus, & actibus, in quibus perſonam Epiſcopi repræſentat. Et ratio differentiæ po-
8 teſt eſſe duplex; † Prima quod maior ſit dignitas quam quis habet ex perſona propria, quam dignitas quæ competit ex perſona alterius, vt inquit *Bart. in l. quod principi. in fin. ff. de leg. 2. Dec. in d. c. ſanè ſub nu. 2. verſ. & ad hoc. Aleiat. d. rubr. de offic. ordin. nu. 29* & hoc idem voluit *Cagnol. in d. rubr. de offic. eius. nu. 79. verſ. placet tamen.* inquiens quod repræſentans perſonam alienã, dignitatem, quam habet alienq iure ha-
› bet, † perſona verò repræſentata ex iure in ſe radicato dignitatem habet; & propterea hæc dignitas illi præferenda eſt *arg. l. ſi quid bello. cum ibi not. per gloſ. & Doct. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Quocirca ſi Vicarius epiſcopi haberet dignitatem, & pręheminẽtiam ex perſona propria, quod quidem contingeret quando auctoritate Papæ creatus fuiſſet, tunc vbiq; reperiretur, & quemcunq; actum exerceret etiam extra iuriſdictionem ſuam, deberet ſemper, & indiſtinctè honorari, & præferri, quia honor, & prælatio inhæreret ipſi perſonæ, & ab ea ſeparari non poſſet. Sed cum Vicarius à perſona epiſcopi in totum pendeat, † cum ab eo creetur; ad eius libitum reuocetur, & eius morte extinguatur illius iuriſdictio *d. c. 2. de offic. vicar. lib. 6. clem. fin. & ibi Doctor. de procurat. Scriben. ad rubr ff. de offic. eius. & in c. quoniam abbas. de offi. deleg.* Ideircò habet præheminentiam, & honorem non ex perſona propria, ſed ex perſona epiſcopi, & ſic honor, & prælatio ſibi competit dumtaxat in caſibus, in quibus perſonam piſcopi repræſentat.

unda poteſt eſſe diuerſitatis ratio quia quãdo 'icarius creatur ab epiſcopo tunc non agit pro è † ſed pro epiſcopo ad inſtar Vicerectoris onſtituti à Rectore; qui dicitur gerere officium ectoris per ipſum vicerectorem, vt inquit *art.* communiter receptus, & probatur *in d. filius. in fin.* ibi quia per filium legatione funus videtur, & benè declarat *Cagnol. in d. rubr. de offic. eius. n. 79. verſ. tertio prædicta diſtin-*
62 *ctio.* † Et propterea eſt conueniens, vt Vicarius ab epiſcopo creatus, & agẽs non pro ſe, ſed pro illo debeat ſolum honorari, & præferri, quando vices epiſcopi obtinet, ſi verò Vicarius eſſet conſtitutus auctoritate Papæ, tunc non pro epiſcopo, ſed pro ſe ageret, & omnis prærogatiua,
63 & prælatio debita epiſcopo ſibi ſemper, † & indiſtinctè competeret ad inſtar Vicerectoris ab vniuerſitate conſtituti, qui non pro Rectore, ſed pro ſe officium Vicerectoris gerit, & ideò gaudet omnibus priuilegijs & prærogatiuis ipſius Rectoris, vt rectè declarat *Cagnol. in d. rubr. de offic. eius. ante. n. 80. per tex. in l. 2. C. de offic. eius*
64 *qui vic. alterius iud. obt.* † qui tex. *ſecundum Bellon. lib. 1. ſupputat c. 12. n. 3.* videtur probare Vicegerentem à Principe conſtitutum repræſentare non perſonã eius, cuius vices gerit, ſed locum, ſiue Magiſtratum vacantem, vt colligitur ex illis verbis tueri loco Rectorum.

Quarto, & vltimo præmiſſa confirmantur ex illa communi declaratione tradita per Doctores in locis infra allegandis, dum communem illam
65 concluſionem, † quod Delegatus Papæ ſit maior, & dignior Ordinario declarant non procedere ſimpliciter, ſed ſecundum quid, hoc eſt quo ad cauſam ſibi delegatam, non autem extra illam, cum alibi nõ vt Delegatus, ſed vt priuatus cenſeatur *Barbat. ad rubr. de offic. deleg. n. 17. 18. & 16. Bald. in l. ſi vt oroponis. la prima. n 9. verſ. tu autem. C. quomodo. & quand. iud. Alex. conſil. 79. nu. 1. circa med. verſic. delegatus enim. lib. 1. Idem Alex. in rubr. ff. de offic. eius. n. 6. prope fin. verſ. & in cauſa ſibi delegata. & ibi* Riminald. *nu. 6. Curt. Iun. nu. 12. in fin. Purpur. n. 30. in fin. & n 36. verſ. ſed quidquid ſit. Cagnol. n. 47. cum trib. ſeq. Orian. nu. 25. verſic. iccirco teneo. Bellon. nu. 50. Franc. Maſq. deciſ. 72. n. 3. & 4. lib. 1.* & hanc eſſe communem opinionem inquit *Cagnol. vbi ſupra nu. 48. verſ. ea propter.* & magis communem dixit *Berou. ad*
66 *rubr. de offic. deleg. n. 36. circa med.* † & in terminis honoris tradit *Anchar. in d. c. ſanè. in 1. not.* dicens delegato Principis eundem honorẽ exhiberi, qui ipſi Principi tribuitur, idq; verum
67 eſſe quo ad illã cauſam, † in qua eſt delegatus ſubdens, quod ſi extra illam vocaretur in iudicio, vel delinqueret, vel aliqua ſibi iniuria irrogaretur, non cẽſeretur in hoc maior, ſed eſſet, vt priuatus, & *Anchar.* refert & ſequitur *Barbat. in d. c. ſanè. nu. 2.* Rimin. *ad d. rubr. de offic. eius. nu. 3. & 6. Purpur. nu. 36. & 37.* Cagnol. *n 49.* Rimin. *iun. n. 52. & 53.* Et probatur hæc communis declaratio ſecundum omnes *in d. c. ſanè.* ibi *in cauſa illa maior, & ſuperior eſt & in c. paſtoralis. §. præterea. ibi quantum*
68 *ad illud ſit maior. de offic. ordin.* † Etenim maior dicitur etiam reſpectu honoris, & prælationis *c. 1. & c. ſtatuimus. & ibi Abb. in 2. notab. de maiorit. & obedien.* Rimin. *in d. rubr. de offic. eius. n. 2. verſ. hoc comprobatur. Bero. d. rubr de offic. deleg. nu. 43. verſ. maior etiam ſumitur.*

pulchrè

pulchrè *Bald.conſ.387.col.1.circa fin. verſ.ma-*
ior.ab honore & excellentia dicitur. lib.1. *Boer.*
deciſ.286.n.8. Vnde quemadmodum Delegatus
Papæ dicitur maior, & ſuperior non abſolutè,
ſed ſecundum quid, hoc eſt quo ad illam cauſã
tantum, quæ eſt ſibi commiſſa, & non extra
illam, ita etiam Vicarius Epiſcopi dicetur ma-
ior, & ſuperior Archidiacono ſolũ quo ad actus
iuriſdictionem ſuam concernentes, & non extra
69 illos, † licèt enim Delegatus, & Vicarius Epi-
ſcopi differant quo ad iuriſdictionem, cum ille
delegatam, hic ordinariam, ille particularem,
hic vniuerſalem habeat: Tamen quo ad repræ-
ſentationem nulla eſt differentia, vterq; enim
alium repræſentat, ille delegatã, hic Epiſcopum
& maioritas, & ſuperioritas, & per conſequens
70 honor, & prælatio nõ peruenit† ex iuriſdictio-
ne, neq; ex qualitate, & quantitate ipſius, ſed ex
repræſentatione: Ideo enim Delegatus Papæ in
cauſa ſibi commiſſa eſt maior, & ſuperior ordi-
nario, quia vices Papæ gerit *ut in d.c.ſane* ex-
preſsè cauetur, & ſic maioritas, & ſuperioritas
tota tribuitur repræſentationi, alioquin, ſi ad iu
riſdictionem eſſet referenda ſequeretur Ordina
rium, quia ampliorem, & firmiorem habet iuri-
ſdictionem *Doctor. communiter. in d. rubr. ff.*
de offic.eius. fore maiorem, & digniorem Dele-
gato Principis.

Non obſtat quod voluit *Dec.ad d.rub. de offic. de-*
leg.num.2.circa med.verſ.& concludendum.eſt
& ad rubric.ff. de offic. eius. num.4. ante med.
71 *verſ.ſed iſta reſolutio.* † vbi firmat Delegatum
Papæ non dici maiorẽ Ordinario ſolum reſpe-
ctu illius cauſæ; quia hoc indubitatum eſt, ſed
dici maiorem abſolute propter repræſentatio-
nem Summi Pontificis, quæ in ordinario nõ re-
peritur. Quippe pro reſponſione animaduer-
tendum eſt repræſentationem Papæ, quæ in eius
Delegato exiſtit non eſſe abſolutam, & genera-
lem, ſed ſpecialiter ſolum reſtrictam ad cauſam
delegatam *d. cap. ſane. ibi in cauſa illa maior,*
& ſuperior eſt. & d. §. præterea. ibi quantum
ad illud ſit maior. ſi igitur illa vicegerentia ſiue
repræſentatio eſſet generalis, & abſoluta fru-
ſtra, & perperam, maioritas, & ſuperioritas De-
72 legati fuiſſet reſtricta ad illã cauſam, † Et opi-
nionem *Decij* in ſpecie reprobant *Bero.ad dict.*
rubr.de offic.deleg.n.42.Ortan. ad dict.rubr. de
offic.eius.n.25.& verſ.& licet Gozzad.num.29.
circa med.Purpur. num.36. verſ.ſed in hac.Ca-
gnol.num.49.verſ. & ratio decij debilis. eſt Bel-
lon.nu.50.verſ.contra hoc vltimum.& num.ſeq.
vbi etiam reſpondet ad obiectum *Decij* quod
in cauſa delegata, & exempta à iuriſdictione
Ordinarij nõ cadit comparatio inter Delegatũ
Principis, & Ordinariũ, quod immo cadit, quia
exercitium iuriſdictionis in cauſa delegata eſt
penes Delegatum, habitus vero remanet penes
Ordinarium, & ſic exemptio intelligitur quo ad
exercitium, non quo ad habitum.

Secundo non obſtat ſi cum *Bero. in eadem rubric.*
n. 39. verſ.ſecundo non refragatur. dicatur *tex.*
in d.c.ſane loqui in Delegato Papæ maiore, &
ſuperiore illis, quorum cauſam terminandam
ſuſcepit, hoc eſt litigatoribus, cum illorum cau-
ſam ſuſcipiat terminandam, & ſic ille tex. non
videtur dignus allegari ad id, ad quod cõmuni-
73 ter inducitur. † Quoniam reſpondetur tex. in
telligendum eſſe non de litigantibus, ſed de Or-
dinarijs, tum quia aliàs eſſet de indubitabili,
nam cui dubium iudicem delegatum eſſe maio-
rem; & ſuperiorem in cauſa ſibi commiſſa ipſis
litigantibus. Tum quia fruſtra tex. vim faceret
in illa vicegerentia, ſiue repræſentatione Prin-
cipis, quia quilibet Delegatus etiam alterius
quam Principis in cauſa ſibi delegata eſt ma-
ior, & ſuperior litigantibus in illa cauſa. Ideo
autem tex. fundat ſe in repræſentatione Princi-
pis, quia intelligit eius delegatum eſſe maiorẽ,
& ſuperiorem in cauſa ſibi commiſſa quocunq;
Ordinario, quod certe non eſſet ſi Principẽ non
repræſentaret. Et non obſtant illa verba quo-
rum cauſam ſuſcepit terminandam, quia ille
genitiuus quorum debet intelligi reſpectu iu-
riſdictionis, non reſpectu proprietatis, vt ſit
ſenſus maior illis quorum cauſam &c. hoc eſt
maior illis iudicibus ordinarijs, quorũ eſt cau-
ſa, quia ad eorum iuriſdictionem ſpectat, vt be-
ne deducit *Berou.ad d.rubr.num.40.circa med.*
uerſ.ita procedant.

Tertio etiam non obſtat ſi cum eodem *Bero. in d.*
rubr.nu.4. diceretur *tex.in d.cap.ſane* reſtrin-
gendum eſſe ad Delegatum, qui aliàs etiam iu-
riſdictionem ordinariam habebat, & ſic ad eum
in quo concurrit duplex qualitas ordinaria, &
delegata; Quia reſpõdetur tex. loqui ſimpliciter
de Delegato Principis, merito de quocunq; de-
legato debet intelligi: Præterea tex. totam vim
conſtituit in eo, quod Delegatus Papæ gerit vi-
ces illius, quæ ratio vicegerentiæ militat etiam
in Delegato, qui aliàs iuriſdictionem ordinariã
non habebat, & ſic ille tex. iudicio meo rema-
net clarus, & indubitatus pro hac concluſione
quod qui alium repræſentat dicatur maior, &
ſuperiore ſolum in eo, in quo illum repræſtat.

Cæterum præmiſſis non obſtantibus; quod immo
Vicarius Epiſcopi, ẽt in actibus indifferentibus
debeat Archidiaconum Dignitates, & Canoni-
cos præcedere multum facit communis exiſti-
matio hominum exiſtimantium Vicarium Epi-
ſcopi generaliter in actibus in differentibus ho-
74 norandum, & præferendum eſſe: † Quia com-
munis hominum reputatio in materia præce-
dentiæ multum operatur, vt in terminis tradit
Bald.conſ.387.colum.2.in princ.uerſic.item illa.
lib.1.per tex.in l. athletas. ff. de his qui not. in-
fa.ſequitur *Boer. deciſ.186. nu.8. uerſ.item illa*
eſt maior. Idque comprobatur exemplo nobi-
75 litatis, dignitatis, & inſignitatis loci, † quæ ex
communi omnium opinione dignoſcuntur, &
determinantur, vt plene deduxi *in deciſione fa-*
cta in una Mediolanen. præpoſitura coram me
die ueneris.4. maij 1576. Præterea comproba-
tur hæc opinio ex eo, quod maioritas iuriſdi-
ctionis arguit maioritatẽ dignitatis, & præemi
76 nentiæ, † vt per *Hoſtienſ.in ſumma. de maiorit.*
& obed.

& obed. §. 1. circa fin. verſ. diſpenſationis ſiue
poteſtatis. Rot. deciſ. 4. circa med. verſ. quam-
obrem per omnes dominos. de elect. in nou. Dec.
conſ. 161. ante fin. verſ. ſeptimo iſta concluſio.
Gundiſalu. de Villadiego. de legat. parte 1. q. 9.
n. 59. Afflict. in c. 1. ſub n. 8. quis dicatur dux,
comes, vel marchio. Nam inter alios modos
dignoſcendi dignitatem eccleſiaſticam eſt quā-
do quis habet adminiſtrationem rerum eccle-
77 ſiæ, † cum iuriſdictione vt tradit Archid. in c. 1.
col. 1. verſic. dic quod dignitas. de conſuet. lib. 6.
per c. volumus. cum duobus ſeq. diſt. 89. & Ar-
chid. ſequuntur ibi Io. Andr. Gemin. & An-
char. Io. Andr. Card. Butr. Anchar. & Abb.
in c. de multa. de præben. Aret. conſ. 23. n. 1. Boer.
78 deciſ. 286. n. 2. † Sed Vicarius Epiſcopi maio-
rem habet iuriſdictionem, quam Archidiaconus,
vt bene deducit Abb. d. conſil. 21. ſub nu. 1. lib. 1.
quia, vt ipſe inquit, Archidiaconus in Vicarium
Epiſcopi nullam poteſtatem habet, & ſi aliquam
in ſuæ eccleſiæ clericos exercere poſſit iuxta c.
ad hæc. de offic. archid. §. in quadam. E contra
vero vicarius epiſcopi in Archidiaconum ius di-
cere poteſt, Ergo vicarius eſt dignior, & præfer-
ri debet Archidiacono.

Nec obſtant duæ reſponſiones traditæ per Me-
79 noch. d. conſ. 51. n. 55. & 56. † quarum altera
eſt, quod maioritas iuriſdictionis nō arguit ab-
ſolutè maioritatē dignitatis, vt patet exemplo
Delegati Principis, qui nō habet maiorē iuriſdi
ctionē, quàm Ordinarius, & tñ eo eſt dignior, vt
ſupra deductum fuit. Altera reſponſio eſt quod
maioritas iuriſdictionis arguit maioritatem
80 præheminentiæ in ipſo actu iuriſdictionis, † non
in cæteris actibus, vt oſtenditur exemplo Ar-
chidiaconi, qui in actibus concernentibus ſuum
officium & ſic in actibus iuriſdictionalibus præ-
fertur Archipresbytero, licèt in diuinis Archi-
presbyter præferatur Archidiacono Doctor. in
c. 1. de offic. Archid. Felin. in rubr. de maiorit.
& obed. in princ. verſ. ex hac ratione. Rot. de-
ciſ. 4. col. 1. verſ. & propterea dicimus. de elect.
in nou. Purpur. in l. 1. num. 100 ff. de offic. eius.
Rip. lib. 1. reſponſ. cap. 23. nu. 14. Boer. de au-
ctor. magn. conſ. n. 72. in fin. & nu. 73. & 74.
81 & 75. † Siquidem quo ad primam reſponſio-
nem replicatur; Ideo Delegatum Principis di-
gniorem eſſe Ordinario, licèt minorem habeat
iuriſdictionem, quia repreſentat perſonā Prin-
cipis, vt expreſsè cauetur in c. ſane. il 2. de of-
fic. deleg. & propterea ſicut perſona repreſen-
tata eſt dignior ordinario, ita & perſona repre-
ſentans. Sed circumſcripta huiuſmodi repre-
ſentatione non eſt dubium ordinarium propter
maiorem iuriſdictionem digniorem eſſe dele-
82 gato. † Quo vero ad ſecundam reſponſionem
poteſt replicari negando maioritatem iuriſdi-
ctionis arguere maioritatem dignitatis in ipſo
actu iuriſdictionis, & non in alijs actibus, quia
Archidiaconus non in ipſo actu iuriſdictionis
83 tantum, † ſed ſimpliciter, & abſolutè eſt maior,
& præfertur Archipresbytero, vt colligitur ex
c. perlectis. §. archipresbyter. 25. diſt. & ex c. 1.
de offic. archipresb. Nec Felin. Rot. Rip. Purpur.
Boer. & aly reſtringunt maioritatem, & præla-
tionem Archidiaconi reſpectu Archypresbiteri
ad actus tantum concernentes officium Archi-
diaconatus, ſed ſimpliciter, & generaliter lo-
quuntur.

Poſtremo pro hac eadem ſententia adeſt auctori-
tas Abb. d. conſ. 21. lib. 1. cum quo tot Doctores
ſupra relati cōmuniter pertranſeunt: qui Abb.
loquitur generaliter, & indiſtinctè, & eius ra-
tiones, & fundamenta militant etiam in actibus
non iuriſdictionalibus. Quinimo veriſimiliter
credendum eſt Abbatem voluiſſe intelligere de
actibus indifferentibus, quia de iuriſdictionali-
bus nulla erat difficultas. Nam cui dubium
quod Vicarius Epiſcopi in actibus ſuam iuriſ-
dictionem concernentibus præfertur Archidia-
cono; Sicut è contra Archidiaconus in actibus
reſpicientibus ſuum officiū præfertur Vicario
84 Et multum facit in ſimili, † quod licèt ſimpli-
citer loquendo communis ſit concluſio Docto-
rem præferendum eſſe Militi, vt poſt gloſ. vo-
luit Bald. in l. quod conſtitutū. ff. de milit. teſt.
idem Bald. in proem. ff. in fin. princ. Ang. Aret.
in proem. inſtit. in princ. nu. 5. Alex. in l. centu-
rio. nu. 10. & ibi Galiaul. n. 22. ff. de vulgar. &
pupil. Abb. in c. quanto. n. 2. & ibi Io. de Anan.
ſub nu. 3. & n. 7. de magiſtr. Felin. in rubr. de
maiorit. & obed. n. 4. Iaſ. in l. penult. num. 4. C.
de pact. Boer. de ord. grad. vtr. fori. p. 1. col. pen.
Pet. Cenan. de doct. p. 3. q. 6. late Conrad. in
templ omn. iud. f. l. 8. num. 31. & 32. Nihilomi-
85 nus hæc communis concluſio declaratur, † vt
in actibus doctoreis Doctor præferatur Militi,
in actibus promiſcuis, & indifferentibus Doctor
præferatur Militi, in actibus militaribus Miles
præferatur Doctori vt poſt Signorol. de Homod.
tradit Io. de Plat. in §. pen. n. 18. inſtit. de teſt.
milit. Ang. Aret. in §. fin. nu. 6. inſtit. eod. tit.
Alex. in d. l. centurio. num. 14. & ibi Additio. Fe-
lin. d. rubr. de maiorit. & obed. ſub nu. 4. & d.
c. quanto. nu. 3. Martin. Laudon. de dignit. q. 17.
Boer. de ord. grad. utri. fori. p. 1. col. penult.
Afflict. in d. c. 1. num. 14. quis dicatur dux vel
marchio. Vnde ſicut cōmunis illa opinio, quod
Doctor præferatur Militi intelligitur nedum in
actibus Doctoreis, ſed etiam in promiſcuis, &
indifferentibus. Ita etiam cōmunis illa conclu-
ſio quod Vicarius Epiſcopi pręfertur Archidia-
cono debet intelligi, non ſolum quo ad actus
concernentes iuriſdictionem ipſius Vicarij, ſed
etiam quo ad actus indifferentes.

Et prædicta procedunt indiſtinctè tam præſente
quam abſente Epiſcopo; cum vtroque caſu Vi-
carius ſuam ſemper retineat iuriſdictionem,
quæ cum ſit maior iuriſdictione Archidiaconi;
ideo non mirum ſi Vicarius illi præfertur, cum
vt ſupra deduximus maioritas iuriſdictionis
arguat maiorem præeminentiam, & honorem.

EPITOME.

Præſtatio alimentorum an ſit facienda ſecundum
dignitatem, ſeu neceſſitatem eius, qui debet ali,
& quid

& quid in ſpurio, & in ſeruis, & quando in illis
ſtetur arbitrio iudicis, & quomodo dignitas ſit
interpretanda. Inter ſeruos an quidam ſint
digniores alijs, & de illorũ ætate, & funeribus.

SVMMARIVM.

1 Præſtatio alimentorum eſt facienda ſecundum qualitatem, & dignitatem perſonæ, cui debentur, & an iſta dignitas ſit conſideranda in ſpurio, vel ſufficiat ali ſecundum neceſſitatem. n.2.4. 6.8.9 & 10. & quid in alimentis præſtandis cauſa miſerationis. n.6.20. & 21.
3 Spurij ſunt deterioris conditionis, quã legitimi.
7 Ius naturale conſiderat ſolum alimenta quatenus vitæ ſufficiant, ſecus ius humanum.
11 Obligatus præſtare alimenta quando poſſit alere in hoſpitali.
12 Alimenta neceſſaria dicuntur quæ reſpiciunt dignitatem.
13 Arbitrio iudicis an ſtandum ſit in alimentis ſpurio debitis. n.14.15. & 17.
16 Arbitrium boni viri intelligitur pro mandato iudicis, & de eo, quod paterfamilias declararet quo ad alimenta. nu.18.
19 Iudex recedit à voluntate teſtatoris, ſi cognoſcat alimenta relicta fuiſſe infra condecentẽ gradũ.
22 In ſeruis etiam conſideranda eſt dignitas quo ad alimenta.
23 Dignitas in ſeruis intelligitur pro meliori ſtatu, & opinione, non pro publico honore, cuius eſt incapax.
24 Dignitas ponitur pro conditione.
25 Alimenta, & veſtes debentur famulis conductis ſine ſalario ſecundum conditionem perſonarum.
26 In ſeruis etiam quidam ſunt magis digni, & nobiliores alijs.
27 Serui atrienſes, ſeu atriarij, & atrij qui ſint.
28 Differẽtia inter ſeruos veteratores, & nouitios.
29 Serui an habuerint ſepulchra.

CAPVT CXII.

PRæſtationem alimentorum faciendam eſſe ſecundum qualitatem & dignitatẽ per-
1 ſonæ cui debentur † concludunt Doctor. in l. ſi cui. ff. de ann. leg. & in l. mela. de alim. & cibar. legat. Abb. & Felin. in c. cum omnes col. 18. de conſtitut. Lambertin. de iur. patronat. q. 3. lib. 3. art. 11. ſol. 17. Tiraq. de nobilit. c. 20. nu. 143. latè Surd. qui multis ſimilibus comprobat de alim. tit. 4. p. 18. per tot.

An autem iſta dignitas ſit conſideranda etiam in ſpurio Dicebatur veriorem opinionem eſſe negatiuam, cum ſufficiat illum ali ſecundum neceſſitatem, & educationem de iure ciuili requi-
2 ſitam, † prout eſt tex. in c. cum haberet. 10. in fin. de eo qui dux. in matrim. quam poll. vbi Summus Pontifex mandat ſubminiſtrari ſpurijs neceſſaria, & ſic conſideratur ſolùm illorum neceſſitas, cum præſertim iſti ſint deterioris con-
3 ditionis, quàm legitimi † auth. licèt. C. de natural. liber. c. ſi gens anglorum. 56. diſtinct. Vndè etiam debent illis prouideri alimenta tenuiora,
4 & ita in ſpecie de ſpurio † concludit Aim. conſ. 210. col. vlt. in princ. n. 8. verſ. non tamen debentur. Caſſan. conſil. 39. pro deciſione primi dubij. col. 8. n. 55. Roland. de lucr. dot. q. 94. n. 3. tom. 9. ſol. 396. & conſ. 74. n. 41. lib. 1. Benint. deciſ. 22. n. 6. Lup. in c. per veſtras. not. 3. §. 24. nu. 3. fol. 359. Cardin. Paleott. de noth. & ſpur. c. 47. in fin. & c. 49. etiam in fin. tom. 8. p. 2. fol. 67. Cucius. de legitim. §. poteſt præterea. q. penultim. cum alijs latè per Barboſ. in l. 1. p. 4. nu. 63. cum ſeq. ff. ſolut. matrimon. Lancell. Gall. de ſtatut. de nõ legand. vxor. vltra cert. ſumm. q. 6. nu. 104. verſ. tametſi ipſemet. illicto n. 136. tom. 2. fol. 335. vbi quod ita ſeruatur in praxi Corduben. in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. n. 54. verſic. hæc tamen vix defendere poterit. ff. de liber. agnoſc. Calcan. conſ. 60. col 5. verſ. tertio.

Quibus adde quod iſta alimenta dantur ſpurio ex cauſa miſerationis, quo caſu non conſideratur
5 dignitas, ſed ſolùm neceſſitas † Bald. in l. ſi maritus. ff ſolut. matrim. Prout iſtam cauſam miſerationis conſiderat in ſpecie de ſpurio Roland. conſ. 74. nu. 41. lib. 1. Lup. in d. c. per veſtras. not. 3. §. 24. n. 3.

Contrarium tamen prædictis non obſtantibus verius eſſe Dixi, quod ſcilicèt etiam in ſpurijs ſit conſideranda dignitas, & non ſola neceſſitas, cum abſurdum ſit, vt eodem modo debeantur alimenta ſpurio nobili, quemadmodum priua-
6 to; † licet enim ius naturale conſideret ſolùm quatenus vitæ ſubueniatur c. paſce. 86. diſtinct.
7 l. neceſre. ff. de liber. agnoſcend. † Tamen ius humanum addidit alimenta præſtari debere etiam ſecundum ſtatum, & dignitatem illius, cui
8 ſunt præſtanda, † vnde hoc quoque in ſpurio eſt admittendum, prout in ſpecie concludit Couar. de ſponſalib. c. 8. §. 6. num. 7. & 8. p. 2. fol. 247. Corſet. ſing. 2. alias 330. in verb. ſpurius. Molin. de hiſpan. primogenit. lib. 2. c. 15. n. 55. vbi quod ita ſeruatur in practica.
9 Peregrin. de iur. fiſc. † tit. 17. lib. 3. num. 72. verſ. contra tamen. fol. 166. Spin. de teſtam. gloſ. 16. princ. n. 105. verſ. contrarium tamen ſentẽtiam. Imol. in l. neſennius. 41. §. vult. ad fin. verſ. nam dubium eſt. de re iudic. Alciat. in l. nepos proculo. 125. in fin. de verb. ſignif. Bonacoſt. de æquit. canonic. concluſ. 2. circ. med. Bermond. de public. concubinar. §. qui etiam filios. n. 49. in fin. verſ. ſequitur vt videamus. Surd. de alim. tit. 4. q 18. num. 51. verſ. ſed etiam ſpurijs. Tell. Ferdin. ad leg. 10. Tauri. n. 2. Gabr. de alim. concluſ. 1. n. 31.
10 verſ. contrarium ſumitur. † Et iſta eſt verior opinio, vt concludunt omnes in c. cum haberet. 10. de eo qui dux. in matrim. quam poll. dum dicunt alimenta conſtituenda eſſe ſpurijs ſecundum facultates patrimonij; vt ibi notat Hoſt. in fin. Abb. col. 2. ad fin. verſ. vltimo tenebis perpetuò. Anchar. col. 1. ad med. n. 4. not. 7. & latius Præpoſ. nu. 1. verſ. nota ex textu in fine quod mater. & n. 4. verſ. & nota vltimo. vbi infert ad eũ, qui
11 tenetur ad præſtandũ alicui alimenta, † vt ſuffi-

ciat

ciat, quod illum faciat recipi in hoſpitali; Dummodò talis alimentandus poſsit morari in illo
loco ſine dedecore, aliàs ſecus iuxtà doctrinam
Bald. in l.vnica.§ ſed ſermus. ad med.num 2. vbi
dicit notandum tanquam mirabile C. *de latin.
libert.toll.* ſequitur *Peregrin. de iur.fiſci.tit.*17.
*lib.*3.*nu.*73. & voluit Io. *de Anan. in c.vnic. col.*
3.*ad med.verſ. colligit.etiam. num.*14. *de infant.
expoſit.Lup.in d.c. per veſtras.§.*23. *not.*3. *nu.*9.
*fol.*355. *Ant.Burg.in c.*1. *col. penul. de empt. &
vendit.* Couarr.*de ſponſalib. p.*2.*c.*8.*§.*6. *num.* 9.
*fol.*248.

Non obſtat *tex.in c. cum baberet. in fin. de eo qui
dux. in matrim. quam polluit.* Quia non dicitur
ibi, quod ſolùm præſtentur alimenta ſecundum
neceſsitatem naturalem, ſed etiam adduntur illa
verba, ſecundum quod eis ſuppetit; & licèt *ibid.*
12 fiat mentio neceſsitatis; † Tamen etiam dicuntur neceſſaria, quæ reſpiciunt dignitatem eius,
qui debet ali, prout in terminis declarat *gloſ.in
c.epiſcopus.* 4. *in verb. neceſſaria.& ibi Franc. &
Anchar.n.*5.*de præbend.*

Nec facit quod in præſtandis alimentis ſpurijs ſit
ſtandum arbitrio boni viri ſecundum *gloſ. in §.
conſideremus. in verb. legitima. in fin. auth. de*
13 *trient. & ſemiſ.* † *per tex. in §. ſi quis igitur. ad
fin. auth. quibus mod. natur. efficiant. ſui.* Ign.
*in repet.l. neceſſarios.§.non alias.n.*146. *ad* Sylvan.*Pariſ.conſ.*14.*n.*27.*lib.*2. Quia non per hoc
14 excluditur, † vt bonus vir non debeat in taxandis alimentis conſiderare etiam ſtatum, & dignitatem ſpurij *Bald. in l.*2. *in princ.C.quod cũ
eo qui in alien. poteſt.* vbi quod cõpetens victus
debet iudicari ſecundum diſcretionem iudicis
conſiderata tamẽ qualitate perſonæ *Aret.conſil.*
17.*col.pen n.*20.*dub.*6. vbi quod arbitrium boni
15 viri † ſemper debet præſtare quid pro facultatibus, aut dignitate alicui conueniat, & hoc
multò magis præſtabitur per officium iudicis
tanquam fundatum ſuper æquitate *l. quod ſi*
16 *epheſi. in fin.ff.de eo quod cert. loco.* † Et boni viri arbitrium intelligitur etiam pro mandato iudicis *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligation. l.hoc autem.§.rectè.ex quib.cauſ.in poſſ. eat.*
17 cum concordantibus, † de quibus per *gloſſ. in
l. penult. in uerb.arbitratu. ff. de procurator. et
in l.ſed et ſi vnius permiſſu.* 67. *§. prætor ait. in
verb.quaſi.ff. de iniur.Tiraq. de retract. lignag.
§.*30.*gloſ.*2. *n.*1. *in fin.* Et in ſpecie caſus noſtri
ita declarat *Spin. de teſtam. gloſ.* 16. *princip.*
18 *n.*101. *uerſ. boni viri arbitrio* † vbi etiam quod
huiuſmodi arbitrium debemus intelligere eo
modo, quo poſſet declarare diligens paterfamilias, qui nullum intereſſe haberet *l. quod niſi.*
20.*ad fin. verſ.dũmodo patronus. de oper. libert.*
Ita vt etiam iudex poſsit recedere à voluntate
19 teſtatoris, † ſi cognoſcat alimenta fuiſſe relicta infra condecentem ſtatum *l. at ſi quis. §.
quid ergo.ff.de religioſ et ſumpt.fun.Surd.de alim.
tit.*4.*q.*23.*n.*7.*et priuil.*85.*n.*3. *tit.*8.

Neq. aduerſatur quod illa alimenta tanquam ex
cauſa miſerationis non debeant excedere ne-
20 ceſsitatem † *Bald. in l.ſi maritus.ſ.ſolut. matrim.* vbi de viro vergente ad inopiam, cui dantur ſolum neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem,
cum dentur ex cauſa miſerationis, non ex aliqua obligatione *Iaſ. in §.item ſi de dote. num.*8.
21 *inſt. de action.* † *Roland. conſil* 74.*nu.*41.*lib.*1.
Quia non per hoc dicendum eſt variari modum
alimentorum, ſiue ex vna, ſeu ex alia cauſa debeãtur, cum ſemper ſit habenda ratio exiſtimationis non minus, quàm neceſsitatis, prout hanc
opinionẽ etiam in marito vergente ad inopiam
veriorem dicit *Surd.de alim. tit.*4. *q.*18. *nu.* 45.
*verſ.contra tamen,& nu.*46. *verſ. et ideo ſtabit.*
Et voluit *gloſ. in l. nepos proculo.* 125. *in fin. in
uerb. dignitate. de uerb.ſignificat. Alex. in l. ſi
maritus. in fin. uerſ. ſucceſsiuè quærebat. ff. ſolut.matrim. Aret.conſ.*17.*col.penult in princ.nu.*
16.*in* 5.*dub.Tiraqu.de nobilit.c.*20. *nu.*142. *uerſ.
nobilis ſanè.*

Minus obſtat quod ſpurij ſint deterioris conditionis, quàm legitimi, ideò non eſt illis ita fauendum quo ad alimenta. Quia ſerui ſunt de-
22 terioris conditionis, quàm ſpurij, † & tamen
etiam in illis debet ſeruari dignitas, & ſtatus
reſpectu alimentorum, & non ſola neceſsitas:
vnde multò magis idem erit dicendũ in ſpurijs:
prout de ſeruis *eſt tex. in l.ſed & ſi quid inædificauerit. §. mancipiorum. in fin.ff. de uſufr.* vbi
Vulpianus mandat ſeruum ali, & veſtiri ſufficienter ſecundum ordinem, & dignitatem man-
23 cipiorum: † Intelligendo iſtam dignitatem pro
meliori ſtatu, & opinione, non autem pro publico honore, cum ſeruus illo non poſsit vti *l.generali. C. de tabular. lib.*16. prout ita explicat
gloſ. in d.§. mancipiorum. in uerb. dignitatem.
24 Cum dignitas ponatur † etiam pro ſtatu & cõditione *Rebuf. in l.nepos proculo.* 125. *col.ult.
poſt princ. in uerb. dignitas. ff. de verbor. ſignific.* vbi ita exponit *d. l ſed & ſi quid inædifica-*
25 *uerit.* † quo ad veſtes, & alimenta ſeruis danda
ſecundum eorum dignitatem. Prout etiam declarat *Florian. in d. §. mancipiorum.* vbi ex hoc
infert ad famulos conductos ſine conuentione
ſalarij, vel mercedis, quibus debentur alimenta,
& veſtes ſecundum conditionem perſonarum,
quaſi inconueniens ſit vti veſte non decenti *l.
quidam eum filium de verb.obligation. l.plenum.*
26 *§. & quid ſi. de vſu.& habitat.* † Cum etiam
aliqui ſerui dicantur digniores, & magis nobiles alijs, prout Atrienſes, ſeu Atriarij, ideſt atrij
ſeruitio deſtinati, de quibus *in l.* 1. *§. caupones.
verſ. cæterum.ff. naut. caupon.ſtabul.& in l inſtrumenta.*8 *in fin.ff. de fund. inſtruct. & inſtrum.legat. l. in lege cenſoria.* 203. *§. itemq; de
ſeru. verſ. atrienſes. ff. de verbor. ſignificat.* Vbi
27 *Rebuff. in uerſ. uerum quia* † dicit hos ſeruos
eſſe nobiliores, & in magnis domibus alijs ſeruis; & familiæ præpoſitos, de quibus etiam *Cicer. in paradox.Colummel.lib.*12 *c.*3. *Plin. epiſt.*
19. *lib.*3. cum alijs per *Marcell. Donat. ad Sueton. Tranquill. in Cæſare Auguſto. c.*29. *fol.*231.

Hinc etiam dicimus, vt obiter hoc adnotetur ſeruos nouitios eſſe longè digniores, ac prætioſiores veteratoribus, quaſi mancipia rudia ſint

ſim-

ſimpliciora, & ad miniſterium magis apta, & 28 dociliora, † cum trita & veterana reformare, ac nouis moribus aſſueſcere difficillimum ſit, vt late explicat *Radulph. Fornerius rer. quotid. lib. 4. c. 1. & eſt tex. in l. præcipiunt. 37. ff. de ædilit. edict.* Et Iulius Cæſar recentiora & politiora ſeruitia immenſo pretio comparabat *Sueton. in eius vita. c. 47.* quaſi iſti nouitij ſint fideliores Dominis, cum è contra veteratores longa ſeruitutis experientia callidi viliores cenſeantur: Cum etiam ſpecialiter deberet exprimi ætas ſeruorum, qui deferebantur in cenſum *l. 4. §. in ſeruis. ff. de cenſib.* Eo quod nouitiorum dignitas longe maior eſſet, quàm veteranorum. *Forner. lib. 4. rer. quotid. c. 25. in fin.* Dummodò tamen non ſint decennio minores, tunc enim non tanto pretio æſtimabuntur *l. 5. §. ne autem. C. de commun. ſeru. manumiſſ.* Et dummodò non præſint operi ruſtico faciendo, quos oportet eſſe maiores, operarios verò minores, vt iſti ad agriculturam ſint magis dociles, & illorum monitis æquiore animo pareatur. *Var. de re ruſtic.*
29 *c. 17.* † Et adeo dignitas in ſeruis ſpectatur, vt etiam illi non caruerint honore funeris; ideò locum, in quo ſeruus ſepultus eſt religioſum dicimus *l. 2. in princ. de relig. et ſumpt. funer.* Et de impenſis in funere ſeruorum factis meminit Iuriſconſultus *in l. Iulianus. 14. §. præterea. ff. de act. empt.* Quod non eſt mirum, cum etiam Corui funus celebratum fuerit magnifico ſumptu, & innumeris exequijs *Plin. lib. 10. c. 43.* Licet enim ſerui non habeant priuata ſepulchra, tamen hoc à dominis conſequebantur tanquam priuilegium ſingulare, vt liberorum hominum more ſepulchrum haberent *Radulphus Forner. lib. 6. rer. quotid. in c. 3.*

Nec obſtant contrarium ſequentes, quia ex ſupra allegatis rationibus & auctoritatibus eorũ, qui hanc opinionem tuentur, apparet contrariam ſententiam non eſſe tutam, neq; in praxi ſequendam; ideò non eſſet recedendum ab ea, quæ ſupra fuit firmata.

EPITOME.

In poſſeſſorijs quando ſatis ſit allegare factum ſine cauſa obligatoria. Poſſeſsio tranſlata in heredes vigore ſtatuti an ſit vera, & naturalis. Manutentio poſſeſsionis in quibus caſibus poſſit impediri, & quæ requirantur, vt illi ſit locus. Soluens nomine alterius quando cenſeatur ſoluere de mandato illius, & an ſolutio per manus alicuius ſit intelligenda tanquam ab eius miniſtro. Dolus in venditione rei alienæ an præbeat cauſam reſciſsionis contractus. Penſio tranſlata an dicatur noua, ſeu antiqua. Obligatio ad fauorem nominati in penſione an debeat extendi ad tranſlatarios. Cenſus an ſit extinctus ſi fuit tranſlatus ad alia bona, & an fideiuſſores liberentur.

SVMMARIVM.

1 *Præſtatio unica an ſufficiat ad conſtituendum poſſeſſorem. et n. 2. 3. et 4.*

5 *In pluribus poſſeſſoribus quando unus præiudicet alteri.*

6 *In poſſeſſorijs ſatis eſt allegare factum ſine cauſa obligatoria. Amplia n. 7. & 9. Fallit in petitorio. n. 8.*

10 *Solutio metu cenſurarum operatur quaſi poſſeſsionem, ſi non fuit proteſtatum. Intellige, ut n. 11. & 12.*

13 *Præſtatio annua debita reſpectu rei an faciat, ut competat huiuſmodi poſſeſſoriũ. n. 14. & 15.*

16 *Succeſſor non poteſt excipere à ſe non exactum, nec ſucceſſori poteſt obijci, quod non exegerit ad effectum conſtituendi poſſeſſorem.*

17 *Ius auctoris non uariatur per mutationem.*

18 *Poſſeſsio quando cenſeatur tranſlata in heredes ſtante ſtatuto, & an ſit uera, & naturalis. num. 19.*

20 *Manutentio quaſi poſſeſsionis militat etiam in actu conditionali.*

21 *Non prohibetur manutentio in quaſi poſſeſsione, quamuis non fuerit exactum per multos annos, n. 22. & 24.*

23 *Poſſeſsio non præſumitur in dubio interuerſa.*

25 *Contra negantem ſolutionem poteſt agi remedio ſpolij. & n. 26.*

27 *In incorporalibus ſufficit adipiſci poſſeſsionem unius rei pro tota.*

28 *Penſionarius manutenendus eſt pendente nullitate penſionis, & iniuſtitia poſſeſsionis. nu. 29. et 30. Neq; requiritur cautio. n. 31.*

32 *Poſſeſsio iuriſpatronatus an acquiratur per unicam præſentationem. n. 33. et 34.*

35 *Habens cenſum an debeat manuteneri in quaſi poſſeſsione quamuis prætendatur nullus, aut ſolutus quo ad ſortem principalem. n. 36. et 37.*

38 *Exceptio non adimplementi non retardat manutentionem quaſi poſſeſsionis.*

39 *Sufficit adimpleri per æquipollens, et quomodo hoc intelligatur, et an ſufficiat cautio diuitis cum hypotheca bonorum, et ſuſceptio litis. num. 40. et 41.*

43 *In promiſsione doloſa, et præiudiciali quis repellitur exceptione periurij.*

44 *Emptor quando poſſit agere ad faciendum conſentire omnem perſonam intereſſe habentem.*

45 *Dolus in uenditione rei alienæ an præbeat cauſam reſciſsionis contractus. n. 46. & 47.*

48 *Conductor impeditus facto locantis eligit an uelit recedere à locatione, uel agere ad intereſſe.*

49 *Confeſsio ſolutionis facta ab anteceſſore non præiudicat ad effectum acquirendi quaſi poſſeſsionem.*

50 *Confeſsio procuratoris erronea poteſt reuocari.*

51 *Præſtatio facta ab illis, qui poſſeſsionem conferre non potuiſſent non ſufficit ad manutenendum. et nu. 52.*

53 *Commiſsio de ſoluendo ſi non ſit effectuata non ualet pro conſtituenda quaſi poſſeſsione, et nu. 54.*

55 *Libri mercatorum an probent contra tertium. & n.56.*

57 *Soluens nomine alieno videtur ſoluiſſe de mandato.*

58 *Solutio facta per manus alicuius an inteligatur tanquam ab eius miniſtro.*

59 *Confeſſio prælati an præiudicet Eccleſiæ.*

60 *Interdictum poſſeſſorium quando ceſſet conſtito de cauſa non obligatoria. n.61.*

62 *In relictis annuis perpetuis eſt locus interdictis poſſeſſorijs, ſecus temporalibus.*

63 *Vltra exercitium iuris incorporalis requiritur vt exercens intendat vti iure ſuo ad effectum manutenendi in quaſi poſſeſſione.*

64 *Patientia domini quæ requiritur ad quaſi poſſeſſionem non debet eſſe precaria.*

65 *Intentans petitorium, ſeu remedium recuperandæ non poteſt obtinere manutentionem in iudicio ſummario lite pendente. Declara vt num.66.*

67 *Quaſi poſſeſſio non fundatur per actus generales, & æquiuocos.*

68 *Petens ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione contra minorem an ſit audiendus. n. 69. & 70.*

71 *Conſtitutum an faciat, vt non detur mandatum de manutenendo contra illum, cuius nomine quis ſe conſtituit poſſidere.*

72 *Clauſula ſublata operatur, vt non poſſit dici de ſubreptione, itaut neque detur mandatum de manutenendo.*

73 *Solutio facta per anteceſſorem ante purificatam conditionem non præiudicat ſucceſſori reſpectu quaſi poſſeſſionis.*

74 *Non poteſt procedi executiuè niſi verificatis conditionibus.*

75 *Poſſeſſio transferentis penſionem non ſuffragatur ſucceſſori tranſlatario ad effectum, vt illi debeat concedi mandatum de manutenendo.*

76 *Actus apprehenſiuus etiã eſt neceſſarius in incorporalibus ad effectum manutentionis.*

77 *Per tranſlationem penſionis extinguitur penſio antiqua. Declara vt n. 78. & 79.*

80 *Obligatio ad fauorem nominati in penſione extenditur ad tranſlatarios.*

81 *Cenſus non dicitur extinctus neq. hypotheca ſi fuerit tranſlatus ad alia bona quamuis bona prius cenſuata fuerint liberata, & remanet eadem obligatio cum fideiuſſoribus. Idem in tranſlatione penſionis de vno beneficio ad aliud. n.82.*

CAPVT CXIII.

VNica præſtatio an ſufficiat ad conſtituendum poſſeſſorem; Dicebatur binam ſolu-
1 tionem † requiri ſecundum opinionem *Ant. & Imol. in c. quarelã. de elect. Bened. in c. raynutius. in ver. uxorem nomine adelaſiam deciſ. 5. n. 438. Foller. in prax. cenſual. in verb. huiuſmodi cenſus ſuper rebus n. 101. Sur. deciſ. 10. nu. 10. Flores prac. q. lib. 1. q. 2. n. 25.*
Contrarium tamen Dixi verius eſſe, quod vbi an-
2 nua præſtatio apparet facta † ex cauſa obligationis ſufficiat vnicus actus ſolutionis ad acquirendum quaſi poſſeſſionem; tam in cauſa cẽſus, quàm liuelli, feudi, decimæ, iuriſdictionalium, vſus, vſufructus, aut alterius ſeruitutis, & perceptionis *Rom. conſ. 311. in ult. dub. Rip. in c. cum eccleſia ſutrina. num. 53. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. poſt Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. de itin. act. priuat. Soccin. Angel. Alciat. Rebuf. & alij per Peregr. de fideicomm. art. 46. n. 19. Alex. conſ. 74. viſo puncto. n. 16. lib. 4. vbi Add. in ver. vnicum. Dec. conſ. 117. pro t. nui. colu. 2. ad med. vbi Add. in verb. vnica. & conſ. 215. nu. 5. Aim. conſ. 124. nu. 7. Rot. per Cardin. Lancellot. Lucan. penſion. 4. iunij. 1577. & coram Cardinal. Seraphin gerun len. penſionis. 18. decembris. 1579. Mand. ad Rom. conſ. 70. in fin. Bertazol. conſil. ciuil. 123. nu. 40. Balb. de præſcript. 1. p. 5. p. q. 8.*
3 *n. 11.* Licet etiam hoc eſſet † in arbitrio Iudicis qui conſideratis circumſtantijs poſſet vel vnam vel plures præſtationes admittere ſecundum *Rip. in l. fin. ff. quor. bonor. n. 6. col. ult. uerſ. unde ſtat dubitatio. Peregr. d. art. 46. n. 19. uerſ. ſed contra. Menoc. de arbit caſ. 160. n. 21. Solis. de cenſib. lib. 3. c. 1. n. 9. ad med.*
Maximè quando actus eſt vltimus, qui ſufficit ad
4 manutenẽdum in poſſeſſione † *Oldrad. conſ. 312 thema quæſtionis. Abb. conſ. 54. lib. 2. Federic. conſ. 234. dub. 2. Calder. conſ. 12. de iur. patron. Maſquar. concl. 1194. n. 22. Ann. alleg. 131. nu. 2. per tex. in l. mela. 14. §. ſed ſi alimenta. de alim. & cibar. legat. Andr. de Iſern. in cap. 1. col. 2. de his qui feud. dar. poſſ.* Ita tamen quod quando ſunt plures in poſſeſſione, vnus non præiudicet
5 alteri, † ſi non apparet vnum exercuiſſe actum poſſeſſionis animo ſpoliandi alterum *Abb. dict. conſ. 54. col. fin. n. 4. lib. 1. Calder. conſ. 13. de iur. patr.*
Amplius etiam in poſſeſſorijs ſufficeret allegare
6 factum ſine cauſa obligatoria. † Quia poſſeſſoria conſiſtunt in facto, vnde ad illa fundanda ſatis eſt probare præteritas præſtationes *Abb. in c. quarelam. in 3. not. & num. 12. de elect. ubi Bald. in gloſ. fin. Idem Bald. in l. ſolent. in 1. lectur. §. ult. quæſt. 10. in princ. de offic. proconſ. & legat. Peregr. de fideicommiſ. articul. 46. num. 21*
7 vbi ampliat, quamuis fuerit allegata cauſa, † & illa non probata, dummodo factum poſſeſſionis conſtiterit *Dec. conſ. 136. col. 2. uerſ. pro reſolutione eorum. Rip. in l. 2. num. 3. quor. bonor. poſt Ang. in l. fin. col. 1. C. de ann. except.* Quidquid ſit in petitorio, in quo eſt allegandum ius, &
8 cauſa, † pro qua ſufficiet generalis ſtipulatio, quæ poteſt allegari in omni debito, nec oportet deducere cauſam cauſæ, ſcilicet cauſam ſtipulationis, cum ſufficiat longa temporis præſtatio, quia præſumitur, quod non ſit abſq; iuſta cauſa factum, licèt de ea ſpecificè non appareat *Bald. in l. ſolent. §. ult. in fin. de offic. proconſ. & legat.*
Quod etiam habet locum quamuis fuerit capta poſſeſſio ex falſa cauſa, puta ab hærede tanquã ab inteſtato, cum alius adeſſet ex teſtamento;
9 † Quia falſitas cauſæ in acquirenda poſſeſ-

ſione, licèt impediat effectum iuris ſcilicet, vt
talis poſſeſſio non producat iuris effectum; Ta-
men non debet impedire effectum ipſius facti,
quominus ingreſſus poſſeſſionem ex iſta falſa
cauſa dicatur poſſidere, & detinere, quod ſuffi-
cit pro maudato de manutenendo, prout conclu
dit Rot. per Car. Plat. Medíolan. bonorum 1. fe-
bruarij. 1590. & late per Car. Pamphil. Macera.
bonorum. 4. iulij. 1590.
Immo etiam huiuſmodi ſolutiones ſufficerent,
quamuis viderentur factæ metu cenſurarũ, nã ſi
nõ apparet de proteſtatione in actu ſolutionis
10 operantur quaſi poſſeſſionem † Aim. conſ. 114.
n. 5. & 6. Rot. per Card. Lancellot. Lucan. penſio-
nis. 4. iunij. 1577. Tunc enim conſtat abſuiſſe
animum ſe in obligatione conſtituendi ita pro-
teſtando Alex. conſ. 190. mature. ad fin. lib. 2.
poſt Bald. in l. vlt. C. ne de ſtat. defunct. Inn. in c.
cum olim. de reſtit. ſpoliat. Rot. per Card. Pamph.
pacten. penſionis. 5. Octobris. 1594. Caputaq. de
ciſ. 330. lib. 2. Quamuis Put. deciſ. 281. lib. 2.
11 concludat, † quod ſoluens metu cenſurarum
non animo obediendi, non conſtituat aduerſa-
rium in quaſi poſſeſſione iuris incorporalis
Innoc. in cap. olim. in verb. abſtinuit. de reſtitut.
12 ſpoliat. Quod tamem intelligitur, † dummodo
conſtet de metu. nã ex omiſſa proteſtatiune in-
ducitur præſumptio, quod ſponte ſoluerit, & ſi
aliàs poſſet probari metus, neq; requireretur de
eo proteſtatio Alex. in l. qui in aliena. §. fin. de
acquir. hered. cum alijs per Aim. conſ. 114. nu. 6.
verſ. non tamen dico.
Idem eſt in præſtationibus annuis debitis etiã nõ
13 reſpectu rei, † ſuper qua ſit conſtituta præſta-
tio, puta in eo, qui per plures annos aliquid ſol-
uit ex ex obligatione vera, vel præſumpta, nullo
habito reſpectu ad aliquam rem, quia compe-
tunt huiuſmodi poſſeſſoria Abb. in c. querelam.
num. 3. in 1. not. de elect. Afflict. deciſ. 395. Cre-
ditor enim, cum ſit in huiuſmodi ſtatu præſta-
14 tionis, æquum eſt illum tueri, & defendere; † li-
cet aliud eſſet, quando non fuiſſet in huiuſmodi
ſtatu exactionis Aret. in §. 1. col. vltim. inſtit.
de interdict. Bald. conſil. 325. viſis actis. lib. 3.
Caphal. conſ. 301. n. 34. Quidquid dicat Ang. in
l. regulariter. de petit. hered. cum alijs per Me-
noc. de recuper. q. 8. n. 87. remed. 1. & de adipiſcen.
15. q. 21. rem. 1. n. 87. † Quia contraria opinio eſt
verior, & magis approbata, prout latè cõcludit
Peregr. de fideicom. art. 46. n. 18.
Adde quod huiuſmodi poſſeſſorium inſurgens ex
ſimilibus actibus ſolutionum actiuè, & paſſiuè
16 tranſit in ſucceſſores, † itaut non poſſit ſucceſ-
ſor excipere à ſe non exactum, nec ſucceſſori
poſſit obijci, quod non exegerit: Quia ſucceſſor
æſtimatur pro perſona prædeceſſoris, cuius mu-
17 tatione † non variatur ius auctoris c. quoniam
abbas. §. 1. de offi. deleg. l. 2. §. ex his. de verb. obli-
gat. Rot. in ſpecie de reſtit. ſpoliat. deciſ. 1. in
nou. Guid. Pap. q. 629. Hier. Laurent. deciſ. 82.
n. c. Vrſil. ad Affl. deciſ. 395. num. 2. Caſſan. ſuper
conſuetud. Burgund. tit. 11. §. 2. num. 28. & 29.
rub. de cenſ. & eſt deciſio. Rotæ per R. P. D. Gor-
18 dub. Romana cenſus. 17. maij 1596. † Vbi etiam
quod huiuſmodi poſſeſſio cenſeretur tranſlata
in hærem ſtante ſtatuto verbis. 147. lib. 1. Tiraq.
Gomeſ. & alij per Molin. de hiſpan. primogenit.
19 lib. 3. c. 12. n. 19. vſq. ad nu. 23. † vbi quod iſta
poſſeſſio ciuilis, & naturalis, quæ transfertur
ex miniſterio legis eſt vera, pleniſſima, & illicò
continuatur in ſequentem ſucceſſorem, neque
etiam per momentum vacans, non diuerſa, ſed
eadem cũ illa, quam habebat vltimus poſſeſſor
& defunctus, non quo ad ſubſtantiam, & actua-
lem effectum ipſius poſſeſſionis, quia in hoc eſt
diuerſa, ſed ſolum quo ad qualitatem habitua-
lem, vt ſcilicet ſucceſſor habeatur pro poſſeſſo-
re, non aliter quàm haberetur defunctus, ſi vi-
ueret; in hoc enim eſt eadem Bald. in c. 1. de con-
trouerſ. int. maſcul. & fæm. nu. 1. Zaſ. in epit. ſex-
dor. p. 6. ſ. 5. Tiraq. in tract. le mort. ſaiſit. p. 5. de-
clar. 5. n. 1.
Item prædicta de manutentione quaſi poſſeſſionis
militant etiam ſi eſſemus in actu conditionali
20 † pro vt dicimus de penſione reſeruata poſt
quam fuerit quis inſignitus caractere clericali;
quia iſta conditio non obſtat, quod non ſit ma-
nutenendus in quaſi poſſeſſione exigendi Rot.
coram R. P. D. Penia Forolıuien. penſionis. 24. a-
prilis. 1592.
Vlterius iſtæ manutentiones procedunt quamuis
21 non fuerit exactum per multos annos, † non
enim ex hoc quis prohibetur perſeuerare in
eius poſſeſſione, vel quaſi exigendi, ſi ſolutio
non fuerit denegata, & eius quaſi poſſeſſio in-
teruerſa Innoc. in c. qua, clam. nu. 3. & ibi Abb.
nu. 2. de elect. Bald. in l. 2. col. 7. in fi. verſic. ter-
tio quæritur an per negligentiam. num. 44. C. de
22 ſeruit. & aqua. † Et in exactione decimarum
ita concludit Ruin. conſ. 165. nu. 4. lib. 5. Et in
penſione quamuis per triginta annos non peti-
23 ta Bertazol. conſ. ciuil. 47. n. 21. † Vbi etiam
quod in dubio non præſumitur interuerſa poſ-
ſeſſio Aretin. in l. quemadmodum. ante fin. de
24 acquir. poſſeſſ. † Prout etiam dominus præſu-
mitur eſſe in quaſi poſſeſſione continua ſerui-
tiorum ſibi per vaſſallum debitorum, niſi inter-
pellatus negauerit Balb. de præſcription. 4. par. 4
25 part. princip. q. 11. nu. 3. 4. & 5. tom. 18. † Ita
vt ſtante negatione quis cenſeretur ſpoliatus,
& poſſet agere remedio reintegrando c. quere-
lam. de election. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1.
26 q. 8. n. 81. † vbi etiam ampliat, quando ſucceſ-
ſor negaret ſoluere Bertazol. conſ. ciuil. 47. in fi.
nu. 23.
Adeo quod in iſtis incorporalibus ſufficiat adipiſ-
ci poſſeſſionem vnius rei pro tota, itaut ille di-
27 catur poſſediſſe, † & præſcripſiſſe noualia, qui
poſſedit, & præſcripſit decimas, etiã vnius præ-
dij, quia ob vnitatẽ ſubiecti dicitur acquiſiuiſ-
ſe totum Abb. conſ. 71. lib. 2. Rebuf. Aim. & alij
de quibus per Menoch. conſ. 36. n. 32. vſq. ad n. 35
lib. 1.
Ampliantur prædicta, vt neq; obſtet nullitas pen-
ſionis, quia interim eſt manutenendus penſio-
28 narius donec de ea cognoſcatur † Rot. per
R. P. D.

R.P.D. Gipſium Ceſarauguſtana penſionis.30.
ianuarij.& 25.maij.1589. Quemadmodũ regu
29 lariter cõcedũtur huiuſmodi mãdata,† quãuis
prætendantur iniuſti poſſeſſores c. in litteris. 5.
de reſtitut. ſpoliator.l. qui catu.5.§.ſi de vi. ff.
ad leg. iul. de vi publ. Rot.per R.P. D. Pentam
30 Romana palatij.16.decẽb.1588.& romana pre-
tij Fiani.4.febr.1602. † Quia ſi nõ daretur hu-
iuſmodi manutentio per viã indirectã poſſeſſor
amitteret cõmodũ poſſeſsionis, quod fieri non
debet c.cõquerẽtes.7.de reſtit ſpoliat. Itaut neq;
31 cautio ſit dada,† quamuis prætendatur nulli-
tas pẽſionis,debet enim fieri ſolutio, & manu-
teneri penſionarios in ſua quaſi poſſeſsione exi-
gendi ſimpliciter nulla præſtita cautione de
reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, & declara-
tionis nullitatis penſionis; Quod quando ha-
beat locum dicam infra in capite particulari.
Idem eſt in quaſi poſſeſsione iuriſpatronatus,quę
32 acquiritur per vnicam pręſentationem,† dum-
modo inſtitutio ſubſecuta habuerit effectũ Dec.
conſ.124.col.1.Roland. conſil. 47. nu.18. lib. 1.
Menoch.conſ.90. nu. 117. lib.1. & in illa quaſi
poſſeſsione eſt danda manutentio,ita vt pręſen
tatus ab eo, qui erat in quaſi poſſeſsione iuris
præſentandi cum bona fide non debeat amoue
33 ri; † quamuis poſtea conſtiterit eundem non
eſſe patronum Aim.conſ.321.n.5.Alex.conſ.75.
nu.46. lib.4. latè Menoch. conſ.90.n.125. vbi
etiam n.133. ampliat,quamuis eſſet lis cum
exiſtente in poſſeſsione, dummodo lis ſit ſuper
34 proprietate, † non ſuper quaſi poſſeſsione ſe-
cundum declarationem, de qua per Abb. in c.
ex litteris. n.8. de iur. patronat. Henric. Boic.
in c. 2. col. 2. verſ. aut non eſt proprietarius. de
reſtit. in integr.
Idque etiam procedet in ſimilibus nullitatibus,
quæ opponuntur contra aliquem contractum,
35 prout aliàs Dixi de cenſu, † qui pratẽdebatur
nullus tãquam impoſitus ſuper bonis ſubiectis
fideicommiſſo; Nam donec de hoc fuerit indi-
catum non debet quis impediri in manutentio-
ne exigendi Caputaq. deciſ. 221.p.1.Rot.coram
R.P.D. Lancelloto Bononien. cenſus. 21. ianua-
rij.1600.vbi loquitur tam de penſione, quàm
de cẽſu,ſubdens,quod neq; impedietur iſta ma-
36 nutentio, † quamuis cenſus prætenderetur ſo-
lutus quo ad ſortem principalem,quando vide-
licet fuiſſet relaxatum mandatũ pro dicta ſor-
te, ad effectum tamen deponendi, donec fuerit
doctum bona eſſe libera, & non ſubiecta fidei-
37 commiſſo,† cum hoc caſu non ſit in facultate
emptoris cenſus conſequi ſortem principalem,
quaſi contrarium eſſet ſtatuendum,quãdo fuiſ-
ſet relaxatum mandatum concedendo liberam
poteſtatem emptori recuperandi d. ſortem,Ex-
quo enim tunc eſt in eius facultate illam ad ſui
libitum recuperare,non poſſunt peti aliqui fru
ctus citra vitium vſurarum,& ita procedit de-
ciſio eiuſdem Rot.per Cardin. Pamphilium Ro-
mana cenſus, de qua per R. P. D. Lancellottum
in d.Bononien.cenſus.21.ianuarij.1600.
Prout etiam neq; poſſet retardari iſta manutẽtio
38 per exceptionem non adimplementi, † quæ non
impedit, vt quis non valeat exigere fructus ſibi
debitos occaſione cenſus, vel ſimilis cauſæ,
quando videlicet fuit facta diligentia; quemad-
modum in caſu mihi aliàs propoſito Dixi ve-
rius eſſe, cum ſufficiat adimpleri per æquipol-
lens Afflict. deciſ. 295.. Eugen. conſ.12. Ruin.
conſ.67. in fin. nu.10. lib.4.Rot. per R.P.D.Bu-
balum Romana palatij. 7. maij. 1590. Eoque
maximè iſta exceptio non adimplementi non
obſtabat, cum in caſu noſtro non ageretur de
non adimplento ad effectum reſolutionis con-
39 tractus, † ſed vt emptor eſſet ſecurus, vt non
poſſit moleſtari occaſione cenſuum, quibus res
vendita erat onerata, cum ſufficiat ad hunc ef-
fectum adimpleri per equipollens. Rot. per Car-
din. Seraphinum Romana non adimplementi.17.
40 nouembris. 1597.† Vbi etiã quod ſufficiet cau-
tio diuitis cum hypotheca omnium bonorum
Bald. in l. quicunque C. de fund. patrimonialib.
41 lib. 11. † Itaut ſatis ſit ſuſceptio litis, quæ ha-
betur pro fideiuſſione Afflict. deciſ. 171. nu.3.
Surd. deciſ. 183. nu. 10. Cum enim ſit cautum
emptori, vt ſecurus reddatur, nõ eſt aliud quæ-
rendum Alex. conſ.65. omiſſis argumentis.nu.5.
42 lib.5. † Dummodo tamen lis moueatur pro iu-
re competente ſub conditione, ſecus vbi lis eſt
mota,& in ea deducitur obligatio pura,& actio
competit de præſenti,nam tunc requiritur fide-
iuſſio;nec ſufficiet obligatio bonorum, quamuis
venditor eſſet diues,& ſoluendo Surd. deciſ.295.
n.15. & 16.
Quę adeo vera ſunt vt neque obſtet aſſertio iurata
de bonis liberis, tunc enim quis repellitur ex-
43 ceptione periurij,† quando promiſsio eſt dolo-
ſa,& alteri pręiudiciali, aliàs ſecus Caſſad. dec.
2.nu.7. de iur.iur. Rot. coram Gardin. Seraphin.
Romana non adimplementi.17. nouembris 1597.
vbi ita concordat alias deciſiones in cauſa Ro-
44 mana cenſus,† ſubdens etiã, quod tunc emptor
poteſt agere ad faciendum conſentire omnem
perſonam ad liberationem rei venditæ, dum-
modo eius interſit, nam ſi hoc ceſſaret per pro-
uiſionem ſimilem præſtando fideiuſſorem, aut
ſuſcipiendo litem ſufficeret Bald. in l. qui rem.
nu.1.C. de euiction. & in l.ex his prædijs.C. eod.
tit. Rot. coram R. P. D. Lancellott. romana bo-
norum de Lenis. 23. nouembris. 1598.
Et quod magis eſt quamuis dolus interuenerit in
45 venditione facta de re aliena, † etiam ſcienter,
non præberet cauſam reſciſsionis contractus, ſi
fuerit tradita, licet detur actio ad intereſſe, vel
pro euictione l.ſeruus quũ.§.ſi ſciens. & l. quæ-
ro.ff. de action.empt. Rum.conſ.141. nu.5. lib.1.
46 Oſaſc. deciſ.24. nu.2. cum ſeq. † Qui intelligunt
gloſ. in l. ſi rem de euiction. procedere, vbi res
non fuit tradita latè Surd. deciſ. 253. per tot.
47 Quamuis ipſe † ibid. nu. 10. defendat contra-
rium, quod ſcilicet ſit locus reſciſſionis contra-
ctus propter dolum, cum ſit in facultate empto-
ris agere ad intereſſe,vel diſcedere à contractu,
48 prout loquitur tex. in d. §. ſi ſciens. † Exemplo
conductoris impediti facto iniuſto locantis, in

cuius electione eſt reſilire à locatione, vel agere ad intereſſe Roland. *conſ.69.n.22.lib.4.Becc. conſ.45. nu.20.per tex.in l.ſi fundus.verſic.nam & ſi colonus ff locat.*

Quę autem dicta ſunt de manutentione poſſeſſionis licet habeant locum in caſibus ſupra enumeratis, & in alijs ſimilibus,quos prætereo ne longior ſim,cum ſufficiat annotaſſe ea,quę mihi propoſita ſunt, recipiunt tamen nonnullas declarationes. Quarum prima eſt quando ſumus in confeſſione ſolutionis facta ab anteceſ-
49 ſore,† quia coofeſſio non præiudicat,ſicut vera ſolutio ad effectũ acquirendi quaſi poſſeſſionem Fel.*in c.vlt. n.11.col.fin.verſ. generaliter autem.de præſcript.* Rot. *coram* Card. *Pamphil. paclen.penſionis.3.Octobr.1594.& per* Cardin. *Seraph.gerunden.penſionis.18. octobris. 1579.*
Et quamuis confeſſiones eſſent factæ per pro-
50 curatorem legitimum† tanquam erroneæ poſſent reuocari Rot. *decıſ.1.de confeſſ.in antiq.Caputaq.decıſ.330.in fin.lib.3.*

Secundò intellige in exactionibus factis per principales,aut eorũ legitimos procuratores,quia
51 non ſufficerent praſtationes factæ ab illis,†qui poſſeſſionem conferre non potuiſſent. Nemo enim plus iuris in alium trãsferre poteſt,quàm ipſe habeat *l.traditio. de acquiren.rer. domin.* Corn. in ſpecie *conſ.19. nu. 6. lib.2.* Rot.*coram* Cardin.Lancellot.*21.nouembris. 1575. Cremo-*
52 *nen.penſionis.* vbi quod ſolutio penſionis † facta per curiam regiam ſede vacante non operatur effectum quaſi poſſeſſionis,quia cum ceſſet Titularis, non poteſt contra Eccleſiam acquiri quaſi poſſeſſio,cuius ſubſtãtia in iſtis incorporalibus conſiſtit in ſcientia, & patientia domini Bart.*in l.1.§ huius autem interdicti.in fin.verſ.ſecundo modo.ff.vti poſſid.* Bald.*in l.2. n.10.col.3.verſ. quæro qualiter acquiratur.* C. *de ſeruit* Menoch.*de retin.poſſ.rem.3. n.147.* Et idem etiam fuit deciſum *per* Rot.*corã* Card.*Seraph.gerunden.penſionis.10.decẽbr.1579.& per* Card.*Pamphil.paclen.penſionis.5.octobr.1594.*

Amplius neque valeret commiſſio data de ſoluẽdo,ſi non ſit effectuata ad effectum conſtituen-
53 di d. quaſi poſſeſſionem.†Nam aliud eſt mandatum de ſoluendo,aliud ſolutio; quemadmo-
54 dum dicimus de venditione,quæ eſt diuerſa†à mandato de vendendo,prout in ſpecie concludit Rot. *per Card. Pamphil. d.paclen.penſionis.* Sicut neque iſta quaſi poſſeſſio probaretur per libros mercatorum,per quos fuiſſet facta ſolu-
55 tio.Quia† iſti libri non probant cootra tertiũ. Iaſ.*in l. admonẽndi,n.133.de iur.iur.* Felin. *in c.2.num.3. de fid. inſtrum.* Rot. *coram* R.P.D. Cantucci.*Romana montium.14.decembr.1579.* Caputaq. in ſpecie *decıſ.331.p.1.* Dummodò d.
56 libri mercatorum non † reciperent adminiculum ex alijs,de quibus per Rot.*coram* Cardin. *Seraphin.gerunden.penſionis.18.decembr.1579.* & latè Surd. *decıſ.199.& decıſ.312.* Prout oeque eſſet eredendum teſtibus dicentibus ſe ſoluiſſe penſionem,ex quo depooount ad eorũ exonerationem, quod tuoc dicetur eſſe, quando ſi nnn ſoluiſſent,ipſi tenerẽtur A*lex.conſ.71.n.4. & 8.lib.7.*R*ota coram* R.P.*D.*Penia *forolıuien. penſionis.24.aprilis.1592.*

Non obſtat quod ſoluens penſiooem nomine alie-
57 no cenſeatur,ſoluiſſe ex eius mandato: †Quia non eſt verıſimile, quod ſoluens voluerit pecunias ſuas iactare : maxime quando ſoluta eſt penſio ſciente illo,cui eſt debita,quia tunc videtur ſolutionem ratificare,& mandatum dare,& ſic eſt pręſumendum fuiſſe in quaſi poſſeſſione,in qua debet manuteneri, vt in ſpecie eſt *decıſ.*Rot.*2.aliàs 13.de cauſ.poſſeſſion.& propr. in antiq. Ann ſing. 96. collatio vnica. ad med.*
Ideo operari debet ſolutio facta per manus ali-
58 cuius, cum intelligatur† taoquam ab eius miniſtro Bertrand.*conſ. 282.n.2.lib.2.*vbi allegat *Saliect.in l.omnes.in fin.*C.*de teſt.*ſequitur *Rota per* Cardin.M*illin. romana expeditionis bullarum. 21. aprilis.* 1600. Quamuis *Zabar. in clem.1.§.nos autem. notab.21. de iur.iur.* velit quod iſta clauſula per manus intelligatur per alium, ſcilicet nomine noſtro,in non præiudicialibus,cum alijs nõ ſufficiat fieri per alium: Ideò ſtantibus coniecturis recederetur ab illa præſumptione,quod fuerit ſolutum de pecunijs debitoris,quamuis creditor dixerit illas habuiſſe per manus ſoluentis Rot.*coram* R.P. D.*Lancellot.romana pecuniaria.1.decembr. 1606.*

Quia procedit, quando vltra prædicta concurrũt alia adminicula, & cooiecturæ,& vbi præcedit obligatio Cameralis de ſoluendo penſionẽ Rot. *coram Card.*Lancellot.*Lucan.penſionis.4.iunij.1577.& Laurentina penſionis. 6.iunij.1571.& per Cardin.*Seraphin. Gerunden. *penſionis. 18. decembris.1579.* vbi qund adminicula debent percutere tempus; Exemplo confeſſionis factę
59 per Prælatum,† quæ non nncet Eccleſiæ, niſi quando concurrunt adminicula Bald. *in auth. hoc ius porrectum.n.8.C.de ſacroſanct. eccl.*quę tamen percutiant illud idẽ,quod percutit confeſſio,alioquin non poſſet agi de coniungendis probationibus A*im. conſ.281.n.6. verſ.ſecundo reſpondeo quod his tractari.*

Tertiò declara dummodo non conſtet de cauſa non obligatoria in futurum,puta ex cauſa donationis veræ,ſiue præſumptæ, aut ratione pa-
60 trocinij,quia tunc† nullus acquireretur ſtatus poſſeſſionis, & interdicta poſſeſſoria ceſſarent Bart. *in l. cum de in rem verſo. col.penult.verſ. quæro ruſticus.de vſur.*Iaſ.*in l.quominus.n.28. de flumin.*Bald.*in l.fin.*C. *ne de ſtat. defunct.*

Quarto intellige quatenus nõ poſſit colligi ex circunſtantijs facti, rerum, aut perſonarum ſolu-
61 tum fuiſſe ex cauſa liberali † Felin.*in c.rodulphus.n.35.de reſcript.poſt* Bald.*in l.ſolent.§.nõ vero. verſ.octauo. de offic.proconſ.*Abb.*in c.fin. col.2.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.*

Quinto prædicta procedunt in redditibus annuis perpetuis,in quibus eſt locus remedijs poſſeſ-
62 ſorijs,† ſecus temporalibus Bald.*in l.vnic.ad fin. verſic. reſpondeo ad primum.* C.*vti poſſid.* quem refert,& dicit ootandum *Peregr.de fideicommiſ.art.46.n.18. verſ. reperi etiam.* vbi ex
hoc

Digitized by Google

hoc cõcludit dari poſſeſſoria remedia pro oblationibus, ſolitis præſtari iuxta *deciſ. Oſaſc. 99. per tot.*

Sextò vltra exercitium illius iuris incorporalis
63 requiritur etiam, quod exercens intendat † vti iuri ſuo, & non tanquam alieno, & ſibi conceſſo; Ita vt in dubio an quis præſumatur vti iure ſuo ſit remittendum iudicis arbitrio Abb. *in c. cum eccleſia ſutrina. nu.25. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Afflict. deciſ. 67. n. 2. & 3.* vbi etiam quod ſcien-
64 tia domini, & patientia, † quæ requiritur ad quaſi poſſeſsionem non debet eſſe precaria ad alicuius preces, vel violenta, quia tunc nihil releuat, & in dubio an patientia præſumatur etiam iudex arbitrabitur ex qualitatibus facti, & multiplicitate actuum. Nam vnus ſufficiet in his, quæ non ita facilè ſolent concedi, vt in electione, & in ſimilibus, cum ſecus ſit in his, quæ conceduntur ratione familiaritatis, & amicitiæ; prout latius diſtinguit: *Abb. ibid. n. 32. cum ſeq.* cum alijs *per Afflict. d. deciſ. 67. nu. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 160. per tot.*

Septimo intellige dummodò quis non intentet iudicium poſſeſſorium recuperandæ, tunc enim non poteſt obtinere manutentionem in iudicio ſummario lite pendente, † ex quo præſupponit poſſeſsionem apud conuentum, vnde non poteſt prætendere manuteneri, prout neque ille, qui intentat petitorium, qui videtur reũciaſſe poſſeſsioni, cum præſupponat illam ex parte conuenti *l. qui reſtituere. de rei vendic. Ann.* in ſpecie *allegat. 131. nu. 4. lib. 2.*

Quod tamen ſecus eſt in iuribus incorporalibus, vt in præcedentia, & in ſimilibus, in quibus poteſt agi petitorio, & non præſumitur renunciatum poſſeſsioni, † Quia potius intelligitur intentata actio confeſſoria, aut negatoria, quæ præſupponit dominium, & poſſeſsionẽ, ſeu quaſi apud eundem agentem *l. ſicut. §. ſed ſi quaratur. ff. ſi ſeruit. vendic. Bald. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua. Rip. lib. 2. reſponſ. c. 7. nu. 2. verſ. tamen hæc concluſio.*

Octauo declara modò actus non ſint generales, & æquiuoci, quia per illos non fundatur quaſi poſſeſsio † *Butr. in c. fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Socein. conſ. 187. in controuerſia n. 10. col. 8. verſ. tertio conſiderandum. lib. 2. Bald. in l. 1. n. 13. C. de ſeruit. & aqua. Ann. allega. 131. n. 11.*

Nono intellige prædicta non procedere in minore, ob cuius priuilegium non habet locum præſumptio de qua *in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur.* tam in iudicio proprietatis, quàm poſſeſſionis; † Ideò non eſſet audiendus petens ſe manuteneri in poſſeſsione exigendi annuas præſtationes contra minorem, quaſi per eum non poſſit transferri poſſeſsio *l. ſi pupillus. de acquir. rer. domin. l. poſſeſsionem. de acquir. poſſeſſ. Bart. in l. 1. §. ſi vir uxori. ff. eod. tit.*

Veramus iſta non ſint tuta, cum præfata iura loquantur in pupillo, qui non transfert poſſeſſionem, † Vnde verior eſt opinio, quod contra minorem detur manutentio poſſeſsionis. Quia exceptio minoris ætatis, & reſtitutionis concernit iudicium petitorium *Lancell. de attent. p. 2. c. 18. n. 131.* cum etiam occupans rem minoris acquirat ſaltem nudam detentationem *l. ſi pupillus. de acquir. rer. domin.* pro qua detentatione competunt remedia ex officio iudicis, & in ea non debet quis turbari, niſi iuris ordine
70 ſeruato. *c. querelam. de election.* † Et ita in ſpecie quod etiam contra minorem detur huiuſmodi manutentio concludit *Garzias. de nobilit. gloſ. 12. n. 81.* Et quidquid alij contrarium ſentiant, de veriori opinione teſtatur. *Flores pract. quæſt. lib. 1. q. 2. n. 27.*

Decimo adde quod conſtitutum operatur, vt non detur mandatum de manutenẽdo contra illum,
71 cuius nomine quis conſtituit ſe poſsidere; † Quod tamen eſt intelligendum, dummodo validitas, ſeu inualiditas conſtituti non pendeat à validitate, ſeu inualiditate contractus, quia ſi ab illa penderet, eſſet ſuſpenſa interim vis conſtituti, donec fuerit lis terminata; Vnde etiam interim deberet concedi mandatum de manutenendo, prout eſt deciſio Rota *per Cardin. Millin. Placentina eætiri. 4. iuny. 1600.* Et voluit *Bald. in l. 2. q. 10. C. de ſeruit. & aqua. Deci. conſ. 400. viſo eleganti conſilio. col. penult. poſt med. verſ. quarto reſpondetur. n. 9.*

Vndecimo notãdũ eſt, quod clauſula ſublata operatur, vt non poſsit dici de ſubreptione, cum
72 tollat audientiam ſi non aperiatur os † *Bart. in l. fin. C. de canon. frument. vrb. rom. lib. 11. Cardin. in c. quia diligentia q. 3. verſ. nam etiam ſi expreſſè. de election.* Ità vt neque poſsit dari mandatum de manutenendo *Rot. coram R. P. D. Iuſto Cæſarauguſtan fructuum. 9. decembris. 1595. & vlixbonen. declarationis concordiæ. 5. may. de anno 1599.*

Duodecimo quę dicta ſunt de huiuſmodi poſſeſſorijs, quod transeant actiuę, & paſsiuè in ſucceſſores debent intelligi, dummodò non fuerit ſolutum per anteceſſorem ante purificatam con-
73 ditionem, † ſi enim ſolutio ita fuiſſet facta non præiudicaret ſucceſſori reſpectu quaſi poſſeſſionis *Rot. coram* R. P. D. Penia. *Forolinien. penſionis. 24. aprilis. 159*. Cum etiam in iſtis pen-
74 ſionibus, † quæ continent aliquas qualitates, ſeu conditiones non poſsit procedi executiuè, niſi verificatis dictis conditionibus *Gomeſ. & aly per Floret. var. quæſtion. lib. 1. q. 12. n. 42.*

Quæ etiam intellige dummodo non ſimus in ſucceſſore translatario, cui non ſuffragatur poſſeſ-
75 ſio transferentis penſionem ad hunc effectũ, † vt debeat illi concedi mandatum de manutenendo, prout cum de hoc quæreretur Dixi verius eſſe. Quia poſſeſsio eſt quid facti, ſine quo non acquiritur, neque transfertur. *l. quemadmodum. de acquir. poſſeſſ.* Vndè ſi tranſlatarius nũquam exegit non iuuatur poſſeſsione transferentis *Cephal. conſ. 479. n. 31. lib. 4.* Et ità *deciſ. Rot. per* R. P. D. *Cordub. Calagurr. tana penſionis. 2. marty. 1598. & coram R. P. D. Litta. Neritonen. penſionis. 5. nouembris. 1601. & per Cardin. Millin. Brixien. penſionis. 23. may. 1594.*
76 Vbi etiam † quod non approbatur per Rotam

illa differentia inter quaſi poſſeſſionem incorpo-
ralium, & corporalium; cum etiam in incor-
poralibus ſit neceſſarius actus apprehenſiuus
*Alex in l. cum haredes. in princ. nu. 9 in gloſ ſu-
per verb. non pertinet. de acquir. poſſeſſ. & in l. in
ſuis col. 2. in fin. nu. 8. in gloſ. qua incip. & etiam
poſſ. ſſio. de liber. & poſth.* Caputaq. *deciſ.* 135.
151. & 470. *lib.* 2.
Et facit etiam ratio quia per translationem extin
77 guitur penſio atiqua † *Ferret. conſ.* 33. *in præ-
ſenti controuerſia. col.* 3. *ad med. nu.* 10. *Gig. de
penſion. q.* 88 *nu.* 8. *Tom.* 15. *p.* 2. *fol.* 361. Ideo non
debet iuuare quaſi poſſeſſio penſionis extinctæ,
cum per traditionem dicatur penſio noua,
quo ad effectum tamen viç executiuç, quaſi poſ-
78 ſeſſionis, & ſimilium; † Nam reſpectu ſubſtan-
tiæ penſionis non dicitur noua, quamuis transfe
ratur, ſed antiqua, prout late declarat *Rot. co-
ram R.* P. D. *Lancellot.* Carpentoraten. *penſio-
nis.* 20. *May* 1602. vbi ita dicit intelligendam
eſſe ſupradictam deciſionem *Cardin. Mellin.*
79 *in cauſa* Brixien. *penſionis.* † Etenim illa extin-
ctio penſionis translatæ tanquam momentanea
non debet eſſe in conſideratione, eum fiat ad
effectum, vt ſtatim, & incontinenti reſeruetur
alia ſimilis penſio. Prout dicimus de momenta-
nea acquiſitione, quæ fit ad effectum renuncian-
di, quæ non attenditur, neque requirit ſolemni-
tates, quæ debent interuenire in renunciationi-
bus. Socein. *conſ.* 53. *viſo inſtrumento donatio-
nis col. penult lib.* 4. & dicam latius infra c. 132.
Alias declarationes in caſibus, in quibus non dan-
tur huiuſmodi mandata de manutenendo po-
nunt Doctores *in c. quarelam. de electiōn. & in
l.* 2. C. *de ſeruit. & aqua.* & in alijs locis ſupra
allegat s, quas non opus eſt recenſere, cum ea
quæ diximus ſufficiant tanquam magis in praxi
80 occurrentia, Quibus adde † quod obligatio ad
fauorem nominati in penſione extenditur ad
tranſlatarios; quia tranſlatio penſionis debita
vni perſonæ, ſi in alium transferatur non dici-
tur nouum grauamen quo ad debentem ſolue-
re, ſed eſt quædam delegatio ſolutionis alteri fa
cienda Pariſ. *conſ.* 5. *n.* 86. *lib.* 4. Rot. *per* R. P. *D.*
81 *Cordub.* Segobien. *penſionis.* 20. *May.* 1598. † Pro-
ut idem eſſet quando mutaretur res, ſuper qua
fuit cenſus, & hypotheca impoſita, non enim
dicitur cenſus extinctus, ſi fuerit translatus ad
alia bona, quamuis bona priùs cenſuata fuerint
liberata; ideò perinde eſt an ſi à principio fuiſ-
ſet factus cenſus in bonis ſubrogatis; Vnde re-
manet firma prima obligatio, & per conſequens
non ſunt liberati fideiuſſores, quia ſolum fuit
facta mutatio rei *Rot. coram* R P. *D.* Ludouiſ.
82 *Romana cenſus.* 10. *Iuny.* 1603. † Idemque eſſet
in translatione penſionis de vno beneficio ad
aliud, nam reſpectu penſionarij nihil fuit immu-
tatum, ſed tantum reſpectu beneficij, ex quo pen
ſio ſoluebatur, Ita vt nullum fiat præiudicium
penſionario per huiuſmodi tranſlationem, cum
non agatur de noua obligatione inducenda, ſed
de veteri conſeruanda, ideo obligatio rema-
net in eodem ſtatu *Rot. coram* R. P. D. *Ludouiſ.*
*in d. romana cenſus, & per Cardin. Pamphil.
Aſculana penſionis.* 1. *Februarij.* 1593.

EPITOME.

Deſcriptio, & ſequeſtrum pendente appellatione quando ſit concedendum ex officio iudicis, ſeu ad inſtantiam partis, & an poſſit ab eo appellari. Reuocatio ſequeſtri an debeat fieri in fine litis, & duret etiam in cauſa appellationis. Remiſſoria ſi fuit conceſſa in cauſa beneficiali an promiſſio de ſtando vnicæ ſententiæ intelligatur, ſi poſt remiſſoriam fuerit lata ſententia pro promiſſore, & ſecunda contra eum.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtratio conceditur appellatione pendente non ſolum ſi depopulentur fructus, ſed etiam ſi in vſus ſuos conuertantur. n.* 2. *Intellige vt n.* 3. & 4.

5 *In caſu in quo permittitur ſequeſtrum deducendum eſt de fructibus ſequeſtratis quantum ipſi ſufficiet pro quotidiana exhibitione, & pro ſumptibus litis.*

6 *Sequeſtrum eſt concedendum ſi adeſt timor difficilis recuperationis fructuum etiam ceſſante dilapidatione. n.* 7.

8 *Poſſeſſio beneficij capta lite pendēte eſt attētata.*

9 *Iudex ex officio concedit ſequeſtrum etiam in caſibus in quibus non permittitur ad inſtantiam partis.*

10 *Arbitrium eſt iudicis aliquid facere vbi nō agitur de magno præiudicio.*

11 *Mandatum de manutenendo conceditur facta ſemiplena probatione.*

12 *Sequeſtrum de ordine iudicis non priuat aliquem ſua poſſeſſione, quidquid aliud ſit in voluntario. n.* 13. & 14.

15 *Sequeſtrum datur lata ſententia prima contra poſſeſſorum, ſecus ſi ad fauorem ipſius fuerit primo iudicatum, & ſecundo contra eum. n.* 16. & 18.

17 *Sequeſtratio eſt materia prohibitoria.*

19 *Præſumptio vnius ſententiæ tollitur per aliam contrariam, quo caſu non datur ſequeſtrum.* & *n.* 20.

21 *Remiſſoria non conceditur in prima inſtantia in cauſa beneficiali, niſi facta obligatione de ſtando vnica ſententiæ, & huiuſmodi promiſſio quomodo intelligatur. n.* 21.

23 *Arbitrium iudicis quid operetur in remiſſoria.*

24 *Deſcriptio conceditur in quocunq; caſu pro intereſſe, quod vertitur ex parte petentis, non tollit tamen alienationem rerum deſcriptarum. n.* 25.

26 *Controuerſia pendente quando non poſſit fieri deſcriptio. n.* 27. 28. & 29.

30 *Reuocatio ſequeſtri non eſt facienda niſi in fine litis. Intellige vt nu.* 31. *Et durat etiam in cauſa appellationis. n.* 34. *Declara vt n.* 36. 38. 40. & 41.

32 *Pignora data arbitratori an durent in cauſa redu-*

reductionis ad arbitrium boni viri. n. 33.
35 *Lis non dicitur finita niſi facta executione.*
37 *Sequeſtrum reuocatur ſi fuerit appellatum à*
decreto ſequeſtrationis. Amplia vt n. 38. Et
quando cõcedatur appellatio a ſequeſtro. n. 39.

CAPVT CXIIII.

CONcedendum eſſe ſequeſtrum dicebatur in
cauſa Martini, & litis conſortium, cum ap-
pellatione pendente licita ſit ſequeſtratio non
1 ſolum, † ſi depopulentur fructus ab aduerſario
gloſ. in c. quoties. 2 q. 6. Bald. in l. ſi fideiuſſor.
§. vlt. in fin. ff. qui ſatiſd. cog. ſed etiam ſi in
vſum ſuum conuertantur. *Ang. in l. imperato-*
res. 21. §. idem. n. 2. ff. de appellat. Curt. de ſe-
queſtr. in princ. nu. 9. dixi decîſ. 63. Et eſt ra-
tio, quia ſiue dilapidentur, ſiue in vſum poſ-
2 ſidentis conſumantur, † in vtroque caſu deſi-
nunt eſſe in rerum natura. *Bald. in l. ſi ſeruum*
quis alienum 70. §. prætor ait. in fin. de acquir.
hæred. & in c. vlt. nu. 1. verſ. extra quæro. vbi
dicit notandum *de ſequeſtrat. poſſeſſ.* Quam-
uis hoc de conuerſione in vſum ſuum non ad-
3 mittat † *Coler. de proceſ. executiu. p. 1. cap. 2.*
nu. 150. vſque ad nu. 153. quaſi poſſeſſor non ſit
prohibendus ius ſuum proſequi, & rebus ſuis
frui, ſicut prius. *gloſ. in c. non ſolum. de appel-*
lat. in 6. Gail. obſeruat. 144. nu. 10. lib. 1. & ob-
ſeruat. 146. nu. 14. eod. lib. Rot. decîſ. 44. nu. 2. de
4 *appellat. in nou.* † Niſi concurrat quod omnes
fructus poſſeſſor conſumat, & quod nihil fa-
ciat reliquum, & quod non habeat alia bona,
de quibus appellato integrè poſſit ſatisfieri ſu-
per petitis in libello principali, ad quem diri-
gebatur cõdemnatio in re iudicata *Abb. Curt.*
& alij de quibus per *Coler. in d. cap. 2. nu. 151.*
5 *& 152.* † Subdens quod etiam in caſu, in quo
permitteretur ſequeſtrũ deducendum eſt de fru-
ctibus ſequeſtratis, quantum ipſi ſufficiet pro
quotidiana exhibitione ſi aliunde non habeat,
& pro ſumptibus litis ſecundæ inſtantiæ *l. fin.*
§. quod ſi et. verſ. nam ſi tales. C. de ordin. co-
gnit. Oldrad. conſ. 27. nu. 3. Boer. decîſ. 303. n. 4.
Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. 7. §. fin. nu. 30. qui ſatiſd.
cogant.

Quod magis procederet, quando adeſſet timor
difficilis exactionis, & recuperationis fru-
6 ctuum, † quaſi tunc etiam ceſſante fructuum di-
lapidatione maior ratio militet apponendi ſe-
queſtrum *Put decîſ. 150. n. 3. lib. 2. & decîſ. 249.*
nu. 3. lib. 3. Rot. diuerſ. decîſ. 13. par. 2. Prout
quando ratione beneficij, de quo litigatur poſ-
ſeſſor recurrit ad iudices ſeculares pro defen-
7 denda ſua poſſeſſione, † quam iniuſtè abſtulit
eccleſiaſticus ordinarius, & de mãdato illorum
iudicum ſecularium fuit reintegratus *Rot. per*
R. P. D. Coccin. Calagurritana beneficij. 10.
decembris. 1601. Idem quando poſſeſſio bene-
ficij eſſet capta lite pendente, quo caſu eſt at-
8 tentata † *Caſſad. decîſ. 3. de ſequeſtr. poſſeſſ. &*
fruct. & decîſ. 3. nu. 6. de reſtit. ſpoliat. Capu-
taq. decîſ. 151. p. 3. Caſ. de Graſ. decîſ. 2. nu. 1.
de appellat.

Prout regulariter Iudex ex officio, ſi iuſtum ſibi
videbitur, poteſt ſequeſtrare in omnibus cau-
9 ſis, † in quibus non ſolet concedi ſequeſtrum
ad inſtantiam patris *Lancellot. de attent. par. 2.*
cap. 12. nu. 36. & p. 3. c. 29 nu. 148. poſt Bart. in
l. imperatores. §. fin. de appellat. Maximè quan
do adeſſet timor ſcandali, dummodo non ſit
dubium, ſed certum *Ruin. conſ. 37. nu. 3. verſ.*
nec etiam obſtat. lib. 4. Quod tamen totum erit
in arbitrio iudicis *Menoch. de recuperan. poſ-*
ſeſ. remed. 1. nu. 323. Præcedente tamen cogni-
tione ſuper prædictis *Idem Menoch. de adipiſ-*
cend. remed. 6. n. 11. vſque ad n. 16. Cum enim
non agatur de magno præiudicio eſt arbitrium
Iudicis, ita vt etiam ſufficiat leuior probatio, &
10 aliqua cauſæ cognitio † *Abb. in cap 2. nu 28 de*
ſequeſt. poſſ. Alex. in l. ſi fideiuſſor. 7. §. ſi ſatiſ-
datum. in princ. qui ſatiſd. cogan. & ibi Iaſ.
nu. 64. col. 2. ante med. verſ. tertio facit. Io. de
Plat. in l. per hanc. aliàs incip. iubemus. §. ſi
qua tamen. verſ. & attende quod voleus. C. de
erogat. milit. annon. lib. 12. Bald in l. 1. ante fin.
n. 4. verſ. ſed nunquid poteſt reuocari. C. de pro-
11 *hib. ſequeſtr. pecun. Maſq. cõcluſ. 1298. n. 3.* † Ad
exemplũ mandati de manutenendo, quod con-
ceditur facta ſemiplena probatione *Menoch. de*
retin. poſſeſſ remed. vlt. n. 34. poſt Aim conſ. 158.
nu. 12. Abb. in c. cum eccleſia ſutrina. nu. 23. vbi
Rip. nu. 52. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. per Card.
Seraphin. Ortecen. penſionis. 5. iulij. 1599. Natt.
12 *conſ. 121. nu. 2.* † Cum etiam huiuſmodi ſeque-
ſtra de ordine Iudicis appoſita nõ priuẽt quem-
quam ſua poſſeſſione *Caſtren. in l. intereſſe. de*
acquir. poſſeſſ. Rot. per R. P. D. Oran. Parmen.
prioratus. 16. ianuarij. 1598 & corã R. P. D. Lan
cellot. Placentina præbenda. 28. februarij. 1603.
13 Quaſi hoc ſequeſtrũ ſit neceſſarium, † quidquid
ſecus ſit in voluntario, prout late diſtinguit
Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. nu. 86. vſque
ad n. 93. Coler. de proceſ. execut. c. 2. p. 1. nu. 76.
14 *& 77. Grauat.* † qui de communi *ad Veſtr. c. 2.*
lib. 7. n. 17. Gail. obſeruat. 5. nu. 10. & obſeruat.
149. nu. 9. p. 1.

Contrarium tamen prædictis non obſtantibus
Declaraui, quia licet lata vna ſententia ſoleat
concedi ſequeſtrum, tamen hoc eſt intelligen-
15 dum, † quando prima ſententia fertur contra
poſſeſſorem, ſecus ſi prima fuiſſet ad fauorem
illius, prout in caſu, de quo agimus, & ſecunda
contra eum, tunc enim non eſt admittenda ſe-
queſtratio, prout in ſpecie concludit *Cardin.*
dicens eſſe notabilem limitationem *in clem.*
vnic. q. 4. n. 13. col 4. ad med de ſequeſtrat. poſ-
ſeſſ. ſequitur *Mandoſ. form. 19 commiſſ. in verb.*
in tertia inſtantia. verſ. ſecundo quia ſutra di-
16 *xi.* † Etenim in hoc caſu vterq; tam appellans,
quàm appellatus habet præſumptionem ſenten-
tiæ pro ſe; Vnde in hac paritate debet eſſe me-
lior conditio poſſidentis *cap. in pari de reg. iur.*
17 *in 6.* † Maximè in materia prohibitoria, quem-
admodum eſt ſequeſtratio *l. 1. & 2. C. de exe-*
cut.

Digitized by Google

cut. rei iudic. l. ſi cum nulla. 38. de re iudic. l.
vnic. C. de prohibit. ſequeſtr. pecun. latè *Co-*
18 *ler. de proceſ. execut. c. 2. p. 1. n. 102.* † Et hoc
etiam innuit *text. in d. clem. vnic.* in illis ver-
bis vna contra poſſeſſorem diffinitiua promul-
gata, ex quibus apparet ſignificari nondum aliã
ſententiam fuiſſe latam ad eius fauorem, vel
contra, prout notat *Cardin. ibid. nu. 13. verſ. &*
ſecundum hoc quod hic dicit. q. 4. Caſſad. deciſ. 1.
n. 2. de ſequeſtr. poſſ. ff. Put. deciſ. 77. nu. 1. lib. 1.
Cum etiam præſumptio vnius ſententiæ ſit ſub-
19 lata per aliam, † ideo nõ debet eſſe locus ſeque-
ſtro, ſicut etiam in ſpecie concludit *Veſtr. in*
prax. c. 2. lib. 7 n. 7. ad fin. vbi quoque ampliat,
quando illa prima ſententia feciſſet tranſitum
20 in iudicatum, † & iſte qui modò obtinuit fuiſ-
ſet auditus per viam reſtitutionis in integrum
Caſſad. deciſ. 2. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.
Idem dicimus in remiſſoria, quæ non conceditur in
21 prima inſtantia in cauſa beneficiali, † niſi facta
obligatione de ſtando vnicæ ſententiæ *Pauin.*
de poteſt. capit. ſed. vacan. q. 10. p. 1. nu. 10 & 11.
tom. 13. p. 2. fol. 420. Vnde ſi fuerit conceſſa cum
dicta obligatione, erit intelligenda promiſſio de
22 ſtando vnicæ ſententiæ, † ſi poſt remiſſoriam
prima feratur cõtra ipſum, ſecus ſi prima fuerit
pro eo, & ſecunda contra illum ad fauorem ad-
uerſarij *Put. Tholom. & alij allegati per Man-*
doſ. form. 19. commiſſion. q. 2. in fin. & regul. 8.
cancellar. q. 7. n. 2. Et multa de remiſſoria con-
23 cedenda, † tam in ciuilibus, quàm in crimina-
libus, & quid in hoc operetur arbitrium iudi-
cis *Menoch. de arbitr. caſ. 250. in addit. nu. 2.*
vſque ad nu. 28.
Quo ad ſecundum de deſcriptione rerum ſiue
mobilium, ſeu immobilium Verius eſt poſſe ad
illam deueniri in quocunque caſu ratione inte-
24 reſſe, † quod vertitur ex parte petitoris redi-
gendo in aliquod inuentarium, vt ſciatur illo-
rum quantitas *l. ſi quis intra. 7. in princ. C. de*
bon. proſcriptor. Imol. in l. imperatores. 21. §.
ijdem reſcripſerunt. in princ. verſ. adde quod li-
cet. ff. de appellat. Bald in l. vnic. n. 6. C. de pro-
hibit. ſequeſtr. pecun. Lancellot. de attentat. ap-
pell. pend. limit. 12. nu. 25. & 26. tom. 5. fol. 368.
Et facit *tex. in l. cum domini borreorum. 58. ff lo-*
cat. Quaſi hæc deſcriptio non auferat poſſeſſori
25 liberam poteſtatem diſponendi de rebus, † &
fructibus deſcriptis, cum etiam illorum aliena-
tio permittatur, fit enim ſolum, vt ſciatur quid
extiterit tempore litis motæ, & quid collectum
fuerit pro faciliori illorum probatione, & li-
quidatione *Bart. in l. poſt contractum. 15. de*
donat. nu. 19. Butr. in c. fin. nu. 6. verſ dicit ta-
men. de ſequeſtrat. poſſ. ff. Iaſ. in l. ſi fideiuſ-
ſor. 7. § fin. n. 28. qui ſatiſd. cog.
Neq; obſtat *tex. in l. defenſionis facultas. C. de iur.*
fiſc. lib. 10. vbi controuerſia pendente fas non
26 eſt deſcribi facultates poſſeſſoris, † aut in-
quietari: Quia intelligitur de tali deſcriptio-
ne, per quam res incorporantur fiſco, non au-
27 tem de ſimplici inuentione † *Bart. in l. 1. §.*
eligitur. nu. 1. ff. de ventr. in poſſeſſ. mit. Curt.
de ſequeſtr. in princ. nu. 25. verſ. prædictam ta-
men. Celer. de proceſſ. execut. c. 2. p. 1. nu. 180. in
fin. verſic. ſed reſponde. Et voluit *Bald. in l.*
vnic. in fin. nu. 6. verſ extra quæro. C. de pro-
hib. ſequeſtr. pecun. vbi diſtinguit deſcriptio-
nem ad probandum, & ad incorporandum, cum
iſta non admittatur, quod non eſt in alia, quæ
tanquam non præiudicialis concedenda eſt, etiã
28 in caſu, in quo non fit ſequeſtratio, † quando
præſertim fieret deſcriptio ſine penuria rei,
vt in fructibus agrorum, in quo iudex debet eſ-
ſe diſcretus *Bald. in d. l. vnica. in fin. per text.*
in l. 2. C. quando & quibus quart. pars debeat.
29 *lib. 12.* † & iſtam diſtinctionem deſcriptionis
ſequitur etiam *Martin. Lauden. de fiſco. q. 142.*
tom. 12. fol. 4. Imol. in l. imperatores. §. ydem
reſcripſerunt. col. 1. poſt med. verſ. & hoc quã-
do deſcriptio fit. ff. de appellat. Menoch. de arbitr.
caſ. 457. nu. 2.
Circa vltimum de quo dubitabatur, an ſequeſtrũ
appoſitum nõ debeat reuocari, niſi in fine litis;
Verior eſt opinio non eſſe locum illius reuo-
30 cationi, † niſi cauſa finita per ſententiam in
iudicatum trãſactam, & donec durat cauſa ap-
pellationis, ſiue ſit primæ, ſiue ſecundæ inſtan-
tiæ *Bald. in d. l. ſi fideiuſſor. § fin. n. 2 verſ. adde*
hic utrum. per tex. in l. litibus. 19. §. fin autem
fideiuſſiones. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Put.
deciſ. 77. lib. 1. & deciſ. 256. lib. 2. & de veriori
opinione quicquid alij contrarium ſentiant te-
netur *Anget. de Aret. in l. imperatores. 21. §.*
ijdem reſcripſerunt. col. penul. ante fin. verſ. for-
tius dico quod talis ſequeſtratio. ff. de appellat.
31 vbi limitat, † niſi ſtet per actorem procraſtinã-
tem, quo minus lis debito tempore finiatur,
tunc enim res ſequeſtrata reſtituitur reo, & ſe-
queſtrum reuocatur *l. ſi oleum. 10. in fin. princ.*
ff. de dol. mal. ſequitur *Curt. de ſequeſtr. c. 2. q.*
18. n. 65. tom. 3. p. 2. fol. 141.
Neq; obſtat quod non debeat durare ſequeſtrum
32 in cauſa appellationis, † quemadmodum dici-
mus de pignoribus datis arbitratori, quæ non
durant in cauſa reductionis ad arbitrium boni
viri *Bart. in l. ſocietatem meum. 77. §. arbi-*
trorũ enim. n. 6. ante q. 1. ff. pro ſocio. cum ta-
men reductio habeat ſe ad inſtar appellationis
33 *l. non diſtinguemus. §. cum quidem. d. arbitr.* †
Quia prædicta opinio non eſt tuta, cum contra-
rium ſequatur *Innoc. in c. quintauallis. in gloſ.*
magna verſ. quidam dicunt. ibi. niſi ceſſauerit
ſoluere rẽ. de iur. iur. Bal. in l. fin. col. penult. in
34 *fin. q. 10. C. de contrahen. empt.* † Et quicquid
ſit de ea cum habeamus claram diſpoſitionem
d. l. litibus. per quam requiritur terminatio li-
tis, Verius eſt, vt etiam in cauſa appellationis
ſequeſtrum duret, cum aliàs non dicatur lis fi-
nem accipere, niſi per ſententiam in iudicatum
tranſactam *l. cauſas. C. de tranſact. gloſ. in c. 1.*
in verb. finita. de lit. conteſt. in 6. Pariſ. conſil.
30. in cauſa. nu. 36. lib. 4. Itaut etiam requi-
35 ratur executio, † vt poſſit dici lis finita *Mãdoſ.*
reg. 33. q. 27. col. 1. ad med. verſic. ad propoſitum
quæſitum. & dictum eſt ſupra *cap. 66. n. 10.* &
ita

ita in ſpecie caſus noſtri reſpondet *Curt. de ſe-
queſtr.c.2.q.18.n.66.verſ.ergo ſequor.*
Prædicta tamen de ſequeſtro non reuocando niſi
36 in fine litis debēt intelligi,† quando agitur de
ſequeſtro appoſito vigore *elem. ad compeſcendū
de ſequeſtr.poſſ.* quod non opponitur, niſi poſt
obtentam ſententiam: Ideo dummodo non ſit
nulliter appoſitum non reuocatur, niſi reuoca-
ta ſententia propter præſumptionem reſultantē
ex ſententia: Vnde dicimus quod ſequeſtrum
factum ex officio iudicis contra ius de facto e-
tiam reuocatur *Cur.de ſequeſtr. c.2. n.59.*
Secundo ſi fuit appellatum & reclamatum à de-
37 creto ſequeſtrationis poterit reuocari † *Put.
deciſ.256.lib.2.Rot.coram* Card.*Seraphin.Abu-
len.cappellania.17.decemb.* 1599. Itaut hoc ca-
38 ſu,†quamuis exiſteret conſenſus procuratoris,
non poſſet tamen pręiudicari domino *Pereg.de-
39 ciſ.157.lib.2.* Et quando detur appellatio † in
materia ſequeſtri C*aſſad.deciſ.5.de ſequeſtr.poſ.
Veſtr.in prax.lib.7.c.2.n.5.Lancel.de attent.p.2.
c.12.limit.12.n.2.*
Tertio aliud . . in ſequeſtro appoſito propter præ-
ſumptionem reſultantem ex ſententia definiti-
40 ua in petitorio, vel poſſeſſorio; † Aliud in eo,
quod fit ex officio iudicis: Nam hoc caſu prop-
ter illius offenſam non intrat rigor *d. elem. ad
compeſcendum.de ſequeſtr.poſſeſſ.* neque enim de
vno ad aliud infertur, quamuis ſimus in eo, qui
dicitur tale ſequeſtrum violaſſe Mohed. *deciſion.
329.alias 1.de ſequeſtr. poſſeſſ. & fru.* cum alijs
*per Rot.coram Cardinal.Seraph.m. Abulen. Ca-
41 pellania.17. decem. 1599.* † Prout etiam violās
ſequeſtrum appoſitum per iudicem poſt latam
ſententiam in cauſa attentatorum non incurrit
pœnas, de quibus *in eadem elem.Lancello.de at-
tent.c.28.de ſentent.in cauſa attentator.ferenda.
num.140.*

E P I T O M E.

Sententia, appellatio, reſcriptū, & fideiuſſio vnius quando proſit alijs. Et quid operetur communio in beneficijs reſeruatis, alternatiua, ſucceſſione, priuilegijs, & ſimilibus. Promittens ſe obligaturum ad aliquam ſummam infra certum tempus an poſſit conueniri adueniēte tempore pro dicta ſumma, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet. Pro enunciatis in inſtrumento quando agatur executiuè.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio vnius prodeſt alijs, itaut non poſſit fieri executio ſententiæ contra non appellantē donec prouocatio pendet.Intellige vt n.13. 32. 36. 37.*

2 *Reſcriptum impetratum ab vno ratione communionis cauſa iuuat alios.*

3 *Fideiuſſio ad fauorem Vniuerſitatis trahitur etiam ad ſingulos in cauſa communi.*

4 *Prorogatio inſtantiæ obtenta per vnum ex correis iuuat etiam conſortem ad excuſandum à deſertione. Idem in reſtauratione inſtantiæ. num.5.*

6 *Commiſſio operatur vt priuilegium vnius ſuffragetur alteri indiuiduis.*

7 *Maior nō amittit ſeruitutem via per non vſum ſi habeat ſocium minorem.*

8 *Cauſa tractanda eſt coram eccleſiaſtico quo ad omnes ſocios, ſi vnus ex eis habeat priuilegium fori.*

9 *Succeſſio mutua quando detur inter conſortes, collegas, & commilitones.*

10 *Reſeruatis beneficijs ad collationem cuiuſcunque, præterquam Epiſcopi, ſi collatio ſpectet ad Epiſcopum, & Capitulum, non cenſentur illa reſeruata.*

11 *Alternatiua conceſſa Epiſcopo prodeſt Capitulo in beneficijs ſpectantibus ad collationem vtriuſque.*

12 *In poſſidente cum titulo non requiritur patientia, & ſcientia ad effectum acquirendi poſſeſſionem, & ſuffiect ſcientia vnius ex his, qui habent intereſſe commune.*

14 *Sententia contra duos tutores reſeruata facultate probandi remiſſionem debiti, ſi vnus ſuſcepit probationem, & alter appellauit, & obtinuit an proſit alteri tutori.*

15 *Verba futuri temporis non obligant in præſens. Intellige vt n. 20.*

16 *Promiſſio nudo pacto nixa non producit actionem.*

17 *Venditio differt à promiſſione vendendi. Idem in mutuo, & in ſimilibus.num.18. Declara vt nu.25.*

19 *Nominatio ſi poſſit probari per duos teſtes intelligitur de omni exceptione maioribus, & quod deponant de libera voluntate, nec ſuffiect dicere ſe nominaturum.*

21 *Promiſſio liberandi an pariat exceptionem aduerſus agentem, ac ſi liberatio facta fuiſſet. n. 22. & 23.*

24 *Promittens ſe obligaturum ad aliquam ſummam infra certum tempus poteſt conueniri adueniente tempore, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet.*

26 *Iurans dediſſe fundum pro decem poteſt pro illis conueniri.*

27 *Poteſt procedi executiuè pro reſtitutione dotis contra eum, qui confitetur recepiſſe centum pro dote vigore ſtatuti dantis executionem inſtrumentis.*

28 *Omne quod præſumptiuè continetur in inſtrumento habetur pro ſcripto.n.29.*

30 *Clauſula, omnia, & ſingula, refertur ad enunciata.*

31 *Pro dote enunciata poteſt agi executiuè.*

33 *Multa tractantur quæ non fiunt.*

34 *Verba emptoris non obligant dicentis ſe reſtituturum prædium emptum ſi reddatur ſibi pecunia ſoluta.*

35 *Locans non obligatur dicens ſemper quod conductor claues redderet, ipſe domum & claues accepiſſet.*

38 *In fundo communi ratione indiuidui victo-*

ria vnius prodeſt alijs.
39 *Probatio ſcientiæ requiritur præſumptiuè ad effectum, vt quis gaudeat appellatione alterius & ſufficiet ſcientia procuratoris.* 40.
41 *Sola ſcientia quod conſors appellauerit non eſt ſufficiens ad effectum, vt vnus gaudeat appellatione alterius, cum etiam requiratur quod ipſe non appellet.*

CAPVT CXV.

APpellationem vnius dicebatur debere prodeſſe alijs, itaut neq; poſſit fieri executio
ſententiæ contra non appellantem huiuſmodi
1 procuratione pendente, † quaſi iſtius victoria
poſſit iuuare eum, qui non appellauit *Franc.
in c. vna ſententia. nu. 5. de appellat.* *Imol. in l. ſi
quis ſeparatim. §. quod eſt reſcriptum in fine
eo. tit. dixi deciſ.* 143. *Rot. coram* R. P. D. *Manzaned. Bergomen. præbeminẽtiæ.* 16. *iunij* 1606.
Idẽ eſt in reſcripto impetrato ab vno, quod ratio-
2 ne cõmunionis cauſę alijs etiam prodeſt † *l. 1.
C. de diuerſ. reſcript. Iaſ. in l. lucius. column. 6. in
fin. de vulgar. & pupillar. Aim. conſil.* 45. *nu.* 2.
vbi ex hoc concludit, quod fideiuſſio præſtita
3 ad fauorem ſyndicorum vnius loci, † debet trahi ad commodum etiam ſingulorum, quando
cauſa, pro qua facta fuit fideiuſſio erat communis tàm vniuerſitatis, quàm ſingulorũ, pro quorum intereſſe vniuerſitas agebat.
Ita etiam dicimus quod prorogatio inſtantiæ obtenta per vnum ex correis, & conſortibus eiuſ-
4 dem litis iuuat conſortem, † quamuis non fuerit nominatus ad excuſandũ illum à deſertione
Thom. de Tan. *deciſ.* 22. quem refert, & ſequitur
Lancell. de attentat. p. 2. c. 12. ampliat. 11. nu. 13.
Ideo etiam moto iudicio excuſſionis contra tertium poſſeſſorem, & debitorem, inſtauratio in-
5 ſtantiæ deſertæ obtenta per creditorem, † nominato ſolum tertio poſſeſſore prodeſt quoque
debitori, quamuis de eo nulla ſit facta mentio,
vt in ſpecie latè concludit *Rot. Genuen. per Carthar. deciſ. 65. per tot.*
Et faciunt quæ dicũtur de cauſis communibus, in
6 quibus communitas operatur, † vt priuilegium
vnius ſuffragetur alteri, quando ſumus in indiuiduis *l. ſi communem fundum. 10. ff. quemadmodum. ſeruit. amit.* vbi licet maior non vtendo via amittat ſeruitutem, tamen ſi habeat ſocium minorem, contra quem non currit prę-
ſcriptio, iuuabitur ex illius priuilegio, vt ſerui-
7 tutẽm retineat, † quam ex ſe ipſo non poterat
l. ſi is qui duos. 30. de liber. legat. Marſil. *ſingul.*
180. *plura & plura iam dedi. num.* 1. *Corſet.
ſing. 71. in verb. communitas.* Tiraquel. *Cagnol.
Alciat. & alij allegati ibid. in Addition. in verb.
idem tenet. latè Iaſ. in l. ſi emancipati column.* 2.
in fin. verſ. notate diligenter. n. 5. vſq. ad nu. 24.
C. *de collation. poſt* Alexandr. *ad Bart. in l. præcipimus. 32. §. eo obſeruando.* C. *de appellat.* Quidquid aliud ſit in ſeruitute acquirẽda, in qua ſententia lata ad fauorem vnius ex ſocijs non prodeſt alijs *l. pro parte. 11. ff. de ſeruitut.* Alex. *in
l. 2. §. ex his. de verb. obligation. Surd. conſ. 231.
n. 5. lib.* 2. Et quomodo hoc intelligatur dicam
infra in capite particulari.
Quemadmodum dicimus de ſocio habente priuilegium fori, quia eius cauſa erit tractanda corã
Eccleſiaſtico, etiam quo ad alios ſocios non ha-
8 bentes illud priuilegium, † quando eſt communis, & indiuidua *Bald. in l. præcipimus. 32. in
fin. C. de appellation. Soccin. conſil. 82. ſuper quæſtionibus. col. vlt. in princ. n. 10. verſ. nona concluſio. lib. 3. Aret. conſ. 25. viſo themate ad me tranſmiſſo. column. fin. verſ. circa ſecundum eſt dicendum. Couar. pract. q. c. 34. col. 2. n. 2. verſ. quod ſi
contingat.*
Et adeo habetur reſpectus ſocietatis, vt hoc obiter adnotetur, vt etiam inter Conſortes, Colle-
9 gas Commilitones, † & ſimiles ſit locus mutuę
ſucceſſioni *l. 1. cum ſeq.* C. *de hæreditatib. de
curion. nauicular. cohortal. milit. & fabricenſ.*
& multis comprobat *Radulph. Forner. c. 7. rer.
quotidianar. lib.* 4. Quare quod duobus à Principe donatum eſt, id altero ſine legitimis, aut
honorarijs hæredibus mortuo, pertinet ad conſortem *l. vnic. & ibi gloſ. in verb. ha. rede. C. ſi
liberalit. imperial. ſoc. ſin. hæred. deceſſer. lib.* 10.
Etiam excluſo fiſco *l. 1. & ibi gloſ. in verb. legitimo. C. de bon. vacant. eod. lib.* Quaſi lex ęmula naturæ, & communem hominum ſenſum imitata ſoleat inteſtatorum hæreditates ijs addicere, quibus credibile eſt defunctum relicturum
ſi teſtari licuiſſet *l. 3. & l. conficiuntur. 8. ff. de
iur. codicillor.* Et enim affectio, quæ inter contubernales intercedit plerumq; cognatorũ amore certior, atq; conſtantior, efficit, vt ipſi inter
ſe propè cognati videantur, ſicut de Afris ait
Caſſiod. lib. 12. var. vniuerſam nationem, quantum ad ſucceſſionis beneficium attinet, vnam
eſſe familiam. Quaſi peregrinationis labor ſociatus eius commilitioni, & obeundorum munerum conſortium affectioni fraternæ non nihil addat, quinimo vice mutua chariores inuicem ſibi rediddiſſe credendum ſit *l. cum allegas
4. C. de caſtrenſ. pecul. milit. lib.* 12.
Et multa ſimilia quo ad cauſas cõmunes, vt vnus
iuuetur altero adducit latè *Felin. in c. 1. colu. 4.
n. 6. verſic. & pro pleniori. de præſcript. Rebuf.
priuil. ſcholar.* 106. *Gonzal. ad reg. 8. cancell.
de alternat. gloſ. 24. n. 47. vſq. ad n. 60.* vbi etiam
10 ex prędictis concludit, † quod reſeruatis beneficijs ad collationem cuiuſcunq; pręterquam
Epiſcopi, ſi beneficia ſpectent ad collationem
Epiſcopi, & capituli, non cenſerentur reſeruata
ob illam communionem *Calderin. conſ. 12. de
11 præben. Simonet. de reſeruat. q. 71. n. 1.* † Quemadmodum alternatiua conceſſa Epiſcopo prodeſt etiam capitulo in beneficijs ſpectantibus
ad collationem vtriuſq; *Pariſ. conſ. 144. ſcripſeram pridie. n. 13. col. 2. verſ. quibus ſuppoſitis. lib.
4. Put. deciſ. 88. lib.* 3.
Prout quando poſſidens habet titulum, quo caſu
non requiritur ſcientia, & patientia aed effectũ
acquirendi poſſeſſionem *Cepol. de ſeruit. ruſtic.
12 prædior. c. 20. n. 5.* † & ſufficeret ſcientia vnius
ex

ex his,qui habent intereſſe commune Rip.in c.
cum eccleſia ſutrina.nu.66.de cauſ. poſſeſſ. &
propr.Rot.coram Card.Seraphin. Carthaginen.
iuriſdictionis.16. decemb. 1596.
In caſu tamen mihi propoſito prædictis non obſtã
tibus contrarium Declaraui,quia conſtabat de
approbatione ſententiæ facta per non appellã-
13 tes,quo caſu tranſit in iudicatũ,† quaſi neceſ-
ſe ſit, quod nõ appellans tacuerit,ad hoc vt ap
pellatio vnius conſortis proſit alteri Franc. in
c.vna ſententia. verſ.ſeptimo requiritur. de ap-
pellat.Lanfranc. deciſ.460.vbi loquitur tam de
expreſſa, quàm tacita approbatione Imol. in l.
ſi quis ſeparatim.§.quod eſt reſcriptum.col.2.in
fin. verſ. ſi autem alter tantum.de appell.Hart-
man. Piſtoris. q.47. nu. 21. vbi ex hoc con-
cludit, quod cõdemnatis duobus tutoribus re-
ſeruata facultate probandi remiſſionem debi-
ti,ſi vnus ſuſcepit probationem,& alter appel-
14 lauit,& obtinuit,† iſta ſententia non proderit
alteri tutori; Ratio quia ſuſcipiendo onus pro-
bationis videtur renunciare beneficio compe-
tenti ex alterius appellatione,quaſi hanc viam
eligendo voluerit potius ſibi eſſe conſultũ hoc
remedio, quàm expectare euentum appellatio-
nis à contutore interpoſitæ,& quia hoc ipſo sẽ-
tentiam prius latã expreſsè comprobauit,itaut
per hanc approbationem non poſſit amplius ſe
tueri ex appellatione alterius l.ſi qui. §.vlt. in
fin.de appellat.
Neq; obſtabat non probari prætenſam accepta-
tionem ſentẽtiæ,cum teſtes loquantur per ver-
ba futuri temporis,dum deponunt dixiſſe quod
acceptaſſent ſnĩam , vel quod volebant illam
15 approbare ; Vnde non eſt dicendum , † quod
iſta verba in præſens obligent Caſtrenſ. in l.ti-
tia cum teſtamento.35.in princ.n.2. ff.de leg.2.
Alex.conſil.77.in cauſa accuſationis. col. 2.n.3.
verſ.item dictus.lib.1. Decian.conſil.55. nu.e4.
lib.2. Rom.ſing.154. quid ſi dixerit. Aufr. ad
16 Cappel. Tholoſ.deciſ.212. n.2.† Et ſic promiſ-
ſio tanquã nudo pacto nixa nõ producit actio-
nem l.iuris gentium. §. igitur. de pact. Maſq.
concluſ.628. Aliud enim eſt approbatio, aliud
17 promiſſio approbationis , † prout venditio,
quæ differt à promiſsione vẽdendi l.in bonæ fi-
dei.8.uerſ.ſi tamen.ff. de eo quod certo loco.Ang.
in l.1. poſt med. C. de pact.pignor. latè Tiraq.
de retract. conuent.ad fin.tit. n.41. verſ. quar-
to quia aliud. vbi nu. 43. cum ſeq. ampliat ad
18 mutuum,cõmodatum,depoſitum,† & ſimilia ,
quæ diuerſa ſunt à promiſsione Bart.Caſtrenſ.
Alex. & alij in l.ſi pupillus. 21. in fin. princ.
ff. ad leg. falcid. Prout dicimus de nominatio-
19 ne quæ licèt poſſit probari duobus † teſtibus ,
tamẽ debent eſſe omni exceptione maiores de-
ponendo de libera,& deliberata voluntate,ita-
ut non ſufficiat dicere ſe nominaturum Gama.
deciſ. luſitan. 287.Flores pract. quæſt. lib.3.q.
22.num.34.
Quia cum ſimus in verbis futuri temporis prola-
tis in actu dependente à voluntate, ſeu conſen-
ſu illius , qui dicebat velle approbare , verius
20 eſt,† quod verba etiam in futurum prolata re-
ſoluantur in tempus prçſens,& inducant perfe-
ctionem actus, niſi altera pars diſſentiat gloſ.
in l.ſtipulationum.5. § ſtipulatio. in verb. a.ſu-
turum.de verb.oblig.Bald. in l.in vendentis.13.
n.14.col.3. in fin.verſ.quinto quæro. C. de con-
trahen.empt.Burſat.conſ.100.num.9.lib.1. latè
21 Rot.Genuenſ.per Carthar.deciſ.29.n.9.† Cum
etiam promiſsio faciendi, aut liberandi pariat
exceptionem aduerſus agentem, ac ſi liberatio
ipſa facta fuiſſet Bart.in l. ſi intra. in fin.nu.4.
vbi dicit perpetuò notandum ff de pact.Bald.in
l.ſi creditoris.in princ. C.de fidicom. Caſtrenſ.
cõſ.342. in cauſa fratalea domus.in princ.lib.2.
22 Tiraq. de retract. conuent.ad fin.tit.num.28.†
Itaut ex obligatione de faciẽdo inducatur ob-
ligatio perſonalis , ex qua promittens tenetur
ad intereſſe Ang. conſil.184. ex forma & ſerie
dictorum.ad fin.verſ.& illa verba ad renouan-
dum.Alex.conſ.165.viſis duobus elegantiſsimis.
in fi.n.7.verſ.per prædicta etiã patet. lib. 2. Ro-
land.conſ.69.n.19.lib.3. Ruin.conſ.167.nu.13.
23 lib.1. † Licet in caſu renouationis emphiteu-
ſis dicat veriorem opinionem quod teneatur
præciſè nedũ ad intereſſe Hippol. Rimin. conſ.
94. nu. 29. cum ſeq. vbi tenet contra Angel.d.
conſ.184. cum alijs per Corbul. de cauſ. priuat.
ob temp finit.n.15.
Ideo aliàs cum de hoc dubitaretur Dixi,quod pro
mittens ſe obligaturum ad aliquam ſummam
24 intra certum tempus,†poteſt adueniente tem-
pore conueniri ad ſoluendum illam ſummam ,
ac ſi de prçſenti ſe obligaſſet,quia eo ipſo quod
promittit, præſumitur ſe obligare, vt circuitus
euitetur Io.Andr. ad Speculat.in rubr. de ob-
ligat. & ſolution.poſt princ.verſic.in quæſtione
de illo qui ſe obligauit. Bart.in l.1. n.3.verſ.cõ-
tra hoc facit ff.de pignor.action. Ruin. conſ.19.
n.14.lib.4. Roman.ſingul.186. obligo me.& ibi
latè Nic. Pig. in addit. Grammat. deciſ. 103.
n. 187.cum ſeq. Et quicquid alij contrarium
ſentiant,iſta opinio eſt verior vt per Doctor. in
l.cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ſi
cert. petat. cum alijs per Tiraq. de retract.con-
uẽt.ad fin.tit.n.26. & multis comprobat Surd.
25 conſ.457.n.13.& 38. lib.4. † vbi etiam quod
promiſsio de vendendo,& venditio eſt eadem ,
quando præſertim adeſſet iuramentum Seraph.
priuil.iuram. 23.nu.25. & 27. verſic. præterea
quamuis. Idem Surd. conſ.101.n.13. & 14. vbi
26 etiam de eo, † qui iurauit fundum dediſſe pi-
gnori pro decem,quod pro illis poterit conue-
niri l.ſi duo patroni.13.§.marcellus. de iur.iur.
quaſi virtualiter hoc contineatur. Quemad-
modum de confitente ſe recepiſſe centum pro
27 dote , † poterit enim procedi contra eum exe-
cutiuè pro reſtitutione dotis,quamuis nõ pro-
miſerit reſtituere , ſi ex forma ſtatuti inſtru-
mentum haberet executionem paratam Bart.
in l. 1.ff. de his quæ in teſtam. delent. & ibi
Bald. poſt med. Alex. conſil. 126. repetitus in
cauſa. lib. 6. dixi ſupra cap. 37. Iaſ. in d. l. ſi
duo patroni. §.marcellus.de iur.iur. quem tex.
mul-

multum notandum tanquam ſingularem dicit
Roderic. *Soarez. in l. poſt rem iudicatam. in 2.*
28 *extenſione. de re iudic.* † quaſi habeatur pro
ſcripto quidquid continetur in inſtrumento *l. ſi*
ita ſcripſero.36.de condition. & demonſtrat. Et
quod in inſtrumento conuincitur, vel præſumi-
29 tur dicitur tenor inſtrumenti *l. iuris gentium.*
§. quod ferè. de pact. Felin. in cap. translato. 3.
col.1.n.3.verſ.adde etiam. de conſtitution. Stan-
30 te præſertim clauſula omnia,& ſingula, † *quæ*
refertur etiam ad enunciata *Alex.conſ.17.nu.2*
lib.3.Rot.coram R.P.D. *Cantuccio.Romana do-*
*tis.11.februar.*1583,vbi ex hoc concludit, quod
31 pro dote enunciata † poterit agi via executiua
puta ſi dicatur in omnem cauſam,& euencum
reſtitutionis dotis, & ibi etiam multa, quando
pro non expreſſis detur executio inſtrumenti
iuxt.conſ.Corn.141.n.6.lib.3.

Quæ magis habebant locum in caſu noſtro, quia
teſtes probant pluries fuiſſe prolata verba, de
quibus agimus; Vnde cum ſimus in verbis ge-
32 minatis † debent parere obligationem, quam-
uis ſint in futurum,prout dicimus de promiſſio-
ne facta pacto nudo *Iaſ.in rubr. de verb.obliga-*
tion.n.10.Soc.Iun.conſ.31.n.6.lib.1.Hippolit.Ri-
min.conſ.9.n.54.lib.1.

Præſertim cum teſtes deponant, quod ita fuit per
partes concluſum,neq; enim loquuntur de ver-
bis prolatis in tractatu, quia tunc illa non at-
tenderentur,neq; ex eis aliqua actio,aut excep-
33 tio oriretur,† cum multa tractentur,quæ non
fiunt *Bald.in l.ſi voluntate.8.C.de reſcind.ven*
dit.Dec. conſ.133. viſo proceſſu & ſententia col.
4.verſ.ſexta teſtis.& conſ.18.num.4. column.4.
34 *verſ.ſecundo ex prædictis.* † vbi quod non ob-
ligant verba prolata per emptorem dicentem,
quod quando Sempronius reſtitueret ſibi pecu-
niam ſuam,ipſe redderet venditori prædium,
quia per illa verba non probatur concluſio, ſe-
quitur *Rot. Genuenſ. per Cartar. deciſ. 29.* vbi
quod non obligatur locans ſi dixit, quod ſem-
per quod conductor claues redderet, ipſe illas,
35 & domum accepiſſet, † cum ex hoc non fuerit
probata aliqua concluſio, quę ſolum attendi-
tur, tanquam in ea contractus conſiſtat, & ab
ea recipiat formam eſſentialem, & perfectionē
l.ſi dominus.de præſcript. ver.Bal. in l. multum.
colum.2.C.ſi quis alter.vel ſib.Alexan. conſ.28.
viſis & accurate.num.3.col.2. verſ. ad quod re-
ſpondendum. lib.1.& conſ. 13.ex his quæ in the-
mate.col.penult.n.17.eod.lib. Dec.conſ.11.nu.1.
Boer.deciſ.183.n.4.latè Tiraq.de retract.conuen
tion.ad fin.tit.n.24.Surd.conſ.202.num.5.& 6.
lib. 2.

Præterea quidquid ſit de prædictis non conſtabat
36 in caſu noſtro, † quod illi qui non appellarunt
habuerint ſciētiam de appellatione interpoſita
per conſociū, tunc enim hoc nō probato verior
eſt opinio, quod appellatio vnius non prodeſt
alteri. Quia non videtur, quod quis poſſit gau-
dere appellatione, quam ignorauit fuiſſe in-
terpoſitam *Felin. in c. cum ſuper. 17. colum.2.*
verſ.ſeptimo quando illud.n.9. de re iudic. Ma-
ximè in re diuiſibili, cū ſecus eſſet in indiuidua
37 quaſi † tūc aliud euenire nō poſſit,niſi quod ſnīa
proſit alteri *arg.tex.in l.loci corpus.§.ſi fundus.*
38 *ff.ſi ſeruit.vend.* † vbi ſi prædiū eſt cōe victoria
vnius prodeſt alijs ratione indiuiduitatis,& ita
declarat *Felin.in d.cap.cum ſuper.17. num.9.in*
fin.poſt Salic. in l.1.C.ſi vnus ex plurib. Et re-
gulariter in dubio præſumitur ignorantia, niſi
39 probetur ſcientia,† cuius probatio requireba-
tur ſaltem præſumptiuè, cum ad hūc effectum
talis ſufficiat *Soccin conſ.132.col.2. in fin.verſ.*
quod etiam confirmatur.lib.1.Rot.coram Cardi-
nal.Pamphil.Bononien. bonorum. de ſeto. 17. a-
40 *prilis. 1587. in fine* † vbi etiam, quod ſufficit
ſcientia procuratoris,quæ probabitur per con-
iecturas *Rum. conſ. 42. proponitur. n.21.lib.1.*
poſt Bar.in l.qui romæ.§.duo fratres.q.3.de ver.
obligation.Dec.in l.eius qui in prouincia.§ quod
ſtipulatus.n.9 ff.eod.

Immò neq; ſufficeret ſola ſcientia, quod conſors
41 appellauerit, cum etiam requiratur, † quod
ipſe non appellet; Nam ſi appellauit non vide-
tur voluiſſe ſe iuuari appellatione alterius ſocij
cum potius ex hoc declaret, quod non vult ap-
pellationem ſuam ab illa pendere, & ſic tacitè vi-
detur renunciaſſe beneficio *l.1. & 2. C. ſi plur.*
vna ſentent. Vnde ſi non eſt proſequutus ſuam
appellationem non iuuabitur ex proſequutione
alterius,prout in terminis concludit *Felin.in c.*
cum ſuper.17.n.6.col.2.in princ.verſ.fallit breui
ter.ibi ſecundo ſi omnes appellauerunt.de re iud.
Caputaq.deciſ.37.p.1.

EPITOME.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij quando
habeat priuilegium,vt poſſit offerre de bonis ad
iuſtum pretium. Onus ſoluendi aliquid ſuper
fundo an induat prohibitionem alienationis.
Dictiones in,de,ſuper,vltra,plus, amplius, & ſi-
milia quid ſignificent. Legatum ſcutorum cen-
tum vltra dotem ſcutorum mille an comprahē-
dat etiam dotem. Confeſſio facta in teſtamen-
to quando probet verum debitum, & reuocato
teſtamento cenſeatur reuocata. Legans centū
cum adiectione plus,vel vltra reliquiſſem,ſi pa-
ter tuus ſoluiſſet quod mihi debebat an inclu-
dat liberationem debiti. Promiſſio ſoluendi de
bonis quando excludat ſolutionem in pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia dicitur de bonis teſtatoris.*
2 *Debitor non cogitur ſoluere aliud pro alio, ne-*
que creditor accipere.
3 *In contractibus electio eſt debitoris, quidquid*
aliud ſit in vltimis voluntatibus.
4 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij habet*
priuilegium, vt poſſit offerre de bonis ad iu-
ſtum pretium, ſi illud ab alijs non inuenitur.
Ampliaetiam in cauſa dotis. n.14.15.& 16.
Et quid in hæreditate opulenta.nu.18.& 19.

5 Te-

5 *Teſtator ſi mandet dari redditus fundi poterit ſolui valor & aſtimatio, & fundus dimitti legatario. n.6. & alienari. n.7. & 8.*

9 *Onus ſoluendi aliquid impoſitus ſuper fundo quando inducat fideicommiſſum.*

10 *Prædium legatum quando poſſit cedi non obſtante acceptatione.*

11 *Creditor eligit rem meliorem ſi cogatur accipere bona loco pecuniæ. Intellige ut num. 12. & quando euitetur carcer offerendo bona. n. 13.*

17 *Inuentarium iuuat hæredem, ne ſoluat de proprio, & eum liberat à vexationibus facti.*

20 *Promiſsio ſoluendi de bonis intelligitur in bonis non in pecunia. Declara ut n. 21. 26. et 27.*

22 *Dictiones, in, de, et ſuper bonis quando faciant, ut hæres non ſoluat de proprio, etiam ſi non fecerit inuentarium. & n. 23. & 25.*

24 *Notarius præſumitur omnia ſcripſiſſe de mandato partium, non ex ſtilo tabellionum.*

28 *Teſtator ſi mandat dari uxori ſcuta tria millia de bonis ſuis ultra dotem duorum millium erit præſtandum legatum in pecunia, prout erat dos. Amplia, ut n. 32.*

29 *Dictio ultra implicat præcedentes qualitates, et modos. Intellige, ut n. 35. 36. 37. 38. & 39.*

30 *Dictio hoc amplius eſt repetitiua præcedentium. & n. 31.*

33 *Quantitas poteſt ſolui ſi uenit principaliter in obligatione.*

34 *Legatum cum clauſula plus, uel ultra reliquiſſem, ſi pater tuus ſoluiſſet, quod mihi debebat, includit liberationẽ debiti, ita ut filius hæres patris debitoris non poſſit pro illo moleſtari.*

40 *Per dictionem ultra fit etiam confirmatio eorum, quæ fuerunt inutiliter diſpoſita.*

41 *Legatum de ſcutis centum ultra dotem ſcutorum ducentum eſt duplex relictum, & comprahendit dotem inducendo de nouo legatum.*

42 *Confeſsio dotis facta in teſtamento quando probet uerum debitum dotis. n. 43. 44. 45. 47. 48. 49. & 50.*

46 *Confeſsio facta inter uiuos obligat confitẽtem, quamuis nihil promiſerit.*

51 *Confeſsio etiam parte abſente an plenè probet, & illi teneatur hæres ſtare. n. 52.*

53 *Reuocato teſtamento, in quo adeſt confeſsio ad fauorem alicuius etiam præſentis reuocabitur quoq; confeſsio. & n. 57.*

54 *Teſtamentum primum habet tacitam conditionem, ut ualeat, ſi ſecũdum non fiat, quidquid aliud ſit in fideicommiſſo. Intellige ut n. 55.*

56 *Confeſsio iurata, et acceptata tranſit incontractum, neque poteſt reuocari.*

CAPVT CXVI.

SOlutionem dotis quę petebatur in caſu mihi propoſito Dixi faciendam eſſe in bonis hæreditarijs, ideo reum conuentum non debere
1 cogi ad illam pręſtandam in pecunia; † Nam licèt pecunia dicatur de bonis teſtatoris *Aim. conſ. 187. n. 6. uerſ. ſed pro primo.* Tamen ele-
2 ctio ſpectat ad debitorem, † qui inuitus non poteſt cogi ſoluere aliud pro alio *l. domini prædiorum. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* prout dicimus de creditore *l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. petat. Alex. in l. 1. qui ſatiſd. cogant. Becc. conſ. 21. n. 6.*
3 Maxime in contractibus, † cum in vltimis voluntatibus electio ſit creditoris legatarij, non hæredis obligati ad præſtandum legatum, quaſi in illis fiat plenior interpretatio; dummodò verba executiua non dirigantur ad hæredem, quia tunc electio ad eum ſpectabit *l. ſi ita relictum. §. fin. de legat. 2. Spin. de teſtam. gloſſ. princ. 8. n. 34.*

Præterea quia ſumus in hærede cum beneficio legis & inuentarij, eſt particulare priuilegium ipſius, vt poſsit offerre de bonis ad iuſtum pretiũ,
4 quando aliàs illud † non inuenitetur *Bart. in l. fin. §. etſi præfatam. C. de iur. deliber. Ancbar. q. 64. n. 7. p. 2. Benine. de paupert. q. 9. ſpecial. 10. n. 50.* Reperitur enim in hoc priuilegiatus hęres, vt aliud pro alio ſoluat ſtante d. inuentario *Burſatt. conſ. 9. n. 30.*

Prout etiam, cum de hoc aliàs diſceptaretur Dixi idem eſſe quando teſtator mandat dari alicui
5 redditus fundi; nam poterit hæres † inuito legatario ſoluere æſtimationem, & valorem redditũum, nõ autem ipſos redditus *l. fundi trebatiani. 37. & ibi gloſ. in verb. poſſe. ff. de uſu & uſufr. legat. l. nihil proponi. de leg. 1. Roman. ſing. 434. lego titio.* Neque cõcedetur legatario cultura fundi, ſi hoc facit ad acquirendam poſſeſsionem, quamuis poſsit colere pro eiuſdem fundi conſeruatione *Bald. in l. unica. §. excepto. in princ. uerſ. extra quaro. C. de cadue. tollend.*
6 Immò etiã † hæres poterit fundum dimittere legatario ad eius libitum, cui non licebit recuſare curam illius prædij *Bal. in l. ſi quis argentum. 35. in princ. nu. 6. col. ult. uerſ. ſi uero. C. de donat.* cũ declarationibus, de quibus per *Bart. in d. l. fundi trebatiani. Roman. ſingul. 388. in caſu propoſiti thematis. nu. 1.* late *Surd. de alim.*
7 *tit. 8. priuil. 82. n. 4.* † Ita vt etiam ſit licita alienatio eiuſdem pretij cum dicto onere relicti, quaſi non ſit perpetuũ onus, neq; adiectũ ſuper ipſa re, nec ipſa res affecta, ſed ſolùm grauatus hæres dare redditus fundi, cõtra quem erit ſolũ
8 orta actio perſonalis, nõ realis, † & ſic onus poterit impleri in pecunia, vel alio modo *l. fin. §. ult. ubi gloſ. in uerb. non eſſe. ff. de contrab. emption. l. cum ſeius. 12. de annuis legat. Io. Garz. de expenſis. & meliorat. c. 4. num. 9.* vbi multa
9 quando † huiuſmodi onus inducat fideicommiſſum, & prohibitionem alienationis ad intellectum *d. l. fundi trebatiani. & d. l. fin. Guid. Pap. decis. 576. Rip. in l. 1. §. ſi hæres percepto uſufructu. col. 2. num. 14. ad trebellian. Valaſc. conſultat. 82. Gama. decis. 225. num. 9. & decis. 30. & 38. et ibi Flores. in addit.* & late *Idem Flores. pract. quaſt. lib. 1. q. 17. n. 2. uſq; ad n. 48.* Et de
10 legato prædij valoris centum cum onere, † vt ſoluantur Titio centum & viginti quod licitum ſit cedere fundum quamuis legatum fuerit acceptatum *Caſtr. in l. filiusfamilias. §. 1. de leg. 1. Anna. ſing. 301.*

In caſu tamen, in quo creditor teneretur accipe-
re rem debitoris,non pecuniam ſibi debitã erit
in eius facultate eligere etiam rem meliorem:
11 Etenim † grauatur accipiendo aliud pro alio,
vndè debet in hoc releuari Bald. in auth.hoc ni
ſi debitor.n.1.& ibi Salic. in princ. C. de ſolu-
tion.Auffr.ad deciſ.Cappell.Tholoſ.67.n.2.verſ.
in his tamen caſibus. vbi limitat fauore eccle-
12 ſiæ,† vel quando debitum eſſet ex cauſa dona-
tionis,tunc enim non deberet aſſignari melior
fundus ad electionem creditoris,ſed mediocris
ſpeciali priuilegio donantis, cum quo non eſt
rigorosè agendum tanquam conuento ex ſua li
beralitate l. ſi quis argentum.35.§.ſi autem do-
nator. C. de donation. Surd. de alim.tit. 9.q.41.
n.26. vbi multa de intellectu d.l.ſi quis argen-
tum. Quinimmo etiam euitatur carcer offerē-
do bona de melioribus,quamuis per pactum,
13 vel ſtatutum quis aſtringatur carceri † per
non ſolutionem factam in tempore Felin. in c.
quo ad conſultationem.n.11. de re iudic. Matth.
Coler. de proceſſ. executiu. c.6. p.1. n.124. &
127.

Nec facit quod ſimus in creditore ex cauſa dotis,
quę tanquam fauorabilis debet obtinere,vt ſo-
lutio fiat in pecunia, non in bonis. Quia cum
14 dos non reperiatur in ſpecie priuilegiata,† nō
eſt diſcedendum à regula, quæ mandat,vt hæ-
res cum beneficio legis,& inuentarij poſſit ſol-
uere de rebus hæreditarijs, vel de earum pre-
15 tio,† ita vt electio ad eum pertineat l. fin. §.
& ſi præfatam.C. de iur.deliber. l. plerumq;. in
fin. de iur. dot. Bald. in l ſi quis ſeruum. C. de
condict.indebit. Afflict.deciſ.397.num.4. Surd.
conſ.225.num 6. verſ ſecundo eſt aduertendum.
16 lib.2. † & in ſpecie de dote poſt Alciat. per eũ
adductum concludit Phannuc.de inuentar.p.5.
n.149. tom.8.p.2. fol.293. ſequitur Surd. deciſ.
318.n.10.& per tot. vbi quod etiam ex cauſa
dotis,ſi non poſſint vendi bona iuſto pretio,sũt
accipienda in ſolutum facta æqua æſtimatio-
17 ne;† Quia inuentarium non ſolum iuuat hęre-
dem, vt non ſoluat de proprio,ſed etiam illum
liberat à vexationibus facti Bald.in l. fin.§. &
ſi præfatam. col.vlt.ad med.num. 5.verſ. vltimo
nota.ubi Iaſ.n.1.verſ. quarta utilitas. in fin. C.
de iur. deliber.

Neq; obſtat quod alij contrarium ſenſerint in hę
reditate opulenta,in qua hæres etiam cum be-
18 neficio inuentarij cogitur ſoluere in † pecunia
Alex.conſ 30.uiſis dubitationibus. col.2.num 6.
verſ.accedit quia tranſlatio. lib.6. Fulgoſ. conſ.
67.paterfamilias.col. 3. verſ.quod tamen ita ue-
rum intelligo.n.3.ad med. Gozadin. conſ.25. in
hac cauſa ex ciuitate.n. 20.verſ. decimo etiam ſi
nullo.in fin.Socin.Iun.conſ.107.in fin. nu.59.
lib.3.Phannuc.de inuentar.p.6.in princ.nu.2.

Quia omiſſo quod in caſu noſtro non conſtat de
huiuſmodi opulẽtia hęreditatis,cum neq; hoc
fuerit allegatum. Verior etiam eſt opinio,quod
beneficium inuentarij ſuffragetur indiſtinctè
19 hæredi,† vt poſsit aliud pro alio ſoluere,& of-
ferre de bonis, quando non inuenitur iuſtum
pretium, neque hæres eſt in culpa, quod em-
ptor non reperiatur Burſat.conſ.9. n.30. lib. 1.
Anchar.q.64.n.1.p.2.& ita in terminis conclu-
dit Surd.deciſ.318.n.8. in fin.verſ.nec quemquã
moueant. vbi quod non eſt admittenda huiuſ-
modi diſtinctio hæreditatis opulẽtæ poſt Mar-
cobrun.conſ.3. per tot.

Quod magis erat dicendum in caſu, de quo age-
bamus propter obligationem rei conuenti, qui
20 promiſit ſoluere de bonis, † quæ dictio deno-
tat cauſam proximam, & materialem,ideo im-
portat ſolutionem faciendam de ſubſtantia bo-
norum,non in pecunia Ruin. conſ.65. n.3.verſ.
ſed his non obſtantibus. & n.8. poſt med. col.3.
verſ.& ideo infero. lib.2. Corn.conſ.48.de pluri-
bus.n.20.& 21.col.4 lib.2. & conſ. 26. n.9. col.
3.verſ.accedat. lib.3 dixi deciſ.141. n.7. & late
proſequitur Sim.de Prat. de interpret.ultim.uo-
21 lunt. lib.5.dubit.ult.n.22.fol.572.† vbi quid-
quid ſit in legatis,quo ad contractus electio eſt
debitoris Corn.conſ.215.uidetur in hac conſul-
tatione. col.1. ad med. n.2.lib.4.Surd.conſ.372
n.21.lib.4.Aldobrand.qui multis ſimilibus com
probat conſ.115 n.2.uſq; ad n.16.

Immò etiam iſtæ dictiones, in,de, vel ſuper bonis
adiectæ conceptioni,& diſpoſitioni legatorum
22 deſignant,& important,quod hæres,† vel alius
grauatus non ſoluat de bonis proprijs gloſ.in l.
nomin.13.§. unus ex hæredibus. in uerb. non de
proprio.de legat.3.Caſtr.conſ.405.primo quaro.
in 1. dub. n.2 verſ.ſecundò quia teſtator.lib.1.
Aim.conſ.187.n.4. Simon.de Prat. conſil.98.in
fin. lib.1. Quod procedit quamuis non fecerit
23 inuentarium, † cum etiam hoc caſu eatenus
hæres obligetur, quatenus habeat de bonis te-
ſtatoris,quaſi tunc idem teſtator videatur re-
miſiſſe onus conficiendi inuentarium Alciat.
conſ.38.facti præſens ſpecies. n.31.col.3. in fin.
verſ. confirmatur hæc concluſio. tom. 3. lib. 9.
Corn.conſ.180. multitudo quæſitorum.col.7. in
princ.verſ ſic & alias.q.6 in fin.nu.9.lib. 4 &
conſ.127.quamuis.col.ult. poſt med.n.5.verſ. &
quod alias dixit.lib.3.Caſſan.in conſuetud.bur-
gund.rub.7 §.13.in tex. ibi. par benefice d'in-
uentaire.n.5. uerſ. adde alium quando teſtator.
& de magis communi opinione docet Phan-
nuc.de inuentar.p. 7.nu.51. tom.8.p.2.fol. 312.
qui licet n.52. dicat aduertendum eſſe, an hu-
iuſmodi verba,de bonis,ſint poſita de ſtilo no-
tariorum,quaſi tunc nihil operarentur, Tamen
iſta differentia verborum teſtatoris,vel notarij
24 non eſt admittenda,† cum ſemper prǽſumatur
tabellionem ſcripſiſſe de voluntate partium,ita
vt quidquid ſcriptũ ſit cenſeatur ab ipſis pro-
latum Bald. in l. 1. ad fin. C. de priuileg. dot.
Cagnol.in l.ſi librarius. 93.n.7. de regul. iur.
Dec.conſ.410.apertiſsimi iuris.n.1.& conſ.125.
25 n.9. † & in ſpecie de hærede grauato ſoluere
de bonis ita concludit Sim.de Pret.de interpret.
ultim.uolun. l.dub ult. n.25.fol.572.

Prædicta tamen Dixi eſſe intelligenda, dummodò
non conſtaret ex coniecturis teſtatorem voluiſ-
ſe ſolui dotem in pecunia,quamuis enim man-

dati-

26 daſſet ſolutionem illius fieri de bonis, † nihi-
lominus deberet dari in pecunia; Et ratio eſt,
nam licèt aliàs iſta dictio, de, ſignificet cauſam
immediatam, & reſpiciat ſubſtantiam legati
l. 1. §. nunc videamus. in fin. ff. de coniung. cum
emancipat. liber. eius. quod facit, vt tunc hæres
non cogatur ſoluere in pecunia Ruin. *con. 65.*
27 *n. 3. lib.* 2. Tamen etiam dictio, de, † regulatur ſe-
cundum ſubiectam materiã, ita vt quãdo poteſt
perpendi aliqua intentio loquentium ſignificet
potius cauſam remotam, & mediatam, quàm
proximam, & immediatam, etiam illam impro-
priando, prout in huiuſmodi dictionibus, de, ex,
& ſimilibus concludit *Alex. in l. ſi finita. §.*
deinde ait. in princ. nu. 2. ff. de damn. infect. Soc-
cin. conſ. 14. ſequendo ordinem. col. 2. ad med.
verſ. tertio probatur lib. 1. Corn. *conſ. 1. nu. 22.*
col. 3. in fin. verſ. quia respondetur primo. lib. 4.
Dec. conſ. 69. col. 2. in fin. verſ. non obſtat quod
ſupra dicebatur. latè *Aldobrand. conſ. 115. n. 31.*
28 *vſque ad n. 34.* † & in ſpecie eſt deciſio *Rota per*
R.P.D. *Gipſium Auximana legati. 26. ianuarij.*
1596. vbj teſtator vltra dotem duorum millium
ſcutorum mãdauit dari vxori de bonis ſuis alia
ſcuta ter mille, & cum dubitaretur an eſſet fa-
cienda ſolutio de ſubſtantia bonorum, verius vi-
ſum fuit, quod legatũ ſit pręſtandũ in quantitate
ſeu pecunia, non in bonis, quemadmodum etiam
dos debebat ſolui in pecunia non obſtantibus
verbis de bonis, à quorum proprietate debe-
29 bat recedi † propter dictionem illam, vltra,
quæ implicat præcedentes qualitates, conditio-
nes, & modos Ang. *cõſ. 294. quoniam in vltimis.*
in fin. n. 8. Pariſ. *conſ. 2. n. 65. & 66. lib. 2.* Ber-
tazzol. conſ. ciuil. 59. nu. 2. mulra *Sim. de Pret. de*
interpret. vltim. volunt. lib. 2. ſolut. 4. dub. 2. in-
terpret. 3. num. 9. fol. 157. ſolut. 2. d. dub. 3.
nu. 138. fol. 169 Neuiz. *conſ. 72. n. 27. verſ. item*
ſi fiat. Dec. *in l. actione. 4. nu. 9. col. 4. in princ.*
verſ. alia eſt dictio. C. *de tranſact. & conſ. 189.*
circa primum dubium. col. penul. in fin. n. 7. Ful-
goſ. conſ. 40. col. 2. in fin. uerſ. nam conditio illa.
Surd. qui etiam ampliat ad promiſsionem fa-
ctam inter viuos *conſ. 471. nu. 1. & 2. lib. 4.*
rout dicimus de dictione, hoc amplius, quæ etiam
o eſt repetitiua præcedentium; † *ſi tios purè. 52.*
de leg. 3. l. qui ita. 4. ubi gloſ. in uerb. tot. ff. de do-
te prælegat. Iaſ. *in l. legata inutiliter. 19.*
1 *princ. nu. 2. de leg. 1.* † Et multa de huiuſmodi di-
ctionibus, quæ inducunt repetitionem *Bart. in*
l. in repetendis. 61. de leg. 3. Aret. conſ. 67. diligen
ter & maturè col. 2. verſ. ex quo reſpondetur.
Bertrand. *conſ. 359. ponitur in facto. lib. 2.* Caſtr.
conſ. 88. viſo legato in princ. lib. 1. latè Peregrin.
de fideicomm. art. 16. nu. 16. uſque ad nu. 25.
: præter iſtam coniecturam, quæ colligitur ex
dictione vltra, idem eſſet ſi aliter conſtaret de
voluntate diſponentis; † prout ſi mandaretur
ſolui legatum diuerſis vicibus, & durante dila-
tione teſtator vellet, quod vxor haberet aliquã
partem fructuum, quaſi tunc cogitauerit ma-
gis expedire hæredi ſoluere in pecunia, quàm
vendere bona, & ſic tunc pecunia diceretur eſſe
in ſolutione, non conſiderando, quod fuerit man
datum ſolui de bonis; Quia illa bona ſunt po-
ſita veluti adiecta, & acceſsio *l. obligationum fe-*
re. 43. §. acceſsio de action. & obligation. Vnde
cum legatum ſit in quantitate, quamuis poſtea
dicatur de bonis, & ſubſtantia bonorum; Ta-
men quãtitas eſt in obligatione, ad quam teſta-
tor habuit reſpectum, licèt poſtea bona ſint in
facultate ſoluendi *Bart. in l. ſi quis ſtipulatus*
fuerit decem in melle. 77. in princ. de ſolut. & li-
33 *berat.* † Vnde ſi quantitas venit principaliter
in obligatione, illa poterit ſolui per hæredem,
& ad eũ ſpectabit electio *Corn. conſ. 183. quãuis*
uideatur. col. 1. in fin. uerſ. & præſupponendum
eſt. lib. 1. Aldobr. conſ. 115. n. 23. & 30. Rot. coram
R.P.D. *Gipſio. auximana legati. 26. ianu. 1596.*
Amplius huiuſmodi dictiones, vltra, plus, & ſimi-
les non ſolùm repetunt qualitates, & modos, vt
34 dictum eſt, † ſed etiam inducunt liberationem;
vnde ſi aliquid fuerit legatum hoc adiecto plus,
vel vltra reliquiſsé, ſi pater tuus ſoluiſſet, quod
mihi debebat, tale relictum includit iſtud debi-
tum, ita filius hæres patris debitoris ſit libe-
ratus, nec pro tali debito poſsit amplius mole-
ſtari ab hæredibus creditoris *l. pater. quæ eſt*
fin. §. auus de dol. exception. quem tex. dicit ſin-
gularem, & multum notandum *Guliel. Benedict.*
in c. rainutius. in uerb. alteroeba filia. in prin-
cip. de teſtament. vbi idem concludit de dictio-
nibus, hoc amplius, & ſimilibus, & eſſe caſum
ſingularem dicit etiam *Vrſill. ad Afflict. deciſ.*
285. n. 2. vbi quoque allegat *Roman. ſing. 585. le-*
gatum factum. Et tanquam pulchrum caſum
refert etiam Surd. *deciſ. 285. n. 12.*
Quæ tamen ſuperius dicta ſunt de dictione vltra,
& ſimilibus, debent intelligi, dummodo non fiat
35 repetitio eios, † à quo receſſum eſt per teſtato-
rem, vel in caſu, in quo non vitiaretur legatum
nouiter factum Ang. *conſ. 94. quoniam. in fin.*
Et quando illud quod debet repeti eſt certum
36 per ſe, vel per relationem ad aliud † *Sim. de*
Pret. de interpret. ultim. uolunt. lib. 2. ſolut. 4.
dub. 2. interpr. 3. n. 9. fol. 157. Vel niſi in ordine
37 diſpoſitorum † reſultaret aliquod abſurdum,
ſeu incompatibile *Cuman. conſil. 112. ciuis*
quidam Peregr. de fideicommiſſ. art. 16. nu. 18. in
38 *fin* † Et in alijs caſibus, de quibus *ibi per eum,*
et per Menoch. præſumpt. 180. n. 2. vſque ad n. 54.
lib. 5 & per Surd. conſ. 471. n. 37. vſq; ad n. 43. Et
quando appareret, quod eſſet appoſita per mo-
39 dum cumulationis, non diſpoſitionis † *Dec. in*
l. actione. 4. n. 9. col. 4. C. de tranſaction. Ludouic.
Bolognin. in addit. ad Io. *de Anan. conſ. 37. in*
fin. verſ. & ita non poſſunt illa verba. n. 7.
Quibus adde quod propter illam dictionem vltra
non ſolùm fit repetitio, incluſio, & extenſio, Sed
etiam confirmatio eorum, quæ fuerunt inutili-
40 ter data, † & diſpoſita *Doct. in l. legata inutili-*
ter. de leg. 1. Pariſ. conſ. 2. nu. 67. lib. 3. Benedict.
in c. rainutius. in verb. alteroeba filia. in princ.
de teſtament. & multum notandum dicit *Surd.*
deciſ. 285. nu. 12.
Ideò cum aliàs dubitaretur an legatum relictum

vxori de ſcutis centum vltra dotem ſcutorum
41 ducentum comprehenderet etiam dotem,† Di-
xi concludendum affirmatiuè, quod etiam dos
cenſeatur incluſa in huiuſmodi legato propter
illam dictionem vltra, quæ eſt repetitiua præ-
cedentium; itaut expreſsè de nouo inducatur le
gatum, quaſi duplex ſit relictum ſiue ſit per di-
ctionem præter, ſeu hoc amplius, vel vltra, ſeu
poſt, plus, cum ſimilibus *Bald. in l. ſi vltra. 22.
ad med. C. de fideiuſſor. & mandator. Pariſ.
conſ. 95. nu 8. & 9. lib. 2. Corn. conſ. 13. quamuis
videatur. col. 1. n. 1. ad med. lib. 1.* Et ex text. *in
l. cum filius. 78. §. pater cum filia. de legat. 2.*
quem dicit notabilem in huiuſmodi caſu *Soc-
cin. conſ. 92. circa primum huius conſultationis.
col. 8. poſt med. verſ. ſed poſtremo. nu. 8. in fin.
lib. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 16. nu. 18.
& 19. Soccin. Iun. conſ. 107. n. 8. lib. 3.*

Neque obſtat quod iſta confeſsio dotium facta in
teſtamento non probet verum debitum dotis,
42 vnde aliter debet apparere de conſtitutione, †
& ſolutione eiuſdem dotis, quàm ex dicta con-
feſſione, quæ tunc ſolum probabit, quando non
tantum teſtator confitetur factum, ſed etiam vl
terius diſponendo legat; Vnde ſi remaneat in
terminis puræ confeſſionis, dos non poterit pe-
ti, quaſi tunc teſtator nihil diſponat, cum aliud
ſit legare aliud confiteri, prout in ſpecie con-
cludit *Ang. in l. generaliter. col. ult. in princ. n. 9.
uerſ. an tamen illa confesſio teneat. C. de non nu-
mer. pecun.* & tanquam veriorem opinionem
ſequitur *Phannuec. de inuentar. p. 7. nu. 119. &
120. uerſ. primus caſus. tom. 8. p. 2. fol. 314.* vbi
43 ex hoc dicit conſuluiſſe, † quod teſtator ſim-
pliciter declarans, & confitens dotem vxoris
eſſe in ſcutis mille, non cenſetur dotem legare,
neque illa probabitur ex hac confeſſione, niſi
aliunde probetur conſtitutio, & ſolutiò dotis;
Ideò quia in caſu ſuo productum fuit inſtrumen
tum ſolùm de ſcutis octingentis, illa tantum
debentur, cum ad hoc, vt ſint debita mille requi-
ratur, quod vltra confeſſionem teſtator diſpo-
44 nat legando;† & ſequitur *Lancell. Galliæ. ad ſta
tutum ſeu conſuetud. alexandrin. in verb. legare.
q. 7. nu. 40. tom. 2. fol. 318. Capr. conſ. 10. col. 3. in
fin. verſ. ſed his non obſtantibus. nu. 10.* & prius
voluit *Caſtrenſ. in l. lucius titius teſtamento. 90.
§. quiſquis mihi hæres. il 2. verſ. item vltima pars
ſummarij. de leg. 2.*

Quia verior eſt opinio contraria, quod imò ſuſti-
neatur confeſſio facta in teſtamento etiam in
vim legati, & fideicommiſsi, quamuis non con-
45 ſtet de vero debito, † neque teſtator vltra con-
feſsionem aliquid vlterius diſpoſuerit. Ratio eſt
quia confitendo ſe debitorem, vel declarando,
quod recepit pecuniam videtur eo ipſo man-
dare hæredi, vt ſatisfaciat, & creditori ſoluat;
46 Ad exemplum confeſſionis factæ † inter viuos,
ex qua confitens obligatur, & poteſt conueniri,
quamuis nihil promiſerit, cum confeſſio ſit qui-
dam quaſi contractus, prout in terminis ita cō-
cludit *Cin. in l. generaliter. q. 8. in fin. nu. 11. col.
5. in princ. verſ. ſi verò emittitur. C. de non nu-*
47 *mer. pecun.* † vbi quod inducit obligationem;
& probationem, quamuis enim non habeat an-
nexam diſpoſitionem expreſsè, tamen habet ta-
citè, vt intelligatur tacita diſpoſitio, non ſecus
ac ſi teſtator dixiſſet, & ideò dari volo *l. vnum
ex familia. 69. §. vlt. de leg. 2.* Et quidquid *Caſtr.
& alij* contrarium ſentiant; hanc opinionem di
48 cit veriorem † *Gomeſ. de teſtam. cap. 12. tit. de
legat. nu. 81. verſ. ſed iſta opinio non eſt vera.* cum
alijs *per Emanuel. Coſt. in l. ſi ex cautione. nu. 6.
fallent. 11. C. de non numerat. pecun.* prout etiam
49 latè concludit *Surd. deciſ. 285. nu. 4. cum ſeq.* †
vbi ſuſtinet confeſsionem in vim legati, ſi teſta-
tor ſolùm confeſſus fuerit dotem vxoris eſſe in
tali ſumma, quamuis aliter non probet mulier
eius creditum, & teſtator non diſpoſuerit vlte-
rius, ſed ſimpliciter remanſerit in terminis pu-
ræ confeſſionis, neque mandauerit illam ſolui.
Idem Surd. conſ. 169. n. 5. ad med. verſ. eſt verum.
50 *lib. 2.* † Quod magis procedere ſtante iuramen
to, etiam ſine ſpe reuocationis, quamuis teſta-
mentum poſſet reuocari *Seraphin. priuil. iura-
men 93. n. 5.* Subdens magis hoc eſſe de æquita-
te canonica *Grat. conſ. 2. nu. 12. lib. 2. Felin. &
alij. in cap. ſi cautio. de fide inſtrum.* Itaut talis
51 confeſſió † etiam facta parte abſente inducat
plenam probationem, & hæres teneatur illi ſta-
te, quando agitur in foro, in quo ſeruatur æqui-
tas omiſſo rigore iuris *l. ſi ego. §. 1. de iur. dot.
Bald. in l. generaliter. q. 10.* C. *de non numer. pe-*
52 *cun.* † Quando præſertim emanauit talis con-
feſſio in extremis, quaſi tunc teſtator non præ-
ſumatur mentiri, ſed eam confeſſionem facere
pro exoneratione ſuæ conſcientiæ ad notata *per
Doctor. in cap. parochiani. de ſepultur.* in ter-
minis concludit *Rot. coram* R.P. D. *Litta. mace-
raten. afflictus. 19. decembris. 1596.* & voluit *Fe-
lin. in cap. ſi cautio. nu. 25. verſ. quintus caſus. &
n. 17. de fid. inſtrument.*

Ideò cum ſit legatum, & in vim illius valeat, cum
aliàs de hoc diſceptaretur Dixi, quod ſi reuo-
cetur teſtamentum, in quo adeſt huiuſmodi con-
53 feſsio, † cenſebitur etiam reuocata ipſa confeſ-
ſio, cum per ſecundum teſtamentum reuocen-
tur omnia in primo diſpoſita, & legata, quam-
uis in ſecundo nihil fuerit dictum de reuocatio-
ne primi, cum ſubintelligatur illa clauſula, caſ-
54 ſans, & irritans. † Quaſi primum habeat taci-
tam conditionem, vt valeat, ſi ſecundum non
fiat, quidquid aliud ſit in tacito fideicommiſſo
*gloſ. in l. 3. item ſi ipſe. in verb. ſcriptus. ff. ſi
cui plusquam per leg. falcid. per tex. in l. ſi tibi
certam. 28. de adim. legat. Surd. conſ. 169. nu. 6.*
Ita vt ſi teſtator etiam in præſentia partis di-
cat, quod ſi teſtamentum non valet iure teſta-
menti, valeat vti donatio inter viuos; Tamen ſi
contingat reuocari teſtamentum, cenſebitur
etiam reuocata d. donatio *Bald. in l. heredes
palam. §. in teſtamentis. in fin. verſ. ex prædictis
apparet. de teſtan.* vbi dicit eſſe multum notan-
dum *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. vo-*
55 *lunt. lib. 12. t. t. 1. nu. 36.* † Dummodò talis con-
feſſio non fuerit acceptata per partem, tunc

enim

enim poterit ex ea agi, quamuis reuocetur te-
ſtamentũ, & licèt non ſit ſpecificata cauſa, cau-
ſæ, cum ſufficiat cõfiteri, quia dixit ſe obligatũ
eſſe *Bald.conſ.488. in quodam teſtamento.lib.4.*
Oldrad.conſ.114.factum eſt tale.n.1. qui loqui-
tur in confeſſione iurata, & acceptata, quæ cũ
tranſeat in contractum non conſideratur, vt le-
56 gatum, † ideò expreſsè non poterit reuocari,
ne dum tacitè *Surd.conſ.169. n.9. lib. 2. Sera-*
phin.priuil.iuram.93.n.5. Et multa de confeſ-
ſione facta in teſtamento, quando poſſit reuo-
57 cari † *Tiraq. ad leg.16.connub.gloſ.5.n.102.et*
103. Vbi de Caio Viſellio Varrone qui Octaci-
liæ legauit trecenta millia nummum, cum qua
commercium libidinis habuerat tanquam ſi-
bi deberentur, & de iudicio Caij Aquilij in hac
re *Valer. Max.lib.8.c. 2.* Et quando cenſeatur
facta reuocatio primi teſtamenti, & codicilli la
tè *Surd.conſ.231.lib.2.*

E P I T O M E.

In bonis inuectis, & illatis quando competat via executiua, & hypotheca tam pro penſione, quàm deterioratione domus. Beneficium prælationis in emptione fructuum, expellendi colonum pro vſu ſuo, & percipiendi vſuras dotis an competat ſucceſſori. & ceſsionario. Redimens rem alteri obligatam quando poſſit illam retinere, donec ſibi reddatur quod expendit. Soluens penſionem domus pro alio an ſuccedat in eius locum quo ad hypothecam.

S V M M A R I V M.

1 *Via executiua competit pro penſione, & deterioratione domus in bonis inuectis, & illatis. n.4. & de cautela deſcribendi bona.nu. 2.*
3 *Conſuetudo ſeruatur in locationibus.*
5 *Fideiuſſor tenetur pro deterioratione domus quamuis ſolum ſit datus pro penſione.*
6 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus obligatur etiam pro vſuris, & acceſsionibus.Intellige vt n. 7.*
8 *Hypotheca ſeu via executiua an ceſſet quando fuit datus fideiuſſor, ſeu pignus pro penſione domus. n.9.10. & 11.*
12 *Hypotheca non competit in bonis inuectis, quæ ad tertium peruenerunt. Declara vt nu.13. 14. & 15.*
16 *Beneficium hypotheca in bonis inuectis nõ competit ceſsionario.*
17 *Extraneus ſoluens pro alio an ſuccedat in iure creditoris ratione hypotheca.*
18 *Priuilegium domini vt præferatur in emptione fructuum coloni an competat ceſsionario.*
19 *Facultas expellendi conductorem pro vſu ſuo non tranſit ad ſucceſſorem.*
20 *Priuilegium mariti vt habeat vſuras dotis an ſit perſonale, & competat ceſsionario.*
21 *Redimens rem alij obligatam poteſt illam retinere donec reddatur ſibi pecunia expenſa. Intellige vt n.22. 23. & 25.*
24 *Soluens penſionem pro alio non ſuccedit in eius locum quo ad hypothecam.*
26 *Faciẽs impenſam in beneficio an poſsit illud retinere donec melioramenta ſoluantur.*

C A P V T   C X V I I.

VIa executiua competit in bonis inuectis,
& illatis pro penſione domus *Rebuff. de*
litter. obligator art.6.gloſ. 3.nu. 39. & art. 4.
1 *gloſ.2. nu.10.* † vbi quod eſt priuilegium loca-
tionis *Afin. de execution.c.21. §. 1. nu.1.* Ideo
datur practica cautela per *Bald. in l. cum*
2 *domini. ff. locat.* † quod locator adeat ſuam
domum conductam, & ducat ſecum tabellionẽ,
qui deſcribat res conductoris ibi repertas, ita
ut ſi facta deſcriptione penſio nõ ſoluatur, poſ-
ſint prædicta capi, tanquam poſt deſcriptionẽ
poſſeſſa *l.inquilino. 33.de damn.infect. Iaſ. in*
l.item quia. n.2. verſ.item aduerte quod iſta ta-
cita.ff. de pact. licet in hoc eſſet ſeruanda con-
3 ſuetudo, † quæ in locationibus ſolet obtinere
ſecundum morem regionis *l. ex conducto. 16.*
in fin.ff.locat. cum penſio ſine mora ſit ſoluen-
da, tanquam in contractu bonæ fidei, ita vt
vſuræ à tempore moræ veniant *l. præſes. 17.*
C. locat.
Idem eſſet pro deterioratione domus conductæ
l.2.ff.quib.cauſ. pign. tacit.contrab. Menoch. *de*
4 *adipiſcend.poſſeſſ.rem.3.q.12. nu.101.* † vbi am-
pliat, tam pro deterioratione prędij vrbani, quã
ruſtici, tam contra primum, quàm ſecundum
conductorem etiam ſi gratuitò conduxiſſet
gloſ.in l.pomponius.la 2.in uerb.non eſſe.ff.quib.
cauſ.pign. tacit.contrab. Neguſ.*de pignor. 2. m.*
p.4.nu.137. & 138.
Amplius fideiuſſor quoq, datus pro penſione do-
5 mus teneretur etiã pro deterioratione † *l.amiſ-*
ſi.53. §. fideiuſſores. ff.de fideiuſſor. Carpan. *ad*
*Conſtit.*Mediolanen.*c.390. nu.100.* Muta. *ſu-*
per conſuetud.panormit.c. 34.num.4. Addit. ad
Roman.*ſing.550. an fideiuſſor.* Marſil. *in rubr.*
de fideiuſſor. q. 8. ad fin. Surd. *de alim. tit. 9.*
q.31.n.75. vbi de fideiubente pro ſcholari con-
ductore domus, qui obligatur etiam pro ſup-
pellectilibus Rom.*ſing.550.*
Prout regulare eſt, vt fideiuſſor etiam obligetur
pro vſuris, & acceſsionibus, quando ſimpliciter,
6 & ſine determinatione quantitatis intercedit, †
ex quo enim eſt ſimpliciter acceptus intelligi-
tur obligatus in omnem cauſam, quæ oriri po-
teſt ex natura negotij *l. quæro. 56. in princ.ff.*
*locat. Aim.conſ.45.nu.6.*Boer. *deciſ.314. nu.4.*
7 Cum aliud eſſet, † quado quis fideiuſsiſſet reſpe
ctu certæ quantitatis ſortis puta centum *Surd.*
de alim. tit.9. q.31.n.73. vbi ita intelligit *tex.*
in l. fideiuſſores magiſtratum. 69. in princ. &
§. 1. ff. de fideiuſſor. poſt Neguſan. de pignor
p.2.m.4.n.48. & 55.
In cauſa tamen Aurelij & Fabij mihi cõmiſſa De-
claraui non procedere prædictam hypothecam.
in bonis inuectis; & illatis. Primo quia fuit da-
8 tus fideiuſſor, † pro ſoluenda penſione, quo ca-
ſu ceſſat hypotheca ſecundum opinionem Soc-

ein.reg. 192. inuecta & illata.n.4. Carpan. ad
Conſtitut. Mediolanen.*c.390.nu.57. p.2. Mut.*
ſuper conſuetud.panormit.c.34.n.18.& eſt tex.
in l. cum colono. quæ eſt penult. ff. quib. mod.
9 *pign. uel hypothec.ſoluitur.* † Intelligẽdo,quod
quamuis ceſſet hypotheca,nõ tamen ex hoc de-
beat ceſſare executio, quæ durat quamuis ſit
datus fideiuſſor; Quia vtilius eſt exequi, quàm
contra fideiuſſorẽ agere;Prout dicimus melius
eſſe pignori incumbere,quàm actionem contra
perſonam intentare *§. furti autem actio. inſtit.*
de obligation.quæ ex delict. naſcunt. & ita in
terminis concludit *Rebuff. de liter. obligator.*
art.4. gloſ.2. nu.27.

Ideo etiam dicimus quod quando locator proui-
dit ſibi de certo pignore expreſſo in aliqua re
conductoris, aliæ res inuectæ non ſunt hypo-
10 thecatæ,† quaſi prouiſio hominis faciat ceſſa-
re prouiſionẽ legis *l. fin. & ibi Bald. in princ.*
C. de pact.conuent.& in puncto ita cõcludit *Sa-*
lic.in l.certi iuris.q.5.n.9.poſt Ciu.et *Ang.ibid.*
C. locat. Cum ſit ſpeciale in muliere,vt per ex-
preſſam conuentionalem hypotgecam pro do-
te non ſibi præiudicet in tacita legali *Neguſ.*
de pignor.p.2.m.4.n.83.Surd. conſ.495. num.4.
lib.4. Nam paciſcendo mulier non poteſt face-
re deterius ius ſuæ dotis *l. attilicinus. 17. ff. de*
pact. dotal.

Quamuis illud de locatione non ſit tutum,cum
verior ſit opinio, quod non ceſſet hypotheca
tacita in bonis inuectis, quamuis locator ſibi
11 prouiderit de certo pignore, † quaſi prouiſio
hominis tollat prouiſionẽ legis extraordinariã,
non autem ordinariam,prout concludit *Iaſ. in*
§.item ſeruiana.n.68. vſq; ad n.70. verſ. vlti-
mo dubitatur. & in l.item quia. in 2. notab.ff.
de pact.& voluit *Bald.in l. certi iuris. q. 10. &*
vlt.C.locat. & hanc opinionem eſſe tenendam
tanquam magis veram docet *Menoch. de adi-*
piſcen.remed.3.q.25.n.154.Carpan.ad Conſtit.
Mediolan.cap.390.n.54.

Secundo quia eramus in bonis extra domum pe-
nes tertium exiſtentibus,quo caſu non poſſunt
12 illa includi per dominum domus, † ergo nec
capi pro executione,cum huiuſmodi mobilia
non habeant ſequelam, neque poſſit creditor
proſequi apud alium,quàm apud debitorem
l. ſi creditor. 28. de pignor. action. l. fin. C. de
diſtraction. pignor. l. 2. ff. quib. mod. pign.
vel hypotheca ſoluitur.& ita in ſpecie cõcludit
Rebuff. de litter.obligator.art.4. gloſ.2. nu. 38.
13 vbi *n. 39.* † limitat niſi illa bona veniſſent ad
detentorem iure hæreditario, vel alio titulo
lucratiuo in fraudem *Boer. in §. fin. de conſue-*
tud. hypotheca. ſuper conſuetud. Bituri. licet
tunc etiam poſſet agi ſaluiano interdicto *Re-*
buff. d.gloſ.2.art.4.nu.37.in fin.& ibi etiam
in vltima ampliatione. *n.29.*docet practicam,
quod ſi conductor detulerit bona ſua clanculo
14 extra domũ,†poteſt agi contra eum,vt illa re-
portet,quæ praxis fundatur *in l.1.ff.de ſaluiar.*
interd.Cepoll.caut.81. quando quis vult. Quã-
15 uis enim fuerint amota bona,†non tamen præ-
iudicatur domino, cum ſemel inciderint in ob-
ligationem *Bald. in l. certi iuris.5. q.6. verſi.*
quod ſi inquilinus.n.9.C.locat.Aretin. in §.item
ſeruiana. col. 1. inſtit. de action. Muta. *ſuper*
conſuetud. panormit.c.34.n.12. vbi etiam te-
net,quod ſolum ius executiuum competit quã-
do bona inuecta ſunt intra domum, poſt *Ro-*
der. Soarez.*in l. poſt rem iudicatam. n.4.notab.*
9. de re iudicat.

Tertio nam eramus in ceſſionario, cui non com-
petit hoc beneficium hypothecæ tanquam per-
16 ſonale† *Carpan.ſuper* Conſtit.*mediolan. c.389.*
in princ.nu.4. in uerb.uel conductor. & c. 390.
in fin.num.103.lib.2. Extraneus enim ſoluens
creditori non ſuccedit in ius illius,niſi ſpeciali-
ter hoc actum ſit,præſertim quando non ſoluit
proprio nomine, ſed debitoris *gloſ. in l. ari-*
ſto. 3. in verb. pignus. in princ. ff. quæ res pi-
gnor.oblig.poſſ.vbi Bart.*q.2. n.2.Surd.cõſ.183.*
17 *n.17. p. 2.* † vbi quod extraneus ſoluens tan-
quam negotiorum geſtor debitoris non ſuc-
cedit in ius creditoris ratione hypothecæ, vel
perſonalis actionis, ſed tantum habet actionẽ
negotiorum geſtorum contra debitorem, pro
quo ſoluit;licet aliud ſit quãdo emiſiſſet à cre-
ditore,quia tunc ſuccederet quo ad perſonale,
& hypothecariã *l.ſi eum pecuniam.3.C.de pri-*
uileg. fiſc. Neguſ.de pignor.3.m.p.5.n.41. vſq;
ad n.46.

Et facit quod dicimus de priuilegio domini, vt
præferatur in emptione fructuum per colonum
perceptorum; nam illud non competit ceſſio-
18 nario † *Surd.conſ.103. nu. 12.* Prout neq; fa-
cultas expellendi conductorem pro vſu ſuo,quę
19 non tranſit ad ſucceſſorem † *Idem Surd. conſ.*
103.n.12. cum ſuccedens in ius alterius non
aſſequatur illa, quæ competebant ſuo aucto-
ri ex priuilegio *Bald. in l.ſi filius. num.1.C.de*
bon. proſcript. Felin. in c. verum. in princ. de
20 *for.compet. & dicam infra c. 143.* † Et de pri-
uilegio, quod maritus habeat vſuras dotis an
ſit perſonale, vt non ſuffragetur ceſſionario
*Surd. conſ.269. n.9. lib.2.*prout etiam dicetur
infra cap.136.

Neq; obſtat quod fuerit ſoluta penſio per condu-
ctorem ei,qui locauit, ideo ſoluens debet ſuc-
cedere in eius locum, prout dicimus de redi-
mente cum ſua pecunia rem alteri obligatam,
21 qui poteſt illã retinere,† donec ei reddatur pe-
cunia,quam erogauit pro liberatione eiuſdem
rei *l.cum ex cauſa.9.C.de remiſſ. pignor.* Quẽ-
admodum etiam videmus in ſoluente condu-
ctori precium melioramentorũ ab eo factorũ,
qui habet ius retentionis,ſicut haberet condu-
ctor *arg. l.1. in princ. ff. quib. mod. pign. vel*
hypoth. ſoluit.

Quia prædicta habẽt locum, dummodo redimens
ſua pecunia rem alteri obligatam,& ſoluẽs ha
22 beat illud pignus penes ſe,† nam ſi dederit de-
bitori,ſeu alteri non repetit,quaſi tunc obliga-
tio ſemel extincta non reuiuiſcat *gloſ. in l. cum*
ex cauſa.in verb hac mente.& ibi Salic. verſi.
quarit.C.de remiſſ. pignor.Surd.conſ.183.n.17.
& 18.

Google

& 18. vbi & intelligit ſolum procedere, quando
23 titulo dationis in ſolutum, † vel pignorationis res peruenit ad eum; extraneus enim qui ſoluit non ſuccedit in ius hypothecæ: Et ita in terminis de penſione ſoluta locatori pro habitatione, quod ille, qui eam ſoluit non ſuccedat
24 in ius eiuſdem locantis reſoluit † *Rot. coram Cardinal.* Lancellot. *Romana pecuniaria. 16. ianuarij.* 1580. Etenim priuilegium creditoris nõ trãſit ad eum, qui pro illo ſoluit, niſi quo ad effectum retentionis *Bartol. in l. 1. C. qui potior.*
25 *in pignor. habeant.* † cum etiam hoc ius retentionis trãſeat nulla quoq; habita ceſſione Rom. *ſing. 277. in ſeis quod faciens.* vbi dicit eſſe perpetuò notandum *Soecin. conſ. 158. viſis. n. 28. col. penult. lib. 2.* Dummodo tamen ſingularis ſucceſſor habeat titulum *Surd. conſ. 183. n. 5. & 16. lib. 2.*

Quæ etiam procedunt in beneficialibus, in quibus eſt licita retentio, nam faciens impenſam
26 in beneficio poteſt illud retinere, † donec melioramenta reſtituantur; Ideo hæres clerici repetit expenſas factas per clericum in beneficio de ſuo patrimonio *Abb.* qui dicit notandum *in cap. de multa. col. 4. num. 14. de prabend. & in c. 2. de pecul. clericor. Boer. decif. 44. nu. 14. poſt med. verſ. & idem in eo qui fecit expenſas de ſuo.* Quamuis hoc non ſit tutum, cum in Eccleſia meliorata non detur retentio per laicum colonum, vel alium ex rationibus, de quibus latè *Surd. conſ. 183. n. 15. lib. 2.*

E P I T O M E.

Reſtitutio in integrum an detur aduerſus pręſcriptionem 30. & 40. annorum. Et quando reſcindatur res iudicata poſt tres conformes. Ex acquiſitione vnius legati quando ſit præſumenda ſcientia alterius. Hæres an præſcribat legatum, & legitimam ſpatio 30. vel 40. annorũ. Poteſtas aliquid faciendi an dicatur potius ius vel facultas, & an poſſit præſcribi. Bona ingredientis monaſterium quando cenſeantur tranſlata ipſo iure in monaſterium. Per electionẽ de exequendo perſonaliter an præiudicetur, vt non poſſit exequi in bonis. Exceptio litis pendentiæ, ſeu vſurarum, & nullitatis quãdo obſtet executioni inſtrumẽti. Actori in quibus caſibus licitum ſit variare, & diuerſos iudices adire.

S V M M A R I V M.

1 *Res iudicata ex nouis inſtrumentis etiam poſt tres conformes quando reſcindatur tam in priuato, quàm in fiſco, & tam in reo quam actore n. 2. 3. & 4.*
5 *Reſtitutio in integrum an ſit concedenda aduerſus præſcriptionem 30. annorum tam in Eccleſia, quàm priuato ſtante probabili ignorantia. & n. 6. 7. 8. & 9.*
10 *Filius debet explorare teſtamentum patris.*
11 *Ex acquiſitione vnius legati præſumitur ſcientia alterius. Intellige, vt n. 12.*
13 *Scientia & ignorantia probantur coniecturis. & n. 15.*
14 *Scire dicitur verè qui ſcit per coniecturas.*
16 *Hæres, & hæres hæredis an poſſint præſcribere legatum & fideicommiſſum. nu. 17. 18. 19. 20. 24. 29. & an detur reſtitutio legatario. n. 21. & quid in legato relicto pauperibus. nu. 22. & non acceptato per delinquentem in fiſci præiudicium. n. 23.*
25 *Feudum quando præſcribatur aduerſus dominum qui petere neglexit.*
26 *Poteſtas aliquid faciendi dicitur facultas non ius quæ nunquam præſcribitur. Intellige vt n. 27. & 28.*
30 *Legatum ſubrogatum, loco legitimæ debetur ipſo iure. Declara vt n. 36.*
31 *In quæſitis obſtat mala fides ſecus in querendis. nu. 35.*
32 *De bonis quæ ipſo iure tranſeunt habetur ratio, prout de quæſitis.*
33 *Bona ingredientis religionem quando ipſo iure tranſeant in monaſterium.*
34 *Prælatus an poſſit præiudicare monaſterio in bonis ingredientis religionem.*
37 *Tranſmiſſio legitimæ in quo differat à petitione hæreditatis.*
40 *Per electionem de exequendo perſonaliter an præiudicetur, vt quis nõ poſſit exequi in bonis & n. 41.*
42 *Executor merus non admittit aliquas exceptiones.*
43 *Ceſſionarius an poſſit petere executionem inſtrumenti ceſſi non obſtante pendentia nullitatis. & n. 46.*
44 *Exceptio litis pendentiæ non habet locum in executiuis.*
45 *Per exceptionem litis pendentiæ in vno tribunali quando impediatur reconuentio in alio ſuper eadem re.*
47 *Exceptio trium conformium impeditur per exceptionem nullitatis notoriæ.*
48 *Executio inſtrumenti quando retardetur per exceptionem vſurarum.*
49 *Actor non poteſt agere executiuè relicta via ordinaria. Intellige, vt n. 51. 53. & 54.*
50 *Via quam qui elegit ſibi pateat.*
52 *Renunciatio litis permittitur inuito aduerſario.*
55 *Dolus non patrocinatur ei, qui forum declinat.*
56 *Stante obligatione camerali poteſt omitti primus iudex, & adiri Auditor Cameræ.*
57 *In executiuis an reus poſſit variare, & diuerſos Iudices adire. n. 58.*
59 *De iuriſdictione Auditoris cameræ circa auocationem cauſarum de partibus, & quando illi ſit derogatum ex decreto Concilij Tridentini.*

CAPVT CXVIII.

RES indicata reſcinditur ex nouis inſtrumentis ex clauſula generali intra quadriennium petita reſtitutione ex capite igno-
1 rantiæ † etiam poſt tres ſententias conformes,

etiam

etiam in priuato, dummodo probet, quod in pri
mo iudicio non habuit facultatem producendi
talia inſtrumẽta, cum in Republica, & Fiſco ſuf-
ficeret ſolum allegare inſtrumenta eſſe de nouo
reperta Boer. deciſ. 308. & videtur. in princ. &
col. fin. verſ. quod intellige. post Bart. in l. unic.
n. 4. col. vlt. in fin. verſ. item illud quod dicit. C.
de ſent. aduerſ. fiſc. lat. lib. 10. Alex. conſ. 84. in
cauſa vertente inter cameram. col. 3. nu. 4. verſ.
præterea etiam aduerſus. lib. 1. Caſtr. conſil. 257.
in cauſa quæ vertitur parmæ. n. 1. col. 1. ad med.
2 verſ. & ſic ex clauſula. lib. 2. † vbi intelligit de
probatione in promptu manifeſta, & notoria,
& in reo, non in actore Curt. Iun. conſ. 18. me-
moria repeto. col. 3. nu. 3. verſ. ſecundo principa-
liter. lib. 1. vbi non ſolum requirit in priuato
probationem diligentiæ adhibitę, ſed etiam
quod ſolum vtatur inſtrumentis nouiter reper-
tis, non alijs probationibus Imol. conſ. 37. viſis
& conſideratis. in princ. Salic. in l. ſub prætex-
3 tu. col. 1. n. 3. C. de tranſact. † Et ita ſecundum
prędictas diſtinctiones, & requiſita communiter
ſeruari in priuato dicit Peregrin. de iur. fiſc. tit.
4. lib. 7. num. 4. poſt Ang. & alios in l. imperatores
de re iud. Socein. Guter. Garzi. & alij allegati
per Ceuall. q. 542. num. 5. vbi quod eſt opinio
æquiſſima, ne veritas occultetur: & quod ita pra
4 cticatur. † Quamuis illud de actore, & reo non
approbetur per Boer. deciſ. 307. in fin. cum ea-
dem æquitas ſit in vtroq; Garz. de nobil. gloſ. 6.
§. 2. n. 5. Guter. de iuram. confirm. p. 3. c. 7. n. 5.

Ad exemplum prædictorum, ne veritas occultetur
dicebatur eſſe concedendam reſtitutionem in
integrum aduerſus præſcriptionem quadragin-
5 ta annorum ſtante probabili ignorantia, † quæ
debet prębere iuſtam cauſam reſtitutionis ijs,
qui temporis lapſu fuerunt læſi ſecundum ma-
gis receptam, & veram opinionem, de qua per
Alex. conſ. 71. videretur. col. 2. lib. 1. Bece. conſil.
21. n. 64. Ceuall. q. 542. n. 5. vbi quod eſt opinio
pleniſſima æquitate Rol. conſ. 68. num. 10. lib. 3.
Rot. diuerſ. deciſ. 42. par. 3. lib. 1. vbi quod eſt ma-
6 gis communis † tam in priuato, quàm in Ec-
cleſia Surd. qui de magis vera opinione teſta-
tur conſ. 520. nu. 7. lib. 4. Vndè quamuis in caſu
mihi propoſito lapſi eſſent quadraginta anni,
tamen videbatur æquius ſtante probabili igno-
rantia allegata eſſe concedendam petitam re-
ſtitutionem.

Contrarium tamen prædictis non obſtantibus De-
claraui. Primo quia ſupradicta opinio non eſt
7 ita firma, † vt non poſſit iure defendi altera ne-
gatiua, quod ſit deneganda huiuſmodi reſtitu-
tio, prout veriorẽ dicit Vaſq. lib. 2. controuerſ.
Illuſtr. c. 75. per tot. Ceuall. q. 48. n. 11. vbi quod
iſta eſt magis iuridica opinio & verior, ne rę-
rum dominia ſint in ſuſpenſo, & vt ſit litium fi-
nis Theſaur. deciſ. 134. in fin. vbi Add. ampliat
quamuis ageretur inter priuilegiatos, ita vt
poſt quadraginta annos neque amplius atten-
datur curſus quadriennij conceſſi ad reſtitu-
tionem petendam Menoch. de recuper. poſſ. re-
med. 15. n. 429. & conſ. 147. nu. 46. cum alijs re-
latis per Pinell. in auth. niſi tricennale. num. 58.
verſ. maior veritas eſt. C. de bon. mater.

Secundò quia etiam in caſu in quo eſſet concedẽ-
de reſtitutio ſecundum aliam opinionem, quam
ſequitur velut magis communem Rot. coram
R. P. D. Mancaned. tudertin. fideicommiſ. 3.
iulij 1606. Verius eſt reſtitutionem prædictam
non dari, niſi vbi ignorantia eſt probabilis &
8 iuſta † & talis cui nulla omninò negligentia
poſſit imputari Imol. in c fin. n. 31. de præſcript.
Rom. conſ. 127. in fin. Alex. conſ. 163. num. 6. col.
vlt. in princ. lib. 2. Surd. deciſ. 4. num. 7. & conſ.
489. n. 37. col. fin. lib. 4. Rota. coram Sanctiſſimo
Florentina iuriſpatronatus. 14. maij. 1576. Me-
noch. præſumpt. 71. in fin. lib. 1. Bertazzol. conſ.
ciuil. 11. n. 33. vſq. ad n. 38. Rot. coram Cardin.
Pamphil. Florent. bonorum. 17. nouembr. 1595.
9 Itaut etiam † requiratur probatio non ſolum,
quod ignorauerit rem ab alio poſſideri, ſed etiã
quod ad ſe pertineret Fel. in c. vigilanti. colu. 4.
ante med. n. 5. verſ. ſecundo contra dictum de præ
ſcription. Surd. conſ. 520. n. 3. in fin. verſ. & pro-
bandum eſt lib. 4.

Iſta autem probabilis ignorantia in caſu, de quo
10 agimus non aderat, cum eſſemus in filio, † qui
debet explorare teſtamentum patris, maximè
quia agebatur de lucro captando, & legatum
acquirendo, prout in ſpecie præſcriptionis dicit
Pariſ. conſ. 16. n. 139. verſ. nec conſideratur. lib. 2.
Dec. conſ. 29. n. 2. col. 2. in prin. col. vlt. in fi. n. 8.
cum alijs quos adduxi deciſ. 4. n. 38.

Immò conſtabat de ſcientia, nam eramus in filio
qui habuit aliud legatum ſibi in eodem teſta-
11 mento relictum, † ex quo præſumitur ſcientia
alterius legati, quod prætenditur præſcriptum.
Bald. in terminis conſ. 484. caſus talis eſt quidam
in fin. lib. 4. Manuel. Alb. conſ. 18. in princ. verſ.
vnde videtur quod nullo modo. Nam poſt im-
mixtionem pręſumitur ſcientia, & excluditur
12 ignorantia, pręſertim in teſtamento; † cum in
codicillis tanquam ſeparatis ab co poſſet præ-
ſumi ignorantia etiam poſt additionem, itaut
per ſcientiam vnius non inferatur ad notitiam
alterius l. 5. §. 1. de tranſact. Aem. conſil. 257. in
princ. Surd. conſ. 7. num. 36. & de aliment. tit. 9.
quæſt. 26. n. 203. vbi quod eſt opinio applaudẽs
ſenſu, & rationi naturali, & ſequenda; quicquid
alij contrarium teneant, cum contra eos ſit ve-
rior ſententia Decian. conſ. 57. n. 10. lib. 3. Card.
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 4. nu. 12.

Amplius quia verſamur in probatione ſcientiæ
ſufficeret illam probari ex coniecturis, cum ſit
13 difficilis probationis † Bart. in l. qui romæ. §.
duo fratres. n. 3. de verb. oblig. Ruin. conſ. 42. pro-
ponitur. n. 21. lib. 1. Alex. conſ. 187. in hac cauſa
& lite. col. 3. in fin. n. 8. verſ. immo talis conſcien-
tia. lib. 2. Abb. conſ. 81. n. 2. lib. 1. Natt. conſ. 231.
n. 2. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 1. nu. 14. Rot. per Car-
din. Seraph. Romana de valle. 9. decembr. 1599.
Cephal. conſ. 314. n. 15. lib. 3. Non enim refert
vtrum ſcientia probetur verè, vel præſumpti-
14 uè. † Nam pro certo ſcire dicitur, qui ſcit per
coniecturas, & præſumptiones Bald. conſ. 437.

ſitius

titius habebat. in princ. lib. 5. aliàs 74. lib. 1. Rimin. Iun. *conſ. 1. nu. 12.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 89. nu. 17.* Prout etiam è contra ignorantia
15 probatur inditijs & coniecturis † *Seraph. primil. iur. 4. n. 153. Flores. pract. quæſt. lib. 1. q. 3. num. 13.*
Neque obſtant alia quæ allegabantur ad remouendā præſcriptionē, quaſi ſtante notitia teſtamenti
16 hæres † nō ſit tutus præſcribere legatum etiam lapſis quadraginta annis *Mannell. conſ. 58. per tot. Caſtr. Fulgoſ. Dec. & aly quos adduxi deciſ. 4. n. 3. Caldeſ. de reſtit. in integr. in verb. ſua facilitate, nu. 75. in fin. verſ. tum etiam illa.* vbi quod opinio *Anebaran.* contrarium ſentientis
17 non eſt tuta, & ſolùm procedet † quando legatum eſſet relictum ſub conditione poteſtatiua ſi volet *iux. l. ſi ita legatum ſit. 68. §. illi ſi volet. de leg. 1.* Quo caſu illa conditio explicanda eſt ſi declarauerit velle, quia tunc ante declarationem nec actio legatario competit, nec legatum ei debetur, cùm aliàs ſtatim actio competat legatario à die mortis teſtatoris *l. cum pater. 79. §. ſurdo. de leg. 2.* prout etiam in ſpecie diſtinguit Dec. *in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. n. 26. col. 12. ante med. verſ. ſed tamen iſtud dictum periculoſum. de conſtitut.* cum alijs de quibus latè *Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. n. 46. cum*
18 *ſeq. ff. de liber. agnoſcen.* † Ita ut non ſolùm prædicta procedant in hærede, ſed etiam in hærede hæredis, qui neque poterit præſcribere legatum alicui relictum ex tranſcurſu cuiuſcunque temporis, nec tollere ius illud petendi à legatario *Imol. Felin. Aleiat. & aly allegati per Spin. de teſtam. gloſ. 8. nu. 67. & 68.* vbi quod eſt verior opinio, quidquid aliud ſequatur *Caſtr. conſil. 289. aliàs 17. hæreditas dictæ puellæ. lib. 3. & in l. ſi quis ſub conditione. 7. in fin. de condit. inſtit* dum voluit, quod ſi à morte hæredis, qui tenebatur præſtare legatum ſint lapſi decem anni, hæres hæredis ſit liber à præſtatione prædicta & præſcribat, tanquam bonæ fidei poſſeſſor, ſequitur *Rum. conſ. 34. n. 11. lib. 2.* Quia contrarium ſeruari in vtroque foro tam Eccleſiaſtico quàm Seculari docet *Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. 44. in fin. de liber. agnoſcen.*
Quia cum non appareat de acceptatione legati non poteſt dici in mala fide is, contra quem da-
19 tur actio, quamuis ſciat ſe debitorem, † cum agatur de iure querendo, quod facilius tollitur, quàm ius quæſitum iuxta doctrinam *Anebar. in c. ſine poſſeſſione. col. 11. in fin. verſ. item intelligas. nu. 7. de reg. iur. in 6.* quæ opinio verior eſt, & magis cōmunis ſiue in legato, ſiue in alijs diſpoſitionibus, vt dixi latius *deciſ. 4. num. 15. vſque ad nu. 30.* & voluit *Surd. deciſ. 25. nu. 4. & nu. 25.* vbi ſequitur *Anebar. in d. c. ſine poſſeſſione.* & loquitur in fideicommiſſo, & legato. *Idem Surd. de alim. quæſt. 6. tit. 9. nu. 20.* ſubdens quod eo modo erit locus ſtatutariæ præſcrip-
20 tioni, † quæ ſubrogatur præſcriptioni iuris cōmunis *Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. nu. 40. & 45.* vbi de magis communi; quicquid ipſe *nu. 60.* contrarium ſequatur *de lib. agnoſc.* & non eſſe recedēdum ab hac opinione dicit *Zanbert. de contract. eorum qui ſine ſolemnit. gloſ. 1. nu. 69. verſ. in practica tamen. Vaſq. controuerſ. illuſtr. c. 53. nu. 26. Rot. per Card. Pamphil. Peruſina bonorum. de Bartolinis. 4. febr. 1583. & 19. nouembris. 1584. in eadem cauſa. Bertazzol.*
21 *conſ. ciuil. 11. nu. 16. & 17.* † vbi etiam *nu. 32.* in ſpecie concludit neque dari reſtitutionem legatario, qui ſciuit legatum ſibi factum, & non petijt per trigiuta annos poſt *Maurit. de reſtit. in integr. c. 74.* Quæ etiam procedunt quamuis agatur de præſcribendo legato facto paupe-
22 ribus, non enim eſt imputandum hæredi, † quod ſit in mala fide, ſed potius legatario non agnoſcendo legatum, nam illud non acceptando, & negligendo petere, videtur abiecisse, prout in puncto concludit *Claud. Bertazz. in addit. ad Bartholom. Bertazzol. conſ. crimin. 110. in fin.* vbi etiam latè plures adducit, qui teſtantur de veriori, & magis communi opinione, loquens etiam in legato non acceptato, vel agnito per delinquentem in fiſci præiudicium ſine tamen
23 aliqua fraude, † cum etiam ſine agnitione illius fiſcus ius non habeat, vt in acquiſitione hæreditatis, & ſimilibus dicit *Rimin. conſ. 100. n. 28. lib. 1. crimin. & Ludouic. Cato. conſ. 103. in 1. tom. crim.* Quibus adde *Menoch. conſ. 201. n. 74. iuncto. nu. 111. cum ſeq. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 659. nu. 12. vſque ad n. 20. lib. 5.* vbi loquitur in ſupplemento legitimæ, quod præſcribatur per hæredem proprietarium ſpatio 30. annorum, etiā nulla facta deductione temporis, per quod poſſedit vſufructuarius, cui debebatur d. ſupplementum, cum ex ſola ciuili poſſeſſione, quam habet hæres proprietarius poſſit præſcribere *Bart. & aly in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.* & voluit etiam *Peregrin. de fideicomm. art. 41. nu. 10. vſque ad n. 14.* vbi concludit veriorem opinionem eſſe in legatario, & fideicommiſſario, & ſimilibus quod præſcribatur contra
24 eos ante agnitionem legati, & fideicōmiſſi: † Intelligendo Doctores contrarium ſequentes, vt procedant data culpa hæredis in occultando teſtamentum, vel non monendo legatarium de legato, quia tunc hæres peccat, & facit contra conſcientiam, ideo non poteſt præſcribere, & ita in terminis loquitur *Cuman. conſ. 147. nu.*
25 *3.* † Idem eſt in feudo quo aperto vero domino veluti per alienationem, aut mortem vaſſalli poſſeſſor longiſſimo tempore præſcribit aduerſus dominum, qui petere neglexit *cap. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuer. controuerſ. Afflict. deciſ. 254. Peregr. de fideicomm. artic. 41. num. 13.*
Nec facit quod poteſtas petendi legatum non ſit ius, ſed facultas, ſicut quando quis debet aliquid facere præcepto legis, vt quæſitum ius
26 tueatur, † quia poteſtas hæc faciendi dicitur facultas non ius *Bart. in l. vnic. nu. 4. de condic. ex leg.* Vnde cum legatarius habeat ius in re legata, antequam legatum agnoſcat *l. cum pater. §. ſurdo. de leg. 2.* vt hoc ius tueatur, & irreuocabile efficiat nullo tempore debet excludi, pro

vt

Digitized by Google

vt regulare eſt, vt ea quæ ſunt facultatis poſſit
quis tacere, dum voluerit *l. 2. de via publica.*
& in ſpecie legati propter iſtam rationem ita
concludit Coraub. *in l. ſi quis à liberis. §. vltim.*
nu. 58. & 59. de liber. agnoſcen.

Quia diſtinguendum eſt inter ea, quæ ſunt facul-
tatis; Aliqua enim dicuntur, quorum libertas
à iure publico permiſſa eſt, ex qua nulla datur
actio, aut exceptio contra aliquem, nec alteri
cōtra nos, atque ita non parit ius deducibile in
27 iudicio, † Et in hoc caſu nullo tempore, nulloq;
modo, nec nos contra alios, nec alij contra nos
præſcribere poſſunt; quemadmodum dicimus
de facultate eundi per viam publicam, & de
facultate priuata, quæ nullam habet anteceden
tem cauſam obligandi, prout in ijs, qui aliquid
ſtatis temporibus deferunt, & de hac mera fa-
28 cultate non eſt noſtra diſputatio. † Aliqua ve-
ro dicuntur eſſe facultatis, quæ tendunt ad ac-
quirendum nouum ius, nouamq; actionem, vel
exceptionem, vel etiam ad eam conſeruandam,
atque ita parat ius deducibile in iudiciū, & hæc
non apoellatur propriè facultas, ſed ius, & hoc
ius, ſeu facultas eſt in libera poteſtate acquire-
re volentis, & cauſam habet, ob quam poteſt
compellere aduerſarium, vt patiatur acqui-
rere, & hæc facultas nō ſolum tollitur præſcrip-
tione quadragenaria, ſed etiam triginta an-
norum, quemadmodum eſt facultas, ſeu ius of-
ferēdi, & luendi pignus, & recuperandi rem ſuā
à creditore, vel emptore, & legatum acceptan-
di, & ſimilia, quæ dicto tempore præſcribun-
tur, prout ita in terminis inter huiuſmodi facul
tates latè diſtinguit Menoch. *conſ. 201. nu. 61.*
vſque ad 76. lib. 3.

Quod magis eſt in caſu noſtro, cum ſit vnicum le-
gatum, & vnica præſtatio, ſecus ſi eſſet factum
29 ſub dinumeratione temporum, † tunc enim cō-
tineret plura legata, & curſus triginta anno-
rum non perimeret in totum, ſed pro ſingulo
anno vna requireretur præſcriptio; tot enim
ſunt legata, quot anni, & tot præſcriptiones de-
bent eſſe, quot anni *Cephal. conſ. 98. nu. 43. lib. 1.*
poſt Bart. in l. fin. de ann. legat. Ruin. *conſ. 34.*
nu. 5. lib. 2. Surd. de alim. q. 6. nu. 22. tit. 9. vbi
de communi, poſt Balb. *de præſcription. 4. par.*
4. p. princip. Corn. *conſ. 181. n. 72. col. 32. lib. 2.*

Minus obſtat huiuſmodi legatum videri ſubroga-
30 tum loco legitimę, vel illius ſupplemēti, † quod
debetur ipſo iure, quamuis non petatur Salic.
in l. ſcimus. in princ. nu. 4. C. de inoffic. teſtam.
Cardin. *Mantic. lib. 7. de coniect. vltim. volunt.*
31 *tit. 8. nu.* 10. Craſſ. *in §. legitima. q. 36. in fin.* †
Ideo tanquam ſimus in queſitis obſtat mala fi-
des, quæ de Iure Canonico impedit præſcriptio-
nem, quaſi filius non ſit in mora in non peten-
do, ſed hæres in non aſſignando, qui interpella-
tur per aditionem hæreditatis Fabian. *in auth.*
nouiſſima. n. 113. col. 29. verſ. ſeptimo quæritur.
C. *de inoffic. teſtam.* Natt. *conſ. 156. nu. 7.* Et
idem eſt regulariter in bonis, quæ ipſo iure tran
ſeunt abſque aliqua apprehenſione, quia de illis
32 habetur ratio, † prout de queſitis, non de ac-
quirendis, Quemadmodum dicimus de bonis
ingreſſi monaſterium, quorum dominium, &
poſſeſſio eſt penes ingredientem religionem, &
vti acceſſoria ad perſonam ipſo iure, & abſque
aliqua apprehenſione per ingreſſum tranſeunt
in monaſteriū, tam quo ad proprietatem, quàm
33 quo ad poſſeſſionem, † dummodo in ingreſſu
antequam in monaſterium tranſirent actum nō
fuerit, quod illi non acquirantur *l. ſi adoptaue-*
ro. 16. de procurat. Bart. *in auth. ingreſſi. nu. 28.*
vbi Bald. *opp. 3. nu. 5.* C. *de ſacroſ. eccleſ. Idem*
Bald. *in auth. ſi qua mulier. in fin. nu. 15.* C.
eod. Alex. *conſ. 88. eximie. col. 2. verſ. non inſi-*
34 *ſto. nu. 4. lib.* 2. † Ideo Prælatus in eis nec tacitè
nec expreſsè poterit præiudicare monaſterio
ſine ſolemnitatibus, quæ de iure requiruntur,
cum non ſimus in querendis, ſed in acquiſitis,
quamuis monaſterium egiſſet ad dicta bona
tanquam ſibi delata ex ſucceſſione, non autem
ex ingreſſu Bald. *in auth. ſi qua mulier. nu. 1.* C.
de ſacroſ. eccleſ. Alex. *d. conſ. 88. nu. 1.* & fuit de-
ciſum per *Rotam coram* Card. *Pamphil. 19. no-*
uembris. 1584. peruſina bonorum de Bartolinis.
vbi ex hoc etiam concludit, quod in huiuſmodi
bonis tanquam in queſitis *ipſo* iure requiritur
bona fides ad hoc, vt intret præſcriptio *cap. fin.*
35 *de præſcript.* † cum alias in querendis non re-
quireretur *Socin. conſ. 64. in cauſa vertente*
col. 4. nu. 7. verſ. præterea hanc partem. lib. 1.
Tiraquell. *in l. ſi vnquam. in verb. reuertatur.*
nu. 391. C. *de reuoc. donat.*

Quia reſpondetur prædicta procedere quo ad ef-
fectum tranſmiſſionis ad hæredes, ad quos il-
lud ius petendi legitimam, ſeu ſupplementum
36 tranſmittitur, † quamuis non fuerit petitū, non
autem quo ad effectum præſcriptionis, quia re-
quiritur declaratio, & petitio, ſine qua non po-
teſt queri realiter, & ſic fit ipſo iure repletio
quo ad reiectionem grauaminis, nō quo ad effe-
ctum realis acquiſitionis; ideo rectè præſcrip-
tio procedit Gomeſ. *de teſtam. tit. 11. de ſuc-*
ceſſ. contr. teſtam. num. 23. Roderic. Soarez. &
alij, quos latè adduxi *deciſ. 4. n. 21. vſq; ad n. 30.*
Ratio eſt quia tranſmiſſio legitimę habet quan-
37 dam ſpecialem naturam diuerſam à petitione †
hæreditatis, cum ſit quota bonorum, non hære-
ditatis *l. papinianus. 8. §. quarta. de inoffic. te-*
ſtam. Afflict. *deciſ. 162. nu. 20. in fin.* & pro il-
la aſſequenda illico competit actio in iudicium
deducibilis, quæ tranſit ad hæredes, ad exem-
plum aliarum actionum; Quod non eſt in hære-
ditate, quæ antequam adeatur nullam tribuit
actionem, quę poſſit deduci in iudicium, ſed ſo-
lum hæredi competit ius adeundi conſiſtens in
mera voluntate adeuntis, Ideo facilius legiti-
ma tranſmittitur etiam ad extraneos Salic. *in*
l. ſcimus. in princ. q. 1. C. de inoff. teſtam. Alex.
conſ. 150. viſo themate ſupraſcripto. col. fin. nu. 8.
verſ. idem videmus. lib. 2. Aim. *conſ. 312. nu. 5.*
Bald. *in l. ſi arrogator. 22. ff. de adoption.* & latè
concluſum fuit *coram Sanctiſſimo in cauſa* Ro-
mana ſupplementi legitimæ de Vitellijs. 9. iu-
38 *nij. 1578.* † vbi quod non ſolum procedit in
legiti-

legitima deſcendentium, ſed aſcendentiũ; quia
in vtraq; ſit tranſmiſsio. Nam omnes, quibus
debetur legitima ſunt pares, non attento iure
poteſtatis, ſed ſpeciali natura tranſmiſsionis le
39 gitimæ, † itaut aſcendentes aliquo modo dicã-
tur ſui, quando agitur de materia, in qua tra-
ctatur de debito inter perſonas naturales Io.
Rainald. de ſuit. n. 19. per tex. in l. 1. C. de impon.
lucrat. deſcript. lib. 10. Aret. in l. nemo. col. an-
tepen. verſ. quarta & ultima quaſtio. de acquir.
hæred. Bald. in l. ſi arrogator, in 2 oppoſit. in fin.
de adopt.

Vltimũ de quo quærebatur an per electionem fa-
ctam de exequẽdo perſonaliter fuerit præindi-
catum, ita vt eligens non poſsit exequi ſenten-
40 tiam in bonis; † verior eſt opinio negatiua;
prout voluit Natt. conſ. 496. n. 18. lib. 3. Becci.
conſ. 17. nu. 3. Surd. conſ. 365. n. 31. lib. 3. dixi
deciſ. 4. in fin. Afin. de execut. §. 4. c. 69. nu. 3.
Etiam ſi coram alio iudice eſſet agitatum per
actorem, & oppoſitum per reum, nam hoc non
41 obſtante, † poteſt creditor coram alio iudice
petere executionem, & ſecundus iudex nõ ad-
mittet iſtam exceptionem Ang. in l. qui reſti-
tuere. 68. n. 5. de rei uendic. Iaſ. in l. 1. in princ.
n. 23. ff. ſi quis ius. dic. non obtemper. Abb. conſ. 5.
in 1. dub. lib. 2. Coler. de proceſſ. executi. p. 1.
c. 8. nu. 38. cum ſequen. Seraphin. priuileg. iu-
42 ram. 77. n. 11. † Quia merus executor non de-
bet admittere aliquas exceptiones, aut proba-
tiones, nec pariter iudicare Innoc. in c. de ca-
tero. in princ. in gloſ. in uerb. negocia. nu. 1. & 2.
de ſent. & re iudic.

Itaut etiam ceſſionarius poſsit vti inſtrumento
ceſſo, & petere illius executionem non obſtan-
te pendẽtia nullitatis ceſsionis principaliter in
43 tentatæ coram iudice ordinario † Socein. in l.
pecuniam. n. 11. ff. ſi cert. petat. Franc. Marc. de-
ciſ. 44. p. 1. Rota Genuen. deciſ. 113. Quod etiam
procedit quãuis ageretur coram Epiſcopo de
vſuraria prauitate ipſius contractus, quia non
retardatur ex hoc executio inſtrumenti habẽ-
tis executionem paratam Bald. in l. 1. in fin. C.
de diuerſ. reſcript. Alex. conſil. 83. interrogatus
ſum. col. ult. in fin. n. 10. lib. 5. Anchar. conſ. 234.
caſus talis eſt. in princ. Afflict. deciſ. 30. Lan-
cell. de attentat. p. 2. c. 20. in præfatio. q. 3. nu. 79.
tom. 5. fol. 406. late Rota Genuenſ. per Char-
tar. deciſ. 2. nu. 9. contra Galleſ. de obligat. ca-
mer. par. 3. q. 2. tit. de ui inſtrum. cameral. ob-
44 lig. n. 1. † Nam in executiuis non habet locum
exceptio litis pendentiæ Gemin. in rubr. de eo
qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſeruan. ad med. lib. 6.
Neuizzan. conſ. 4. in fin. Gabriel. de iudic. con-
cluſ. 1. n. 31.

Et ita etiã diſponitur per ſtatutũ de quo in actis
præſtita tamen fideiuſsione per exequi volentẽ
iuxta formam Litterarum Apoſtolicarum fel.
rec. Iulij Papæ II. vt in eodem ſtatuto latius
continetur. Quæ cautio etiam ſolet dari in
alijs curijs, nam ſi opponatur exceptio litis pẽ-
45 dentiæ in vno tribunali, † non impeditur re-
conuentio in alio ſuper eadem re, præſtita cau-
tione de reſtituendo, ſi reconueniens condem-
naretur Faſtol. dub. 39. Couar. pract. quaſt. c.
25. n. 2. ad fin. Lancell. de attent. p. 2. c. 17. n. 87.
tom. 5. fol. 397. Guid. Pap. deciſ. 50. qui loquitur
de ſtilo curiæ hiſpaniæ, & delphinatus.

Obſtaret tamen exceptio litis pendentiæ quando
coram alio iudice penderet lis ſuper validitate
inſtrumenti, vel pacti executiui ſuper eo appo-
46 ſiti; † tunc enim non poſſet creditor illud exe-
qui, narratis tamen talibus, quæ ex inſpectio-
ne inſtrumenti illud omnino nullum redderent,
& dummodo executio cœpta non ſit Mandoſ.
in ſpecie de inhibit. q. 49. num. 2. verſ. hanc opi-
47 nionem. et nu. 5. verſ. & in terminis. † Ad exẽ-
plum executionis trium conformium, quæ im-
peditur per exceptionẽ nullitatis notoriæ Alex.
48 in l. 4. §. condemnatum. de re iudic. † Quod
etiam voluit Menoch. conſil. 109. in fin. nu. 40.
lib. 2. vbi ita intelligit Ang. in d. §. condemna-
tum. ad fin. dum concludit quod executio in-
ſtrumenti guarentigiati non impeditur per ex-
ceptionem, quod contractus ſit vſurarius; Nam
procedit eius dictũ, quando nulla eſt præſump-
tio, & coniectura commiſsi fęnoris, quaſi tunc
præſumendum ſit, quod illa exceptio oppona-
tur per calumniam cauſa retardandi executio-
nem; quod ſecus eſt, ſi ex aliqua coniectura, &
præſumptione conſtet de vſura, Et ita etiam in
telligitur Anchar. conſ. 98. & Bero. conſil. 211.
in fin. lib. 3. et conſ. 85. n. 6. cum ſeq. eod. lib.

Prout etiam aliàs cum hoc dubitaretur Dixi
præfatam exceptionem obſtare quando actor
49 cepiſſet agere via ordinaria, † quam non poſ-
ſet relinquere agendo executiuè Marant. in
prax. art. 3. nu. 31. Gramat. conſ. 91 n. 19. Que-
madmodum regulare eſt, vt ſemel ingreſſus viã
iudicij ordinarij non poſsit ab eo recedere, &
ad ſummariã cognitionem redire, vel propria
auctoritate capere bona debitoris Bald. in l. 2.
num. 29. col. 5. in fin. q. 10. C. de ſeruit. et aeq.
Menoch. de adipiſc. remed. 5. n. 157. Tiraq. de con-
50 ſtit. p. 1. n. 39. † Quoniam cogitur perſeuera-
re quod ſemel aſſumpſit, cum via quam eligit
ſibi pateat l. ſi mulier. 21. §. fin. ff. quod met.
cauſ. Bald. in l. 1. n. 1. in fin. C. de execut. rei iu-
dic. Quaſi non debeat eſſe in poteſtate credito-
ris iudicium ſemel cœptũ eludere, quod tan-
quam ordinariè inchoatum etiam ordinarie, &
ſolemniter finiendum eſt gloſ. in l. proinde ſi oc-
ciſus. 25. §. notandum. in uerb. ſed æſtimanda. in
fin. ff. ad leg. aquil. Bald. in l. diffamari. 5. n. 3. C.
de ingen. & manumiſſ.

Quæ tamen ſunt intelligenda, quando proceſſus
principalis factus eſt cum conſenſu vtriuſque
51 partis, † ab eo enim modo agendi non poteſt
recedi altera parte non ſimul annuente, non mi
nus atq; à contractu bona fide perfecto Rom.
conſil. 133. in præſuppoſito caſu. nu. 2. Coler. de
proceſſ. executiu. c. 5. p. 3. nu. 40. uerſic. idq; in-
nuit. Rebuff. de litt. obligat. artic. 6. gloſ. 3.
52 n. 7. † Cum aliàs renunciatio litis ſit permiſ-
ſa etiam inuito aduerſario l. poſtquam lits. n. 4.
C. de pact. Bald. in l. 3. nu. 2. ff. de milit. teſtam.
rete-

Digitized by Google

refectis tam expenſis prioris inſtantiæ *Doct. in*
examinata.de iudic. Bald. in auth. contra qui
propriam.n.2.C.de non num.pec.Rebuff.d. artic.
6. nu. 7. Prout etiam quando non eſſet conſul-
53 tum creditori conſequi ſatisfactionẽ † per ele-
ctionem remedij ordinarij, tunc enim non eſ-
ſet præcluſa via agendi executiuè, & ſummariè
Coler.de proceſs.executiu. p.1.c.8. nu.47.vſq.ad
n.56.& c.5.par.3.n.45. vbi etiam *n.46.* addit
54 caſu contumaciæ:† Si enim reus in iudicio vo-
catus non facit ſui copiam erit licita variatio
actoris redeundo ad iudicinm executiuum, qua
ſi fruſtra allegetur litis pendentia ab eo, qui fuit
contumax, & ſemper in iudicio comparere re-
cuſauit, cum ſit in cauſa, quod nouus proceſſus
contra eum inſtituatur, & dolo ſuo anſam de-
55 derit variationi, † qui dolus non patrocinatur
ei, qui forum declinat *l.de rebus.48.ff.de arbitr.*
quem tex.in terminis caſus noſtri dicit ſingu-
larem *Bal.in l.fin.§.ſed & ſi quis.n. 24.col.vlt.*
verſ.ſuper ſecundo puncto. C.commun. de legat.
vbi etiam adducit tex.notabilem *in l. 1. in fin.*
C.de aſſertio.tollen.Idem Bald.in l. vnic.num.2.
in fin. verſ. in hoc tamen differt. C. de probib.
ſequeſtrat.pecun.& in l.1.colum. vlt. verſ.quæ
ritur ad euitandum. n.33. C.commun. de legat.
Gramat.conſ.95.in cauſa præſentationis.num.28.
Gail.obſeruat.60.num.4.lib.1.& eſt deciſ.Rotæ
coram R.P.D. *Penia Romana palatij campi flo-*
56 *re.16. decembris. 1588.* †. vbi quod ſtante obli-
gatione camerali poteſt omitti primus Iudex,
& adiri Auditor Cameræ qui habet priuatiuã
iuriſdictionem quo ad alios quacunq; inhibi-
tione non obſtante, cum in executiuis poſſit
57 actor variare, & iudices diuerſos adire, † quãdo
reus conuentus eſt cõtumax, aliàs ſecus *Galleſ.*
de oblig. cam.p.3. q.2.num.2. verſ.nolo tamen
omittere.Dec.in l.fin.num.7. C.de edict. diu.ha-
dri.tollen.Coler.de proceſſ.executiu. cap.8.par.1,
num.48.verſ.ſic ſi reus.&c.6.par.3.num.50. vbi
58 quod maximè verum eſt lite non conteſtata †
arg.l.ſi conuenerit.18.de iuriſd.omn.iud. cum
poſtea deſinat amplius res eſſe integra *l. ſi quis*
poſtea quam. 17. de iudic. Butr. in capitulo po-
ſtulaſti.n.13. verſ. totum pendet. de for. compe-
59 *ten.Gail.obſeruat.60.num. 4. lib. 1.* † Et mul-
ta de iuriſdictione Audit.Cameræ quod cauſas
obligatione camerali firmatas in partibus exi-
ſtentes auocet, etiam ſi extra curiam contraxe-
rint, & licèt pendeant coram Ordinarijs *Lancel.*
de attent.lit.penden.limitat.15.n.8.& c.20 limi
tat. 26. Maſſ. *Veſtr. Mandoſ. & alij per Flores*
pract.q.lib.1.q.12.n.48.& ibi latè n.1.vſq.ad n.
60 quando illius iuriſdictioni ſit derogatum ex
decreto *Concil.Trid.ſeſſ.24.c.10.de reformat.*

EPITOME.

Per inſordeſcentiam in excõmunicatione an quis habeatur pro confeſſo, & poſſit priuari beneficijs. Sententia lata propter contumaciam, vel delictum quando ſit definitiua, vel interlocutoria, & poſſit quandocunq; reuocari. Motus proprius Pij V. denegans audientiam an intelligatur de ſententijs tã ſuper crimine, quàm ſuper cõtumacia, & in quibus caſibus procedat. Bannum quando reſoluatur in ſimplicem citationem. Et an habitus pro confeſſo, & conuicto non comparens ſecnudum formam ſtatuti poſſit docere de ſua innocentia per contrarias probationes.

SVMMARIVM.

1 *Per inſordeſcentiam in excõmunicatione quando quis habeatur pro confeſſo, & debeat cenſeri ipſo iure priuatus beneficio.*
2 *Decretum Concil.Trid.c.3.ſeſſ.25.quomodo intelligatur.*
3 *Excommunicatus ob non ſolutionem debiti non incurrit pœnam priuationis beneficij propter inſordeſcentiam.*
4 *Perſiſtentia in excommunicatione an operetur ſuſpitionem hæreſis, ita ut habeatur pro confeſſo, & an poſſit elapſo anno probare innocentiam. & n.5.*
6 *Ex cauſa inſordeſcentiæ elapſo anno requiritur noua citatio, vt ſubſiſtat priuatio beneficij.*
7 *Poſt declarationem inſordeſcentiæ quando quis ſtetit per alium annum, vel per triennium in contumacia priuatur beneficio etiam ſi excommunicatio ſit ex cauſa ciuili, & ad hunc effectum an coniungantur tempora, vel annus debeat eſſe continuatus. & n.8.*
9 *Sententia lata propter contumaciam non propter delictum non eſt definitiua, ſed interlocutoria, & quandocunq; poteſt reuocari ſublata contumacia.*
10 *Priuatus beneficio ob contumaciam recuperat illud etiam quod alteri ſit collatum quandocunq; compareat.*
11 *Motus proprius Pij V. denegans defenſionem & audientiam intelligitur de ſententijs ſuper crimine, & non propter contumaciã, & quando procedat.n.19.*
12 *Bannum quando reſoluatur in ſimplicem citationem.*
13 *Appellatio iuſta nec directè, nec indirectè poteſt tolli per ſtatutum.*
14 *Habitus pro conuicto, & confeſſo per ſtatutum propter contumaciam, quando poſſit docere de ſua innocentia per contrarias probationes, & n.15.16.17.& 20.*
18 *Iudex quando poſſit inconſulto Principe ſententiam à ſe latam retractare.n.19.*

CAPVT CXIX.

Excommunicatio quando eſt lata propter crimen, quod ipſo iure priuat clericum
1 beneficio, † facit vt per inſordeſcentiam quis habeatur pro confeſſo, & quod debeat cenſeri ipſo iure priuatus: Aut eſt lata ob crimen, per quod non eſt priuatus ipſo iure beneficijs, ſed venit priuandus per ſententiam, & tunc pote-

rit

rit priuari poſt contractam inſordeſcentiam.
Aut crimen eſt tale, per quod nullo pacto po-
teſt imponi pœna priuationis, & tunc per in-
ſordeſcentiam nunquam eſt imponenda huiuſ-
modi pæna priuationis;ſed alia Iudicis arbitrio
Quia ſatis eſt, vt ex tali inſordeſcentia oria-
tur confeſsio delicti, abſq; eo, quod alia pœna
2 pro illo imponatur. † Et ita ſecundum præfa-
tam diſtinctionem eſt intelligendum decretum
Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. & reſoluit *Rota co-*
ram Card. *Seraphino Secobricen. inſordeſcentia.*
5. iunij. 1598. & voluit *Franc. in c. cum contu-*
macia. 7. n. 2. de hæretic. in 6. Abb. in c. 1. n. 24. de
iudic. Felin. in c. poſtulaſti. de homic. Couar. in
c. alma mater. p. 1. §. 7. n. 10. uerſ. primum hinc
apparet. & verſ. ſecundo eadem ratione. de ſent.
excommunic. in 6. Roman. ſing. 307. de hoc heri
fui interrogatus.

Ex quibus aliàs cum de hoc diſceptaretur Dixi,
quod ſi quis fuerit excommunicatus propter
debitum ciuile ob non ſolutionem alicuius rei,
3 nõ habebit locũ huiuſmodi priuatio † propter
inſordeſcentiam; Quicquid dicant *Menoch. de*
arbitrar. caſ. 416. nu. 35. cum ſeq. & Ignat. Lo-
pez. ad Diaz. *c. 116. nu. 9. verſ. tertia aſſertio. &*
n. 13. in fin. verſ. quæ quidem aſſertio. Quia con-
tra eos eſt verior opinio, & magis communis,
prout concludit *gloſ. in c. contingit. in verb. non*
poteſt. de dol. et contumac. & multum notandum
dicit Roman. *ſing. 307. Lup. in c. per veſtras. in*
tex. in princ. §. 18. n. 24. verſ. ſic etiam debet in-
telligi. de donation. int. vir. & uxor. fol. 245.
Auffr. ad decis. Capp. *Tholoſ. 366. item anno do-*
mini. in fin. uerſ. & vide. Rot. *coram Cardin. Se-*
raphin. Secobricen. inſordeſcentia. 5. iunij. 1598.
vbi quod ita ſeruatur in praxi *Gonzal. ad reg.*
8. *cancell. de alternat. gloſ. 15. in princ. nu. 103.*
vſq; ad n. 109.

Nec facit quod Iudex Eccleſiaſticus poteſt com-
minari pœnam excommunicationis contra cõ-
tumacem *c. 1. de iudic. c. quærenti. 20. et ibi gloſ.*
fin. de verb. ſignific. & ſi clericus contumax per-
ſiſtat per annum in contumacia, & excommuni-
catione debebit etiam priuari beneficijs tan-
quam ſuſpectus de hæreſi *c. rurſus. & c. quicun-*
que. 11. q. 3. Duen. *reg. 153. ampliat. 4.* Quaſi pœ-
na priuationis beneficiorum veniat in conſe-
quentiam excommunicationis comminatæ in
præcepto, ſeu monitorio, non principaliter *Fa-*
rinacc. de delict. & pæn. q. 18. num. 39. verſ. et ſi
contumax clericus. in fin. Quia prædicta ſunt
intelligenda in caſu excommunicationis latæ
pro crimine, pro quo poſſet imponi pœna pri-
uationis, aliàs ſecus, vt dictum eſt *Franc. in c.*
cum contumacia. 7. n. 2. de hæret. in 6. cum cæte-
ris ſupra allegatis.

Verùm eſſet quod perſiſtentia in excommunica-
4 tione operaretur ſuſpicionem hæreſis, † ita vt
quis habeatur pro confeſſo *Couar. in c. alma*
mater. §. 7. nu. 10. p. 1. de ſent. excommunic. in 6.
Lup. in d. c. per veſtras. §. 18. n. 25. Diaz. in pra-
xi. c. 116. n. 9. Non tamen præcludit viam ex-
5 communicato, † quod non poſsit oſtendere elapſo anno ſuam innocentiam, & allegare legiti-
mum impedimentum *Rip. c. 1. num. 78. col. 31.*
ad med. verſ. tertiò reſtringe vt habeatur. de iu-
dic. Immò vt quis poſsit priuari beneficijs tan-
quam ſuſpectus de hęreſi ex cauſa inſordeſcen-
6 tiæ, † debet iterum tranſacto anno citari ad di-
luendam hanc ſuſpicionem, tunc enim ſi eſt cõ-
tumax poterit priuari *c. cum contumacia. de hæ-*
retic. in 6.

Poſt declarationem autem ratione inſordeſcentiæ
quando quis ſtetit poſt alium annum in perti-
7 naci contumacia † tunc priuatur beneficio; li-
cèt ſecundum alios ad hunc effectum requira-
tur triennium *Rip. in d. c. 1. col. 31. in fin. verſ.*
retenta cõcluſione. n. 78. de iudic. vbi quod pro-
cedit etiam in excommunicato ex cauſa ciuili
perſeuerante per triennium *Couar. in d. c. alma*
mater. §. 7. n. 10. uerſ. tertio ſi quis vltra annum.
ad fin. de ſent. excommunicat. in 6.

Et ad hunc effectum non coniunguntur tempora
8 prout reſoluit *Sacra Congregatio Concilij;* † &
eſt verior opinio, quidquid alij contrarium ſen
tiant, vt teſtatur Rot. *coram Cardin. Seraphin.*
Secobricen. inſordeſcẽtia. 5. iunij. 1598. & voluit
Franc. in c. cum contumacia. 7. de hæretic. in 6.
vbi quod annus debet eſſe continuus, cum tex.
loquatur per verba, quæ de ſui natura denotant
continuationem temporis, & actum perfectum
l. vrbana. §. pernoctare. ff. de uerb. ſignific.

Quo ad ſecundum verior eſt opinio, quod ſenten-
tia, de qua agebamus tanquam lata non pro-
9 pter delictum, † ſed propter contumaciam non
ſit definitiua, ſed interlocutoria, & ideo poſſit
quandocunque reuocari purgata contumacia
Alex. in l. 1. §. hoc iudiciũ. ff. ſi quis ius dicent. nõ
obtemperau. Prout dicimus de priuatione bene-
ficij ob contumaciam, ſeu ob non paritionem
monitorij, huiuſmodi enim ſententia non pri-
uat, quia eſt reuocabilis, cum recuperetur be-
10 neficium etiam alteri collatum, † quandocunq;
quis compareat *Achill. de abſolut. decis. unic.*
Rot. *coram Cardin. Seraphin. romana canonica-*
tus S. *Angeli. ultim. februar.* 1576.

Aliud eſſet quando quis condemnaretur propter
delictum in contumaciam, tunc enim dicitur
ſententia definitiua, & priuat irreuocabiliter,
quod ſecus eſt in mulcta, quæ durat durante cõ
tumacia; Et Motus proprius Sanctiſsimi Pij V.
dum prohibet abſolutionem à crimine, & au-
11 dientiam, & appellationem † intelligitur in di-
ſpoſitionibus, & ſentẽtijs ſuper crimine, non ſu-
per contumacia, cum in odioſis fiat reſtrictio;
& licèt Motus proprius loquatur generaliter
denegando audientiam, aliud eſt quod quis au-
diatur ſuper crimine, aliud ſuper contumacia,
& ita in terminis diſtinguit *Rot. per* Card. *Sera-*
phin. romana canonicatus S. *Angeli. 17. martij.*
1577. vbi etiam quod non obſtat *Bald. in l. ita*
demum. 13. ante fin. uerſ. reſtat unum quærere.
C. *de procurator.* quia non loquitur in eo, qui
non habetur ſimpliciter pro cõfeſſo, ſed ob cau
ſam irreuocabilem ex ſola comparitione; Ideò
ibi bannum non reſoluitur in ſimplicem cita-

12 tionem, † quia bannitus ſecundum formam
ſtatuti habetur pro confeſſo, & conuicto non
comparēs infra terminum præfixum ab eodem
ſtatuto, per quod licèt non poſsit induci fictio,
ex qua tollatur appellatio ad ſuperiorem, cum
illa non poſsit tolli neq; directè, nec indirectè,
13 quando eſt iuſta † *c. uenientes. de iur. iurand.*
Felin. in c. cauſam quæ. col. 14. verſ. ſimiliter di-
cit. de reſcript. Celſ. Vgo. in clauſ. appellatione re-
mota. Tamen in hoc appellatio ſibi patrocina-
14 bitur, quia poterit probare innocentiam, † &
vincet in appellatione *l. fin. C. de error. aduoc. l.*
creditor. §. iuſſus. de appellation. l. generaliter. §.
1. C. de reb. credit. Quamuis enim habeatur pro
confeſſo, & conuicto, tamen iſta verba non ope-
rantur niſi fictam confeſsionem, quaſi hoc ex ſo
la contumacia deſcendat *Bal. in l. ita demū. 13.*
15 *in fin. verſ. reſpondeo. C. de procurator.* † Et
ita intelligendus eſt *Bart. in l. diuus. de cuſt.*
reor. dum voluit quod ſententia lata contra ali
quem tanquam ficte confeſſum vigore ſtatuti
ſit mandanda executioni ſine nouo proceſſu,
cum iſta contumacia operetur, vt ſit habendus
pro confeſſo, & non audiatur amplius ſuper cri-
mine, quaſi illa ficta confeſsio reſultans ex con-
tumacia cadat ſuper certo, quo caſu non ad-
mittitur aliqua probatio in contrarium *gloſ.*
in l. ſiue poſsidetis. in princ. C. de probation. Clar.
16 *in prax. q. 40. verſ. quæro nunc.* † Quia hæc opi-
nio procedit, dummodò contumax non velit do
cere de ſua innocentia per contrarias proba-
tiones; Hæc enim defenſio, & contraria proba-
tio eſt exceptio priuilegiata, quæ nunquam cen
ſetur à ſtatuto excluſa, prout in terminis con-
cludunt *Caſtr. Alex. & alij in l. 2. C. qui teſtam.*
facer. poſſ. Aretin. conſ. 147. viſa conſultatione.
in 1. dub. Dec. in c. 2. in princ. de probat. & de
magis vera opinione teſtatur latè *Farinac. de*
inquiſ. q. 11. n. 6. & 12. amplians etiam ad ter-
17 tium, † qui admittetur ad docendum de inno-
centia huiuſmodi contumacis banniti *Andr.*
Gail. in tract. de pac. publ. lib. 2. c. 8. n. 6. Et quā-
uis Iudex non poſſit inconſulto Principe ſenten
18 tiam à ſe latam retractare, † etiam in caſu, in
quo conſtaret de innocentia rei *Bart. in l. 1. §.*
ſi quis vltro. ff. de quæſtion. Tamen procedit in
ſententia lata ex veris probationibus, & in ea
quæ tranſiuit in iudicatum, ſecus ſi ex præſum-
ptis, & priuilegiatis, prout eſt illa, quę fertur ex
ficta confeſsione à ſtatuto vigore contumaciæ,
quæ nunquam tranſit in iudicatum, & poteſt re
tractari ab ipſomet iudice, etiam inconſultò
Principe *Felin. in c. lator. declar. 7. de re iudic.*
Natt. conſ. 445. n. 5. Bald. & alij in l. ſi qui adul-
terij. C. de adulter. Rot. coram Cardin. Seraphi-
no. Imolen. Caſtrorum. 22. aprilis. 1575. Gemin.
Marſil. Decian. & alij de quibus latè *Farinac.*
de inquiſit. q. 11. n. 8. & 13. vbi etiā *n. 14.* quod
contrarium ſeruandum eſſet in caſibus Conſti-
19 tutionum Sanctiſsimi Pij V. † cum in illis vlte-
rius diſponatur mandando poſt ſententiam ali-
quas probationes non recipi, niſi cum requiſi-
tis, de quibus latius ibid. quo caſu adimitur fa-
20 cultas iudicibus, & per conſequens † neq; con-
tumax ex ficta confeſsione poteſt admitti ad do
cendum de ſua innocentia per contrarias pro-
bationes *Bald. in l. error. 7. in fin. nu. 14. verſic.*
vtrum confeſsio ficta. C. de iur. & facti ignor.
Menoch. de arbitr. caſ. 416. n. 41.

EPITOME.

Vxor inops in quibus caſibus habeat quartam
partem bonorum mariti diuitis, & quid in viro
paupere, matrimonio putatiuo, & dote par-
ua, & quod tempus ſit in inſpiciendum, & in
quibus bonis debeatur, & an commēſuretur ali
mentis, & poſt taxationem recipiat augmen-
tum, & quando amittatur, & debeat attēdi dos
conſtituta per virum in articulo mortis, ſeu le-
gatum illi factum etiam à tertio, & an illud poſ
ſit vxor repudiare, & an accipiat tanquam hæ-
res, vel vt quotam bonorum, & teneatur ad
onus æris alieni. Donatio omnium bonorū,
ſeu vſusfructus an valeat ſi nihil aut parum re-
ſeruetur. Alimenta an debeantur filio, qui
induſtria poteſt ſibi victum quærere.

SVMMARIVM.

1 *Vxor vt habeat quartam in bonis viri defuncti quæ requirantur.*
2 *Dos parua habetur pro nulla dote ad effectum, vt vxor ſuccedat in quarta.* Intellige, *ut n. 6. & 8.*
3 *Parum & nihil æquiparantur.*
4 *Donatio omnium bonorum non valet ſi nihil aut parum reſeruetur. Idem in vſufructu tenui. n. 5.*
7 *Dotis redditus nunquam ſuppetunt ad alēdum vxorem cum requiſitis quæ conueniunt dignitati viri.*
9 *Paupertas quæ ſit remittitur arbitrio iudicis. n. 15. & 80.*
10 *Alimenta an dentur filio, qui poteſt ex ſua induſtria viuere. & n. 12. & 16.*
11 *Alimenta debeatur de iure naturæ.*
13 *Vxor ſeruans viduitatem dicitur eſſe in eodem matrimonio.*
14 *Senex dicitur quinquagenarius.*
17 *Diſpoſitum in vxore intelligitur etiam in viro quo ad quartam.*
18 *Quarta quomodo debeatur coniugibus exiſtentibus filijs. n. 19. 20. 25. & 27.* Nepotibus. *nu. 21. Aſcendentibus mariti. n. 23. Tranſuerſalibus. n. 24.*
22. *Appellatione filiorum veniunt nepotes etiam in ſtatutis.*
26 *Liberorum appellatio comprehendit fœminas & maſculos.*
28 *Fœmina excluſa per ſtatutum à ſucceſsione patris non matris an admittatur ad quartam.*
29 *Quod reſtituitur ſubſtituto eſt de bonis teſtatoris non reſtituentis.*
30 *Quarta debita vxori pauperi an commenſuretur cum alimentis.*

31 *Legatum factum à marito vxori an imputetur in quartam. & n. 32.*

33 *Matrimonium ſine dote dicitur, quando debet reſtitui dos poſt mortem viri, & quarta tunc debetur.*

34 *Vxor admittitur ad quartam etiā condito teſtamento contra voluntatem viri.*

35 *Confiſcatis bonis mariti an ſit confiſcanda quarta debita vxori. & n. 36. 37. & 38.*

39 *Maritus nō poteſt tollere nec diminuere quartam vxoris per legatum ei factum de alimentis. & n. 42. nec tacitè, aut expreſsè illi praeiudicare etiam legando alijs. n. 43.*

40 *Prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis iā factam.*

41 *Legatum ob repudiationem fingitur retro nunquam acquiſitum.*

44 *Vxor à ſe ipſa accipit quartam tanquam hares.*

45 *Maritus poteſt dotando vxorem in articulo mortis eam à quarta excludere.*

46 *Quarta debetur vxori inopi quamuis ſtatutū probiberet relinqui coniugi niſi certam pecuniae quantitatem.*

47 *Legatum factum vxori à tertio an faciat illam excludi à quarta, & poſſit repudiari. nu. 48. & 49.*

50 *Vxor indotata excluditur à quarta habēs aliūdè bona unde ſe alat, & patrem, aut fratrem diuitem. n. 51. & 52. & quid ſi poteſt conſequi quartam in bonis primi viri. n. 53. 54. & 56.*

55 *Actionem habens ad diuitias conſequendas habetur pro diuite.*

57 *Vxor inops non habet quartam ſi eſt apta ad operandum.*

58 *Vxor nobilis non tenetur operari marito.*

59 *Vxor admittitur ad quartam ſi eſt pauper tēpore mortis viri, quamuis poſteà nō egeat nubendo diuiti. Intellige, vt n. 62. Prout è contra excluditur ſi d. tempore ſit diues, & poſtea egeat. n. 61. Declara, vt n. 63.*

60 *Cauſa quamuis ceſſauerit non impedit ſi adfuerit certo tempore.*

64 *Vxor competenter dotata quando nupſit excluditur à quarta licèt poſtea dos non ſit congrua.*

65 *Quarta taxata an poſſit augeri ſi poſtea non ſufficiat ad alimenta.*

66 *Eleemoſyna certa danda pauperibus facit vt non poſſit dari plus vni, quam alteri.*

67 *Vxor, & eius filij an habeant quartam tanquam haredes, vel vt quotam bonorum, et an teneantur ad as alienum pro ſua rata. nu. 68. et 69.*

70 *Appellatione bonorum an ueniat quod alteri debetur.*

71 *Vidua impudicè viuens poſt mortem mariti amittit quartam. Idem in condemnata de aliquo delicto. n. 72. Intellige vt n. 73.*

74 *Prabens cauſam ſeparationis thori non ſuccedit in quarta.*

75 *Matrimonium debet eſſe legitimum non putatiuum, vt ſuccedatur in quarta.*

76 *Extra cauſam dotis non fit extenſio de matrimonio uero ad putatiuum.*

77 *Concubina inops non ſuccedit in quarta.*

78 *Maritus verus non putatiuus habet priuilegiū ne teneatur niſi in quantum facere poteſt.*

76 *Priuilegia matrimonij ueri quando competant putatiuo.*

81 *Donatio Neronis facta Valerio Meſſala pro ſubleuanda eius inopia.*

82 *In quarta an computetur dos parua vxoris cum alijs bonis etiam donatis à marito inter viuos. n. 83. & 84.*

85 *Quarta debita vxori intelligitur de omnibus bonis exiſtentibus etiam extra domicilium viri.*

86 *Bona extra territorium an ueniant in ſucceſſione delata ex ſtatuto. et n. 87.*

88 *Marito an liceat paciſci cum vxore ne teneatur eam alere.*

89 *Vxor quomodo ſuccedat in quarta ſi tempore mortis extent liberi, qui deinde moriantur.*

90 *In bonis feudalibus, et emphiteoticis an debeatur quarta vxori inopi. et n. 91.*

92 *Mulier habens dotem cum qua poteſt ſecundò nubere an excludatur à quarta.*

CAPVT CXX.

AD fauorem vxoris fuerunt latæ duæ ſententiæ conformes declarantes eidem cōpetere remedium intentatum ex diſpoſitione *auth. praeterea. C. und. uir. et vxor.* & cum in huiuſmodi cauſa mihi delegata dubitaretur an eſſent confirmandæ Dixi concludendum pro illarum confirmatione. Quia in actis conſtabat de paupertate vxoris quinquagenariæ, facultatibus viri in bonis aſcendentibus ad ſummam ſcutorum 3600. Matrimonio contracto ſine dote, & quod mulier aliunde non poteſt habere alimenta, cū ſit abſq; patre, & fratribus diuitibus,
1 à quibus potius deberet illa cōſequi; † quę omnia requiruntur ſecundum *Doctor. in d. auth. praeterea. ubi Dec. n. 20. ad fin. Roland. conſil. 14. n. 19. & 53. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 658. nu. 3. lib. 6. Gabr. conſ. 142. n. 1. lib. 1. Honded. conſ. 93. nu. 18. lib. 1. Sim. de Pret. conſ. 9. n. 2. lib. 1.*

Neq; obſtat non probari matrimonium fuiſſe contractum ſine dote, quaſi potius conſtet de contrario ex depoſitionibus teſtium, de quibus in actis. Quia cum dos non excedat florenos centum eſt adeò exigua, vt ex ea non poſſit mulier alimentari, quo caſu diſpoſitio *auth. praeterea.*
2 extenditur etiam ad paruam dotem, † ac ſi nulla dos fuiſſet conſtituta, vt concludit *Salic. ibid. q. 2. Cephal. conſ. 288. n. 29. uerſ. & facit quod in ſimili. lib. 2. Burſat. conſ. 92. n. 22. lib. 1. Tiraq. de iudic. in reb. exig. forend. sol. 8. uerſ. nono ex hoc infert.* & de magis communi teſtatur *Ludouic. concluſ. 35. ampliat. 1.* Etenim parum &
3 nihil æquiparantur † *l. illud. 7. §. minus. de tributor. action. l. ſi oleum. 10 §. ult. de dolo. l. 2. ff. quod cum eo. Socein. conſ. 108. n. 4. lib. 1.* & multis ſimilibus comprobat *Dec. in c. de appellatio-*

nibus.in 2.notab.de appellat.Tiraq. de iudic. in
4 reb. exig. ferend. in princ. col. 1. cum ſeq. † Et
facit quod aliàs cum de hoc diſceptaretur in
ſimili dixi de donatione omnium bonorum,quę
non valet ſi nihil,aut parum reſeruetur Purpur.
in l.fin.col.antepenul. n.251. et 252. C.de pact.
Gabr.conſ.70.n.3.in fin.uerſ. nec poteſt infrin-
gi.lib.1. Quidquid contrarium ſequatur Alex.
conſ.59.viſo themate.n.3.lib.5. vbi loquitur de
libris 60. quem ſequitur Curt. Iun. conſil. 1.
n.16.col.7.in fin.uerſ.et ita in terminis. Quia
contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur Me-
noch.conſ.184.n.4.lib.2.vbi de reſeruatione vi-
gintiq; florenorum. ibiq;. n.8. & 9. ampliat ad
donationem omnium bonorum reſeruato vſu-
5 fructu, † quæ non valet,quando vſufructus eſt
tenuis non ſufficiens ad alimenta. Natt. conſ.
146.n.12.ad med.uerſ. niſi fortè eſſēt ità tenues.
lib.1.Couar.lib.3.uar.reſolut. c.12.nu.3. uerſic.
ſed tertio eadem ratione. Gabr.conſ.139.num.2.
uerſ.ſecūdo quia uerius etiam eſt.lib.1. & voluit
Purpur.in l.fin.col.antepenult. nu.251. et 252.
C. de pact.

Quæ magis procedūt in caſu,de quo agimus,quia
iſta dos non ſolùm dicitur modica,& incongrua
reſpectu alimentorum,quæ debeneur iuxtà ho-
norificentiam, quam vxor ſeruabat viuente vi-
6 ro,ſed eſt minima†ita vt mendicare cogeretur,
cū aliàs non poſſet ſuæ indigentiæ ſubuenire, &
ſic dicitur nouiſsima,vltima,& extrema inopia
quæ facit, vt talis dos habeatur perinde, ac ſi
nulla extaret. Nam aliàs ſi de ſuis bonis viuere
quidem poſſet,ſed non ita honorificè, prout vi-
uebat cum viro iuxta condecentem gradum, &
conditionem illius,quarta non deberetur; Ra-
tio enim vera,& finalis fuit inopia, & quia re-
medium eſt ſubſidiarium, & miſerationis gra-
tia conceſſum,ideò non eſt dandum ſubſidium,
niſi quatenus vrget neceſsitas,prout multis cō-
probat Surd. deciſ.61. num.15. et per tot. Quia
7 aliàs raiò,aut nunquam † dotis redditus ſuffi-
ciunt ad alendum vxorem cum requiſitis,quæ
durante vita mariti aderant Purpur. conſ.330.
col.ult.in princ.nu.7.verſ.ex cuius dictis. lib. 1.
per tex.in §. quoniam verò.auth.de exhib. reis.
vbi dicitur nouiſsima viuentis inopia. Corn.
conſ.249. n.3. col.2.in fin.lib.3. Soccin.conſ.30.
8 n.14.lib.4.Gabr.conſ.141.num. 25. lib.1. † Et
quod dos debeat eſſe minima, & parua in nota-
bili quantitate, non ſimpliciter multa adducit
Rota per R.P.D. Graſſ. Roman. portionis here-
ditatis.5.maij.1574. ante med. uerſ.placuit do-
minis. poſt Mattheſ. Aretin. Fab. de Pep. Bald.
Curt.Iun.et alios ibi allegatos. & latè ſequitur
Surd. de alim.tit.9. q.37. n.7.uerſ. contra verò.
uſq; ad n.23. vbi quod ita reſoluit Senatus Mā-
tuanus tanquā ſit opinio verior,declarando nō
poſſe agi per mulierem ad huiuſmodi quartam
ſtante dote ſcutorum mille, quamuis maritus
eſſet nobilis,& ditiſsimus, cum ex illis haberet
redditum ſcutorum octuaginta; licèt ex beni-
gnitate ampliati fuerint dicti redditus ad ſcuta
centum. Itaut ex bonis mariti dum vixerit ha-
beret ſcuta viginti vltra octuaginta ſuæ dotis.

Nec facit quod probetur dictam vxorem habere
florenos quinquaginta,qui iūcti cum dote pre-
fata,& ſuis operibus faciunt illam aptam ad ſe
ſuſtinendum ſine mendicitate: neque enim di-
citer pauper, vt intret diſpoſitio d.auth. cum
9 paupertas ſit remiſſa arbitrio iudicis † ſecun-
dum conditionem perſonarum, quæ non eſt in
ſimilibus perſonis de quibus loquimur,cū poſ-
ſint ex ſuis laboribus ſibi victum querere Corn.
conſ.249.uiſo ſupraſcripto.lib.3.Soccin.conſ.121.
præmittendo.col.penul.in princ.n.46.lib.4.Pur-
pur.conſ.330.n.5.lib.1.cum alijs latè in d. deciſ.
Romana portionis hereditatis. in princ. Prout
10 dicimus de filio inope, † quem pater non alit,
quando poteſt ex ſua induſtria viuere l. ſi quis
à liberis.in princ.iuncto §.ſed ſi filius.ff.de liber.
agnoſc.ubi Bart.n.1.uerſ.nota quod qui poteſt ſe
alere. Roland.conſ.14.n.16.lib.3. R.P.D Graſſ.
d.deciſ. Roman.portionis. Qui caſus eſt in for-
11 tioribus terminis, † cum alimenta debeantur
de iure naturali Dec.conſ.576. in princ. vbi
quod non poteſt pater relinquere alimenta filio
12 ſpurio,qui victum querit ex induſtria,†quam-
uis in futurum poſsit deuenire ad paupertatē,
& ſtatum non aptum labori Bald. conſil. 116.
lib.2.Alex.conſ.74.n.4.lib.2.Gabr. de aliment.
concluſ.1.n.2.limitat.2.vbi de magis communi
Soccin.conſ.121.præmittenda eſt.col.11. ad med.
uerſ.confirmo etiam.n.47.lib.4.

Quia reſpondetur non fuiſſe probatum huiuſmo-
di lucrum,& operas poſſe fieri per iſtam mulie-
rem; Immò de contrario apparet per teſtes de-
ponentes vxores ciuium loci,de quo erat mari
tus non eſſe ſolitas exercere officia vilia, & vi-
ctum ex operibus querere; cum vxor non de-
beat ad viliores operas deſcendere,quā ad eas,
quas præſtare ſolebat viuente viro ſalua digni-
13 tate,& honorificentia illius, † quaſi viduita-
tem ſeruans videatur eſſe in eodem matrimo-
nio l.filij.§.uidua.ad municip.l. mulieres. C.de
dignitat.lib.12.& ita in terminis concludit Ri-
minald.Iun.conſ.657.n.55.et 56. lib.6. cum
alijs per Honded.conſ. 93.n.11. lib.1. Surd. de-
ciſ.61.n.12. Decian.conſ.111.n.19.verſ.non ob-
ſtat quartum.lib.3.Gulielm.Benedict. in c. rai-
nutius. in uerb. et uxorem nomine adelaſiam.
n.244 et 245.de teſtam.

Præterea ſumus in muliere quinquagenaria, quæ
non poteſt dici apta ad querendum victum, &
14 ſeruiendum,†cum dicatur ſenex, quæ peruenit
ad huiuſmodi ætatem;ideò non debet excludi à
beneficio d.auth. cum magis indigeat ſeruiri,
quàm alijs ſeruire Rol. in ſpecie conſ.14. n.55.
15 lib.3. Rimin. Iun.conſ.657.n.57. lib.6. † Itaut
ſit committēdum Iudicis arbitrio quis dicatur
pauper Ruin.conſ.55.n.5. lib. 1. Menoch. de ar-
bitrar.caſ.65.n.7.Surd.de alim.tit 9 q.37.nu.1.

Et exemplum de filio inope non obſtat, quia pro-
cedit in eo, cui non eſſet dedecus victum ſibi
16 querere ex operibus ſuis, † Immò etiam indi-
ſtinctè verior eſt opinio quod non conſideretur
huiuſmodi induſtria in filio, cum nihilominus
tenea-

teneatur pater filio ſpurio relinquere alimenta
Aim.conſ.199.vbi quod eſt æquior ſententia.
Cardin.Paleott.de noth.& ſpur. c.48. nu.6. Ad-
dit.ad Dec.conſ.576. in verb. quando. vbi quod
ita practicatur,& ſequitur laté Surd.de alim.q.
9.tit.11.n.7. licèt per alias rationes,quàm per
adductas ab Aim. quas refellit tanquam non
veras,vt ibid.n.12.vſq; ad n.24.
Et hæc ſatis ſint quo ad merita cauſæ circa dubiũ
propoſitum; Nam alia, quæ opponebantur cõ-
tra teſtes,quaſi non fuerint probatæ diuitiæ vi-
ri cum alijs requiſitis ad proſequendum reme-
dium,de quo agimus fuerunt ſublata in alia di
ſceptatione in hac eadem cauſa facta,de qua in
fra in capite particulari.
Quo verò ad materiam huiuſmodi auth.præterea.
quia de pluribus caſibus ſæpè in praxi occur-
rentibus vidi dubitatum,& à me etiã fuit quę-
ſitum Dixi infraſcripta eſſe notanda.
Primo quemadmodũ præmortuo viro, vxor inops
illi locupleti ſuccedit in quarta parte,Ita è cõ-
tra Maritus pauper habet quartam bonorum
17 vxoris diuitis,† quia diſpoſitum in vno cenſe-
tur diſpoſitum in alio tanquam correlatiuis, &
quia in vtroque militat eadem ratio §. quo-
niam verò. auth. de exhib. reis. Gulielm. Bene-
dict. in c.rainutius.in verb. & vxorem nomine
adelaſiam.deciſ.5.n.241.& nu.251. concluſ. 9.
Paul. de Monte Pico. in auth. præterea. num. 7.
verſ. cogita. vbi laté de hoc diſputat. C. vnd.
vir & vx. Ludouic.concluſ.35.ampliat.5.
Secundò huiuſmodi quarta debetur vxori etiam
ſuperſtitibus filijs primi matrimonij ; tam quo
ad vſumfructum , quàm etiam quo ad proprie-
18 tatem; † licèt ſecus eſſet quando extarent filij
communis matrimonij , tunc enim habebit ſo-
lum vſumfructum reſeruata proprietate eiſdem
filijs communibus §. quia vero. il 2. vbi Ang.
auth. vt liceat matr. & auia. Cephal. conſ. 671.
n. 31.Surd.conſ.196.n.34.
Tertiò quando ſuperſunt liberi marito prędefun-
cto ex alia vxore,ſi sũt tres,vel pauciores,vxor
19 pauper ei ſuccedit in quarta parte bonorum.†
Si autem eſſent plures ſuccederetur ei pro nu-
mero perſonarũ in virili portione, ita vt quan-
do ſunt quinq; vxor ſuccedat in ſexta parte §.
quia vero.auth.vt liceat matr.& aui. Niſi por-
tio illa excederet valorem centum librarum au
ri,quo caſu agere ſolùm poſſet ad illas centum
libras,quia in hoc non eſt correctus §.quoniam
verò.auth.de exhib.reis.per §.quia verò religio-
nem.auth.vt liceat matr. & auia. qui hanc ſuc-
ceſsionem exhorbitantem potius reſtringit,
quàm velit ampliare ſecundum Ang. in §.hoc
loco.col.penult.verſ.& hæc vera niſi defunctus.
inſtit.de ſucceſsion. cognator. & ſequitur Bene-
dict.in c. rainutius.in verb. & vxorem nomine
adelaſiam.concluſ.7.n.249.de teſtam.
Quartò ſi filij ſuperſtites ſunt communes ex eadẽ
vxore, quæ prætendit ſuccedere in huiuſmodi
20 quarta,† tunc vxor non admittitur ad ſucceſ-
ſionem illius,ſed ſolum poteſt agere ad vſum-
fructum quartæ partis bonorum mariti præde-
functi,ſi tres ſunt filij,vel pauciores:Nam quã-
do ſunt plures habebit vſumfructum pro virili:
§.quia verò.auth. vt liceat matr.& auia; dum-
modo vſusfructus non excedat valorem cẽtum
librarum auri,vel eius æſtimationem Benedict.
in c.rainutius. in uerb. & vxorem nomine ade-
laſiam.concluſ.8. n.250.de teſtam.
Quintò idem eſſet ſi vxor cõcurreret cum nepote
ex filio communi præmortuo,vel cum aſcẽden-
21 tibus parentibus mariti quondam ſui † Gloſ.
& Doctor.in auth.præterea. C.und.vir.et uxor.
Bened.in d.c. rainutius.in uerb.& uxorem no-
mine adelaſiam.concluſ.8.n.250.in fin.Roland.
de lucro dotis.q.56.n.13.verſ. pro cuius confir-
22 matione.† vbi etiam multis ſimilibus compro-
bat, quod appellatione filiorum veniunt nepo-
tes etiam in diſpoſitionibus ſtatutarijs loquen-
tibus de filijs Socc.Iun.conſ.19.col.2.lib.1.
Sextò quemadmodum vxor non ſuccederet in do
minio quartæ partis ſtantibus filijs viri,& nepo
tibus,vt dictum eſt, Ita neque ſuccedet ſi exta-
23 rent aſcẽdentes mariti,† cum ſint paris ratio-
nis l.nam etſi parẽtibus. de inoff.teſtam. & con-
cludit in ſpecie gloſ.in auth. præterea. C. vnd.
uir. & uxor. Stephan. Federic. de interpretat.
iur.p.ultim. n.22.tom.1.fol.223.Michael Graſſ.
de ſucceſſ.ab inteſt.q.40. Vbi etiam,quod quan-
do aſcendentes ſunt plures,quam tres , mulier
habebit virilem, quia idem eſt quod in deſcen-
24 dentibus ; † Et quid quando adeſſent ſolùm
tranſuerſales an tunc ſuccedat coniux in quar-
tam Idem Graſſ ibid.q.41.
Septimò idem etiam eſſet quando extarent filiæ,
quibus eſt reſeruanda proprietas quartę partis
25 bonorum, quam vxor acquirit,† quemadmo-
dum reſeruatur maſculis Pic.in d. auth. præte-
rea.nu.48. et ibi Curt.num.30. Quicquid dicat
Ang.de teſtam.in gloſ.nolens teſtatus decedere.
col.12. Quia contra eum eſt verior opinio , &
26 magis communis,vt per Surd. deciſ.8.n.1.† cũ
dictio liberorum tam fœminam , quàm maſcu-
lum includat l.non eſt ſine liberis.ff. de verb.ſi-
27 gnificat.† Intelligendo dummodo fœminæ nõ
ſint excluſæ à ſtatuto;tunc enim non admitten-
tur ad huiuſmodi ſucceſsionem Surd. deciſ. 8.
n.18.verſ.hanc partem tenendo. vbi ex hoc con-
cludit fœminam excluſam per ſtatutum à ſuc-
ceſsione paterna , licèt non à materna,non ad-
28 mitti ad proprietatem iſtius quartæ debitæ
vxori , cum huiuſmodi propriętas non cenſea-
tur materna,quaſi illam habeat tanquam de bo
nis viri §.quoniam uero.auth. de exhib.reis. Er-
go eodem modo dicendum eſt in filijs; vnde ſi
proprietas cenſetur paterna non tranſit ad fi-
29 liã excluſam à bonis paternis;† prout dicimus
de ſubſtituto,qui non habet illud quod eſt ei re
ſtituendum à grauato tanquam de bonis ipſius
ſed tanquam de bonis teſtatoris Aim. conſ.144.
Octauo iſta quarta debita vxori non commenſu-
ratur cum alimentis , ſed conceditur quamuis
excedat neceſsitatem alimentorum, dummodo
30 tamen nõ ſit maior quàm centum libræ auri, †
quia ſi bona mariti excederent quadringentas

libras auri; tunc mulier nō ſuccederet in quarta, ſed conditione ex lege ſolum aget ad dictas libras centum auri *Bald. in c. quamuis. in fin. n. 2. de inueſtit. de re alien. fact. per tex. in §. quia uero leg. il 2. auth. vt liceat matr. & auia. Aretin. in §. fin. n. 6. inſtit. de ſucceſſ. cognator. Corn. in auth. praeterea. num. 4. C. vnde vir. & vxor. Gabr. cōſ. 142. nu. 17. lib. 1. Guliel. Bened. in c. rainutius. in uerb. & vxorem nomine adelaſiam. deciſ. 5. num. 248. per tex. in §. quoniam vero. auth. de exhib. reis.*

Nono vxor inops non imputat legatum factum
ſibi à viro in quartam, quando fuit grauata
31 illud alteri reſtituere; † Quia non videtur vxori relictum, quod alteri debet reſtitui *Ang. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. circa fin. verſ. ſed cum eſſet legata. ff. ſolut. matrim.* Ideo lucro eius non dicitur cedere *l. vlt. in fin. C. de bon. quae*
32 *liber.* † Quod tamen eſt intelligendum, quando quis grauaretur ſtatim reſtituere, itaut nihil ſit ſibi permanſurum, ſecus vbi remanet aliquod emolumētum *Aret. in auth. praeterea. col. fin. verſ. ſecundo limitatur, C. vnd. uir. & vx. Imol. in l. in tempus. 62. col. 2. poſt princ. num. 5. verſ. dicit etiam hic. & uerſ. videtur tamen poſſe dici. ff. de hered. inſtituend. Surd. conſil. 251. nu. 29. lib. 1.*

Decimo ſi vxor praemoriens dotata fuiſſet, dos tamen veniret alteri reſtituenda per eius mortem, tunc maritus inops ſuccedit vxori, ac ſi do
33 tata non fuiſſet; † cum dicatur hoc caſu matrimoniū ſine dote, prout ſingulariter notat *gloſ. in l. licèt. 27. C. de iure dot.* per illum text. à contrario ſenſu. *& ibi Cin. & Salic.* & multum notandum dicit *Gulielm. Bened. in c. rainutius. in verb. & vxorem nomine adelaſiam. nu. 244. in princ. deciſ. 5. verſic. & idem foret. de teſtament.*

Vndecimo vxor vocata ad ſucceſsionē mariti diuitis pro quarta parte admittitur etiam condi
34 to teſtamento † contra voluntatem eiuſdem viri; Quia verbum ſuccedit includit ſucceſsionem tam teſtati, quàm inteſtati, prout in terminis concludit *Soccin. conſ. 108. in hac conſultatione. in princ. lib. 1. Bero. conſ. 76. n. 8. verſ. ſecūdo ponderatur. Surd. conſ. 8. n. 15. Cephal. conſ. 183. n. 14. lib. 2.* & de magis communi teſtatur *Ioſeph. Ludouic. concluſ. 35. ampliat. 4.*

Ex quo ſequitur quod confiſcatis bonis viri non
35 cenſetur confiſcata quarta pars, † quae debetur vxori inopi ex diſpoſitione *auth. praeterea.* Etenim maritus non poteſt teſtando priuare vxorem huiuſmodi quarta, vnde neq; etiam poterit hoc facere delinquendo *Soccin. conſ. 101. nu. 7. & 16. lib. 4. Michael Graſſ. de ſucceſsion.*
36 *ab inteſtato. q. 43. & vltim.* † Niſi contraria fori conſuetudo extaret *Peregrin. de iur. fiſc. tit. 1. lib. 5. n. 81. in fin.* Quod procedit quamuis confiſcatio fieret vigore alicuius particulari ſtatuti, cum debeatur iſta quarta ex cauſa
37 miſerationis, † ideo conſtitutio etiam generalis non tollet illam diſpoſitionem priuilegiatam, niſi fiat ſpecialis mentio, cum etiam ſtatutum confiſcans bona intelligatur ſecundum
38 ius cōmune, † itaut hoc quoq; procedat, quamuis ſimus in crimine leſae maieſtatis *Plot. conſ. crimin. 130. n. 41. & 45. Farinac. q. 45. de delic. & pan. n. 123. vſq. ad n. 127.* licèt contrariū cōcludat *Peregrin. de iur. fiſc. tit. 1. lib. 5. n. 46.*

Duodecimo vxori pauperi debetur quarta in bonis viri diuitis, qui ei reliquit alimenta, vel aequiualens legatum, ex quo poſſit ſe alere. Iſta enim quarta debetur vxori etiam contra voluntatem mariti, & eo inuito tanquam debi
39 tum neceſſarium; † Vnde ſicut non poteſt maritus illam in totum auferre, ita neq; diminuere, quamuis prohibeat, quod plus non poſſit peti: Ideo illud legatum imputabitur in quartam, & quod deeſt ad ſupplementum peti poterit *Corn. conſ. 4. n. 5. lib. 4. Dec. conſil. 24. col. vlt. in princ. verſ. & ideo non eſt mirum ſi in caſu. n. 5.* Quidquid dixerint *Rimin. Sen. conſ. 114. omiſsis non neceſſarijs. & Cephal. conſ. 244. per tot. & Gabr. conſ. 142. col. penult. in fin. nu. 28. lib. 1.* Quia contra eos eſt verior opinio, vt latè defendit *Surd. de alim. tit. 9. q. 35.* Ratio eſt quia licèt inopia ceſſet, tamē deſinit ex prouiſione mariti, quae non attenditur, cū lex conſiderauerit, an mulier poſsit conſequi alimēta, & an ſit pauper tempore, quo moritur maritus, non autem habuit reſpectum ad illud, quod ei poſſet relinqui ex teſtamento viri, cum proui
40 ſio hominis † non tollat prouiſionem legis iam factā, ſeu natam, ſed tantum faciendam, & naſcituram *Bald. in l. fin. in 3. notab. C. de pact. conuent.* Ideo poterit mulier repudiare huiuſmodi legatum ſibi à marito factū; quia etiam in caſibus, in quibus legatum tranſit recta via
41 in legatarium, † ob repudiationem fingitur retro nunquam quęſitum *Bart. in l. pomponius. l. 2. n. 10 ff. de negot. geſt.* Hanc eandem quęſtionem latius diſputat *Idem Surd. de alim. q. 29. tit. 9.* Vbi *nu. 23.* dicit eſſe difficile obtine
42 re contra huiuſmodi opinionem, † quod per legatum factum à viro cenſeantur excluſa vxor à quarta, cum ſit verior ſentētia, & magis communis, quod non excludatur, licèt ſi rationibus
43 eſſet diſceptandum aliud potuiſſet defendi. † Concludendum eſt igitur ſemper dictam quartam eſſe debitam vxori, neq; poſſe impediri per teſtatorem tacitè, aut expreſsè, neq; in totum neq; in parte, ſiue legetur vxori, ſeu alijs extraneis, quamuis falcidiam prohibeat; quia etiam de bonis alijs relictis detrahetur iſta quarta, ſiue ſint iure inſtitutionis, ſiue legati, quia aliàs poſſet teſtator totam quartam prohibere diſtribuendo legatarijs vniuerſum ſuum patrimonium, quod non eſt permittendum in praeiudicium vxoris, cum à ſe ipſa illam par
44 tem conſequatur, † & accipiat tanquam haeres non expectata aditione haereditatis facienda per inſtitutos, ſeu aſcendentes ab inteſtato prout latè concludit *Corn. conſil. 4. vltra punctum mihi praeſuppoſitum. n. ,. lib. 4.*

Verum eſſet quod quamuis hoc non habeat locū in legato. Tamen poſſet maritus vxorē à quar-

ta

ta excludere dotando eam in articulo mortis
45 Per viam contractus † *Alex.in auth. præterea. col.2.C.vnd.vir.& vx.Gab.conſ.142.col.penul. n.29 lib.1.*

Decimotertio vxori eſt debita quarta etiam ſtante ſtatuto,quod maritus non relinquat coniugi
46 niſi certã quantitatem; † Huiuſmodi enim ſtatutum non comprehendit illud,quod eſt debitũ ex diſpoſitione legali,prout in terminis concludit *Honded.conſ 93.num.9.lib.1.Plot.inter.conſ. vltim.voluntat diuerſorum.168.n.45.*

Decimoquarto ſi legatum ſufficiens ad alimenta relinquatur vxori ab aliquo tertio, non antem
47 à marito,† nõ poſſet tunc vxor conſequi quartam in bonis viri: Nam quando per acquiſitionẽ quis excluditur ab aliquo priuilegio,ſeu beneficio, non poteſt non acquirere ille, qui ad idem beneficium aſpirat,cum ſecus ſit, quaodo per acquiſitionem quis non excluderetur à be-
48 neficio;quia tunc poteſt non acquirere; † Ideo ſi ante mortem mariti deferatur aliquod ius vxori ſufficiens ad alimenta tam ex teſtamento alicuius tertij, quàm ex diſpoſitione inter viuos, non poſſet vxor illud repudiare poſt mortem mariti ad effectum conſequendi quartam in bonis illius; Quoniam non poteſt dici pauper, qui habet actionem ad conſequendum illud,ex quo ſe poteſt alere, Inopia enim nouiſſima requiſita per *auth. præterea* tunc dicitur, quando non ſolum deficit ſubſtantia, ſed etiam actio, & officium iudicis *Bart.in l.ſi quis à liberis.§.item reſcriptum.de liber. agnoſ.* & ita in terminis concludit *Surd. de alim. titul.9.q.35.*
49 *n.34.* † Intelligendo de ea vxore,cui actio competebat tempore mortis mariti: Nam ſi illo iã mortuo ſuperuenerit facultas,ſeu actio ad conſequenda alimenta, non per hoc vxor excluderetur à petitione quartæ *Dec.conſ.24.& pro virili. col. 1. ad med.Cephal. conſ.244.n.4.Sur.d. q.35.n.44.*

Decimoquinto. Mulier indotata non ſuccedit in quarta,ſi habeat aliũde bona,ex quibus ſe poſſit
50 alere *Cephal.conſ.671.n.16.* † Ideo ſi habet patrem diuitem ſufficit, vt excludatur à quarta, cum ab eo poſſit alimentari *Cuman.in l.in ſuis deliber,& poſthum.Iaſ.in auth.præterea.num.6.*
51 *C. vnde vir. & vxor.* † Quę opinio eſt verior quidquid ibi *Dec.& Fab.de Pepis* contrarium ſequantur, vt docet *Soc.conſ.30.n.4. & 8.lib.4. Honded.conſ.93.n.26.lib.1.* latè *Cordub. in l.ſi quis à liberis.in princ.nu.76.vſ.ad n.80.ff.de liber.agnoſcend.*

Idem ſi haberet fratrem diuitem, à quo vxor poſſet ali *Gabr. conſ.142. n.30. lib.1.* & de veriori
52 opinione tam in patre, quã in fratre teſtatur † *Ioſeph. Ludouic.conclu.35.limit.2.verſ.ſed prior opinio* licèt contrarium ſentiat *Menoc.conſ.433. nu.16.lib.5.Rimin.Iun.conſ.657.num.60.lib.6.* cum alijs allegatis *per Graſſ. de ſucceſſion. ab inteſt.q.39.n.5.*

Decimoſexto. Coniux ſi poteſt habere quartam primi viri non ſuccedit in illa reſpectu bonorũ
53 ſecundi mariti, † cum enim poſſit ſibi prouidere de alimentis aliunde, nõ datur huiuſmodi remedium, quod tanquam ſubſidiarium ceſſat propter alimenta, quæ ab alijs ſunt præſtanda, prout in terminis concludit *Soccin conſil 121. n.36.col.7.in fin.lib.4.Cephal. conſ.244. n.11.*
54 *lib.2.* † Ideo ſi vxor à primo viro neglexerit huiuſmodi quartam petere imputet ſibi,cum à ſecundo non poſſit illam conſequi niſi in defectu primi *Michael.Graſſ.de ſucceſſ.ab inteſt quæſt.9*
55 *n.42.* Ratio ſupradictorum eſt;† quia habetur pro diuite ille, cui cõpetit actio ad diuitias acquirendas *l qui poteſt facere.de reg.iur.* & mulier dicitur habere aliunde, quando poteſt exi-
56 gere; † Dũmodo tamen primus maritus debitor ſit ſoluendo, cum alias eſſet inanis actio *Soccin.conſ.121.nu.30.& 31. col.6. in fin.lib.4.* vbi quod debet eſſe exigibilis de iure, & de facto; Itaut vxori incumbat onus probandi,quod primus vir debitor non ſit ſoluendo *Natt.conſ. 648.n.13.*

Decimoſeptimo ſi vxor eſt apta ad operandum, & querendum victum abſq;eo,vt cogatur mendicare non conſequitur huiuſmodi quartam li-
57 cèt nihil habeat in bonis, † cum poſſit exercere officia ſuæ qualitatis, & conditionis *Purp. conſ.330.n.4 lib.1.Honded.conſ.93. n.35.lib.1.* vbi quod *Rol. Rimin. Decian. Menoch. & alij* contrarium ſequentes loquũtur de muliere nobili,cui viro defuncto eſſet dedecus ſeruire, vel induſtria ſua victum querere, cum neq; etiam
58 vxor nobilis teneatur operari marito, † dum viuit *Bart. in l. diuortio.7. num.4. ff.ſolut. matrimon Alex. conſ.133.num. 13. lib.4. Coler.de proceſſ.executiu.c.2.p.1.num.226. in fin.* Quidquid ſit in alijs vxoribus,quæ tenẽtur texturas & manualia exercere in domo mariti adhuc ſuperſtitis, cui iſta acquiruntur, neque cedunt lucro mulieris *Bald. in l. aſſiduis.12. n.4.ff.qui potior.in pignor.habeant.*

Decimooctauo ſufficit,quod coniux ſit pauper tẽpore mortis mariti, vt illi ſuccedat in quar-
59 ta;† Quamuis enim poſtea non egeat nubendo videlicet alteri diuiti poſt annum, non tamen excluditur à dicta ſucceſſione *Dec.conſ.24.poſito pro conſtanti. per tot.* quod eſſe notandum tanquam ſingulare dicit *Gulıel.Benedic.in cap.rainutius. in verb. & uxorem nomine adelaſiam. deciſ.5.n.244.verſ.ſecundo requiritur.de teſtam. Tiraq.in tract.ceſſante cauſa limit.4. part.1.nu. 2.verſ.& ex eo dicit ipſe.Cephal. conſil.244.n.4. lib.2.Ioſeph. Ludouic.concluſion.35. ampliat.2.*
60 Quãdo enim requiritur,† vt aliqua cauſa adſit certo, & limitato tempore, ſufficit illam tunc adeſſe, licèt poſtea ceſſauerit *l quæcunq;§.fin. ff. de public. in rem. act.* cum alijs de quibus *per Bald.in l.generaliter. 40.col.3. in fin.verſic. requiritur tertia cauſa ſucceſſiua.ibi ſed ego dico ſic ad declarationem. num. 5. C. de epiſcop. & cleric.*

Quemadmodam etiam è contra ſi vxor eſſet diues tempore mortis, non poſſet quartam petere,cũ
61 requiratur inopia; † Et quamuis progreſſu temporis peruenıſſet ad ægeſtatem, non tamen

huiuſ-

hniuſmodi quartam conſeqneretur: Quia non debet attēdi præſens paupertas, cum per legem cōſideretur inopia tempote mortis mariti, prout concludit in terminis *Dec.conſ.24.nu.5.verſ. octauo & vltimo iſta concluſio* Vbi quod talis inhabilitas ſuperueniens nihil nocet quamuis acciderit etiam antequam fuerit petita quarta.

Intellige ſi incontinenti poſt obitum viri caſu for-
61 tuito, vel alio accidenti, † quām contemplatione iuris *dicta auth.preterea*. diues fieret, tunc enim ceſſaret prouiſio eiuſdē auth quæ eſt fun-
63 data in gratia, & miſericordia; † Prout etiam è contra ſi tempore mortis viri vxor erat dines, & mox repentè ſine aliqua eius culpa, puta incendio, aut ex ſimili cauſa pauper fieret, erit locus ſucceſſioni ad fauorem mulieris in huiuſmodi quarta, cum ſecus ſit quando hoc contingeret ex interuallo, tunc enim ab ea excluderetur, prout in ſpecie diſtinguit *Addit. ad Dec. conſ.24.in uerb.poſſit.*

Decimonono. Ad excludendum vxorem à ſucceſſione huiuſmodi quartæ ſufficit quod fuerit cōpetenter dotata, quando nupſit, licet dos nō ſit
64 congrua, † quando maritus deceſſit *Socin. cōſ.30.in cauſa domini. col.penult.in princ.n.12. lib.4. Menoc.de arb.caſ.149.n.16.* Quidquid dicant *Rolan.conſ.15.lib.3.& Ludou.concl.35.ampliat.3.* Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur *Sur.conſ.216.n.4.lib.2.* vbi multis ſimilibus comprobat *Gabriel.conſ.142.n.9. & 20. & per tot.lib.1.* vbi teſpondet *Barbat.& alijs* contrarium ſequentibus.

Vigeſimo. poſtqnam fuit taxata quarta mulieri nō
65 debet augeri ob rationem, † quod non ſufficiat ad alimenta, puta quia requiratur maior impenſa propter morbum mulieri ſuperuenientē, vel ex alia ſimili cauſa: Nam qnando taxatio eſt facta ad certam quantitatem, tunc adiectio cauſæ ſicut non reſtringit taxationem, ita neq; debet eam alterare *l. creditor.60. quæ eſt antepenult.§.ſi inter.ff.mand.* & ita in terminis declarat *Cor.conſ.4.in fi.uerſ.& licèt quādo uxor. n.7.lib.4.Pie.in auth.preterea.n.60. C.und.uir. & ux.Sur.de alim.tit.9.q.35.n.14. & q.29.n.3. eod.tit.& eſt tex.in l.ſi partem.ff.de ſeruit. ruſt.*
66 *pradior.* vbi etiam *Bald.& Ang.* notant, † quod deputati ad diſtribuendum eleemoſynam pauperibus, & dandum vnicuique duas bucellas, non poterunt plus dare viro robuſto, nec minus puero, aut paruulo, ex quo tunc eſt facta certa taxatio.

Vigeſimoprimo. Vxor conſequitur quartam in bonis mariti titulo hæreditatio, & In ea dici-
67 tur eſſe hæres † *§.quoniam uero.in uerb. ſi uero auth.de exhibit.reis.Bald. in auth.preterea.n.1.& 2.& ibi Salic.quæſt.6.C.und.uir.& uxor.* Ideo mulier tenebitur ad onus æris alienis pro ſua rata *Corn.in d.auth. preterea. n.20.* Quidquid dicat *Graſſ. de ſucceſſ.ab inteſt. q.39.nu.7.* Quia contra eum eſt verior opinio, vt teſtatur *Surd.deciſ.8.num.11.* Vbi etiam ampliat ad fi-
68 lios, † qui eodem iure, & modo vocantur à lege ad iſtam quartam, quemadmodum vocatur mater; vnde habebunt quoq; titulo hæreditario. Et poſito etiam quod mulier ſecundum aliam opinionem non habeat iſtam quartam tāquam
69 hæres, † ſed illam conſequatur, vt quotam bonorum; Tamen quocunque modo capiat tenetur reſpondere creditoribus, quia filij debuut mulieri huiuſmodi quartam deducto ære alieno, & ſic minus vxor conſequetur, & teſultabit idem effectus *Natt.conſ.605. num.11.* Et quamuis appellatione bonorum non veniat
70 illud, quod alteri debetur; † nihilominus hoc procedit in contractibns, cum ſecus ſit quando transferuntur bona ad alterum ex diſpoſitione legis ſub nomine vniuerſitatis, ſeu quotę, Tunc enim intelligūtur bona trāſferri cum ſuo onere *gloſ.in l.1.de bonor.poſſeſſ.Bart.in l.mulier bona de iur.dot.Salicet.in l. tutori. C.ad leg.iul.de ui public.*

Vigeſimoſecundo. Vidua impudicè viuens Poſt mortem mariti, & caſtè non ſeruans eius tho-
71 rum amittit huiuſmodi quartam † *Lup. in rubr.de donat. int. uir.& uxor.§.67.num.15. Surd.deciſ.61.in fin. num.18,* Quia ſtante infamia non eſt curandum, quod viuere non poſſit ſecundum dignitatem mariti, cum proprij honoris oblita etiam viri dignitatem dehoneſtauerit, & tanquam odioſa legi propter delictum non debeat illius priuilegio gaudere *Bald. in l. auxilium. in fin. de minor. Soccin. conſ. 121. n.52. lib.4.*

Quod etiam haberet locum, ſi vxor fuiſſet con-
72 demnata de alio delicto *Surd. deciſ.61. n.16.* † vbi loquitur de vxore condemnata ob crimen expilatæ hæreditatis, quæ debet excludi ab
73 huiuſmodi quarta; † Dummodo non fuerit reſtituta per gratiam Principis, quo caſu tantum illi redditur quantum ſententia abſtulerat *l.1. C. de ſentent. paſſ. Bart.in l.3. C. eod. tit.* intelligendo de remiſſione generali, non pænæ ſolum & quatenus non fuerit quæſitum ius alteri *Boſſ. de remed.ex ſol.clement. nu. 1.* cum alijs declarationibus, de quibus per *Surd. conſ.203. nu.9. lib.2.*

Quare etiam iſta ſucceſſio viri, & vxoris in quarta non habebit locum, ſi tempore mortis facta
74 eſt ſeparatio inter coniuges: † Ita tamen vt is, qui præbuit cauſam ſeparationis non ſuccedat, ſed ei ſuccedatur *Cin. in l. 1. C. unde uir. & uxor.* Dummodo tamen ſeparatio fuerit facta auctoritate iudicis *Graſſ.de ſucceſſ.ab inteſt. q.38.n.5.*

Vigeſimotertio. Vt iſta quarta debeatur requiritur matrimonium fuiſſe legitimè contractum,
75 non putatiuum, † Itaut neq; ſufficiat bona fides coniugum *Purpurat. conſ. 330. n.1. lib. 1.*
76 Quia extra cauſam dotis, † non fit extenſio de matrimonio vero ad putatiuum non legitimè contractum etiam inter ignorantes *Bart. in l. ſi concubina. in princ.ff. rer. amotar.* quod tanquam ſingulare dicit notandum *Bald. Noueli. de dot. p. 11. in fin. n.40. & 46. different. 17. & 22.* Ideo neque iſta quarta deberetur
77 concubinę. † *Honded. conſ. 93. nu. 14. lib.1.*

Quia

Quia non eſt vxor;Immò multum differt ab ea,
ſaltem quo ad dignitatem,& honorem,neq;po-
teſt dici ſocia diuinę domus,quamuis ſit huma-
næ,cum omnis coitus præter coniugalem ſit re-
probatus; Vnde inter eos non datur ſucceſſio,
neq;competit actio ad huiuſmodi quartam Ga-
liel. Bened. in c. rainutius. in verb. & vxorem
nomine adelaſiam.deciſ.5.n.251.de teſtam.
Et facit quod dicimus de marito vero, qui habet
priuilegium,ne conueniatur, niſi in quantum
78 facere poteſt † l. ſi maritus. ff. ſolut. matrim.
Cum ſecus ſit putatiuo Ioann. Andr. in c. 1. de
donationib. int. vir. & vxor. & dot. poſt di-
uort. reſtituen. Quæ opinio eſt verior quidquid
ibi gloſ. contrarium ſequatur, vt concludit
Imol. in l. diuortio.8. §. impendia.ad med. verſ.
& adde quod in alio eſt differentia. ff. ſolution.
79 matrim Surd.de alim.q.78. tit.1. nu. 47. † Et
multa de priuilegijs matrimonij veri quando
competãt putatiuis Tiraq.in l.16.cõnub gloſ.8.
n. 234.vſq.ad n.277.
Vigeſimoquarto in quibus caſibus vxor dicatur
inops ad effectum ſuccedendi iuxtà auth.prate-
rea.relinquitur arbitrio iudicis, qui conſidera-
80 bit qualitatem perſonarum, † prout regulari-
ter in paupertate inſpicienda ſolitum eſt fieri
Bart. in repet.l. ſi conſtante. 2. q prima quæſtio-
nis principalis.ff.ſolution.matrim. Dec.conſ.163.
in cauſa matrimoniali.col.4. verſ ſecundo.prin-
cipaliter.Menoch.de arbitr.caſ.65.num.7. Et in
ſpecie de vxore in caſu huiuſmodi quartæ ita
concludit Bald in d.auth. pratirea col.4. verſic.
in gloſa ſecunda.Tiraq.de nobilit.c.20.num.158.
Vbi etiam quod nobilis, qui nequit operari di-
citur pauper, quamuis haberet illud,quod face
ret diuitem ruſticum, & artificem; Exemplo
Valerij Meſſalæ Conſulis pronepotis Coruini
Oratoris, cui Nero obtulit in ſingulos annos
81 quingenta ſextertia, † quibus paupertatem, &
inopiam ſuſtentaret; Quæ ſumma noſtræ pecu-
niæ eſt duodecim millium, & quingentorum
aureorum ex computatione Bud.de aſſe & Tira.
d.c. 20. n. 158. Quam pecuniam ſi aliqui hodie
habent, ditiſſimi exiſtimantur, & tamen tunc
temporis Meſſala credebatur paupertate labo-
rare pro ratione ſcilicet ſuæ dignitatis,& nobi-
litatis Cornel. Tacit. annal. lib. 1.
Vigeſimoquinto. In huiuſmodi quarta compu-
tanda eſt dos parua vxoris cum alijs bonis ſuis
82 Caſtr. in d.auth. † prateteà.in fin.ubi Dec.n.5.
verſ. & ad prædicta. & de magis communi te-
ſtatur Gabr. conſ.142.in fin. n. 33. lib. 2. Hon-
ded. conſ.93. in fin. lib. 1. Itant etiam vxori ſit
83 imputandum in præfatam quartam † omne id,
quod maritus illi dedit inter viuos Socc. Iun.
in l. in quartã.n.136.in fin.ff.ad leg. falcid. In-
telligendo quod res donata,aut legata non ſim-
pliciter imputetur,aut minuat quartam vigore
iſtius imputationis, ſed quia vxor tanto minus
84 dicitur egere,quanto plura habet bona; † Ideo
minuitur quarta alia ratione,quàm imputatio-
nis. Vndè ſi vxor ante mortem mariti conſum-
pſiſſet, & dilapidaſſet quidquid ſibi ab eo fuit
donatum, non tamen eo caſu quarta diminue-
retur Rip.in l.in quartam.nu. 188.ff.ad leg.fal-
cid. Prout etiam diminueretur quarta quatenus
ipſa mulier haberet aliunde,quam à marito, li-
cèt illud nullo iure teneretur imputare,& ita in
terminis latè declarat Surd. deciſ. 119. n. 30.
vbi etiam n.32.in fin. concludit, quod circum-
ſcripto caſu auth.praterea. in quo propter do-
nationem dicitur extingui paupertas vxoris, in
alijs caſibus donata donatione valida,& ſimpli-
ci non imputantur in lucrum ſtatuti.
Vigeſimoſexto. Quod dictum eſt de ſucceſſione
vxoris viduæ in quarta parte bonorum mariti,
ſi tres filij ſint,aut pauciores, cum aliàs in viri-
85 lem portionem; † Intelligendum eſt de omni-
bus bonis mobilibus, & immobilibus, ſiuè ſitis
in domicilio viri, ſeu in alio territorio ob illam
rationem,quia iſta quarta defertur à iure com-
muni Iaſ.in l. cunctos populos.in 2.repet.col.vlt.
nu.94. & 96. C.de ſum. trinit. Coler. de proceſſ.
exequutiu.p.1. c.3. n.241. Cum aliàs in ſtatutis
loquentibus de ſucceſſione ſuperſtitis coniugis
in bonis prædefuncti ſiue quo ad medietatem
86 ſeu tertiam bonorum partem, † non veniant
niſi bona,quæ ſunt ſita in territorio ſtatuentiũ,
cum cætera bona regulentur ſecundum ſtatuta
propriorum locorum, in quibus reperiuntur
Bart.in d.l cunctos populos. num.42. & ibi Iaſ.
n. 90. Dummodo non ſimus in bonis mobilibus
quia in illis dabitur ſucceſſio in quocunq; loco
87 exiſtãt: † Iſta enim mobilia intelliguntur adhe-
rere quaſi oſſibus domini,& reputãtur de eo lo
co,in quo defunctus habuit domicilium, quaſi
immobilia concernant territorium,vbi ſita sũt,
bona autem ſe mouentia concernant perſonam
vbicunq;illa ſit Coler.de proceſſib.exequut. p.1.
c.3.n.144.Bal.Affil.& alij de quibus per Farin.
conſ.71.n.1. & 7.
Alia ad materiam huius auth. ſpectantia dicam
infra in capite particulari, vbi etiam quando,
& in quibus caſibus mulier poſſit renunciare hu
iuſmodi quartæ tam ante, quàm poſt contractũ
matrimonium, & quando poſſint remitti ali-
88 menta,tam queſita,quam acquirenda, † & an
ſit licitum marito paciſci cum vxore, ne tenea-
tur eam alere,de quo etiam Surd.de alim.tit.7.
q.18. per tot. Et ſi tempore mortis extent liberi
deindè contingat eos decedere, an vxor tunc
89 ſuccedat in vſufructu tãtum iſtius quartæ, † vel
etiam in proprietate,de quo Natt. conſ. 605.in
1.dub. n.1.vſq; ad n.8. vbi concludit quod ſo-
lum in vſufructu; licet de hac ſententia dubitet
Ioſeph. Ludouic. concluſ. 35. col.2. verſ. verùm
90 de hac deciſione. † Et an vxor ratione dictæ
quartæ ſuccedat in bonis feudalibus Idem
Natt.conſ.605.in 2.dub.n.8. vbi concludit ne-
gatiue poſt Rom. & Alex.in auth. prætereà. C.
vnd. vir. & vxor. Andr.in cap.1.in fin.in verb.
iccirco quia fundatarius.nu.10.de inueſtitur. de
91 re alien.fact. † Prout idem eſſet in bonis emphi-
teoticis, quæ de ſui natura non tranſeunt ad fœ-
minas,& æquiparantur bonis feudalibus,quid-
quid aliud ſit in fructibus bonorum emphyteo-
tico-

ticorum, ſeu feudalium *Ioſ. Ludou. concluſ. 35. in*
92 *fi. limit.* 3. † Et quando mulier haberet talem
dotem, cum qua poſſet ſecundo nubere an exclu
datur à quarta affirmatiuè concludit *Gabr.*
conſ. 142. n. 19. lib. 1.

E P I T O M E.

Appellans quando teneatur ſecundùm formam iuris communis, & Concilij Tridentini ſuis expẽſis transferre omnia acta ad iudicem appellationis. Pro ſententia ſine actis an ſit præſumendum. Et quando vis illius ſit ſuſpenſa, ſeu extincta per appellationem. Cauſa quando dici poſſit iuſtificata ad euitandum deſertionem, ſi vna tantum pars produxerit acta prioris inſtantiæ ſtante ſtatuto præfigente terminum vtriq; parti ad iuſtificandum, & impugnandum. Quæ ponuntur ratione frequentioris vſus quando reſtringant diſpoſitionem.

S V M M A R I V M.

1 *Appellanti an ſatis ſit exhibere ſententiam, ita ut uictori incumbat onus producendi acta, & probandi ſe iuſtam ſententiam reportaſſe. & n. 3. & quid in interlocutoria. n. 6. & quando ſolùm appellans proſequitur. num. 7. & quid ſi utraq. pars inſtat pro ſententia. n. 8. & quæ opinio ſeruetur in praxi. n. 10.*

2 *Actor in cauſa principali remanet talis in cauſa appellationis.*

4 *Præſumitur pro ſententia in cauſa hæreſis etiã non producto proceſſu, Idem in ea, quæ confirmatur per* Papam *cum clauſ. ſublata.*

9 *Nullitatem allegans tenetur exhibere omnia acta. & n. 19.*

11 *Cautela ne deſeratur inſtantia.*

12 *Præſumptio ſententiæ an ſit extincta, uel ſuſpẽſa pendente appellatione. & n. 13. & 14.*

15 *Appellans quando teneatur transferre omnia acta ad iudicem appellationis ſuis expenſis ſecundum formam* Concilij Tridentini. *& n. 16 17. 18. 21. & 22.*

20 *Poſita ratione frequentioris uſus non excludunt caſus ſimiles.*

23 *Concilium non reſpicit fauorem* Epiſcopi *circa tranſportationem actorum, ſed iudicis ad quẽ.*

24 *Non eſt audiendus aliquis non tranſportato proceſſu, quamuis eo nolit uti.*

25 *Clauſula quam & quas quomodo intelligatur poſt* Concilium.

26 *Exercitium iuriſdictionis impeditur per non exhibitionem actorum, & an ſanetur huiuſmodi nullitas per ſignaturam. n. 27.*

28 *Productio actorum debet eſſe integra, & an præſumatur talis. nu. 29. & an ſufficiat productio uerbalis. nu. 32. & 33. & quid ſi acta ſint non releuantia. n. 35. & 36.*

30 *In productione actorum an ſit pars citanda. n. 31.*

34 *In cauſa ſpolij, mandati de manutenẽdo, in ſummarijs, & poſſeſſorijs etiam ſuſpenſo petitorio requiritur productio actorum.*

37 *Productio actorum magis eſt facienda ſtante ſtatuto præfigente terminum partibus ad impugnandum, & probandum.*

38 *Statutum quamuis imponat utriq. parti terminum ad iuſtificandum an dicatur cauſa iuſtificata ad euitãdum deſertionem ſi una pars tantum produxerit acta.*

39 *Poteſt quis ſe fundare ſuper iuribus productis ab aduerſario.*

40 *Appellatus poteſt uti appellatione interpoſita per appellantem petendo reformari ſententiam non ſecus ac ſi ipſe appellaſſet.*

C A P V T CXXI.

Contra appellantem dicebatur non poſſe
declarari allegatam deſſertionem, de qua
in cauſa mihi commiſſa; Nam quamuis idem
appellans non produxerit acta prioris inſtan-
tiæ; Tamen ſatis illi fuit exhibuiſſe ſententiam,
cum victori incumbat onus probandi ſe iuſtitiã
fouere, quaſi appellatione pendente omnia ſint
in ſtatu, ac ſi non eſſet lata ſententia; vnde appel
1 lans tenetur tantum probare † ſic fuiſſe iudi-
catum, & conſequenter ſe grauatum, cum ex
hoc ſolo fundetur eius appellatio, & iuriſdictio
Iudicis; Appellatus autem debet oſtendere,
quod ſententia pro ſe lata fuerit iuſta, non dan-
do nouas probationes, ſi non vult, ſed produ-
cendo acta iam geſta Hæc eſt communis diſtin-
ctio Doctorum *in l. ht qui ad ciuilia. C. de appel-*
lat. ubi Cin. in fin. uerſ. quarto opponitur. Petr.
Iacob. de Rauen. Bald. & alij de quibus per *Sur.*
2 qui de communi *deciſ. 327. num. 3.* † vbi quod
ille, qui eſt originaliter actor in cauſa princi-
pali remanet actor in cauſa appellationis, per
quam nihil immutatur *l. 3. C. de appel.* & ſufficit
appellanti docere ſe ex iuſta cauſa appellaſſe, &
intra legitima tẽpora *c. romana. 3. §. ſi uero eod.*
tit. in 6. ita vt de prædictis dicatur conſtare per
productionem ſententiæ *Cin. in l. per hanc. q. 5.*
in fin. uerſ. aut. quærimus cui incumbat. C. de tẽ-
por. appell. & eſt deciſio Rotæ per *Caputaq. 128.*
3 *p. 3.* † vbi quod petens reuocari ſententiam ſuf-
ficit, vt producat appellationem, ſed qui inſtat
pro confirmatione debet producere proceſſum,
& acta, ſine quibus nihil ſententia probat; Ap-
pellans enim poteſt dicere ſe non citatum, ideo
4 ſententiam nullã: † Dummodo non ſimus in
ſententia lata ſuper abſolutione inquiſiti de hæ
reſi, pro qua præſumitur etiam non producto
proceſſu, quia in eo crimine non datur copia
illius per inquiſitores *Caſtad. deciſ. 1. n. 1. de præ*
ſumption. Caputaq. deciſ. 134. p. 3. vbi addit idem
5 in ſententia confirmata per Papam † cum clau-
ſula ſublata alijs iudicandi facultate, per quam
clauditur os, ita vt aliquid non poſſit dici *Pariſ.*
conſ. 38. n. 7. lib. 4.
Quæ magis erant admittenda, quia ſumus in ſen-
tentia definitiua, cum in interlocutoria appel-
6 lans ſiue ſit originaliter actor, ſiue reus † ſem-
per debeat producere acta in cauſa ad iuſtificã-
dam

dam ſuam appellationem Guid.Pap.q.20. nu.1.
& q. 436. concluſ.7. n.9.in fin. uerſ.& ita ſer-
uatur. Prout etiam quando ſolum appellans
7 proſequeretur appellationem , † altera enim
parte exiſtente contumace, is qui proſequitur
teneretur ad exhibitionem actorum Bart. in
auth. debis. qui ingrediunt. ad appellation. in
princ.n.19. col.3. Gabr. de appellation. concluſ.
5.n.16. qui ita diſtinguit poſt Aretin.in c. quo-
niam contra.col.9.uerſ. pro intellectu. de proba-
tion.

Prædictis tamen non obſtātibus contrariū Decla-
raui; Nā eramus in probatione, quæ fit per mo-
8 dum abnegatiuum,† cum dictum fuerit ſenten-
tiam latā eſſe non præcedēte cauſæ cognitione,
& iniuſtam ex eiſdem actis, tanquam non con-
tinentem cauſam, & ſolemnitatem; propter quā
debuerit condemnari etiam nulla præuia cita-
tione, quo caſu licèt vtraq; pars proſequatur
appellationem, incumbit appellanti onus pro-
ducendi acta prioris inſtantiæ, cum illa ſint per
iudicem inſpicienda Bart.in auth.de his qui in-
grediunt.ad appellat.in princ.n.16. col.3. & in
l.bi qui ad ciuilia.ſub n.4.C.de appellat.& in l.
1.ff.ſi tut.uel curat.appellan. Cappell.Tholoſ.de-
ciſ.341. ad med. uerſ. aut utraq. pars proſequi-
tur.Guid.Pap.q.439.nu.9. concluſ.7.uerſ.quan-
doq.Papienſ.in form. appellationis.in uerb.& in
quantum.num.6. Maſq.de probation.concl.115.
nu.5. & eſt deciſio Rot.per Cardinal. Seraphin.
9 Imolen.caſtrorum.16.martij. 1596. in fin. † vbi
quod allegans nullitatem tenetur exhibere om-
nia acta, vt poſſit argui contra ſententiam, qua-
ſi tunc appellans, ſeu dicens de nullitate ſuſci-
piat onus probandi ſententiam iniquam, &
nullam; Ideo ſi velit obtinere probabit ſuam in-
tentionem exhibendo proceſſum, & omnia acta
Vant. in tit. à quo & à quib. nullit. deducat.
10 n.20. † & ita ſeruari in omnibus curijs ſiue ſi-
mus in ſententijs definitiuis, ſiue interlocuto-
rijs teſtatur Ranchinus in addit. ad Guid. Pap.
q.20.

Ideo datur cautela, ne inſtantia effugiat, aut cauſa
non deſeratur, vt acta exhibeantur coram Iudi-
11 ce appellationis, quibus exhibitis † idem Iudex
per appellantem interpelletur pro expeditione
cauſę, tunc enim quaſi negligens conſtituitur in
mora, & in præiudicium partis tempus non cur-
rit Vant. de nullit. defect. iuriſd. n.117.

Non obſtat quod appellatione pendente nihil ſit
immutatū, cum immo præſumptio ſententię fue-
12 rit per eam ſuſpenſa† Felin.in rubr.de appella-
tion.n.1.Couarr.pract. quæſt.c. 23. n.1.verſ.his
accedit quod ſententia. Quia ſolùm intelligitur
ſuſpenſio quo ad impediendum effectum ſentē-
tiæ, non quo ad alia, cum etiam pro Iudice præ-
13 ſumatur non obſtante appellatione, † quam-
uis iſta præſumptio non ſit ita vrgens, prout
eſt, quando non fuit appellatum Dec. in c. quo-
niam contra.num.33.in gloſ. fin. col.16. ad med.
verſ.& licèt ſit iſta cōmunis opinio.de probation.
cum alijs per Surd.de alim. q.120.tit.1.num.11.
Et quamuis de iure ciuili appellatio extinguat
14 in totum iudicatum, ac eius effectum, † ac ſi
non fuiſſet lata ſententia; tamen ſecus e de iure
canonico Iaſ. in l.1.n.9.col.3.in prin. de re iud.
Mandoſ.form.20.commiſ.q.4.in princ.

Neq; hodie amplius eſt dubitandum ſtante diſpo-
ſitione Sacri Concilij Tridentini. c.20. ſeſſ. 24.
15 vbi ſi quis appellauerit † in caſibus à iure per-
miſſi tenetur ſuis expenſis transferre acta om-
nia coram Epiſcopo geſta ad Iudicem appella-
tionis, & ſi appellatus cōpareat cogitur ſubire
expenſas pro ſua portione quo ad acta, quæ ſūt
translata, ſi illis vti voluerit, niſi aliter ſerue-
tur ex loci conſuetudine, vt ſcilicet ad appellā-
tem ſolùm hoc onus pertineat, prout huiuſmodi
ſtilum in aliquibus curijs extare dicit Gui.Pap.
q.20.

Maximè quia ſumus in actis factis in cauſa princi-
16 pali, de cuius appellatione cognoſcitur; † cum
ſecus eſſet in actis aliarum cauſarum Rot. per
Cardin. Seraphin. Toletana. penſionis. 22.maij.
1592. Prout etiam quando cauſæ ſunt diuerſæ,
Licèt enim vna dependat ab altera non habet
17 locum huiuſmodi productio actorum, † vt eſt
iudicium euictionis cum cauſa principali, in
qua fuit facta euictio. Rot.diuerſ.deciſ.445.p.1.
& per Cardin. Seraphin. burgen. S. Sepulchri.
bonorum.1.decembr.1594.

Accedat quod præfata diſpoſitio Concilij habet
locum etiam in actis factis in partibus coram
18 Iudice delegato; † Nam de iure communi,
qui vult proſequi appellationem debet produ-
cere acta primæ inſtantiæ, vt de iniquitate
19 ſententiæ poſſit dicere † iuxtà l.eos.6. §.ſuper-
his. C. de apell.c. cupientes. 16.verſ.cum omni-
bus.actis.iuribus.de elect. in 6. & in terminis de
iudice delegato eſt deciſ. Rot.coram.R.P.D.Gi-
pſio. Placentina. adminiſtrationis ſacramenti.1.
decembris.1567.

Non obſtat Concilium loqui dumtaxat de Epi-
ſcopis. Quia illud nomen ſolum reſpicit effe-
ctum proſecutionis appellationis, & non exclu-
20 dit alios, † & fuit appoſitum ratione frequen-
tioris vſus, quod non reſtringit diſpoſitionem
gloſ. in l.1. in princ. C. de his qui ad eccleſ. con-
fug. & in clem.1. in verb.præſidentes. in fin.de
reſcript. & in l. 2. in princ. in verb. filio præ-
cedente.ff. de vulg. & pupill.vbi Iaſ.colum.2.&
Rip. n.10. Maximè quando adeſt eadem ratio
tam in caſu minus frequenti, quàm frequentio-
ri, tunc enim eſt apta continere vtranq; diſpo-
ſitionem, & tam vnum caſum quàm alium re-
ſpicere, vt declarat latè Menoch. conſ. 106.
n.249. uſq; ad num.253. lib.2.Tiraq.de retract.
lignag.§.20.num.4.gloſ. 2. prout in ſimili dicit
21 Surd.deciſ.19. n.2. in fin.verſ.ordo.autem. † &
in ſpecie eſt deciſio Rot. per R. P. D. Oranum.
Viterbien. parochialis.23.iunij.1586. licèt coram
R.P.D. Penia. Imolen. affictus. 30.aprilis.1604.
22 dicatur, † quod diſpoſitio Concilij circa tran-
ſportationem actorum ſolum procedat in cauſa
fori Eccleſiaſtici, non autem profana.

Minus obſtat quod Concilium conſideret fauorē
Epiſcoporum; Quia ille fauor eſt quo ad co-
gni-

gnitionem cauſarum;Nam circa tranſportatio-
nem actorum conſideratur iudex ad quem, vt
23 poſſit inſtrui de meritis cauſæ,† quod fieri non
poteſt,niſi produeantur acta prout reſoluit *Rota*
coram R.P.D. *Gutio in cauſa placentina admi-*
*niſtrationis ſacramenti.1.decembris.*1597;
Amplius adeo requiritur tranſportario proceſſus
primæ Inſtantiæ, vt non poſſit quis audiri illo
non producto quamuis nolit uti, cum obſter
24 *Concil. d.c. 20.ſeß. 24.* † Quia de facili fraus
fieri poſſet, ſi quis ſuccubuerit in prima inſtan-
tia ſub ſpe alterius iudicij, & vellet procedere
prout in prima in dependentibus ab eodem ne-
gotio, & ad cauſam iam commiſſam,quæ ſine
dicto proceſſu non poteſt expediri non obſtan-
25 te clauſula quam & quas: † Quia poſt Conci-
lium Rota,& Signatura intelligunt,vt iſta clau-
ſula non operetur, niſi tranſportato proceſſu in
cauſis appellationum,aut dependentibus ab ei-
ſdem; Neque enim poteſt ſtatuti an ſit idem iu-
dicium,vel diuerſum, niſi viſo primo proceſſu,
vel adeatur Signatura, quę mandet, vt proce-
datur prout in prima; Vnde non obſtat, quod
quis nolit vti;vel intendat proſequi nouum iu-
dicium, & ita in terminis reſoluit *Rot. coram*
Card. Blanchetto. valentina parochialis. 13.
ianuary. 1580.
Immò etiam ob non tranſportationem actorum,
impeditur exercitium iuriſdictionis; licèt geſta
26 non poſſint dici omnino nulla, † ſi non deficit
fundamentum iuriſdictionis radicatum in com-
miſſione ad notata *per Bart in l. multum inte-*
reſt. 21.*n.*2. *verſ. & hac ſunt vtilia ad quæſtio-*
nem.de condit. & demonſtrat. Achill. deciſ. 7.
de ſent. & re iudic. & reſoluit *Rot. coram*
R.P.D.*Penia panormitana archidiaconatus.* 26.
*february.*1590. vbi etiam non fuit reuocatum,
ſed ſolum ſuſpenſum mandatum conceſſum de
manutenēdo,ſuſpendendo executionem, donec
trāſportatis actis cognoſceretur de illius iniu-
27 ſtitia † Et huiuſdodi nullitas ob non tranſpor-
tationem actorum non ſolet ſanari à Signatura
Vant. de nullitat. ex defect. iuriſd. & mand.
n. 6. *Staffil. de litter. inſtit. verſ. in primis igi-*
tur. Neq; ſufficiet productio actorum,niſi inte-
28 grè facta fuerit † *c.ſapientes.* 16. *de elect. in* 6.
*Vant.de nullitat.in tit.à quo & quib.mod.n.*21.
Rot.coram Gardin. Millin. placentina caſtri. 4.
iuly. 1601. Quamuis in dubio præſumerentur
29 integra; † Vnde alleganti contrarium incum-
beret onus probandi *Rot. per* R.P.D. *Ludoui-*
ſium. Mediolanen. bonorum. emphiteot. 10. *ia-*
nuarij. 1602. Immò etiam requiritur citatio
partis, quia alias productio actorum non ſuf-
30 fragaretur † Rota *deciſ.1.n.3. de fid. inſtrum.*
in nou. Angel. in l. properandum. §. ſin autem
*reus.nu.*2.*C.de iudic.Cæſar.de Graſſ.deciſion.*9.
31 *alias.*37.*de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* † Dummo-
do non fuerit perſeueratum in actis; & pars
poſtea fuerit in iudicio citata, quia tunc ſuffi-
ciet, & dicuntur de actis *Bald. in l.ſi quando in*
*fin.q.*14.*C.de teſtib.Idem Graſſ.deciſ.*16. *num.*5.
32 *de probation.* † Itaut neque ſufficiat productio
verbalis *Bart.in extrauag. ad reprimendum.nu.*
3.*verſ. per hoc dico quod relationis nunciorum.*
*Roman.conſil.*519.*in cauſa propoſita conſultatio*
*nis.num.*3.*ad med.verſ.& ita punctualiter. Rot.*
*diuerſ.deciſ.*445. *dubitatum fuit.n.1.p.1.* Dum-
33 modo non adſit clauſula tenoris &c. † quæ ha-
bet vim verę productionis *Rot. per Cardinal.*
Blanchett. Ferarien. bonorum. 9. *maij.* 1594.
Quamuis ſimus in ſimplici poſſeſſorio mandati
34 de manutenendo,† quia etiam requiritur pro-
ductio actorum *Rota coram. R. P. D. Cordub.*
caſalen. beneficij. 17. *nouembris.* 1595. Prout
idem in cauſa ſpolij,ſeu nullitatis, & alijs poſ-
ſeſſorijs etiam ſuſpenſo petitorio *Vant. de nul-*
*litat.quot.à & quib.nu.*127.*Rot.per. Cardinal.*
35 *Pamphil. licien. abbatiæ.*19. *decembris.*1593. †
etiam quod acta ſint non releuantia *Rot.coram*
*Cardinal. Blanchett. maioricen. officy.*21.*iunij.*
1591. licèt contrarium voluerit *Rot. coram*
R.P.D. *Penia.Imolen.affictus.*20. *aprilis.* 1604.
36 Et quamuis factum ſit ſummarium;† quia etiā
ſunt producenda acta *Idem Card.Blanche.in d.*
cauſa maioricen.officij.
Fuit poſtea exhibitum reſcriptum S. D. N. in quo
committebatur cognitio cauſæ in negotio prin-
cipali non obſtante deſertione; Vnde quo ad
prętenſam rem iudicatam nihil declaraui; licèt
ſine prædictis eſſet clara deſertio contra appel-
37 lantem ex ſupra allegatis: † Quæ magis pro
cedebant propter ſtatutum,de quo in actis,præ-
figens terminum partibus ad impugnandum,
probandum,ſeu iuſtificandum,ne cauſæ appella
tionum in longum protrahantur *Alex.conſil.*19
*viſo proceſſu cauſæ.col.*3.*verſ.vnde puto. num.*3.
*lib.*1. & notat *Surd. deciſ.*327.*num.*4. *verſic.ad*
*tollendas lib.*2. Vbi etiam concludit ſufficere
38 ad euitandum deſertionem,†quod vna tantum
pars produxerit acta,cum ex hoc dicatur cauſa
iuſtificata, quamuis ſtatutum imponat vtriq;
parti terminum ad iuſtificandum, cum appel-
lans fecerit id quod appellatus facere debebat
& fuerit præuentus in productione actorum,
ideo excuſatur *ad not.per Bart. in l.diuus.& in*
l.fin.colum.penul. verſ.quid ſi talis denunciator
de cuſtod. reor. & in l. ſororem.ff. de his quib.
*vt indign. Roland.de lucr. dot.q.*67.*num.*2.*Pe-*
*regr.de iur.fiſc.lib.*12.*tit.*5.*num.*18.& quia po-
teſt quis ſe fundare ſuper iuribus productis ab
39 aduerſario † *gloſ. in l.* 1. *§.editiones. in verb.*
die.in fin. verſic. item quod ſi ſponte. & ibi Iaſ.
*num.*11.*col.*2.*verſ. venio ad quintam partem.ff.*
de edend. Cum etiam quod magis eſt poſſit ap-
pellatus vti appellatione interpoſita per appel-
lantem, & oſtendere ſe grauatum à primo iu-
40 dice petendo reformari ſententiam, † non ſe-
cus ac ſi ipſe appellaſſet *l. fin. C.quand.prouoc.*
*non eſt neceſ.Rot.deciſ.*7.*de appellat.in nou.Go-*
*meſ.de annal.q.*65.*in fi.verſ.præterea.Caputaq*
*deciſ.*36.*n.*4.*lib.*1.*Sur deciſ.*143.*p.*1.*& deciſ.*32
*n.*8.*p.*2.cum declarationibus quas adduxi *deciſ*
83.*& ibid.etiam in addit.& ſup.c.*1.

EPI-

EPITOME.

Fideiuſſor an obligetur quando lex reſiſtit obligationi principalis. Exceptio falſæ cauſæ decreti judicis in contractu mulieris, & minorum quando annullet obligationem ipſo iure, & intret ſpolium. Et quid ſi decretum fuerit interpoſitum partim ex vera, Partim ex falſa cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non obligatur nec ciuiliter, neq; naturaliter ſi lex reſiſtit obligationi. Intellige vt num. 22.*

2 *Obligatio fideiuſſoris pro minore & muliere non ſubſiſtit in contractu celebrato contra formam ſtatuti. & nu. 4. Declara vt nu. 10. & 12.*

3 *Fideiuſſor an obligetur in plus quàm principalis. & n. 11.*

5 *Nullitas decreti non excluditur quamuis ſit interpoſitum partim ex vera, partim ex falſa cauſa, & eſt nullum ipſo iure. n. 8.*

7 *Subhaſtatio vigore decreti non ritè interpoſiti eſt nulla cum omnibus inde ſecutis, & intrat ſpolium.*

9 *Falſa cauſa vitiat priuilegium, vnionem, iuramentum, & ſimilia.*

13 *Venditor non cogitur præciſè transferre dominium in emptorem, ſed ſolum tenetur ad intereſſe.*

14 *Sublata obligatione principali an & quando tollatur acceſſoria fideiuſſoris. & n. 16. 17. 18. 21. 23. 25. 26. 27. & 28.*

15 *Contractus nullus ob non ſeruatas ſolemnitates fauore alicuius an ſit omnino nullus.*

19 *Seruus & filiuſfamilias ſi non obligantur ex ſuo contractu an obligentur pro eo pater, dominus. & fideiuſſores.*

20 *Subſtantialia, naturalia, & accidentalia contractus quæ ſint.*

24 *Fideiuſſoris obligatio vt valeat an requiratur notitia nullitatis contractus principalis.*

CAPVT CXXII.

QVoties lex reſiſtit obligationi fideiuſſor non
obligatur *l. cum lex. vbi Bart. col. vlt.*
1 *in fin. de fideiuſſor.* † Ita vt eo caſu nul-
la oriatur obligatio nec ciuilis, neque naturalis
Bald. in l. non dubium. col. fin. verſ. ſecundo quæro. n. 29. C. de legib. Roman. *cōſ. 437. in 1. dub.* &
multa adducit *Bertazzol. clauſ. 7. nu. 2. & 3.
gloſ. 19.* vbi quod neque tunc poterit fideiuſſor
obligari *l. ſi ſeruus. 9. in princ. ff. ſi quis caution. Caſtr. in l. 1. §. ſi quis ita. col. 2. in fin. n. 6.
verſ. item nota ff. de verbor. obligation.*
Ex iſtis dicebatur non poſſe agi contra fideiuſſo-
2 rem, qui acceſſit pro minore, † ſeu muliere in
contractu celebrato contra formam ſtatuti, de
quo in proceſſu, quaſi obligatio acceſſoria ad
actum nullum debeat etiam nulla iudicari *l. fideiuſſor obligari. 17. in princ. vbi gloſ. in verb.
non eſt. de fideiuſſor. Bald. conſ. 261. primo quæritur. n. 7. lib. 1. Gabr. concluſ. 10. nu. 3. de clau-*
3 *ſul.* † Cum non debeat fideiuſſor obligari in
plus, quàm principalis *l. græce. §. illud. & l. ſicut. de fideiuſſor. Marſil. in rubr. eod. tit. n. 291.*
4 *Surd. deciſ. 118. nu. 9.* † Et ita in ſpecie conclu-
dit *Iaſ. in l. ſi non ſortem. in princ. nu. 2. verſ.
quarto nota. de condic. indeb.* Roman. *conſ. 437.
col. 1. Anchar. conſ. 330. viſis facti, narratione
copijs. col. 5. in princ. verſ. ſed his non obſtantibus.* Socin. *conſ. 273. in præſenti conſultatione.
col. 1. lib. 2.*
Quod magis erat dicēdum in caſu, de quo agebamus ſtante nullitate decreti tanquam ex falſa
cauſa interpoſiti *l. tutor ſi petitus. 10. de tutor.
& curator. dat. dat. ab his. l. ſextia egreſſa. 26. ff.*
5 *eod. tit.* † Ita vt neque excludatur nullitas decre-
ti, quamuis adhibiti partim pro vera, partim
pro falſa cauſa *Caſtr. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. nu. 2. de condic. indeb. Rot. per* R. P. D. *Oran.
Aſſiſien. ſubhaſtationis. 15. nouembris. 1596.
& coram* R. P. D. *Bubal. Salamantin. penſio-*
6 *nis. 9. maij. 1583.* licet excedatur in minimo, †
cum etiam tunc decretum ſit nullum *Iaſ. in d. §.
ſi centum, nu. 1. ad med. Rot. coram* R. P. D. *Iuſto. romana ſpolij bonorum. 21. februar. 1600.*
7 vbi quod ſubhaſtatio vigore huius decreti, †
cum omnibus inde ſequutis eſt nulla, & intrat
ſpolium ampliando ad quemcunque accipiētem
poſſeſſionem prætextu decreti nulli, cum iudicis
auctoritas non eximat à pœna iuris ciuilis *Fe-*
8 *lin. in c. cum cauſa. n. 3. in fi. de offic. deleg.* † Itaut
data falſitate cauſæ decretum ſit nullum ipſo iu
re *l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei qui in poſ-
ſeſſ. miſſ. eſt. Corn. conſ. 132. nu. 12. col. vlt. poſt
med. verſ. & decretum. lib. 2. Rot. coram* R. P. D.
Penia romana ſocietatis officij. 13. iunij. 1602.
vbi de obligatione vxoris narrantis ſe indige-
re pecunia pro colendo prædio, quod cum eſſet
datum in dotem marito non debebat per vxorē
coli, ſed per eius virum; Vnde pecuniæ non
poterant dici acceptæ in vtilitatem vxoris, &
ſic huiuſmodi decretum tanquam ex falſa cau-
ſa erit iudicandum nullum, prout etiam obliga-
9 tio iudicabitur nulla. † Quemadmodum etiam
dicimus falſam cauſam vitiare priuilegium,
vnionem Eccleſiarum, diſpenſationem, iuramentum, dationem in ſolutum, hæredis inſtitutionem, laudum, tranſactionem, diuiſionem, &
alia ſimilia, de quibus *per Menoch. conſ. 91. nu.
40. vſque ad n. 51. lib. 1.*
Quibus tamen non obſtantibus contrarium De-
clarari, quod immo fideiuſſores non ſint libe-
10 rati; † Nam illorum obligatio erat tanquam
principalium, vnde ſtabat de per ſe, & ſeparata ab obligatione contractus, pro quo fuit facta fideiuſſio: Quod etiā haberet locū, quamuis
non adeſſent huiuſmodi verba tanquam principales propter iuramentum, de quo in caſu noſtro, & propter clauſulam omni meliori modo,
cum obligatione Camerali, quę omnia æquipollent obligationi principalis *Natt. conſ. 26.
nu. 14. Gabr. concluſ. 5. de minor. Seraphin. priuil.*

iuram.88.nu.5. Mobedan. deciſ.2. alias. 223. de
11 *fideiuſſor.Ceuall.* qui de communi *q.382.n.4.*†
Ratio eſt quia iuramentum facit, vt quis teneatur in plus, quàm principalis teneretur, vnde ſi non obligabitur, vt fideiuſſor, tenebitur vt principalis, prout de veriori opinione teſtatur *Bertazzol. clauſ.7. gloſ.19.n.4.Rot. per.* R.P.D. *Oranum ſeu Cardin. Seraphin. romana euictio-*
12 *nis domus.5. iunij. 1599.* † vbi ex hoc concludit, quod vendita domo per matrem tanquam propria cum promiſſione de rato pro filia, quæ ratificauit cum conſenſu aſſerti tutoris, decreto iudicis, & interuentu proximiorum, ſi filia maior facta vendicauit eandem domum tanquã paternam, cum etiam aſſertus tutor non eſſet verus tutor, non per hoc excluditur emptor agere contra fideiuſſores, qui ſe obligarũt cum iuramento, & obligatione camerali, & omni meliori modo; nam reſpectu illorum non eſt nulla venditio, quamuis ſit facta ex falſa cauſa, erronea, & cum interuentu falſi tutoris, cum præſertim actus à principio non fuerit in totum
13 nullus, licèt de re aliena, † quia venditor non tenetur præciſè transferre dominium in emptorem, cum teneatur ad intereſſe *l. contractus.16. C. de fid. inſtrum.* latè *Surd. deciſ. 253. nu. 3. & per tot.* Dominium enim transfertur per traditionem, non per venditionem *l. qui tibi. 3. C. de his qui à non domin. manumitt.* Vnde huic obligationi perſonali poterat validè fideiuſſor accedere.

Præterea obligatio minoris eſt magis fauorabilis; vndè ſi ob eius priuilegium annullatur obliga-
14 tio, † non ideò debet corruere illa fideiuſſoris, quæ non eſt ita priuilegiata *Pariſ. conſil. 10. nu. 16. lib.2.* Quia prohibitio alienationis concernit ſolùm commodum minoris, non alterius, ideò fideiuſſor, & tutor tenentur de euictione. *Bart.in l. non dubium. C. de legib.Alex. conſ.66. viſo themate col. fin.nu.7.lib.4.* Rot. *per Cardin. Seraphin. romana ſaluiani interdicti. 1. iunij. 1587.& romana euictionis domus.5.iunij. 1599. & coram* R.P.D.*Oran.romana cenſus de prouanis.8. aprilis. 1598. in fin.*

Ideò videmus quod contractus nullus ob non ſeruatas ſolemnitates fauore certæ perſonæ non
15 eſt omnino nullus, ſed ipſo volente;† Vnde habet interim implicitum actum validitatis, ita vt alteri parti non liceat diſſentire *Caſtr. conſ. 90. in cauſa appellationis. col. 3. verſ. ſecundo dicitur. nu.5.lib.1.Rot.per Cardin.Millin romana cenſuum de romalis. 23. ianuar. 1600. & coram* R. P. D. *Litta. romana hereditatis. 14. maij. 1603.* & multis comprobat *Surd. deciſ.69.n.22. & 23.*

Aliud eſſet quando contractus prohiberetur ſimpliciter, tunc enim neque obligatio acceſſoria
16 ſubſiſteret, † ſecus vbi reſpectiuè, quo caſu quia ſolùm prohibetur obligatio reſpectu alicuius, valebit acceſſorium, & tenebunt pignora, & fideiuſſores *l. & ſi is quem. 9. §. pignora. C. de præd. minor. Alciat. de præſumpt. reg.2.q. 5.n.2.in fin.* latè *Aim.de indemnit.mulier.n.19. tom.6. p. 2. fol. 282.* cum alijs *per Simoncell. de decret. minor. lib.2. tit.5.n.29.* vbi de communi. *dixi.deciſ.182. n.13. Bertazzol.clauſ.7. gloſ.19. n.3. verſ. in contrarium.* vbi de ſtatuto loquente de minore, qui contraxit ſine ſolemnitatibus
17 in eo requiſitis, † quod fideiuſſores obligentur & voluit *Caſtr.conſ. 433.cum ſtatutum. col.fin. n.3.lib.1.Corn.conſ.149.col.4.ad fin verſ. itaque dato.lib.3. Marſil.in rubr. de fideiuſſor.nu.262. Pariſ. conſ.16. nu. 116. lib. 2.* ſequitur *Menoch. conſ.58. nu. 70. poſt Aym.d.quæſt. de indemnit. mulier.nu.40.verſ.quarto reſpondeo,* & bene declarat *Cin. in l.dominum. col.3.verſ.ſcire debes.* C. *quod cum eo qui in alien. poteſt.* vbi quod
18 quandò † principalis obligatio, & actus redditur nullus defectu ſubſtantialium; videlicèt defectu conſenſus. tunc neque obligatur alter, qui illi obligationi conſenſit, nempè fideiuſſor; ſecus quando ex alio capite deficeret, tunc enim valebit acceſſorium, licèt principale deficiat;
19 Prout dicimus de ſeruo, † qui non obligatur ex ſuo contractu, tanquam impeditus à lege, tamen obligabitur dominus, qui illius obligationi acceſſit; Exemplo filijfamilias, cuius obligatio eſt inefficax, licèt validè pro eo obligetur fideiuſſor, quaſi non ſit par ratio in vtroque *Alex. ad Bart. in l. more illius. in princ. de fideiuſſor. Bald. in l.1.ff.eod.* latè *Aim.de indemnit. mulier. n.40.& 47.* vbi ita declarat *l. & ſi is.C.de præd. minor.* cum alijs *per Menoch. conſ. 58. nu.70.*
20 *vſque ad n.74.* † Et ad cognoſcendum quæ ſint ſubſtantialia, & accidentalia, & naturalia contractus multa, *Idem Menoch.conſ.37.col.1.lib.1.*

Amplius etiam valeret obligatio fideiuſſoris, ſi ipſe principaliter, & inſolidum venderet vna cum
21 muliere, vel minore; † Quia in iſto caſu non habent locum iura loquentia de fideiuſſoribus *Dec. conſ. 7. & 6.* quaſi tunc non promittat pro negotio ad alium pertinente, ſed pro ſuo, pro quo non dicitur fideiuſſor, ſed principalis *Bald. in l. in perſonam.§. qui pecuniam. ad med.verſ. opponitur dicitur h.c. de pact. poſt Bart. in l. ſi quis pro eo. in princ. col. fin.nu.15. de fideiuſſor. Pariſ.* in ſpecie. *conſ.16. nu.113. lib.2. Caſtr. & alij* de quibus *per Bertazzol. clauſ. 7. gloſ. 19. nu.3. in fin. verſ. ſed ego propter huiuſmodi.*

Non obſtant contraria, quia non habent locum ſtante iuramento, & nullitate contractus reſpectiua, & obligatione facta à fideiuſſore tãquam principali, vt ſupra dictum eſt. Et ita etiam procedit opinio *Abb. in c. cum contingat. col.1.*
22 *de iur.iur.* † dum voluit, quod fideiuſſor mulieris vendentis rem dotalem non obligetur, quaſi lex reſiſtat huiuſmodi venditioni. Prout etiam intelligitur *Conſtant. Harmenopol. in Epitom. iur. ciuil.lib.1.tit.12.poſt princip. verſ.fideiuſſor.* dum concludit propter nullitatem alienationis principalis non conſiſtere acceſſorium.
23 Quia non ſumus † in prohibitione contractus ſimpliciter, ſed fauore minoris, quo caſu valet acceſſorium, & fideiuſſor obligatur *Bart. in l. non dubium. in fin.C.de legib. Alex.conſ.4.circa primum.nu.9.col. antepenul.in fin. verſ. nec mirum*

eum quod hoc caſu. lib.1.cū alijs ſupra allegatis.

Nec facit quod non adſit conſenſus fideiuſſoris ex
capite ignorantiæ, cum non habuerit notitiam
nullitatis cōtractus prout requirebatur, vt eius
24 obligatio valeret.† Quia ſtante obligatione ca-
merali hoc non poterit allegari *Pariſ. conſ. 16.*
nu. 111. lib. 2. Rot. *coram* R. P. D. *Oran. ſeu Car-*
din. Seraphin. romana euictionis domus. 5. iu-
nij. 1599.

Ex prędictis igitur patet veram eſſe concluſionem,
& in praxi ſeruādam, quod neque falſitas cauſæ
in decreto iudicis in obligatione minoris inter-
25 poſito † operatur liberationem fideiuſſorum,
qui ſe obligarunt tanquam principales, & cum
iuramento, quod habet vim clauſulæ omni me-
liori modo *Bart. in l. ſi quis pro 10. nu. 15. de fi-*
deiuſſor. Natt. conſ 261. n 19. Couar. in c. quam-
uis. p. 2. §. 6. nu. 6. de pact. Alex. conſ. 29. nu. 35.
26 *lib. 7.* † quaſi tunc non ſimus in ſimplici fideiuſ-
ſore, ſed in principalibus, & duobus reis de-
bendi *Decian. conſ. 32. nu. 5. lib. 2.* Quod magis
eſſet ſi fideiuſſores in inſtrumento, prout paſſim
ſolitum eſt fieri, ſe obligaſſent non allegare nul-
litatem contractus, ſed ea non obſtante ſolue-
27 re, & adimplere.† Nam iſtius pacti vigore non
poterit allegari nullitas *Ang. conſ. 183. Alex.*
conſ. 32. nu. 4. lib. 2. Rota *per* R. P. D. *Oranum*
romana cenſus de prouanis. 8. aprilis. 1598. vbi
quod Doctores contrarium tenentes loquun-
tur, quando obligatio minoris fuit à principio
28 nulla, † quia natiuitati obligationis ſtatutum
reſiſtebat *Cephal. conſ. 137. nu. 29.* tunc enim an-
nullatur etiam obligatio fideiuſſoris, cum nul-
litas ſit ob defectum formæ, quæ facit contra-
ctum à principio non valere, quaſi eo caſu nihil
adſit, in quo conſiſtat obligatio acceſſoria Rot.
per R. P. D. *Iuſtum. tudertina cenſus. 26. maij.*
1600. vbi quod ita declaratur opinio *Bart. in l.*
cum lex. ff. de fideiuſſor.

EPITOME.

Monachus an poſſit eſſe elector pauperum, conſi-
liarius, iudex compulſorialis, & executor te-
ſtamenti. Laicus an ſit capax beneficij eccle-
ſiaſtici quamuis reputetur clericus. Benefi-
cia quomodo dicantur continere ſpiritualita-
tem, & temporalitatem. Monachus an ſit ha-
bilis ad obtinendum beneficia ſecularia curata
ſine diſpenſatione, & quid in Canonico Regu-
lari. Clericatus in quibus caſibus ſit præſumen-
dus in forma ſolemni.

SVMMARIVM.

Monachi an poſſint eſſe executores teſtamen-
torum ſine licentia ſuperioris, & executio an
ſit nulla ſi non opponatur. & quid in ſenten-
tia. & alij per eum geſtis. n. 2. 3. & 5.
Negatiua præcedens verbum poteſt, inducit
neceſſitatem, & reddit actum impoſſibilem.
Multa facta tenent quæ à principio fieri prohi-
bentur.
7. *Diſpoſitio & adminiſtratio pecuniarum eſt pe-*
nitus interdicta Monachis.
8. *Miles non poteſt eſſe procurator, valebunt ta-*
men geſta per eum. Idem in clerico.
9. *Monachus non poteſt eſſe iudex compulſoria-*
lis.
10 *Monachus non eſt habilis ad beneficia ſecularia*
ſine diſpenſatione.
11 *Beneficia ſecularia ſunt conferenda ſecularib-*
bus, & regularia regularibus.
12 *Verba Concil. Trid. c. 21. ſeſſ. 25. an ſint præce-*
ptiua, ſeu conſultiua.
13. *Monachus mortuus mundo, & non habet pro-*
prium.
14 *Beneficia omnia continent ſpiritualitatem, &*
temporalitatem. Intellige, ut nu. 15.
16. *Regimen animarum eſt pretioſius omnibus re-*
bus, & corporibus.
17 *Laicus nō eſt capax beneficij eccleſiaſtici quāuis*
reputetur clericus. Intellige, ut nu. 18. & 19.
20. *Clericatus in quibus caſibus debeat præſumi &*
num. 21.
22. *Canonico regulari an poſſit prouideri de bene-*
ficio curato ſeculari. & quid in tranſeunte ad
alium ordinem nu. 23. & an requiratur diſpen-
ſatio Epiſcopi. nu. 24.
25. *Monachus poteſt eſſe elector pauperum, quibus*
teſtator mandauit aliquid de rebus.
26 *Monachus poteſt eſſe conſultor quando teſtator*
mandat, ut teſtamentum exequi debeat cum
conſilio illius, non tamen eius ſequi debeat con-
ſilium. nu. 27.
28 *Actus eſt nullus non petito, & expectato conſi-*
lio alterius, qui illud debebat præſtare.

CAPVT CXXIII.

Laudum ſeu ſententiam latam per Mona-
chum, de qua in caſu mihi propoſito dice-
batur validam eſſe, nam licèt ille non poſſit ar-
bitrari, neque cum Superioris licentia *Dec. conſ.*
494. nu. 4. cum alijs quos adduxi deciſ. 64. n. 10.
Tamen cum fuerit iudicatum, ſuccedit regula
illa, quod multa facta tenent, quæ à principio fie-
ri prohibentur *l. a patre ſurioſo. de his qui ſunt*
ſui. vel alien. iur. Exemplo eius, quod dicimus
de Monachis, qui non poſſunt eſſe executores
1 teſtamentorum † niſi impetrata licentia Supe-
rioris, non tamen executio per eoſdem facta
erit nulla ſi non opponatur *Rom. conſ. 400. quo*
ad primum. nu. 6. in 2. dub. Felin. Decr. & alij
de quibus *per Couarr. in c. tua nobis. 19. n. 1. in*
fin. verſ. quid autem erit dicendum. de teſtam.
cum alijs *per Duen. re. 381. nu. 6. ad med.*

Contrarium tamen Declaraui, quod immo ſimpli-
2 citer non valeant geſta per Monachum, † prout
concludit Franc. *in c. 12. in princ. nu. 21 verſ. ſe-*
cundo tene mente de teſtam. & Socin. conſ. 171
ſupradicta cauſa in fin. lib. 1. vbi quod neque de
licentia ſui Superioris poteſt eſſe exequutor
Dec. conſ. 499. in cauſa. col. 1. nu. 8. vbi ampliat
etiam quod laudum fuerit ſequutum *Rimenal.*
Iun. conſ. 403. per tot. Mandoſ. ad Rom. conſ.

nibus. in 2. notab. de appellat. Tiraq. de iudic. in
4 reb. exig. ferend. in princ. col. 1. cum ſeq. † Et
facit quod aliàs cùm de hoc diſceptaretur in
ſimili dixi de donatione omnium bonorum, quę
non valet ſi nihil, aut parum reſeruetur Purpur.
in l. fin. col. antepenul. n. 251. et 252. C. de pact.
Gabr. conſ. 70. n. 3. in fin. uerſ. nec poteſt infrin-
gi. lib. 1. Quidquid contrarium ſequatur Alex.
conſ. 59. viſo themate. n. 3. lib. 5. vbi loquitur de
libris 60. quem ſequitur Curt. Iun. conſil. 1.
n. 16. col. 7. in fin. uerſ. et ita in terminis. Quia
contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur Me-
noch. conſ. 184. n. 4. lib. 2. vbi de reſeruatione vi-
gintiq; florenorum. ibiq;. n. 8. & 9. ampliat ad
donationem omnium bonorum reſeruato vſu-
5 fructu, † quæ non valet, quando vſufructus eſt
tenuis non ſufficiens ad alimenta. Natt. conſ.
146. n. 12. ad med. uerſ. niſi fortè eſſet ità tenuis.
lib. 1. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 12. nu. 3. uerſic.
ſed tertio eadem ratione. Gabr. conſ. 139. num. 2.
uerſ. ſecũdo quia uerius etiam eſt. lib. 1. & voluit
Purpur. in l. fin. col. antepenult. nu. 251. et 252.
C. de pact.

Quæ magis procedũt in caſu, de quo agimus, quia
iſta dos non ſolùm dicitur modica, & incongrua
reſpectu alimentorum, quæ debentur iuxtà ho-
norificentiam, quam vxor ſeruabat viuente vi-
6 ro, ſed eſt minima † ita vt mendicare cogeretur,
cũ aliàs non poſſet ſuæ indigentiæ ſubuenire, &
ſic dicitur nouiſsima, vltima, & extrema inopia
quæ facit, vt talis dos habeatur perinde, ac ſi
nulla extaret. Nam aliàs ſi de ſuis bonis viuere
quidem poſſet, ſed non ita honorificè, prout vi-
uebat cum viro iuxta condecentem gradum, &
conditionem illius, quarta non deberetur; Ra-
tio enim vera, & finalis fuit inopia, & quia re-
medium eſt ſubſidiarium, & miſerationis gra-
tia conceſſum, ideò non eſt dandum ſubſidium,
niſi quatenus vrget neceſsitas, prout multis cõ-
probat Surd. deciſ. 61. num. 15. et per tot. Quia
7 aliàs raro, aut nunquam † dotis redditus ſuffi-
ciunt ad alendum vxorem cum requiſitis, quæ
durante vita mariti aderant Purpur. conſ. 330.
col. ult. in princ. nu. 7. verſ. ex cuius dictis. lib. 1.
per tex. in §. quoniam verò. auth. de exhib. reis.
vbi dicitur nouiſsima viuentis inopia. Corn.
conſ. 249. n. 3. col. 2. in fin. lib. 3. Soccin. conſ. 30.
8 n. 14. lib. 4. Gabr. conſ. 142. num. 25. lib. 1. † Et
quod dos debeat eſſe minima, & parua in nota-
bili quantitate, non ſimpliciter multa adducit
Rota per R. P. D. Graſſ. Roman. portionis hære-
ditatis. 5. maij. 1574. ante med. uerſ. placuit do-
minis. poſt Matthеſ. Aretin. Fab. de Pep. Bald.
Curt. Iun. et alios ibi allegatos. & latè ſequitur
Surd. de alim. tit. 9. q. 37. n. 7. uerſ. contra verò.
uſq; ad n. 23. vbi quod ita reſoluit Senatus Mã-
tuanus tanquã ſit opinio verior, declarando nõ
poſſe agi per mulierem ad huiuſmodi quartam
ſtante dote ſcutorum mille, quamuis maritus
eſſet nobilis, & ditiſsimus, cum ex illis haberet
redditum ſcutorum octuaginta; licèt ex beni-
gnitate ampliati fuerint dicti redditus ad ſcuta
centum. Itaut ex bonis mariti dum vixerit ha-
beret ſcuta viginti vltra octuaginta ſuæ dotis.

Nec facit quod probetur dictam vxorem habere
florenos quinquaginta, qui iũcti cum dote pręfata,
& ſuis operibus faciunt illam aptam ad ſe
ſuſtinendum ſine mendicitate: neque enim di-
citer pauper, vt intret diſpoſitio d. auth. cum
9 paupertas ſit remiſſa arbitrio iudicis † ſecun-
dum conditionem perſonarum, quæ non eſt in
ſimilibus perſonis de quibus loquimur, cũ poſ-
ſint ex ſuis laboribus ſibi victum querere Corn.
conſ. 249. uiſo ſuprascripto. lib. 3. Soccin. conſ. 121.
præmittendo. col. penul. in princ. n. 46. lib. 4. Pur-
pur. conſ. 330. n. 5. lib. 1. cum alijs latè in d. deciſ.
Romana portionis hæreditatis. in princ. Prout
10 dicimus de filio inope, † quem pater non alit,
quando poteſt ex ſua induſtria viuere l. ſi quis
à liberis. in princ. iuncto §. ſed ſi filius. ff. de liber.
agnoſc. ubi Bart. n. 1. uerſ. nota quod qui poteſt ſe
alere. Roland. conſ. 14. n. 16. lib. 3. R. P. D Graſſ.
d. deciſ. Roman. portionis. Qui caſus eſt in for-
11 tioribus terminis, † cum alimenta debeantur
de iure naturali Dec. conſ. 576. in princ. vbi
quod non poteſt pater relinquere alimenta filio
12 ſpurio, qui victum querit ex induſtria, † quam-
uis in futurum poſsit deuenire ad paupertatẽ,
& ſtatum non aptum labori Bald. conſil. 116.
lib. 2. Alex. conſ. 74. n. 4. lib. 2. Gabr. de aliment.
concluſ. 1. n. 2. limitat. 2. vbi de magis communi
Soccin. conſ. 121. præmittenda eſt. col. 11. ad med.
uerſ. confirmo etiam. n. 47. lib. 4.

Quia reſpondetur non fuiſſe probatum huiuſmo-
di lucrum, & operas poſſe fieri per iſtam mulie-
rem; Immò de contrario apparet per teſtes de-
ponentes vxores ciuium loci, de quo erat mari-
tus non eſſe ſolitas exercere officia vilia, & vi-
ctum ex operibus querere; cum vxor non de-
beat ad viliores operas deſcendere, quã ad eas,
quas præſtare ſolebat viuente viro ſalua digni-
13 tate, & honorificentia illius, † quaſi viduita-
tem ſeruans videatur eſſe in eodem matrimo-
nio l. filij. §. vidua. ad municip. l. mulieres. C. de
dignitat. lib. 12. & ita in terminis concludit Ri-
minald. Iun. conſ. 657. n. 55. et 56. lib. 6. cum
alijs per Honded. conſ. 93. n. 13. lib. 1. Surd. de-
ciſ. 61. n. 12. Decian. conſ. 111. n. 19. verſ. non ob-
ſtat quartum. lib. 3. Gulielm. Benedict. in c. rai-
nutius. in uerb. et uxorem nomine adelaſiam.
n. 244 et 245. de teſtam.

Prætereà ſumus in muliere quinquagenaria, quæ
non poteſt dici apta ad querendum victum, &
14 ſeruiendum, † cum dicatur ſenex, quæ peruenit
ad huiuſmodi ætatem; ideò non debet excludi à
beneficio d. auth. cum magis indigeat ſeruiri,
quàm alijs ſeruire Rol. in ſpecie conſ. 14. n. 55.
15 lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 657. n. 57. lib. 6. † Itaut
ſit committẽdum Iudicis arbitrio quis dicatur
pauper Ruin. conſ. 55. n. 5. lib. 1. Menoch. de ar-
bitrar. caſ. 65. n. 7. Surd. de alim. tit. 9. q. 37. nu. 1.

Et exemplum de filio inope non obſtat, quia pro-
cedit in eo, cui non eſſet dedecus victum ſibi
16 querere ex operibus ſuis, † Immò etiam indi-
ſtinctè verior eſt opinio quod non conſideretur
huiuſmodi induſtria in filio, cum nihilominus

tenea-

teneatur pater filio ſpurio relinquere alimenta *Aim.conſ.199.* vbi quod eſt æquior ſententia. *Cardin.Paleott.de noth.& ſpur. c.48. nu.6. Addit.ad Dec.conſ.576. in verb. quando.* vbi quod ita practicatur, & ſequitur *late Surd.de alim.q.9.tit.11.n.7.* licèt per alias rationes, quàm per adductas ab *Aim.* quas refellit tanquam non veras, *vt ibid.n.12.vſq; ad n.24.*

Et hæc ſatis ſint quo ad merita cauſæ circa dubiũ propoſitum; Nam alia, quæ opponebantur cõtra teſtes, quaſi non fuerint probatæ diuitiæ viri cum alijs requiſitis ad proſequendum remedium, de quo agimus fuerunt ſublata in alia diſceptatione in hac eadem cauſa facta, de qua infra in capite particulari.

Quo verò ad materiam huiuſmodi *auth.præterea.* quia de pluribus caſibus ſæpè in praxi occurrentibus vidi dubitatum, & à me etiã fuit quęſitum Dixi infraſcripta eſſe notanda.

Primo quemadmodũ præmortuo viro, vxor inops illi locupleti ſuccedit in quarta parte, Ita è cõtra Maritus pauper habet quartam bonorum
17 vxoris diuitis, † quia diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio tanquam correlatiuis, & quia in vtroque militat eadem ratio *§. quoniam verò. auth. de exhib. reis. Gulielm. Benedict. in c.rainutius.in verb. & vxorem nomine adelaſiam.deciſ.5.n.241.& nu.251. concluſ. 9. Paul. de Monte Pico. in auth. præterea. num. 7. verſ. cogita.* vbi latè de hoc diſputat. *C. vnd. vir & vx. Ludouic.concluſ.35.ampliat.5.*

Secundò huiuſmodi quarta debetur vxori etiam ſuperſtitibus filijs primi matrimonij; tam quo ad vſumfructum, quàm etiam quo ad proprie-
18 tatem; † licèt ſecus eſſet quando extarent filij communis matrimonij, tunc enim habebit ſolum vſumfructum reſeruata proprietate eiſdem filijs communibus *§. quia vero. il 2.* vbi *Ang. auth.vt liceat matr. & auia. Cephal. conſ. 671. n. 31.Surd.conſ.196.n.34.*

Tertiò quando ſuperſunt liberi marito prędefuncto ex alia vxore, ſi sũt tres, vel pauciores, vxor
19 pauper ei ſuccedit in quarta parte bonorum. † Si autem eſſent plures ſuccederetur ei pro numero perſonarũ in virili portione, ita vt quando ſunt quinq; vxor ſuccedat in ſexta parte *§. quia vero.auth.vt liceat matr.& aui.* Niſi portio illa excederet valorem centum librarum auri, quo caſu agere ſolùm poſſet ad illas centum libras, quia in hoc non eſt correctus *§.quoniam verò.auth.de exhib.reis.per §.quia verò religionem.auth.vt liceàt matr. & auia.* qui hanc ſucceſsionem exhorbitantem potius reſtringit, quàm velit ampliare ſecundum *Ang. in §.hoc loco.col.penult.verſ.& hæc vera niſi defunctus. inſtit.de ſucceſsion. cognator.* & ſequitur *Benedict.in c. rainutius.in verb. & vxorem nomine adelaſiam.concluſ.7.n.249.de teſtam.*

Quartò ſi filij ſuperſtites ſunt communes ex eadẽ vxore, quæ prætendit ſuccedere in huiuſmodi
20 quarta, † tunc vxor non admittitur ad ſucceſſionem illius, ſed ſolum poteſt agere ad vſumfructum quartæ partis bonorum mariti prædefuncti, ſi tres ſunt filij, vel pauciores: Nam quãdo ſunt plures habebit vſumfructum pro virili: *§.quia verò.auth. vt liceat matr.& auia;* dummodo vſusfructus non excedat valorem cẽtum librarum auri, vel eius æſtimationem *Benedict. in c.rainutius. in uerb. & vxorem nomine adelaſiam.concluſ.8.n.250.de teſtam.*

Quintò idem eſſet ſi vxor cõcurreret cum nepote ex filio communi præmortuo, vel cum aſcẽden-
21 tibus parentibus mariti quoudam ſui † *Gloſ. & Doctor.in auth.præterea. C.und.vir.et uxor. Bened.in d.c. rainutius.in uerb. & uxorem nomine adelaſiam.concluſ.8.n.250.in fin.Roland. de lucro dotis.q.56.n.13.verſ. pro eius confir-*
22 *matione.* † vbi etiam multis ſimilibus comprobat, quod appellatione filiorum veniunt nepotes etiam in diſpoſitionibus ſtatutarijs loquentibus de filijs *Soce.Iun.conſ.19.col.1.lib.1.*

Sextò quemadmodum vxor non ſuccederet in dominio quartæ partis ſtantibus filijs viri, & nepotibus, vt dictum eſt, Ita neque ſuccedet ſi exta-
23 rent aſcẽdentes mariti, † cum ſint paris rationis *l.nam etſi parẽtibus. de inoff.teſtam.* & concludit in ſpecie *gloſ.in auth. præterea. C. vnd. uir. & uxor. Stephan. Federic. de interpratat. iur.p.ultim. n.22.tom.1.fol.223.Michael Graſſ. de ſucceſſ.ab inteſt.q.40.* Vbi etiam, quod quando aſcendentes ſunt plures, quam tres, mulier habebit virilem, quia idem eſt quod in deſcen-
24 dentibus; † Et quid quando adeſſent ſolùm tranſuerſales an tunc ſuccedat coniux in quartam *Idem Graſſ ibid.q.41.*

Septimò idem etiam eſſet quando extarent filiæ, quibus eſt reſeruanda proprietas quartę partis
25 bonorum, quam vxor acquirit, † quemadmodum reſeruatur maſculis *Pic.in d. auth. præterea.nu.48. et ibi Curt.num.30.* Quicquid dicat *Ang.de teſtam.in gloſ.nolens teſtatus decedere. col.12.* Quia contra eum eſt verior opinio, &
26 magis communis, vt per *Surd. deciſ.8.n.1.* † cũ dictio liberorum tam fœminam, quàm maſculum includat *l.non eſt ſine liberis.ff. de verb.ſi-*
27 *gnificat.* † Intelligendo dummodo fœminæ nõ ſint excluſæ à ſtatuto; tunc enim non admittentur ad huiuſmodi ſucceſsionem *Surd. deciſ. 8. n.18.verſ.hanc partem tenendo.* vbi ex hoc concludit fœminam excluſam per ſtatutum à ſucceſsione paterna, licèt non à materna, non ad-
28 mitti ad proprietatem iſtius quartæ debitæ vxori, cum huiuſmodi proprietas non cenſeatur materna, quaſi illam habeat tanquam de bonis viri *§.quoniam vero.auth. de exhib.reis.* Ergo eodem modo dicendum eſt in filijs; vnde ſi proprietas cenſetur paterna non tranſit ad fi-
29 liã excluſam à bonis paternis; † prout dicimus de ſubſtituto, qui non habet illud quod eſt ei reſtituendum à grauato tanquam de bonis ipſius ſed tanquam de bonis teſtatoris *Aim. conſ.144.*

Octauo iſta quarta debita vxori non commenſuratur cum alimentis, ſed conceditur quamuis excedat neceſsitatem alimentorum, dummodo
30 tamen nõ ſit maior quàm centum libræ auri, † quia ſi bona mariti excederent quadringentas

Digitized by Google

libras auri;tunc mulier nõ ſuccederet in quarta,ſed conditione ex lege ſolum aget ad dictas libras centum auri *Bald. in c. quamuis. in fin. n.2. de inueſtit. de re alien. fact. per tex. in §. quia uero legi. il 2.auth.vt liceat matr.& auia. Aretin. in §.fin. n.6. inſtit. de ſucceſſ.cognator. Corn.in auth. praeterea.num.4. C. vnde vir. & vxor.* Gabr.cõſ.142.nu.17.lib.1 1.*Guliel.Bened. in c.rainutius. in uerb. & vxorem nomine adelaſiam. deciſ.5.num.248.per tex. in §.quoniam vero.auth.de exhib.reis.*

Nono vxor inops non imputat legatum factum ſibi à vito in quartam, quando fuit grauata
31 illud alteri reſtituere;† Quia non videtur vxori relictum,quod alteri debet reſtitui *Ang. in l.ſi cum dotem.§.ſi pater. circa fin.verſ.ſed cum eſſet l. gata. ff. ſolut. matrim.* Ideo lucro eius non dicitur cedere *l.vlt.in fin.*C. de bon. qua
32 *liber.* † Quod tamen eſt intelligendum, quando quis grauaretur ſtatim reſtituere , itaut nihil ſit ſibi permanſurum,ſecus vbi remanet aliquod emolumẽtum *Aret.in auth. praeterea.col. fin. verſ. ſecundo limitatur,* C.*vnd.uir. & vx. Imol.in l.in tempus,62.col.2. poſt princ.num.5. verſ. dicit etiam hic. & uerſ. videtur tamen poſſe dici.ff.de hered. inſtituend.* Surd. *conſil.*251. *nu.*29. *lib.*1.

Decimo ſi vxor praemoriens dotata fuiſſet, dos tamen veniret alteri reſtituenda per eius mortem,tunc maritus inops ſuccedit vxori,ac ſi do
33 tata non fuiſſet;† cum dicatur hoc caſu matrimoniũ ſine dote, prout ſingulariter notat *gloſ. in l. licèt. 27. C. de iure dot.* per illum text. à contrario ſenſu. *& ibi Cin. & Salic.*& multum notandum dicit *Gulielm. Bened.in c. rainutius. in verb. & vxorem nomine adelaſiam. nu.* 244. *in princ. deciſ.* 5. *verſic. & idem foret. de teſtament.*

Vndecimo vxor vocata ad ſucceſsionẽ mariti diuitis pro quarta parte admittitur etiam condi
34 to teſtamento † contra voluntatem eiuſdem viti; Quia verbum ſuccedit includit ſucceſsionem tam teſtati,quàm inteſtati,prout in terminis concludit *Soccin.conſ.108. in hac conſultatione.in princ.lib.*1.*Becc.conſ.*76.*n.*8. *verſ.ſecũdo ponderatur.Surd.conſ.*81.*n.*15. *Cephal.conſ. 183. n.14. lib.2.* & de magis communi teſtatur *Ioſeph.Ludouic.concluſ.*35.*ampliat.*4.

Ex quo ſequitur quod confiſcatis bonis viri non
35 cenſetur confiſcata quarta pars , † quae debetur vxori inopi ex diſpoſitione *auth. praeterea.* Etenim maritus non poteſt teſtando priuare vxorem huiuſmodi quarta,vnde neq; etiam poterit hoc facere delinquendo *Soccin. conſ.* 141. *nu.*7. *& 16.lib.4. Michael Graſſ.de ſucceſſion.*
36 *ab inteſtato.q.*43. *& vltim.*† Niſi contraria fori conſuetudo extaret *Peregrin. de iur. fiſc. tit.*1.*lib.*5. *n.*81. *in fin.* Quod procedit quamuis confiſcatio fieret vigore alicuius particulari ſtatuti, cum debeatur iſta quarta ex cauſa
37 miſerationis, † ideo conſtitutio etiam generalis non tollet illam diſpoſitionem priuilegiatam, niſi fiat ſpecialis mentio, cum etiam ſtatutum confiſcans bona intelligatur ſecundum
38 ius cõmune,† itaut hoc quoq; procedat,quamuis ſimus in crimine leſae maieſtatis *Plot. conſ. crimin.*130.*n.*41. *&* 45.*Farinac.q.* 45.*de delic. & pan.n.*123.*vſq. ad n.*127.licèt contrariũ cõcludat *Peregrin.de iur.fiſc.tit.*1.*lib.*5. *n.* 46.

Duodecimo vxori pauperi debetur quarta in bonis viri diuitis , qui ei reliquit alimenta, vel aequiualens legatum , ex quo poſsit ſe alere. Iſta enim quarta debetur vxori etiam contra voluntatem mariti,& eo inuito tanquam debi-
39 tum neceſſarium; † Vnde ſicut non poteſt maritus illam in totum auferre, ita neq; diminuere , quamuis prohibeat , quod plus non poſſit peti : Ideo illud legatum imputabitur in quartam,& quod deeſt ad ſupplementum peti poterit *Corn.conſ.4.n.5.lib.4. Dec. conſil. 24. col. vlt.in princ.verſ.& ideo non eſt mirum ſi in caſu.n.5.* Quidquid dixerint *Rimin.Sen.conſ.*114. *omiſsis non neceſſarys.& Cephal. conſ. 244. per tot.& Gabr. conſ.*142. *col. penult. in fin. nu.* 28. *lib.* 1. Quia contra eos eſt verior opinio,vt latè defendit *Surd. de alim. tit. 9. q. 35.* Ratio eſt quia licèt inopia ceſſet,tamẽ deſinit ex prouiſione mariti,quae non attenditur, cũ lex conſiderauerit,an mulier poſsit conſequi alimẽta, & an ſit pauper tempore,quo moritur maritus, non autem habuit reſpectum ad illud , quod ei poſſet relinqui ex teſtamento viri, cum prouiſio
40 hominis † non tollat prouiſionem legis iam factũ,ſeu natam, ſed tantum faciendam,& naſcituram *Bald. in l. fin.in 3. notab. C. de pact. conuent.* Ideo poterit mulier repudiare huiuſmodi legatum ſibi à marito factũ;quia etiam in caſibus, in quibus legatum tranſit recta via
41 in legatarium , † ob repudiationem fingitur retro nunquam quaeſitum *Bart.in l.pomponius. la 2. n.10 ff. de negot.geſt.* Hanc tandem quaeſtionem latius diſputat *Idem Surd. de alim. q.29.tit.9.* Vbi *nu.*23. dicit eſſe difficile obtine-
42 re contra huiuſmodi opinionem ,† quod per legatum factum à viro cenſeantur excluſa vxor à quarta,cum ſit verior ſententia,& magis communis,quod non excludatur,licèt ſi rationibus
43 eſſet diſceptandum aliud potuiſſet defendi : † Concludendum. eſt igitur ſemper dictam quartam eſſe debitam vxori,neq; poſſe impediri per teſtatorem tacitè,aut expreſsè,neq; in totum neq; in parte , ſiue legetur vxori , ſeu alijs extraneis, quamuis falcidiam prohibeat; quia etiam de bonis alijs relictis detrahetur iſta quarta , ſiue ſint iure inſtitutionis,ſiue legati , quia aliàs poſſet teſtator totam quartam prohibere diſtribuendo legatarijs vniuerſum ſuum patrimonium , quod non eſt permittendum in praeiudicium vxoris, cum à ſe ipſa illam pari-
44 tem conſequatur , † & accipiat tanquam haeres non expectata aditione haereditatis facienda per inſtitutos, ſeu aſcendentes ab inteſtato prout latè concludit *Corn.conſ.*4. *ultra punctum mihi praeſuppoſitum.n.*5. *lib.*4.

Verum eſſet quod quamuis hoc non habeat locũ in legato. Tamen poſſet maritus vxorẽ à quar-
ta

ta excludere dotando eam in articulo mortis
45 Per viam contractus † *Alex. in auth. præterea. col. 2. C. und. vir. & vx. Gab. conſ. 142. col. penul. n. 29 lib. 1.*

Decimotertio vxori eſt debita quarta etiam ſtante ſtatuto, quod maritus non relinquat coniugi
46 niſi certã quantitatem; † Huiuſmodi enim ſtatutum non comprehendit illud, quod eſt debitũ ex diſpoſitione legali, prout in terminis concludit *Honded. conſ 93. num. 9. lib. 1. Plot. inter. conſ. vltim. voluntat diuerſorum. 168. n. 45.*

Decimoquarto ſi legatum ſufficiens ad alimenta relinquatur vxori ab aliquo tertio, non antem
47 à marito, † nõ poſſet tunc vxor conſequi quartam in bonis viri: Nam quando per acquiſitionẽ quis excluditur ab aliquo priuilegio, ſeu beneficio, non poteſt non acquirere ille, qui ad idem beneficium aſpirat, cum ſecus ſit, quando per acquiſitionem quis non excluderetur à be-
48 neficio; quia tunc poteſt non acquirere; † Ideo ſi ante mortem mariti deferatur aliquod ius vxori ſufficiens ad alimenta tam ex teſtamento alicuius tertij, quàm ex diſpoſitione inter viuos, non poſſet vxor illud repudiare poſt mortem mariti ad effectum conſeqnendi quartam in bonis illius; Quoniam non poteſt dici pauper, qui habet actionem ad conſeqnendum illud, ex qno ſe poteſt alere, Inopia enim nouiſſima requiſita per *auth. præterea* tunc dicitur, quando non ſolum deficit ſubſtantia, ſed etiam actio, & officium iudicis *Bart. in l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. de liber. agnoſ.* & ita in terminis concludit *Surd. de alim. titul. 9. q. 35.*
49 *n. 34.* † Intelligendo de ea vxore, cui actio competebat tempore mortis mariti: Nam ſi illo iã mortuo ſuperuenerit facultas, ſeu actio ad conſequenda alimenta, non per hoc vxor excluderetur à petitione quartæ *Dec. conſ. 24. & pro virili. col. 1. ad med. Cephal. conſ. 244. n. 4. Sur. d. q. 35. n. 44.*

Decimoquinto. Mulier indotata non ſuccedit in quarta, ſi habeat aliũde bona, ex quibus ſe poſſit
50 alere *Cephal. conſ. 671. n. 16.* † Ideo ſi habet patrem diuitem ſufficit, vt excludatur à quarta, cum ab eo poſſit alimentari *Cuman. in l. in ſuis de liber, & poſthum. Iaſ. in auth. præterea. num. 6.*
51 *C. vnde vir. & vxor.* † Quę opinio eſt verior quidquid ibi *Dec. & Fab. de Pepis* contrarium ſequantur, vt docet *Soc. conſ. 30. n. 4. & 8. lib. 4. Honded. conſ. 93. n. 26. lib. 1. latè Cordub. in l. ſi quis à liberis. in princ. nu. 76. vſ. ad n. 80. ff. de liber. agnoſcend.*

Idem ſi haberet fratrem diuitem, à qno vxor poſſet ali *Gabr. conſ. 142. n. 30. lib. 1.* & de veriori
52 opinione tam in patre, quã in fratre teſtatur † *Ioſeph. Ludouic. conclu. 35. limit. 2. verſ. ſed prior opinio* licèt contrarium ſentiat *Menoc. conſ. 433. nu. 16. lib. 5. Rimin. Iun. conſ. 657. num. 60. lib. 6.* cum alijs allegatis *per Graſſ. de ſucceſſion. ab inteſt. q. 39. n. 5.*

Decimoſexto. Coniux ſi poteſt habere quartam primi viri non ſuccedit in illa reſpectu bonorũ
53 ſecundi mariti, † cum enim poſſit ſibi prouidere de alimentis aliunde, nõ datur huiuſmodi remedium, quod tanquam ſubſidiarium ceſſat propter alimenta, quæ ab alijs ſunt præſtanda, prout in terminis concludit *Soccin. conſil. 121. n. 36. col. 7. in fin. lib. 4. Cephal. conſ. 244. nu. 13.*
54 *lib. 2.* † Ideo ſi vxor à primo viro neglexerit huiuſmodi quartam petere imputet ſibi, cum à ſecundo non poſſit illam conſequi niſi in defectũ primi *Michael. Graſſ. de ſucceſſ. ab inteſt quæſt. 9*
55 *n. 42.* Ratio ſupradictorum eſt; † quia habetur pro diuite ille, cui cõpetit actio ad diuitias acquirendas *l. qui poteſt facere. de reg. iur.* & mulier dicitur habere aliunde, quando poteſt exi-
56 gere; † Dũmodo tamen primus maritus debitor ſit ſoluendo, cum alias eſſet inanis actio *Soccin. conſ. 121. nu. 30. & 31. col. 6. in fin. lib. 4.* vbi quod debet eſſe exigibilis de iure, & de facto; Itaut vxori incumbat onus probandi, quod primus vir debitor non ſit ſoluendo *Natt. conſ. 648. n. 13.*

Decimoſeptimo ſi vxor eſt apta ad operandum, & qnerendum victum abſq; eo, vt cogatur mendicare non conſequitur huiuſmodi quartam li-
57 cèt nihil habeat in bonis, † cum poſſit exercere officia ſuæ qualitatis, & conditionis *Purp. conſ. 330. n. 4 lib. 1. Honded. conſ. 93. n. 35. lib. 1.* vbi quod *Rol. Rimin. Decian. Menoch. & alij* contrarium ſequentes loquũtur de muliere nobili, cui viro defuncto eſſet dedecus ſeruire, vel induſtria ſua victum querere, cum neq; etiam
58 vxor nobilis teneatur operari marito, † dum viuit *Bart. in l. diuortio. 7. num. 4. ff. ſolut. matrimon Alex. conſ. 133. num. 13. lib. 4. Coler. de proceſſ. executiu. c. 2. p. 1. num. 226. in fin.* Quidquid ſit in alijs vxoribus, quæ tenẽtur texturas & manualia exercere io domo mariti adhuc ſuperſtitis, cui iſta acquiruntur, neque cedunt lucro mulieris *Bald. in l. aſſiduis. 12. n. 4. ff. qui potior. in pignor. habeant.*

Decimooctauo ſufficit, quod coniux ſit pauper tẽpore mortis mariti, vt illi ſuccedat in quar-
59 ta; † Quamuis enim poſtea non egeat nubendo videlicet alteri diuiti poſt annum, non tamen excluditur à dicta ſucceſſione *Dec. conſ. 24. poſito pro conſtanti. per tot.* quod eſſe notandum tanquam ſingulare dicit *Guliel. Benedic. in cap. rainutius. in verb. & uxorem nomine adelaſiam. deciſ. 5. n. 244. verſ. ſecundo requiritur. de teſtam. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit. 4. part. 1. nu. 2. verſ. & ex eo dicit ipſe. Cephal. conſil. 244. n. 4. lib. 2. Ioſeph. Ludouic. concluſion. 35. ampliat. 2.*
60 Quãdo enim requiritur, † vt aliqua cauſa adſit certo, & limitato tempore, ſufficit illam tunc adeſſe, licèt poſtea ceſſauerit *l. quæcunq; §. fin. ff. de public. in rem. act.* cum alijs de quibus *per Bald. in l. generaliter. 40. col. 3. in fin. verſic. requiritur tertia cauſa ſucceſſiua. ibi ſed ego dico ſic ad declarationem. num. 5. C. de epiſcop. & cleric.*

Quemadmodam etiam è contra ſi vxor eſſet diues tempore mortis, non poſſet quartam petere, cũ
61 requiratur inopia; † Et quamuis progreſſu temporis perueniſſet ad ægeſtatem, non tamen

huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi quartam conſequeretur: Quia non
debet attẽdi præſens paupertas, cum per legem
cõſideretur inopia tempore mortis mariti, pro-
ut concludit in terminis *Dec. conſ. 24. nu. 5. uerſ.*
octauo & vltimo iſta concluſio Vbi quod talis
inhabilitas ſuperueniens nihil nocet quamuis
acciderit etiam antequam fuerit petita quarta.
Intellige ſi incontinenti poſt obitum viri caſu for-
61 tuito, vel alio accidrnti, † quàm contemplatio-
ne iuris *dicta auth. præterea.* diues fieret, tunc
enim ceſſaret prouiſio eiuſdẽ anth quæ eſt fun-
63 data in gratia, & miſericordia; † Prout etiam è
contra ſi tempore mortis viri vxor erat diues,
& mox repentè ſine aliqua eius culpa, puta in-
cendio, aut ex ſimili cauſa pauper fieret, erit lo-
cus ſucceſſioni ad fauorem mulieris in huiuſ-
modi quarta, cum ſecus ſit quando hoc contin-
geret ex interuallo, tunc enim ab ea excludere-
tur, prout in ſpecie diſtinguit *Addit. ad Dec.*
conſ. 24. in uerb. poſſit.
Decimonono. Ad excludendum vxorem à ſucceſ-
ſione huiuſmodi quartæ ſufficit quod fuerit cõ-
petenter dotata, quando nupſit, licet dos nõ ſit
64 congrua, † quando maritus deceſſit *Soccin.*
cõſ. 30. in cauſa domini. col. penult. in princ. n. 18.
lib. 4. Menoc. de arb. caſ. 149. n. 16. Quidquid di-
cant *Rolan. conſ. 15. lib. 3. & Ludou. conſ. 35. am*
pliat. 3. Quia contra eos eſt verior opinio, vt te
ſtatur *Sur. conſ. 216. n. 4. lib. 2.* vbi multis ſimili-
bus comprobat *Gabriel. conſ. 142. n. 9. & 20. &*
per tot. lib. 1. vbi reſpondet *Barbat. & alijs* con-
trarium ſequentibus.
Vigeſimo. poſtquam fuit taxata quarta mulieri nõ
65 debet augeri ob rationem, † quod non ſufficiat
ad alimenta, puta quia requiratur maior im-
penſa propter morbum mulieri ſuperuenientẽ,
vel ex alia ſimili cauſa: Nam quando taxatio
eſt facta ad certam quantitatem, tunc adiectio
cauſæ ſicut non reſtringit taxationem, ita neq;
debet eam alterare *l. creditor. 60. quæ eſt ante-*
penult. §. ſi inter. ff. mand. & ita in terminis de-
clarat *Cor. conſ. 4. in fi. uerſ. & licèt quãdo uxor.*
n. 7. lib. 4. Pet. in auth. præterea. n. 60. C. und. uir.
& ux. Sur. de alim. tit. 9. q. 35. n. 14. & q. 29. n. 3.
eod. tit. & eſt tex. in l. ſi partem. ff. de ſeruit. ruſt.
66 *prædior.* vbi etiam *Bald. & Ang.* notant, † quod
deputati ad diſtribuendum eleemoſynam pau-
peribus, & dandum vnicuique duas bucellas,
non poterunt plus dare viro robuſto, nec minus
puero, aut paruulo, ex quo tunc eſt facta cer-
ta taxatio.
Vigeſimoprimo. Vxor conſequitur quartam in
bonis mariti titulo hæreditario, & in ea dici-
67 tur eſſe hæres † *§. quoniam uero. in uerb. ſi ue-*
ro auth. de exhibit. reis. Bald. in auth. præterea. n.
1. & 2. & ibi Salic. quæſt. 6. C. und. uir. & uxor.
Ideo mulier tenebitur ad onus æris alienis pro
ſua rata *Corn. in d. auth. præterea. n. 20.* Quid-
quid dicat *Graſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 39. nu. 7.*
Quia contra eum eſt verior opinio, vt teſtatur
Surd. decıſ. 8. num. 11. Vbi etiam ampliat ad fi-
68 lios, † qui eodem iure, & modo vocantur à le-
ge ad iſtam quartam, quemadmodum vocatur
mater; vnde habebunt quoq; titulo hæreditario.
Et poſito etiam quod mulier ſecundum aliam
opinionem non habeat iſtam quartam tãquam
99 hæres, † ſed illam conſequatur, vt quotam
bonorum; Tamen quocunque modo capiat
tenetur reſpondere credirorribus, quia filij
debent mulieri huiuſmodi quartam deducto
ære alieno, & ſic minus vxor conſequetur, & re-
ſultabit idem effectus *Natt. conſ. 605. num. 11.*
Et quamuis appellatione bonorum non veniat
70 illud, quod alteri debetur; † nihilominus hoc
procedit in contractibus, cum ſecus ſit quando
transferuntur bona ad alterum ex diſpoſitione
legis ſub nomine vniuerſitatis, ſiue quotæ, Tunc
enim intelligũtur bona trãſferri cum ſuo onrre
gloſ. in l. 1. de bonor. poſſeſſ. Bart. in l. mulier bona
de iur. dot. Saliret. in l. tutori. C. ad leg. iul. de ui
public.
Vigeſimoſecundo. Vidua impudicè viuens Poſt
mortem mariti, & caſtè non ſeruans eius tho-
71 rum amittit huiuſmodi quartam † *Lup. in*
rubr. de donat. int. uir. & uxor. §. 67. num. 15.
Surd. decıſ. 61. in fin. num. 18, Quia ſtante infa-
mia non eſt curandum, quod viuere non poſſit
ſecundum dignitatem mariti, cum proprij ho-
noris oblita etiam viri dignitatrm dehoneſta-
uerit, & tanquam odioſa legi propter delictum
non debeat illius priuilegio gaudere *Bald. in l.*
auxilium. in fin. de minor. Soccin. conſ. 121.
n. 52. lib. 4.
Quod etiam haberet locum, ſi vxor fuiſſet con-
72 demnata de alio delicto *Surd. decıſ. 61. n. 16.* †
vbi loquitur de vxore condemnata ob crimen
expilatæ hæreditatis, quæ debet excludi ab
73 huiuſmodi quarta; † Dummodo non fuerit re-
ſtituta per gratiam Principis, quo caſu tantum
illi redditur quantum ſententia abſtulerat *l. 1.*
C. de ſentent. paſſ. Bart. in l. 3. C. eod. tit. intel-
ligendo de remiſſione generali, non partæ ſolum
& quatenus non fuerit quæſitum ius alteri *Boſſ.*
de remed. ex ſol. clement. nu. 1. cum alijs decla-
rationibus, de quibus per *Surd. conſ. 203. nu. 9.*
lib. 2.
Quare etiam iſta ſucceſſio viri, & vxoris in quar-
ta non habebit locum, ſi tempore mortis facta
74 eſt ſeparatio inter coniuges: † ita tamen vt
is, qui præbuit cauſam ſeparationis non ſucce-
dat, ſed ei ſuccedatur *Cin. in l. 1. C. unde uir.*
& uxor. Dummodo tamen ſeparatio fuerit fa-
cta auctoritate iudicis *Graſſ. de ſucceſſ. ab inteſt.*
q. 38. n. 5.
Vigeſimotertio. Vt iſta quarta debeatur requiri-
tur matrimonium fuiſſe legitimè contractum,
75 non putatiuum, † Itaut neq; ſufficiat bona fi-
des coniugum *Purpurat. conſ. 330. n. 1. lib. 1.*
76 Quia extra cauſam dotis, † non fit extenſio de
matrimonio vero ad putatiuum non legitimè
contractum etiam inter ignoranres *Bart. in*
l. ſi concubina. in princ. ff. rer. amotar. quod
tanquam ſingulare dicit notandum *Bald. No-*
uell. de dot. p. 11. in fin. n. 40. & 46. different.
17. & 22. Ideo neque iſta quarta deberetur
77 concubinæ. † *Honded. conſ. 93. nu. 14. lib. 1.*

Quia

Quia non eſt vxor;Immò multum differt ab ea
ſaltem quo ad dignitatem,& honorem,neq;po-
teſt dici ſocia diuinę domus,quamuis ſit huma-
næ,cum omnis coitus præter coniugalem ſit re-
probatus; Vnde inter eos non datur ſucceſſio,
neq;competit actio ad huiuſmodi quartam *Ga-
liel. Bened. in c. rainutius. in verb. & vxorem
nomine adelaſiam.decis.5.n.251.de teſtam.*
Et facit quod dicimus de marito vero, qui habet
priuilegium,ne conueniatur, niſi in quantum
78 facere poteſt † *l. ſi maritus. ff.ſolut. matrim.*
Cum ſecus ſit putatiuo *Ioann. Andr. in c. 1. de
donationib. int. vir. & vxor. & dot.poſt di-
uort. reſtituen.* Quæ opinio eſt verior quidquid
ibi *gloſ.* contrarium ſequatur, vt concludit
*Imol. in l. diuortio.8. §. impendia.ad med. verſ.
& adde quod in alio eſt differentia.ff.ſolution.*
79 *matrim Surd.de alim.q.78. tit.1. nu. 47.* † Et
multa de priuilegijs matrimonij veri quando
competãt putatiuis *Tiraq.in l.16.cõnub.gloſ.8.
n. 234.vſq.ad n.277.*
Vigeſimoquarto in quibus caſibus vxor dicatur
inops ad effectum ſuccedendi iuxtà *auth.prate-
rea.* relinquitur arbitrio iudicis, qui conſidera-
80 bit qualitatem perſonarum, † prout regulari-
ter in paupertate inſpicienda ſolitum eſt fieri
*Bart. in repet.l. ſi conſtante. 2. q prima quaſtio-
nis principalis.ff.ſolution.matrim.* Dec.*conſ.163.
in cauſa matrimmiali.col.4. verſ ſecundo.prin-
cipaliter.Menoch.de arbitr.caſ.65.num.7.* Et in
ſpecie de vxore in caſu huiuſmodi quartæ ita
concludit *Bald in d.auth. praterea col.4. verſic.
in gloſa ſecunda.Tiraq.de nobilit.c.20.num.158.*
Vbi etiam quod nobilis, qui nequit operari di-
citur pauper, quamuis haberet illud,quod face
ret diuitem ruſticum, & artificem; Exemplo
Valerij Meſſalæ Conſulis pronepotis Cornini
Oratoris, cui Nero obtulit in ſingulos annos
81 quingenta ſextertia, † quibus paupertatem, &
inopiam ſuſtentaret; Quæ ſumma noſtræ pecu-
niæ eſt duodecim millium, & quingentorum
aureorum ex computatione *Bud.de aſſe & Tira.
d.c. 20. n. 158.* Quam pecuniam ſi aliqui hodie
habent, ditiſſimi exiſtimantur, & tamen tunc
temporis Meſſala credebatur paupertate labo-
rare pro ratione ſcilicet ſuæ dignitatis,& nobi-
litatis *Cornel.Tacit.annal.lib.1.*
Vigeſimoquinto. In huiuſmodi quarta compu-
tanda eſt dos parua vxoris cum alijs bonis ſuis
Caſtr. in d.auth. † *prateread.in fin.ubi* Dec.*n.5.
verſ. & ad pradicta.* & de magis communi te-
ſtatur *Gabr. conſ.142.in fin. n. 33. lib. 2. Hon-
ded. conſ.93. in fin. lib.* 1. Itaut etiam vxori ſit
imputandum in præfatam quartam † omne id,
quod maritus illi dedit inter viuos *Socc. Iun.
in l. in quartã. n.136.in fin.ff.ad leg. falcid.* In-
telligendo quod res donata,aut legata non ſim-
pliciter imputetur,aut minuat quartam vigore
iſtius imputationis, ſed quia vxor tanto minus
dicitur egere,quanto plura habet bona;† Ideo
minuitur quarta alia ratione,quàm imputatio-
nis. Vndè ſi vxor ante mortem mariti conſum-
pſiſſet, & dilapidaſſet quidquid ſibi ab eo fuit
donatum, non tamen eo caſu quarta diminue-
retur *Rip.in l.in quartam.nu. 188.ff.ad leg.fal-
cid.* Prout etiam diminueretur quarta quatenus
ipſa mulier haberet aliunde,quam à marito, li-
cèt illud nullo iure teneretur imputare,& ita in
terminis latè declarat *Surd. deciſ. 119. n. 30.*
vbi etiam *n.32.in fin.* concludit, quod circum-
ſcripto caſu *auth.praterea.* in quo propter do-
nationem dicitur extingui paupertas vxoris, in
alijs caſibus donata donatione valida,& ſimpli-
citer non imputantur in lucrum ſtaturi.
Vigeſimoſexto. Quod dictum eſt de ſucceſſione
vxoris viduæ in quarta parte bonorum mariti,
ſi tres filij ſint,aut pauciores, cum aliàs in viri-
85 lem portionem; † Intelligendum eſt de omni-
bus bonis mobilibus, & immobilibus, ſiuè ſitis
in domicilio viri, ſeu in alio territorio ob illam
rationem,quia iſta quarta defertur à iure com-
muni *Iaſ.in l. cunctos populos.in 2.repet.col.vlt.
nu.94. & 96. C.de ſum. trinit. Coler. de proceſſ.
exequutiu.p.1. c.3. n.241.* Cum aliàs in ſtatutis
loquentibus de ſucceſſione ſuperſtitis coniugis
in bonis prædefuncti ſiue quo ad medietatem
86 ſeu tertiam bonorum partem, † non veniant
niſi bona,quæ ſunt ſita in territorio ſtatuentiũ,
cum cætera bona regulentur ſecundum ſtatuta
propriorum locorum, in quibus reperiuntur
*Bart.in d.l cunctos populos. num.42. & ibi Iaſ.
n. 90.* Dummodo non ſimus in bonis mobilibus
quia in illis dabitur ſucceſſio in quocunq; loco
87 exiſtãt:† Iſta enim mobilia intelliguntur adhe-
rere quaſi oſſibus domini,& reputãtur de eo lo
co,in quo defunctus habuit domicilium, quaſi
immobilia concernant territorium,vbi ſita sũt,
bona autem ſe mouentia concernant perſonam
vbicunq;illa ſit *Coler.de proceſſib.exequut. p.1.
c.3.n.244.Bal.Affl.& alij* de quibus per *Farin.
conſ.71.n.1. & 7.*
Alia ad materiam huius auth. ſpectantia dicam
infra in capite particulari, vbi etiam quando,
& in quibus caſibus mulier poſſit renunciare hu
iuſmodi quartæ tam ante, quàm poſt contractũ
matrimonium, & quando poſſint remitti ali-
88 menta,tam queſita,quam acquirenda, † & an
ſit licitum marito paciſci cum vxore, ne teneа-
tur eam alere,de quo etiam *Surd.de alim.tit.7.
q.18. per tot.* Et ſi tempore mortis extent liberi
deindè contingat eos decedere, an vxor tunc
89 ſuccedat in vſufructu tãtum iſtius quartæ,† vel
etiam in proprietate,de quo *Natt. conſ. 605.in
1.dub. n.1. uſq; ad n. 8.* vbi concludit quod ſo-
lum in vſufructu; licet de hac ſententia dubitet
*Ioſeph. Ludouic. concluſ. 35. col.2. verſ. verùm
90 de hac deciſione.* † Et an vxor ratione dictæ
quartæ ſuccedat in bonis feudalibus *Idem
Natt.conſ.605.in* 2.*dub.n.8.* vbi concludit ne-
gatiue poſt Rom. *& Alex.in auth. prateread. C.
und. vir. & vxor. Andr.in cap.1.in fin.in verb.
iccirco quia fundatarius.nu.10.de inueſtitur. de
91 re alien.fact.* † Prout idem eſſet in bonis emphi-
teoticis, quæ de ſui natura non tranſeunt ac fœ-
minas,& æquiparantur bonis feudalibus,quid-
quid aliud ſit in fructibus bonorum emphyteo-
tico-

ticorum, ſeu feudalium *Ioſ. Ludou. concluſ. 35. in*
92 *fi. limit.* 3. † Et quando mulier haberet talem dotem, cum qua poſſet ſecundo nubere an excludatur à quarta affirmatiuè concludit *Gabr. conſ. 142. n. 19. lib. 1.*

EPITOME.

Appellans quando teneatur ſecundùm formam iuris communis, & Concilij Tridentini ſuis expẽſis transferre omnia acta ad iudicem appellationis. Pro ſententia ſine actis an ſit præſumendum. Et quando vis illius ſit ſuſpenſa, ſeu extincta per appellationem. Cauſa quando dici poſſit iuſtificata ad euitandum deſertionem, ſi vna tantum pars produxerit acta prioris inſtantiæ ſtante ſtatuto præfigente terminum vtriq; parti ad iuſtificandum, & impugnandum. Qua ponuntur ratione frequentioris vſus quando reſtringant diſpoſitionem.

SVMMARIVM.

1 *Appellanti an ſatis ſit exhibere ſententiam, ita ut uictori incumbat onus producendi acta, & probandi ſe iuſtam ſententiam reportaſſe. & n. 3. & quid in interlocutoria. n. 6. & quando ſolùm appellans proſequitur. num. 7. & quid ſi utraq. pars inſtat pro ſententia. n. 8. & quae opinio ſeruetur in praxi. n. 10.*

2 *Actor in cauſa principali remanet talis in cauſa appellationis.*

4 *Præſumitur pro ſententia in cauſa hæreſis etiã non producto proceſſu, Idem in ea, qua confirmatur per* Papam *cum clauſ. ſublata.*

9 *Nullitatem allegans tenetur exhibere omnia acta. & n. 19.*

11 *Cautela ne deſeratur inſtantia.*

12 *Præſumptio ſententiæ an ſit extincta, uel ſuſpẽſa pendente appellatione. & n. 13. & 14.*

15 *Appellans quando teneatur transferre omnia acta ad iudicem appellationis ſuis expenſis ſecundum formam* Concilij Tridentini. *& n. 16 17. 18. 21. & 22.*

20 *Poſita ratione frequentioris uſus non excludunt caſus ſimiles.*

23 *Concilium non reſpicit fauorem* Epiſcopi *circa transportationem actorum, ſed iudicis ad quẽ.*

24 *Non eſt audiendus aliquis non transportato proceſſu, quamuis eo nolit uti.*

25 *Clauſula quam & quas quomodo intelligatur poſt* Concilium.

26 *Exercitium iuriſdictionis impeditur per non exhibitionem actorum, & an ſanetur huiuſmodi nullitas per ſignaturam. n. 27.*

28 *Productio actorum debet eſſe integra, & an præſumatur talis. nu. 29. & an ſufficiat productio uerbalis. nu. 32. & 33. & quid ſi acta ſint non releuantia. n. 35. & 36.*

30 *In productione actorum an ſit pars citanda. n. 31.*

34 *In cauſa ſpolij, mandati de manutenẽdo, in ſummarijs, & poſſeſſorijs etiam ſuſpenſa petitoria requiritur productio actorum.*

37 *Productio actorum magis eſt facienda ſtante ſtatuto præfigente terminum partibus ad impugnandum, & probandum.*

38 *Statutum quamuis imponat utriq. parti terminum ad iuſtificandum an dicatur cauſa iuſtificata ad euitãdum deſertionem ſi una pars tantum produxerit acta.*

39 *Poteſt quis ſe fundare ſuper iuribus productis ab aduerſario.*

40 *Appellatus poteſt uti appellatiane interpoſita per appellantem petendo reformari ſentẽtiam non ſecus ac ſi ipſe appellaſſet.*

CAPVT CXXI.

COntra appellantem dicebatur non poſſe declarari allegatam deſſertionem, de qua in cauſa mihi commiſſa; Nam quamuis idem appellans non produxerit acta prioris inſtantiæ; Tamen ſatis illi fuit exhibuiſſe ſententiam, cum victori incumbat onus probandi ſe iuſtitiã fouere, quaſi appellatione pendente omnia ſint in ſtatu, ac ſi non eſſet lata ſententia; vnde appel-
1 lans tenetur tantum probare † ſic fuiſſe iudicatum, & conſequenter ſe grauatum, cum ex hoc ſolo fundetur eius appellatio, & iuriſdictio Iudicis; Appellatus autem debet oſtendere, quod ſententia pro ſe lata fuerit iuſta, non dando nouas probationes, ſi non vult, ſed producendo acta iam geſta Hæc eſt communis diſtinctio Doctorum *in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellat. ubi Cin. in fin. uerſ. quarto opponitur. Petr. Iacob. de* Rauen. *Bald. & alij* de quibus per *Sur.*
2 qui de communi *deciſ. 327. num. 3.* † ibi quod ille, qui eſt originaliter actor in cauſa principali remanet actor in cauſa appellationis, per quam nihil immutatur *l. 3. C. de appel.* & ſufficit appellanti docere ſe ex iuſta cauſa appellaſſe, & intra legitima tẽpora *c. romana. 3. §. ſi uero eod. tit. in 6.* ita vt de prædictis dicatur conſtare per productionem ſententiæ *Cin. in l. per hanc. q. 5. in fin. uerſ. aut. quærimus cui incumbat. C. de tẽpor. appell.* & eſt deciſio Rotæ per *Caputaq. 128.*
3 *p. 3.* † vbi quod petens reuocari ſententiam ſufficit, vt producat appellationem, ſed qui inſtat pro confirmatione debet producere proceſſum, & acta, ſine quibus nihil ſententia probat; Appellans enim poteſt dicere ſe non citatum, ideo
4 ſententiam nullã: † Dummodo non ſimus in ſententia lata ſuper abſolutione inquiſiti de hæreſi, pro qua præſumitur etiam non producto proceſſu, quia in eo crimine non datur copia illius per inquiſitores *Caſſad. deciſ. 1. n. 1. de præſumption. Caputaq. deciſ. 134. p. 3.* vbi addit idem
5 in ſententia confirmata per Papam † cum clauſula ſublata alijs iudicandi facultate, per quam clauditur os, ita vt aliquid non poſſit dici *Pariſ. conſ. 38. n. 7. lib. 4.*

Quæ magis erant admittenda, quia ſumus in ſententia definitiua, cum in interlocutoria appel-
6 lans ſiue ſit originaliter actor, ſiue reus † ſemper debeat producere acta in cauſa ad iuſtificandum

dam ſuam appellationem *Guid.Pap.q.20. nu.1.*
& q. 436. concluſ.7. n.9.in fin. uerſ.& ita ſeruatur. Prout etiam quando ſolum appellans
7 proſequeretur appellationem, † altera enim
parte exiſtente contumace, is qui proſequitur
teneretur ad exhibitionem actorum *Bart. in*
auth. debie. qui ingrediunt. ad appellation. in
prine.n.19. col.3. Gabr. de appellation. concluſ.
5.n.16, qui ita diſtinguit poſt *Aretin.in c. quoniam contra.col.9.uerſ. pro intellectu. de probation.*

Prædictis tamen non obſtãtibus contrariũ Declaraui; Nã eramus in probatione, quæ fit per mo-
8 dum abnegatiuum, † eum dictum fuerit ſententiam latã eſſe non præcedẽte cauſæ cognitione,
& iniuſtam ex eiſdem actis, tanquam non continentem cauſam, & ſolemuitatem; propter quã
debuerit condemnari etiam nulla præuia citatione, quo caſu licèt vtraq; pars proſequatur
appellationem, incumbit appellanti onus producendi acta prioris inſtantiæ, cum illa ſint per
iudicem inſpicienda *Bart.in auth.de his qui ingrediunt.ad appellat.in princ. n.16. col.3. & in*
l.hi qui ad ciuilia.ſub n.4.C.de appellat.& in l.
1.ff.ſi tut.uel curat.appellan. Cappell.*Tholoſ.deciſ.341. ad med. uerſ. aut utraq. pars proſequitur.*Guid.Pap.*q.439.nu.9. concluſ.7.uerſ.quandoq.Papienſ.in form. appellationis.in uerb.& in*
quantum.num.6. Maſq.*de probation.concl.c 15.*
nu.5. & eſt deciſio Rot.*per Cardinal. Seraphin.*
9 *Imolen.caſtrorum.16.martij. 1576. in fin.* † vbi
quod allegans nullitatem tenetur exhibere omnia acta, vt poſſit argui contra ſententiam, quaſi tunc appellans, ſeu dicens de nullitate ſuſcipiat onus probandi ſententiam iniquam, &
nullam; Ideo ſi velit obtinere probabit ſuam intentionem exhibendo proceſſum, & omnia acta
Vant. in tit. à quo & à quib. nullit. deducat.
10 *n.20.* † & ita ſeruari in omnibus curijs ſiue ſimus in ſententijs definitiuis, ſiue interlocutorijs teſtatur *Ranchinus in addit. ad Guid. Pap.*
q.20.

Ideo datur cantela, ne inſtantia effugiat, aut cauſa non deſeratur, vt acta exhibeantur coram Iudi-
11 ce appellationis, quibus exhibitis † idem Iudex
per appellantem interpelletur pro expeditione
cauſę, tunc enim quaſi negligens conſtituitur in
mora, & in prçiudicium partis tempus non currit *Vant. de nullit. defect. iuriſd. n.117.*

Non obſtat quod appellatione pendente nihil ſit immutatũ, cum immo præſumptio ſententię fue-
12 rit per eam ſuſpenſa † *Felin.in rubr.de appellation.n.1.Couarr.pract. quaeſt.c. 23. n.c.verſ.his accedit quod ſententia.* Quia ſolùm intelligitur
ſuſpenſio quo ad impediendum effectum ſentẽtiæ, non quo ad alia, cum etiam pro Iudice præ-
13 ſumatur non obſtante appellatione, † quamuis iſta præſumptio non ſit ita vrgens, prout
eſt, quando non fuit appellatum *Dec. in c. quoniam contra.num.33.in gloſ. fin.col.16. ad med.*
verſ.& licèt ſit iſta cõmunis opinio.de probation.
cum alijs *per Surd.de alim. q.120.tit.1.num.11.*
Et quamuis de iure ciuili appellatio extinguat
14 in totum iudicatum, ac eius effectum, † ac ſi
non fuiſſet lata ſententia; tamen ſecus e de iure
canonico *Iaſ..in l.c.n.9.col.3.in prin. de re iud.*
Mandoſ.form.20.commiſ.q.4.in princ.

Neq; hodie amplius eſt dubitandum ſtante diſpoſitione *Sacri Concilij Tridentini. c.20. ſeſſ. 24.*
15 vbi ſi quis appellauerit † in caſibus à iure permiſſi tenetur ſuis expenſis transferre acta omnia coram Epiſcopo geſta ad Iudicem appellationis, & ſi appellatus cõpareat cogitur ſubire
expenſas pro ſua portione quo ad acta, quæ sũt
tranſlata, ſi illis vti voluerit, niſi aliter ſeruetur ex loci conſuetudine, vt ſcilicet ad appellãtem ſolùm hoc onus pertineat, prout huiuſmodi
ſtilum in aliquibus curijs extare dicit *Gui.Pap.*
q.20.

Maximè quia ſumus in actis factis in cauſa princi-
16 pali, de cuius appellatione cognoſcitur; † cum
ſecus eſſet in actis aliarum cauſarum *Rot. per Cardin. Seraphin. Toletana. penſionis. 22.maij.*
1592. Prout etiam quando cauſæ ſunt diuerſæ,
Licèt enim vna dependat ab altera non habet
17 locum huiuſmodi productio actorum, † vt eſt
iudicium euictionis cum cauſa principali, in
qua fuit facta euictio. *Rot.diuerſ.deciſ.445.p.1.*
& per Cardin. Seraphin. burgen. S. Sepulchri.
bonorum.1.decembr.1594.

Accedat quod præfata diſpoſitio Concilij habet
locum etiam in actis factis in partibus coram
18 Iudice delegato; †. Nam de iure communi,
qui vult proſequi appellationem debet producere acta primæ inſtantiæ, vt de iniquitate
19 ſententiæ poſſit dicere † iuxtà *l.eos.6. §.ſuperbis. C. de apell.c. cupientes. 16.verſ.cum omnibus.actis.iuribus.de elect. in 6.* & in terminis de
iudice delegato eſt *deeſ. Rot.coram.*R.P.D.*Gipsio. Placentina. adminiſtrationis ſacramenti.1.*
decembris.1567.

Non obſtat Concilium loqui dumtaxat de Epiſcopis. Quia illud nomen ſolum reſpicit effectum proſecutionis appellationis, & non exclu-
20 dit alios, † & fuit appoſitum ratione frequentioris vſus, quod non reſtringit diſpoſitionem
gloſ. in l.1. in princ. C. de his qui ad eccleſ. confug. & in clem.1. in verb.præſidentes. in fin.de
reſcript. & in l. 2. in princ. in verb. filio præcedente.ff. de vulg. & pupill.vbi Iaſ.colum.2.&
Rip. n.10. Maximè quando adeſt eadem ratio
tam in caſu minus frequenti, quam frequentiori, tunc enim eſt apta continere vtranq; diſpoſitionem, & tam vnum caſum quàm alium reſpicere, vt declarat latè *Menoch. conſ. 106.*
n.249. uſq; ad num.253. lib.2.Tiraq.de retract.
lignag.§.20.num.4.gloſ. 2. prout in ſimili dicit
21 *Surd.deciſ.19. n.2. in fin.verſ.ordo.autem.* † &
in ſpecie eſt deciſio *Rot. per* R. P. D. *Orananus.*
Viterbon.parochialis.23.iunij.1586. licèt *coram*
R.P.D. *Penia. Imolen. affictus. 30.aprilis.1604.*
22 dicatur, † quod diſpoſitio Concilij circa transportationem actorum ſolum procedat in cauſa
fori Eccleſiaſtici, non autem profana.

Minus obſtat quod Concilium conſideret fauorẽ
Epiſcoporum; Quia ille fauor eſt quo ad co-

gni-

gnitionem cauſarum; Nam circa tranſportatio-
nem actorum conſideratur iudex ad quem, vt
23 poſſit inſtrui de meritis cauſæ; † quod fieri non
poteſt, niſi producantur acta prout reſoluit Rota
coram R.P.D. Grotio in cauſa placentina admi-
niſtrationis ſacramenti. 1. decembris. 1597;
Amplius adeo requiritur tranſportatio proceſſus
primæ inſtantiæ, vt non poſſit quis audiri illo
non producto quamuis nolit uti, cum obſtet
24 Concil. d.c. 20. ſeſſ. 24. † Quia de facili fraus
fieri poſſet, ſi quis ſuccubuerit in prima inſtan-
tia ſub ſpe alterius iudicij, & vellet procedere
prout in prima in dependentibus ab eodem ne-
gotio, & ad cauſam iam commiſſam, quæ ſine
dicto proceſſu non poteſt expediri non obſtan-
25 te clauſula quam & quas: † Quia poſt Conci-
lium Rota, & Signatura intelligunt, vt iſta clau-
ſula non operetur, niſi tranſportato proceſſu in
cauſis appellationum, aut dependentibus ab ei-
ſdem; Neque enim poteſt ſtatui an ſit idem iu-
dicium, vel diuerſum, niſi viſo primo proceſſu,
vel adeatur Signatura, quę mandet, vt proce-
datur prout in prima; Vnde non obſtat, quod
quis nolit vti, vel intendat proſequi nouum iu-
dicium, & ita in terminis reſoluit Rot. coram
Card. Blanchetto. valentina parochialis. 13.
ianuarij. 1580.
Immò etiam ob non tranſportationem actorum
impeditur exercitium iuriſdictionis; licèt geſta
26 non poſſint dici omnino nulla, † ſi non deficit
fundamentum iuriſdictionis radicatum in com-
miſſione ad notata per Bart. in l. multum inte-
reſt. 21. n. 2. verſ. & hæc ſunt vtilia ad quæſtio-
nem de condit. & demonſtrat. Achill. deciſ. 7.
de ſent. & re iudic. & reſoluit Rot. coram
R.P.D. Penia panormitana archidiaconatus. 26.
februarij. 1590. vbi etiam non fuit reuocatum,
ſed ſolum ſuſpenſum mandatum conceſſum de
manutenẽdo, ſuſpendendo executionem, donec
trãſportatis actis cognoſceretur de illius iniu-
27 ſtitia † Et huiuſmodi nullitas ob non tranſpor-
tationem actorum non ſolet ſanari à Signatura
Vant. de nullitat. ex defect. iuriſd. & mand.
n. 6. Staffil. de litter. inſtit. verſ. in primis igi-
tur. Neq; ſufficiet productio actorum, niſi inte-
28 grè facta fuerit † c. cupientes. 16. de elect. in 6.
Vant. de nullitat. in tit. à quo & quib. mod. n. 21.
Rot. coram Cardin. Millin. placentina caſtri. 4.
iulij. 1601. Quamuis in dubio præſumerentur
29 integra; † Vnde allegnati contrarium incum-
beret onus probandi Rot. per R.P.D. Ludoui-
ſium. Mediolanen. bonorum. emphiteot. 10. ia-
nuarij. 1602. Immò etiam requiritur citatio
partis, quia alias productio actorum non ſuf-
30 fragaretur. † Rota deciſ. 1. n. 3. de fid. inſtrum.
in nou. Angel. in l. properandum. §. ſin autem
reus. nu. 2. C. de iudic. Cæſar. de Graſſ. deciſion. 9.
31 alias. 37. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. † Dummo-
do non fuerit perſeueratum in actis; & pars
poſtea fuerit in iudicio citata, quia tunc ſuffi-
ciet, & dicuntur de actis Bald. in l. ſi quando in
fin. q. 14. C. de teſtib. Idem Graſſ. deciſ. 16. num. 5.
32 de probation. † Itaut neque ſufficiat productio
verbalis Bart. in extrauag. ad reprimendum. nu.
3. verſ. per hoc dico quod relationis nunciorum.
Roman. conſil. 319. in cauſa propoſitæ conſultatio
nis. num. 3. ad med. verſ. & ita punctualiter. Rot.
diuerſ. deciſ. 445. dubitatum fuit. n. 1. p. 1. Dum-
33 modo non adſit clauſula tenoris &c. † quæ ha-
bet vim veræ productionis Rot. per Cardinal.
Blanchett. Ferarien. bonorum. 9. maij. 1594.
Quamuis ſimus in ſimplici poſſeſſorio mandati
34 de manutenendo, † quia etiam requiritur pro-
ductio actorum Rota coram. R. P. D. Cordub.
caſalen. beneficij. 17. nouembris. 1595. Prout
idem in cauſa ſpolij, ſeu nullitatis, & alijs poſ-
ſeſſorijs etiam ſuſpenſo petitorio Vant. de nul-
litat. quot. à & quib. nu. 127. Rot. per. Cardinal.
35 Pamphil. licien. abbatiæ. 19. decembris. 1593. †
etiam quod acta ſint non releuantia Rot. coram
Cardinal. Blanchett. maioricen. officij. 21. iunij.
1591. licèt contrarium voluerit Rot. coram
R.P.D. Penia. Imolen. affictus. 20. aprilis. 1604.
36 Et quamuis factum ſit ſummarium; † quia etiã
ſunt producenda acta Idem Card. Blanche. in d.
cauſa maioricen. officij.
Fuit poſtea exhibitum reſcriptum S. D. N. in quo
committebatur cognitio cauſæ in negotio prin-
cipali non obſtante deſertione; Vnde quo ad
prętenſam rem iudicatam nihil declaraui; licèt
ſine prædictis eſſet clara deſertio contra appel-
37 lantem ex ſupra allegatis: † Quæ magis pro
cedebant propter ſtatutum, de quo in actis, præ-
figens terminum partibus ad impugnandum,
probandum, ſeu iuſtificandum, ne cauſæ appella
tionum in longum protrahantur Alex. conſil. 19
viſo proceſſu cauſæ. col. 3. verſ. vnde puto. num. 3.
lib. 1. & notat Surd. deciſ. 327. num. 4. verſic. ad
tollendas lib. 2. Vbi etiam concludit ſufficere
38 ad euitandum deſertionem, † quod vna tantum
pars produxerit acta, cum ex hoc dicatur cauſa
iuſtificata, quamuis ſtatutum imponat vtriq;
parti terminum ad iuſtificandum, cum appel-
lans fecerit id quod appellatus facere debebat
& fuerit præuentus in productione actorum,
ideo excuſatur ad not. per Bart. in l. diuus. & in
l. fin. colum. penul. verſ. quid ſi talis denunciator
de cuſtod. reor. & in l. ſororem. ff. de his quib.
vt indign. Roland. de lucr. dot. q. 67. num. 2. Pe-
regr. de iur. fiſc. lib. 12. tit. 3. num. 18. & quia po-
teſt quis ſe fundare ſuper iuribus productis ab
39 aduerſario † gloſ. in l. 1. §. editiones. in verb.
die. in fin. verſic. item quod ſi ſpontè. & ibi Iaſ.
num. 16. col. 2. verſ. venio ad quintam partem. ff.
de edend. Cum etiam quod magis eſt poſſit ap-
pellatus vti appellatione interpoſita per appel-
lantem, & oſtendere ſe grauatum à primo iu-
40 dice petendo reformari ſententiam, † non ſe-
cus ac ſi ipſe appellaſſet l. fin. C. quand. prouoc.
non eſt neceſ. Rot. deciſ. 7. de appellat. in nou. Go-
meſ. de annal. q. 65. in fi. verſ. præterea. Caputaq.
deciſ. 36. n. 4. lib. 1. Sur. deciſ. 143. p. 1. & deciſ. 327
n. 8. p. 2. cum declarationibus quas adduxi deciſ.
83. & ibid. etiam in addit. & ſup. c. 1.

EPI-

EPITOME.

Fideiuſſor an obligetur quando lex reſiſtit obliga-
tioni principalis. Exceptio ſalſæ cauſæ decreti
iudicis in contractu mulieris, & minorum quan
do annullet obligationem ipſo iure, & intret ſpo
lium. Et quid ſi decretum fuerit interpoſitum
partim ex vera, partim ex falſa cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non obligatur nec ciuiliter, neq; na-
turaliter ſi lex reſiſtit obligationi. Intellige
vt num. 22.*

2 *Obligatio fideiuſſoris pro minore & muliere
non ſubſiſtit in contractu celebrato contra
formam ſtatuti. & nu. 4. Declara vt nu. 10.
& 12.*

3 *Fideiuſſor an obligetur in plus quàm principa-
lis. & n. 11.*

5 *Nullitas decreti non excluditur quamus ſit in-
terpoſitum partim ex vera, partim ex falſa cau
ſa, & eſt nullum ipſo iure. n. 8.*

7 *Subhaſtatio vigore decreti non ritè interpoſiti
eſt nulla cum omnibus inde ſecutis, & intrat
ſpolium.*

9 *Falſa cauſa vitiat priuilegium, vnionem, iura-
mentum, & ſimilia.*

13 *Venditor non cogitur præcisè transferre domi-
nium in emptorem, ſed ſolum tenetur ad in-
tereſſe.*

14 *Sublata obligatione principali an & quando
tollatur acceſſoria fideiuſſoris. & n. 16. 17. 18.
21. 23. 25. 26. 27. & 28.*

15 *Contractus nullus ob non ſeruatas ſolemnita-
tes fauore alicuius an ſit omnino nullus.*

19 *Seruus & filiusfamilias ſi non obligantur ex
ſuo contractu an obligentur pro eo pater, do-
minus. & fideiuſſores.*

20 *Subſtantialia, naturalia, & accidentalia con-
tractus quæ ſint.*

24 *Fideiuſſoris obligatio vt valeat an requiratur
notitia nullitatis contractus principalis.*

CAPVT CXXII.

QVoties lex reſiſtit obligationi fideiuſſor non
obligatur *l. cum lex. vbi Bart. col. vlt.*
1 *in fin. de fideiuſſor.* † Ita vt eo caſu nul-
la oriatur obligatio nec ciuilis, neque naturalis
*Bald. in l. non dubium. col. fin. verſ. ſecundo quæ-
ro. n. 29. C. de legib.* Roman. *cõſ. 437. in 1. dub.* &
multa adducit Bertazzol. *clauſ. 7. nu. 2. & 3.
gloſ. 19.* vbi quod neque tunc poterit fideiuſſor
obligari *l. ſi ſeruus. 9. in princ. ff. ſi quis cau-
tion.* Caſtr. *in l. 1. §. ſi quis ita. col. 2. in fin. n. 6.
verſ. item nota ff. de verbor. obligation.*
Ex iſtis dicebatur non poſſe agi contra fideiuſſo-
2 rem, qui acceſſit pro minore, † ſeu muliere in
contractu celebrato contra formam ſtatuti, de
quo in proceſſu, quaſi obligatio acceſſoria ad
actum nullum debeat etiam nulla iudicari *l. ſi
fideiuſſor obligari, 17. in princ. vbi gloſ. in verb.
non eſt. de fideiuſſor.* Bald. *conſ. 261. primo quæ-
ritur. n. 7. lib. 1.* Gabr. *concluſ. 10. nu. 3. de clau-*
3 *ſul.* † Cum non debeat fideiuſſor obligari in
plus, quàm principalis *l. græce. §. illud. & l. ſi-
cut. de fideiuſſor.* Marſil. *in rubr. eod. tit. n. 291.*
4 *Surd. deciſ. 158. nu. 9.* † Et ita in ſpecie conclu-
dit *Iaſ. in l. ſi non ſortem. in princ. nu. 2. verſ.
quarto nota. de condic. indeb.* Roman. *conſ. 437.
col. 1. Anchar. conſ. 330. viſis facti, narratione
copijs. col. 5. in princ. verſ. ſed his non obſtanti-
bus.* Soccin. *conſ. 273. in præſenti conſultatione.
col. 1. lib. 2.*
Quod magis erat dicẽdum in caſu, de quo agebã-
mus ſtante nullitate decreti tanquam ex falſa
cauſa interpoſiti *l. tutor ſi petitus. 10. de tutor.
& curator. dat. dat. ab his. l. ſextia egreſſa. 26. ff.*
5 *eod. tit.* † Ita vt neque excludatur nullitas decre-
ti, quamuis adhibiti partim pro vera, partim
pro falſa cauſa *Caſtr. in l. ſi non ſortem. §. ſi cen-
tum. nu. 2. de condic. indeb.* Rot. *per* R. P. D. Oran.
*Aſsiſien. ſubhaſtationis. 15. nouembris. 1596.
& coram* R. P. D. *Bubal. Salamantin. penſio-*
6 *nis. 9. maij. 1583.* licet excedatur in minimo, †
cum etiam tunc decretum ſit nullum *Iaſ. in d. §.
ſi centum. nu. 1. ad med.* Rot. *coram* R. P. D. *Iu-
ſto. romana ſpolij bonorum. 11. februar. 1600.*
7 vbi quod ſubhaſtatio vigore huius decreti, †
cum omnibus inde ſequutis eſt nulla, & intrat
ſpolium ampliando ad quemcunque accipiẽtem
poſſeſſionem prætextu decreti nulli, cum iudicis
auctoritas non eximat à pœna iuris ciuilis *Fe-*
8 *lin. in c. cum cauſa. n. 3. in fi. de offic. deleg.* † Itaut
data falſitate cauſæ decretum ſit nullum ipſo iu
re *l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei qui in poſ-
ſeſſ. miſſ. eſt.* Corn. *conſ. 132. nu. 12. col. vlt. poſt
med. verſ. & decretum. lib. 2.* Rot. *coram* R. P. D.
Penia romana ſocietatis officij. 13. iunij. 1602.
vbi de obligatione vxoris narrantis ſe indige-
re pecunia pro colendo prædio, quod cum eſſet
datum in dotem marito non debebat per vxorẽ
coli, ſed per eius virum; Vnde pecuniæ non
poterant dici acceptæ in vtilitatem vxoris, &
ſic huiuſmodi decretum tanquam ex falſa cau-
ſa erit iudicandum nullum, prout etiam obliga-
9 tio iudicabitur nulla. † Quemadmodum etiam
dicimus falſam cauſam vitiare priuilegium,
vnionem Eccleſiarum, diſpenſationem, iura-
mentum, dationem in ſolutum, hæredis inſtitu-
tionem, laudum, tranſactionem, diuiſionem, &
alia ſimilia, de quibus *per Menoch. conſ. 91. nu.
40. vſque ad n. 51. lib. 1.*
Quibus tamen non obſtantibus contrarium De-
clarari, quod immo fideiuſſores non ſint libe-
10 rati; † Nam illorum obligatio erat tanquam
principalium, vnde ſtabat de per ſe, & ſepara-
ta ab obligatione contractus, pro quo fuit fa-
cta fideiuſſio: Quod etiã haberet locũ, quamuis
non adeſſent huiuſmodi verba tanquam princi-
pales propter iuramentum, de quo in caſu no-
ſtro, & propter clauſulam omni meliori modo,
cum obligatione Camerali, quæ omnia æquipol-
lent obligationi principalis *Natt. conſ. 26.
nu. 14.* Gabr. *concluſ. 5. de minor.* Seraphin. *priuil.*

rum quod hoc caſu. lib. 1. cū alijs ſupra allegatis.
Nec facit quod non adſit conſenſus fideiuſſoris ex capite ignorantiæ, cum non habuerit notitiam nullitatis cōtractus prout requirebatur, vt eius
24 obligatio valeret. † Quia ſtante obligatione camerali hoc non poterit allegari *Pariſ. conſ. 16. nu. 111. lib. 2. Rot. coram* R. P. D. *Oran. ſeu Card. Seraphin. romana euictionis domus. 5. iunij. 1599.*
Ex prędictis igitur patet veram eſſe concluſionem, & in praxi ſeruādam, quod neque falſitas cauſæ in decreto iudicis in obligatione minoris inter-
25 poſito † operatur liberationem fideiuſſorum, qui ſe obligarunt tanquam principales, & cum iuramento, quod habet vim clauſulæ omni meliori modo *Bart. in l. ſi quis pro eo, nu. 15. de fideiuſſor. Natt. conſ. 261. n. 19. Couar. in c. quamuis. p. 2. §. 6. nu. 6. de pact. Alex. conſ. 29. nu. 35.*
26 *lib. 7.* † quaſi tunc non ſimus in ſimplici fideiuſſore, ſed in principalibus, & duobus reis debendi *Decian. conſ. 32. nu. 5. lib. 2.* Quod magis eſſet ſi fideiuſſores in inſtrumento, prout paſſim ſolitum eſt fieri, ſe obligaſſent non allegare nullitatem contractus, ſed ea non obſtante ſolue-
27 re, & adimplere. † Nam iſtius pacti vigore non poterit allegari nullitas *Ang. conſ. 183. Alex. conſ. 31. nu. 4. lib. 2. Rota per* R. P. D. *Oranum romana cenſus de prouanis. 8. aprilis. 1598.* vbi quod Doctores contrarium tenentes loquuntur, quando obligatio minoris fuit à principio
28 nulla, † quia natiuitati obligationis ſtatutum reſiſtebat *Cephal. conſ. 437. nu. 29.* tunc enim annullatur etiam obligatio fideiuſſoris, cum nullitas ſit ob defectum formæ, quæ facit contractum à principio non valere, quaſi eo caſu nihil adſit, in quo conſiſtat obligatio acceſſoria *Rot. per* R. P. D. *Iuſtum. tudertina cenſus. 26. maij. 1600.* vbi quod ita declaratur opinio *Bart. in l. cum lex. ff. de fideiuſſor.*

EPITOME.

Monachus an poſſit eſſe elector pauperum, conſiliarius, iudex compulſorialis, & executor teſtamenti. Laicus an ſit capax beneficij eccleſiaſtici quamuis reputetur clericus. Beneficia quomodo dicantur continere ſpiritualitatem, & temporalitatem. Monachus an ſit habilis ad obtinendum beneficia ſecularia curata ſine diſpenſatione, & quid in Canonico Regulari. Clericatus in quibus caſibus ſit præſumendus in forma ſolemni.

SVMMARIVM.

Monachi an poſſint eſſe executores teſtamentorum ſine licentia ſuperioris, & executio an ſit nulla ſi non opponatur. & quid in ſententia, & alij per eum geſtis. n. 2. 3. & 5.

Negatiua præcedens verbum poteſt, inducit neceſſitatem, & reddit actum impoſſibilem.

Multa facta tenent quæ à principio fieri prohibentur.

7. *Diſpoſitio & adminiſtratio pecuniarum eſt priuatus interdicta monacho.*

8. *Miles non poteſt eſſe procurator, valebunt tamen geſta per eum. Idem in clerico.*

9. *Monachus non poteſt eſſe iudex compulſorialis.*

10. *Monachus non eſt habilis ad beneficia ſecularia ſine diſpenſatione.*

11. *Beneficia ſecularia ſunt conferenda ſecularibus, & regularia regularibus.*

12. *Verba Concil Trid. c. 21. ſeſſ. 25. an ſint præceptiua, ſeu conſultiua.*

13. *Monachus mortuus mundo, & non habet proprium.*

14. *Beneficia omnia continent ſpiritualitatem, & temporalitatem. Intellige, ut nu. 15.*

16. *Regimen animarum eſt pretioſius omnibus rebus, & corporibus.*

17. *Laicus nō eſt capax beneficij eccleſiaſtici quāuis reputetur clericus. intellige, ut nu. 18. & 19.*

20. *Clericatus in quibus caſibus debeat præſumi & num. 21.*

22. *Canonico regulari an poſſit prouideri de beneficio curato ſeculari. & quid in tranſlato ad alium ordinem. nu. 23. & an requiratur diſpenſatio Epiſcopi. nu. 24.*

25. *Monachus poteſt eſſe elector pauperum, quibus teſtator mandauit aliquid diſtribui.*

26. *Monachus poteſt eſſe conſultor quando teſtator mandat, ut teſtamentum exequi debeat cum conſilio illius, non tamen exequi. nu. 27.*

28. *Actus eſt nullus non petito, & expectato conſilio alterius, qui illud debebat præſtare.*

CAPVT CXXIIII.

Laudum ſeu ſententiam latam per Monachum, de qua in caſu mihi propoſito dicebatur validam eſſe, nam licèt ille non poſſit arbitrari, neque cum Superioris licentia *Dec. conſ. 494. nu. 4. cum alijs quos adduxi deciſ. 84. n. 10.* Tamen cum fuerit iudicatum, ſuccedit regula illa, quod multa facta tenent, quæ à principio fieri prohibentur *l. à patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui. vel alien. iur.* Exemplo eius, quod dicimus de Monachis, qui non poſſunt eſſe executores
1 teſtamentorum † niſi impetrata licentia Superioris, non tamen executio per eoſdem facta erit nulla ſi non opponatur *Rom. conſ. 400. quo ad primum. nu. 6. in 2. dub. Felin. Feder. & alij* de quibus *per Couarr. in c. tua nobis. 19. n. 1. in fin. verſ. quid autem gerit dicendum. de teſtam.* cum alijs *per Duen. re. 381. nu. 6. ad med.*
Contrarium tamen Declaraui, quod immo ſimpli-
2 citer non valeant geſta per Monachum, † prout concludit *Franc. in c. 12. in prima. nu. 11 verſ. ſecundo tene mentem de teſtamen. & Socin. conſ. 172 ſupradicta cauſa in fin. lib. 1.* vbi quod neque de licentia ſui Superioris poteſt eſſe executor *Dec. conſ. 499. in cauſa. col. 1. nu. 2.* vbi amplius etiam quod laudum fuerit ſequutum *Rimin. Iun. conſ. 403. per tot. Mandoſ. ad Rom. conſ.*

284. Ratio autem eſt, quia verba *text. in cap. 2.*
3 *quod incip. religioſus. de teſtam. in 6.* † prohiben
tia, quod Monachus non poſſit eſſe executor,
inducũt nullitatem actus, quaſi negatiua præce-
dat verbum poteſt, quæ tunc reddit de iure actũ
4 impoſſibilem, † & importat neceſſitatem, formã,
& ſolemnitatem *gloſ. in c. 1. in verb. non poteſt.*
de reg. iur. in 6. Bart. in l. vlt. col. 2. n. 7. verſ. ſed.
quæro quid, ſi iudex. ff. de ferijs. Tiraq. ad l. 16.
connub. gloſ. 4. nu. 1. verſ. tamen ſi illi iungatur.
Ceuall. q. 104. n. 5.

Maximè quia iſti Monachi, & fratres minores exe-
quendo voluntates teſtantium veniunt contra
5 eorum regulam, & votum ſolemne † ad text. *in*
clem. exiui. de verb. ſignificat. Ideò executio eſt
nulla *c. meminimus, qui cleric. vel vouent.* Vnde
regula illa multa facta tenent, quæ à principio
fieri prohibentur non habet locum, quando eſ-
6 ſemus in perſona habente votum ſolemne, † ſed
ſolùm procedit in voto non ſolemni, vt declarat
Mandoſ. ad Rom. conſ. 409. Neque enim decens
eſt Monachum ſe immiſcere vbi agitur de ad-
miniſtrandis pecunijs, & illarum diſpoſitione,
7 quæ illi eſt penitus interdicta † tanquam eius
regulæ contradicens *Bald. conſ. 399. de princi-*
pali inſtrumento. in princ. nu. 2. & in fin. nu. 7.
lib. 5. vbi etiam allegat *Cin. in l. ſi quis ex*
conſenſu. C. de epiſcop. audient. & in l. quidam
decedens. de adminiſtr. tutor. Aliàs de facili poſ-
ſet hoc officium trahi ad quęſtum pecuniarium,
& faceret illum non abſtractum à temporali-
bus contra mentem regulæ, quod non eſt per-
mittendum *Bald. in auth. ingreſſi. in fin. C. de*
ſacroſ. eccleſ.

Nec facit quod valeant geſta per Militem quam-
8 uis ipſe non poſſit eſſe procurator † *l. filiusfa-*
milias. §. veterani. ff. de procurat. Prout etiam
dicimus de Clerico, cuius inſtrumenta valebũt
licèt non poſſit eſſe tabellio *Io. Andr. in c. ſicut.*
ne cleric. vel monach.

Quia in Monachis prohibitio eſt magis ſtricta
Abb. in c. in noſtra. col. fin. de procurat. vnde non
eſt par ratio; & ita ſeruãdum eſſe docet *Couar.*
in c. tua nobis. 17. nu. 2. in fin. verſ. nec procedit
argumentatio. de teſtam. Ceuall. q. 404. nu. 4. &
5. Ideò neque Monachus poteſt eſſe Iudex com-
9 pulſorialis, † & ſi compulſet facit acta nulla, &
non legitimè extracta, quamuis pars fuiſſet præ-
ſens nihil opponendo, cum religioſus non poſ-
ſit ſe intromittere in iudicialibus *Caputaquen.*
deciſ. 174. lib. 1.

Ob prædictam rationem quod Monachi habẽt re-
gulam magis arctam, cùm aliàs dubitaretur, an
illi ſint habiles ad beneficia ſecularia ſine di-
10 ſpenſatione † Dixi concludendum negatiuè;
ità vt collatio non teneat; quamuis ſit motu
proprio *Gardin. in clem. 1. q. 27. col. fin. n. 23. de*
electione. Alex. conſ. 70. in cauſa inter dominum.
col. vlt. in princ. n. 13. verſ. ſecundo principali-
ter. lib. 3. Couarr. in c. 2. nu. 3. in fin. de teſtam.
Aret. conſ. 7. procedendum eſt. nu. 4. Doct. in capi.
quod dei. de ſtat. regular. & in cap. in noſtra. de
11 *reſcript.* Et facit *Concil. Trid. c. 10. ſeſſ. 14.* † vbi
beneficia regularia ſunt conferenda regulari-
bus; vnde è contra idem videtur dicendum, vt
ſecularia ſint danda ſecularibus *Ceuall. q. 281.*
n. 3. vbi dicit non eſſe dubitandum ſtante d. de-
creto Concilij, & ibi etiam allegat *c. 21. ſeſſ. 25.*
12 *de regular. eiuſdem Concilij.* † in illis verbis;
non niſi regularibus, quæ verba videntur eſſe
præceptiua; Quamuis contrarium ſit verius,
quod immo ſint conſultiua, prout declarauit
Sacra Congregatio Concilij de qua per Pariſ. de
reſignat. q. 5. lib. 4.

Ratio eſt quia monachus ſequuta profeſſione mo-
ritur mundo, nec amplius habet velle, aut nolle
13 *cap. placuit. 16. q. 1. c. ſi religioſus. de elect. in 6.* †
& prohibetur habere proprium *c. cum ad mona-*
ſterium. §. vlt. in fin. de ſtat. monac. Ergo neque
etiam obtinebit beneficium, cum poſſeſſor illius
faciat fructus ſuos *c. ſi tibi abſenti. 2. de præb. in*
6. Omnia enim beneficia continent ſpirituali-
14 tatem, † & temporalitatem quo ad introitus
ſuper rebus, ſeu poſſeſſionibus prophanis *c. ſan-*
ctorum. §. ſi quis tamen, 70. diſtinct. Anchar. in
c. 1. n. 4. verſ. quo ad tertium. de regul. iur. in 6.
15 *Mandoſ. reg. 22. q. 4. nu. 2.* † Quamuis ſit poten
tior pars ſpiritualis ratione dignitatis *Oldrad.*
conſ. 166. thema ordinarius. n. 2. Calder. conſ. 6.
ad med. verſ. item cum nulla. de præbend. Cum
regimen animarum ſit pretioſus omnibus alijs
16 rebus, & corporibus † *c. præcipimus. 12 q. 2. cap.*
cum ſit ars. 14. vbi gloſ. in verb. cum. de ætat.
& qualit.

Et propter huiuſmodi ſpiritualitatem tanquam
magis principalem laicus velut incapax ſpiri-
tualium, neque erit capax beneficij Eccleſiaſti-
17 ci † *c. cum adeo. de reſcript. Nauar. conſ. 1. de*
præbend. Menoch. de arbitrar. caſ. 201. nu. 33.
Prout aliàs cum de hoc quæreretur Dixi verius
eſſe licet reputatus fuiſſet clericus, quia ſi ad-
huc conſtaret de veritate non teneret collatio
beneficij *Gomeſ. de expectatiu. num 88. Silu. de*
18 *benefic. p. 3. q. 6. nu. 1.* † Quidquid contrarium
ſentiat *Rot. deciſ. 13. nota quod clericus. de pro-*
bat. in antiq. poſt gloſ. fin. in cap. 2. de inſtitut.
Quia eorum opinio non admittitur, vt teſtatur
Mandoſ. reg. 24. q. 4. col. penult. nu. 11. & 12.
verſ. nec etiã indiſtinctè. Peregrin. Gomeſ. Pa-
riſ. & alij de quibus *per Gonzal. ad reg. 8. can-*
19 *cell. gloſ. 2. nu. 65.* † Quando tamen verè con-
ſtaret illum fuiſſet laicum tempore collationis,
cum in dubio tanquam exiſtens in poſſeſſione
beneficij eſſet præſumendus clericus *Bellam. de-*
ciſ. 611. actor admiſſus in fin. cum declaratio-
nibus de quibus *per Boer. deciſ. 171. nu. 13. Ge-*
min. conſ. 91. Maſquard. de probation. concluſ.
302. nu. 16. & per tot. latè *Flores. pract. quæſt.*
20 *cap. 13. nu. 75. vſque ad n. 79.* † vbi quod clerica-
tus præſumitur in forma ſolemni ex eo, quod
quis ſe geſſit tanquam clericus per decennium
geſtando habitum clericalem, & alia publicè
faciendo, quę non ſolent facere niſi clerici *Bald.*
in l. non ignorat. n. 4. C. de his qui accuſ. non poſſ.
21 *Aim. conſ. 134. nu. 41.* † Intelligendo ſolum quo
ad ea, quæ ſuaptè natura parum præiudicant,

& haec

& ſunt de præparatorijs iudicij; ſcilicet in declinatoria fori, & lite pendente ſuper clericatu, & vt non poſſit pignorari pro collectis, & in ſimilibus caſibus, quæ ſolum deſeruiunt ad cõmunem æſtimationem, & poſſeſſionem momentaneam, quaſi iſta parum obſtent, donec de contrario appareat; ſecus autem in his, quæ ſunt grauis præiudicij, in quibus eſſet docendũ de titulo *Ignat. Lopez. ad Diaz. in prax. crimin. c. 64. n. 18. Menoc. præſum. 76. & 77. lib. 6. Couar. pract. q. c. 33. n. 3. Flor. d. q. 23. n. 76.*

Quidquid tamẽ ſit in Monachis tanquam inhabi-
22 libus beneficiorum ſecularium, vt dictum eſt; † Aliud cum de hoc diſceptaretur Dixi ſeruandũ eſſe in Canonicis Regularibus, quibus poterit prouideri de beneficio ſeculari curato, cum licentia ſui ſuperioris *c. quod dei timorem. vbi Abb. de ſtat. monachor.* & facit *Concil. Trident. c. 11. ſeſſ. 14.* vbi Canonicus Regularis translatus ad alium ordinem non eſt capax beneficij
23 curati ſecularis; † Vnde tacitè videtur concedi, vt non translatus ſit capax: Iſti enim habent regulam laxiorem, cum monachi habeant magis arctam *Rot. deciſ. 5. n. 2. ver. quod ego credo veriſſimum. de iur. patron. in nou.* & ita fuit deciſum *per Rot. coram Cardin. Seraphin. Papin. iuriſpatronatus. 6. martij. 1598.* Quidquid contrarium dicant *Caputaq deciſ. 85. par. 1. & Pariſ. de reſi-*
24 *gnat. lib. 2. q. 1. num. 111.* † vbi volunt requiri diſpenſationem Epiſcopi: Cum *Caputaq.* alleget *Guid. Bon.* qui tamen *deciſ. 96.* contrarium concludit, & illi magis credendum eſt tãquam Iudici eiuſdem cauſæ, vt notat *Idem Car. Seraph. in d. deciſ. Papin. iuriſpatronatus.*

[V]ltimo quo ad Monachos quamuis ex ſupra allegatis nõ poſſit illis committi executio teſtamenti: Contrarium cum de hoc dubitaretur Dixi ſeruandum eſſe quo ad electionem, iſta enim poterit eis relinqui, licet ſit pars executionis teſtamenti, quando videlicet aſſignantur electores pauperum, quibus teſtator mandaret aliquid diſtribui, ſecundum opinionem magis veram, de qua per † *Bald. in auth. ingreſſi poſt prin. n. 3. ver. ſuper hoc dicit. & col. vlt. in fi. n. 20 C. de ſacroſ. eccleſ. Rom. conſ. 409. col. 2. in fi. verſ. ſecundo circa idem dico.* & voluit *Bart. in tract. minorit. q. 3. & 4. Gualdenſ. de art. teſtand. caut. 7 tit. 7.* Quidquid contrarium ſequantur *Domin. & Franc. in c. 2. n. 4 de teſtam. in 6.* Quia contra eos eſt verior opinio prout teſtatur *Couar. in c. tua. n. 1. ad med. de teſtam.* & ita practicari dicit *[C]eual. q. 88. in fi.*

[Ite]m declaraui quando teſtator mandauit, quod [e]xecutor teſtamenti exequatur cum conſilio [M]onachi, vel Guardiani, nam iſta adiectio valet, † licet enim ille non poſſit eſſe exequutor [t]amen poterit adhiberi, vt conſultor, & conſi[l]iarius; Etenim Monachus ex hoc nihil habet [o]fficij, & iuris, & quia conſulere eſt de iure na[t]urali, & de pertinentibus ad vitam, cum habe[r]e officium ſit de iure ciuili, quod non cadit in [m]ortuum, prout ſunt fratres minores, & ita in ſpecie de Guardiano concludit *Bal. in auth. ingreſſi in fi. n. 20. C. de ſacroſ. eccleſ.* & de veriori opinione teſtatur *Gonzal. ad reg. 8. cancellar. gloſ. 46. n. 20. poſt Auendan. de exequend. mand. p. 1. c. 19. n. 24.*

Neq; obſtat quod contrarium ſequatur *Fel. in c. ex parte. in fi. nu. 7. de conſtitut.* vbi etiam allegat *Bal.* idem tenentem *in rubric. C. de inſtitor. & exercitor. action. n. 6.* Quia *Bal.* non dicit illud
27 ad quod allegatur, cum ſolum ibi concludat, † quod executor qui debet exequi, cum conſilio Guardiani non tenetur ſequi conſilium illius; quod eſt veriſſimum, quamuis teneatur illum requirere *Butr. in c. cum olim. n. 7. in 6. notab. de arbit. Abb. in c. cum in veteri. 52. n. 12. de election.* Prout regulariter in actibus, qui debent expediri cum conſilio alicuius, illud eſt requirendum, & debito tempore expectandum, ita vt actus ſit
28 nullus eodem conſilio non petito † *gloſ. in l. 1. §. ſi plures. in ver. imputabit. de exercitor. action.* cum diſtinctionibus, de quibus ibi *per Bart. & Caſtr. & per Fel. in c. ex parte. in princ. de conſtitution. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 159* vbi etiam quando conſilium habeatur pro conſenſu *Abb. in c. dilecti filij. col. 3. n. 9. verſ. epiſcopus ergo. de arbitr. Soccin. conſ. 291. viſis. literis. col. 10. ad med. verſ. ſed ad hoc primum reſpondeo num. 13. lib. 2. Roman. in l. quæ dotis. ff. ſolution. matrimon.*

EPITOME.

Statutum mandas prius relinqui certis perſonis antequam concedat alicui bonorum ſuorum diſpoſitionem quando cenſeatur interdicere donationem inter viuos. Verbum relinquo an debeat intelligi ſolũ de actu vltimæ voluntatis. In quibus perſonis & caſibus ſit attẽdendus locus actus celebrari quo ad ſolemnitates. Actus nullus an ratihabitione confirmetur. Mulier quando poſſit ratificare ſine ſolemnitatibus contractum celebratum in loco, vbi ſolemnitates requirebantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mandans prius relinqui certis perſonis cenſetur etiam interdicere donationem inter viuos, & quomodo fraus conſideratur. num. 2.*

3 *Vxor prohibita relinquere marito an intelligatur tam de donatione in vltima uoluntate, quam inter uiuos. n. 4. & 9.*

5 *Verbum relinquo trahitur ad actum inter uiuos. n. 6. 7. & 8.*

10 *Modus eſt implendus per uiã compulſionis, conditio autem per uiam reſolutionis.*

11 *Receptus in ciuem dummodo aliquid faciat nõ deſinit eſſe talis, ſi illud non adimpleat. n. 12.*

13 *Facultas ſi concedatur alicui diſponendi de bo-*

nis ſuis dummodo aliquid relinquat titio, ſi nõ fuerit relictum ſuſtinetur diſpoſitio. n. 14.

15 *Locus actus geſti an attendatur in forenſe quo ad ſolemnitates, & quid in clerico. n. 16. aut loco exempto. n. 17.*

18 *Teſtamentum factum Mediolani non ſeruata forma illius ſtatuti an valeat, ſi fiat in monaſterio exempto. n. 19. & 20.*

21 *Donatio facta per exterum in Vrbe debet inſinuari*

22 *Ratificatio quando retrotrahatur ad tempus actus geſti.*

23 *Actus nullus non poteſt confirmari ratihabitione, ſi peccatur in ſubſtantialibus.*

24 *Ratificatio tacita inducta à lege per lapſum quinquennij conualidat contractum minoris.*

25 *Lex poteſt confirmare actum nullum, quod non permittitur homini.*

26 *Actus omnino nullus non confirmatur ratihabitione.*

27 *Iudicium incoatum per falſum procuratorem an ratificetur per dominum.*

28 *Ratihabitio patris an conualidet mutuum factum per filium.*

29 *Ratificatio parte abſente quando fieri poſſit.*

30 *Mulier poteſt ratificare ſine ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutum loci, in quo fuit actus celebratus, & de ratione. nu. 31. & 32. Intellige vt n. 33.*

34 *Locus contractus inſpicitur quo ad obſeruantiã ſolemnitatum.*

35 *Statutum inhabilitans ad contrahendum an operetur extra territorium.*

CAPVT CXXIIII.

PRo nullitate donationis de qua agebatur, vltra alia adducta Dixi concludendum eſſe propter ſtatutum, quod grauabat prius relin-
1 qui certis perſonis, & non alijs, † quo caſu etiã donatio inter viuos cenſetur interdicta, & poterit reuocari tanquam facta in fraudem illius, cui bona ſunt relinquenda *Alex. conſil. 55. conſideratis. lib. 1. Capr. conſ. 441. pro declaratione. column. 1. num. 2. lib. 1. Aim. conſ. 118. vbi nu. 14.*
2 magis fraudem conſiderat, † ſi donatio eſſet facta cum retentione vſusfructus, quaſi hoc fecerit non in ſui damnum, ſed in præiudicium vocati *Affl. deciſ. 370. n. 14.*

Non obſtat ſtatutum non debere intelligi de actu inter viuos, ſed per vltimam voluntatem, vt cõcludit *Alex. conſ. 54. in caſu de quo quæritur.*
3 *nu. 4. lib. 7.* † vbi de vxore prohibita relinquere marito, quod non intelligatur per ſtatutum relinquere titulo donationis inter viuos, ſed vltima voluntate; Quia hoc propriè ſignificat illud verbum relinquere *l. 1. §. ſi de tau. exib. gloſ. in l. iubemus nulli. 14. §. vlt. in verb. derelinquat C. de ſacroſanct. eccleſ. & in c. requiſiſti. 11. in verbo nec eſt de teſt.* cum concordantibus per *Cephal. conſ. 274. nu. 13. lib. 2. Perez, de fideicom. art. 45. n. 6.*

Quia verius eſt in caſu noſtro comprehendi etiã actum inter viuos, cum diſpoſitio referatur ad diſponentem reſpectu certæ perſonæ *gloſ. in l. 1.*
4 *in verb. teſtamento. C. de ſecund. nupt.* † vbi mulier prohibita relinquere viro ex teſtamento etiam dicitur prohibita dare inter viuos, quod communiter approbari dicit *ibi Io. de Garron. nu. 110.* cum verbum relinquere trahatur etiam
5 ad actus inter viuos † *Iaſ. in l. qui roma. §. coheredes. col. 5. ante med. num. 17. in fin. verſ. reſpondet quod verbum. ff. de verb. obligat. poſt gloſ. in clem. fin. in verbo relictis. de iur. patron. & Bened. de plumb. in l. hoc ſermone. ff. ſi lib. ingen. eſſe dicat.* vbi de condemnato relinquere
6 quicquid habebat de bonis Titij, † quod intelligitur ſtatim inter viuos non expectato tempore vltimæ voluntatis *Barb. in cap. requiſiſti col. 4. de teſtam. & in c. vnuſquiſq; in 1. notab. de pecul. clericor.* vbi de relictis ad pias cauſas
7 ſi aliquid eſt ſoluendũ debet intelligi, † vt comprehendat etiam donationes inter viuos, & ita ſecundum opinionem *Barbat.* dicit ſe obtinuiſſe in Eccleſia Sancti Petronij *Firman. in verbo relinquo iure inſtitutionis. verſic. item verbum relinquo adaptari* quod multum notandum dicit *Iaſ. in l. qui roma. §. coheredes. n. 28. de verb. obligat.* ſubdens ideo *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* poſtquam dictum eſt relinquere, addi verbum decedens, vt intelligatur ſolum de vltima vo-
8 luntate, † cum aliàs veniret actus etiam inter viuos *l. ſi ante. C. de donat. ante nupt. l. cum oportet. §. ſin autem rei. C. de bonis quæ lib.* Quaſi hoc verbum relinquere ſit generale ad omnem titulum *Guliel. Bened. in c. raynutius. in verb. in eodem teſtamento reliquit. in princ. n. 2. & in fi. n. 274. Sur. conſ. 258. n. 13. lib. 2.*

Maximè ſtante dictione quouismodo, de qua in ſtatuto, quo caſu magis comprehenditur dona-
9 tio inter viuos, † quando quis prohibetur alicui relinquere *Peregr.* in ſpecie *de iur. fiſci lib. 3. tit. 9. n. 14.* contra *Mantu. conſ. 57. caſus talis eſt. n. 13. lib. 1.*

Verum eſſet, quod donatio non reuocaretur, ſi concedatur facultas illam faciendi, dummodo aliquid relinquatur alteri perſonæ, ſi enim cõtingat illam fieri, non relinquendo, quod diſponit ſtatutum, ſuſtineretur actus detrahendo id,
10 quod erat relinquendum. † Tunc enim ſumus in modo, qui eſt implendus per viam compulſionis, quamuis conditio debeat impleri per viã reſolutionis *Bald. in c. dudum. il. 2. n. 6. de elect.* vbi de recepto in ciuem, dummodo datia ſol-
11 uat, qui non ſoluendo non deſinit eſſe ciuis, † ſed agitur, vt ſoluat latè *Menoc. conſ. 131. n. 10. & conſ. 132. nu. 19. lib. 2.* vbi etiam de admiſſo ad ciuilitatem, dummodo emat, vel ædificet domum, qui non ædificando, vel non emendo, non deſinit eſſe ciuis, itaut prius requiratur
12 interpellatio, † & terminus ad præſtandum prædicta *Idem Menoch. conſ. 134. & 135. nu. 36. & per tot. lib. 2.* contra *Anchar. conſ. 96. col. 2.*
13 & contra *Dec. conſ. 661. n. 12.* Et ita in ſpecie † quod diſpoſitio ſuſtineatur concludit *Surd. de alim.*

alim.tit.9.q.15. num.21. poſt Cuman. in l.1.ff.
ad leg.falcid dicens eſſe perpetuò notandum
Molin.de hiſpan. primog. lib.2.q.15.n.26. Pro-
ut etiam dicimus filia dotata excluſa per ſta-
tutum,quæ non dicit teſtamētū nullum,ſi ei nō
14 fuit relicta dos, † de qua in ſtatuto diſponitur
Dec.conſ.105.in princ. Ruin.conſ.40.nu.2. 12.
& 15.lib.3. Crot. in l.ſtipulatio hoc modo con-
cepta.n.44. de verb.oblig.Bec.conſ.103. nu. 19.
vbi de communi, & quod non eſt recedendum
ab hac opinione poſt *Brun. de ſtat. exclud.*
fœm.art.10.q.4.

Accedat quia neq; fuit ſeruata ſolemnitas requi-
ſita per ſtatutum, vbi fuit celebrata donatio,
15 prout requirebatur cum etiam in forenſe † de-
beat attendi locus,vbi actus conficitur quoad
ſolemnitates requiſitas *Bart.in l.1.C.de ſacroſ.*
eccleſ. Gozad.conſ.49.n.14.Caputaq.decif.283.
p.1. Quamuis ſit clericus, quia ſtatuta confir-
16 mata à Papa illos etiam ligant † *Rot. coram*
Card. Seraph. Romana donationis. 12 februar.
1596. & coram Sanctiſſimo romana de Comiti-
bus.15. iunij. 1577. Licèt enim clerici non ſint
ſubditi laicis,non tamen dicuntur forenſes *Ca-*
gnol.in l.ſi librarius.93.n.69.in fin.ff.de regul.
iur.

Amplius prædicta procedunt non ſolùm quando
actus eſſet conditus in loco, vbi ſtatutum liga-
17 ret,† ſed etiam in loco exempto à iuriſdictio-
ne ſtatuentium,quia tunc quoque eſſet ſeruāda
ſolemnitas per ſtatutum requiſita *Cagnol.in d.*
l.ſi librarius.n.68. de regul.iur.

Neq; obſtat *Rolan.conſ.33.n.23.lib.3.*vbi contra-
rium concludit loquens de eo, qui fecerat te-
18 ſtamentum † in ciuitate Mediolani,non ſerua-
ta ſolemnitate illius ſtatuti, quod valebit tan-
quam factum in monaſterio Monachorum San-
cti Hieronymi, quod tanquam exemptum non
ligabatur dicto ſtatuto; Quia dominium eſt ſe-
paratum,vnde non dicitur de illo regno & diœ-
ceſi *Abb.in c.nimis. de iur.iur. Gomeſ.in c.2.§.*
ſtatuto.n.85. de conſtit.in 6. Et idem in ſpecie
huiuſmodi teſtamenti voluit *Angel. conſil.133.*
punctus eſt quadam domina margarita. num.1.
verſ.primo.quia ſtatutum. Et *Roland.* ſequitur
Natt.conſ.643.per tot. Am.conſ.918.n.6.

Quia contraria opinio eſt verior, quod etiam in
loco exempto ſit ſeruanda ſolemnitas ſtatuti;
19 cum ſemper † eſſet locus fraudibus, ſi contra-
rium ſeruaretur,prout contra *Roland.et Natt.*
fuiſſe iudicatum dicit *Surd.decif.129.n.18.* Ne-
que *Ang.d.conſ.233.*hoc firmat; Immo *ſub n.2.*
dicit non poſſe tranſire ſine magno periculo, &
20 difficultate,† quicquid dicat *Natt. conſil.643.*
n.1.in fin. vbi intelligit *Ang.* loqui in perſona
ſubdita, ſecus in non ſubdita, cum verius ſit
vtrunque ligari ſtatuto, quando actus confici-
tur in loco, vbi ſtatutum principaliter habili-
tat,vel inhabilitat diſpoſitionem quo ad ſolem
nitates,quaſi ſemper ſit attendendus locus, in
quo huiuſmodi diſpoſitio celebratur *Gozad.*
21 *conſ.49.n.14.col.3.Caputaq. decif. 283. p. 1.* †
vbi quod donatio facta per mercatorem exte-
rum in Vrbe debet inſinuari ſtante ſtatuto Vr-
bis,quod donationes inſinuentur quia illud ſta-
tutum prouidet circa ſolemnitates actuum,
non circa habilitatem perſonarum contrahen-
tium, ideò attenditur locus contractus *Abb.*
conſ.52.in quæſtione rainerij.col.1.ad med.verſ.
ſed his non obſtantibus.lib.2.

Alterum de ratificatione neq; obſtabat,quia etiā
in ea non fuit adhibita ſolemnitas requiſita in
22 ſtatuto,& quatenus eſſet valida ratificatio,† ne-
que cenſeretur facta reſpectu actus geſti, quia
ad illud tempus non retrotrahitur, ſed ſolum
validatur vt nunc iuxta tempus ratificationis,
Quod eſt notādum ratione damnorum, intereſ-
ſe,hypothecæ, & aliorum medio tempore quæ-
ſitorum *Bart.in l.obſeruare.oppoſ.1.n.4. de offic.*
proconſ.Dec.conſ.369.viſo puncto. nu.4. verſic.
quia reſpondetur. Quicquid contrarium ſequa-
tur *Alex.conſ.117.viſo proceſſu.n.2.lib.5.* Quia
eius opinio non approbatur, vt per *Surd. decif.*
246.n.5.& 13. Non enim adeſt principium cō-
ſeruabile, & legitimum, vnde ratihabitio non
poteſt ad illud retrotrahi, cum actus ab initio
eſſet in totum nullus ob non ſeruatas ſolemni-
tates ſtatuti, ergo ſequens ratificatio ab illo
tempore non dicitur ratificare primum actum,
cum potius nouum induceat *Bar.in l.ab emptio-*
ne.59.nu.14.de pact.Bald.in l.fin.in princ.C.ad
macedon.Ruin.conſ.72.num.10. cum ſeq. lib. 3.
Natt. conſil. 261.n.10. vbi quod ſi peccatur in
23 eſſentialibus, † aut ſubſtantialibus actus nul-
lus non poteſt confirmari ratihabitione,cum
in illis partes nihil poſſint diſponere, ſecus vbi
actus peccat ſolùm in conſenſu,tunc enim ſi ſu-
peruenıat conſenſus conualidatur actus *Felin.*
in c.nonnulli.28. col.3. poſt ampliat.3.verſ.ſed
aduerte.de reſcript.

Quod magis eſt, quia ſumus in expreſſa ratifica-
tione,quaſi ſecus ſit in tacita inducta à lege per
24 lapſum quinquennij,aut taciturnitatem ,† illa
enim conualidat contractum minoris, quaſi ab
initio factus eſſet cum decreto. *l fin. §. 1. C. ſi*
maior.fact.alienat.rat. habuer. Alex. conſ. 117.
viſo proceſſu & ſententia.n.2.verſic.nam cōtra-
ctus.lib.5. Gabr. de minor.concluſ.4.n.2. Quo-
niam lex poteſt cōfirmare actum nullum, quod
non eſt in homine, ad quem non ſpectat fingere
25 validum illud, quod erat nullum † *Aret.conſ.*
128.eximiè.n 4.col.3.verſ.non obſtat id quod di-
*cit.*cum alijs *per Surd.decif.246.n.10.*

Præſertim quia in caſu noſtro actus fuit omninò
nullus, nam aliud eſſet vbi aliquo modo vale-
26 ret, † quia tunc confirmaretur ratihabitione
in præiudicium eius, qui illum gerit *Dec. in l.*
quod ab initio.29.in fin.ff.de reg.iur.Natt.conſ.
262.n.11.poſt Alex.conſ.78.col.penult.in princ.
n.24.verſ.quarto reſpondeo. lib.5. qui exempli-
ficat in caſu *l.licèt.ff.de iudic.* vbi retrotrahitur
ratihabitio, quando iudicium inchoatum per
27 falſum procuratorem ratificatur à domino, †
quia valebat à principio quo ad ipſum procu-
ratorē *glo.in l.ſi expreſſim. 19.in verb.præſcri-*
ptione.de appellat. Prout etiam in mutuo,quod
conua-

conualidatur ſumptum à filio ratum habendo;
nám licèt quo ad patrem illud non teneat, ta-
men tenebat quo ad filium, qui ſumpſerat, quã-
28 uis eſſet tutus exceptione macedoniani, † vnde
non mirum ſi ratihabitio patris trahitur retro
Sal. in l. fin. n. 2. verſ. ſed hoc non obſtante. C. *ad
macedon.* ſequitur *Surd. deciſ. 69. alias 70. duo
proponebantur. n. 22.* vbi etiam multa quando
29 ratificatio fieri poſſit parte abſente, † quæ va-
lebit, ſi actus non fuit omninò nullus, quaſi tũc
ex eo nulla partium ſit obligata, ſecus quando
poteſt pro parte valere, vt in Eccleſia, & Mino-
re, in quibus cõtractus claudicat, cum ſit in eo-
rum electione illi ſtare, vel de nullitate dicere
*Bart. in l. iulianus. §. ſi quis à pupillo. de action.
empt. Caualcan. de tutor. n. 170. Tiraq. ad leg.
16. connub. gloſ. 8. cum ſeq. n. 91.*

Vltimum de loco, quis debeat attẽdi in contractu
facto per procuratorem mulieris; Verius eſt
quod attendatur locus ratihabitionis, non au-
tem locus, in quo geſtus eſt nomine eiuſdem mu
lieris; Vnde quamuis in diuerſis ciuitatibus &
prouincijs extent ſtatuta requirentia ſolemni-
tatem in cõtractibus mulierum, & nomine mu
30 lieris in illis fuerit contractus celebratus; † ta-
men poterit ratificari per eam ſine ſolemnita-
tibus, ſi vbi degit non extet huiuſmodi ſtatutũ.
Ratio eſt quia actus meo nomine ſine mandato
geſtus fingitur eo loci, quo celebrata eſt ratiha-
31 bitio, quaſi tunc recipiat perfectionem, † cum
antequam ratificetur non teneret. *l. qui ab-
ſenti. de acquir. poſſeſſ. l. quoties.* C. *de rei vendic.*
& voluit *Alber. in l. dummodo. quæ eſt. 2. in fin.
princ. de procurat.* & notat *gloſ. in clem. ſi duo-
bus. in verb. collato. poſt med. verſ. & illa fictio.*
vbi *Anch. r. & aly. vt lit. pend.* quam dicit ſin-
gularem *Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloſ. 10. nu. 68.*
& eum ſimpliciter refert *Lamberteng. de con-
tract. mulier. ad fin. tit. q. 68. n. 216.* quem ſequi-
tur *Rota coram* R. P. D. *Litta Romana heredi-
tatis 14. maij. 1603.* quem dicit melius omnium
32 loqui. † vbi ex hoc infert, quod quia Venetijs
non extat ſtatutum requirens ſolemnitatem,
prout in Vrbe, valebit ibi ratificatio mulieris
ſine ſolemnitatibus, quamuis contractus fuerit
Romæ celebratus nomine ipſius ſine ſolemnita
tibus Vrbis, cum mulier contrahens Venetijs
non ligetur illo ſtatuto *Rot. per* R. P. D. *Can-
tuc. praeneſtina hereditatis. 27. nouembr. 1581.
& coram* R. P. D. *Oran. Romana donationis de
Magdalenis. 29. marty. 1599.* Et voluit *Aret.
conſ. 73. diligenter & maturè conſideratis. col. 3.
ad fin. verſ. his ergo præmiſsis.* vbi intelligit in
ſtatuto non inhabilitante perſonam contrahen
33 tis, ſed in eo, quod dat formam, † aut certam
ſolemnitatem requirit; Quando enim ſtatutum
eſt prohibitiuum non abſolutè, ſed ratione cer-
tæ ſolemnitatis requiſitæ non interuenientis,
tunc nunquam diſpoſitio talis ſtatuti extendi-
34 tur extra territorium, † quia reſpectu ſolem-
nitatis ſeruandæ inſpicitur locus contractus,
non autem locus, ex quo eſt perſona contrahẽs
*Bart. in l. cunctos populos. q. 6. princ. n. 33. verſ.
ſexto videndum eſt.* C. *de ſacroſ. eccleſ.* Et multa
quando ſtatutum inhabilitans aliquem ad con-
trahendum operetur in contrahente extra ter-
ritorium *Anchar. in c. canonum ſtatuta. de con-
ſtit. Gabr. concluſ. 8. de ſtatut. & concl. 2. de con-
ſuetud.* latè *Bertazz. clauſ. 7. gloſ. 19. q. 9. nu. 17.*

EPITOME.

Adminiſtrator quando in exigendis nominibus debitorum teneatur de culpa leui, & lata, & dolo, & an per pupillum ſit probanda, & per eum d. nomina ſint agnoſcenda. Præſumptio vnius temporis quãdo trahatur ad aliud quo ad paupertatem, mores, diuitias, & ſimilia. Magiſtratus an probet fideiuſſorem, & tutorem ſuſceptum fuiſſe idoneum. Quæ mora noceat tutori in non exigendo, & quando ei imputetur, ſi nomina debitorum efficiantur non ſoluẽdo. Pupillus an tutor debeat probare quod nomina debitorum eſſent idonea tempore ſuſceptæ tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur de leui culpa. Fallit in exigendis nominibus debitorum, in quibus ſolum de dolo, & lata culpa conuenitur.*

2 *Tutores & adminiſtratores Ciuitatum ſubeũt munus ex neceſsitate.*

3 *Procurator non adhibet operam gratuitam, & tenetur de leui.*

4 *Culpa eſt probanda contra tutorem, & maritũ vt teneatur de nominibus debitorum non exactis. n. 6. 7. 8. 9. & 11.*

10 *Culpa quando præſumatur in adminiſtratore.*

12 *Pupillo non tutori incumbit onus probandi quod nomina debitorum eſſent idonea tempore ſuſceptæ tutelæ. nu. 13. 18. 19. & 23. & quomodo hoc probetur. nu. 14. 17. & 51. Idem in quocunq; adminiſtratore etiam priuati. n. 16. & in nominibus tam paternis, quàm ſuſceptis à ſucceſſore in tutela contractis per anteceſſorem. nu. 21. Fallit in nominibus contractis per tutorem. n. 33. 35. 36. & 40.*

15 *Lata culpa eſt non adhibere eandem diligentiã in alienis rebus, quæ in proprijs adhibetur.*

20 *Pupillus quando teneatur agnoſcere nomina debitorum non exacta. & n. 45. & 47. et actio vtilis ei competat finita tutela.*

22 *Succeſſor in tutela tenetur ſuſcipere ſed non agnoſcere nomina debitorum non exacta.*

24 *Præſumptio vnius temporis quando trahatur ad aliud quo ad paupertatem, diuitias, mores, & ſimilia. nu. 31.*

25 *Negans ſeu excipiens aliquem non eſſe ſoluendo an debeat hoc probare. nu. 29.*

26 *Idoneus facultatibus, & moribus an quis præſumatur. n. 28.*

27 *Diligentia eſt probanda per eum, qui ex officio aliquid facere tenetur.*

30 *Negatiua præſumitur vera, niſi probetur affirmatiua, & ſi eſt vera tempore probationis ſem-*

ſemper poſtea præſumetur. n. 32.
36 *Dicens aliquem eſſe ſoluendo debet probare.*
37 *Magiſtratus, et alius qui debet prouidere pupillo probat fideiuſſorem de eius ordine ſuſceptum fuiſſe idoneum. n. 38.*
39 *Nomina debitorum dicuntur cautiones, actiones, & obligationes.*
41 *Tutorem ſufficit adhibuiſſe diligentiam, quam paterfamilias adhiberet in nominibus à ſe contractis, & excuſatur ſi publicè, & palam habebantur pro idoneis. nu. 42. 43. & 44.*
48 *Tutori quando imputetur ſi nomina debitorum ſint facta non ſoluendo.*
49 *Quæ mora noceat tutori in non exigendo nomina debitorum, ut ad eum pertineat periculum decoctionis. nu. 50.*

CAPVT CXXV.

PLuries dubitatum vidi, & à me etiam fuit quæſitum an pupillus, ſeu tutor debeat probare, quod nomina debitorum non exacta eſſent idonea tempore ſuſceptæ tutelæ. In qua diſceptatione quia alij ad fauorem pupilli, alij pro tutore concludunt pro diſtincta, & vera reſolutione Dixi firmandas eſſe infraſcriptas concluſiones.

Prima ſit concluſio. Tutor quamuis teneatur de leui culpa *l. 1. C. de hæredib. tutor. l. curatoribus. & l. tutori. de negot. geſt.* Tamen in exi-
1 gendis nominibus debitorum non ſufficit leuis, † ſed requiritur lata culpa, & dolus, qui ſolum attenderetur, ſi huiuſmodi nomina minus idonea eſſe cæperunt per negligentiam tutoris *l. 2. C. arbitr. tutel. Alex. conſ. 104. nu. 3. lib. 4. Soccin. conſ. 2. lib. 1. & conſ. 122. & 132. lib. 2. Mon-*
2 *tan. deaur. tutor. & curat. c. 39. nu. 56.* † Tutores enim, curatores, & adminiſtratores ciuitatum ſubeunt hoc munus ex neceſſitate *l. fin. §. defenſores. de munerib. & honor.* Ideo quamuis aliàs teneantur probare diligentiam *l. quidquid. & l. magiſtratus. de adminiſtr. rer. ad ciuitat. pertinent.* Tamen in exactione nominum mitius eſt cum eis agendum *l. fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſd. cogant.* cum ſecus ſit in procura-
3 tore, † & alijs; qui non adhibent operam gratuitam, iſti enim præſtant etiam leuem culpam *l. contractus. de reg. iur.* quaſi hujuſmodi leuis culpa, ideſt ciuilis quædam inaduertentia, ſit præſtāda in his, quæ celebrantur cauſa vtriuſque contrahentis prout omnia ſupradicta declarat *Alciat. in l. periculum. nu. 3. & 4. ſi cert. petat.* vbi etiam *Zaſ. num. 4. & 5.* ampliat non ſolum in adminiſtratore, ſed ad ſubordinatum in adminiſtratione quamuis per Rempublicam ſubrogaretur *Bart. in l. ex facto. ff. de negot. geſt.*

Secunda eſt concluſio, quod iſta culpa non eſt præ-
4 ſumenda in tutore, † vnde ad hoc vt teneatur de periculo nominum debitorum nō exactorum debet probari illum eſſe culpabilem *Bart. in l. periculum. 14. in princ. ſi cert. petat. & ibi Bald. nu. 1. Zaſ. nu. 4. & 5. Franciſ. Aretin. n. 1. poſt Caſtr. ibid.* qui etiam loquitur in admi-

niſtratore ciuitatis; quod etiam voluit *Corn. ibid.* ſubdens quod in hoc nominum exactione culpa eſt probanda per allegantem; quidquid
5 alias illa præſumatur in adminiſtratore, † vt in caſu *l. ad commentarienſem. C. de cuſtod. reor.* & in alijs caſibus relatis *per Luc. de Penn. in l. quemadmodum. 7. C. de agricol. & cenſit. lib. 10.* vbi enumerat caſus 213. in quibus fraus
6 & dolus præſumitur; † Idem etiam in tutore firmat *Rimin. Sen. conſ. 366. nu. 18. lib. 2. per text. in l. cum quæritur. & l. cum nominibus. de adminiſtr. tutor. Ang. conſ. 312. nu. 1. in fin. verſ. & per conſequens. colum. 1. ad med.* vbi requirit diſſolutam negligentiam, vt tutor tenea-
7 tur de non exactis, † & ita etiam intelligitur *text. in l. ſi tutor. conſtitutus. 16. de admin. et per. tutor.* prout explicat *gloſ. ibid. in verb. idonei.* Quemadmodum etiam dicimus in curatore
8 adulti, † qui non tenetur pro tutoribus præcedentibus, niſi poſſit ei imputari negligentia *Sa-*
9 *lic. in l. 2. in princ. C. de adminiſtr. tutor.* † Et idem in nominibus debitorum datis in dotem marito, qui non tenebitur, ſi efficiantur non ſoluendo ſi non præceſſit eius culpa *l. mauia. 50. vbi Bart. in princ. ſolut. matrim. Campeg. de dote. q. 79. nu. 6. tom. 9. fol. 301.*

Tertia eſt concluſio quod negligentia, & lata cul-
10 pa regulariter eſt probanda per allegantem † *l. quoties. §. qui dolo. de probation. Bart. conſ. 102. cariſſime. lib. 1. Dec. conſ. 433. quæritur in effectu. & in l. periculum. ff. ſi cert. petatur. Menoch. de recup. poſſeſſ. rem. 7. nu. 18. Maſquar.*
11 *conclus. 1088. in verb. negligentia. p. 2.* † Et in ſpecie in pupillo quod debeat probare latam culpam in non exigendo nomina debitorum eſt *text. in l. chirographis. 38. in fin. de adminiſtr. tutor. iuncta gloſ. ibid. in verb. probatum.* Prout dicimus de creditore, qui non tenetur de pignore amiſſo ſi non deprehendatur culpæ reus *l. ſi creditor 4. vbi gloſ. in verb. ſe perdidiſſe ante med. C. de pignorat. action.*

Ex quibus ſequitur quod non exactis debitoribus pupillis factis minus idoneis nō ſufficit ad probationem doli dictos debitores non eſſe ido-
12 neos, † ſed debet conſtare tempore ſuſceptæ tutelæ fuiſſe idoneos, & facilè exigi potuiſſe, Ita ut hoc ſit probandum per pupillum, prout in terminis concludit *gloſ. in l. 2. in verb. ſuſceptæ. C. arbitr. tutel.* quam ſequitur *Imol. conſ. 75. circa primum dubium. n. 2. in fin. verſ. videtur etiam quod onus. Fulgoſ. conſ. 25. ſpectabilis miles. in fin. verſ. ſuper eo vero. n. 6.* vbi etiam quod quamuis probetur negligētia tutoris in non exigendo; Tamen illa potius imputabitur culpæ,
13 quàm dolo, † niſi appareat quod tutor non exegerit lucri ſui gratia arg. *l. ſi procuratorem. §. ſed dolo. ff. mandat. l. ſed & ſi l. ge. §. 2. de petit.*
14 *hæreditat.* † Idem voluit *Decian. conſ. 85. nu. 27. lib. 2.* vbi etiam quod hæc lata culpa probabitur, ſi tutor non eſt vſus illa diligentia in exigendis nominibus debitorum, quibus fuit vſus in ſuorum exactione *l. mauia. ff. depoſ. l. mulier.*
15 *§. ſed enim. ad trebellian.* † cum lata culpa

ſit

ſit non adhibere eam diligẽtiam in alienis, quæ
adhibetur in proprijs Bart. *in l. quod nerua. ff. depoſit.* Quod etiã concludit *Iaſ. in l. periculum.*
16 *verſ. ego autem conſidero. ff. ſi cert. petat.* † vbi
hoc tenet indiſtinctè tam in tutore, quàm in
alio quocunque adminiſtratore, ſeu procuratore
17 etiam priuati; † ſubdens quod huiuſmodi culpa eo ipſo dicetur conſtare, ſi probatum fuerit
18 quod tunc debitor erat ſoluendo. † Idem latius voluit *Barbat. conſ. 92. quod eſt vltimum.*
nu. 17. col. 2. in fin. verſ. capio quintam in qua
quaeritur. lib. 3. ſequitur *Hartman. Piſtoris in*
ſuis quaeſt. tam iur. roman. quam ſaxon. cap. pe-
19 *nul. lib. 1.* † prout etiam firmat *Guter. in tract.*
de tutel. p. 3. c. 11. nu. 98. vbi etiam quod ſi pupillus prædicta non probauerit periculum iſtorum
nominum pertinebit ad eum, non ad tutorem,
per quem idem pupillus cogetur ad illa nomi-
20 na agnoſcenda iuxta diſpoſitionem † *text. in*
l. tutores qui. 40. in princip. & l. cum poſt. 44.
de pericul. & adminiſtr. tutor. Roman. *conſ. 413.*
Iacob Riminald. conſ. 356. nu. 18. lib. 2. Et latè
etiam comprobat *Franciſ. Munnoz. de ratiocin. adminiſtrat. c. 19. nu. 22. & 23.* vbi loquitur tam de Minore, quàm Prælato, Marito, Magiſtro domus, & generaliter in quolibet alio
Adminiſtratore poſt *Azor.* per eum allegatum
de partition. c. 4. nu. 31. p. 1. & Baeta. de decim.
tutor c. 2. n. 148. & deciſ. Genuen. 56. nu. 8. & 9.

Quæquidem ſunt intelligenda non ſolum in nominibus debitorum paternis, prout loquitur *text.*
21 *in l. 2. C. de adminiſtr. tutor.* † ſed etiam in nominibus ſuſceptis à ſucceſſore in tutela tamen contractis per anteceſſorem *l. debitoribus. C. de adminiſtr. tutor. gloſ. in l. qui nominibus. ff. eod.*
tit. Cogitur enim ſucceſſor ſuſcipere nomina
contracta ab anteceſſoribus; non tamen agno-
22 ſcere, † nec periculum in ſe transferre *l. tutor*
ſiue. 36. de adminiſtr. tutor niſi ſponte id fecerit *l. qui nominibus. 45. ff. eod.* Quod ex ſola
aſſignatione non eſt præſumendum, vt ibi notat *Bart. nu. 2.*

Ratio autem omnium ſupradictorum eſt; Nam vltra id, quod dolus, & lata culpa non præſumi-
23 tur, niſi probetur † *l. quoties. § dolo. de probation.* cum hodie debitores ſint non ſoluendo,
& reperiantur non idonei tempore rationis adminiſtrationis tutelæ, & depoſiti officij, præſumendum eſt eos fuiſſe tales tempore quo dura-
24 uit tutela, † quaſi præſumptio vnius temporis
trahatur ad aliud; prout explicat *gloſ. in l. non*
eſt neceſſe. 11. in verb. caueretur. ad med. ff. de
probation. & in l. 2. in fin. verſ. ſed illud propter
præſentem. ff. eod. Quod etiam voluit *Salicet. in*
d. l. non eſt neceſſe & in rub. ff. de probat. in
fin. verſ. quandoque ex præterito. & in l. ex perſona. C. eod. vbi quod qui non eſt hodie ſoluendo, neque præſumitur olim fuiſſe; ſequitur *Euerard. in loco à tempore ad tempus. nu. 19.* & multa de præſenti paupertate quando præſumatur
in præteritum, ſeu futurum *Menochi præſumpt. 25. nu. 9. lib. 6. Maſq. de probation. concluſ. 1154. lib. 3.*

Neque obſtat quod potius tutori incumbat probare, quod debitores non erant ſoluendo; quaſi
iſta ſit negatiua qualitatis, quæ eſt probanda ab
25 eo, qui illam proponit, prout in puncto, † de
negante aliquem non eſſe ſoluendo concludit
gloſ. in l. 2. in verbo ei incumbit. in fin. verſ. negatiua qualitatis, ff. de probation. per text. in l.
ſeruus. 10. ff. de manum. teſtam. & in l. fin. ff.
de lib. agnoſcend. Etenim præſumitur quis ido-
26 neus, & habilis facultatibus; † vt per *gloſ. in*
d. l. 2. in verb. ei incumbit. in fin. Felin cap.
vlt. nu. 2. verſ. ſed non tacebo de præſumption.
vbi quod præſumitur habilitas extrinſeca clericatus. Et in dubio quod quis præſumatur idoneus, niſi contrarium probetur eſt *tex. in l. cum*
quidam. de leg. 2. Bald. in l. 2. nu. 7. C. quando pro-
27 *uoc. non eſt neceſſe.* † Præſertim quia ille, qui
tenetur ex officio aliquid facere debet probare
ſe diligentiam feciſſe *Bald. in l. 1. §. ſi magiſtratus. in text. ibi ſed magiſtratus. ff. de magiſtrat.*
conuenien. Quia reſpondetur verius eſſe habilitatem quo ad diuitias, & actus extrinſecos nõ
28 præſumi, † cum contraria procedant inhabilitate intrinſeca reſpectu morum, ſobrietatis,
caſtitatis, & ſimilium, quæ præſumitur ineſſe,
cum in alijs ſecus ſit; Ideo meritò qui ſe in illis fundat debet probare, quaſi iſtæ qualitates
diuitiarum, doctrinæ, ſcientiæ, & ſimilium non
inſint à natura hominibus *gloſ. in cap. ſi forte. in*
verb. euidenter. de elect. in 6. & in l. ſi vero.
§ qui pro rei. ff. qui ſatiſdari cogunt. Maſq.
qui de communi conclu. [illegible] Me-
29 *noch. præſumpt.* [illegible] *lib. 6.* †
Quare etiam excipiens aliquem eſſe idoneum
tenetur probare *Alex. conſ. 7* [illegible] *lib. 5.*
30 *Dec. conſ. 68. al. n. 4. Surd. conſ.* [illegible] *nu. 9.* † Præſumitur enim vera negatiua, niſi affirmatiua
probetur *Bald. in l. 1. § ſi magiſtratus. poſt med.*
verſ. aut præſens ſtatus. de magiſtr. conuenien.
vbi etiam quod quando præſens ſtatus, aut conuerſatio habet contra ſe neceſſitatem temporis
31 præteriti veritatem; † tunc præſumptio admittitur ex præſenti in præterito, vt qui hodie
eſt pauper, præſumatur fuiſſe ſemper pauper *l.*
ex perſona. C. de probat. Itaut etiam negatiua
quando eſt vera tempore probationis præſu-
32 matur etiam vera poſtea, † cum non ſit præſumendum; quod deinde ſuperueniat aliquid
eneruãs negatiuam iam probatam, vnde ſi quis
probauerit ſemel non eſſe ſoluendo, non poteſt
poſtea alio tempore dici, tu es nunc ſoluendo,
quamuis tempore probationis non eſſes, quaſi
ſemper præſumatur durare veritas, & effectus
probationem, prout latè explicat *Bald. in l. 3.*
n. 1. C. ſi vendit. pign. agatur.

Quarta eſt concluſio quicquid ſit in nominibus
debitorum paternis, ſeu ſuſceptis in tutela iam
contractis ab anteceſſore; in quibus tenetur pupillus probare illos eſſe idoneos tempore adminiſtrationis, & ſuſcepti officij, vt ſupra di-
33 ctum eſt. † Aliud debet ſtatui in nominibus debitorum, quæ ipſemet tutor contraxit; Periculum enim iſtorum nominum ad eum ſpectat *l.*
tilia.

titia. §. ſi pecunia. de negot. geſt. Vnde in eo re-
quiritur diligentia tam in illis contrahendis,
quàm in eis poſteà exigendis, qua non præſtita
per leuem, ſeu latam culqam ipſe tenebitur *l.*
quidquid. C. arbitr. tut. Et in iſtis nominibus
à ſe contractis tutor debet probare nomen tunc
contractum fuiſſe idoneum, & in contrahendo
diligentiam adhibuiſſe *l. ſi res pupillaris. 51.*
verſ. cum celeberrimus. de adminiſtr. tut. l. 1. §. ſi
magiſtratus. verſ. probatio auten. de magiſt. con-
ueniend. Barbat. conſ. 92. num. 13. lib. 3. Prout
regulariter dicens aliquem eſſe idoneum, & ſol-
34 uendo tenetur hoc probare. † *l. non eſt neceſſe.*
de probation. l. ſi contendat fideiuſſor. de fideiuſſ.
Boer. deciſ. 59. Ronchgall. in l. eandem. nu. 213.
de duob. reis. & ita in ſpecie eſt text. notabilis
in *l. qui ſub conditione. quæ eſt antepenult. de*
35 *condit. & demõſtr.* † vbi tutor non eſt cogendus
præſtare idoneos fideiuſſores & debitores, cum
quibus ipſe contraxit vſque in diem mortis do-
mini, cum ſufficiat eo tempore quo illis credi-
tum eſt eius conditionis fuiſſe, vt diligens pa-
terfamilias eis crediturus fuiſſet, & ibi hoc no-
tat *Imol. in princip.* ſequitur *Roland. conſ. 49.*
nu. 36. lib. 2. poſt Socc. conſ. 92. col. 2. nu. 7. lib. 4.
quia aliàs ſi de prædictis non doceat ipſe tene-
bitur G*uter. de tutel. cap. 1. nu. 9. p. 3.* vbi etiam
citat C*aſtell. in tract. de cuentas. q. 9. colum. 1.*
fol. 29. Et voluit latè *Rebuff. in l. boues. 89. §.*
inter edere. col. 5. verſ. ſexto rationem reddent.
ff. de verb. ſignificat. fol. 547. Vbi etiam quod
condemnatus ad rationes reddendas debet co-
dices edere, calculum ponere, reliqua reddere,
& purgare moram ſolutionis eius, quod debe-
tur *l. cum ſeruus. 81. de condit. & demonſtrat.*
Iaſ. conſ. 100. in iudicijs. colum. 2. lib. 4. Et quod
oſtendat debitores, cum quibus contraxit eo
tempore fuiſſe idoneos, quod ſufficiet, quamuis
poſtea deſierint eſſe ſoluendo *d. l. qui ſub con-*
ditione. in fin. Bertach. de epiſcop. par. 6. lib. 4.
quaſt. 29.

Et ratio differentiæ eſt, quia non videtur par cau-
36 ſa nominum paternorum, † quæ fuerunt reper-
ta in hæreditate, & eorum cum quibus ipſemet
contraxit, quaſi in iſtis maiorem diligentiam
debeat adhibere, tam in contrahendo, quàm in
exigendo, cum in paternis non teneatur tutor,
niſi fuerint idonea tempore ſuſceptæ tutelæ;
Ideò tunc pupillus debet docere, vt dictum eſt
illos eſſe idoneos, quaſi fundamentum ſit inten-
tionis ſuæ; cum ſecus ſit in nominibus per tu-
torem contractis, in quibus tutor hoc proba-
bit, cum etiam ipſe ſe fundet in illorum habili-
37 tate. † Prout dicimus de Magiſtratu, cui incum-
bit onus probandi fideiuſſorem tutoris de eius
mandato ſuſceptum fuiſſe idoneum, quaſi ipſe
tunc contraxerit, vndè in hoc non eſt grauan-
dus pupillus *l. 1. §. ſi magiſtratus, & ibi gloſ. in*
verb. fuiſſe. verſ. ſed & ſi ſatis. ff. de magiſtrat.
38 *conueniend.* † Quemadmodum generaliter eſt
in quibuſcumque quorum officium fuit proui-
dere pupillo, vt idoneè caueretur, à quibus iſta
probatio exigenda eſt, non autem à pupillo, qui
non habet neceſſe probare fideiuſſores pro ad-
miniſtratione datos cum accipiebantur ido-
neos non fuiſſe *l. non eſt neceſſe. 11. ff. de proba-*
tion. Paul. Montan. de iur. tut. & cur. c. 32. reg.
7. nu. 41. Et ita intelligendus eſt *Azo. in l. 2. n. 1.*
C. arbit. tut. vbi quod iſta nomina debitorum
39 quæ aliàs dicũtur cautiones, † actiones, & obli-
gationes. *l. nominibus. C. de act.* debent eſſe ido-
nea, & probandum eſt illa fuiſſe talia, prout di-
citur, de tutore non idoneo, nam ille qui dedit
tenetur probare eum idoneum *per text. in d. l.*
40 *non eſt neceſſe. de probation.* † Et ita etiam in-
ter nomina paterna, & conſtituta ab ipſo tuto-
re diſtinguit *Barb. conſ. 92. quod eſt vltimum.*
nu. 13. col. 12. in fin. in 5. dub. lib. 3. vbi quod in
illis probabit pupillus, cum in iſtis ſpectet pro-
batio tutori, & ſequitur *Haritman. Piſtoris. in*
ſuis quaſt. iur. roman. & ſaxon. cap. penult. p. 1.
& ita etiam procedit *text. in l. antepenult. in*
fin. de condiction. & demonſtrat. qui licèt lo-
quatur in ſeruo, tamen idem eſt in alio libero
homine, prout eſt caſus *in l. 1. §. ſi magiſtratus.*
ff. de magiſt. conueniend. & notat *Barbat. d. con-*
ſil. 92. n. 13. lib. 3.

Quinta eſt concluſio quod tutor, vt non teneatur
in nominibus à ſe contractis, ſufficiet quod
41 adhibuerit diligentiam, † quam paterfamilias
in rebus ſuis adhibuiſſet, quæ ſi prætermittatur
dicitur leuis culpa *l. tutorib. de adminiſtrat.*
42 *tut. l. quicquid. C. arbit. tut.* † & ſufficit, quod
publicè & palàm fuiſſent idonei *Alber. in l. 2. C.*
arbit. tut. Et eſt *tex. in l. ſi res pupillaris. verſ.*
celeberrimus. de adminiſtrat. tut. Angel. in l.
pignus. C. de pignorat. action. Caualean. de tu-
tor. nu. 114. & 118. Vbald. de duob. fratr. p. 8.
43 *q. 3. n. 4.* † Prout dicimus de tutore deponente
pecuniam penes mercatorem, qui communiter
reputabatur idoneus, per cuius decoctionem ſi
perdatur pecunia, non imputabitur adminiſtra-
tori *Caſt. in l. antepenult. nu. 2. ff. de cond. & de-*
44 *monſtr.* † Et quod ſufficiat iſta diligentia, ne-
que aliter teneatur tutor quàm ſi commiſerit
culpam in contrahendo nomina, & non exigen-
do eſt *gloſ. in auth. nouiſſima, in verbo periculũ.*
C. de adminiſtr. tut. & in l. litis. ff. ſi pecunia. ff.
de neg. geſt. Ang. in §. quoniam. auth. vt qui ſe
obligat. haber. perbi. Ideò non tenebitur de caſu
fortuito *l. ſi res pupillaris. de adminiſtr. tutor.*
l. 3. & 4. C. de pericul. tutor.

Sexta ſit concluſio quod pupillus habet facultatẽ
eligendi, an velit agnoſcere nomina contracta à
45 tutore necne † *l. cum quæreretur. de adminiſtr.*
tutor. Intelligendo in nominibus non idoneis,
quia in illa, qui ſunt ſoluendo, verius eſt vt te-
neatur illa agnoſcere, ſi ſunt idonea tempore fi-
nitæ tutelæ. *l. cum poſt mortem. de adminiſtr. tu-*
tor. Iaſ. Riminald. conſ. 336. nu. 18. lib. 2. Et facit
46 *l. 2. ff. quand. ex facto. tut.* † vbi quod adeò iſta
nomina pertinent ad pupillum, vt etiam vtilis
actio ei competat finita tutela, quamuis ſtipu-
latio non ſit in eum concepta; prout ad idem
eſt *tex. in l. tutores. & l. tutela. de adminiſtr.*
tutor. ita procedit *l. cum quæreretur. eod. tit.*

quæ loquitur in nominibus non idoneis, & in-
quibus culpa tutoris præceſſit tempore admi-
47 niſtrationis. † Ideò ſi ob negligentiam in non-
exigendo effecti ſunt non ſoluendo tempore tu-
telæ, tenetur tutor reſpectu temporis, quo aſſum
pſit tutelam. *l.2. C. arbitr. tut.* Si autem nulla-
negligentia præcedente ſtatim poſt aſſumptam
tutelam, vel caſu fortuito effecti ſunt non ſol-
uendo, non aſcribitur tutori *l. etiam cum tuto-
res. de adminiſtr. tut. l. litit. §. ſi pecunia. de ne-*
48 *got. geſt.* † Si poſt finitam tutelam deſierint
eſſe ſoluendo debitores, quos tutor non exegit
durante tutela, tunc tutor eximitur *l. cum poſt
mortem. de adminiſtr. tutor.* prout omnes præ-
dictos caſus proſequitur *Roman. conſ. 413. n. 18.
Sarcin. conſ. 2. lib. 1.*
Quibus adde, quod licèt periculum decoctionis
49 debitorum † ſpectet ad tutorem differētem exi-
gere ab eis credita pupilli dum ſunt ſoluendo
*gloſ. in l. debitoribus. 18. in verbo pertinentes. C.
de adminiſtr. tutor.* Tamen requiritur diſſoluta
negligentia cadens in culpam latam *l. ſi tutor
conſtitutus. 16. de adminiſtr. tutor. l. 2. C. arbitr.*
50 *tut. cum alijs ſupra allegatis.* † Itaut non omnis
mora imputanda ſit tutori, vnde ſemeſtralis di-
latio non dicetur negligentia, & culpa lata-,
quando actio non eſt peritura tempore, cum-
etiam tempus ſemeſtre dicatur modica mora-,
quaſi reprobetur creditor vorax, & infeſtus, re-
quiritur enim curialitas in exigendo, vnde cau-
tius faciet tutor, ſi probabit amicitiam debito-
ris, & ſimilia, licèt etiam obtineret ſine huiuſ-
modi probatione, prout cōcludit *Ang. conſ. 312.
n. 3. et 4.* quāuis de prędictis dubitet *Aleiat. in l.
periculum. ff. ſi cert. pet.* Et quomodo hæc intelli-
51 gātur dicā infra in capite particulari; † vbi etiā
qualiter, & quibus modis probetur huiuſmodi
neglig ētia adminiſtratoris per Minorem, Eccle-
ſiā, vel Dominū, & quomodo teſtes debeāt ſuper
ea deponere iuxta *conſ. Bart. 102. n. 1. Ang. conſ.
70. ad fin. Maſq. concluſ. 1039. nu. 8. Franciſc.
Munnoz. de ratiocin. adminiſtrator. c. 19. nu. 18.*

EPITOME.

In legato apothecæ quando veniat domus deſti-
nata ad vſum illius. Appellatione vineæ an-
veniat arundinetum-. Deſtinatio habetur pro
facto, & an poſsit reuocari. Frumentum repo-
ſitum ad vſum fundi an veniat in legato fundi
inſtructi. Prædium quaudo dici poſsit ſeparatum
ab alio. In legato palatij an veniat domus em-
pta, ne perueniendo ad manus alterius altius
tollatur in præiudicium luminum palatij.

SVMMARIVM.

1 *Domus ad vſum apothecæ an veniat in legato
apothecæ.*
2 *Deſtinata & annexa ad vſum domus veniunt
in legato domus. & n. 20.*
3 *Frumentum repoſitum cauſa ferendi ad vſum
fundi an contineatur in inſtrumento fundi,
& legato facto de eo. n. 4. & 5.*
6 *Deſtinatio ſemel facta poteſt tacitè reuocari.*
7 *In legato domus quando ueniat camera ſolita
locari.*
8 *Vltima conſuetudo attenditur.*
9 *Domus deſtinata ad uſū palatij non uenit lega-
to palatij, ſi empta ſit, ne perueniēdo ad alterius
manu altius tollatur in præiudicium palatij.*
10 *Res ipſa, non ſeruitus conſideranda eſt, ut cogno
ſcatur an ſit ad uſum parata.*
11 *Res coniuncta domui quando ueniat in conceſ-
ſione domus.*
12 *Argumentum de domo ad apothecam an ualeat.
nu. 13. & 14.*
15 *Appellatione uineæ an comprehendatur arun-
dinetum. n. 17. & 18.*
16 *Proprium uineæ eſt habere arbores, & uites, non
arundines.*
19 *Hortus an ueniat appellatione domus.*
*Pratum quando comprehendatur ſub nomine
fundi.*
21 *Separatio partis fundi non perpetua, ſed prop-
ter uberiorem culturam non facit fundum di-
uerſum.*
22 *Poſſeſſio apprehenſa in una parte fundi quando
intelligatur capta de prædio diſtincto.*
23 *Deſtinatio quando habeatur pro facto. & n. 24.*

CAPVT CXXVI.

DOmum comparatam ad vſum apothecæ
dicebatur venire in legato apothecæ pro-
1 pter deſtinationem, † prout regulariter quæ ſunt
ad vſum parata comprehenduntur *l. prædijs. 89.
in fin. verſ. qui domum. de leg. 3. l. olimpico. qua
eſt fin. de ſeruit. verb. præd. Bald. in l. quod con-*
2 *claue. 47. in fin. de damn. infect.* † quaſi cenſtan-
tur illi annexa, quæ veniunt in diſpoſitione fa-
cta de domo *l. creditor. §. fin. de act. empt l. a. C.
de bon. vacant. lib. 10. Alex. conſ. 54. conſidera-
tis verbis. nu. 4. col. 2. verſ. præterea in legato.
lib. 3. & conſ. 204. perſpectis verbis. nu. 3. & 4.
lib. 6.* Et facit *l. quæſitum. 12. in princ. verſ. item*
3 *nonnullis. de fund. inſtruct.* † vbi frumentum
ſerendi cauſa repoſitum, & ad vſum fundi para-
tum continetur in inſtrumento fundi, ita vt le-
gatum fundi inſtructi comprehendat ſemina-
rium; dummodò tamen illud fuiſſet domini le-
4 gantis, † non autem ſi eſſet mutuatum per eun-
dem dominum colono pro ſemine, quia tunc le-
gato fundo cum iuribus, & pertinentijs quibuſ-
cunque illud non eſſet legatarij, ſed ſpectaret ad
hæredem *Natt. conſ. 243. per tot. lib. 2.* Quia pro-
pter mutuum factum à domino, frumentum eſt
5 coloni, † quod per eum eſt eidem reſtituendum,
& legato fundo inſtructo non veniunt inſtrumen
ta agri, quæ ſunt ipſius coloni, neque reliqua co
lonorum *l. fundus qui locatus. 24. de fund. in-
ſtruct. l. quæſitum. 76. §. peto. de legat. 3.*
Contrarium Dixi verius eſſe in caſu mihi propo-
ſito; Nam conſtabat de mutatione voluntatis
teſtatoris, vnde poſterior actus primo contra-
6 rius debet tollere primum, † ita vt etiam deſti-
natio

natio ſemel facta poſſit tacite reuocari, ideò
erit attendenda deſtinatio tempore teſtamenti
non quæ antea fuit, vt domus empta ad vſum
apothecę poſſit dici venire in legato illius. Ra-
tio eſt quia ad dignoſcendum, an vna res veniat
in legato alterius, iura non tam reſpiciunt intẽ-
tionem teſtatoris quando rem emit, quàm vſum
in quo frequenter teſtator eam habuit: Prout
dicimus è conuerſo, quod ſi teſtator conſueuit
quandam cameram locare, ſi tempore teſtamẽ-
7 ti illa vtebatur pro ſe & familia, † tunc veni-
ret in legato domus *Alex.* in ſpecie *conſil.*223.
*uiſis uerbis dicti teſtamenti.col.*2.*ad med. n.*3.*in
fin uerſ.ſed bene pono pro coſtanti. lib.*2.*per tex.
in l.mela.*14.*uerſic.ſed ſi alimenta.ff. de alimen.
& cib. legat.* vbi quando contingit dubitatio
circa rem legatam attenditur tempus mortis
teſtatoris, ſeu qualitas vſus teſtatoris tempore
8 obitus illius; † Itaut ſi diuerſimode vteretur, at-
tendatur vltima conſuetudo *Aretin.in l.ſi ſeru-
us plurium.§. ult.poſt princ. uerſ. & quando ſit
mentio.de legat.*1. quem ſequitur *Gardin.Man-
tic.de conicct.ult. uolunt. lib.*3. *titul.*9. *num.*5.
& voluit *Alex.conſ.*5 *ſi uera ſunt ea.col.penult.
ad med.uerſ.non obſtat etiam quod ultima.n.*22
*lib.*5. & ibi late *Natt. in addit. in uerb. ultima.
Surd.de aliment.tit.*4.*q.*18.*nu.*3.*& conſil.*195.
9 *n.*15.*&* 16.*lib.*2. † vbi etiam concludit non in-
telligi domum deſtinatam ad vſum palatij, ſi
fuerit empta, ne perueniẽdo ad alterius manus
altius tolleretur in præiudicium palatij, vnde il-
la domus non veniret in legato palatij, Tunc
enim dicuntur res deſtinatæ ad vſum quando
eodem modo habitando palatium illis vteba-
10 tur *l.prædys.§.balnea. & §.fin.de legat.*3. † Et
in cognoſcendo an res ſit parata ad vſum alte-
rius debet cõſiderari res ipſa, non ſeruitus, cum
area, vel ſolum, ſit pars principalis *Bart. in l.
periculum.*67.*§. quadriga. uerſ. hoc non placet.*
11 *de legat.*2. † Immò vt res domui coniuncta ve-
niat in conceſſione domus requiritur non ſo-
lum, quod ſit deſtinata ad vſum illius, ſed vt e-
tiam habeat aditum ad domum, & conſueuerit
cum illa locari, & eodem pretio fuerit empta
cum ipſa domo *l.prædys.*89.*§.balnea.de legat.*3.
plura *Sur.conſ.*207.*n.*6.*& per tot. lib.*2. *Bertaz.
conſ.ciuil.*87.*n.*13.

Secundò quia ſẽper apparet diuerſis nominibus
per teſtatorem vocatas fuiſſe domum, & apo-
12 thecam, † quo caſu non licet arguere de vno
ad aliud *l.ſi idem.*7.*C.de codicill. Aim. conſil.*6.
*nu.*1 *&* 2.*Soccin Iun.conſ.*23.*num.*6. *lib.*4. dixi
*deciſ.*66. vbi etiam quod apppellatione domus
non venit apotheca, niſi quando apparet ex cõ-
iecturis, quod partes voluerunt illam eſſe de
13 pertinentijs domus, † cum aliàs non dicatur
eſſe acceſſoria ad domum, neq; illius appella-
tione veniat *Dec.conſ.*109.*Aim. conſ.*234.*nu.*2.
uerſ.ſecũdo in caſu noſtro eſſe Præſertim quan-
14 do nõ eſt ſub ipſa domo, ſed ſeparata à reliqua
parte illius *Gabr.conſ.*94.*n.*12.*lib.*2. per doctri-
nam *Barto.* in *l.olimpico. de ſeruit. urban.præd.
Pariſ.conſ.*80.*n.*21.*lib.*2.*Corn.conſ.*203. *col.fin.
lib.*1.*Claud.Bertaz.clauſ.*8.*gloſ.*7.*n.*3.*in fi.* cum
alijs *per Bart. & Bertaz.conſ.ciuil.*87.*n.*12.*uſq;
ad n.*21. Immo iſta nominis diuerſitas opera-
tur etiam in his, quæ ſunt ad vſum alicuius rei
15 parata, prout dicimus de vinea, † cuius appel-
latione non venit arudinetum, quamuis ſit ad
vſum vineę *l.item ſi fundi.*10.*ad fin.uerſ.inſtru-
menti.de uſufr. & quemad.quis utat.* vbi arun-
dinetum ponitur tanquam diuerſum à fundo:
& ita per *Rot. Roman.* deciſum fuiſſe teſtatur
*Mandoſ.form.*3.*commiſſion. in gloſ. in uerb. ui-
16 neas.in fin.* † Proprium enim vineæ eſt habere
vites, non arbores, arundines, & alia *l. forma. de
cenſib.* Veniret autem arundinetum appellatio-
ne vineæ, ſi eſſet contiguum, vel emptum pro
17 vſus vineæ † *Caputaq.deciſ.*233.*n.*10. *lib.*1. vbi
excuſatur legatarius à contrauentione præce-
pti teſtatoris petendo arundinetum, cum illi eſ-
ſet legata vinea, quaſi non ſit in dolo propter
probabilem cauſam petendi ab hærede arundi-
netum veluti comprehenſum in legato vineæ;
18 Si vero eſſet ſeparatum diſtans à vinea, † neque
adeſſet aditus ab ea ad arundinetũ, non veniret
appellatione vineæ, prout in legato domus, in
quo non venit apotheca ſeparata ſeens in conti
gna, & exiſtente aditu, vel quando arundinetum
eſſe emptum, aut poſſeſſum tãquam pars vineæ
19 quia tunc veniret, † prout hortus appellatione
domus *Idem Caputaq.deciſ.*342.*nũ*3. *poſt Alex.
conſ.*223.*in princ.lib.*2.*Surd. conſ.* 195. *num.*3.
lib. 2. Quemadmodum etiam pratum veniret
appellatione fundi, quando eſſet coniunctum
fundo, & vno nomine vocaretur, aliàs ſecus *Re-
buff.in l.pratum.*31. *col.*1.*uerſ. & an ueniat.ff.
de uerb.ſignificat.per tex.in l.ſeia.§. tiranna.ff.
de fund.inſtr.*

Tertio, & vltimo quia probatum fuit domum de
qua agitur non fuiſſe deſtinatam, ſeu vnitam vt
perpetuò duraret, ſed ſolum temporaliter, quo
20 caſu iſta vnio nihil debet operari, † prout è
conuerſo dicimus quod prædia ſemel deſtinata
ad vſum vnius agri, & ad illum incorporata, &
vnita, ſi dominus poſtea alijs illa locauerit co-
lenda cum obligatione plantandi vites, quam
obligationẽ noluerunt acceptare coloni d. agri
21 non debent ex hoc cenſeri ſeparata ab illo † a-
gro. Cum mens locantis fuerit ſeparare, & di-
ſtinguere non perpetuò, ſed propter commo-
diorem culturam *Rum.conſ.*92.*n.*12.*&* 13.*li.*2
& facit *tex.in l.caius.*88.*§.fi.de leg.*2. *Sur.conſ.*
195.*nu.*5. *lib.*2.*poſt Bart. in l.*1.*n.*3.*uerſ.ſed ſi
poneremus.de reb.dub.*

Ideo dicimus quod per poſſeſſionem apprehenſam
vnius partis fundi eſt quæſita poſſeſſio totius
22 fundi, non autem prędiorum diſtinctorum, †
dummodò non fuerint diſtincta gratia vberio-
ris culturę per ſepem, & foſſata, quia tunc etiam
de illis intelligeretur capta poſſeſſio, prout in
ſpecie concludit *Bald. in l. poſſeſſio.* 4. *ad med.
uer.ultimo attende.n.*4.*& ibid.Ang.ad med.n.*5.
*uer. ultimo circa iſtum articulum. C. de acqui-
rend.poſſeſſ.*

Ex quibus non obſtant quæ ſupra dicebantur de

deſtinatione, & de his quæ ſunt ad vſum parata quod veniant in legato; cum conſtet de mutatione voluntatis, quo caſu prædicta deſtinatio non attenditur, vt dictum eſt in primo fundamento; tunc enim deſtinatum habetur pro fa-
23 cto, ſeu pro tali, † quando non fuit receſſum per deſtinantem.vel habentem arbitrij poteſtatem à propoſito, ſed durauit diſpoſitio deſtinantis in re deſtinata *Albert. Brun. de mutat. & transformat.concl.6.n.12.& 13. verſ.item limitantur iura.tom.17.f.391. per tex.in l.ſi quid earum.45. §. inter emptum.de leg.3.l. & ſi non ſunt.21.§.infecti autem.ff.de aur. & arg.legat. Iaſ. in l. cætera. 43. §. ſed ſi paruerit. in princ. verſic.bins etiam ſequitur. & column.2.ad med. verſ.tu adde primo in quantum.nu.25.de leg.1.*
24 Et multos caſus, † in quibus deſtinatio non habetur pro facta cumulat ibi Bart. & late *Alber. de Roſat.de ſtatut.p.2. q.205.item quarite duas pulchras quæſt.to.2.f.53. Vel in c.cum adeò 27.n.4.col.2.verſ.contrariam partem de reſcrep. Staffil de grat.expectatiu.ver.circa tertiam partem regulæ.n.27.to.15.p.1.f.288. Pariſ.conſ.80. n.40.lib.2.Menoc.de arbitr.caſ.190.n.19 vſq.ad n.23.Alex.conſ.97.alias de facto conſultus.lib.3. Tiraq.de retr.lignag.§.1.gloſ.7.n.110. & gloſ. 8.n.25.*

EPITOME.

Collatio beneficiorum, & conceſſio dimiſſorialiũ quando poſſit fieri extra diœceſim, & in Curia Romana, Et quid in iure viſitandi, & iuriſdictione contentioſa, & poſt mortem Epiſcopi, & reuocationem Vicarij, & admiſſam reſignationem in Curia. Abdicatio iuris eligendi, & admiſſio aliorum ad participandum, & viſitatio quando habeantur pro leui, vel magno præiudicio. Vicario an liceat conferre beneficia reſeruata vigore alternatiuæ. Mandatum an expiret per translationem Epiſcopi ſicut per mortem. Vacatio Sedis Epiſcopalis an duret donec fuerint præſentatæ litteræ Capitulo. Mutatio opinionum an ſit permiſſa in eadem facti ſpecie.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, & Vicarius habent facultatem faciendi actus voluntariæ iuriſdictionis extra territorium.*
2 *Vicarius dicitur Ordinarius.*
3 *Beneficiorum collatio eſt actus iuriſdictionis voluntaria.*
4 *Ordinarius an poſſit conferre beneficia in curia Romana tam præſente, quàm abſente Papa, & n.5.*
6 *Epiſcopus, & Vicarius quando concedant dimiſſorias extra diœceſim. n 7.*
8 *Epiſcopus quando exerceat iuriſdictionem contentioſam extra diœceſim, & excommunicet, & quid de conſenſu iudicis illius territorij.n. 9.& 10.*
11 *Delegatus apoſtolicus an trahat partem inuitã extra locum delegationis.*
12 *Conſuetudo citandi extra territoriũ an valeat.*
13 *Ius viſitandi an exerceatur in aliena diœceſi, & ſit grauis.vel modici præiudicij.n.14.*
15 *Abdicatio iuris eligendi eſt grauis præiudicij. Intellige.vt n.16.*
17 *Collatio beneficij quando poſſit fieri per Vicarium, ſeu Nuntium.n.18.*
19 *Vicarius quando poſſit conferre beneficia reſeruata vigore alternatiuæ.*
20 *Voluntaria iuriſdictio competens iure ſpeciali an exerceatur extra territorium. & n.21.*
22 *Collatio beneficij poteſt fieri per Vicarium poſt Epiſcopi mortem, quam ignorauit. Amplia vt n.23.*
24 *Dimiſſoria an poſſint concedi à Vicario poſt obitum Epiſcopi.*
25 *Vicarius ignorans reuocationem ſui officij an poſſit conferre beneficia. n.26. 27.& 28.*
29 *Notorium inducitur per ſententiam certam non generalem.*
30 *Sententia per iudicem reuocatum valet ante ſcientiam reuocationis.*
31 *Iuriſdictio non aufertur ante præſentatas literas quo ad exercitium.*
32 *Iuriſdictio an detur ante commiſſionem viſam aliunde notam.*
33 *Sententia contra mortuum valet non habita ſcientia obitus. Idem in reſignatione, & ſimilibus.*
Solutio anticipatè facta procuratori reuocato an liberet debitorem.
34 *Epiſcopus dando mandatum ad reſignandum Epiſcopatum in Curia an poſſit conferre beneficia poſt reſignationem admiſſam ante notitiam admiſſionis.n.35.& 36.*
37 *Epiſcopus poſt reſignationem incumbens detentationi Epiſcopatus an faciat fructus ſuos.*
38 *Poſſeſſio amittitur cum iure conferendi facta reſignatione.*
39 *Vicarius poteſt conferre beneficia poſt translationem Epiſcopi ad alium Epiſcopatum ſeu renunciationem.*
40 *Mandatum finitur per mortem Epiſcopi, ſicut per translationem ad alium Epiſcopatum. & n.41.*
42 *Reſeruatio Epiſcopi dicentis nolle teneri de affictu in caſu mortis verificatur in translatione ad alium Epiſcopatum.*
43 *Vacatio per mortem, ſeu translationem an differant.*
44 *Expreſſa uacatione per obitum quando ueniat alius modus uacationis.*
45 *Vacatio ſedis Epiſcopalis, & alia qualibet an duret donec fuerint literæ expeditæ, & præſentatæ capitulo, uel ſufficiat prouiſio facta à Sede Apoſtolica, ita ut ſtatim acquiratur iuriſdictio, & ius conferendi beneficia. n.46.47. & 48.*
49 *Mutatio ſententiarum quando permittatur in eadem facti ſpecie.*
50 *Exemplis quando ſit iudicandum.*

51 Non

1 *Non debemus ſpectare quid actum fuerit, ſed quid agi debeat.*

CAPVT CXXVII.

QVemadmodum Epiſcopo, ita etiam eius Vicario Dixi competere facultatem faciendi ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdi-
2 ctionis extra territorium, † prout concludit *Gemin. in c. vlt. in fin. de off. vicar. in 6.* vbi exẽpliſicat de vicario habente ſpeciale mandatum ad conferenda beneficia, qui poterit illa conferre extra ſuam diœceſim *Biſignet. deciſ. 5. de offic. vicar. poſt gloſ. in c. ſtatutum. 4. in verb. in remotis. de praben. in 6.* Boer. *deciſ. 30. num. 6. verſ. ſed contrarium* Pauin. *de poteſt. capit. ſed vacan. part. 2. q. 1. nu. 7. verſ. & adde ad præmiſſa. tom. 15. p. 2. fol. 421.* Sicut poſſet Epiſcopus *cap. poſt electionem. 7. de conceſſ. praben.* Silu. *de benefic.*
3 *q. 40. & q. 63. part. 3.* † Ratio eſt quia Vicarius dicitur ordinarius *c. penult. de offic. vic. in 6.* Et quia conferre eſt voluntariæ iuriſdictionis, er-
4 go extra territorium poterit fieri † *l. 2. de offic. procons.* quam legem ità intelligendã eſſe dicit *Gemin. in c. vlt in fin. de offic. vicar. in 6. dixi. deciſ. 98.* vbi quæ dicuntur de collatione beneficiorum extra diœceſim fuerunt declarata pro-
5 cedere, † præterquam in Curia præſente Papa, & hoc de ſtilo, licèt ſecus ſit de iure *Gomeſ. de non iudic. iux. form. ſupplication. q. 3.* Aeneas. *de falconib. de reſeruat. q. 4. princ. quaſt. 10.* Paul. *in pract. cancell. q. 82.* Pauin. *de poteſt. capit. ſed uac. quaſt. 1. p. 2. col. 3. n. 6. verſ. quinimmo.* Quamuis etiam poſſet defendi † quod Ordinario non prohibeatur collatio beneficiorum in Curia Romana ſiue præſente Papa, ſiue abſente, prout cõcludit Mandoſ. *regul. 27. q. 2. in fin.* vbi teſtatur ſe vidiſſe plures collationes fieri in Vrbe & illas pro validis reputari, & ita fuiſſe per Rotam iudicatum.

Idem dicimus de conceſſione litterarum dimiſſorialium, quæ poterit fieri tam per Epiſcopum † quàm per Vicarium extra diœceſim tanquam actus voluntariæ iuriſdictionis, ſeu delegatio, quaſi per has litteras officium ſuũ alijs Epiſcopis concedatur, quod poteſt in alieno territorio exerceri, vt *dixi deciſ. 98.* cum declarationibus de quibus *ibidem. nu. 15. cum ſequen.* & latè per Mandoſ. *reg. 24. q. 6. num. 9. & ſq. ad nu. 17.* † vbi quando, & in quibus caſibus poſſit Vicarius cõcedere litteras dimiſſorias. Et regulare eſt, quod tã Epiſcopi, quàm Legati, Patroni, Parochi, Sacerdotes, & ſimiles poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem voluntariam extra diœceſim, prouinciam, & territorium Iaſ. *in l. fin. n. 6. verſ. limitat regulam de iuriſd. omn. iud.* Franc. *in c. vltim. de elect. in 6.*

Immò etiam Epiſcopus poſſet iuriſdictionem contentioſam exercere extra ſuam diœceſim quãdo cauſæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in ſuam diœceſim † *Vitalin. & aly per* Gonzal. *de alternat. gloſ. 62. nu. 11.* vnde & poterit excommunicare, cum diſtinctione, an fiat cauſa cognita, nec ne *Gomeſ. in c. vt animarum. §. ſtatuto. nu. 60. de conſtit. in 6.* Et ita limitatur *l. fin. de iuriſd. omn. iud.* cuius diſpoſitio non procedit in Iudice Eccleſiaſtico, qui poteſt excommunicare non obſtante, quod ſit extra ſuũ territorium, & valeret ſententia Borgaſ. *de irregul. & diſpenſat. in tit. de ſent. excommunic. §. vbi prælatus poſſit ligare.* Mat. *ſuper conſuetud.* Panormit. *c. 3. n. 27.*

Prout etiam concederetur Epiſcopo exercitium iuriſdictionis contentioſæ in aliena diœceſi de
9 conſenſu Iudicis illius territorij † *Abb. in c. nouit. 7. col. 1. in fin. num. 4. uerſ. quid autem ſi extra. de offic. legation.* Ita tamen, vt eſt licentia non præiudicet ſubditis Epiſcopi petentis, qui niſi conſentiant non poterunt iudicari in aliena diœceſi, & citati non tenentur comparere,
10 quamuis citãs exprimeret in citatione, † quod poteſtas citandi ad alienum territoriũ eſſe cõceſſa à Iudice illius territorij *Soccin. de citatat. art. 18. q. 2. per tot.* vbi dicit ita tenendum, præterquam in cauſa ſpeciali *clem. unic. de for. compet. poſt.* Ioann. Andr. *ad Specul. de citat. §. contra citationem. uerſ. item quod iudex.* quicquid
11 contrarium ibi dicat Specul. † Nam ſi Delegato Apoſtolico non conceditur trahere partẽ inuitam extra locum delegationis *c. ſtatutum. §. multo quoq. de reſcrip. in 6.* Multo magis non eſt concedendum Epiſcopo, & alteri Ordinario Soccin. *d. artic. 18.* vbi latè reſpondet omnibus
12 per Specul. in contrarium allegatis, † Et de conſuetudine citandi extra territorium, quod valeat, & poſſit dare iuriſdictionem. Hortan. *in l. teſtium fides. 3. §. fi. nu. 2. de teſtib.* Fel. *in c. cum contingat. 13. col. 1. de for. compet.* Surd. *conſ. 465. n. 6. lib. 4.*

Et quod magis eſt habetur pro leui, & non magno præiudicio Epiſcopi diœceſani, quando al-
13 ter Epiſcopus in illius diœceſi † vellet exercere nudum ius viſitandi abſq; procuratione, vel iuriſdictione, & ſine aliquo incommodo querere. Butr. *in c. penult. col. 12. ad med. nu. 17. de cenſib.* Intelligendo non quod ſimpliciter ſit modicum
14 præiudicium, † ſed quod dicatur leuius ſiue modicum, reſpectu, & comparatione omnimodæ priuationis Gonzal. *de altern. in proœm. §. 4. n. 65.* Prout dicitur de iure eligẽdi, cuius tota-
15 lis abdicatio eſt graue præiudiciũ, † Tamẽ eſt modicũ, quãdo admittũtur aliqui ad participationẽ eligendi Butr. *in c. penult. nu. 17. de cenſib.* Milius. *in uerb. præſcribi an poſſit ius eligendi. fol. 357. ad fin.* Declarando reſpectiuè, non ſimpliciter, cum aliàs valde interſit admiſſio alio-
16 rum ad eligendum. † Quia per talem participationem diminuitur poteſtas eorum, qui debent eligere Felin. *in c. cum omnes. num. 18. fallent. 3. de conſuetud.* Put. *deciſ. 6. lib. 3.* vbi quod eſt magni præiudicij creare nouos præbendatos viuentibus antiquis, quaſi pars dominij perdatur.

Ex iſtis patet non potuiſſe iudicari inualidam collationem beneficij factam per Vicarium extra
17 diœceſim, † tanquam actum voluntariæ iuriſ-

dictionis cum præſertim conſtet de mandato
Epiſcopi *Rebuff. de vicar. epiſcop. n. 87.* Neque
adſit aliqua reſtrictio in facultatibus Vicario
conceſſis, quæ ſi extaret non valeret collatio;
prout ſolet fieri in Nuntijs, quibus datur pote-
ſtas conferendi beneficia intra propriam pro-
18 uinciam exiſtentibus, † quo caſu collatio ex-
tra eam factam non erit valida *Put. deciſ. 477.*
lib. 2.

Amplius quia facultas Vicarij erat generaliter
conceſſa ab Epiſcopo conferendi beneficia quæ-
cunq; cenſebitur etiam data poteſtas conferen-
19 di beneficia reſeruata vigore alternatiuę; † Nã
licet in generali conceſſione non veniant ea,
quæ ſpectant ad Epiſcopum vigore priuilegij
Rot. deciſ. 9. de offic. vicar. in antiq. Felin. in
c. paſtoralis. §. quoniam. n. 1. de reſcript. Ta-
men in hoc caſu non eſt priuilegium Epiſcopi,
cum ſolum remoueatur impedimentum per di-
ctam alternatiuam, prout in ſpecie concludit
Put. deciſ. 488. lib. 2. Germon. de indult. car-
dinal. §. tibi quo ad vixeris. n. 40. Gonzal. ad re-
gul. 8. cancellar. gloſ. 42. n. 6. vſq. ad n. 14.

Non obſtat quod voluntaria iuriſdictio compe-
20 tens iure ſpeciali, vel priuilegio, † non poſſit
exerceri extra territorium *Roman. ſing. 49. tu*
habes quod ca per tex. in cap. ſtatutum. de præ-
bend in 6. Curt. Iun. in l. vlt. col. 1. de iuriſdict.
omn. iudic. Lambertin. de iur. patronat. artic. 6.
q. 2. lib. 2. p. 2. n. 2. fol. 137. Quia contrarium
21 eſt verius, † vt latè concludit *Couarr. var. re-*
ſolut. lib. 3. c. 20. n. 9. verſ. cæterum vt quæſtionem
propoſitam. Et quod dicitur in *d. cap. ſtatutum*
eſt ſpeciale in beneficijs vacantibus in Curia
Biſing. deciſ. 5. in fin. de offic. vicar. Boer. deciſion.
30. num. 6. verſic. & reſpondet. Vnde in alijs
caſibus ius commune permittet collationem
beneficiorum intra alienam diœceſim *Couarr.*
d. c. 20. n. 9. in fi. verſ. quarto. idem. dixi deciſ. 97.
in fi. Addit. ad Rom. ſing. 49.

Nec aduerſatur, quod collatio fuerit facta poſt
mortem Epiſcopi; Vnde eſt iudicanda nulla,
tanquam per eius obitum iuriſdictio, & facul-
22 tas Vicarij expirauerit. † Quia cum ſimus an-
te ſcientiam obitus poteſt Vicarius beneficia
conferre, ſi poteſtatem habuerit illa conferendi
Put. deciſion. 370. lib. 2. vbi ampliat idem eſſe
in legato *Calderin. conſ. 4. de offic. delegat. Rot.*
deciſ. 1. n. 4. de offic. vicar. in nou. Lancellot. de
attentat. p. 2. c. 10. n. 29. Quidquid dicat *Mohe-*
dan. deciſion. 215. in fin. aliàs. 29. de renunciat.

23 Cum contra eum ſit verior opinio, † etiam ſi
Vicarius potuerit ſcire obitum Epiſcopi, dum-
modo conſtet non ſciuiſſe *Pariſ. de reſignat. be-*
neficior. lib. 7. q. 24. n. 37. dixi ſup. c. 18.

Prout idem eſt in ſimilibus caſibus, vt de dimiſſo-
rijs conceſſis à Vicario etiam mortuo Epiſco-
po agente in remotis, quorum conceſſio valet,
24 ſi nõ conſtabat de eius obitu, † cum poteſtas
Vicarij ſit ordinaria, & fauorabilis *Enriq. in*
ſum. lib. 10. de ordin. ſacra. c. 22. in fi. verſ. literas.
reuerendas. Car. Nauar. Rebuff. & alij quos ad-
duxi *deciſ. 98. n. 20.*

Idem ſi Vicarius eſſet reuocatus per Epiſcopum,
ſi enim ignoraretur reuocatio à Vicario, vale-
25 bit collatio † *Boer. deciſ. 347. n. 12. cum ſeq. Put.*
deciſ. 370. lib. 2. Roman. *ſing. 58. fuit quæſtio ro-*
ma. Rebuff. *in prax. beneficii. tit. de ſimon. in re-*
ſignat. n. 34. Dummodo reuocatio non eſſet
26 facta per delictum, quia ignorantia tunc non
prodeſſet, ſed ſtatim ipſo iure poteſtas Vicarij
expiraret *Couar. pract. quæſt. c. 9. num. 7. in fin.*
verſ. igitur ex prædictis. Addit. ad Roman. ſing.
58. in verb. collationem. & eſt deciſio *Rot. coram*
R. *P. D.* Orano Seguntin. *beneficiorum. 1. iu-*
nij 1592. vbi quod Epiſcopus depoſitus à Pa-
pa in Conciſtorio non poteſt conferre benefi-
27 cia à die depoſitionis, † quamuis illam ignoret
& habeatur pro vero Epiſcopo; Et eſt *tex. in*
cap. 1. verſ. adijciebatur inſuper. de conceſſ. præ-
bend. in 6. Franc. in c. cum qui. 18. num. 9. & ibi
Gemin. n. 5. de præbend. eod. lib. Felin. in cap. ex
parte decani. n. 21. col. 13. in fin. verſic. fallit de-
28 *cimo. ad med. de reſcript.* † vbi intelligit, quan-
do ſententia depoſitionis eſt ſpecialis, & certa.
ſecus ſi eſt lata in genere; videlicet ſi aliquis hoc
non fecerit ſit priuatus, quia iſta non afficit cõ-
trauenientem, qui illam ſententiam ignorabat.
Notorium enim inducitur per ſententiam cer-
tam, & ſpecialem, & contra perſonam certam,
29 & nominatam; † non autem per incertam, &
generalem; prout in terminis declarat *Albe-*
ric. de ſtatut. p. 2. q. 199. ad fi. n. 5. verſ. nec obſtat.
to. 2. fol. 53.

Et facit quod dicitur de ſententia, quæ de iure
30 Canonico iudicatur valida, † ſi fuerit lata à
Iudice reuocato ante ſciẽtiã reuocationis, ſiue
ſimus in Legato, ſiue in Delegato *Innoc. in c.*
audita. de reſtit. ſpoliator. Felin. in cap. cæterum.
column. 8. in fin. verſ. valet proceſſus. de reſcript.
Alber. de Roſat. in l. barbarius. de offic. præſid.
dixi ſupra c. 18. Dec. conſ. 294. in cauſa titorum.
col. 2. nu. 5. verſ. ſecundo reſpondetur quod con-
ſilium fuit canonizatum per Rotam, vt teſtatur
Lancellott. de attentat. poſt auocat. cauſ. cap. 10.
31 *nu. 23. tom. 5. fol. 344.* † Quia non aufertur iu-
riſdictio ſaltem in exercitio ante præſentatas
litteras *Innoc. in c. audita. 4. de reſtit. ſpoliator.*
Bald. in l. ea quæ. 5. in 3. notab. in fi. verſ. eſt etiã
notandum quod auctoritate. C. de tempor. in in-
tegr. reſtitut. & in l. 1. verſ. adde his quod notat.
C. vt lit. pendent. & in l. mandatum. 15. col. penul.
32 *n. 19. verſ. & nota quod. C. mandat.* † Et quid
ante commiſſionem viſam aliunde notam an-
detur iuriſdictio habitu vel actu docet *Bart. in*
l. multum. de condict. & demonſtrat. Felin. & alij
in c. eccleſia. de conſtitution. Milius. in verb. iu-
dex delegatus.

Quibus conferunt ſimilia de ſententia lata contra
mortuum, quæ valet, ſi non probetur ſcientia
33 obitus, † prout etiam de ea, quæ promulgatur
contra infirmum, & de reuocatione mandati
quæ neq; annullat iudicium ſtante ignorantia
reuocationis, & de reſignatione recepta per Vi
carium poſt reuocationem, quæ valet ſi illam
ignorauit, prout poſt eius obitum, cum alijs
mul-

multis ſimilibus quos adduxi ſupra capitul.18.
idem in ſolutione facta per debitorem procu-
ratori reuocato, quæ illum liberat ante ſcientiã
reuocationis l. qui hominem. 34. §. ſi tutum.
ff. de ſolut. Quamuis ſolutum fuerit anticipatè
ante aduentum diei, ita vt procuratore effe-
cto non ſoluendo debitor amplius nõ poſſit cõ-
ueniri l.quod in diem.70. de ſolution.l.1.C.de
condict.ex leg.l.quod in diem.de acceptilation.
Gomeſ.de qualit. cõtract.n.21.dixi ſupra cap.8.
Maximè ſi ſolutum ſit procuratori habenti li-
beram, & generalem adminiſtrationem, quo
caſu omnia poſſet ſicut dominus, vnde etiam
debita ante diem recipere; quidquid in ſimpli-
ci procuratore ad exigendum, & quietandum
poſſet dubitari ſecũdum diſtinctionem, de qua
latè Franciſ.Munnoz.de ratiocin.adminiſtrator.
c.13.n.49.vſq.ad n.58.de quorum veritate dicã
infra in capite particulari.

Quare etiam, cum de hoc aliàs diſceptaretur Di-
xi, quod Epiſcopus dando mandatum ad reſi-
34 gnãdum Epiſcopatũ in curia poteſt conferre †
poſt reſignationem admiſſam beneficia interim
vacantia ante notitiam admiſſionis Rebuff. in
prax.part. 3. titul.de ſimon.in reſignation.num.
35 27. & de nominationib.q.14. num.92. † Intel-
ligendo tamen in reſignatione conditionali ad
fauorẽ alicuius, in iſta enim non abdicatur ius
à reſignante poſt admiſſionem reſignationis,
donec ſit acquiſitum ius reſignatario; Vnde
36 non mirum ſi reſignans remaneat titularis, †
quouſq; ſibi conſtet de purificata conditione;
Quod ſecus eſſet in reſignatione ſimplici, per
quam ammittitur ſtatim poſſeſſio, & titulus, ita
vt per eam dicatur Epiſcopus in Eccleſia mor-
tuus ciuiliter, quod æquiparatur morti natu-
rali elem.fin. de procurator. Roman. conſil. 374.
37 in fin.& ibi Mandoſ.in verb.mortuus. † Quare
ſi poſt iſtam reſignationem incumbit detenta-
tioni Epiſcopatus non facit fructus ſuos Sar-
menſ. in reg.de annal. q. 57.verſ. ergo ſi ad hoc.
ille qui renunciauit.colum.2.in fi. Et tenebitur
ad reſtitutionem quamuis non habeat notitiam
38 admiſſionis; † Et quemadmodum facta renun-
ciatione amittitur poſſeſſio Rot. deciſion.3. de
renunciat.in nou.Caſſador.deciſ.2.eod.titul.Ita
quoq; fuit amiſſum ius conferendi, quod dicitur
fructus Epiſcop[atus] Abb. in c.cum olim.7.nu.4.
col.2.in fin.notab.3.de cauſ.poſſeſſ. & proprietat.
Et ita etiam inter renunciationem ſimplicem,
& conditionalem diſtinguit Rot.coram R.P.D.
Orano Seguntina beneficiorum.1.iuny 1592.la-
tè Ceuall.q.561.n.58.

Idem etiam cum de hoc aliàs dubitaretur Dixi
concludendum, ſi Epiſcopus renunciaſſet Epi-
ſcopatui, vel tranſlatus fuiſſet ad aliam Eccle-
ſiam, ſi enim tranſlatio non peruenit ad notitiã
39 Vicarij valebit collatio, † & actus per eum ge-
ſtus Peregrin.deciſion. 157.alias 33.lib.2.Pariſ.
de reſignat.q.24.lib.7. num.38.& 40.Æquipa-
ratur enim caſus mortis, & tranſlationis ad
40 alium Epiſcopatum; † Ideo procurator per
Epiſcopum conſtitutus ita ceſſat per mortem
ipſius, quemadmodum per tranſlationem Car-
din.in clem.vltim.ad fin.q.14.num.13.de procu-
rator. Rot. deciſ.370. alias.28. fuit dubitatum.
eod.tit.in antiq.Felin.in c.licet vndiq;30.colum.
vltim.in princ.verſ.amplia concluſionem. nu.2.
de offic.delegat.Auffrer.ad deciſ.Cappell.Tholoſ.
265. num. 3. Quidquid contrarium ſequantur
Guid. Pap. q.547. an clementina.num.1.verſic.
primo quia.& nu.5.verſ.concluſiuè ergo.& Ber-
trand. conſ. 250. lib. 2. Quia contra eos eſt ve-
41 rior opinio, † vt teſtatur Gomeſ. in reg.de
annal. q.62. in princ. verſic. hinc videmus cum
alijs latè per Anton. Mar. Papazzon. in addit.
ad deciſ.Rot.28. de procurator. in nou. Mandoſ.
reg.30.num 13.Aſin.in l.4.§.ſed tunc. num.53.
de relig.& ſumpt.funer.Pariſ de reſignat. bene-
ficior.lib.3.quæſt.5.nu.32.& lib 9.q.32.num.4.
42 & 5. late Anna.allegat.92. † vbi ex hoc con-
cludit, quod exceptio, ſeu reſeruatio Epiſcopi
dicentis ſe nolle teneri ad intereſſe de affictu in
caſu mortis verificatur in caſu trãſlationis ad
alium Epiſcopatum, cũ iſti caſus æquiparentur
Neque obſtat Bald.in capit. ex parte.il.1. ad med.
43 verſ.nota quod nomine. de offic. deleg. † vbi vo-
luit, quod differat vacatio per mortem, & per
trãſlationem. Quia loquitur quo ad expreſſio-
nem faciẽdam de beneficio, in quo verus modus
vacationis debet exprimi; cũ aliàs nomine va-
cationis ſimpliciter intelligatur vocatio cuiuſ-
libet ſpecie l.ſi quis ſtipulatus. ff.ſolut.matrim.
44 cum declarationibus tamen, † de quibus
per Mandoſ.reg.30.n.24. vbi multa quando ex
preſſa vacatione per obitum veniat alius modus
& quando mors ciuilis æquiparetur naturali, &
dicatur reſultare idem effectus quo ad illud, de
quo quæritur, non quo ad alium caſum Bal.in l.
Deo nobis.C.de epiſcop.& cleric.Pariſ conſ.65.n.
9.li.2.Doctor.in l.gallus.§.& quid ſi tantum. de
liber.& poſthum.

Quibus adde quod neq; ſufficeret Epiſcopum fuiſ-
ſe promotum ad aliam Eccleſiam, ſi literæ non
45 eſſent expeditæ, † cum hodie duret vacatio ſe-
dis Epiſcopalis, vel alia qualibet, donec literæ
Apoſtolicæ fuerint expeditæ, & præſentatæ Capi
tulo, cuius Prælati ſedes vacabat extrau.in:un-
cta.de election.inter communes. Rebuff. in prax.
tit.de ſimon.in reſignat.n.11.

Nec aduerſatur quod de iure communi ſedes Epi-
ſcopalis deſinat vacare per prouiſionem factã à
46 Sede Apoſtolica, † ita vt prælatus ſtatim acqui-
rat iuriſdictionis exercitium per dictam proui-
ſionem antequam ſit capta poſſeſſio, ita vt ſit
etiam licita collatio beneficiorum Abb. in cap.
tranſmiſſa.15.n.3.de election.Fel. in c.ne Dei.n.
2.de ſimon.Silu.de benefic.q.40.p.3. Rot.diuerſ.
deciſ.182.n.3.p.2.

Quia hodie non ſolũ requiritur prouiſio, ſed etiam
expeditio literarum, & tranſportatio, oſtenſio,
47 & præſentatio † per d. extrauag. iniunctæ. de
election. & eſt deciſio Rot.coram. Cardin. Lan-
cellott.Burgen.canonicatus.3.iuny.1583.vbi de-
claratur valida collatio facta per Capitulum
non vocato Epiſcopo iam promoto, non tamen

præſentante literas expeditionis, cum adhuc di
catur vacatio, quamuis ſi non vacaret opus eſ-
ſet Epiſcopum requirere pro huiuſmodi colla-
tione facienda.
Nec faciunt, quæ dicuntur per *Pariſ. de reſignat*
lib. 7. q. 23. vbi tenet ceſſare vocationem per
48 prouiſionem, antequam capiatur poſſeſſio, †
pro vt teſtatur ita fuiſſe reſolutum *per Rotam*
in cauſa burgen. canonicatus. 28. ianuarij. 1583.
Quia à dicta deciſione fuit receſſum *3 iunij.*
eiuſdem. anni. 1583. in eadem cauſa. quemad-
modum etiam notat *Gonzal. ad regul. 8. cancel-*
lar. gloſ. 15. §. 2. n. 88.
Quæ diuerſitas, & mutatio opinionum, & ſenten-
tiarum in eadem facti ſpecie permittitur ſupre-
49 mis Magiſtratibus, † prout eſt Rota Romana,
Senatus, aut ſimilis iudex eiuſdem auctoritatis
vt latè concludit *Menoch. conſ. 59. per tot.*
lib. 1. per tex. in l. nam & ſi parentibus. §. filius.
de inoffic. teſtam. & l. circa. ff. eod. tit. l. de-
nunciaſſe. §. vltim. ff. ad leg. iul. de adulter. &
voluit etiam *Bald. conſ. 334. præmittendum. eſt.*
ad euidentiam. in fin. lib. 2. Aim. conſ. 232. nu 2.
Zaſ. in rubr. de exception. n. 6. Et ita intelli-
gēda eſt regula illa, quod iudicādum eſt exem-
50 plis ſummi Iudicis † *gloſ. in l. nemo. C. de ſent.*
& interlocut. omn. iudic. Affl. deciſ. 383. num. 8.
Quia procedit quo ad inferiores iudices, non
quo ad eundem Supremum Magiſtratum,
vel alterum eiuſdem auctoritatis, cum par in
parem nō habeat imperium *l. ille à quo. §. tem-*
peſtiuum. ff. ad ſenat. conſult. trebellian. & vni-
us error non debeat alteri occaſionem errandi
51 præſtare; nec ſpectandum ſit, † quod actum
fuerit, ſed quid agi, vel fieri debeat *l. ſed licet.*
de offic. præſid. Menoch. conſ. 75. num. 94. & ita
in ſpecie declarat *Idem Menoch. conſ. 59. n. 10.*
lib. 1.

EPITOME.

Debitum quando ſit deferendum ad domum cre-
ditoris. Vſufructuarius ſeu proprietarius an
teneatur ad collectas. Solutio in vno loco
quando præiudicet, vt ſit continuanda in eodē.
Fidelitas quando iuretur per Vaſſallum genu-
flexum. Teſtes examinati extra terminum,
in quibus caſibus probent.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an teneatur ſoluere debitum in ſuo do-*
micilio, quando non eſt expreſſus locus in obli-
gatione, vel debeat ire ad domum creditoris. &
n. 14. & 15.
2 *Legatum quando ſit ſoluendum in domo here-*
dis. & num. 3.
4 *Vſufructuarius, ſeu proprietarius an teneatur*
ad collectas.
5 *Solutio in vno loco quando obſit, vt continuan-*
da ſit in eodem. & n. 9. 10. 11. 12. & 13.
6 *Ius ſpeciale facilius tollitur quàm ius cōmune.*
7 *Soluens legatum inualidum, vel ante tempus,*
an ſibi præiudicet quo ad alia.
8 *Argumentum valet de tempore ad locum.*
16 *Fidelitas quando debeat iurari per vaſſalum*
flexis genibus.
17 *Periculum eſt debitoris ante ſolutionem.*
18 *Obligatus aliquid deferre ad domum creditoris*
ſuo periculo debet portare.
19 *Debitor quando liberetur ſpecie perempta.*
20 *Teſtes examinati extra terminum non probāt.*
Intellige vt n. 21. & 22.
23 *Examinatio eſt quid facti, & poteſt expediri*
extra iudicium.
24 *Examen teſtium, & iuramentum quando de-*
beat recipi ante dilationem.

CAPVT CXXVIIII.

NOn eſſe ferendum debitum ad domum cre
ditoris dicebatur in cauſa Angeli & fra-
trum mihi commiſſa, quaſi ſufficiat debitorem
1 eſſe paratum ſoluere in ſuo domicilio: † quan-
do locus non eſt expreſſus in obligatione, atq;
debitor, & creditor ſunt diuerſi fori *Bald. in l.*
acceptam. 19. nu. 22. q. 12. C. de vſur. Fulgoſ. in l.
item illa. 17 ff. de conſtit. pecun. Roland. conſ. 87.
nu. 14 lib. 1.
Maximè quia non conſtabat de mente teſtatoris,
2 quod debitor ad hoc teneretur, † cum iſto ca-
ſu ſufficeret etiam tacita voluntas *l. cum res.*
49 in princ. de leg. 1 Simon. de Prat. de interpre-
tat. vltim. voluntat. lib. 4. dub. 11. n. 04. & 105.
3 *fol. 432.* † Neq; legatum poterat dici inutile,
quamuis res legata non portaretur ad domum
creditoris; tunc enim ſi eſſet tale, incumberet
illi hoc onus, quaſi ob huiuſmodi inutilitatem
æquitas id ſuadeat *Alex. ad Bart. in l. 1. in fine*
in verb. poteſt intelligi. de alim. & cibar. legat.
per tex. in l. ſed & ſi ſuſceperit. 52. §. 1. cum ſeq.
4 *de iudic.* † Prout dicimus de vſufructuario, qui
non tenetur ad collectas, quando vſuſfructus eſ-
ſet inutilis, ſi illas ſolueret, ſed ſpectabit ad pro-
prietarium, quamuis aliàs non teneretur *gloſ.*
in l. qui concubinā. 29. §. qui hortos. in verb. præ-
ſtaturum. de leg. 3 Roman. ſing. 157. incip. quod
vſufructuarius. Alex. Iaſ. Natt. Affl. & alij, de
quibus *per Sur. de alim. tit 4. q. 16. n. 13.*
Contrarium tamen prædictis non obſtātibus De-
claraui propter conſuetudinem in actis proba-
tam, quòd aliàs ſolutio fuit facta in domo cre-
5 ditoris, † ad cuius fauorem tenetur debitor
perſeuerare ſolutionem in loco, in quo cepit
ſoluere; Ita vt attendatur etiam conſuetudo hæ-
redis, qui videtur quaſi contrahere cum legata-
rijs *l. ſi fideicommiſſum. 50. vbi gloſ. in verb. præ-*
ſcriptione. & l. quamuis. 51. ff. de iudic. gloſ. in l.
quod legatur. 38. in verb. à legatario. in fi. verſ.
item hæc vera ſunt. ff. eod. tit. Ang. in l. 1. in fi. n. 5
verſ. vltimo ſciat. C. de fideicom. Dueñ. reg. 161.
creditor tenetur. n. 6. limit. 4. in fi.
Neq; obſtat quod hæres ſoluens legatum in vno
loco ſibi præiudicet, vt etiā cætera legata ibi-
dem ſoluere debeat, quando haberet exemptio-
nem non ſoluendi in certo loco ex priuilegio,
& iu-

6 & iure ſingulari; † tunc enim facilius tollitur
illud ius ſpeciale,quàm ius commune l.eius mi-
litia §.militia miſſus.ff.de teſtam.milit.ſed quā-
do hæres eſſet exemptus de iure communi,pro-
ut in caſu de quo agimus, tunc non pręiudica-
7 ret iſta ſolutio facta in vno loco; † Prout dici-
mus in tempore,& in re:ſi enim ſoluit vnum le-
gatum inutile, non ſibi præiudicat quo ad alia
legata gloſ in l.non dubium.16.in verb.agnoue-
rit.in fin.C.de teſtam. & ſi vnum præſtat ante
tempus, non tamen tenetur aliud ante tempus
præſtare gloſ. in l. lucius titius teſtamento. 90.
8 §.teſtator. ff. de leg. 2. † Quaſi valeat argu-
mentum de tempore ad locum Bart. in l. vi-
num.in princ.nu.2.ff.ſi cert.petat.Euerard. loco
argumētor.40. Stracc. de adiect.p.3.n.132.tom.
6.p.1.f.395.Et de re ad locum,& ad tempus,&
è contra l.ſi quis ita legauerit.32.ff. de aur. &
arg.leg. Alber.de ſtatut.p.1. q.56.n.3. Iaſ in l.
vinum.n.6. in fin.verſ.redeundo ad notabile.ff.
9 ſi cert. petat. † Et ita in terminis diſtinguit idē
Iaſ.in l.2. in fin.n.9. verſ.in ſecunda parte ha-
bet.C.de fideicomm.ſequitur Guliel. Bened. in c.
rainutius. in uerb. abſq; liberis moreretur. il 2.
in tract. fideicommiſſaria ſubſtitutionis.n.176.
10 de teſtam. † Ita vt neq; in caſu fauorabili ali-
mentorum per ſolutionem factam in vno loco,
debeat quis cogi ad perſeuerandum ſoluere in
eodem loco, prout latè proſequitur Surd. de
alim.tit.4.q.16.n.27.vſq, ad n.35.

Quia reſpōdetur,quod quidquid ſit reſpectu agni
tionis aliorum legatorum, aut temporis, de
quibus modo non agitur,quando ſumus in eo-
11 dem legato,verior eſt opinio, † quod ſit perſe-
uerandum in ſolutione reſpectu loci,in quo fuit
cæptum ſoluere, prout concludit Peregrin.de
fideicomm.artic.53.n.3.Neque Surd.ex aduerſo
allegatus.d.q 16. aliquid firmat, cum loquatur
12 per modum diſputationis,† immò ſubdit quod
in practica eſſet difficilè obtinere contra aucto-
ritatem gloſ. in d.l. quod legatur. de iudic. ſe-
cundum quam opinionem dicit fuiſſe ſæpè iu-
dicatum.

Quæ magis procedunt in caſu, de quo agimus;
Nam iſte debitor ſortitur forum illius loci,in
quo cæpit ſoluere,tunc enim debet ibidem per-
13 ſeuerare ſolutionem; † Alias enim ex eo ſolo,
quod præſtitiſſet legatum vni ex legatarijs, vbi
quis forum non ſortitur,non eſſet inducta obli-
gatio fori,nam requiritur,quod aliqua ratione
ibi ſortiatur forum,videlicet cōmunis patriæ,
originis proprię,aut paternæ,de quibus in l.hæ
res abſens.19. de iudic. Ratio quia conceditur
facilius prorogare quod eſt, quàm de nouo ali-
quid inducere ad tex.in l.ſed ſi manente.5.ff. de
precar. & ita in ſpecie concludit Caſtr. in l. ſi
fideicommiſſum.50. §.fin.in princ. verſ. ſed ſi in
loco illo.ff de iudic.Peregrin. de fideicomm. art.
53.n.3. in fin.

Amplius in caſu noſtro ſtante conditione perſo-
narum idem erat dicendum.cum eſſet facienda
14 ſolutio Doctori,tunc enim etiam † debitor di-
uerſi fori tenetur deferre debitum ad domum
creditoris,cui reuerentia eſt debita, prout in
vaſſallo,& domino, & de humili debitore do-
ctoris,& ſimilium concludit Imol.in c.ſignificā-
te.col.fin.poſt med.verſ.quid erit ſi debitor.n.25.
de pignor.Natt.conſ.513.nu.4. Duen.reg. 161.
15 limit.12.Et de filio debitore patris † gloſ.in §.
ſi verò contigerit.in uerb.alia neceſſaria. in fin.
auth.de inceſt.nupt Et de vaſſallis,cenſualibus,
& victualibus, qui ſunt quodammodo ſubditi
Bald.in l.fin.ad med.n.8. verſ. modo quæro ge-
neraliter.C. de condit.inſert. Surd. conſil. 172.
nu.12. vbi ex hoc concludit,quod quemadmo-
dum debitor tenetur portare debitum ad domū
16 creditoris nobilis: † Ita etiam eſt iuranda fi-
delitas per vaſſallum humiliter, deuote, genu-
flexum,non ſtantem Siluan. de feud. recognit.
c.107. Dummodò conditio perſonæ,aut quali-
tas iurantis aliud non ſuadeat,cum ſemper hoc
ſit inſpiciendum,licet ſi aliter de conſuetudine
ſeruaretur,illa eſſet attendenda;& ita debet in-
telligi Aim. conſ. 517. per tot. Iacob. de bonag.
n.15.Menoch de arbitr.caſ.577.

Quibus ſtantibus videbatur dicendum fuiſſe libe-
ratu debitorem quamuis res miſſa caſu perie-
rit in itinere,cum ſimus in ſolutione facienda
17 in domo creditoris; † vnde antequam fiat ſo-
lutio periculum debet eſſe debitoris l.incendiū.
11.C.ſi cert.petat. & genus debitum non perie
te perempta l.in ratione. la 2.30. §.incerta. &
ibi gloſ.in uerb.nihil debebitur. ff.ad leg.falcid.
18 Prout regulariter † obligatus portare aliquid
ad domum creditoris debet ſuo periculo deſer
re l.vlt.ubi Bald.in fin.n 9. uerſ. nota quod de-
bitor.C.de condit.inſert.Doctor. in l. uſuras. C.
de ſolution.

Verius tamen Dixi concludendum ad fauorem
pauperis debitoris,Nā eramus in genere, quod
debebatur tanquam ſpecies,videlicet in frumē-
to,& oleo dando ex particulari prædio,quo ca
19 ſu ſpecie perēpta † debitor eſt liberatus.Quia
tunc idem iudicamus de debitore quantitatis
reſpectu certæ ſpeciei,quod de debitore ſpeciei
l.electio.26.§.ſi ii quem.de noxal. l. titia texto-
res. 26. §. fin.ff de leg.1. Bart. in l.quod te. in
princ. uerſ. unde in debitore.n.4.ff.ſi cert.petat.
Ang.in l.cum hi.§.uult igitur.in fin.uerſ.in glo
ſa quæ incipit.n.5.ff de tranſact.

Neq; obſtabat quod pro creditore allegabatur de
non probatione facta per debitorem amiſſionis
20 rerum geſtarum, † quaſi teſtes non probent
tanquam examinati extra terminum Io. Andr.
in c.pia.de exception.in 6.Bald. in rubr.C.ſi ex
falſ.inſtrum.ad fin.n.10. uerſ. & nota quod in
termino.& in l.obſeruari. §. poſt hæc in princ.
uerſ.item nota quod non ſufficit.ff. de offic. pro-
21 conſ.& legat. † Quia cum ſimus in dilatione
data per iudicem,& ex illius arbitrio, non re-
quiritur,quod examen teſtium fiat in termino,
nam ſecus eſſet in ea,quæ datur à iure, ſeu ſta-
tuto,per quod ſi detur terminus ad probandū,
& examinandum teſtes,non ſatis eſt illos iuraſ-
ſe in termino, niſi etiam in illo depoſuerint Fe- 22
lin.in c.licèt cauſam.9.col.12.in fin.uerſ.limita

ter-

tertio.nu.16.de probat.; Rimin. *Iun.conſil. 115. n.24.lib.2.* cũ alijs *per Carthar. deciſ. genuenſ. 2.nu.11.& deciſ.150. nu.7.* Vnde ſtandum eſt
22 regulæ,† ſecundũ quam teſtes qui iurauerũt in
termino poſſunt poſt illum examinari *Bart. & aliy in l.damni.§.ſabini.ff de damn.infect.* Quo-
niam eorum depoſitio retrotrahitur ad tem-
23 pus præſtiti iuramenti, † Et quia examinatio
eſt quid facti,quæ etiam extra iudicium poteſt
expediri *Veſtr.in prax.c.3.& ult.lib.9.n.8.* vbi
teſtatur ita ſeruari;Dummodo ſimpliciter fue-
rit conceſſus terminus probationis, ſecus ſi iu-
dex dederit dilationem ad probandum, & pro-
24 batum habendum, † ſeu examinari faciendũ,
quia tunc dicta dilatio habet vim concluſionis,
vnde ante illam iuramentum, & examen debet
recipi *Io.de Amic.conſ.108.n.5.Alex.conſil.101. viſo proceſſu cauſæ. n.4.lib.2.* Quatenus non ſi-
mus in teſtibus de lõginquis partibus, ad quos
terminus ad probatum habendum non porri-
gitur *Grauat. ad Veſtr. in prax. lib.6. c.2. in uerb. dum tamen.n.61.* cum alijs declarationi-
bus,de quibus *per eum.ibid. Marſil. in prax. §. ſequens.n.2.Felin.in c.cum clamor. de teſtib.*

EPITOME.

Pro rebus, & pecunijs deſcriptis in inuentario an competat actio contra tutorem antequam reddatur ratio adminiſtrationis. Tutor quando poſsit conueniri ad factum,ſeu ad certum quid reddendum. Compenſatio in quibus caſibus admittatur de liquido ad non liquidum. Mater,& quilibet adminiſtrator an debeat ſibi ſoluere dotem,& ſuum creditum, ita vt nõ ſoluẽs perdat intereſſe. Matri an & quando competat petitio dotium ſuarum ante redditam rationem adminiſtrationis.

SVMMARIVM.

1 *Executio non competit pro debito tutelæ reſpectu bonorum deſcriptorum in inuentario, niſi reddita ratione adminiſtrationis.& nu.2. & 3.Amplia in herede tutoris.nu.4. Intellige in pecunijs,ſecus in alijs bonis.n.6.& 8.& quando agitur via executiua, non ordinaria.nu.9. & in promiſsione facta vnico contextu de reddendo rationem, & reſtituendo bona, non ex interuallo.n.15.& quid in debitis tam liquidis,quàm ſtatim liquidandis. n.18.*

5 *Contra tutorem agitur ad factum,non ad certum quid reddendum. Declara, vt num.12. & 13.*

6 *De ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio.*

10 *Minor non prohibetur agere pro eo quod eſt certum ratione eius quod eſt incertum.*

11 *Compenſatio non opponitur de debito liquidãdo contra liquidatum.*

14 *Copulata debent concurrere uniformiter, & æquè principaliter.*

16 *Liquidum dicitur quod poteſt infra modicum tẽpus liquidari,et eſt arbitrarium iudicis.n.17*

19 *Compenſatio quando admittatur in obligatione camerali.*

20 *Compenſatio quando ſit facienda de quantitate ad quantitatem quamuis promiſsio ſit iurata*

21 *Matri an competat petitio dotium ſuarum ante redditam rationem adminiſtrationis, & n. 33.35.36.37.38.40.41.& 42.*

22 *Mater tutrix quando poſsit ſibi ſoluere dotem ſuam, & aliud creditum,prout creditoribus. n.23. 24.*

25 *Creditor ſuccedens debitori,& grauatus reſtituere fructus an poſsit illos detrahere pro rata ſui crediti,& habeat ex alio titulo, quam hereditario. n.26.*

27 *Mater tutrix eſt in culpa non ſoluens ſibi ſuũ creditum dotis, & non poterit petere alimenta, & fructus etiam ſtante ſtatuto, quod illi preſtentur vſura dotis.n.28.29. Intellige, vt nu. 30.*

31 *Adminiſtrator bonorum ſui debitoris non conſequitur intereſſe ſi ſibi non ſoluit,& fideiuſſor liberatur debitore facto non ſoluendo. declara,ut n.32.*

34 *Retentio facilius datur quàm actio.*

39 *Ex diuerſis nominibus non habet locũ retentio.*

CAPVT CXXIX.

DEbitum tutelæ quando non eſt liquidum,
ſed incertum Verius eſt nullam pro eo
1 com petere executionem, † donec fuerit reddi-
ta ratio eiuſdem tutelæ,prout in terminis con-
cludit *Alex.conſ.192.uiſis narratis.lib. 7.* cum
alijs quos adduxi *deciſ 179. in prinс.* Vnde in
caſu mihi propoſito Declaraui tutorem non po-
tuiſſe grauari ad reſtitutionem eorum,quæ ſibi
fuerunt conſignata, & de quibus conſtat in in-
ſtrumento inuentarij,niſi prius cõtra eum aga-
tur,vt reddat rationem adminiſtrationis, cum
poſſit contingere,quod tutor oſtendat plus im-
pendiſſe in rem pupilli,quàm ipſe habuerit *l.1. §.preterea ſi tutela.de contrar. iudic. tutel.* Et
2 eſt ratio,† quia aliàs ſententia contineret con-
tradictionem, per quam condemnaretur tutor
ad reddendam rationem,& computandum ſo-
luta,& data pro pupillo,pro quo ſi plus expen-
diſſet tanquam creditor poſſet repetere, & ſic
condemnabitur, qui non erat condemnandus,
maximè cum officium ſuum ſibi eſſet damno-
ſum,quod non eſt admittendum *l. cum quadã. 26. C. de adminiſtr.tutor.* Et ita in ſpecie con-
3 cludit† larè *Aim. conſ.235.n.13. & conſil. 231. n.16.in fin.* & voluit *Ancbor. conſ.235. col. 2. verſic. preterea propter luerum.Iaſ.conſil.100. lib.4. Alex.d.conſ.192.lib.7. Neguſ. de pignor. p.5. m.1.n.37.Cephal.cõſ.767.n.14.& cõſ. 769. n.11.lib.5.Caualcan.de tutor.n.214. uerſ. tamẽ magis mihi placet.* vbi dicit veriſſimam opinio-
4 nem, † & ampliat etiam ad hæredem tutoris
Cantr.conſ.370.iſte qui formauit.num.1.lib.1. Dec.conſ.110.n.7. Præſertim quia contra tuto-
5 rem agitur ad factum,nõ ad certum quid,† vn-
de

de equius eſt, vt præcedat ratio adminiſtratio-
nis, non vt prius agatur ad certam rem redden
dam, prout etiam in ſpecie concludit *Purpu-
rat. conſ.339.n.2.lib.2.*
Quod multo magis habet locum in caſu noſtro,
6 quia fuit ſolum petita reſtitutio pecuniarum,†
quaſi aliter eſſet concludendum, ſi peterentur
reliqua bona mobilia, & ſuppellectilia deſcripta
in inuentario. Ratio differentiæ eſt, quia pe-
cuniꝫ recipiunt functionem in genere ſuo; vnde
cum ex cauſa tutelæ prætendat tutor ſe credi-
torem in pecunijs facilius poteſt dari in eis re-
tentio; Ad exemplum compenſationis, quꝫ da-
tur de quantitate ad quantitatem, quod non eſt
7 in rebus mobilibus, & alijs ſpeciebus, †quarum
non fit retentio, aut compenſatio tanquam de
ſpecie ad quantitatem *l. ſi conuenerit. 18. in
princ. et ibi gloſ. in verb. loco. de pignorat. action.
l. ſi non ſortem. 26. §. 1. de condit. indeb. l. ſi
conſtat. 4. C. de compenſat. l. grege. 12. §. cum pi-
gnori. de pignor.* Immò quamuis tutor remane-
ret creditor reddita ratione adminiſtrationis.
non tamen impediretur reſtitutio huiuſmodi
8 bonorum: † Ita in ſpecie dicit diſtinguendum
Surd. deciſ. 184. per tot. vbi etiam teſtatur de
magis communi, & quod pluries ita iudicatum
fuit per *Roland. & Becci. Idem Surd. conſ. 196.
n. 23. & 24. lib. 2.* Prout etiam hanc eſſe verio-
rem opinionem dicit Rot. *Bononien. per Benin-
ten. deciſ. 90. in fin. poſt* Soccin. *conſ. 24. nu. 36.
lib. 1.*
Minus erat dubitandum in caſu, de quo ageba-
mus, quia actum fuit contra tutorem via com-
9 muni, & ordinaria, † cum contrarium dicen-
dum eſſet, quando tutor conueniretur via exe-
cutiua vigore inſtrumenti, in quo promiſit ra-
tionem reddere, & reliqua reſtituere, quaſi tunc
magis poſſit agi contra tutorem ad certam rẽ
ante generalem rationem totius adminiſtratio
nis *Bart. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem. iudic. Alex.
conſ. 192. in fin. num. 3. verſ. & per hæc patet.*
10 *lib. 7.* † Vnde ratione eius quod eſt incertum
non impeditur minor agere pro eo, quod eſt
certum *Soccin. conſ. 24. viſis ac diligenter. col. 13
in princ. uerſ. non obſtat argumentum. nu. 35.
lib. 1.* cum etiam non poſsit opponi compen-
ſatio debiti liquidandi contra debitum liqui-
11 datum per ſniam, † ſeu inſtrumentum *Alex.
conſ. 93. quæritur vtrum ſit commiſſa. lib. 4.* ete-
nim potius dicitur mixta obligatio, per quam
tutor tenetur, non autem ſimplex, quaſi verſe-
tur non ſolum circa factum, ſed etiam circa da-
12 tionem, † cum incipiat à faciendo, & termine-
tur in dando *l. cum ſeruus. 81. ad med. de con-
dit. & demonſtrat.* Vbi *Caſtrenſ. verſic. item.
nota. ex ſecunda parte. num. 4.* ex hoc concludit
quod quando datio eſt finis facti videtur ineſſe
13 obligationi datio potius quàm factum, † & ſe-
quitur latius *Surd. conſ. 296. nu. 23. & 24. lib. 2.*
vbi ita declarat intelligendum eſſe *Purpurat.
conſ. 339. nu. 2. lib. 1.*
Quæ magis debent procedere, quia promiſsio tu-
toris, de qua in inuentario, & inſtrumento tu-
telæ fuit facta vnico contextu de reſtituẽdo bo
14 na inuentariata, & de reddendo rationẽ; † Vn-
de iſta tanquam copulata debebant cõcurrere
vniformiter, æqualiter, & æque principaliter
*Bart. in l ſcia ex parte. 20. §. cato. nu. 1. de fund.
inſtruct.* Ruin. *conſ. 53. nu. 7. lib. 1. Aim. conſil. 9.
n. 25.* Bald. *conſ. 243. viſis. ad med. uerſic. item
15 natura. lib. 3. Mandoſ. reg. 32. q. 17. n. 4.* † Qua-
re non poterit ex hac promiſsione tutor con-
demnari ad reſtitutionem eorum, de quibus in
inuentario, niſi reddita ratione tanquam ſit
copulata promiſsio, prout in ſpecie concludit
Caualcan. de tutor. n. 214. verſ. & etiam quia.
Præſertim quando tutor poſſet infra tempus in-
ſtantiæ executionis petitꝫ reddere rationem, &
16 ſic creditum ſuum liquidare, † quaſi tunc ha-
beatur pro liquido illud, quod infra breue tem-
pus poteſt liquidari *l. fin.* C. *de compenſat. Ca-
pic. deciſ. 48. n. 2. Lancellot. de attentat. p. 3. c. 24.
de reo & exception. contra attentat. compet.
q. 29. in fin. tom. 5. fol. 437. poſt Galleſ. de ob-
ligat. cameral. p. 4. q. 2. nu. 7. verſic. dixi regula-
17 riter.* vbi quod hoc eſt in arbitrio iudicis; † Et
de ſimilibus probationibus, quæ fiunt in conti-
nenti *Dec. in l. vlt. nu. 45. in fin. col. 31. uerſ. in
ſecunda concluſione. C. de edict. diu. adr. toll. &
in c. prudentiam. § ſexta. in 3. not. de offic. deleg.
Menoch. de arbitr. caſ. 14. n. 5. & caſ. 18. num. 4.*
18 & in ſpecie † veriorem ſententiam dicit *Caual-
can. de tutor. n. 215.* contra *Mſinger. obſeruat.
6. centur. 2.* Maximè quia licet non admittatur
compenſatio contra executionem Cameralis
obligationis *Aret. conſil. 99. col. 2. Doctor. in c.
19 ueniens. de iur. iur.* † Tamen ſubſiſtente æqui-
tate eſſet in arbitrio Iudicis compenſationem
admittere, etiã in debito liquido, quando præ-
ſertim debitum petitum compenſari eſſet fa-
ctum poſt tempus obligationis Cameralis *Soc-
cin. in l. iulianus. col. penul. de cõdit. & demõſtr.
Galleſ. d. q. 2. n. 8. et 9. Tindar. de cõpenſat. q. 7.
col. 4. Afflict. deciſ. 381. num. 3. Capic. deciſ. 167.
num. 4. ad medium uerſ. mihi viſum eſt in hac
materia.*
Prout dicimus, quod eſt facienda compenſatio
in liquidis de quantitate ad quantitatẽ, quam-
20 uis fuerit promiſsio iurata, † & licet ſit renun-
ciatum cõpenſationi reſpectu debiti futuri ſu-
peruenientis poſt promiſsionem iuratam, & ſic
quando ius compenſandi ſuperuenit, cum ſecus
ſit quo ad debita præterita, quaſi tunc non ad-
mittatur propter iuramentum, prout in vtroq;
caſu de communi opinione teſtatur latè *An-
char. q. 2. n. 3. et 4. lib. 1.*
Ex quibus etiã ſequitur quo ad ſecundam dubita-
tionem veriorẽ eſſe ſententiam, quod matri nõ
21 cõpetat actio, ſeu petitio dotium ſuarum, † niſi
reddita ratione adminiſtrationis, cum interim
filij poſsint illas retinere: Nam conſtat duran-
te adminiſtratione multas pecunias ad pupil-
los ſpectantes fuiſſe per eam exactas, Vnde
intrat præſumptio, quod ſibi de ſuo credito ſa-
tisfecerit, quod poteſt facere mulier ſibi ipſi
22 ſoluendo, † quemadmodum ſi ſolueret alijs
credi-

Digitized by Google

creditoribus l. peculium. la 2. §. præterea. uerſic.
nam ut eleganter. ff. de pecul. Aim. conſ. 129. n. 5.
Affl. deciſ. 13. n. 16. Caualcan. de tutor. nu. 181.
Cum præſertim non ſimus in adminiſtratione
rerum immobilium, in quibus ceſſat preſump-
23 tio ſatisfactionis, † ſicut eſt cenſus, niſi ille
eſſet extinctus, quia tunc potuit, vel niſi ex ſuf-
ficienti ratione aliud appareat, quaſi tunc ex
euidentia facti excludatur dicta præſumptio,
prout in vtroq; caſu eſt deciſio Rot. coram R. P.
D. Penia. Roman. adminiſtrationis tutelæ. 2.
april. 1590. Quando enim ſolutio eſſet facien-
24 da in pecunia poſſet tutor ſibi ſoluere, † cum
ſecus ſit in rebus immobilibus, in quibus requi-
rerentur ſolemnitates Duen. reg. 31. admini-
ſtratores ſeu officiales. concluſ. 2. fall. 3.
Et adeo præſumitur creditor ſuccedens creditori
ſibi ſoluere, vt fructus quos habuit ex hæredi-
25 tate, † ſeu ex alia cauſa, pro qua illi ſucceſiſt,
dicatur habuiſſe ex alio titulo, quàm iure hære-
ditario; Ideo ſi fuerit grauatus reſtituere fru-
ctus hæreditatis, prius poterit detrahere illos
tanquam ad ſe ſpectantes pro rata ſui crediti
Caſtr. in l. peculium. la 2. ff. de pecul. Soccin.
Iun. conſ. 170. nu. 9. lib. 2. Menoch. conſil. 183.
nu. 35. & 36. lib. 2. Quidquid diſtinguat Sim.
de Prat. de interpretat. ultim. voluntat. ſolut. 4.
26 dub. 4. interpretat. 3. nu. 21. † vbi concludit
aliud eſſe inter grauatum reſtituere fructus, &
illum qui grauatur reſtituere bona. Quia im-
pliciter eſt verior in vtroq; caſu opinio prædi-
cta, vt teſtatur Surd. deciſ. 70. nu. 1. uerſ. qua
concluſio. vbi quod ſępè ſenatus iudicauit con-
tra dictam diſtinctionem, cum non poſsit con-
ſiderari aliqua ratio diuerſitatis, immo tam in
onere reſtitutionis proprietatis, quàm fructuũ
eadem fictio ſolutionis conſideratur, vnde idem
ius eſt ſtatuendum l. à titio. in princ. ff. de verb.
obligat. Bald. in l. de quibus. nu. 35. C. de legib.
Tiraq. in tract. ceſſant. cauſ. p. 1. nu. 150. Surd.
deciſ. 276. nu 8. & 9.
Immo mulier dicitur eſſe in culpa ſi ſtantibus prę
27 dictis ſibi ſuum creditum non ſoluit † Aret. in
§. actionum. q. 27. n. 46. inſtit. de action. Bald.
conſ. 86. punctus angelus petri. in fin. verſ. hic
autem aduertendũ. lib. 2 Plot. de in lit. iur. §. 11.
nu. 34. Surd. de alim. tit. 3. q. 7. nu. 17. Itaut
neq; poſsit conſequi alimenta, & vſuras dotis,
ſi mulier tutrix eorum, qui tenentur dotem ſol-
28 uere, † non curauit durante tempore admini-
ſtrationis tutelæ illam exigere l. quoties. 10. §.
ſicut autem. de adminiſtr. et pericul. tutor. gloſ.
in l. diuortio. 37. §. illum autem. in uerb. poſ-
ſit. in fin. ff. de negot. geſt. Soccin. conſ. 126. di-
ligenter. col. 3. poſt med. in 2. dub. num. 5. lib. 1.
vbi n. 6. ampliat, quamuis adſit ſtatutum, quod
29 viduæ præſtentur vſuræ, & fructus dotis, † quia
illud intelligitur, quando non differtur exactio
reſtitutionis dotis culpa ipſius, cum ſibi impu-
tandum ſit non exigendo à ſe ipſa, prout pote-
rat de iure communi, ſecundum quod etiam
debemus interpretari ſtatutum l. ſi ſerus. 2. C.
30 de noxalib. action. † Niſi eſſemus in pecunia
deſtinata ad vſum prædiorum, quia in illa non
poteſt ſibi ſoluere niſi in ſubſidiũ Roman. ſing.
104. tu habes quod pecunia. Caualcan. de tutor.
31 n. 179. in fin. † Et idem eſt in alijs gerẽtibus
negotia alterius, qui adminiſtrantes bona ſuo-
rum debitorum non conſequuntur intereſſe, ſi
non exigunt ſuum creditum; Ita vt debitore fa-
cto non ſoluendo, neq; fideiuſſores ſint obligati
Ruin. conſ. 45. nu. 5. lib. 5. Riminal. Iun. conſ. 52.
32 n. 64. lib. 1. † Dummodo adminiſtratori ſol-
uatur per debitorem illud lucrum, quod fuiſſet
diminutum ex bonis ipſius debitoris, ſi ſtatim
ipſe adminiſtrator ſibi ſoluiſſet, ne locupletetur
cum illius iactura, prout in terminis declarat
Surd. de aliment. tit. 1. q. 45. num. 74. & eſt tex.
in l. quoties. 10. §. ſicut autem. verſic. ſi vſuræ
fuerint grauiores. ff. de adminiſtrat. & peri-
cul. tutor.
Secundo quia propter expreſſam hypothecam fa-
33 ctam per matrem de ſuis dotibus † in aſſump-
tione tutelæ cum ſolemnitatibus requiſitis, &
ſeruatis ſeruandis filij habent ius in re, & poſ-
ſunt dotem retinere l. quamuis. C. de diſtract.
34 pignor. l. 1. C. etiam ob chirographar. pecuni. †
Nam ſi datur actio hypothecaria ad auocan-
dum poſſeſsionem §. item ſeruiana. inſtit. de
actionibus. Ergo multo magis dabitur reten-
tio tanquam fauorabilior l. per retentionem.
C. de vſur. l. creditor. in princ. ff. qui potior. in
35 pignor. Cephal. conſ. 299. nu. 34. lib. 2. †. Et ita
in terminis concludit Socc. conſ. 180. alias. 126.
diligẽter puncti narratione. col. 2. in princ. verſ.
ex qua concluſione. n. 2. lib. 1. Roland. conſ. 17.
n. 8. lib. 4. Dec. conſ. 349. col. fin. n. 10. verſ. adeo
quod etiam dos. cum alijs quos adduxi deciſ.
179. nu. 7.
Neq; obſtat quod ſolutio dotis non retardetur
propter non redditã rationem adminiſtratio-
36 nis † Neguſ. de pignor. p. 5. m. 1. nu. 36. et 37.
q. 10. verſ. iſtis tamen non obſtantibus. Put. de-
ciſ. 146. nu. 5. lib. 1. Rot. per R. P. D. Accoram-
bon. Vicentina dotis. 26. maij. 1546. Sarnenſ.
deciſ. 64. in manuſcript. de iur. dot. Rot. coram
R. P. D. Lancellott. romana ſaluians interdicti.
19. nouembr. 1599. et coram Card. Seraphin. ro-
mana tutelæ. 17. febr. 1603. vbi quod eſt verior
& magis communis opinio, reprobato Soccin.
37 d. cõſ. 180. lib. 2. † Quod magis dicit procedere
ſtante obligatione Camerali, contra quam non
admittitur exceptio requirens altiorem inda-
ginem Afflict. deciſ. 381. Capic. deciſ. 167. poſt
Aretin. conſ. 99. col. 2.
Quia prædicta procedunt, quãdo non extaret hy-
potheca expreſſa dotium facta per tutricem, ſi
38 enim de ea appareat, † prout in caſu noſtro,
æquius eſt dari retentionem per ſuperius alle-
gata; Nam quando non adeſt hypotheca, non
debet impediri mater agẽs via executiua prop-
ter non redditam rationem adminiſtrationis,
quia debitum, & creditum ſunt ex diuerſa cau-
39 ſa, ſcilicet dotium, & tutelæ, † vnde tanquam
ex diuerſis nominibus non habet locum reten-
tio, & copenſatio Bald. in l. etiam. 9. nu. 3. C. de cõ-
pen-

penſat. Afflict. deciſ. 192.*n*.1. & ita in ſpecie di-
ſtinguit *Caualcan. de tutor. n*.219.

Et quidquid ſit de prædictis, quia forſan hæc di-
ſtinctio non eſſet tuta ex ſupra allegatis deci-
ſionibus, in caſu noſtro tollitur omnis difficul
tas, quia licèt exceptio compenſationis nõ poſ-
ſit opponi contra mulierem repetentem dotẽ,
40 tamen intelligitur, † quando opponeretur cõ-
penſatio non liquida, cũ illa non detur de liqui-
do ad nõ liquidũ, ſecus quando apparet, prout
iu caſu, de quo agebamus, quod ad tutricem
peruenerunt pecuniæ, & bona, ex quibus potuit
ſibi ſatisfacere, tunc enim dabitur compẽſatio,
maximè quando non petitur compenſari ſpe-
cies, quæ in quantitate non admitteretur *l. ſi*
41 *conuenerit. de pignorat. action.* † Et ita proce
dunt deciſiones Rotæ contrariæ *in cauſa* Ro-
mana de beuilaqua. coram R. P. D. *Orano. &*
Romana tutela coram R. P. D. *Penia* quia con-
ſtabat ibi tot pecunias perueniſſe ad manus ad-
miniſtratorum, ex quibus præſumenda erat ſa-
tisfactio *Aim. conſ*. 129.*n*.5. *Surd. de alim. tit*.3.
q.7. *nu*.17. & ita in terminis concordando de-
ciſiones Rotæ Romanæ diſtinguit *Cardin. Se-
raphin. Romana tutela*. 17. *februarij*. 1603.

EPITOME.

Legatarius an teneatur ad onus legato iniũctum. Solui an poſsit ante tempus, & aliud pro alio. Confeſſio qualificata an poſsit diuidi. Vſusfructus quomodo conſtituatur in rebus mobilibus, & earum reſtitutio qualiter ſit facienda. Promiſſio indemnitatis an requirat excuſsionem. Fideiuſsio quando extendatur ad fructus. Maritus accipiendo dotem an præiudicet ſibi quo ad interuſuria.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius quando teneatur ad onus legato iniunctum. nu*.2. 4. *&* 6.

3 *Ignorantia præſumitur in onere iniuncto in codicillis, ſecus in teſtamento, in quo ſcientia vnius non eſt ſine altero.*

5 *Legans centum pro conſtruenda cappella an cẽſeatur grauare, vt expendatur plus quàm ſit relictum.*

7 *Solui non poteſt aliud pro alio quamuis melior conditio offeratur.*

8 *Creditor non cogitur recipere creditum ante tempus. Intellige vt n*.9. *&* 10.

11 *Verbum reſtituere ſignificat idem quod ſoluere, & an importet ſemper traditionem. n*.12.

13 *Pecunia legata ad alimenta an debeat ſtare penes heredem, vel ſit deponenda.*

14 *Verbum ſatisfactio latius patet quàm ſolutio & compenſando dicitur quis ſatiſfacere, prout etiam dando pignora. n*.15.

16 *Confeſſio qualificata quando poſsit diuidi, vel debeat acceptari, cum ſua qualitate. num*. 18. *&* 19.

20 *Capitula an ſint diuerſa ſi continẽt multa facta, quæ varijs temporibus contigerunt. & num*.21.

22 *Vſusfructus quomodo conſtituatur in rebus mobilibus, & an debeant reſtitui bona æſtimata ſecundum valorem vſusfructus incboati, vel finiti. & n*.23.

24 *Fideiuſſor debet conſeruari indemnis etiã indemnitate non promiſſa.*

25 *Soluens pro alio quam actionem habeat.*

29 *Promiſſio indemnitatis operatur, vt prius conſtet de damno, & requirit excuſsionem. Declara vt n*.27.

28 *Fideiuſſor quando cenſeatur obligatus pro fructibus, & in omnem cauſam, & n*.29. *Et quid in dote, & alijs iudicijs bonæ fidei. n*.31.

30 *Obligatio fideiuſſoris non eſt amplianda.*

32 *Maritus recipiendo dotem, an probibeatur petere alimenta, & vſuras dotis. et num*.33.34. *et* 35.

CAPVT CXXX.

Legatum de quo in caſu mihi propoſito fuit
acceptatum per legatarium, quæ accepta
1 tio cum ſit facta ſimpliciter, † Dixi verius eſſe
illum teneri ad onus ei iniunctum per teſtato-
rem *l. imperator. verſ. enimuero. de leg*. 2. *Caſtr.*
in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matr. Dec.
conſ.425.*col. pen. n*.8. *Aim. conſ*. 174.*n*.9.

Quod magis erat in caſu noſtro, cum onus iniun-
ctum nõ excederet valorem legati, Licèt etiam
2 acceptatio operaretur, vt eſſet validũ; † quan-
do illud excederet, dummodo tamen non adſit
ignorantia oneris iniuncti *Ruin. conſ*.79. *nu*.1.
et 2. *lib*.1. *Natt. conſil*. 186.*num*.1. *Soccin. Iun.*
conſ. 18.*n*.8. *lib*. 4. *Surd. conſil*.7.*nu*.36. *in fin.*
verſ. ſtante igitur tali. et de aliment. q.26.*tit*.9.
3 *n*. 101. † vbi quod ignorantia præſumeretur in
onere iniuncto in codicillis, quamuis non in te-
ſtamento, cum præſumatur tunc ſcientia quaſi
inſpexerit tabulas teſtamenti, non codicillorũ,
vnde poterit eſſe ſcientia vnius ſine altero *Aim.*
conſ.257.*num*.3. *Card. Mantic. de coniect. vltim.*
volunt. lib.6.*tit*.4.*nu*.12. *poſt Bart. in l. extera.*
43.*§. fin. n*.1. *de leg*. 1. *et in l. qui roma. §. duo*
fratres. q.3.*nu*.13 *de verb. oblig*. Et dummodo
onus maius legato apponatur per viam actio-
4 nis, † ſecus ſi per viam modi *Soccin. in l. plau-*
tius. in 6. *notab. de condit. et demonſtr*. Ratio
eſt quia modus impletur poſt actum, & ſic poſt
ius quæſitum, & poſt illud commodum, vnde
non videtur, quod legatarius qui iam cõſequu-
tus eſt vtilitatẽ poſsit grauari ad onus maius,
quàm eſt ipſum cõmodum *Aim. conſ*. 174. *n*.9.
5 *verſic. ſed tamen ſuſtinendo*. vbi de legante
Titio centum ſi de illis faciat conſtrui cappel-
lam, nam in conſtructione non tenebitur Titius
plus expendere, quàm ſit relictum *Caſtr. in l. ſi*
huiuſmodi. 86. *in princ. n*.4. *verſ. ſed oppono con-*
tra ſummarium. ibi. quod eſſet inconueniens. ff.
6 *de leg*. 1. † ſecus autem quando onus apponitur
cõditionaliter, & illud debet impleri ante quæ-
ſitum ius, quia tunc opus eſt, quod conditio ad
inte-

integrum impleatur, cum ante adimpletam cõditionem ius non competat *Rip. in l. cum filiofamilias. 11. col. 4. ad med. nu. 15. amplíat. 2. de legat. 1.*

Quibus ſtantibus Declaraui legatarium teneri ad reſtitutionem pecuniarum exactarum iuxtà formam teſtamenti non admittendo ſolutionem oblatam de cenſibus, cum illi non debeantur, ſed pecunia numerata, ideò aliud pro alio inui-
7 to creditore ſolui non poteſt, † quamuis melior conditio offeratur *l. eum à quo. 16. & l. manifeſti iuris. 17. C. de ſolut.* Becc. *conſ. 27. n. 6. Theſaur. deciſ. 153. nu. 1.* Ita vt neq; creditor coga-
8 tur inuitus ante tempus recipere † *gloſ. in l. qui roma. 122. in princ. in verb. obtulerit. de verb. obligat. Iaſ. in l. poſt mortem. C. de fidei. omm. Dec. in l. cum tempus. 17. n. 5. & 6. de reg. iur.* vbi intelligunt, quando poſſet conſiderari ali-
9 quod intereſſe creditoris, aliàs ſecus, † cum declarationibus de quibus per *Surd. de aliment. q. 41. tit. 9. n. 29.* Et dummodò non ſimus in donãte, in quo eſt ſpeciale, vt aliud ſoluat pro alio
10 propter liberalitatem, † quam exercuit *l. ſi quis argentum. §. ſin vero redditus. C. de donat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 6. n. 20.*

Maximè quia iſte legatarius tenetur reſtituere, & reddere pecunias exactas, quæ verba idem im-
11 portant, † quod ſoluere, ita vt requiratur ſolutio pecuniaria, neque ſatisfiat per alium modum ſoluendi Soccin. in ſpecie *conſ. 90. num. 21. col. vlt. in fin. verſ. item promiſit. lib. 4. Neguſ. de pignor. p. 5. memb. 1. in princ. verſ. & quod dictum eſt. n. 5. dixi. deciſ. 147. n. 5.*

Neq; obſtat quod aliquando verbum reſtituere applicetur ei, quod nunquam fuit receptum, &
12 non ſemper importet traditionem † *l. quoties ſub conditione. 22. de cond. & demonſtr.* Quia illud eſt impropriè, cum ſecũdum verum ſenſum
13 ſignificet ſolutionem; † Prout dicimus de pecunia legata ad alimẽta, quæ debet ſtare penes hæredem, vel depoſiti apud tertium, dummodò teſtator non mandet, quod legatarius illam reſtituat poſt mortem, tunc enim erit illi cum effectu ſoluenda, nec poterit hæres retinere *l. cum hi. 8. §. ſi integra. vbi Ang. ad med. verſ. non obſtat hac littera. de tranſact. Surd. de alim. tit. 9. n. 13. q. 40.*

Nec facit quod dicitur de verbo ſatisfactionis, Quia illud latius extenditur, quàm verbum ſo-
14 lutionis, † quomodocunq; enim extinguatur debitum dicitur ſatisfactum creditori *l. ſi rem. 9. §. omnis. de pignorat. actio* Natt. *conſil. 496. n. 20.* Vndè qui promiſit ſatisfacere etiam cum iuramento dicitur adimplere, quamuis compenſet fructus pignoris, licèt aliud eſſet in promittente ſoluere *Felin. in c. ad noſtram. n. 12. col. 3. in princ. verſ. dicit ergo. de iure iur.* vbi adducit ſimile de ſententia quæ condemnat in amputatione membri, ſi non fuerit ſatisfactum intra
15 decem dies, † liberabitur enim dando pignora, cum ſecus ſit, ſi dicatur ſi ſoluerit *Bart. in l. item liberatur. §. qui paratus. nu. 3. verſ. & iſta facitũt. ff. quib. mod. pign. & hypoth. ſolut. Surd. conſ. 166. nu. 30.* vbi de communi. *lib. 2.*

Nec aduerſatur quod confeſſio legatarij de pecunijs exactis, & ſpectantibus ad vxorem teſtato-
16 ris fuerit qualificata, † aſſerendo illas habuiſſe, & expoſuiſſe in emptionem cenſuum, de quibus agimus de ordine ipſius vxoris, vnde non potuit diuidi, ita vt non probando mandatum poſſit condemnari ad illorum reſtitutionem *Bart. in l. aurelius. 29. §. idem quæſiuit. in princ.*
17 *de liber. legat.* † Quia iſta confeſſio continet duo facta diuerſa, & ſeparata, quod ſcilicet exegerit pecunias, & quod ex ordine illius emit cẽſus, vnde condemnatio rectè procedit *Iaſ. in l. manifeſtæ. ad fin. n. 8. verſ. circa iſta modo. de iure iur. Bald. in l. ſiquidem. 24. n. 2. C. de tranſact. Felin. in c. cum dilecta. 10. n. 8. col. antepen. in*
18 *princ. de accuſat. Boer. deciſ. 243. n. 3.* † Maximè quia dicta qualitas non reddit nullum actum, cui adijcitur, tunc enim confeſſio deberet acceptari cum ſua qualitate, prout concluſum fuit *per Rotam coram Sanctiſſimo. Alloricen. archidiaconatus. 27. aprilis. 1577. & per Cardin. Pãphilium* Narnien. *pecuniaria. 28. ianuar. 1583.* Siue enim iſtæ pecuniæ fuerint conuerſæ in emptionem cenſuum de ordine vxoris, nec ne, ſemper verum eſt legatarium illas habuiſſe, ideò ad illarum reſtitutionem tenebitur.

Præſertim quia factum in huiuſmodi confeſſione adiectum nõ erat contemporaneum, tunc enim
19 eſſet in totum approbanda confeſſio, † vel reprobanda; prout in eo, qui confitetur promiſiſſe, ſed ſub conditione, & ſcripſiſſe, ſed vti famulum, & nomine alterius *Purpur. conſil. 124. n. 4. lib. 1.* latè *Surd.* qui multis ſimilibus comprobat *deciſ. 258. n. 2. uſq; ad n. 6.* Nam quando continentur multa facta, quę diuerſo tempore
20 contigerunt ſunt diuerſa capitula, † ſecus ſi eodem tempore, cum ſit vnicum, & connexum caput *gloſ. in l. ſi quidem. 9. in fin. C. de except.* Licèt iſta diſtinctio temporis non ſit tuta, prout eam non eſſe approbandam dicit Menoch. *de arbitr. caſ. 93. nu. 21. & 22* Rim. Iun. *conſ. 127.*
21 *n. 25. lib. 2.* † Quia ſufficit fuiſſe ex eadem cauſa, & ad eundem effectum, quo caſu dicuntur connexa, non ſeparata, ſequitur *Surd. deciſ. 258. n. 9* diuerſitas enim temporis non impedit connexionem *l. cum actum. 18. de neg. geſt.* Natt. *conſ. 133. n. 6.*

Non obſtat quod vxor teſtatoris, cui eſt facienda ſolutio pecuniarum ſit vſufructuaria, vnde ſatis videtur adimpletum legatum, ſi dantur cenſus, & ſic vſusfructus illarum. Quia liberè huiuſmodi pecuniæ ſunt conſignandę vſufructuarię iuxta diſpoſitionem teſtatoris; quod etiam eſt de
22 iure communi, ſecundum quod † vſusfructus conſtituitur in rebus mobilibus, vt pecunia, vino, oleo, frumento, & ſimilibus, in quibus licèt non cadat propriè vſusfructus, cum conſumetur, & alienetur proprietas, tamen fit ęſtimatio rerum, & præſtatur cautio de reſtituẽdo quantitatem, in qua fuit æſtimata *l. 1. de vſufr. ear. rer. quæ vſ. conſum. Gomeſ. var. reſolut. c. 15. de contract. tit. de ſeruit. n. 3.* Ita vt facta æſtima-

tione

rtione caueatur de ea reddenda finito vſufructu
24 habito reſpectu ad valorem,† qui eſt tempore
inchoati vſusfructus; Intelligendo de his, quæ
breui tempore atteruntur, cum aliud ſit in illis,
quorum ſit conſumptio vſu longiſſimi tempo-
ris, iſta enim reſtituentur in eo ſtatu, quo erunt
finito vſufructu *Azo.in rubr.de vſufr.n.10.An-
char. in c.fin.n.16.de pignor.Alex.conſ.58. n.7.
lib.3.Pariſ.conſ.96.in princ.lib.2.Roland. conſ.
92.n.23. lib.1.* Et ſecundum præfatam diſtin-
ctionem tanquam magis communem iudica-
tum fuiſſe dicit *Surd. deciſ.67. per tot.*
Vltimò quo ad releuationem indemnitatis facié-
dam per vxorem teſtatoris; Verius eſt illam te-
neri, cum enim legatarius pro ea fideiuſſerit,
24 quamuis non fuerit promiſſum,† tamen fide-
iuſſor debet ſeruari indemnis, quaſi hoc tacitè
inſit, ita ut non requiratur expreſſio *c.peruenit.
de fideiuſſ.* quem tex dicit ſingularem *Bald. in
l.conſtitutionibus.20.in princ.*C.*de vſur. Pariſ.
conſ.104.n.12.lib.3.Bertazzol. clauſ.43.gloſ.1.*
25 *n.1.* † Cum enim ſoluat pro reo, habet actio-
nem mãdati contra eum *§.ſi quid autem.inſtit.
de fideiuſſ.* quod procedit quamuis ſine man-
dato illius fideiuſſerit, eo tamen præſente *l.qui
fide.ff.mand.*nam eo abſente haberet actionem
negociorum geſtorum *l. ex mandato.ff.eod. tit.*
Iſta autem promiſſio ſimplex indemnitatis opera-
bitur, vt prius conſtet de damno, & quod non
poſſit ſatisfieri per debitorem principali credi-
26 tori, ideò prius requiritur excuſſio † *Bart. in
l.1.* C. *de conuenien.fiſc.debitor.lib.*10. *Roman.
conſ.*101.*allegationes.n.2.* Quod tamen non ha-
beret locum, quando huiuſmodi promiſſio in-
demnitatis eſſet multum prægnans, puta ſi fue-
rit dictum indemnes releuare, & penitus ſine
27 damno conſeruare; tunc enim† tanquam exce-
dẽs terminos ſimplicis fideiuſſionis de indem-
nitate obtinebit defenſionis promiſſionem, ſu-
ſceptionem litis, & liberationẽ à moleſtijs ſine
excuſſione *Bart.in l.pater.n.1.ff.de dot.præleg.
Rum. conſ.187.nu.2.lib.1.* & eſt deciſ. *Rota per
Cardin. Millinum Rom. cenſus.18.iunij.* 1601.
Et quoniam fideiuſſio fuit reſpectu certæ quanti-
tatis Dixi illam non eſſe extendendam ad fru-
28 ctos,† prout neq; pro illis cenſebitur releua-
tio indemnitatis; Nam quamuis fideiuſſor ſim-
pliciter acceptus dicatur obligatus in omnem
caſum, qui poſſet oriri ex natura illius negocij,
& ſic etiam pro eo, quod acceſſit obligationi *l.
quæro.56.ff.locat.Caſtr.conſ.23. ſolet aromato-
rum.col.3.poſt med.verſ.contrarium dico. nu.4
lib.1.Aim.conſ.45.n.6.* Tamen quando fideiuſ-
ſio eſt facta habito reſpectu ad certam quanti-
tatem ſortis, obligatio non trahitur ad vſuras,
29 & fructus,† ſecus vbi ſimpliciter intercedit, &
ſine determinatione quantitatis, & ita loquitur
*tex.in l.fideiuſſores magiſtratũ.in princ.& §.1.
de fideiuſſor. & gloſ. in l.quæro.ff. locat.* prout
declarat *Neguſ. de pignor. p. 2. memb. 4.col. 8.
poſt med.verſ.ſed iſta reſponſio non eſt.num.*48.
Etenim cum fideiuſſor ſuſcipiat alienam obli-
gationem, eius interceſſio non eſt amplianda,
30 ſed strictè debet intelligi† *l.blãditur.*C.*de fide-
iuſſ.Natt.conſ.202. n.5. Roland.conſ.58.nu.20.
lib. 1.* & ita etiam ſequendo *Neguſ.* diſtinguit
*Surd. de aliment. tit.8.priuil.50.nu.2.& tit.9.
quæſt.31.n.73.* cum alijs *per Boer.deciſ.314. &
quo ad primam quæſtionem.col.2.poſt princ.n.4*
Quicquid aliud ſit in iudicijs bonæ fidei, prout
31 in dote, & ſimilibus,† in quibus fideiuſſor ac-
ceptus pro principali obligatur etiam pro ac-
ceſſionibus *Neguſ.de pignor.p.2.memb.4.n.56.
col.11.ante med.verſ.vera eſt ergo concluſio.per
text. in l. centum capuæ. ubi gloſ.* Bart. *& alij
ff.de eo quod certo loco. Surd.de alim.tit.8. pri-
uil.50.nu.85.*
Ideò dicimus quod bona vxoris ſunt tacitè obli-
gata marito, & è contra tam pro dote, quàm
32 pro vſuris dotalibus, & alimentis,† ita vt ma-
ritus recipiendo dotem ſimpliciter non prohi-
beatur petere alimenta, & vſuras dotis *Bart.in
l.ſi marito.§.ſi fundum. in fin.& ibi* Rom.*ff.ſol.
matr.* Bald. Nouell. *Lup. & alij* de quibus *per
Surd.de alim.tit.6.quæſt.3.n.12.vſq; ad n.21.*
Quamuis prædicta non ſint tuta, prout alias cum
de hoc diſceptaretur Dixi verius eſſe, quia pro
iſtis acceſſionibus ciuilibus, vt ſunt vſuræ, ali-
menta, & intereſſe, datur officium iudicis nobi-
33 le, non autem actio,† quæ ſolùm competit pro
acceſſionibus naturalibus, vt in fructibus præ-
diorum, & fœtibus animalium, quæ petuntur
actione de dote *latè Surd.de aliment. tit.3. q.2.
n.11.& 12.* Vnde ſequitur quod ſoluta ſorte
non poſſunt peti *Bald. in l. 4. C. depoſ. Pariſ.
conſ.5.n.203.lib.4.* Et hanc opinionem ſequen-
dam tanquam veriorem dicit *Idem Surd. de
alim.tit.1.q.43.num.13.in fin.verſ.hanc partem
ſi teneat.*
Itaut etiam prędicta procedant, quamuis mari-
tus in receptione ſortis reſeruaſſet ſibi ius petẽ
di vſuras, quia neq; dicta proteſtatio facit, vt
34 illas poſſit petere,† Iſta enim remiſſio induci-
tur iuris neceſſitate, vnde nihil operatur, dum-
modò ſoluens ſortem non contradicat proteſta
tioni, quaſi tũc videatur tacitè illam acceptare
conſeruando ius proteſtantis, ita vt eo caſu re-
ſultet quidam contractus ſuper intereſſe *Iaſ.in
l.fin. col. penul.in fin.verſ.quid tenendum.poſt
Caſtr. ibi.in fin.de eo quod certo loco. per tex.in
l.ſi debitor. §.1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*
35 *ſoluit.Bero.conſ.45. nu.4.*† Et dummodò non
ſimus in interuſurijs, quæ petuntur vel tãquam
conuenta, vel tanquam debita vigore alicuius
conſuetudinis, nam tunc quo ad iſta etiam ſo-
luta ſorte, & nulla quoque facta reſeruatione
de illis, remaneret ſemper ſaluum ius quo ad
intereſſe *Soccin.conſ.45.n.12. lib.4.*latè *Claud.
ad Bertazzol.conſ.262.col.fin.verſic. quarta &
vltima.* cum alijs de quibus *infra cap.136.*

EPITOME.

Legatum Eccleſiæ, vel Ciuitati relictum quando
præſcribatur ſpatio centum annorum. Et an
expiret illa destructa. Alimenta relicta digni-

tati an tranſeant ad ſucceſſorem. Qualitas requiſita an debeat eſſe ſucceſſiua. In actu in quo ſupponitur nomen vnius vice alterius cuius contemplatione negotium geritur an debeat attendi ſimulatio, & quid in penſione ad vtilitatem alicuius an fideiuſſio ſpectet ad eũ, vel ad commodum illius, in cuius perſona erat penſio.

SVMMARIVM.

1 *Legatum Eccleſiæ relictum non præſcribitur ſpatio centum annorum.*

2 *Pro Eccleſia in dubio iudicandum eſt.*

3 *Alimenta relicta Dignitati puta Epiſcopo, ſeu Rectori tranſeunt ad ſucceſſorem etiam poſt centum annos.* Intellige, *vt n.4. & 6.*

5 *Hæres hæredis non venit appellatione hæredis infraſcripti.* Declara, *vt n.9.*

7 *Legatum alimentorum eſt perpetuum, quamuis fuerit ſimpliciter relictum, et eſt præſtandum etiam per ſecundum hæredem. vt n.8. 10. & 11.*

12 *Alimenta relicta Dignitati an trãſeant ad ſucceſſorem quando mandantur præſtari de fructibus fundi.*

13 *Alimenta præſtantur ex redditibus non ex venditione proprietatis.*

14 *Dictio in perpetuum intelligitur in infinitum, etiam poſt centum annos.*

15 *Legatum relictum Eccleſiæ non expirat illa deſtructa, ſed tranſit ad Pontificem.* Intellige, *vt n.21. & quid in ciuitate. n.22.*

16 *Legatum Eccleſiæ præſumitur factum contemplatione Chriſti.*

17 *Actio non competit nominato, ſed ei cuius contemplatione actus geritur.*

18 *Miniſter nudus, & nullum habens commodum poteſt agere fauore Eccleſiæ.*

19 *In actu in quo ſupponitur nomen vnius vice alterius, pro quo negotium geritur, non obeſt ſimulatio, ſed ius acquiritur veræ perſonæ.*

20 *In pẽſione ad vtilitatem alterius fideiuſſio ſpectat ad commodum illius, non ad eum, in cuius perſona erat penſio.*

23 *Perpetuum reſpectu ciuitatis dicitur donec illa durat.*

24 *Promiſſio ſoluendi centum ciuitati reſoluitur illa diruta.*

25 *Qualitas requiſita per modum cauſæ exiſtentis debet eſſe ſucceſſiua, itaut deficiat tutela, ſi ceſſauerit qualitas agnationis.*

CAPVT CXXXI.

NOn præſcribi ſpatio centum annorum legatum annũ Eccleſiæ relictum Dixi concludendum 1 † ſecundum veriorem opinionem Doctor. *in l. in annalibus. C de legat. Socc. in l. 3. §. item ſi reipublicæ. ff. ad l. falcid.* Rimin. Iun. *conſ. 219. lib. 2.* cum alijs quos adduxi *deciſ. 22. n.4.* & ita practicari teſtatur Muta. *ſuper conſuetud. panormit. c. 76. n. 59.* & hanc ſententiam tanquam magis veram dicit ſequendam late *Peregrin. de fideicomm. art. 30. n. 11.* vbi etiam quod ita ſeruatur in praxi, & eſt æquior opinio 2 tanquam magis fauens Eccleſiæ, † pro qua in dubio eſt iudicandum *Bald. in c. in præſentia. col. pen. de probat. Tiraq. de pia cauſ. priuileg. 98. in fin.* Et hoc potius debemus attendere, quàm coniecturam illam, vt minus grauetur hæres, quàm fieri poſſit, ob quam alij tenebant contrarium, de quibus per *Surd. de aliment. tit. 5. q 6. n. 18. poſt Cott. in memorabil. in verb. perpetuum. verſ. proindè ſingulariter.*

Idem dicimus in legato alimentorum relicto Di3 gnitati, puta Epiſcopo, Rectori, & ſimilibus, † quod tranſit ad ſucceſſorem, nec finitur morte eius, cui relictum eſt, ſed continet perpetuam præſtationem, etiam poſt centum annos ſecundum opinionem *Roger. Alber. & aliorum* de quibus per *Surd. de alim. tit. 5. q. 6. nu. 16. cum ſequen.*

Prædicta tamen Declarani non habere locum in caſu mihi propoſito; Quia teſtator reliquit alimenta Dignitati præſtanda ab infraſcriptis eius hęredibus, quo caſu non tranſit huiuſmodi 4 legatum ad ſucceſſorem, † ſed extinguitur per mortem hæredum deſcriptorum, quibus fuit iniunctum onus præſtandi legatum prædictum. Quia iſtæ dictiones infraſcripti, prædicti, & ſimiles referuntur ad eos, qui corporalibus oculis legi poſſunt, neque comprehendunt hæredes hæredis, quorum nomina non leguntur, licèt 5 aliàs ex teſtamento comprehenderentur, † cum ſcripti dicantur, qui poſſunt legi, non qui poſſunt intelligi *l. 1. in princ. ff. de his quæ in teſtam. delent. & ibi gloſ. in verb. ſi extrinſecus.* & voluit *Oldrad. conſ. 21. thema tale eſt. in fine verſ. illa enim verba. Imol. in l. ſi quis filiumfamilias. §. in omni. in fin. de acquir. hæredit. Doct. in l. vlt. C. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 172. viſa facti narratione. col. 2. ad med. verſ. tamen præmiſſis non obſtantibus. nu. 5. & 6. lib. 5. poſt Bart. in l. qui liberis. 8. §. hæc verba. in fin. n. 7. verſ. quæro quid ſi teſtator. de vulg. & pupill. Crot. in l. 2. in princ. nu. 5. ff. ſol. matr.* qui in ſpecie loqui6 tur † de alimentis relictis Dignitati præſtandis per infraſcriptos ſuos hęredes, ſequitur *Surd. de alim. tit. 5. q. 6. nu. 26. & 27. tit. 9. quæſt. 13.*

Iſta tamen non ſunt tuta quia de ſui natura lega7 tum alimentorum eſt perpetuum, † & intelligitur ad vitam legatarij, quamuis ſimpliciter fuerit relictum, & hoc fauore alimentorum *Bart. in l. mela. in princ. ff. de alim. & cib. leg. Iaſ. in l. 1. in fin. verſ. in ſecunda parte. C. de legat.* Ideo erit præſtandum tam per primum, quàm per ſecundum hęredem, donec viuit legatarius; cum pręſertim credendum ſit quod teſtator ſi mandauit illud ſolui per hęredem inſtitutum ſi8 bi magis dilectum, † multo magis voluerit ſoluendum eſſe per hęredem hæredis ſibi non cognitum *Corn.* in ſpecie *conſ. 69. in hac conſulta9 tione. n. 4. lib. 4.* † Et vbi militat eadem ratio venit etiam hęres hæredis quamuis fuerit dictum de infraſcriptis *Alciat.* in terminis *in l. hæredis appellatio. 65. n. 4. verſ. quod ego non ſufficere arbitror.*

litror. & *ibi Rebuff.col. penult. verſ. limitarem
niſi materia. ff. de verb. ſignif. Dec. in l.qui per
ſucceſsionem n.4. verſ.ſecundo regula.ff. de reg.
iur.*

Præſertim vbi legatum eſſet annuũ,quo caſu venit
hæres hæredis quamuis teſtator mãdauerit ſol
10 ui per infraſcriptum hæredem,† quaſi tunc di-
cta verba ſtent cauſa demonſtrationis , non re-
ſtrictionis , vnde non debent mutare ſubſtan-
tiam legati iam perfecti,& in eſſe deducti, & ſui
natura , perpetui , prout in puncto concludit
*Corn. conſil. 69. lib.4. Peregrin. de fideicomm.
art.32.n.70.verſ.ſecundo ſublimita.* & latè dixi
11 ſupra *cap.104.* † vbi etiam præfata amplian-
tur procedere,quamuis fuerit mandatum ſolui
huiuſmodi legatum durante vita infraſcipti
ſui hæredis,quaſi ob fauorem alimentorum non
debeat per illa verba mutari perpetua ſubſtan-
tia legati , & ſic comprehenderet etiam alias
perſonas,quibus conuenit illa ſolutio *Bertaz.
conſ.eiusl.83.in fin.n.66.poſt Burt.in l. mela.in
fin.ff.de alim.& cib. legat.*

Verius igitur dicendum eſt nõ tranſire huiuſmodi
legatum ad ſucceſſorem, quia alimenta fuerũt
mandata præſtari de fructibus fundi particula-
12 ris, de quo in actis,† quo caſu finitur legatum
ſpatio centum annorum ob illam rationem , ne
proprietas ſemper ſit inutilis *Peregrin. de fi-
deicomm.art.11.nu.64. verſ. nec obſtat.* Dum-
modo onus æquaret fructus fundi relicti,ſecus
quando pars fructuum fundi ſufficeret pro prę-
ſtando onere alimentorum , quia tunc ceſſaret
ratio,quod proprietas nunquam afferret vtili-
tatem *Surd. de alim.tit.5.q.6. num.30.* vbi ita
declarat *Crot. in l. 2. in princ.num.3.ff. ſolut.
13 matr.*† Prout regulariter alimenta relicta ſiue
ex teſtamento,ſiue ex alia cauſa ſunt præſtãda
ex redditibus , acceſſionibus, & fructibus pa-
trimonij, non ex venditione proprietatis *Bart.
in l.penult. in princ.ff. de alim. & cibar. legat.
Roland.conſ.22.n.21.lib.1.Alex,conſ.100.ſuper
primo caſu. in fin. lib. 1. Salic. in l.1.in princ.
nu.3. verſ. item nota quod legatum.C. de fidei-
comm.Aim.conſ.199. nu.12.col. fin. in princ.
verſ. nec puto quod æquitas. Menoch. de arbitr.
caſ.169.nu. 3. Cordub. in l.ſi quis à liberis. §.
ſed ſi filius.nu.6. de lib.agnoſcend.*cum declara-
tionibus de quibus per *Surd. de alim.tit.4.q.
9. per tot.*

Non obſtant contraria; Quia habent locũ , quan-
do ſimpliciter eſſet relictum annuũ legatum,nõ
enim dicetur præſcriptum ſpatio centum an-
14 norum,quod magis eſſet;† ſi addita fuiſſet di-
ctio in perpetuum,tunc enim intelligitur in in-
finitum ſecundum proprietatẽ illius verbi *Ri-
min.Iun.conſ.219.nu.32. lib.2.* quaſi infinitas
ſit toleranda , vbi verba ſunt apta ad illam in-
ducendam *Bero.conſ.153.in princ. lib.1.*

Quod adeo verum eſt,vt etiam ſi deſtruatur Ec-
15 cleſia ante curſum centum annorum,† tamen
legatum non expiret,ſed trãſeat ad ſuperiorem
puta ad Pontificem,exemplo aliorum redditũ
Eccleſiæ *Bart.in l.fin.col.vlt.nu.22. verſ. qua-
ro quid fiet de rebus.ff. de colleg.illic. Caſtr.Bal.
Alex. & alij per Peregrin.de fideicomm.art.11.
n.64.* Etenim ſupereſt Chriſtus,cuius contem-
16 platione præſumitur factum legatum, † & re-
manet Eccleſia Romana , à qua cæteræ Eccle-
ſiæ emanarunt *Felin. in c. cum dilecta. 22.col.
vlt.in princ.nu.22.verſ. ad quod vltimum vide
omnino. de reſcript. Cott. in verb. perpetuum.
verſ. tamen in practica. & in verb. abſenti po-
teſt acquiri. in fin.verſ.quod eſt benè notandũ.*
& voluit *Bald. in l. hæreditas. q. vlt. de hæred.
inſtit.* Vnde legatum ſuſtinebitur,quo ad eam
tanquam caput aliarum Eccleſiarum .

Et faciũt quæ dicuntur de actione competente nõ
17 nominato,† ſed ei, cuius cõtemplatione actus
geritur *l.ſi cui legetur.51.§.ſi titio.vbi Iaſ.n.3.
de leg.1.Imol.in l.filiofamilias.42.nu.2. in vlt.
not. de condit. & demonſtr.* latè *Monter.* qui
multos caſus diſtinguit *deciſ.36.nu.3.4. & 59.
18 vſq; ad nu.64.* † Ita ut fauore piæ cauſæ,& ali-
mentorum etiam nudus miniſter,& nullum ha-
bens commodum poſſit agere , quamuis ſolius
nominati interſit, licèt executio ad alium ſpe-
ctet *Bald.in l.nulli.n.2.C.de epiſc.& cler.Surd.
de alim.tit.8. priuil.32. nu.1.* lo. *de Canib. de
execut.vltim.volunt.p.2.§. conſultis. nu.16. &
17. tom.8. par.1. fol.190.*

Idem eſt in ſimilibus caſibus, prout in actu in quo
ſupponitur nomen vnius vice alterius , cuius
contemplatione negocium fuit geſtum , & ad
19 quem ſpectat commodum illius, † tunc enim
cum ſimulatio ſit tantum reſpectu perſonæ, va-
let actus,& ex eo acquiritur ius veræ perſonæ
contemplatæ , & non fictæ *Bald.* notabiliter
*in l.cum precibus.in fin.verſ.quando ſimulatio.
& ibi Salic. num 1. C.de probat. Franc. Marc.
deciſ 46.p.1.* & eſt deciſio *Rotæ per* R.P.D.*De-
canum placentina bonorum.13. april. 1584.&
Romana ſocietatis. 24. nouemb. 1596. & coram*
R. P. D. *Cordub. Segobien. penſionis. 20. maij.
20 1598.* vbi ex hoc concludit , † quod penſio,
quando eſt ad vtilitatem Titij obligationes, fi-
deiuſsiones,& earum vis,& efficacia tendebunt
ad illius commodum,non ad vtilitatem hiſpani
in cuius perſona erat penſio.

Adde tamen prædictis quod quando redditus le-
gatus Eccleſiæ eſſet certus, tunc tranſit ad ſu-
periorem etiam deſtructa Eccleſia,ſecus autem
21 in alimentis , † quæ licèt contemplatione Ec-
cleſiæ relinquatur,nihilominus debẽtur iis,qui
ſeruiunt Eccleſiæ, vnde ceſſante ſeruitute ceſ-
ſaret relictum *Surd.* in terminis *de alim.tit.5.
q.6. nu. 25.*

Et quicquid ſit in Eccleſia,qua deſtructa non ex-
22 piret legatum,ſed debetur ſuperiori . † Aliud
eſt in ciuitate,quæ ſi deſtruatur , facit vt lega-
tum ſit quoq; extinctum *Rip. in l. 2. in princ.
num.4. verſ. benè fateor. ff.ſolut. matrim. Me-
23 nocch.conſ 160. n.98. lib.2.* † Cum perpetuum
reſpectu ciuitatis dicatur,donec illa durat *Bar-
bat.conſ. 20. col.4. Rom. conſ.417. in caſu pro-
poſito.* vbi ex hoc concludit , quod promiſsio
cenſus facta caſtro,aut ciuitati,illis dirutis cẽ-

ſeatur reſoluta. Quia ceſſat cauſa defenſionis, ob quam videntur promittētes illam fecif-
24 ſe: Vnde cum deficiat onus præſtandi auxiliū,† debet etiam deficere commodum ex onere inductum *l. catus. in princ. de ann. legat. l. qui ſub pretextu. C. de ſacroſ. eccleſ. & Roman.* ſequitur *Iaſ. in l. c. col. 12. ad med. verſ. vltimo adde. n. 61. ff. de offic. eius.* prout etiam *Felin. in c. qua in eccleſiarum. col. 10. ad med. verſ. ſecunda declaratio. n. 29. de conſtit. Marſil. in rubr. de fideiuſſor. col. 44. ad med. verſ. & facit*
25 *nouum conſilium. nu.* 222.† Quando enim requiritur qualitas per modum cauſæ exiſtentis, ideſt perſeuerantis debet eſſe ſucceſſiua: Quemadmodum in tutela, in qua ſi qualitas agnationis conſideratur debet eſſe exiſtens, & ſucceſſiua, vnde illa ceſſante deficit etiam tutela: ideo cum tutela defertur agnato, ſi is deſinat eſſe agnatus, nō poteſt illam adminiſtrare *Bald. in l. tutelas. §. 1. ff. de capit diminut.* latè *Menoch.* qui multos caſus diſtinguit circa iſtas qualitates deficientes *conſ. 106. num. 96. cum ſeq. lib. 2.*

EPITOME.

Debitor quando poſſit repudiare, ſibi relicta in præiudicium fiſci & creditorum. Renunciatio bonorum eius, qui ingreditur religionē an validè fiat per monaſterium ſine conſenſu ingreſſi. Vxor an poſſit remittere ius alimentorum ad fauorem mariti. Spes iuris quęrendi an requirat inſinuationem. Acquiſitio momentanea an ſit conſiderabilis, itaut in illius renunciatione requiratur ſolemnitas Conſtitutionis Paulinæ. Penſio tranſlata an ſit noua, vel antiqua. Prohibitus ab emendo quando poſſit emere pro capacibus quos nominabit.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an poſſit repudiare legatum, hereditatem, aut quid ſimile ſibi delatum. n. 2. 3. 4. 41. & 45. & quid ſeruetur in francia. n. 44.*

5 *Ius adeundi non eſt in bonis noſtris, nec tranſmittitur ad creditores, & illorum renunciatio valet.*

6 *Monaſterium poteſt in quærendis præiudicare etiam ſine conſenſu eorum, qui illud ingrediūtur non facta quoq; profeſſione tempore renunciationis. n. 7. & 8.*

9 *Vxor poteſt ante matrimonium remittere marito ius alimentorum. Intellige vt n. 10.*

11 *Factum contra ſubſtantiam, naturam, & accidentalia contractus quando valeat.*

12 *Fraudem faciens fiſco in quærendis punitur in duplum, in quaſitis in quadruplum. n. 13.*

14 *Reus ſtatim condemnatus dicitur debitor fiſci, & quando poſſit non acquirere, & repudiare ſibi delata. n. 18.*

15 *Maritus an poſſit remittere lucrum dotale in præiudicium creditoris. n. 16. & 17.*

19 *Renunciatio iuris quærendi non dicitur propriè donatio.*

20 *Spes iuris quærendi quando requirat inſinuationem ſi renuncietur n. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Acquiſitio ſeu aditio momentanea inſurgens ex donatione an ſit conſiderabilis. n. 27. 28. 29. & 30.*

26 *Solemnitas requiſita per Conſtitutionem Paulinam quando debeat interuenire in renunciatione hereditatis.*

31 *Emptio pro capacibus valet non obſtante ſtatuto prohibente illum emere.*

32 *Emens pro nominando ſtatim transfert dominium in eum, qui fuit nominatus, & non trāſit ad heredes facultas nominandi.*

33 *Caſſatio penſionis ad effectum transferendi in alium non eſt conſiderabilis tanquam momentanea, & an ſit eadem penſio. n. 34.*

35 *Donatio omnium bonorum non valet non reſeruato pro facultate teſtandi, etiā quod non ſequatur traditio. nu. 36.*

37 *Vxor non imputat legatum in quartā, quando ſtatim debet reſtituere. Intellige vt n. 38.*

39 *Patronus quando vendicet partem ſibi debitam non obſtante renunciatione liberti. n. 43.*

40 *Repudiatio in alterius præiudicium quando valeat.*

42 *Fraus non præſumitur in faciente actum ad ſui vtilitatem quamuis afferat damnū tertio.*

46 *Inopia nouiſſima dicitur quando non ſolum deficit ſubſtantia, ſed actio, & officiū iudicis.*

CAPVT CXXXII.

DEbitor nō tenetur acquirere, ſed poteſt repudiare legatum, vel hæreditatem ſibi delatā, itaut ex hoc nō dicatur fraudare credito-
1 rem, quia in quęrēdis licitū eſt obeſſe † quibus aliàs non poſſemus *l. vlt C. de acquir. poſſ. Couarr.* in ſpecie *in c. raynaldus. §. 3. n. 12. verſic. addit præterea. de teſtament. Gomeſ. de reſtit. minor. num. 14. verſ. tertio extende.* Et cum de hoc in caſu mihi propoſito dubitaretur Dixi in priuato hanc eſſe veriorem opinionem non faciendo differentiam actionis hypothecariæ, ſeu perſonalis, cum tex. *in l. qui autem §. 1. quæ in fraud. credit.* loquatur generaliter in omnibus creditoribus *Soccin. Iun. conſ. 124. lib. 3.* Quicquid contrarium ſequatur *Anchar. conſil. 101. ex prædicto themate. ad fin. nu. 8.* Quia con-
2 tra cum eſt communis ſententia, vt teſtatur † *Franc. deciſ. 101. nu. 21. dixi deciſ. 17.* & ita etiam ſeruat Rota per *Cardin. Blanchettum in cauſa Romana de fabijs. 30. may.* 1580. cum alijs *per Peregrin. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. nu. 38. ad fin.* licet *n. 39.* dicat tutiorem opinionem *Anchar.* quando adeſſet expreſſa obligatio iu-
3 rium, † & actionum præſentium, & futurorum, vel in iuribus delatis, quæ ex lege ipſo iure acquiruntur, prout in legitima, quæ per filium non poterit repudiari in præiudicium creditoris hypothecarij iuxta *conſ. Menoch. 77.* & in ſupplemento legitimæ, vt per *Fab. in auth. nouiſ-*

uiſsima. col.15. C.de inoff. teſtam. & in legato
cuius dominium ipſo iure trãſit in legatarium
l. à titio. ff. de furt. prout in ſpecie concludit
Aleiat. in l.alienationis verbum. 28.de verb.ſi-
gnif. quamuis contrarium ibi ſequatur Rebuff.
col.7. verſ. qui occaſione. vbi requirit accepta-
4 tionem legati, † quia aliàs non diceretur alie-
natum per d. l. qui autem. §. ſed illud. ff. quæ
in fraud.creditor. ne ſequatur abſurdum quod
legatum non poſsit repudiari contra tex. in l.
proinde. ff. ſi cert. pet.

Ratio prædictorum eſt quia ius adeundi non eſt
5 in bonis noſtris l. pretia rerum. ad leg.falcid. †
& in obligatione bonorum præſentium, & fu-
turorum non veniunt bona, in quibus debitor
habet ſpem de præſenti, niſi illud exprimatur
Bald. in l.fin. nu.3. C. de pact. Pariſ.conſ. 127.
n.26. lib. 1. Ideo non poteſt tranſmitti ad cre-
ditores, cum ſit potius quædam facultas, aut
potentia adeundi, quàm merum ius, quod cre-
ditor non exercet, niſi prius ſit plenè quæſitum
debitori per aditionem, & eſt quid mere perſo-
nale, & conſequenter non datur actio ad bona
obligata pro eo iure, & illius occaſione, neque
ſaluianum interdictum, cum hoc ius non veniat
in generali obligatione, vt latè omnia proſe-
quitur Surd. deciſ. 140.n.4.vſq; ad n.9.

Et regulare eſt quod in quęrẽdis, licitum eſt obeſ-
ſe, quibus aliàs non permitteretur; Vnde vi-
6 demus, † quod monaſterium poteſt in iſtis ſibi
præiudicare Abb. in c. dudum. in verb.aliquã-
do. de conuerſ. coniugator. Roman. conſil. 184.
viſis quæ narrantur. n.1. Itaut huiuſmodi re-
7 nunciatio ſit valida, † etiam ſine conſenſu eo-
rum, qui ſunt ingreſſuri monaſterium Bald. in
auth. ſi qua mulier. in fin.nu.15. C. de ſacroſ.
eccleſ. Nam ſola auctoritas monaſterij ſufficit,
cum ſtatim illi quærantur bona ſi voluerit Iaſ.
in auth. ingreſſi.n.1. C.de ſacroſ.eccleſ. Maxi-
me ſtante iuramento Pariſ.conſil. 69.num.104.
8 lib.3. per tex.in c.quamuis. de pact.in 6. † Quod
procedit licet non eſſet facta profeſsio tempore
renunciationis; Nam renunciatio trahitur ad
illud tempus, & eſt conditionalis, neq; hoc im-
pedit, quominus valeat adueniente conditione,
cum poſſit renunciari tã iuri de præſenti, quàm
competituro Bart.in l.1. C. de pact. Et renun-
ciationis validitas quo ad ingreſſuros non fa-
cit, quamuis non adſit conſenſus illorum, cum
monaſterium ſine eis hoc poſſit facere, prout
reſoluit Rot. coram Cardin. Seraphino. vlix-
bonen.bonorum.26. iunij.1596.

Amplius etiam in materia priuilegiata, & fauo-
rabili, prout in alimentis, & ſimilibus eſſet li-
cita renunciatio ante ius quæſitum. Vnde di-
9 cimus, † quod vxor ante matrimonium poteſt
remittere marito ius alimentorum, & paciſci
vt non teneatur eam alere; cum hoc ius con-
ſequendi alimenta non ſit quæſitum vxori ante
matrimonium, ſed dicatur ius quęrendum; vn-
de poteſt non acquirere; Quod procedit quam-
uis dotem dederit, quia non eſt ratio vniuer-
ſalis, vt dos debeat deſeruire oneribus matri-
monij, cum etiã ſine dote maritus teneatur ad
huiuſmodi onera; Et licèt de natura contractus
dotis vxor debeat ſe ipſam alere; Tamen valet
pactum in contrarium, prout latè concludit
10 Surd. de alim.tit.7. q.18.num. 10. & 11. † In-
telligendo dummodo mulier habeat aliunde
bona, ex quibus poſſit ſe alere, aliàs eſſet con-
tra ſubſtantiam matrimonij, quod non poſſet
durare, ſi vxor non haberet vnde viueret, quo
caſu huiuſmodi pactum non valeret tanquam
contra ſubſtantiam contractus Bart. in l.2. in
princ. ff. ſi cert. petat. Natt. conſ.114. nu.8. Be-
11 ro.conſ.38.n.4. lib.1. † Cum aliud ſit in pacto
contra naturam, & accidentalia contractus,
quo caſu non vitiaretur Bald. in l.ſi pater.in 2.
lectur.de adoption. & in c.1.§.nullam. num. 7.
verſ. vltimo poteſt. per quos fiat inueſtitur.

Non obſtat l. in fraudem. de iure fiſc. Quia il-
lius diſpoſitio procedit fauore fiſci, non hypo-
12 thecæ; † cum etiam puniatur in duplum, qui
fraudem facit fiſco in quærendis Io. de Plat. in
l.qui in contractibus. C. de iur. fiſc. lib. 10.
Franc. Lucan. de fiſco & eius priuileg. par.1.
caſ. 75. tom. 12. fol.8. & voluit gloſ. in l. de-
fenſionis facultas. C. de iur. fiſc. lib. 10. Doct.
in l. aufertur. §. 1. ff. eod. & in l. ſi multi. de
13 publican. & vectigal. † cum in quæſitis pu-
niatur in quadruplum gloſ. in l.qui in contra-
ctibus. 8. C. de iur. fiſc. & in l. 1. C. de his qui
ex public.ration. lib. 10. ita vt in dubio in du-
plo, & triplo inſit ſimplum l.hoc edicto. §. quæ-
rentibus. de public. & vectigal. Bart. in l. in-
terpretatione.42. de pœn. Salic. in l. mulctarū.
ad fin.verſ. ſi vero per nomina. C. de mod. mul-
ctar. Peregrin. de iur.fiſc.tit.7.lib.4. n.19.

Neq; eſt mirum, quia lex magis fauet fiſco, quàm
priuato creditori; Vnde dicimus quod ſtatim
cõdemnatione lata reus incipit eſſe debitor fi-
14 ſci, † neq; poteſt ſibi nõ acquirere, & ſi remittit
reuocatur repudiatio per fiſcū; Immo etiã hoc
procedit ante condemnationem, quãdo ſumus
in crimine commiſſo per reum, cui interdicitur
adminiſtratio bonorum, aut bona ipſo iure pu-
blicantur; tunc enim reus non poteſt repudia-
re ſibi delata, cum aliàs poſſet, quia ante con-
demnationem non eſt nata obligatio pro fiſco,
nec fiſcus poteſt ab eo petere Bart. in l.fin. de
iniur. & in l. vnic. C. de pœn. fiſcal. lib. 10.
Ang. in l. reſcriptum. de pact. Vnde ante ſen-
tentiam confiſcatoriam poterit repudiare hæ-
reditatem Iacob. Riminald. conſ. 136. præſens
caſus. lib. 1. cum alijs per Peregrin. de iur.
fiſc. tit.1. lib. 5.nu.191.

Et quod magis eſt non ſolum eſt ſpeciale in fiſco,
vt lucra non poſſint repudiari, quando ſunt pu-
rè delata, ſed etiam ſi ſint conditionalia; prout
in lucro dotali ex ſtatuto præmoriente vxore
15 ſine filijs; † Quamuis enim maritus poſſit illud
remittere in præiudiciū creditoris priuati tam
poſt mortem vxoris, quàm ea viuente Pariſ.
conſ.127.lib.1. cum alijs ſupra allegatis. Tamen
ſpeciali iure fiſci hoc non poterit fieri etiam in
16 vita vxoris, † quia ex ſtatuto ius quoq; condi-

tionale acquiritur marito, prout ita iudicatum
fuiſſe teſtatur *Peregrin. de iure fiſc. lib. 6. tit. 7.*
17 *nu. 40.* † vbi tamen limitat in priuato, qui po-
teſt remittere ius conditionale à lege delatum,
ſecus ſi ex pacto, quia tunc non poſſet, cum ex
pacto conditionali ius efficax acquiratur *§. ex*
conuentionali. inſtit. de verb. oblig. Et de lega-
18 tis, † aut de hæreditate relicta delinquentibus
quando in præiudicium fiſci poſſint repudiari
latè *Ludouic. Cato conſ. 103. lib. 1. crimin. cum*
alijs per Claud. ad conſ. Bertazzol. 510. in uerb.
immo poteſt delinquēs. lib. 2. Rebuff. *in l. alienationis verbum. 28. col. 7. verſ. item in fiſco. de*
verb. ſignif.

Minus obſtat quod in huiuſmodi renunciatione
non interuenerit ſolemnitas requiſita ſecundũ
diſpoſitionem ſtatuti, quę ſaltèm erat adhiben-
da ratione læſionis; Quia in quęrendis non po-
19 teſt conſiderari læſio, † itaut iſta renunciatio
iuris quærendi non dicatur propriè donatio
Aim. conſ. 124. nu. 13. col. fin. verſ. tertio reſpon-
deo. vbi etiam *n. 14.* concludit in ſpecie quod
prohibitus ex forma ſtatuti renunciare iura
ſua non prohibetur renunciare ius quærēdum,
quaſi iſtud facilius tollatur, quàm quæſitum
poſt Caſtr. qui idem conſuluit *conſil. 171. in*
cauſa pratenſi viſis omnibus de quibus ſupra
lib. 2. quem refert, & ſequitur *Felin. in c. 2.*
col. 4. in fin. verſ. pro iſta limitatione adduci
poteſt. ibi. ad idem quod notat. de conſtit. Curt.
Iun. conſ. 120. nu. 7. in fin. col. 3. ad fin. verſ. er-
go in propoſito. lib. 2.

Nec aduertatur quod quando illa ſpes iuris quę-
rendi poteſt communi æſtimatione valere pluſ-
quam aureis 500. prout eſt in caſu noſtro, re-
20 quiratur inſinuatio † *Gabri. de donat. concl. 1.*
n. 84. Quia contrarium eſt verius, Nam cuiuſ-
cunq; valoris ſit illa ſpes iuris quærēdi ſatis eſt
quod de præſenti non eſt, ſed agitur de incerto
euentu, vnde non eſt neceſſaria inſinuatio; pro-
ut in ſpecie concludit *Riminal. Iun. in §. 1.*
concluſ. 4. limitat. 3. n. 320. inſtit. de donat. Fab.
Ann. conſ. 112. n. 10. & 11. lib. 2. vbi etiam
de hærede, qui poteſt renunciare quartis ſine
inſinuatione *Bald. conſ. 113. quædam domina*
21 *brolia. n. 2. lib. 1.* † Et quod non ſit neceſſaria
inſinuatio in renunciatione iuris quęrendi vo-
luit *Idem Bald. in l. illud. 16. nu. 6. q. 2. verſic.*
22 *quid ergo dicemus, C. de ſacroſ. eccleſ.* † qui li-
cet loquatur in filia renuciante ad fauorem
patris, tamen eſt per modum exempli, quod
non reſtringit regulam, prout notat *Idem Riminald. d. §. 1. n. 320.* & eſt verior opinio, *vt per*
Aldobran. conſ. 26. num. 131. Tiraq. in l. ſi vn-
quam. in verb. donatione largitus. n. 186. C. de
reuoc. donat. Duen. *reg. 224. limitat. 14. Iaſ. conſ.*
154. col. 6. in fin. nu. 5. verſ. nono principaliter.
lib. 2. Curt. Iun. conſ. 47. col. 3. verſ. quia pcto. &
verſ. ex præmiſſis. n. 7. & 8. lib. 1.

Quod magis procedit in caſu, de quo agimus, cũ
iſta ſpes non ſit nata, ſi enim eſſet talis, renun-
ciatio iuris futuri nõ valeret ſine ſolemnitati-
bus ſtatuti, quaſi tunc poſſit ius quærendum

23 ſine † illis renunciari, quando non competit,
neq; re, neq; ſpe latè *Gabriel. conſil. 4. per tot.*
lib. 2. Prout dicimus quod quando ex aliqua
cauſa præcedente oritur ſpes firma de certo ef-
fectũ conſequente ad ipſam cauſam, habetur
perinde, ac ſi tēpore cauſæ effectus fuiſſet pro-
24 ductus, † quaſi ſit conſiderabilis ſpes habens
originem ex cauſa de præterito, ſicut ius quę-
ſitum re ipſa *Aret. conſ 7. procedendũ eſt. col vlt.*
in princ. verſ. ſic dicendum eſt vnum verbum ex
ſuperabundanti. ſub nu. 4. Ferrett. conſ. 112. do-
minus ebrolus renius. nu. 8. uerſ. ſecundo moue-
tur. lib. 1.

Nec dicatur ſolemnitatem ſtatuti debuiſſe requi-
ri, quia cum fuerit facta renunciatio fatendum
eſt prius acquiſitionem, & aditionem præceſſiſ-
ſe, ſine qua nihil ceſſio contineret, vnde videba-
tur eſſe alienatio iuris quæſiti, quæ ſine ſolem-
nitate prædicta non erit valida *Ruin.* in ſpecie
conſ. 170. nu. 9. col. 2. in fin. lib. 1. Surd. deciſ. 70.
n. 11. & conſ. 244. n. 19. lib. 2. Quia verius eſt,
quod iſta acquiſitio momentanea non ſit conſi-
25 derabilis, † quaſi non dicatur factum, quod
non durat, prout in puncto concludit *Socin.*
conſ. 53. viſo inſtrumento. col. pen. in fin. n. 27. &
28. uerſ. ſed ad hoc reſponderem. lib. 4. dixi. deciſ.
17. n. 28. vbi etiam de ſolemnitate requiſita per
Conſtitutionem Paulinam, quæ non erit neceſ-
ſaria in renunciatione facta per monaſterium
de iuribus hęreditatis, quãdo ex actu, qui fit ad
26 renunciandum, non reſultat acquiſitio; † ſecus
ſi eſſent duo actus ſeparati, licèt incontinenti
vnus poſt alium facti fuiſſent; puta ſi monaſte-
rium prius adiuiſſet hæreditatem deindè in eo-
dem inſtrumento ceſſiſſet, & renunciaſſet, prout
declarat *Phanuec. de lucro dot. gloſ. 8. n. 18. verſ.*
quæ concluſio. vbi teſtatur ita in Rota deciſum
per Veſtan. deciſ. 66. quæ eſt in impreſſ. *Rot. di-*
uerſ. deciſ. 30. lib. 2. part. 3.

Nec eſt attendendum quod contrarium ſequatur
Surd. conſ. 501. n. 12. ver. nec dicatur. ibi. quan-
27 *do quidem reſpondeo. lib. 4.* † vbi quod aditio
momentanea, quæ inſurgit ex donatione, & ceſ-
ſione eſt conſiderabilis, *vt per Caſtr. conſ. 135.*
col. 2. vol. 1. Ideò huiuſmodi contractus requirit
ſolemnitatem, prout in ſpecie etiam concludit
Corn. conſ. 11. col. 1. & nu. 20. & 21. lib. 3. Ruin.
conſ. 107. nu. 10. cum ſequen. lib. 1. & conſil. 98.
n. 16. & 17. lib. 1. vbi in puncto tenet cõtra *Socin. ſupra allegatum d. conſ. 53.* quem etiam non
eſſe approbandum dicit *Rip. in d. l. ſi vnquam.*
28 *n. 21. Berret. conſ. 70. n. 3.* † Cum etiam momē-
tanea aditio ſit cõſiderabilis ex traditis *per Ti-*
raquell. in d. l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos.
n. 188. cum ſequentibus.

Quia ex rationibus ſupra allegatis, & propter Ro-
tæ auctoritatem non eſſet diſcedendum à ſu-
29 pradicta opinione, † quam etiam tenet *Burſat.*
conſ. 55. n. 21. vbi quoq; ita teſtatur in Rota de-
ciſum per *Peregrin. deciſ. 72. in cauſa Bonon.*
hæreditatis. 24. iunij 1547. & refert *Put deciſ.*
519. lib. 1. & voluit *Roland conſ. 15. n. 14. lib. 1.*
Natt. conſ. 441. n. 19. Dec. conſ. 474. Tiraq. in l.
ſi vn-

ſi unquam in verb donatione largitus. n. 186.in
30 *fin.C.de reuoc.donat.* † Et quod dicitur de mo-
mentanea acquiſitione, quod ſit conſiderabilis
procedit, quando veriſimiliter poteſt afferre
vtilitatem,& producere aliquem effectum; nam
alias,prout in caſu noſtro, actus momentaneus
non attenditur,quemadmodũ diſtinguunt *Doct.*
in l.filiusfamilias.§.diui obi Rip.num.143.de
leg.1.Cagnol.in l.cum prætor. 170.in princ. &
in l. non videtur. 51. de reg. iur. latè *Fenut.in*
tract. de moment. tempor.c.31.nu.13. vbi quod
tacita approbatio,quæ præſupponitur in renũ-
ciatione nihil operatur tanquam facta ad finem
renunciandi,non acquirendi. *& ibi.n.4.vſq.ad*
n.18. multa ſimilia congerit; cum alijs per *Ti-*
raquell de iudic.in reb.exig.feren.p.1.q.16.cum
ſequen. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.13.
n.89.

Et facit quod dicimus de emente pro ſubditis, &
capacibus, quia tenet emptio,& illius obliga-
tio non obſtante ſtatuto prohibente illum eme-
31 re;† cũ enim creditor non intendat empta ac-
quirere ad finem ea tenendi,ſed alienandi in ca-
paces, talis acquiſitio momentanea non vide-
tur poſſe prohiberi,quaſi de tali actu non ſit cre
dendum ſtatutum intellexiſſe tanquam non per-
manſuro *Calcan.conſ.25. quantum ad primum.*
col.pen.Plot.conſ.19.num.20.verſ.tertio.n.6.&
uerſ.trigeſimaſeptimo.nu.81. inter conſ. crimin.
Claud.ad Bertazzol.conſ.criminal.399.verſ.ſe-
cundo idem arbitror.in fi.p.2. Ideò dicitur vni-
cus contractus, cum facta nominatione domi-
32 nium tranſeat in nominatum, † ita vt nec ali-
quo tempore dicatur fuiſſe penes nominantem,
perinde ac ſi fuiſſet celebratus per nominatum,
Vnde vnica gabella ſoluitur, quaſi nominatio
fiat pro executione primi contractus,neq;nomi
nandi facultas tranſeat ad hæredem late *Rimi-*
nald.Iun.conſ.163.lib 2.& 591.lib.5. Sur.dec ſ.
330.in prin.& deciſ.182.in fi.

[illegible]a.etiam dicimus quod licet per translationem
penſionis videatur caſſari,& extingui penſio an
tiqua,& noua creari,† tamen iſta caſſatio, &
extinctio tanquam momentanea non eſt in con-
ſideratione,quaſi fiat ad effectum, vt ſtatim, &
incontinẽti alia ſimilis reſeruetur, ideo quo ad
ſubſtantiam iudicabitur penſio antiqua *Rota*
per R. P. D. Lancellottum Carpentoraten. pen-
ſionis.29.maij 1601. † licèt quo ad effectum
viæ executiuæ;& quaſi poſſeſſionis dicatur pen-
ſio noua *Rot.coram Cardinal. Millin. Brixien.*
penſionis.13.May.1594. & ita diſtinguendum
dicit R. *P. D. Lancellotus ibidem* concordando
deciſionem *Cardin. Millin.* & dictum eſt *ſupra*
n.39.

[illegible]m videmus in donatione omnium bonorum
præſentium,& futurorum,quæ non valet ſi nihil
reſeruetur pro facultate teſtandi,† vt per *Doct.*
in l.ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig.
Menoch. conſ.184. n. 1. lib.2. Ita vt hoc proce-
dat etiam quando donator non tradidiſſet res
donatas, quia tunc non remanet dominus, &
ideò teſtari non poteſt, & militat ratio Docto-
rum,quod donans non inuenit hæredem; Illud
enim dominum momentaneum non debet eſſe
in conſideratione tanquam ſine effectu,cum de-
beat donator tradere bona donata,& adimple-
re promiſſa, & ſic non remanet niſi dominus
momentaneus,quod nihil operatur *l. vlt.§.fin.*
C.de bon. quæ lib. prout in terminis concludit
Dec. conſ.30. colu.vlt. verſ. præterea; Quicquid
contrarium ſequantur *Rom. Alexan.& Ang. in*
d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verb. obligat.
36 Quia contra eos eſt verior opinio † vt teſtatur
Cagnol.in l.vlt.n.258.verſ.quarto limita quan-
do donator.C.de pact.

Quemadmodum etiam dicimus de vxore, quæ nõ
imputat legatum factum ſibi à viro in quartam
ex diſpoſitione *auth.præterea.C.unde vir.& vx.*
37 † quando erat grauata alij reſtituere, quaſi
illud dominium tanquam momentaneum, &
nullum fructum afferens non ſit conſiderabile,
ideò lucro illius non dicitur cedere, prout in
puncto concludit *Angel. in l. ſi cum dotem. §. ſi*
pater. circa fin. verſ. ſed cum eſſet rogata. ff. ſo-
lut.matr. Intelligendo quando grauaretur ſta-
38 tim reſtituere, † ita vt nihil ſit ei permanſu-
rum,ſecus vbi aliquod emolumentum remane-
ret *Imol.in l.in tempus.62.col.2.poſt princ.nu.5*
verſ.dicit etiam hic.& verſ. videtur tamen poſſe
dici. de hæred.inſtitut. Surd. conſ.251. num.29.
lib.2. Tiraq. in l. ſi unquam. in verb.ſuſceperit
liberos.nu.173. ad med.verſ. id quod intelligunt
omnes.C.de reuoc.donation. vbi multis ſimilibus
comprobat non eſſe conſiderandam translatio-
nem dominij,quæ momento durat *l. fin.§. vlt.*
in fin.C.de bon.quæ lib.Bart.in l.vlt. de condit.
inſtit.

Non obſtat *l.liberto octuaginta.de oper. libert.* vbi
non obſtante repudiatione hęredis patronus
39 vendicat partem ſibi debitam. † Quia ibi agi-
tur de hærede liberti,qui non potuit repudiare
legatum factum liberto in præiudicium patro-
ni; quaſi lex præſumat quod libertus voluerit
agnoſcere legatum,cum deceſſerit non facta de
claratione, quod non eſſet in ipſomet liberto,
qui potuiſſet prędiudicare patrono non acqui-
rendo *Soccin. Iun.* in ſpecie *conſil. 109 in fin.*
lib.3. quem ſequitur *Per.grin.de iur.fiſc. lib.6.*
tit.7.n.41. cum alijs quos adduxi *deciſ.17.n.32*
qui declarant *d. l. liberto octuaginta.* de qua
etiam *per Surd. conſ.300. n.20. lib.2.* vbi intel-
40 ligit diſpoſitionem illius legis procedere,† quã
do quis vult repudiare in alterius præiudicium
ſine proprio commodo, tunc enim non admitti-
tur,ſecus, quando repudiat ad propriam vtilita
tem,nam id poterit facere,quamuis cum dam-
no alterius *Bart.in l ſi mihi & tibi.12. in prin.*
n.3.de leg.1.

Ideò ſi fuit legatus fundus vxori,& inſtitutus hæ-
res filius, ſi poſtea vxor inſtituerit eundem
41 filium,† antequam agnoſceret legatum,poterit
filius repudiare illud legatum factũ matri etiam
in præiudicium creditorum *Alex conſ.13.pro*
deciſione.col.2.poſt. med.verſ. comprobantur op-
time.n.5.lib.3.Soccin.Iun.conſ.150.num.4.lib.2.

Quia

41 Quia non poteſt præſumi fraus in eo, † qui facit actum ad ſui vtilitatem, quamis in conſequentiam afferat damnum tertio *l. proculus.de damn. infect.* Ruin.*conſil.213. num.10.libro* 1. Immò neq; dicitur facere in fraudem, qui principaliter facit, vt noceat, ſi in conſequentiam ſibi prodeſt Bal*d.in c.cum eccleſia vulterana.de electıon.Surd.conſ.300.n.22.lıb.*2. Licèt magis tuta ſit opinio, quod diſpoſitio *d. l. liberto octuaginta.* habeat locum, quia ſumus in hærede ip-
43 ſius inſtituti, vel legatarij, † in quo non procedit repudiatio, quamuis ipſemet legatarius poſſit renunciare in præiudicium alterius *l.qui autem.§.1.quæ in frau.credit.l.1.§. vtrum.ſi quid in fraud. patron.* prout ſuperius dictum eſt declarat Add.*ad* Alex *conſ.113.in verb.inutile.li.*3. cum alijs quos adduxi *deciſ.17.n.32.*

Adde tamen quod in curia Franciæ impetrantur litteræ Regiæ, in quibus exprimitur hæreditatem eſſe obuentam Titio debitori, & illum nol-
44 le acquirere, ne ſuis ſoluat creditoribus, † vnde Rex concedit curatorem dari, qui hæreditatem adeat, & creditoribus ſoluat, quas litteras tanquam æquas comprobandas dicit Rebuff *in l. alienationis verbum.28.colu.8. verſ. aliquando uidi.de uerb.ſignif.* Nam quamuis omittens hæreditatem non comprætendatur in edicto, *quæ in fraud.credit.* quaſi nihil fecerit, ſed ſolùm omiſerit, tamen quia malitijs hominum obuiandum eſt, poteſt illi Princeps obuiare, & concedere d. prouiſionē, quod in omnibus Curijs eſſet obſeruandum iuxta diſpoſitionem *l. 1. ff. de curat.bon.dand.*

Item adde quod quicquid ſit in repudiatione legati, quæ valet in præiudicium creditorum ex ſu-
45 pra deductis; † Tamen aliud ſeruandum eſſet, quando per acquiſitionem quis excluderetur ab aliquo priuilegio, ſeu beneficio, tunc enim non habebit locum repudiatio legati, ſed tenebitur legatarius acquirere; Et ſic contraria debent intelligi, vbi per acquiſitionem non excluderetur aliquis à beneficio, nam eo caſu poterit nō acquirere, prout s aliàDixi de vxore, cui ſi ante mortem mariti fuerit relictum ab aliquo tertio legatum, ſeu aliquod ius tam ex teſtamento, quàm inter viuos ſufficiens ad alimenta, non poſſet vxor illud repudiare poſt mortem mariti ad effectum conſequendi quartam in bonis illius ex diſpoſitione *auth.preterea.* C.*unde uir.& uxor.* Ideò tenebitur acquirere, quia per iſtam acquiſitionem excluditur à beneficio ſibi competenti vigore *dictæ auth.preterea.* cum non poſſit dici pauper, qui habet actionem ad conſe-
46 quendum illud ex quo ſe poteſt alere, † & inopia dicitur nouiſſima quādo non ſolùm deficit ſubſtantia, ſed etiam actio; & officium iudicis *Bar.in l.ſi quis à liberis.§.item reſcriptum.de liber.agnoſcen.* Intelligendo de illa vxore, cui cōpetebat actio tempore mortis mariti, nam ſi illo defuncto ſuperuenit facultas, ſeu actio ad cōſequenda alimenta ex legato ſibi facto, non per hoc excluderetur à petitione quartæ Dec. *conſ.24.& pro uirili.col.1.ad med.* Cephal.*conſ.244.*

n.4. & ita in ſpecie de vxore diſtinguit & concludit Sur.*de alim.tit.9.q.35.n.34.cum ſeq.*

EPITOME.

Beneficium quod debet dari Sacerdoti, vt celebret miſſas an poſſit conferri ei, qui non eſt actu Sacerdos. Et an poſſit cogi, vt per ſe ipſum celebret. Quando dicatur beneficium ſub eodem tecto ad inducendum incompatibilitatem. Beneficium requirens perſonalem reſidentiā in quibus caſibus vacet ipſo iure per aſſecutionem ſecundi etiam requirentis dicta reſidentiam. Cura fori iuriſdictionalis an poſſit exerceri per alium. Et an de ea ſit facienda mentio in impetratione beneficij. Et quando inducat incompatibilitatem prout cura pænitentialis.

SVMMARIVM.

1 *Induſtria perſona non eſt electa per onus celebrandi miſſas.*

2 *Beneficium dandum Sacerdoti cum onere celebrandi miſſas quando poſſit dari ei, qui non eſt actu Sacerdos.n.3.4.5.& 7. & quando per alium licite exerceatur. nu.10. 11.12. 13. 14. & 15.*

6 *Sacerdotium in habitu ſufficit, quando non reſpicitur actus fundationis, ſed illius proſecutio.*

8 *Miſſa eſt ſacrificium quod poteſt per alium offerri.*

9 *Satiſfactum eſt animæ defuncti ſi miſſa dicitur tam in una, quàm in alia eccleſia.*

16 *Beneficium cum onere celebrandi miſſas non eſt incompatibile cum alio curato.& nu.24.*

17 *Conſuetudo quando ualeat, ut quis poſſit in eadem eccleſia obtinere duo beneficia ſimplicia, uel dignitatem cum canonicatu, ſeu canonicatum cum perſonatu, & cappellania.& nu.18. & 19.*

20 *Beneficium ſub eodem tecto quando dicatur ad inducendum incompatibilitatem.& n.21.22. & 23.*

25 *Beneficium requirens perſonalem reſidentiam quando uacet ipſo iure per aſſecutionem ſecundi. & n.26.27.& 28.*

29 *Beneficium quod quis habet cum cura iuriſdictionali an uacet per aſſecutionem alterius incompatibilis, & an comprehendatur in c.licèt canon.de elect.in.6.& n.33.*

30 *Beneficium Archipresbyteratus habens aliquā iuriſdictionem dicitur ſimplex.*

31 *Cura proprie dicitur in foro pænitentiali, et iſta inducit incompatibilitatem.et n.32.*

34 *In beneficijs cum cura iuriſdictionali non habet locum regula de idiomate.*

35 *In prioratibus attenditur conſuetudo an cura exerceatur per ſe, uel per alium.*

36 *Prioratus poteſt eſſe cum cura, quæ per alium exercetur.*

37 *Impetratio non uitiatur per non expreſsionem*
curæ in foro contentioſo.

CAPVT CXXXIII.

PEr onus celebrandi miſſas, & diuina officia
non dicitur electa induſtria perſonæ, itaut
teneatur quis reſidere, cum ſufficiat, quod per
1 alium hoc poſſit fieri, † quaſi vtroq; modo ſa-
tisfiat menti, & animæ teſtatoris *Lapus. alleg.*
35. Fel. in c. cum omnes. col. 18. n. 32. circa. fi. de cō
ſtitut. Car. *in c. de multa. 28. ad fi. de prabend. dr-*
xi. deciſ. 155. n. 4.
Amplius cum de hoc quæreretur Dixi huiuſmodi
beneficium potuiſſe conferri, ei qui non eſt actu
Sacerdos, quamuis ex fundatione illud eſſet dā-
2 dum Sacerdoti, † vt celebret miſſas, dummodo
infra annum poſſit promoueri, & dummodo
verba non ſint concepta negatiuè, dicendo non
admittatur niſi Sacerdos; Quia in dubio anne-
xio ſacerdotij ad beneficium intelligitur facta
per modum aptitudinis, non actualiter *Ferret.*
conſ. 305. incip. alids reuerendiſſimus. lib. 2. Abb.
in c. cum in cunctis. §. inferiora. de election. Imol.
in c. fi. 2. de reſcript. Spin de *teſtam. gloſ. 4. princ.*
3 *de patron. n. 66. & 67.* † Quicquid contrarium
dicant Mandoſ. *in annal. caſib. num. 80. tom. 17.*
fol. 213. et Guter. conſ. 1. n. 11. et conſ. 2. num. 19.
qui requirunt, quod ſi actu Sacerdos, cum alids
non poſſit miſſas celebrare. Quia verior eſt opi-
4 nio contra eos, † pront teſtatur Rot. *per Card.*
Pamph. Rom. *cappellaniæ. 19. marty 1586.* vbi in-
5 telligit contraria procedere, † quando verba
fundationis reſpicerent ipſam præſentationem,
ſi videlicèt teſtator dixerit cappellaniam confer
ri presbytero, in quibus terminus procedit de-
ciſio eiuſdem Rot. *per* Car. *Blanchet. Parmen. iu-*
rispatron. 26. nouemb. 1582.
Ratio eſt quia quando uerba fundationis non re-
ſpiciunt actum fundationis, ſed illius proſecu-
6 tionem ſufficit ſacerdotium in habitu † *Vital.*
in clemen. 2. §. illa uero. num. 16. q. 1. de ætat. et
qualitat. prout regulare eſt in huiuſmodi bene-
7 ficijs ſufficere habilitatem ad ſacerdotium, †
c. ſi pro clericis. ubi Fran. *de praben. in 6.* Dec. *cōſ.*
171. in cauſa uenerabilis. in fi. uerſ. nec huic con-
cluſioni. Rom. *conſ. 125. in prin. Roland. conſ. 47.*
n. 59. et 60. lib. 1.
Secunda eſt ratio quia non eſt veriſimile, quod te-
ſtator ſe voluerit arctare ad miſſam vnius po-
tius, quam alterius, cum miſſa ſit ſacrificium,
8 quod poteſt per alium Deo offerri, † ex qua ve-
riſimilitudine eſt interpretanda mens diſpo-
nentis *l. 3. C. de inoffi. teſtam. gloſ. in l. tale pa-*
ctum. §. fin. de pact. cum vtroq; modò ſatisfiat
animę teſtatoris; Prout dicimus de loco, ſeu Ec-
cleſia cum valeat argumentum de hoc ad per-
ſonas, quia idem eſt ſi pro illius anima in vna
9 vel altera *E*ccleſia celebretur † *c. multi. 4. di-*
ſtinc. Et facit deciſ. *Rot. per Cardin. Seraphin.*
Bergomen. legati. 9. octobr. 1595. vbi de legato
relicto monialibus, vt celebrari faciant in tali
Eccleſias miſſas pro teſtatore, aliàs deuoluatur;
non enim priuabuntur eodē legato ſi contingat
illas transferri ad alium locum, vt dictum eſt
ſupra *cap. 72.*
Et quod per onus celebrandi miſſas capellania
non dicatur ſacerdotalis, nec requiratur, quod
præſentandus ſit actu Sacerdos tempore pręſen
10 tationis, neq; in ea ætate, † quod infra annum
poſſit promoueri ad ſacerdotium vltra prædi-
cta eſt etiam deciſio *Rotæ per* R. P. D. *Sacratum*
Tiraſon. capellaniæ. 9. iuny 1603. quia illa ver-
ba, potius, ſunt poſita ad denotandum onus ce-
11 lebrandi, non perſonam celebrantis, † prout
idem quoque prius concluſum fuit per eandem
Rotam *coram* R. P. D. *Gipſio. Lucana capella-*
nia. 12. decembris. 1593. et per Cardin. Pam-
phil. *Romana capellaniæ. 23. ianuary. 1589.* non
obſtantibus deciſionibus alids in contrarium
12 factis, a quibus fuit receſſum; † Immò etiam
declaratum *per Sacram Congregationem Con-*
cily, quod Epiſcopi non poſsint iſtos compel-
lere ad celebrandum per ſe ipſos, cum per ſub-
ſtitutos ſatisfiat etiam ſi vltra onus celebrandi
teſtator dixerit, quod capellanus diu, noctuque
celebret diuina officia, ſicut cæteri capellani;
quia non per hoc colligitur quod debeat eſſe
presbyter.
Dummodò per conſuetudinem non ſeruetur con-
trarium, quod debeat per ſe ipſum celebrare,
13 & reſidere, † quia talis conſuetudo eſſet ſeruā-
da; Vel dummodò non ſimus in capellanis exi-
14 ſtentibus in Eccleſijs Cathedralibus, † quarum
redditus conſiſterent in diſtributionibus quoti-
dianis, nam tunc non poſſet deſeruiri per ſub-
ſtitutum in celebrando, neque reſidendo, vt *per*
eandem Congregationem reſolutum fuit. Vel
dummodò qualitas ſacerdotij non ſit annexa
beneficio actualiter ad ipſam præſentationem,
15 nam tali caſu oporteret, † quod tempore præ-
ſentationis ſit ſacerdos, veluti ſi in fundatione
adſit clauſula, quod non præſentetur niſi preſ-
byter, quaſi tunc qualitas adiecta verbo de-
beat intelligi ſecundum tempus verbi *l. in deli-*
ctis. §. ſi extraneo. de noxalib. prout in ſpecie
vltra ſuperius allegata concludit etiam *Spin.*
de teſtam. gloſ. 4. principal. de patron. nu. 66. vbi
etiam *n. 67.* quod ſemper in dubio annexio Sa-
cerdoti ad beneficium intelligitur per modum
aptitudinis non actualiter, niſi contrarium pro-
betur *Ferret. conſ. 305. nu. 4. lib. 1.*
Quibus ſtātibus verius eſt huiuſmodi beneficium
cum prædicto onere celebrandi non eſſe incom-
16 patibile cum alio curato † *Cardin. in c. de*
multa. ad fin. de prabend. Hoied. de incompatib.
benefic. p. 2. c. 1. n. 2. Lapus. *alleg. 35.* Quod ma-
gis erat in caſu noſtro ob conſuetudinem pro-
batam, ſecundum quam ſemper prouiſus de ca-
nonicatu habuit aliud beneficium cum onere
celebrandi miſſas, quod procedit etiam in ea-
17 dem eccleſia, † in qua valebit conſuetudo,
quod quis poſsit obtinere duo beneficia ſimpli
cia, vel vnam dignitatem cum canonicatu, ſeu
canonicatum cum perſonatu, & multò magis
cum capellania *Gemınian. in c. 1. n. 5. de conſue-*
tud.

tud.in 6. Nauarr. conſ.32. de præben. Licèt ad validitatem talis conſuetudinis requiratur be-
18 neficia eſſe diſſotmia, † cum vniformia quamuis ſimplicia ſint incompatibilia, & dummodò non ſit triplex beneficium; intelligendo quando eſſent talia beneficia magni redditus, nam in
19 exiguis quoq; ſaluari poſſet dicta cōſuetudo,† cū tennitas etiam in curatis excuſet ab incompatibilitate, prout dixi deciſ.155.nu.18.

Immò vt dicatur beneficium ſub eodem tecto ad inducendum incompatibilitatem eſt neceſſariū vtrumqne beneficium requirere idem miniſte-
20 rium, † & exercitium in eodem loco, & capella,itaut beneficiati, & capellani conuenire debeant in vnum, & faciant eadem munera, ſecus ſi capellaniæ eſſent intra eandem Eccleſiam inſtitutæ ad diuerſas capellas,& fines diuerſos,&
21 ad faciendam ſeparatam congregationē; † Ita vt vltra prædicta etiam requiratur beneficium eſſe conforme, ſeu vniforme, ac eiuſdem nominis latè *Nauar. conſ.16.n.2.de præbend.* Quidquid contrarium ſequantur *Hoted. de incompatibilit.beneficior.p.2.c.20. nu.15. & Mand.de ſignat.grat.tit.de diſpenſat.ad benefic. ſub eodem*
22 *tecto*; † qui tenent induci incompatibilitatem ratione eiuſdem tecti,etiam ſi beneficia ſint diſformia. Quia contra eos eſt magis vera, & cō-
23 munis opinio, † vt teſtatur Gonzal. *ad regul. 8.cancellar.de alternat. gloſ.10.n.41.* Dummodò non ſint talia, vt vtrunq;, vel omnia requirant præciſam reſidentiam ratione tituli *Felin. in c.ex parte. il 2.nu.3.de reſcript.*

Ex quibus etiam patet, quod impetratio de ſe-
24 cundo beneficio curato, † & requirente perſonalem reſidentiā fuit valida, neq; priuatio potuit fieri de primo, cum non ſit incompatibile per ſupradicta, & poſſint ſimul retineri, non obſtante onere celebrandi,cum in iſtis non militent pœnę, de quibus *in c. de multa. 28. de præbend. & in extrauag. execrabilis. eod. tit.*

Immo quamuis primum beneficium, quod quis obtinet, requireret perſonalem reſidentiam,nō tamen vacabit ipſo iure per aſſecutionem ſe-
25 cundi, † etiam requirentis reſidentiam, niſi quando quis ad illam teneretur ſimpliciter, præciſè, continuè, & ſub priuatione tituli, ſecus ſi ad tempus,& cauſatiuè,quando videlicet non reſidendo priuaretur fructibus, non titulo,quia tunc non dicitur incompatibile, nec vacat primum per adeptionem ſecundi, poterit
26 tamen priuari per ordinarium, † & ita procedit *diſpoſitio Concily Tridens. ſeſſ. 24. de reformat.c.17.* prout concludit Nauar. *conſ.4.nu.1. de cleric. non reſiden. & conſ. 10.n.13. de præbend.* & ita practicari, & communem eſſe ob-
27 ſeruantiam teſtatur † *Gonzal.ad regul.8 cancell.de alternat.gloſ.15.in princ. num.26.* Et eſt deciſio Rot. *per Cardin. Seraphin. Calaguritana beneficij.25.octobris.1577.& in alia calaguritana beneficij de ſubiana.30.octobris.1577.* & voluit *Anchar.conſ.17.nu.2.*latè *Capr. reg.90. nu.102.vſq; ad nu.113.Imol. et alij in c. fin. de cleric.non reſidend.Guter. conſ.10. nu.3.*

Et ſecundum prædictam diſtinctionem beneficia, quæ requirunt perſonalem, & præciſam reſidentiam,quamuis ſint ſimplicia, & non cura-
28 ta, † vt Canonicatus, & ſimilia, de quibus *in Concil.Trident.ſeſſ.24. de reformat. cap.12.* vacant ipſo iure per adeptionem ſecundi per decretum *d.Concil.ſeſſ.7.c.4.* iuxta diſpoſitionem *c.de multa. de præbend.* prout declarauit *Sacra Congregatio eiuſdem Concily, & Rot.per* R.P.D. *Oranum Salamantina dimidia portionis.11. decembris.1585.*

An autem quæ dicta ſunt de beneficijs curatis incompatibilibus intelligantur de cura animarum in foro contentioſo, vel ſolum in pæniten-
29 tiali, † itant habens beneficium cum poteſtate, & cura iuriſdictionali quo ad excōmunicādum,abſoluendum, viſitandum,& corrigendum dicatur habere beneficium curatum ad effectū, vt vacet per aſſecutionem alterius beneficij incompatibilis,cum de hoc quæreretur, Dixi opinionem negatiuam veriorem, quod non dicatur incompatibile, prout concludit *Molin. in verb.curatum beneficium obtinens.in fin. verſic. item talis cura non facit.Rebuff.in prax. in for. ſignatur.p.3.verſ.etiam ſituationis* & ita ſeruari per Rotam teſtatur *Gonzal.ad reg.8.cancellar. gloſ.6.n.63.* Quemadmodum etiam per *Sacram*
30 *Congregationem Concily*†fuit declaratum eſſe ſimplex beneficium Archipresbyteratum habens aliquam iuriſdictionem, dummodo reſidentia in eo non ſit neceſſaria,& voluit *Rot.per* R. P. D. *Penniam Conchen. Archipresbyteratus. 28.ianuarij 1594.*

Etenim cura propriè, & ſtrictè dicitur illa, quæ
31 eſt in foro pœnitentiali † *Innoc.in c.cum ſatis. de offic.ordin.Cardin.conſ.48. nu.1. Abb.in cap. dudum.il 2.num.7.in 9.artic.de elect. & in cap. ad aures.n.6.verſ.tertio adde de reſcrip.Sarnenſ. in reg.de idiom.quæſtion.11. Rebuff. in titul. de diſpenſ. ration. ætat. verſic. etiam ſi curam habeant.Staffil.de liter.grat.a.in titul.de qualitat. & ſtat.benef.n.20 Maſquard.conſul.469.nu.2. in fin. Rota in cauſa Reranaten. parochialis. co-*
32 *ram* R.P.D. *Cantuce.* 10. *maij.*1577. † Vnde non omnis cura debet inducere incompatibilitatem, ſed ſolum illa, quæ propriè, & ſtrictè appellatur, prout ſemper verba in huiuſmodi ſignificatu ſunt intelligenda *l.1. §. ſi is qui nauem.& ibi gloſ. in verb. edicti. ff. de exercit. in rem act.Bart.in l.omnes populi. num.59.de iuſt.*
33 *& iur.* † Ideo cum iſta beneficia habentia curam iuriſdictionalem ſint impropriè, & largè curata, non comprehenduntur ſub diſpoſitione *cap.licet. canon. de elect. in 6.* cum ſecus ſit in cura pœnitentiali *Cardin.in clem.vnica.nu.10. de offic. vicar. Rebuff. de non promou. infra an-*
34 *num.nu.33.* † Neq; in beneficijs curatis cura iuriſdictionali habet locum regula de idiomate *Sarn.in ead.reg.q.11.verſ. & ideo pro vero.* Vnde præſupponunt Doctores; quod Prioratus, qui habet curam fori contentioſi non deſinit eſſe curatus, cum huiuſmodi cura poſſit exerceri per alium *Felin.in cap.paſtoralis. in princ. & in*

Digitized by Google

& in c.in noſtra. in 10. corol. de reſcript. Vital.
in clem.ſi dignitatem.num.13.de præbend. Silu.
de benef. quæſt. 11.p. 3. Et in iſtis prioratibus
35 attenditur conſuetudo,† an cura per ſe,vel per
alium exerceatur *Abb.in cap,ſuper inordinata,*
num.9.de præbend.& in clem. ne in agris.§. cæ-
terum.n.30.de ſtat. regul. Et datur etiam Prio-
ratus curatus non annexus, in quo cura poteſt
36 per alium exerceri † *c.cum ſingula. 32.de præb.*
in 6.clem.vnic.in fin.de ſuppl.neglig.prælat.Vi-
tal.in clem.1.num.55.col.fin.verſ.octauo quæro.
de offic. deleg. Neque enim ita videtur electa
induſtria perſonæ in cura fori contentioſi, pro-
ut in pœnitentiali, quæ eſt grauior, & magis
periculoſa *Anchar.in clem.ſi dignitatem.colu.1.*
verſ. tangit hic. & ibi Imol. num.7.verſ.quæro
qua ſit dignior. de præbend. Et iſtam curam
contentioſam poſſunt habere Archidiaconi, &
alij inferiores Prælati *cap.1.de offic. archid.Do-*
37 *ctor.in c.cum contingat. de for. competen.* † Et
quamuis debebat exprimi beneficium eſſe cura-
tum *c.cum in illis. de præbend. in 6.* tamen non
vitiatur impetratio Archidiaconatus ob non
expreſſionem curiæ iuriſdictionalis *Felin. in c.*
ſuper litteris.col.5.n.8.reg.2.de præſcript.Rebuf.
in 3.par. ſignatur. in verbo etiam ſignationis. n.
4.fol.136.

E P I T O M E.

Legatum vſufructus an cenſeatur factum animo compenſandi, cum dote. Prohibitus exigere quando accipiat à ſponte ſoluente. Maritus an ſit debitor dotis ex cauſa voluntaria,ſeu neceſſaria, Per legatum factum vxori ſi dotes non petierit an ſit dilata ſolutio, ſeu extinctum debitum dotis. Liberatio generalis an ſit extendenda ad incognita,& ad ea pro quibus datur rei vendicatio.

S V M M A R I V M.

1. Vxor relicta vſufructuaria poteſt petere legatum vſusfructus & dotem. & n.2.

3. Mulier cui fuit legatus vſufructus quamuis prohibeatur petere dotem an poſſit illam recipere ab hærede ſponte ſoluente. n.4.6.7. & 8.

5. Prohibitus exigere non capit à ſponte ſoluente.

9 Teſtator legando vſufructum an cenſeatur legare animo compenſandi cum dote. n.11.

10 Lucrum dotis,legitima,& quarta debita patrono compenſantur cum legato.

12 Compenſatio non fit de quantitate ad ſpeciem, neq; de ſpecie ad ſpeciem.n.13.Intellige vt nu. 14.& 15.

16 Maritus et illius hæres eſt debitor dotis ex cauſa voluntaria,non neceſſaria.n.17.& 18.

19 Debitor voluntarius non præſumitur reliquiſſe animo compenſandi.

20 Vſufructuarius an teneatur ad onus æris alieni et n.21.et 22.

23 Dos in calculanda legitima filiorum quomodo ſit detrahenda.

24 In calculatione legitimæ inſpiciuntur facultates, quæ ſunt tempore mortis teſtatoris.

25 Per legatum factum vxori ſi dotes non petierit an dicatur dilata exactio dotis,vel extinctum debitum illius.n.26.27.et 28.

29 Vſufructu legato vxori pro omni et toto, quod poſſet prætendere in bonis teſtatoris an debeatur dos.n.30.et 32.

31 Quando fit mentio de bonis vniuerſaliter idem iudicatur de eis, quod de hæreditate.

33 Liberatio generalis quando excludat liberantē à petitione eius,pro quo datur vendicatio.n.34 35.et 36.

37 Liberatio generalis an extendatur ad incognita.

C A P V T CXXXIV.

Vxor relicta vſufructuaria non prohibetur dotem petere,& legatum vſusfructus *l.1.*
§.primum itaque.C. de rei vxor.act. Dec.conſil.
536.n.13.Caſtrenſ.conſ.224.legatum prædictum
lib.2.Capr.conſ.72 n.18.Bellon.conſ.31. num.4.
1 *Cephal.conſ.184.lib.2.* † Et eſt magis vera opi-
nio,quidquid alij contrarium ſentiant, vt per
Caualcan de vſufr.n.112.Surd.conſ.112.nu.44.
poſt Alex.conſ.99.in fi.lib.7.et conſ.19.in fi.nu.
15.et ibi Natt. in verb. non videtur. lib. 6. latè
Bertazzol. conſil. ciuil.59. in primo dubio Pere-
grin. de fideicomm. art.33. num. 41. Ratio eſt,
quia cum teſtator iure legati reliquerit vſufru-
ctum vxori;videtur voluiſſe liberalitatē exerce-
re, non autem debitum dotium extinguere,
prout eſt de proprietate legati, quod dicitur
2 donatio *l.legatū.de leg.2.* † Stātibus præſertim
verbis in huiuſmodi legato appoſitis, videlicet
quod legat pro amore, quo proſequitur vxorē
& pro bonis, & gratuitis ſeruitijs, quæ cauſa
adiecta legato declarat animum legantis, ita
vt ex illis verbis non præſumatur relictum ani-
mo compenſandi, prout in ſpecie concludit
Aim.conſ.149.n.4.

Quod adeo verum eſt, vt quamuis vxor relicta
vſufructuaria prohibeatur petere dotes, tamen
3 non perdet legatum, † ſi ab hærede ſponte eaſ-
dem dotes ſoluente recipiat: Quia ſatis eſt,
quod non petat; cum non petendo adimpleat
præceptum teſtatoris; quaſi hæres poſſit remit-
tere conditionem non petendi dotem *Bald. in*
l.1.num.10.colum.2.verſ. extra quæritur. et ibi
Iaſ.nu.8.C.de legat.Caſtr.in l.amplius non peti.
ff.rem rat.haber.Roland.conſ.74.num.28.in fin.
lib. 2. vbi dicit hanc opinionem veriorem
Pet.in l.titia.§.titia,cum nuberet.nu.112.132.et
134. de legat.2. Aretin. de teſtament.gloſ.47. in
gloſ. dotes ſuas.

Non obſtat *Surd.de alim.tit.9. q.16.num.16. vſq;*
4 *ad nu. 26. cum ſeq.* † vbi dubitat de prædicta
opinione,declarando *Bartol.in d.l.amplius non*
peti quaſi mulier eligendo dotem videatur le-
gato renunciare, & pro ſoluente dotem poteſt
capi coniectura, quod ſoluerit animo conſe-
quendi remiſſionem legati,quod præſumendum
eſt,

eſt, vt donatio excludatur, intelligendo potius actum fieri ad fauorem facientis *Aim.conſ.*149.
5 *n. 9. et 12.* † cum præſertim non poſſit capere à ſponte ſoluente, qui non poteſt exigere *Rimin.Iun.conſ.42.n.109.in fin.ver.aducit.doctrinam* Et hanc ſententiam ſequendam dicit in ſpecie *Spin.de teſtam.gloſ.11.n.71.*

Quia verior eſt prima opinio, vt poſſit vxor ſine incurſu pęnæ recipere à ſponte ſoluente, cum
6 hæres non prohibeatur remittere, † quod prouenit ad eius vtilitatem ex facto teſtatoris *l. quoties. C.de fideicom.* & de veriori opinione teſtatur *Roland.conſ.74.num.* 28.*lib.*2. *Caualcan.de vſufr.num.ee* 2. Quod etiam voluit *Caſtr.in d.l.non amplius non pett. n.* 1. *ff. rem rat.*
7 *hab.* † Vbi diſtinguit, quod aut præceſſit petitio vxoris etiam extraiudicialis, & tunc ſi hæredes ſoluunt ſponte, vxor amittit legatum, &
8 ita procedit opinio *Bart.* † Aut nulla præceſſit petitio mulieris, tunc non perdit legatum, ſed vtrumq; retinet mulier, ſequitur *Menoc.cõſ.* 201.*n.*46.*lib.*3.

Nec facit quod teſtator legando vſufructum cen-
9 ſeatur legaſſe animo compenſandi cum dote, † quaſi in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat *l. rem legatam.in fin.de adimen.legat.* Vnde non eſt præſumendum teſtatorem voluiſſe exercere liberalitatem cum eo, cui tenebatur dotem reſtituere *Imol.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff ſolut. matrim.Iaſ.in auth.præterea. n.19. C. unde vir.*
10 *& vxor.* † Prout dicimus de lucro dotis, legitima, & quarta debita patrono, quæ compenſatur cum legato, & in ſimilibus caſibus relatis per *Sur.conſ.*112.*in prin.lib.*1.

Quia verius eſt non eſſe locum huiuſmodi compenſationi *Alex.conſ.*12.*viſo themate ante ſrepto.col.*2.*ad med.num.*5. *lib.*2. *et conſ.* 7. *viſo in-*
11 *ſtrumento donationis in fin lib.*6. † Quia vſuſfructus omnium bonorum eſt quid diuerſum à quantitate dotis reſtituendæ, quo caſu non fit
12 compenſatio † veluti de quantitate ad ſpeciem *l. ſi conuenerit. de pignorat. action. Cardinal. Mantic.de coniectur.vltim.voluntat.lib.*10. *tit.*
13 2. *num.* 8. *verſ.et primo ut procedat.* † Prout neque de ſpecie ad ſpeciem *l. ex pecunia. C.de rei.uendic.* Nam quantitas cum ſpecie, vel ſpecies cum ſpecie non recipiunt inuicem functionem, ideo præſtans aliud, quàm, id, quod debebat non videtur habere animum cõpenſandi, ſecus autem, ſi ex præſumpta diſponentis mente poſ-
14 ſet aliud colligi, † vel quando lex ita præſumeret, cum dicatur expreſſum, quod ex mente diſponentis colligitur *Dec. et Iaſ. in auth. præterea.C.und.uir.et ux.* cum alijs *per Surd. de alim.tit.*6.*q.*16. *num.*15. *et conſ.*112. *num.* 100.
15 *et* 101. † vbi quod eſt verior opinio ſiue ſimus in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus, in quibus neq; de ſpecie ad ſpeciem, neque de quantitate ad ſpeciem fit compenſatio, dummodo ex voluntate teſtantis aliter nõ appareat *Socin.Iun.conſ.*173.*n.*7.*lib.*2. *Natt.conſ.* 109.*n.* 12.*Cor.conſ.*192.*col.*2.*in fi.lib.*1.

Præſertim quia maritus dicitur debitor dotis ex
16 cauſa voluntaria, non neceſſaria † *Bart. in l. huiuſmodi.§.cum pater.de leg.*1.*Roland.conſ.*65 *nu.*18. *lib.*2. Quia vbicunq; aliquis eſt debitor ex contractu, & ex cauſa à principio voluntaria non dicitur debitor neceſſarius, prout eſt maritus, qui inuitus non tenebatur ducere vxorem, & per conſequens neq; promittere reſtitutionem dotis, cuius debitum dicetur voluntariè contractum *Aim.conſ.*149.*nu.*2.*col.*1.*uer. ſecundo facere uidetur. poſt Alex. conſil.* 7. *uiſo inſtrumento donationes.col.fin.nu.*16.*verſ.reſtat ſuper ult.mo. lib.*6. *Signorol. conſ.*176.*num.*5. *Surd. conſ.*112. *num.* 64. *ad med. uerſ.et ſubdit*
17 *lib.* 1. † vbi etiam *n.* 67. ampliat ad hæredem mariti, cuius reſpectu dotis reſtitutio dicitur debitum voluntarium, non neceſſarium: Etenim non eſt conſiderabilis aditio hæredis, vt cognoſcatur an debitum ſit compenſandũ, nec ne, debeat enim ſpectari initium obligationis
18 ex perſona defuncti, † vt ſit voluntarium, quando proprio contractu ſe teſtator obligauit, vnde non conſideratur perſona hæredis voluntariè aduentis, ſed perſona defuncti, à quo ſumpſit initium *Bart.in l.de eo.de iudic.Cuman.conſ.* 176.*column.*1.*in fin.uerſ.etiam forſan. dixerit. Bero. conſil.* 134. *num.* 10. *lib.*2. & vtriorem opinionem dicit *Surd.conſ.*112. *num.*71. Quidquid contrarium ſequatur *Cor.conſ.*192. *lib.c.*
19 Cum igitur ſinhis a debitore voluntario, † nunquam præſumitur talis debitor reliquiſſe animo compenſandi *l.ſi cum dotem. §. ſi pater. ff.ſolut.matrim. l.*1.*§.ſecundum.C. de rei uxor.act. l. creditor. C. de legat. l.creditorem. ff. de leg.* 2. *Cuman.conſ.*22. *column.*1. *ad med.uerſ.his non obſtantibus.*

Nec facit opinio *Guid.Pap. q.* 541. vbi tenuit, quod durante vſufructu vxor non poſſit petere
20 dotem, † cum vſufructuarius teneatur ad onus æris alieni *Bartol. in l. fin.q. penult. ff. de uſufruct.leg.* Ergo ipſa debet ſibi ſoluere, & à ſe ipſa exigere: Quia contra *Bart,* eſt commu-
21 nis opinio, † quod immo vſufructuarius non teneatur ad onus prædictum *Rol.conſ.*8.*nu.*13. *et* 15.*lib.*2. vbi late concludit non eſſe recedendum ab hac opinione in iudicando *Couar. uar reſolution.cap.*2.*lib.*2. *num.*3.*Aim. conſ.*187.*n prine.Aret conſil.*116. *Alex. in l.uſufructum.a leg falcid. Franc.Marc. deciſ.*385.*et*842.*par.*1
22 † & in ſpecie contra *Guid.Pap.* dicit tenendum per multa *Surd.de alim.tit.*9.*q.*16.*n.*10.*Bertaz conſ.ciuil.* 59.*n.*8.

Ex quibus apparet in caſu mihi propoſito potuiſſe peti legatum vſusfructus, & dotem, quæ dos in calculando legitimam filiorum, cum de hoc
23 quæreretur Dixi verius eſſe, † quod debeat detrahi de hæreditate ad diminutionem illius, c detrahatur tanquam æs alienum; Quod procedit, quamuis teſtator legaſſet aliquid vxori c prohibitione, ne dotem peteret, tunc enim etia eſſet detrahenda dos ad diminutionem legitim *Alex.conſ.*57.*ponderatis.n.*3. *lib.*3. *Surd.de al ment.tet.*9.*q.*16.*n.*14. Quia in calculanda leg
24 tima inſpicimus facultates, † quæ ſunt temp re

re mortis teſtatoris *Cephal.conſ.165.n.20.lib.2.*
Rot. *per* R. P. D. *Peniam Vlixbonen. legitim.*
*1595.dicam infra cap.142.*latè *Peregr. de fidei-*
comm. art.36. n.19. Et per huiuſmodi legatum
ſi dotes non petierit dicitur dilata exactio do-
25 tis, † non in totum extinctum debitum illius,
itaut hęredes vxoris non excludantur in totum
à dote ab hæredibus viri *Alberi. in auth.hoc lo-*
cum.col.6.C.ſi mul.ſecūd.nupſ.Angel.de teſtam.
gloſ. 47. in vrb. & dotes ſuas. ad fin. verſ. nec
placet quod dicit. tom.8.p.1.fol.51. Bald.*& alij*
per Rimin.*Iun. conſ.42.n.110. lib.1.*

Non obſtat Bart. *in l.amplius non peti.n.7. in fin.*
ff.rem rat. hab. vbi contrarium tenet, quod im-
mo hæredes vxoris in totum excludantur, ſub-
26 dens, † quod vxor tenetur denunciare, ſe eſſe
paratam liberare hæredem acceptilatione, vel
cauere de non petendo *l. mulieri.in princ.ff. de*
condit. & demonſtr. l.mutiana. eod. tit.

Quia iſta opinio procedit, quando ex coniecturis
poſſet colligi animus teſtatoris, nam ſi dos eſ-
ſet magna, & legatum paruum non cenſebitur
voluiſſe extinguere debitum dotium, ſed differ-
17 re exactionem† *Surd.de alim.tit.9.q.16.nu.44.*
*& tit.5.q.3.nu.24.vſque ad n.46.*vbi idem con-
cludit ceſſantibus circumſtantijs, vt interpre-
temur legatum afferre vtilitatem legatario *l. ſi*
ſeruus plurium.§.fin. ff. de liberat. leg. Et con-
traria procedunt,quando legatus eſſet vſusfru-
18 ctus cum onere, † ne dotes petat, tunc enim
acceptando legatum videtur dotibus renun-
ciare Dec.*conſ.299.in fin.n.13.verſ.decima con-*
cluſio prout diſtinguit. *Surd. conſ.112. n.30.*

Amplius etiam legato vſufructu vxori pro omni
& toto, quod ipſa poſſet prætendere in bonis
teſtatoris, nihilominus dicendum eſt illi deberi
9 legatum vſufructus, & dotem, † quæ tanquam
æs alienum non dicitur eſſe in bonis, ſed extra
bona *Alex. in l.ſi cum dotem.§. ſi pater. n.6.ff.*
ſolut. matr. & ita in ſpecie concludit *Signor.*
conſ.176. quæſtio proponitur.n.10.

Iſtud tamen non eſt tutum, quia verior eſt opinio
contra *Signor.* quam defendit *Natt. conſ. 410.*
*totum controuerſiæ. nu.12.in fin.*quem ſequitur
Surd.de alim. q. 16.n.36. tit.9. Idem enim eſt,
0 quod non petat in bonis, † vel in hæreditate:
vnde æs alienum,& ſic dos dicitur eſſe in hære-
ditate continens iura actiua, & paſſiua, ergo
etiam in bonis *Bart.in l. 3. in princ.de bon.poſ-*
ſeſſ. Dec.*conſ.425. in caſu propoſito. col.penul. in*
princ verſ.ſecundò facit. nu.12. Neuiz. *conſ.62.*
*n.32.*Nam quando fit mencio de bonis alicuius
1 vniuerſaliter idem iudicatur de bonis, † quod
de hæreditate, & è contra de hæreditate,quod
de bonis *l.cogi.16. in princ. ad trebell. Cuman.*
conſ. 51. in princ. nu.3. & ita etiam concludit
*Surd. conſ.112. nu.87.*vbi dicit quod contraria
opinio non eſt tuta, non faciendo differentiam,
an dictum fuerit ſuper bonis,& ſuper hęredita-
te, vel in bonis & in hæreditate.

Quamuis in vxore poſſet defendi, vt non videatur
excluſa à teſtatore petere dotē, licèt fuerit iuſſa
plus non petere in bonis,& hæreditate,†cū illa

habeat dominium, & poſſeſſionem, quam reti-
nuit miniſterio mariti,donec vixit, quo caſu po
teſt dici hæc bona neque eſſe in bonis,neque hę
reditate *iuxtà conſ.*Ru.*n.25.nu.17. lib.1.*vbi li-
beratio generalis de omnibus,quę qualitercun-
que quis petere poſſet in bonis, & hereditate,
33 non excludit liberantem à petitione eius,† pro
quo datur vendicatio, & voluit *Alex. conſ.46.*
ad med.col.2 lib. 1. vbi concludit quietationem
comprehenſam in laudo per verba pro omni, &
toto quod ex prædictis, vel aliqua ipſarum, &
pro omni alio quod peteré, aut prętendere poſ
ſet directè,vel indirectè,aut quęcumque ratio-
34 ne,vel cauſa tam expreſſa, † quàm non expreſ-
ſa non includeret ius;quod competebat ad ven-
dicandum dimidiam poſſeſsionis, quam inſoli-
dum poſſidebat, & eſt *text. in l.aurelius.§.ma-*
uia. & l.aurelio.§.fin.verſ. res teſtatoris. de li-
ber.leg.Bald. in l. pactum quod dotali.3.col.2.in
fin.nu.8.q.12.C.de collat.& in l. cum neceſſita-
te.C. de fideicom. Alex. *conſ.170.circa primum*
dubium.col.2.ad med. verſ.ſed ita eſt quod teſta-
*tor.n.6.lib.2.*ſequitur *Iaſ.conſ.171.col.3.in fin.*
verſ. & quod tranſactio ſeu arbitramentum.
lib. 1. Quicquid contrarium dicat *Alciat. in l.*
pecunia.178.§.hoc verbum.nu.2.de verb.ſignifi-
35 *cat.* † Quia contra eum eſt verior opinio, vt
teſtatur *Add. ad Alex.conſ.46.viſis & accuratè*
conſideratis. in verb. vendicari. lib.1. Surd. de-
36 *ciſ.174. nu.1.*†Dummodo non ſimus in libera-
tione per verba vniuerſalia,& generaliſsima, &
geminata,prout latè concludit *Corn. conſ. 29.*
videtur.col.2. & per tot. lib.1. cū declarationi-
37 bus de quibus per *Surd.deciſ.217. per tot.* † vbi
multa an liberatio generalis extendatur ad in-
cognita etiam quando cauſa certa eſt expreſſa,
& vbi ratione recti ſermonis debet reſtringi
ad vnum negocium poſt *Caſtr. in l. ſi de certa.*
C. de tranſact. Doct. in l.ſi ſub prætextu.C.eod.
tit. Menoch. *conſ.496. nu.58.* Rimin. *Iun. conſ.*
343. n.19. lib.3.

EPITOME.

Pœna conuēta inter fratres iuratos de tractando
ſe vt fratres quando poſsit exigi,& detur que-
rela inofficioſi. Meretrix quæ dicatur. Bona
patris an poſsint cōfiſcari ſtantibus pluribus fi-
lijs. Teſtamentum fratris inſtituentis turpem
perſonam an rumpatur in totum, ſeu quo ad
legitimam tantum. Spurius an ſit infamis in-
famia tacti. Expoſiti an habeantur pro legi-
timis. Fraternitas an probetur per tractatum,
ſeu nominationem; & quid in compatre, com-
matre, & ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Quarela inoffic ioſi teſtamenti, & exactio pœnæ conuentæ an competat fratri iurato exhæredato,ſeu præterito. & n.2. & 3.*

4 *Meretrix dicitur perſona turpis, & non poteſt*

inſtitui excluſo fratre. Intellige, *vt num. 17. & 18.*

5 *Meretrix quæ dicatur. & n. 8. & 9.*

6 *Filia an poſſit exhæredari ſi vni tantum ſe ſubiecerit.*

7 *Vnicus actus quando ſufficiat, vt quis dicatur leno, homicida, calumniator, & ſimilis.*

10 *Dictio plures, & multi an verificetur in tribus & duobus. & n. 11.*

12 *Bona patris an poſſint confiſcari quando adſunt plures filij. & n. 13. 14. 15. & 16.*

19 *Matrimonium cum meretrice quando dicatur opus bonum.*

20 *Meretrix quando poſſit expelli è vicinia, & carcerari. & n. 21. & 22.*

23 *Teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam an rumpatur in totum, ſeu quo ad legitimam tantum. & n. 24. 25. & 26.*

27 *Spurius an poſſit inſtitui hæres excluſo fatre. & n. 28. 29. 35. & 36.*

30 *Inter fratres ſpurios datur mutua ſucceſſio tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*

31 *Expoſiti an ſint capaces ſucceſſionum, ordinum & dignitatum, & habeantur pro legitimis, & n. 32. & 33.*

34 *In dubio iudicandum pro legitimitate.*

37 *Illegitimè natus an ſit turpis perſona, & infamis infamia facti quo ad omnes effectus. & nu. 38. & 39.*

40 *Agnatus agens ad hæreditatem alicuius debet probare ſe talem etiam parte non opponente. & nu. 41.*

42 *Nominatio & tractatus de fratre non probat fraternitatem. & n. 43. 44. & 45.*

46 *Nominatio compatris, aut commatris non probat compaternitatem.*

47 *Filiatio an probetur per tractatum.*

48 *Fraternitas & filiatio quomodo ſit probanda.*

49 *Alimentatio quando probet filiationē & transferat onus probandi in aduerſarium.*

CAPVT CXXXV.

FRatres iurati poſſunt agere querela inoffi-
cioſi teſtamenti, quemadmodum poteſt ve-
1 rus frater præteritus inſtituta turpi perſona. †
*Iaſ. in l. quidam cum filium. n. 5. de verb. obliga-
tion. Theſaur. deciſ. 113. nu. 4.* Nam fraternitas
etiam inter extraneos contrahitur, cum poſſint
partes conuenire de ſe tractando vti fratres.
*Imol. in l. autem. col. 2. de hæredib. inſtituend. di-
xi deciſ. 216.*

Amplius ſi fuerit cōuenta pęna de tractando ali-
quem vti fratrem illa committitur, ſi ſit exhæ-
redatus, aut præteritus inſtituta turpi perſo-
2 na † *Alex. in l. nec apud.* qui hanc legem repe-
tijt. *in l. ſi pater tuus. in fin. n. 5. verſ. iſtis etiam
adde. C. de hæredib. inſtituend.* Quia non facit
illud, ad quod tenebatur, videlicet ad dandum
legitimam inſtituta turpi perſona, prout eſt in
vero fratre præterito, qui ob ſimilem inſtitutio-
nem agit ad querelam inofficioſi teſtamenti
Affl. deciſ. 125. in princ. & deciſ. 204. per tot.

Licèt hoc de pœna non ſit tutum, cum cōtrarium
ſit verius. Nam per illud pactum non efficiun-
3 tur veri fratres, † ſed tantum ſocij bonorum.
l. licèt. 19. C. de pact. Vndè debet dari querela
inofficioſi, non autem pœna committi, prout
quando fuit conuentum tractare aliquem in fi-
lium, quo caſu non committitur pęna, ſi promiſ-
ſor illum exhęredauit, cum non efficiatur verus
filius, ideò ſufficit dari querelam inofficioſi.
Menoch. in ſpecie *de arbitrar. caſ. 501. nu. 34.
cum ſeq.* Cum etiam iſta fraternitas iurata ni-
hil iuris tribuat; ideo neque in ea cadit ince-
ſtus quaſi nullum exiſtat impedimentum ma-
trimonij, prout dicimus de iſtis patribus vul-
garibus, qui recipiunt aliquem filium in ſanctis
Foller. in pract. crimin. canonic. c. 4. n. 89. & 90.
quem refert. & ſequitur *Petr. Caball. reſolution.
criminal. caſ. 200. n. 62. in princ. verſ. & notan-
dum eſt.*

Ex iſtis videbatur concludendum pro fratre iura-
to in cauſa mihi delegata, quod potuerit agi
querela inofficioſi, quaſi fuerit inſtituta mere-
4 trix, tanquam turpis perſona, † quæ non pote-
rat inſtitui illo excluſo, prout dicunt *Doct. in l.
fratres, C. de inoffic. teſtament. Iaſ. in l. quidam
cum filium. n. 3. de verb. obligation.*

Contrarium tamen declaraui, Primo quia non
fuit probatum inſtitutam eſſe turpem perſonā,
& meretricem, ſicut ex teſtibus in facto contra-
rijs apparet; cum etiam neque poſſit dici me-
5 retrix, † niſi quæ plures admiſit, & ſui corpo-
ris quæſtum facit. *l. palàm. 43. de rit. nuptiar.
Abb. in c. cum decorem. 12. in fin. de vit. & ho-
neſt. clericor. Doct. in c. vidua. 34. diſtinct. Vaſq.*
qui de communi. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10.
n. 610. verſ. primo in filia. & lib. 2. part. 3. §. 20.
requiſ. 29. n. 52. decl. 3. fol. 94.* vbi ex hoc infert
ad filiam, quę non poterit exhæredari, ſi vni tan
6 tum ſe ſubiecerit, † licèt ſecus eſſet, quando plu
ribus ſe proſtitueret, & ex ſuo corpore quæſtum
faceret, de quo latiùs per *Surd. de alim. tit. 7.
q. 4. n. 12. vſque ad n. 38.*

Et facit diſtinctio, de qua per *Rip. in cap. 1. col. pe-
nult. verſ. item nota. de iud.* Vbi in his, quæ de-
nominantur ab actu, verius eſt, quod ſufficiat,
7 vnicus actus, † vt homicida, calumniator, & ſi-
milia, ſecus in illis, quæ denominantur ab effe-
ctu reſultante ex actu, vt meretrix, quæ dicitur
à merendo ſtipendia libidinis, quemadmodum
etiam in fæneratore, & in verbis, quæ denomi-
nantur ab exercitio, vt in aleatore, & lenone, in
quo neque ſufficit vnicus actus, cum ſit prout
adiungitur meretricibus. Quamuis reſpectu
vxoris, vt vir puniatur de lenocinio, ſufficeret
vnicus actus. *l. mariti. 29. §. qui quæſtum. ff. ad
leg. iul. de adulter. Couar. de ſponſal. p. 2. cap. 8.
§. 11. col. 2. verſ. hinc etiam deducitur. n. 3. in fin.
Vincent. de Franch. deciſ. 58. n. 7. p. 1.*

Et quicquid alij dicant iſta eſt verior, & magis
communis opinio, quod illa meretrix illa di-
8 catur, quæ paſſim, & palam omnibus patet, † &
cuius turpitudo eſt publicè venalis, ſiue in lupa-
nari, ſiue in alio loco, ſiue cum quæſtu, vel ſine

quęſitu

quæſtu pudori ſuo non parcens palàm ſe proſti-
tuat;Ideò non eſt tuta eorum opinio,qui vnum,
ſeu duos ad coitum cauſa quæſtus admittunt ,
vt dicatur meretrix, † cum ex hoc non debeat
dici mulier palàm ſui corporis quæſtum facere
*Couarr. de ſponſal. p. 2. c.8.§.11.n.5. verſ. me-
retrix autem.* *Claud.ad* Bertazzol.*conſ. crimin.
134.* Petr.*Caball.reſolut. crimin. caſ.*123.*nu.* 6.
vſq; ad nu. 11.

ſta autem admiſſio plurium verificabitur in tri-
bus, prout dicit Bald. *in c. vnic. in prin* §.*quod
autem pares. in fin. de not. feudor.* Abb. *in c. ad
noſtram.* 11. *ad med. n.* 5. *verſ & nota extra.de
reb.eccleſ.non alienan.* Rebuff.*in l. palàm eſt.* 21.
10 *in verb.pluribus. ff.de verb. ſignif.* † Vbi etiam
quod aliquando verificatur in duobus, licet di-
ctio plurimus ad minus requirat tres *Alex.in l.
& ſi poſt tres. in princ. nu. 4. & 5. verſ. in ea-
dem vel dic duo.ff ſi quis cautionib.& in l. ſæpe.
col.2. ad med.n 4.verſ.dictio autem ſæpiſſime. ff.
de re iudic. & in l. ſi gemina. poſt* Bart. *ibi in
fin. in uerb. quid ſi accuſator. ff. arbor. furt.*
1 *ceſar.* prout dictio multa. † quæ verificatur in
tribus *Iaſ. in l.1. nu.6. col.penult. ad med. uerſ.
ſecundo nota.* C. *de fideicommiſſ.* Et de huiuſ-
modi dictionibus latè *Gloſſ. in §. & quod ſæpè.
in uerb.& filiorũ.&* ibi Angel.*in auth de trien.
& ſemiſ.* Barbat.*in probe.clem.§. ſanè.* Bald. *in
l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de leg.3.* Aret.
*de malefic.in uerb. pluribus.*Doctor. *in l. cogi.§.
item metianus. ad trebellian.& in c. pluralis.de
reg. iur. in 6.* Gomeſ. *in c. in multis. n. 4. de re-
ſcript. in 6.* Roman. *conſ. 490. aliàs. 301. in
propoſita. nu.* 12.

t facit quod voluit *gloſ. in l. cum ratio quæ eſt
fin. §. ſi plures. ff.de bon.damnat.* vbi quod non
confiſcantur bona patris nec quo ad legitimam,
neq; reſpectu patrimonij , ſi adſint plures filij ,
2 puta ſi eſſent tres.† Quæ diſpoſitio quo ad con-
fiſcationem , vt obiter hoc adnotetur licet di-
catur dubia in practica , vt per *Boſſ. de bonor.
public. nu.* 10. *Caſſan. Clar. & alij* de quibus
per Honded. conſ. 110. *lib. 1.* Tamen cum de
hoc aliàs dubitaretur Dixi veriorem eſſe ſen-
tentiam , quod etiam de conſuetudine debeat
3 ſeruari,prout latè concludit † T*hobias.conſ.* 95.
*n.*2. cui ſe ſubſcripſerunt *Galleſ.* & alij de qui-
bus ibi Ro*land. conſ. 97. nu.31. lib.2.* Honued.
conſ. 110. *lib.* 1. Vbi etiam ampliat ad plures
filios adoptiuos , ſi in fraudem non ſunt adop-
tati latè T*heſaur. deciſ.*104. *per tot.* Vbi *Add.*
1 quod ne amplius contingat dubitari , † Dux
Sabaudiæ decreuit , vt legitima ſit triens , ſeu
dimidia , prout de iure , niſi in caſibus ibi ex-
preſſis P*eregrin. de iur. fiſci. tit.1. lib.5. n.* 38.
Add. ad Clar. §. fin. q 38.*n.*29. *Farinac. q.* 24.
nu. 37. vbi etiam *n.* 170. ampliat procedere
ſtante ſtatuto , quod pater teneatur ſoluere le-
gitimam pro filio; † Et quamuis *Salic.in l. fin.
C. de bon. damnat. & Boſſ. de aliment. uxor.
præſtan.* diſtinguat an facultates ſint exiguæ ,
vel magnæ , ſi enim erit amplum patrimonium
dabitur dimidia filijs,quamuis ſint plures, Ta-
men hoc non eſſe admittendum teſtatur *The-
ſaur. d. deciſ. 104. nu.2. uerſ. & quamuis.* cum
tex. *in d. l. fin.* allegatus *per* Salicet. hoc non
16 probet : † Ideo non eſt diſcedendum à com-
muni ſententia Doctorum , & diſpoſitione *d. l.
cum ratio. §. ſi plures. de bon. damnat.* quæ ſim-
pliciter diſponit ad fauorem filiorum .

Secundo quia eramus in muliere matrimonio con
iuncta, quæ licèt fuiſſet meretrix , tamen pote-
17 rat inſtitui hæres excluſo fratre † *Angel.* in ſpe-
cie *in auth. quib. mod. natur. effic. legit. §. 1.
circa medium. Marſil.* Ancbar. & alij quos ad-
duxi *deciſ. 216. nu.5.* Cardin. T*uſcus. concluſ.
454. nu.17. in uerb. frater.* Nam attenditur vl-
tima conſuetudo,vt quis dicatur habilis ad ſuc-
cedendum ; Vnde infamis , & turpis perſona ,
quæ deuenit ad meliorem frugem ducendo ho-
neſtam vitam deſinit eſſe talis, & perinde habe-
tur , ac ſi non deliquiſſet , ex quo nec poterit
exhæredari , nec ab alimentis excludi , nec
priuari dote , quæ illi erit per patrem conſti-
tuenda , quamuis aliàs quæ meretricatur non
debeat ali , aut dotari *Surd.* qui multis ſimili-
bus comprobat *de alim. tit.7. q.5. nu. 15. uſq;
18 ad 29. & tit.7. q.1. nu.34.* † Vbi quod ſuſtine-
tur teſtamentum fratris inſtituentis turpem
perſonam , quæ penitentiam egit honeſtè vi-
uendo Fab. *in §. ſoror. inſtit. de inoffic. teſtam.
Iaſ. in l. fratres. col.penult. in fin. uerſ. quin-
to limita.* C.*cod. tit.* Gabr. *conſ. 30.nu.51. lib.2.*
Immò etiam indulgentiam conſequitur, & opus
bonum facit, qui cum meretrice matrimonium
contrahit C*ouar. de ſponſal. p.2. c. 8. §.11.n.4.*
Quamuis nupſiſſet ſtupratori , non tamen aliàs
19 indigno † *Surd. de aliment. tit.7. q. 24. n. 27.
poſt med.* Intelligendo cum credit , atq; exi-
ſtimat eam à turpitudine meretricij reuocare ,
vt declarat *Menocch. conſ. 18. nu. 12. poſt* Io.*de
Turr. Cremat. c. 2. nu. 3. 32. q. 1.*

Adde quod licet meretrix poſſit expelli è vicinia
*Caſtren. in l. nullus. n.5. C.de ſum.trin.& fid.
cathol. Plaz. in epit. delict. c. 34. n.10. uerſ. il-
lud conſtitutiſſimum. Vincent. de de Franc. de-
20 ciſ.* 316. † Tamen procedit in ſoluta , non in
ea,quæ ſit nupta, & cũ viro habitet,quæ quam-
uis ſit meretrix expelli non poteſt ob fauorem
matrimonij R*ube. in c. per ueſtras. §. 2. nu. 21.
uerſ. addè etiam . de donat. inter. uir. & uxor.*
21 Duen. *reg.312. limit.1.* Capic. *deciſ. 44. n.2.* †
Dummodo non faciat publicum queſtum , nec
habeat maritum lenonem, & infamem, quo ca-
ſu coniugium non eſſet conſiderabile,& tãquam
ſoluta deberet tractari M*arſil.in l. unic. n. 45.
uers. sed tamen. C. de rapt. uirg.* Couar. *Neuſ-
zan.* & alij de quibus per *Caball. reſolut.crim.
22 caſ. 185.n.9. & cas.184. n. 4.* † Prout etiam
meretrix nupta , quæ de conſenſu viri meretri-
catur poterit carcerari , quidquid aliàs non
poſſet *latè Farinac. de carcerib. q. 27. nu. 56.
& 58.*

Tertio nam quamuis frater deſtruat teſtamentum
fratris inſtituentis turpem perſonam , Tamen
23 nõ intelligitur,vt illud rumpat in totum, † ſed

tantummodo vſq; ad legitimam, & non vltra
Angel. in l.1. de inoff. teſtam. cũ alijs *per Surd.*
de alim. tit.8. priuil. 95.*n.* 10. *Affl. deciſ.* 204.
per tot. Itaut ſi fratri eſſet relictum minus legi-
tima, prout in caſu noſtro, ageretur ſolum ad
24 ſupplementum legitimæ; † Quemadmodum
dicimus de filio, qui non querelat teſtamentum
patris, quando aliquid ei fuit relictum, ſed agit
ad ſupplementum; ergo multo magis in fratre,
25 qui eſt remotior filio. † Et quamuis multi te-
neant contrarium, vt in odium infamis, & fa-
uorem fratris teſtamentum corruat in totum,
etiam quando aliquid eſſet relictum fratri, vt
per *Dec. conſ.* 530. *nu.* 13. cum alijs per *Clar.*
26 *in §. teſtamentum. q.* 50. *n.* 3. † Tamen verior
eſt prima opinio; Quia illud odium non debet
plus operari, quàm fauor filij, prout concludit
Surd. de alim. tit. 8. *priuil.* 69. *n.* 10. & voluit
Cagnol. in l. 1. *col.* 2. *verſ. breuiter communis*
*opinio. n.*11. *in fin. ff. de inoffic. teſtam.*

Neq; obſtat oppoſitio de ſpuria. Quia non pro-
batur quod eſſet talis; Vltra quod frater non
impugnat teſtamentum fratris inſtituentis hæ-
27 redem ſpurium, † qui non dicitur turpis per-
ſona, quando eſt vitæ honeſtæ non imitando
vitia parentum *l. crimen. de pœn. l. legem.* C.
de natural. lib. c. naſci. diſt. 56. Spurij enim
non excluduntur à ſucceſſione extraneorum,
28 ſed parentum † *auth. ex complexu.* C. *de inceſt.*
nupt. prout in ſpecie concludit *Cagnol. in l.* 1.
*n.*14. *verſ. & hæc par in propoſito. ff. de inoff.*
teſtam. Roland. *conſ.*87. *nu.* 18. *lib.*3. *Theſaur.*
deciſ. 127. *in princ. Facchin. lib.*4. *controuerſ.*
c. 93. *in fin. verſ. ego igitur extimarem* Cardin.
Paleot. de not. & ſpur. c. 55. *nu.* 5. *verſ. quæ*
29 *tamen. vereor. tom.* 8. *par.* 2. *fol.* 69. † Dum-
modo non relinquatur ſpurio contemplatione
patris, vel aui *Natt. conſ.* 402. *n.* 50. Rot. *Vr-*
beuetana caſtrorum. 4. *martij.* 1580.

Prout etiam inter fratres ſpurios datur mutua
ſucceſſio tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento
30 *Affl. deciſ.* 96. *nu.* 5. *Curt. Iun. conſ.* 123. †
Quidquid contrarium ſenſerit *Dec. conſ.* 311.
*poſt Alex. conſ.*74. *lib.*5. *Cagnol. in l. ſi quis il-*
luſtris. col. pen. C. *ad orphitian.* cum alijs *per*
Aim. conſ. 138. *n.* 6. Cum contra eos ſeruetur
prima opinio, prout teſtatur *Guter. pract.*
*quæſt.*103. *lib.*2. *Franc. deciſ.* 238. *in fin. lib.*2.
Peregrin. de iur fiſci. lib. 3. *tit.* 18. *n.* 43.

Quod minorem dubitationem haberet in expoſi-
tis, prout cum de hoc quæreretur Dixi hanc eſ-
ſe veriorem opinionem, nam tales ſunt capa-
31 ces ſucceſſionum, † ordinum, & dignitatum, &
& pro legitimis habentur *Felin. in c. cum de-*
*putati. de iudic. nu.*13. *Cardin. Paleott. de noth.*
32 *& ſpur. c.*63. *n.*3. *&* 7. *tom.*8. *par.* 2. *fol.*73. †
licèt enim quo ad ordines in expoſitis requira-
tur diſpenſatio ſecundum *Couarr. in clem. ſi*
furioſus. de homicid. p. 1. *in princ. nu.* 9. cum
alijs per *Ignat. in addit. ad Diaz. c.* 17. *in fin.*
33 Tamen contrariam ſententiam ſimpliciter, †
tanquam magis veram tenet *Bermond. de pu-*
blic. concubinar. in verb. qui etiam filios ex ta-
li concubinatu procreatos. n. 90. *tom.* 11. *p.* 1.
fol. 187. *Menoc. de arbitr. caſ.* 396. *in fin.* Quia
in ſpurio eſt certa illius origo, quæ in expoſito
34 non eſt talis, cum ſit dubia, † qua dubitatio-
ne ſtante potius iudicandum eſt pro legitimita-
te *Aman. in c.* 1. *de infant. expoſit. Put. deciſ.* 2.
*lib.*3. *Peregrin. de fideicom. art.* 43. *n.* 71.

Quamuis prædicta de ſpurio non ſint tuta, cum
quilibet illigitimè natus ſit turpis perſona, &
Infamis infamia facti quo ad omnes effectus, ita
35 ut ſi inſtituatur, † competat fratri teſtatoris
querela inofficioſi *Azo. in ſum. ex quib. cauſ.*
infam. irrog. Quam opinionem eſſe per Ro-
tam approbatam contra *Card. Paleott. & alios*
ſupra adductos teſtatur *Gabr. conſ.* 30. *num.* 2.
lib. 2. vbi ampliat ad legitimatos legitimatio-
36 ne non plena, † quia neq; iſti poterunt inſtitui,
cum non ſint reſtituti ad iura primæuæ naturæ,
ſed remaneat aliquis effectus ex illis, quos de
iure huiuſmodi infamia producit; Et quod opi-
nio Azonis ſit magis communis, & vera ſaltem
37 quo ad inducendam leuem notam † latè Rot.
coram Sanctiſſ. Bononien. de ſcaranis. 2. *iunij.*
1572. *in eius voto. poſt. Alex. conſ.*172. *n.*3. *lib.*7.
cum alijs ibi allegatis, vbi reſpondetur *Card.*
Paleott. Tiraq. & cæteris contrarium ſentien-
38 tibus; Quamuis opinionẽ Azonis, † non admit-
tendam latè defendat *Hartman. Piſtoris. q.* 30.
*per tot. Farinac. de accuſat. q.*13. *nu.*70. *&* 71.
de cuius queſtionis veritate dicam infra in ca-
pite particulari. Et eſt conſtitutio *Py. V.* 152.
fol. 1159. Vbi illegitimis non poſſunt relinqui
acquiſita ex bonis eccleſiaſticis, ſeu alijs rebus
39 proprio labore, † vel patrimonio partis, qui-
cumq; illegitimi ſint, ſiue ſui, ſiue extranei, etiam
in ſtatu ſeculari procreati, & quacumq; au-
ctoritate legitimati *Idem Pius. conſtit.* 120.
fol. 1102. quæ quando habeant locum dicetur
etiam infra in capite particulari.

Quarto non debebat eſſe locus ſucceſſioni ad fa-
uorem fratris iurati, quia plenè non fuit pro-
40 bata fraternitas, prout requirebatur; † Nam
agens ad hæreditatem alicuius debet probare
ſe talem *Butr. in c. peruenit. col.*2. *qui fil. ſint*
*legit. Dec. conſ.*54. *col.*1. *in princ. Roland. conſ.*
32. *nu.*19. *lib.*3. *Cephal. conſ.* 82. *nu.*10. *Odd.*
*conſ.*83. *nu.*9. Quod procedit etiam parte non
41 opponente, † quaſi hoc ſit principium extrinſe-
cum, ex quo oritur actio ſua *Cardin. conſ.* 72.
ſingulatim. verſ. dubio. Bero. conſ. 75. *n.*6. *Ri-*
minald. Iun. conſ. 494. *nu.* 20. *lib.*5. *Rot. Ge-*
*nuenſ. per Carthar. deciſ.*33. *nu.*8. *Honded. Ca-*
gnol. Bald. & alij quos adduxi *deciſ.* 89. *n.*13.

Non obſtant nominationes factæ de fratre, quæ
præiudicant, prout de filio. Quia illæ non con-
42 cludunt probationem fraternitatis † *l. nemo de*
hæred. inſtituend. Nam maius incomodum eſt,
ſi quis nominetur filius, cum illum teneatur
pater alere, quod non eſt in fratre *Tiraq. de*
retract. lignag. gloſ. 16. *§.*1. *nu.* 2. *Maſq. con-*
43 *cluſ.*411. *n.*9. † Prout etiam quando quis tra-
ctatur vti frater, non enim ex hoc dicitur pro-
bata fraternitas, aut poſſeſſio fraternitatis,

cuius

Digitized by Google

cuius probatio eſt difficilis, itaut teſtes depo-
nentes abſolutè aliquos eſſe fratres non pro-
bent, quaſi potius diſponant ſuper eo, quod
conſiſtat in iure, cum non ſequatur tractant
ſe vti fratres, ergo ſunt tales *Anchar. conſ. 52.*
44 *pro clariori. col. vlt. n. 7. & 8.* † Quidquid con-
trarium ſentiat *Natt. conſ. 59. nu. 15. poſt Ca-
ſtr. conſ. 151. viſo puncto. in facto. col. 1. lib. 1.*
cum alijs *per Menoch. præſumpt. 53. num. 25.*
45 *lib. 6.* Cum verior ſit opinio, † quod huiuſmo-
di genus probationis tractatus non habeat lo-
cum in fratre, ſed ſolum in filio, & vxore *Dec.
conſ. 524. viſis bis. n. 5. & conſ. 531. accurratè.
n. 4. & conſ. 595. pro reſolutione. Aim. conſ. 249.
num. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 16. in
princ. Muta. ſuper conſuetud. Panormit. c. 56.*
46 *nu. 33. Maſq. concluſ. 789. num. 16.* † Quemad-
modum etiam nominatio compatris, aut com-
matris non probat compaternitatem, cum ſæ-
pè hoc fiat propter ſuſpicionem ſiniſtræ opi-
nionis: Et idem in vxore, quæ ſi talis nomine-
tur, non probatur tamen, quod ſit vxor, quaſi
ita vocetur plerumq; ad tegendum peccatum
*Abb. in c. ex parte. de reſtit. ſpoliator. Muta.
ſuper conſuetud Panormit. c. 76. nu. 15.* vbi quod
neq; iſta nominatio facit præſumptionem, quæ
transferat onus probandi in aduerſarium *Ca-
ſtr. in l. non epiſtolis. 13. n. 4. verſ. & dicit. & in
l. non nudis. 14. C. de probat. Aim. conſ. 49. n. 2.*

Quibus adde, quod iſta nomina etiam imponimus ſiue ætatis, aut ſcientiæ, ſiue honoris, & obſeruantiæ cauſa ſecundum *gloſ. in l. ex diui. 4. in verb. parentem. C. locat.* dum ibi Imperator Alexander vocat parentem ſuum Vlpianum, & explicat *Radulph. Forner. lib. 5. rer. quotid. c. 28. ex Athenagora. in apolog. pro Chriſtianis. & Horat. in epiſt.* frater, pater, adde; vt cuique eſt ætas, ita quemq; facetus adopta. *& Ouid. 10. metamorph.* Forſitan ætatis quoque nomine filia dixit; Dixit & illa pater ſceleri ne nomina deſint, Et incognitarum agnationum pudenda nomina, & ridicula commenta recentium, ac præpotentium affinitatum iſta nomina vocat *Saluian. lib. 3. ad eccleſ. cathol. & Quint. declam. 321.* Certè inquit, quoties blandiri voluimus his, qui eſſe amici videntur, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen poteſt, quàm vt fratres vocemus, adeo inane etiam nomen, & vmbra quædam naturæ videtur ſimile amicitiæ nomen imponere. Et multa exempla de his qui vocantur fratres ob rationem affectionis ſunt apud *Symmach. lib. 2. epiſt. 20. & 45. cum ſeq.* Ideo iſtis nominationibus, aut epiſtolis non eſt habenda fides *l. nemo dubitat. 58. §. qui fratre. ff. de hered. inſtit.* Quidquid in ſeruis aliud ſit, cum his modis illi fiant liberi *§. vlt. inſtit. de adoption. l. vnica. §. ſimili. C. de latin. libert. toll.*

Ideo *in l. eum qui probabilem. 19. C. de epiſc. & cleric.* prohibetur Sacerdotibus conſortium ſororum, quod eſt intelligendum non de veris ſororibus, ſed de illis, quas Clerici ſub pietatis nominibus ſorores, matres, aut filias appellabant, vt facilius propudia ſua obtegerēt *Guiac. obſeruat. lib. 2. c. 29.* vbi quod ſenſus *d. l. eum qui probabilem.* eſt obſcurus, niſi ita intelligatur, quod prius voluit *gloſ. in d. in verb. ſororia.* & tex. ipſe hoc declarat, cum inquit ſororiæ appellationis conſortio, quaſi per Clericum ſororium vocaretur, quod non erat tale.

Licèt in filiatione ſecus eſſet, cum illa probetur
per tractatum *Felin. in c. per tuas. n. 13. de pro-
bat. Dec. conſ. 54. in cauſa domini. col. 2. & 3.*
47 *Menoch. de arbitr. caſ. 89. nu. 7.* † Intelligendo
nō de plena probatione *Bald. in l. nō ignorat. C.
de his qui accuſ. non poſſ. Alciat.* qui de commu-
ni *præſumpt. 38. reg. 3. nu. 8. Maſquard. concluſ.
786. vſq; ad concluſ. 795.* vbi multa tam quo ad
48 coniecturas, † quàm alia, ex quibus poſsit dici
probata filiatio, & fraternitas *Aim. conſ. 249.*
vbi quomodo debent deponere teſtes ſuper fra-
ternitate, vnde alimenta, o quia probat tracta-
49 tum, † magis infert ad filiationem, quàm nomi-
natio *Bald. in l. non ignorat. 9. n. 4. C. de his qui
accus. non poſſ. Aim. conſil. 958. n. 36.* Ideò ex hoc
datur poſſeſsio filiationis, itaut onus probandi
50 cōtrarium transferatur in partem aduerſam †
*Alex. cons 88. omiſſis tribus. n. 9. col. 3. ad fin.
lib. 7. Butr. in c. transmiſſa. qui filij ſint legit.
Surd. conſil. 1. n. 46 & de alim. tit. 9. q. 7. nu. 11.*
cum alijs de quibus infra *cap. 157.* Et de nomi-
natione quod conſtituat nominatum in poſſeſ-
ſione filiationis reſpectu filij naturalis, non ſpu-
rij *Idem Surd. conſil. 552. n. 24. lib. 4.*

EPITOME.

Dominium, & fructus rei legatæ quando ſtatim transeant in legatarium. Tranſmiſſio legati quando fiat, & an impediatur per adiectionem diei incertæ ſolutioni, execurioni, & ſubſtantiæ legati, & quid ſi illius petitio differtur in tempus ætatis, ſeu mortis. Legatum conceptum per verba ſi, vel cum talis morietur, aut poſt mortem alicuius an dicatur conditionale, & poſſit tranſmitti. Prohibitio generalis moleſtiarum de qua moleſtia intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legatæ ſtatim transfertur in legatarium. Intellige ut n. 4.*

2 *Fructus legatorum an acquirantur legatario hæreditate iacente. & n. 3.*

5 *Habens actionem rem ipſam habere dicitur.*

6 *Ante acceptationem non acquiritur ius legatario cum effectu, ideo poterit repudiare legatum ita vt nunquam cenſeatur retro quæſitum.*

7 *Dies legatorum cedit à morte teſtatoris ad effectum tranſmiſſionis.*

8 *Qui poteſt tranſmittere poteſt etiam legare, cedere, & obligare.*

9 *Proprietatis tranſmiſſio, & alienatio non impeditur firmo remanente uſufructu. Intellige vt n. 11.*

10 *Vaſſallus vendens ſine aſſenſu domini, & non*

tradens non cadit à feudo.
12 *Legatum conditionale non tranſmittitur, niſi impleta conditione. Declara vt n. 20.*
13 *Diſpoſitio de ſui natura non eſt conditionalis.*
14 *Modus in dubio potius iudicatur, quam cõditio. Intellige vt n. 15.*
16 *Modus non impedit actum perfici.*
17 *Modo non impleto an quis priuetur relicto.*
18 *Conditio, vel modus quomodo cognoſcatur. & n.57.*
19 *Legatum modale quamuis non poſsit peti tranſmittitur. & n.58.*
21 *Legatum vxori ſi staret cum filiabus donec nuberent, ſi legatarius anteà decedat, tranſmittit ad hæredes.*
22 *Legatum quando extinguatur ſi deficiat conditio mixta, vel caſualis.*
23 *Defectus modi non vitiat diſpoſitionem.*
24 *Modus importat cauſam impulſiuam.*
25 *Tranſmiſsio an impediatur quando dies certa, vel incerta eſt adiecta ſolutioni, & executioni ſeu ſubſtantiæ, & diſpoſitioni legati. & n.26. 27.28.29.30.41.42.& 43.*
31 *Legatum conceptum per verba ſi, vel cum talis morietur, vel poſt mortem alicuius an ſit conditionale, & poſſit tranſmitti. & nu.32.33. 34.36.37.& 38.*
35 *Dictio niſi habet naturam aduerſatiuæ.*
39 *Diſpoſitio ſi moriar, aut cum moriar an differat, & dicatur conditionalis.*
40 *Tempus adiectum legato per dictiones ſi, niſi, vel ſimilia verba facit conditionem.*
44 *Diſpoſitio non dicitur conditionalis, ſi conditio apponatur executioni, non diſpoſitioni, prout quando non apponitur actui, ſed illius reſolutioni. & n.45.*
46 *Legatario an hæredi ſit magis fauendum; & quid ſtante cõiunctione ſanguinis, & in filio hærede. & n.47.48.& 49.*
50 *Acquiſitio aut ſubſtantia legati quando dicatur ſuſpenſa.*
51 *Moleſtia non dicitur inferri, ſi non ſequatur traditio.*
52 *Prohibitio generalis moleſtiarum de qua moleſtia intelligatur. & n.54. & 55.*
53 *Verba hominis & legis generalia, & geminata an recipiant reſtrictionem.*
56 *Legatum factum poſt mortem teſtatoris dicitur purum, & tranſmittitur.*
59 *Dies incerta appoſita legato, ſeu præſtationi facit conditionem. Intellige vt n.60.61.& 62.*

CAPVT CXXXVI.

TRanſmiſsioni legati fuiſſe locum declaraui *deciſ.* 153. ad fauorem Collegij RR. PP. Ieſuitarum ciuitatis Maceratenſis, quàm quidem ſententiam, cum de ea iterum diſceptaretur Dixi veriorem, quia legatum eſt purum
1 poſt mortẽ ipſius teſtatoris, † Vnde dominium ſtatim fuit translatum in legatarium *Bart. in l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. 1. Couarr. in c. rainaldus. §. 1. in princ. de teſtam.* Itaut huiuſmodi dominium, quod in eum tranſit à morte teſtatoris hæreditate iacente ſit tanti effectus, vt fructus rei legatę acquirantur legatario, non
2 hæreditati iacenti, † quando ſumus in re propria per teſtatorem legata, prout eſt caſus noſter, Quidquid alij contrarium ſentiant, quod illud intelligatur poſt aditam hæreditatẽ, cum verius ſit hoc procedere à tempore mortis. *gloſ. in l. quod ſeruus. 89. de leg. 2. Corn. cõſ. 100. ad euidentiam. col. penul. ad med. n. 5. lib. 4. Socin. Iun. conſ. 182. n. 22. lib. 2. Gomeſ.* qui de communi *tom. 1. c. 12. tit. de legat. n. 22. Guald. Guter. & alij per* Ceuall. *q. 79. n. 7.* cum ſecus ſit in re alie-
3 na, † in qua debentur fructus à tempore moræ, quaſi tunc non tranſeat ſtatim dominium *l. fin. vbi gloſ. in verb. conteſtationem. C. de vſur. & fruct. legat. Gomeſ. d. c. 12. verſ. ſi vero conſtitat.* vbi etiam alios caſus diſtinguit.

Eo magis quia ſumus in legato ſpeciei, quod trãſit rectà via in legatarium, cum ſecus ſit in re
4 generica ſeu legato quantitatis † *Bart. in l. 1. nu. 12. de leg. 1. & in l. 2. C. commun. de legat.* Ruin. *conſ.* 153. *circa caſum. nu. 4. lib. 5. Pariſ. conſ. 77. n. 4. lib. 1.* Quamuis tamen in eo non tranſeat dominium, nihilominus tranſit ius pe-
5 tendi ipſum legatum, † vndè habendo actionem rem ipſam habere videtur *l. qui actionem. 15. de reg. iur. Surd. de alim. tit. 9. q. 29. n. 19.*

Stante præſertim acceptatione legati, de qua conſtat in caſu noſtro, nam ante non acquiritur ius
6 cum effectu † *l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. 1.* licèt enim legatum acquiratur ignoranti, non tamẽ perfectè, & incommutabiliter, ideò poterit repudiari, & facta repudiatione fingitur retrò numquam quæſitum *Bart. in l. pomponius. col. 3. verſ. quandoq; actio eſt in pendenti. n. 3. de neg. geſt. Caſtr. in l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. de leg. 2.* Natt. *conſ.* 408 *n. 16. Socin. cõſ. 78. viſis actis & actitatis. nu. 6. col. penul. ad med. verſ. intelligitur. lib. 4.*

Et ad effectum tranſmiſsionis dies legatorum cedit à tempore mortis teſtatoris, etiam morien-
7 te legatario ante ſolutionem, † ſeu reſtitutionem factam per hæredem de legato, aut fideicommiſſo, immo quoque ante aditam hæreditatem Bar. *in l. cum filiofamilias. vbi Iaſ. n. 118. col. 17. ante med. verſ. ſucceſſiuè iuxtà hanc partem. de legat. 1. Couarr. in c. rainaldus. §. 1. nu. 3. de teſtam. Dec. conſ. 490. viſis & circumſpectis. n. 11.* Guid. *Pap. conſ. 131. ſempronius condidit. num. 2.*

Cum igitur conſtet de tranſmiſsione rectè potuit D. Manentes legatarius de legato diſponere &
8 Collegio, de quo agimus † legare, cedere, & obligare *Bart. in l. ex pluribus. de adminiſtr. tutor. & in l. ſi mulier. 60. §. ex aſſe. in fin. de iur. dot.* Prout dicimus qoando legata fuit proprietas, quod non impeditur tranſmiſsio, ceſsio, & obli-
9 gatio † firmo remanẽte vſufructu *l. 2. C. de vſufruct.* Vnde neq; prohibetur iſte legatarius relinquere qdod ſibi fuit legatum firmo remanente pacto per teſtatorem appoſito de non moleſtando hæredem, donec vixerit, cum per huiuſmodi

modi diſpoſitionem nulla inferatur moleſtia
10 hæredi non ſequuta traditione; † Quemadmo-
dum dicimus de vaſſallo vendente ſine aſſenſu
domini, & non tradente rem venditam, prout
de emphiteuta, & ſimilibus Specul. de locat. §.
nunc aliqua. verſ.95. Corbul. de cauſ. priuation.
ob alienationem. limit.38. Et in ſpecie de vſufru-
11 ctuario, † quod non obijciat proprietario alie-
nationem, ex qua non ſentit damnum, puta ſi
non fuerit tradita poſſeſsio multa Surd. de alim.
tit.9.q.26.n.59. vſq; ad n.70.
Non obſtat fuiſſe legatum prædium, de quo agi-
mus cum conditione, pacto, & prohibitione ex-
preſſa, vt legatarius non poſsit moleſtare hære-
dem, neq; in proprietate, neq; vſufructu duran-
12 te vita illius, † per quæ verba videtur legatum
fuiſſe conditionale, quod non potuit tranſmitti
niſi fuerit purificata conditio per legatarium
eo viuente l. vnic. §. ſin autem. C. de caduc. toll.
Quia verius eſt huiuſmodi verba non inducere
conditionem, ſed modum, cum diſpoſitio de ſui
13 natura non ſit conditionalis † l. 2. §. fin. de do-
nation. Bart. in l. quibus diebus. §. termilius. de
condit. & demonſtrat. Itaut in dubio potius in-
14 terpretemur modum, quàm conditionē † Bart.
in l. cum mota. C. de tranſact. & ibi Dec. de com
muni. n.6. Ruin. conſ.26. nu.9. lib.2. Rot. diuerſ.
deciſ.39. p.1. n.5. vbi de recepta opinione teſta-
tur Franciſc. Aret. conſil.151. in princ. Et non
recedendum eſſe ab hac ſententia, Quidquid
Pariſ. Alciat. & alij contrarium dicant, docet
Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.10.
tit.5. nu.12. Franc. Curt. in addit. ad Alex. in l.
cum mota. de tranſact. Thob. conſ.38. Maſq. concl.
343. in princ. Manuel. Abenſ. conſil.4. num.34.
15 Mandoſ. ad Lap. alleg.87. in fin. † Maximè vbi
non apparet, quod cauſa requiratur ad origi-
nem, tunc enim importaret conditionem, ſecus
ſi quo ad effectum Caſtr. in l. cum tale. §. 1. de
condit. & demonſtr. Alex. in d. l. cum mota. nu.8.
in fin. Vnde tanquam modus non debet impe-
16 dire actum perfici, † cum debeat impleri poſt
diſpoſitionem perfectam l. demonſtratio. §. fin.
de condit. & demonſtrat. Bar. conſ.4. n.2. & 3.
lib.1. & in d. §. termilius. n.1. in fin. Ita vt modo
non impleto quis non priuetur relicto, niſi ſit
17 cauſa finalis illius, † quo caſu erit etiam mo-
nitio neceſſaria latè Aim. conſ.59. n.4. & 7.
Ratio eſt quia legato puro fuit adiecta per teſta-
torem moderatio grauando eum, qui fuerat le-
gato honoratus in tempus diſpoſitionis perfe-
18 ctæ, † quo caſu non poteſt dici conditio, ſed
modus gloſ. in rub. de condit. & demōſtrat. Doct.
in l.1. C. de his qui ſub. mod. Gomeſ. c.12. n.70.
tom.1. tit. de legat. Vnde legatum modale quā-
19 uis peti nequeat, † tranſmittitur tamē ad ſuos
hæredes, vel alios, cum conditio, non modus
impediat traſmiſsionem l. à teſtatore. 108. de
condit. & demōſtrat. gloſ. in l. ſi poſt diem. 5. in
verb. hæredi. ff. quand. dies legat. ced. Gomeſ. d. c.
12. nu.71. Phannut. de inuentar. p.6. nu.86.
Gabr. conſ.7. n.11. lib.2.
Amplius etiam ſi teſtator conditionaliter diſpo-
ſuiſſet (quod non fecit) non debet impediri
20 tranſmiſsio, † quia non eſt conditio momen-
tanea, quæ vna vice impleatur, ſed ſucceſsiua
eo enim ipſo quo eſt incepta habetur pro im-
pleta, neq; dicitur eſſe in pendenti quo ad effe-
ctum tranſmiſsionis Cardin. Mantic. de con-
iect. vltim. volunt. lib.11. tit.10. n.6. Sim. de
pret. interpret. 1. lib.3. dub.5. ſolut.4. nu.55.
21 Io. de Anan. conſ.8. † vbi de legato facto vxo-
ri, ſi ſtaret cum filiabus teſtatoris donec nube-
rent, monacharentur, aut obirent, ſi legataria
deceſſerit antequam iſtorum aliquid ſequatur,
fit tranſmiſsio legati ad ſuos hæredes. Et mul-
ta quando extinguatur legatum, ſi deficiat per
22 mortem conditio mixta † dependens à facto
implere debentis, vel alterius, vel caſu Surd.
de aliment. tit.8. priuil.24. poſt Bart. & alios
in l. in teſtamento. de condit. & demonſtrat.
Vaſq. Controuerſ. Illuſt. c.93. vbi etiam de re-
licto ſub modo, cuius defectus non vitiat lega-
23 tum † tam in contractibus, quam vltimis vo-
luntatibus Alex. in l.1. C. de inſtit. & ſubſtit.
Cephal. conſ.429. nu.204. lib.3. Quaſi modus
ſit loco diſpoſitionis, & de ea participet Ruin.
24 conſ.20. nu.3. verſ. ſicut ergo. lib.2. † Vel quia
importat cauſam impulſiuam Corn. conſ.311.
quoniam præſens. n.4. col.3. in prin. lib.1. Cephal.
ibidem. n.104. in fin.
Nec facit quod in caſu noſtro fuerit dies incerta
adiecta ſolutioni, & executioni, quaſi tunc im-
pediatur tranſmiſsio, non ſecus ac ſi eſſet appo-
25 ſita ſubſtantiæ, & diſpoſitioni legati, † prout
eſt quando petitio, & executio legati differtur
in diem omnino incertum, tunc enim etiam le-
gatum redditur conditionale, & nō poteſt trāſ-
mitti, cum ſecus ſit, quando non eſſet dies om-
nino incertus, vt tempus ætatis, vel ſi appone-
retur dies reſpectu honorati, vt ſingulariter
concludit gloſ. in l. ſeius ſaturninus. in l. ex his
diem. ad ſenat. conſ. trebell. Caſtr. in l. verſ. in
verb. s. n.2. & 4. C. quando dies leg. ced. Alex.
in l. ſi cui legetur. §. hoc autem. ad med. n.2. de
26 leg.1. † vbi quando eſt adiectum tempus in-
certum in perſona grauati ſemper ſit conditio,
quamuis adijciatur præſtationi, non ſubſtan-
tiæ legati, quod voluit etiam Cuman. conſ.128.
in princ. poſt Bart. in d. §. hoc autem. vbi quod
tempus incertum adiectū executioni facit cō-
ditionem Bald. in l. cum teſtator. poſt gloſ.
27 ibi. C. de manum. teſtam. † vbi appoſitio tem-
poris incerti, quod habet ſe ad eſſe, vel nō eſſe,
vt nuptiarum facit conditionem Card. Mant.
de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.20. nu.3.
28 Peregrin. de fideicomm. art.31. nu.19. † Cum
ſecus ſit quando dies appoſita commenſura-
tur tempori præfiniendo diem poſt certū tem-
pus, tunc enim non ſit conditio, cum ſimus in
die certa Doct. in l. ex his verbis. C. quando
dies legat. ced. vbi Caſtr. nu.2. ad fin. Bart. in
l. quibus diebus. §. quidam titio. de condit. &
demonſtrat.
Quia prædicta habent locum quando adſunt di-
ctiones ſuſpēſiuæ executionis in diem incertū,
itaut

itaut appareat, quod teſtator nō voluerit præ-
ſtari legatum prius pure factum, niſi in caſu
29 euentus diei, aut conditionis purificatæ; † Vn-
de ſtantibus verbis ſuſpenſiuis cōſtat de mẽ-
te diſponentis, quæ eſt ſeruanda, cum alias dies
incertus non importet conditionem, ſi teſtator
nō vult, quod illam faciat, prout huiuſmodi di-
ctiones ſuſpēſiuas colligit *Bald. in l. ex his ver-
bis. nu. 2. C. quand. dies leg. ced.* & ibi declarat
30 *Caſtr. nu. 2. in fin.* † vbi intelligit in caſu, in
quo eſt verè conditio, videlicet ſi dictum
ſit, cum Titius morietur *Cæsar.* qui ponit intel
lectum *ad d. §. quidam titio. de ſponſal. 2. p. c. 4.
§. 1. n. 10.* Quia licet legatum ab initio purum
reddatur conditionale per verba ſequẽtia, pu-
ta ſi mater morietur dato centum Titio; Tamẽ
31 ad hunc effectum requiritur, † vt dies incerta
apponatur præſtationi per viam conditionis,
quod non eſt in caſu noſtro, cum nō adſint ali-
qua verba, quæ denotent conditionem, vnde le-
gatum purum non poteſt transfundi in condi-
tionale, prout in ſpecie declarat *Imol. in l. ſi
cui legetur. § hoc autem. col. 1. in fin. verſ. nam
ſi grauatur hæres ſuncto verſ. item nota quod
non videatur. de leg. 1. poſt Iaſ. de Aret. p. r cum*
32 *allegatum,* † vbi quod grauatus dare Titio de-
cem cum morietur, ſi interim legatarius dece-
dat, non tranſmittit, quādo apparet, quod te-
ſtator voluerit facere conditionem, & declarat
Bald. dicens multum notādum *in l. ambiguita-
tem. 12. verſ. ex quo valde nota, C. de vſufruct.
& habit.* Vbi quod dies incertus non inducit
conditionem, ſi teſtator non vult, quod illam
33 faciat; † Vnde ſi poſt legatum perfectum ap-
ponitur dies incertus præſtationi legati, nulla
fit conditio, quando non adſunt dictiones ad-
uerſatiuæ *l. ex his verbis. C. quando dies leg. ced.*
ſecus quando ponuntur dictiones aduerſatiuæ,
ſeu habentes naturam aduerſatiuæ, tunc enim
34 facit conditionem; † Nam tunc videtur dero-
gatum puritati relicti ex natura aduerſationis.
*l. quibus diebus. §. quidā titio. de condit. & de-
monſtrat.* vbi adeſt dictio niſi, quæ habet natu-
ram dictionis aduerſatiuæ, & contrariatiuæ, &
ſequitur *Cremen. ſing. 112. quia ſi teſtator.* vbi
quod legatum tranſmittitur, ſi mandatur præ-
ſtari poſt mortem vxoris *d. l. ex his verbis.* quia
ibi nō adeſt aduerſatiua, ſecus ſi adeſſet, puta
ſi diceretur, ſed volo quod præſtetur poſt mor-
tem vxoris, quia tunc eſt conditionale & non
fit tranſmiſſio, & ita procedit *tex. in l. quibus
diebus. §. quidam titio. de condit. & demonſtrat.*
35 vbi adeſt dictio niſi, † quæ habet naturam ad-
uerſatiuæ *Bart. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum.
ff. ſi quis cautionibus. Alex. conſ. 83. in cauſa &
liſtè vertẽte. n. 3. col. pen. verſ. pondero illa. lib. 1.
Dec. in l. actione. 4. n. 5. col. 2. verſ. ſexto & vlti-
mo nota. C. de tranſact. Gerard. ſing. 40. de di-
ctione. nu. 1. Iacob. Nouell. de iur. prothom. 9. 1.
n. 261. tom. 17. fol. 29. Corn. conſ. 184. licet prima
facie. n. 1. lib. 1.*

Neque obſtat quod contrariū ſequatur *Addit. ad
Cremenſ. d. ſing. 112.* vbi quando dies eſt incer-
tus, id eſt prolatus ſine commenſurata deſigna-
tione temporis, vt dies mortis grauati, vel ter-
36 tij, † tunc ſemper facit conditionem, & non
tranſmittitur, Ideo ſi teſtator legat centū, quæ
velit præſtari poſt mortẽ vxori ſuæ, legatarius
interim decedens non tranſmittit, quia dies
mortis habetur pro conditione, ſi inferatur ſo-
37 li præſtationi: Quod etiam in ſpecie † prius vo
luit *Bald. in l. ſi cui legetur. § 1. in princ. col. vlt.
in fin. verſ. ſecundo caſu principali. de leg. 1. &
ibi. Florian. n. 14. col. 2. ad fin. verſ. & ideo con-
ſultus.* & ſequitur *Iaſ. in l. quodcunque. §. fin. col.
vlt. verſ. ſecundò in quantum. de verb. oblig.* vbi
dicit notandum tanquam quotidianum, & vo-
luit, *Caſtr. in d. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. in*
38 *princ.* † vbi indiſtinctè dicit non referre, quod
apponatur ad ſubſtantiam, an ad executionem,
cum vtroq; caſu ſit conditionale, ſiue mande-
tur præſtari legatum, cum Titius morietur, vel
ſimpliciter dicatur ſolui cum moreretur, quaſi
paria ſint apponere conditionem ad ſubſtan-
tiam legati, vel ad eius præſtationem, aut ſolu-
tionem etiam ſi hoc fiat in diuerſis orationi-
bus *l. quibus diebus. §. quidam titio. de condit.
& demonſtrat.* & nulla eſt differentia inter di-
39 ſpoſitionem † ſi moriatur, aut cū moriar, vbiq;
enim eſt conditio propter incertitudinem diei
*l. quodcunque. §. non ſolum. de verbor. obligat.
Coſt. lib. 1. ſelect. c. 17. latè Gundiſal. Mendez.
Vaſconcell. lib. 1. diuerſor. iur. argumentor. c. 14.
n. 3.* vbi multa de intellectu *l. ſi cum hæres mo-
rietur. 4. ff. quand. dies legat. ced. & l. hæres
meus. de condit. & demonſtr.* Licèt de prædictis
dubitent *gloſ. & Bart. in l. nam ſi cum moriar.
de condict. indebit.*

Quia in caſu noſtro non adſunt verba aliqua de-
notantia conditionem, prout loquuntur con-
traria, in quibus apparet tempus adiectum
40 per dictiones, † quæ important conditionem
principaliter, vel ſecundario puta per ſi, vel
niſi, ſeu per ſimilia verba, prout declarat *Rom.
conſ. 65. n. 14. col. penult. in fin. verſ. nec præ-
dictis obſtat. lib. 2.* vbi ita intelligit *Bart. in
l. quibus diebus. §. quidam titio. de condition.
& demonſtrat. & in l. quodcunque. §. fin. col.*
41 *penult. de verbor. obligation.* † quod voluit
etiam *Cin. in l. ex his verbis. C. quand. dies
legat. ced. poſt medium. verſ. aut dubitatur,* Vbi
quando ſumus in dubio, an dies appoſita com-
menſuretur tempori, ſi adijcitur præſtationi
poſt legatum ſimpliciter relictum, tunc non
42 eſt conditio, ſed dies, † & ita inquit procedere
*tex. in d. l. ex his verbis. & in l. firmio helio-
doro. §. 1. ff. quand. dies legat. ced.* ſecus ſi adij-
ciatur ſubſtantiæ legati, quia tunc facit condi-
tionem *l. ſicut. de leg. 1. l. titio. quand. dies legat.
ced.* & declarat etiam *Caſtr. in d. l. ex his uer-
bis. nu. 2.* vbi intelligit in illa, quæ eſt vera con-
ditio *Bald. in d. l. ambiguitatem. Imol. &
alij ſupra allegati.* & latius *Capr. conſ. 79.* vbi
conſtabat, quod teſtator nolebat acquiri lega-
43 tum legatario ante mortem hæredis, † & ſic
adiecta erat dies ne dum præſtationi, ſed ſub-
ſtan-

ſtantiæ legati per viam conditionis, prout declarat *Idem Capr. ibid. in 3. ſolution.* Quod non eſt in caſu noſtro, in quo non prohibetur legatarius petere legatum, ſeu illud acquirere, ſed ſolum adeſt grauamẽ appoſitum reſtitutioni; vt conſiderat *gloſ. in l. in cauſa la 2. §. pom-*
44 *ponius. in verb. conditio. de minor.* † Quando enim conditio non apponitur diſpoſitioni, ſed executioni, tunc non dicitur diſpoſitio conditionalis *Bar. in l. ita demum. §. ſed ſi quidem. de arbitr. Bald. in l. 3. nu. 1. C. eod. Natt. conſ. 452. in fin. Dec. in c. 2. n. 5. in 2. notab. colum. 3. verſic. ita enim conditio videtur reſpicere. de reſcript.*
45 Prout quando conditio non apponitur actui,† ſed illius reſolutioni, neque diſpoſitio efficitur conditionalis, ſed eſt pura reſoluenda ſub conditione *gloſ. in l. 2. in verb. conditionalis. in princ. de in diem addict. Tiraq. de retract. conuent. §. 2 gloſ. 1. n. 74. Cephal. conſil. 52. num. 6. lib. 1.*

Præſertim quia in re legata magis dicitur dilectus legatarius, quàm hæres *l. publius. de condit. & demonſtrat.* Ideo magis fauendum eſt le-
46 gatario,† quàm hæredi quo ad acquiſitionem legati, & illius ſubſtantiam *l. ſi quis titio. de leg. 2. Bald. in l. ſi quis eum. de condit. & demonſtrat. Ioann. de M. Sperel. conſ. 105. num. 7. Surd. de*
47 *alim. tit. 9. q. 40. num 31.* † Stante præſertim cõiunctione ſanguinis, quæ aderat inter D. Manentem legatarium, & teſtatricem, quæ operatur latam interpretationem legati, quidquid alias illud ſtrictè accipiendum ſit *l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de leg. 1. Natt. conſil. 296. in fine*
48 *n. 6.* etiam contra filium hæredem, † interprætando ad fauorem legatarij *Cardinal. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 23. Surd. conſ. 72. nu. 16. & de alim. tit. 9. q. 30. num. 9. in*
49 *fin.* † Licet quando hæres quoq; eſſet coniuncta perſona dubitet *Dec. conſil. 46. viſo puncto. n. 2. Aim. conſ. 297. n. 2. Surd. d. quæſt. 30. nu. 47. Cephal. conſ. 14. num. 21. latè Gabr. conſil. 98. in fin. lib. 1.* de quo tamen dictum eſt ſupra *cap. 70.*

Vltimo prædicta confirmãtur, quia ex verbis legati apparet, quod teſtator ſolum voluit grauare legatarium, vt ſinat frui hæredem re legata, donec vixerit, & in ea interim ipſum non mo-
50 leſtet,† vnde ex hoc nõ dicitur ſuſpenſa aliqua acquiſitio, aut ſubſtantia legati, ſed potius conſtat proprietatem, & vſufructum eſſe apud legatarium, qui poſtea teneretur illũ concedere hæredi *Ruin. conſ. 77. nu. 2. lib. 2.* vbi etiam conſiderat talia verba prohibitionis moleſtiarum non eſſe poſita in diſpoſitione, & ſubſtantia legati *l. quis ſub conditione. ff. de condit. inſtitut.* Minus obſtat controueniri menti teſtatoris, dũ alteri legatur, ſeu conceditur per legatarium, quod ſibi fuit relictum, quaſi in hoc moleſtetur
51 hæres,† Quia cũ nulla fuerit ſequuta traditio, non poteſt dici aliqua moleſtia inferri ei, quem teſtator iuſſit non moleſtari, prout dictum eſt ſupra, & in ſpecie concludit *Surd. de alim. tit. 9. q. 26. n. 59. cum ſeq.* Verum ſi aliunde conſtaret de moleſtia, aliud eſſet dicendum, cum enim teſtator illam prohibuerit per verba ampliſſi-
52 ma intelligi deberent, † de omnibus moleſtijs tam de iure, quàm de facto, ſiue in iudicio, ſiue extra agendo, vel reſiſtendo *gloſ. in l. lucius. 78. §. tres heredes. in verb. mouerit. ad ſenat. conſult. trebell. Ruin. conſ. 77. num. 8. lib. 2. Dec. conſ. 613. domina catherina. num. 1.* & hanc eſſe veriorem ſententiam, quidquid alij contrarium ſequãtur dicit *Surd. de alim. tit. 9. q. 26. n. 27. 31. & 32.* Quia verba hominis ge-
53 neralia,† & geminata nullam recipiunt reſtrictionem de habilitate, quidquid ſit in verbis legis, itaut intelligantur de omni moleſtia, *Bald. in l. fin. n. 1. C. ſin. cenſ. vel reliq.* Natt. *conſ. 159. n. 8.* Vnde debet intelligi de moleſtia, tam iuris, quàm facti, tam iudiciali, quàm extraiudiciali, ſi talis ſit moleſtia, quam teſta-
54 tor poſſet prohibere, † ſiue prohibitio ſit in teſtamento, ſiue inter viuos, tam iuſta, quam iniuſta, cum deſinat eſſe iuſta, quando eſt prohibita; intelligendo de moleſtia, quæ poteſt includi in verbis prohibitionis, non de illa, quæ
55 venit ex natura actus, † & ita debent concordari opiniones contrariæ latè *Surd. de alim. tit. 9. q. 26. n. 34. in fin. verſ. ego circa principale dubium.*

Poſt huiuſmodi ſententiam per me firmatam tam *deciſ. 153.* quàm hic, quia videbatur habere multas difficultates, neq; in cauſa hac aliquis ſcripſit, cum ſolum votum meum fuerit petitum; Partes hinc inde, cum diuerſis patronis cauſarum celeberrimis, tam in Vrbe, quàm extra omnia communicarunt, & cum pro vtraq; ſententia fuerint multæ allegationes factæ tandem pluries cauſa propoſita in Sacra Rota Romana præualuit opinio ſupra firmata, quod fuerit locus tranſmiſſioni ad fauorem Collegij Ieſuitarum contra Monaſterium S. Dominici de Macerata Ordinis Prædicatorum, vt in deciſione, quam infra ſubijciam, quamuis *Lader. Imol. Menoch. & complures,* alij in ſuis allegationibus contrarium ſenſerint.

Maceraten. Legati.

R P D. *Coccino. Lunæ. 27. februar. 1606.*

Fuit reſolutum legatum deberi Collegio Maceratẽn, quia cum fuiſſet factum Manenti per ver-
56 ba legauit poſt mortem ipſius teſtatoris,† fuit purum, & potuit propterea tranſmitti per Manentem in Collegium, cum obierit ante hæredem *l. vnic. §. cum igitur. & §. in nouiſſimo C. de caduc. toll. l. ſi poſt diem ff. quam dies leg. ced. latè Couar. in cap. rainaldus. §. 1. numer. 3. de teſtam,*

Neq; obſtant verba ſequentia, cum conditione, & pacto, & prohibitione expreſſa, quod non poſſit moleſtare heredem, neq; in proprietate,
57 neq; in vſufructu durante vita ſua; † Quia hæc verba non inducunt conditionem, ſed modum, cum diſpoſitio de ſui natura non ſit conditionalis *l. 2. in fin. ff. de donat. l. meuia. ff. de manum. teſt. Bart. in l. quibus diebus. §. terminus. num. 5. ff. de condit. & demonſtr. & conſil. 4 n. 1.*

Digitized by Google

n.1 & 2.lib.1.Alex.conſ.102.nu.2.lib.1. Anan.
conſ.75.n.e.circa princ Caſtr.conſ.5.n.2. lib.1.
Cuman.conſ.99.ante n.3.verſ.nec extat. quia e-
85 tiam modus non impedit transmiſſiõnem †
Gabr.conſ.4.n.10.& 11.vol.2.&conſ.5.n.13.&
21.vol.1.Anan.d.conſ.75.n.1.

Nec dicta verba ex eo videntur inducere cõditio-
nem,cum dies incerta appoſita, vel legato, vel
59 præſtationi faciat conditionem, & non diem †
vt in l.huiuſmodi.in fin.ff. quand. dies leg. ced.
& in l.hæres meus.in ſecundo dicto.ff.de cond.&
demonſtr. & in l. quibus diebus. §. quidam.
60 titio. ff. eod.tit. † licèt ſecus ſit quando dies
commenſurantur tempore, ſcilicet quando
præfinitur dies poſt certum tempus, quæ tunc
cum ſit certa non facit conditionem, ſed diem
vt in l. ex his. C. quand. dies leg. ced. l. firmo.
eliodoro.ff.eod. & bene diſtinguit Iacob.de Aren.
in titul.C.quand.dies leg.ced. Ioan.Fab. in dict.
l. ex his. vbi etiam Cin. Bart. in d. §. quidam
titio.

Nam reſponderunt domini,quod hic dies incerta
non fuit appoſita ſubſtantiæ legati, prout loqui
61 tur tex. in d.l huiuſmodi.& in l. hæres meus. †
vbi legatum relictũ per hæc verba hæres meus,
cum ipſe morietur centum Titio dato, dicitur
relictum ſub conditione,& quamuis dies incer-
ta in hoc caſu videatur appoſita præſtationi vt
in d.§.quidam titio. vbi legatum ab initio pu-
rum redditur conditionale per verba ſequen-
62 tia, ſi mater mea morietur dato; † Tamen
neceſſe eſt ad hunc effectum, quod dies incerta
apponatur præſtationi per viam conditionis,
quod ſecus eſt in caſu iſto cum præſtatio modo
nõ conditione ſuſpendatur, ex quo non adſunt
verba conditionem denotantia,&ideo legatum
purum non poteſt transfundi in conditionale,
vt bene declarat Bald. in l. ambiguitatem. n.4.
C. de vſufr. qui ita intelligit tex. in d. §. qui-
dam titio. & eius dictum literis aureis ſcriben-
dum dicit Crem.ſing. 112. Ruin. conſ.65.n.14.
vol.2.

EPITOME.

Relictum mulieri cum cõditione ſi Titio nupſerit an ſit debitũ ſi interpellata recuſet illi nubere, quamuis poſtea pæniteat. Et an huiuſmodi cõditio ſit adimplenda infra triennium poſt pubertatem. Conditio ſi continenter vixerit an intelligi debeat de abſtinentia perpetua a nuptijs. Non præſtans fideiuſſores promiſſos an lucretur pecunias per obitum illius, ſuper cuius vita fuit facta ſocietas, ſi mora non præceſſit. Legatum ſub conditione ſi viduus erit an debeatur, ſi in diuiduitate non perſeuerauerit.

SVMMARIVM.

1 *Conditio quæ ſemel defecit non poteſt amplius adimpleri.*

2 *Mulier priuatur legato ſibi facto ſub conditione ſi Titio nupſerit, cum primum interpellata recuſat illi nubere quamuis poſtea pæniteat.*

3 *In conditionibus adimplendis non datur purgatio moræ etiam incontinenti.*

4 *Mora non purgatur in acquirendis ad fauorem actoris.*

5 *Legato ſtatim priuatur mulier adulterando ſi illud fuit relictum donec caſtè vixerit, quamuis poſtea ingrediatur monaſterium.*

6 *In conditionibus non requiritur quod implementum, aut defectus duret.*

7 *Legatum ſub conditione, ſi viduus erit debetur cum quis peruenit ad viduitatem licet in illa non perſiſtat.*

8 *Non præſtans fideiuſſores promiſſos non lucratur pecunias per obitum illius, ſuper cuius vita fuit facta ſocietas, quamuis non ſit in mora illos præſtandi.*

9 *Conditio ſi nupſerit alicui eſt adimplenda infra triennium poſt pubertatem, & n. 10. Fallit in conditione ſi continenter vixerit in qua non requiritur continentia per triennium, ſed perpetua nuptiarum abſtinentia. numer. 11. & 14.*

12 *Bonum publicum magis conſiſtit in nuptijs, quam in continentia.*

13 *Conditio quamprimum debet adimpleri.*

CAPVT CXXXVII.

COnditio quæ ſemel defecit non poteſt am-
plius adimpleri, cum enim euanuerit non
1 reuiuiſcit † l. cum vxori. 4. C. quand. dies leg.
ced.Socin Iun.conſ.57.n. 3. lib.4. Ideò cum de
hoc diſceptaretur verius eſſe Dixi, quod mu-
lier,cui relictum fuit aliquid ſub conditione, ſi
Titio nupſerit,priuetur legato,cum primum in-
2 terpellata recuſat illi nubere, † quamuis po-
ſtea pænitẽtia ducta offerat ſe paratam nuptias
cum eo contrahere Caſtr. qui dicit notandum
in l.1.n.4.col.2.in verb.ſi non per caſum. C.de
inſtitut. & ſubſtitut. Ratio eſt quia in condi-
3 tionibus adimplendis † non eſt licita purgatio
moræ etiam incontinenti Dec.in d.l.1.nu. 7.&
8.col.4.in princ.verſ.concludendo quid tenendũ.
Implementum enim conditionis tendit ad ac-
4 quirendam actionem, † & in fauorem actoris
mora non purgatur Bart. in l.ſi inſulam. colu.
penult. vbi Iaſ. num.39. column. vlt. q. 9. Rip.
n.115.col.fin.de verb.obligation.Cardin. Mant.
de coniectur.vltim.voluntat.lib.11.tit.18.n.4.
& voluit Bald. in l.ſi ſuper poſſeſſione in fin.C.
de tranſaction.& in l.titius.ff.de excuſat.tutor.
5 † vbi de muliere, cui fuit relictum donec
caſtè vixerit, quę ſtatim ſemel committendo
adulterium amittit lẽgatum, ita vt amplius
illud non recuperet, quamuis poſtea pæni-
tendo ingrediatur monaſterium.Quia ſicut ſuf-
6 ficit ſemel conditionem impletam, †licèt im-
plementum non duret l. ſi quis hæredem. vbi
Iaſ. n.1.C.de inſtitut. & ſubſtitut. Ruin. conſil.
89.n.9.lib.4.Surd.conſ.157. num. 19.lib.2 & de
aliment.

Digitized by Google

aliment. tit. 5. q. 3. nu. 30. dixi in addit. ad deciſ. 168. n. 6. Ita ſatis eſt, quod conditio deficiat, licèt defectus non duret, & purgetur pęnitentia, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito *l. fin.* C. *de ſent. paſſ. Aim. conſ. 195. n. 6.*

Neq; aduerſatur, quod in iſtis conditionibus debeat eſſe perſeuerantia; Quia contrarium eſt verius prout eſt tex. *in l. fin. C. de indict. viduit. tollend.* † vbi relictum mulier., ſi vidua erit, vel viro ſi ad cælibatum peruenerit, debetur ſtatim cum vir erit viduus, vel mulier, quamuis non perſiſtant in viduitate, quod eſt multum notandum ſecundum *Caſtr. in d. l. fin.* vbi etiam quod huiuſmodi tex. diſpoſitionem admirati ſunt Veneti, dum in caſu ſibi propoſito eum allegauit, cum prius decreuiſſent contrarium, moti ex intentione teſtatoris, quaſi potius videretur voluiſſe viduitatem durare, licèt poſteà ex prædictis mutauerint ſententiam; prout etiam refert *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos. n. 189. C. de reuocand. donation.* ſubdens aliud eſſe ſi diceretur donec, vel quouſq; vidua erit *Bald. in l. titius. in princ. ff. de excuſat. tutor.* Dixi in addit. ad *deciſ. 168. n. 6.* & latè declarat *Fenut. de moment. tempor. c. 29. num. 7. & 12.*

Quibus adde quod ſicut non eſt licita purgatio moræ quando tendimus ad acquirendam actionem *Bald. in l. ſi ſuper poſſeſſione. in fin. C. de transact. cum alijs ſupra allegatis*; Ita etiam è contra neq; eſt neceſſaria mora reſpectu acquiſitionis, & lucri captandi; prout dicimus † de eo, qui tenetur ad præſtandum fideiuſſures, qui non lucratur pecunias per obitum illius, ſuper cuius vita fuit facta ſocietas, quamuis non probetur illum eſſe in mora præſtandi fideiuſſores, cum reſpectu lucri capitandi non ſit neceſſaria mora, vt in terminis concludit *Rota per Cardin. Seraphin. romana ſocietatis 2000. 19. martij 1574. dixi ſupra cap. 136. in fin.*

Quæ magis habebant locum in caſu, de quo agimus propter lapſum triennij: Nam quando ſit legatum mulieri cum conditione, ſi nupſerit tali, † huiuſmodi conditio eſt adimplenda poſt pubertatem infra tempus trium annorum, quibus tranſactis nõ debet mulier amplius admitti *l. 2. §. ad filiorum. C. quand. et quib. quart. part. debeatur. lib. 10.* vbi *Bart.* dicit multum notandum, *et ibi etiam* lo. *de Platea. in princ. verſ. & nota ſingulariter.* † ſubdens quod ſi pater acquireret emphiteuſim pro ſe, & filijs maſculis, & fęminis nubentibus intra territorium cõcedentis, mortuo patre, iſtæ filiæ fęminæ puberes debent nubere infra triennium, aliàs non admittentur ad emphiteuſim; ſequitur *Iaſ. in l. conditioni. col. 2. in princ. v. rſ. vltimò circa hær. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*

Neq; obſtat quod contrarium ſequatur *Caſtr. in d. l. conditioni*; vbi requirit interpellationem illius, cui mulier debet nubere, vel quod Iudex limitet tempus ad inſtantiam creditorum, vel ſubſtituti, ſeu quod mortuus ſit ille, cui debeat nubere, antequã ipſa procuraret matrimoniũ, quaſi extra iſtos tres caſus poſsit mulier quandocunq; conditionem implere, & ſemper admitti ad legatum. Quia ſimpliciter verior eſt opinio, quod conditio, ſi nupſerit, habeat limitatum tempus triennij *Muta. ſuper conſuetud. Panormitan. c. 47. num. 95. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 23. verſ. ſed quaeret aliquis. & uerſ. ego autem puto.* vbi quod propter auctoritatem Doctorum qui hanc opinionem ſequuntur ita deberet in foro obtineri, quamuis in puncto iuris videatur adeſſe dubitatio; prout etiam notat *Soccin. in l. hac conditio. num. 2. de condit. & demonſtr. per tex. in l. conditionem qua in futurum. in fin. ff. eod.*

Nec facit quod in conditione ſi continenter vixerit non conſideratur iſtud tempus triennij, ſed neceſſe æſt, vt debeat ſeruare continentiam per-
11 petuò, † omnibus diebus vitæ ſuæ *auth. cui relictum. & l. fin. C. de indict. viduit. toll. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 19. n. 29.* Cum tamen contrarium deberet eſſe, ne inducatur perpetua abſtinentia nuptiarum tanquam contra publicam vtilitatem. cuius intereſt quam plures ciues habere *l. 1. ff. ſolut. ma-*
12 *trim.* † quaſi publicum bonum magis conſiſtat in nuptijs, quàm in continentia *Bald. in c. 1. in fin. de ſumm. trinit. & fid. cathol.* vbi etiam quod feſtum videtur patri, cum videt filios *gloſ. in §. fin. auth. de nupt. in verb. feſtiuum.* Vnde idem eſt dicendum in conditione ſi nupſerit.

Quia reſpondetur quod aliud eſt quærere intra quantum tempus conditio debeat adimpleri, Aliud an in adimplemento requiratur perſeuerantia; In primo enim caſu requiritur trien-
13 nium, † cum æquius ſit conditionem quamprimum eſſe adimplendam *l. hac conditio ſi in capitolium. de condit. & demonſtrat.* & ita procedit *tex. in l. 2. §. ad filiorum.* C. *quand. & quib. quart. pars debeat. lib. 10.* In ſecundo verò caſu non ſufficiet triennium, ſed requiritur perſeue-
14 rantia, & perpetuitas † tanquam ſimus in conditione, quæ habet tractum ſucceſsiuum, & ita loquitur *tex. cum materia in l. ſi quis hæredem. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* & in terminis ita declarat *Iaſ. in l. conditioni. col. 2. ad med. verſ. ſecus autem eſt in conditione. C. eod. tit.*

EPITOME.

Legatum ad vſum & vſufructum quando tranſmittatur ad hæredes. Inſtitutio de ſpurio cũ capax erit an ſit valida. Societas an ſubſiſtat ſuper officio alieno. Legitimatio qualis eſſe debeat, vt quis æquiparetur legitimo & naturali. Matrimonium inter prohibitos ſi Papa diſpenſabit an valeat adueniente diſpenſatione ſine nouo conſenſu. Gratia ad validandum matrimonium, & prolem legitimandam ſi non ſequatur matrimonium an ſit valida quo ad legitimationem prolis. Coadiutoria cum futura ſucceſsione nõ habeas effectum propter mor-

mortem coadiuti quando maneat firma quo ad gratiam ſucceſsionis. Beneficium cum reſeruatione penſionis nullum quo ad prouiſum an præiudicet penſionario ſi impetretur per aliũ. Pluribus narratis in commiſsione quando ſufficiat vnum verificari.

SVMMARIVM.

1 *Legato prædio ad vſum, & vſufructum cenſetur relicta proprietas, & ſit tranſmiſsio ad hæredes.*

2 *Legatum prædij pro alimentis, vel ad alimenta tranſit ad hæredes. ſecus ſi relinquantur alimenta ex prædio. Fallit in ſpurio, & perſona incapaci. n. 18. & 19.*

3 *Pecunia relicta ad alimenta intelligitur quo ad proprietatem. Declara ut n. 4. 5. & 6.*

7 *Conceſsio ad utendum & fruendum continet proprietatem tam in contractibus, quam in ultimis uoluntatibus. & n. 8.*

9 *Vſus & uſufructus finitur morte. Intellige ut n. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Venditio rei alienæ ualet, non tamen facit præſumi uendentem dominum, & quomodo procedat. n. 15.*

16 *Societas ualidè contrahitur ſuper officio eorum, quibus fuit reſignatum cum decreto, ut non poſsint alienare, fructus exigere, aut quouis modo ſe intromittere in eo durante uita reſignantis.*

17 *Legatũ prædij ad uſum & uſufructũ factũ ſpurio & incapaci reſtringitur ad uitam quamuis aliàs tranſeat ad hæredes. & nu. 20. Amplia etiam ſi relinquatur nepoti legitimo contemplatione patris ſpurii. n. 26 Limita in ſpurijs capacibus proprietatis. n. 29. cum ſeq.*

21 *Fundus relictus uxori ad uſufructum reſtringitur ſolùm ad uſufructum ſi prohibeatur illi relinqui proprietas. & n. 22.*

23 *Lectus uxori legatus non intelligitur de ſerico. Intellige, ut n. 24. & 25.*

27 *Legatum ualet ſi relinquatur nepoti legitimo ex filio ſpurio. Intellige, ut n. 28.*

30 *Inſtitutio de ſpurio cum capax erit, uel ſi legitimabitur eſt ualida. & nu. 33. & 34. Et interim datur curator bonis, itaut etiam ipſe ſpurius poſsit eſſe. n. 31. & 32.*

35 *Bannito an poſsit relinqui quando peruenerit ad gratiam Principis.*

36 *Emptio pro nominando ualet ſi nominatus ſit ciuis tempore nominationis, quamuis eſſet forenſis tempore emptionis, cui per ſtatutum prohibebatur uendi. & n. 37.*

38 *Legitimatio facit ut ſpurius non differat à legitimo, & debetur ei legitima, & rumpitur teſtamentum per eius legitimationem. n. 39. & 40. Intellige ut n. 41. & 44.*

42 *Legitimatio ut quis non ſuccedat niſi in portione illi per patrem aſsignanda ualet, & dicitur potius diſpenſatio. & n. 43.*

45 *Inter aſcendentes & naturales filios an ſit uiciſsitudinarium ius ſuccedendi.*

46 *Matrimonium inter prohibitos ſi Papa diſpenſabit valet ita tamen, ut adueniente diſpenſatione requiratur nouus conſenſus. n. 47.*

48 *Diſpenſatio obtenta ad validandum matrimonium, & prolem legitimandam ſi propter mortem non ſequatur matrimonium, valebit quo ad legitimationem prolis.*

49 *Coadiuto moriẽte antequam habuerit effectum coadiutoria cum futura ſucceſsione, gratia ſucceſsionis remanet firma ad fauorem coadiutoris.*

50 *Beneficium ſi conferatur alicui cum reſeruatione penſionis pro alio, ſi gratia ſit nulla quo ad prouiſum, non tamen redditur inualida penſio, quæ erit ſoluenda ab altero impetrante beneficium.*

51 *Beneficium ſimplex impetratum cum parochiali non habens effectum quo ad unum, non præiudicat quo ad alterum.*

52 *Pluribus narratis in cõmiſsione ſufficit unum verificari, quamuis aliud ſit falſum.*

53 *Reſcriptum auocatorium propter rem iudicatam, & paupertatem ualet quamuis uerificetur ſolum res iudicata. Intellige ut n. 54.*

CAPVT CXXXVIII.

FVit cõceſſum prædium, de quo in caſu mihi
propoſito ad vſum, & vſumfructum, & cum
1 dubitaretur an eſſet relicta proprietas, † itaut
tranſiret ad hæredes, Dixi concludendum affirmatiuè; Nam quando in primis eſt facta conceſſio rei, dicitur translatum dominium, quod tanquam inductum ad fauorem illius non operatur reſtrictionem, ſed ampliat diſpoſitionem, itaut pleno iure dominij illud habeat, & non per ſolum vſum, & vſufructum, & ſic tranſmittat etiam ad hæredes. *Bald. in l. ſi mulier. n. 2. C. de iur. dot. per tex. in l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat. in l. cum hi. §. ſi uni. de tranſact. Alex. conſ. 150. in princ. lib. 7. Menoch. præſumpt. 133. n. 11. lib. 4. Bertaz. conſ. ciuil. 4. n. 10. & conſ. 51. n. 11. Pariſ. conſ. 21. n. 37. lib. 2. Cardin. Mantic. de coniect. ultim. uolun. lib. 9. tit. 2. n. 29. Cephal. conſ. 158. nu. 4. lib. 2. Soccin. conſ. 102. uiſis. n. 10. col. penult. lib. 3.*

Prout dicimus quando legatur prædium pro ali-
mentis, vel ad alimenta, ſecus ſi eſſet ut relicta
2 alimenta † ex prædio, vel obligatum prædium
pro illis; primo enim caſu eſſet etiam data proprietas, quamuis in ſecundò ſolùm diceretur legatum alimentorum *Bart. in l. 4. de alim. legat Alex. conſ. 214. ponderatis uerbis. n. 12. lib. 6. Gualden. de art. teſtand. tit. de legat. caut. 23. tom. 8. par. 1. fol 130. Curt. Iun. conſ. 38. nu. 4. Capic. deciſ. 188 n. 4. Natt. conſ. 211. n. 17.*

Idem de pecunia relicta ad alimenta, quæ intelli-
3 gitur quo ad proprietatem, vt poſt *Fulgoſ.* † cõ-
cludit. *Sim. de Pret. de interpret. ultim. uolun. lib. 4. dub. 11. nu. 2.* Quamuis dubitet *Sard. de alim. tit. 9. q. 11. n. 1. & 6. & tit. 4 q. 9. n. 13. per tex. in l. aſui. 88. aliàs diuus ſeuerinus. ff. ad leg. falcid.* vbi *Imol.* ad medium dicit præſumendum

dum

dum eſſe teſtatoris voluntatem fuiſſe, vt alimen
4 ta præſtentur † ex redditibus pecuniæ, non autem ex ipſa pecunia: Vnde erit ponenda ad honeſtum lucrum, vel in emptionem prædiorum *Rota diuerſ. deciſ. 742. par. 1. n. 2.* Vel pecunia
5 ſtabit penes hæredem, † qui ſoluet redditum ordinarium ex ea *Iaſ. poſt Ang. ibi in l. cum hi. §. ſi integra. ff. de tranſact. Socein. Iun. conſ. 60. n. 34. lib. 4.* quos dicit ſequendos *Surd. d. tit. 9. q. 11. n. 11.* quidquid alij contrarium ſenſerint;
6 Vel tradetur † legatario cum fideiuſſione de reſtiuendo finita cauſa alimentorum *Caſtrenſ. in l. cum ij. 8. in princ. n. 9. col. 1. in fin. verſ. vlterius nota. de tranſact.*

Non obſtat prædicta procedere in vltima voluntate, non autem in contractibus, prout in caſu de quo agimus, tunc enim conceſſio facta in
7 contractu non facit intelligi relictã eſſe † proprietatem, & tranſire ad hęredes, quaſi in teſtamentis fiat plenior interpretatio, & ſic conceſſio extinguetur morte veluti facta in proprios vſus, prout ſi fuiſſet pro alimentis *Bald. in prooem. feud. nu. 31. col. antep. verſ. quid ſi verba. Pariſ. de Put. de feud. reintegrat. c. 103. nu. 6.*

Quia contrarium eſt verius, vt indiſtinctè, & ge-
8 neraliter etiam † in contractibus conceſſio ad vtendum, & fruendum contineat proprietatem, cum ſint verba demonſtratiua, non taxatiua, & eadem ratio militet in illis, quæ in vltima voluntate *Bald. in l. 2. n. 10. col. 2. lt. in fin. verſ. ex hoc habes. C. de inoffic. donat. Cremen. ſingul. 34. lego vxori. verſ. ſed quid diceres. Afflic. deciſ. 401. nu. 6. & 7. Capic. deciſ. 188. n. 8. Curt. Iun. conſ. 38. nu. 6.*

Neque obſtat quod vſus, & vſusfructus morte finiatur; Vnde conceſſio non debet operari vltra
9 vitam illius † *l. titia. §. fin. de leg. 2. §. finitur. inſtit. de vſufr. l. ſi vſufructus. de iur. dot. Tiraq. de retr. lignag. §. 26. gloſ. 1. n. 46. Iaſ. in l. commodis. de re iudic.*

Quia procedit quando vna cum illis verbis eſſet adiecta aliqua præfinitio temporis, puta ſi di-
10 ctum fuiſſet † eius vita durante, donec vixerit, vel ſimilis clauſula adijceretur, de qua latè per *Bertaz. conſ. ciuil. 4. nu. 15. cum ſeq. Cephal. conſ. 158. nu. 5. lib. 2. poſt Bald. in l. 1. col. pen. C. de fruct. & lit. expenſ.*

Aliàs verba ſimpliciter prolata ad vtendum, &
11 fruendum non minuunt conceſſionem † *l. cum hi. §. ſi tibi. de tranſact. Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. Angel. conſ. 334. col. vlt. Menoch. præſumpt. 133. nu. 12. lib. 4. Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. nu. 79. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. n. 29.* Vbi etiam
12 ampliant, ſi hæres † inſtitutus præmoriatur legatario, nam nihilominus legatum ad vitam cum prædicta taxatione temporis tranſiret ad hæredes hæredis inſtituti, non autem hæredes legatarij *Alex. & Iaſ. in l. fin. C. de legat. Socein.*
13 *conſ. 102. n. 10. lib. 3.* qui tamen declarant † quando ſimpliciter eſſet relictum legatum ad vitam cum præfinitione temporis; ſecus ſi per teſtatorem additum fuiſſet quod tranſiret ad hęredem inſtitutum mortuo legatario, nam tunc cẽſeretur teſtator reſpexiſſe perſonam hęredis, & eius cauſa diem poſuiſſe legato, non autem conſideraſſe ius hæreditarium; Vnde tunc non trãſiret ad hæredem hæredis *Ruin. conſ. 29. nu. 5. lib. 2. Rub. conſ. 23. nu. 3. Caualcan. de vſufruct. n. 81. Surd. conſ. 123. n. 11. lib. 2.*

Ex quibus declaraui validam venditionem prædij factam per hæredes, cum ex prædictis appareat pertinere ad eos prædium, etiam quo ad proprietatem non obſtante exceptione nullita-
14 tis oppoſita, quaſi venditio † non valeret tanquam facta de re aliena, & ad eos non ſpectante. Quamuis etiam ſi eſſemus in re aliena liceret illam vendere *l. rem alienam. C. de contrahempt. Alex. conſ. 157. n. 9. lib. 6.* Licèt venditor
15 per huiuſmodi venditionem † non præſumatur dominus *Bald. in l. fin. C. de aſſert. toll.* Neque emens cenſetur fateri illam eſſe venditoris *Bertran. conſ. 45. in princ. lib. 3. Neguſ. de pignor. 2. p. 3. m. n. 63.* Et quando vendens rem alienam teneatur ad reſtituendum pretium, reſcindendum contractum, præſtandum fideiuſſorem, & ad alias pœnas *Bertaz. conſ. criminal. 277. & ibi Claud. in addit. in verbo. vendere.*

Et facit quod dicimus de ſocietate; quæ valet ſuper re aliena, quemadmodum emptio, & venditio, prout aliàs cum de hoc quęreretur Dixi ita ſeruari in Vrbe, in qua tam de conſuetudine,
16 quàm de iure † validè contrahitur ſocietas ſuper officio eorum, quibus illud fuit reſignatum cũ decreto, vt non poſsint alienare, fructus exigere, aut quouis modo ſe in eo intromittere durante vita reſignantis. Quamuis enim prohibeantur in dicto officio aliquid facere, vnde neque videbatur conſiſtere ſocietas *Bald. in l. cum oportet. n. 9. C. de bon. quæ liber. Rom. conſ. 471. nu. 10.* Tamen dicta prohibitio reſtringitur, vt non poſſit hoc fieri in præiudicium eius, qui reſignauit, ſecus vbi ille nõ patitur damnum; Cum præſertim iſti officiales ſolùm nudum nomen imponant, & alij recognoſcant bonam fidem, neq; enim cõſideratur, an officialis ſit idoneus, nec ne, quaſi tota vis ſocietatis conſiſtat in fideiuſſoribus, & principalibus; Quemadmodum etiam dicimus de impoſitione cenſus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, qui ſuſtinetur in præiudicium eius, qui cenſum impoſuit, quidquid reſpectu aliorum ſit nullius roboris, prout tam de cenſu, quàm de ſocietate eſt deciſio *Rot. per R. P. D. Gipſium Rom. ſocietatis. 9. maij. 1588.*

In alio tamen caſu etiam mihi propoſito non obſtantibus ſupra adductis contrarium Dixi, quia eramus in ſpurio, cui quamuis factum fuerit legatum ad vſum, & vſufructum, non tamen intelligitur relicta proprietas, ſed ſolum vſus vi-
17 ta eius durante: † Nam ex quo ſumus in illis, qui ſunt incapaces proprietatis, verba teſtatoris debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, cui diriguntur, quaſi ex coniecturata mente defuncti fiat huiuſmodi reſtrictio, præſumendo, quod voluerit facere actum validum *Angel.* in ſpecie *in l. cum hi. §. ſi vni. ad fin. verſ. ſed*

18 *tu dic in caſu vno. de tranſact.* † vbi loquitur
in damnato ad metallum, aut fratribus minoribus, qui sũt incapaces proprietatis *clem. exivi. de verb. ſignif. l. ſeruus. de alim. leg.* ſequitur Boer. *deciſ.* 66. *nu.* 4. Menoch. *præſumpt.* 134. *in princ. lib.* 4. *Addit ad* Cremenſ. *ſingul.* 34. *Surd.*
19 *de alim. tit.* 2. *q.* 1. *nu.* 36. *&* *tit.* 5. *q.* 7. *n.* 19. †
vbi de legato fundi relicto ad alimẽta, quod licet includat proprietatem, tamen nõ in ſpurio, cui etiam ſi fuerit datus fundus poteſt repeti
20 poſt mortem ipſius, neque tranſit ad hæredes; †
Itaut etiam cogi poſsit viuens ſpurius præſtare cautionem de reſtituendo fundum poſt eius obitum, cum iſta fideiuſsio debeat dari, quãdo reſtitutio ordinatur à lege *Bald. conſ.* 175. *ad med. n.* 2. *verſ. in contrarium. lib.* 3.

Et faciunt quæ dicit *Menoch. conſ.* 352. *n.* 10. *lib.* 4. vbi ſtãte ſtatuto prohibente relinqui vxori præ-
21 ter vſufructum, † etiam ſi maritus reliquiſſet
vxori fundum ad vſufructum, ex quibus verbis cenſeretur relicta proprietas, tamen fiet interpretatio ſolum de vſufructu, cum hoc tãtum
22 concedatur per ſtatutũ, † & ſemper præſumen
dum ſit legatum fuiſſe ſecundum conditionem perſonæ, cui relinquitur, ne præſertim illud dicatur eſſe inutile *Idem Menoch. præſumpt.* 134.
23 *nu.* 2. *lib.* 4. vbi ſubdit alios caſus ſimiles, †
puta de lecto vxori legato, quod non intelligitur de ſerico, cum non conueniat viduæ *Surd. de aliment. tit.* 9. *q.* 30. *n.* 22. *poſt Felin. c. cauſam quæ. nu.* 17. *col.* 11. *verſ. declaratio. de reſcript.* vbi multa ſimilia adducit de ſeruãda conditione perſonarum *Afflict. in cap.* 1. *nu.* 18. *ex quibus cauſ. feud. amit. Bald. poſt Iacob. de Arct.*
24 *in l.* 1. *n.* 12. *C. de legat.* † Quamuis alias lecto
legato veniant ornamenta omnia etiam de ſerico, & quæ diebus feſtiuis ſolent apponi *Florian. in l. ſed & ſi quid. §. proprietatis. in fin. de*
25 *vſufruct.* Quæ etiam deberentur viduæ, † quan
do ſimpliciter eſſet legatus lectus teſtatoris ſecundum *Bart. in l. librorum. §. fin. de leg.* 3. *& in l. vltim. §.* 1. *ff. de aur. & argent. leg. Card. Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 11. *nu.* 17. *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 5.

Quę etiam ampliãtur ad legatum ad vſum, & vſufructum factum nepoti legitimo, ex filio ſpu-
26 rio, † quando eſſet relictum contemplatione
patris, quo caſu non valeret quo ad proprietatem *Cin. & Bart. in l. fin. C. de natur. lib.*

Verũ eſſet quod ceſſante d. contemplatione etiam intelligeretur relicta proprietas, cum ſit magis
27 communis opinio, † quod poſsit relinqui nepo-
ti legitimo ex filio ſpurio per diſpoſitionem *tex. in d. l. fin.* qui etiam ſi loquatur in nepote ex filio naturali; Tamen extenditur ad nepotem ex filio ſpurio *Corn. conſ.* 25. *col.* 2. *verſ. his tamen non obſtantibus. n.* 2. *lib.* 1. *Bero.* qui de communi *q.* 127. *in princ. Cardin. Paleott. de noth. & ſpur. q.* 53. *nu.* 3. cum declarationibus, de quibus per *Surd. de aliment. tit.* 5. *q.* 7.
28 *n.* 25. *cum ſeq.* † vbi multa quando valeat re-
lictum nepoti legitimo ex ſpurio, & inceſtuoſo tam quo ad alimẽta, quàm quo ad dotem, & ſimilia cum alijs per *Peregrin. de priuileg. fiſc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 45. *vſque ad* 54.

Prout etiam eſſet in alijs caſibus, in quibus poteſt relinqui ſpurijs, nam legatum illis factum ad vſum, & vſufructum comprehenderet etiam
29 proprietatem, † vt in ſpurijs Principum, in
ſpurijs, quibus fuit relictum ab hærede patris, & in alijs de quibus latè *Peregrin. d. tit.* 18. *n.* 83. *vſque ad nu.* 110.

Idem Dixi cum de hoc quæreretur in illis, quibus relinquitur, quando capere poterunt, quia habilitate superueniente quãdocunque in vita, vel poſt mortem patris valebit conceſsio, prout in-
30 ſtitutio de ſpurio facta, † cum capax erit, vel ſi
legitimabitur, quæ eſt valida ſequuta legitimatione quandocũq; in vita, vel poſt patris mortem *Ang. & Alber. in l. libertas. de manum. teſtam. Bald. in l. ſi quis ita hæres inſtituatur. de hæred. inſtituend. Natt. conſ.* 246. *nu.* 7. *Cepoll. caut.* 2e. *Roland. conſ.* 22. *nu.* 19. *lib.* 3. & de communi teſtatur *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 3. *nu.* 88. *tit.* 18.

Et interim pendẽte conditione dabitur curator,
31 qui bona adminiſtret, † quamuis ipſe ſpurius
non poterit eſſe curator ſecundum *Imol. in l. gallus. §. inſtituens. num.* 63. *verſ. vltimo nota de liber. & poſth. Caccialup. inter conſ. Corn.* 217. *in princ. verſ. quicquid autem ſit de vali-*
32 *ditate lib.* 3. † licèt ſecundum aliam opinionem
etiam ipſe ſpurius poſſit deputari in curatorem *Angel. in l. ſi quis ita hæres inſtituatur. de hæred. inſt. Alex. in d. §. inſtituens. Surd. conſ.* 268. *nu.* 54. *lib.* 2.

Non obſtant *Innoc. Cardin. Abb. in cap. ſuper eo. de condit. appoſit.* vbi diſtinguit valere relictum
33 ſi dicatur, cum capax erit, † ſecus ſi dictum ſit,
cum legitimabitur: Quia eorum opinio non ſeruatur, & contrarium in vtroque caſu ſequuntur ibi *Butr. & Calder.* Duen. *reg.* 366. *limit.* 1. *Aret.* Cott. *Gualdenſ. & alij per* Couarr. *lib.* 4. *decretal p.* 2. *c.* 8. *§.* 5. *n.* 12. *Claud. ad* Bertazol.
34 *conſ. crim.* 437. *in verb. ſed poteſt.* † Et hanc eſſe
veriorem opinionem & in iudicijs ſeruandam dicit *Ceuall. q.* 472. *& q.* 391. *n.* 1.

Et quod ſimiles inſtitutiones valeant, multa adducit *Sim. de Prat. interpretat.* 2. *vltim. volunt. lib.* 2. *dubitat.* 1. *ſolut.* 1. *nu.* 32. *fol.* 125. Cepol.
35 *caut.* 38. *in fin.* † vbi de bãnitis inſtitutis, quan
do peruenerint ad gratiam Principis *Cephal. conſ.* 324. *n.* 29. *lib.* 3. *Farinac. q.* 101. *nu.* 107. *Claud. ad Bertazol. conſ. crimin.* 399. *lib.* 2. Vbi etiam de emptione facta pro nominando, quæ
36 erit valida, † ſi nominatus tẽpore nominatio-
nis ſit ciuis, licèt tempore contractus emptionis eſſet forenſis, pro quo vigore ſtatuti non poterat emi, cum ſufficiat eſſe capacem, quando res, ſeu poſſeſſio traditur, quamuis adſit clauſu-
37 la conſtituti, † cum etiam requiratur præſen-
tia, & acceptatio nominati *Ancbar. conſ.* 127. *ad dubia excita. Soccin. conſ.* 61. *n.* 12. *lib.* 4. *Surd. deciſ.* 325. *n.* 1. *&* 4.

Neque obſtat quod in caſu noſtro prætendebatur adeſſe legitimationem, per quam ſpurius in nul

lo debet differre à legitimo; Vnde etiam di-
cēdum quo ad eum per huiuſmodi legatum ad
38 vſum cenſeri relictam plenam proprietatem, †
non ſolum vſufructum; Ideo illis debetur legi-
tima in bonis patris prout filio legitimo *Bald.*
in c.de cauſis.col.fin.num.34.de offic. deleg. Iaſ.
in rub.de lib. & poſth.n.11. Et competit actio
pro ſupplemento legitimæ *Bald. in l.ſi quan-*
do.§.fin.C.de inoffic. teſtam.num.1.Bart.in l.ſi
papinianus. §. ſi conditioni. in fin. ff. eod. Dec.
conſ. 666. in princ. Habentur enim pro legi-
39 timis,† & nihil differunt ab eis *§.reliqui.auth.*
quib.mod.nat.effic.ſui. Afflict. deciſ. 195. n.1.
Iaſ.in l.qui ſe patrii.n.12.C. vnd. lib. Et per le-
gitimationem ſpurij rumpitur teſtamentum,
40 ac † ſi legitimus poſt illud natus fuiſſet *Alex.*
qui de recepta ſententia teſtatur *conſ. 139.n.1.*
lib.1.Dec.conſ.576.n.6.& conſ 343.n.2. verſic.
nec obſtat ſi dicatur. col.fin. Martin. Laudenſ.
*de legitim.n.137.Abb.conſ.86.lib.1.Clar.*qui de
communi *in §.teſtamentum.q.84.*

Quia reſpondetur, quod legitimatio eſt facta cum
modificatione, vt legitimetur ad ſuccedendum
1 ſolum † quo ad certam portionem per patrem
relictam, quo caſu non eſt vera, & propria legi-
timatio, cū nō ſit legitimatus ſimpliciter quo
ad omnia, ſed eſt quædam diſpenſatio, quæ non
facit eum legitimum, neq; priuilegiatum quo
ad prædictas actiones querelæ, nullitatis teſta-
menti paterni, ſupplementi legitimæ, & alia
cōpetentia filijs legitimis, & naturalibus *Alex.*
in rub. de lib. & poſth.n.3. in fin.poſt Butr. in
c.per venerabilem. in fin.col.30.verſ.ſed eſt du-
bium. qui fil. ſint legit.Iaſ.in l.pactum dotali.
C.de collat.nu.3. verſ.in tertia parte gloſſæ. Dec.
conſ.577.n.6.ad med.

Et valet iſta legitimatio facta ſub prædicta for-
ma, quod non ſuccedat niſi in ea portione,†
quam pater ſibi aſſignauerit *c. 1. de filij. nat.*
ex matr.ad morgan.contr.c.filij nati.ſi de feud.
fuer.content. int.dom. & agnat.Caſtr.in l. pa-
ctum dotali. n.9. C.de collat. vbi teſtatur pau-
cas legitimationes reperiri, in quibus non adſit
3 iſta clauſula, † & præſertim in illis, quæ fiunt
per Summum Pontificem *Alex. conſ. 25. circa*
primum dubium.n.5.lib.1.& conſ. vlt.lib.5. Io,
Andr.ad Speculat.de ſucceſſ.ab inteſt.§.fin. nu.
31.in verb. vbi hoc dixerit. Caſtr. in rub. C. de
iur.aur.annul.nu.5. Roman. in l. qui ſuperſti-
tis.de acquir. hered.

Aliud tamen eſſet in legitimatione ſpurij facta
per reſcriptum cum poteſtate ſuccedendi ab
inteſtato, patri, matri, ac eorum coniunctis,
quemadmodum ſi eſſet legitimus, † quo caſu
ſuccedet patri, & alijs, Licèt è conuerſo pater
illi non ſuccederet; Nam quamuis ius capien-
di, & ſuccedendi ſit viciſsitudinarium, cum aſ-
cendentes paterni, & materni pro eadem men-
ſura capiant à naturalibus, † prout naturales
ab eis *§.in quibus. & §.de nepotibus. quib.mod.*
natur. effi. ſui. Bart. in l. ſi quis ſub condi-
tione. 11. col. 4. de teſtam. tutel. Aim.*conſ.138.*
n. 3. Dec.conſ.310.col.1. † Tamen hoc eſt ve-
rum in legali ſucceſsione, ſeu diſpenſatiua, &
gratioſa *Fulgoſ. conſ. 82.nicolaus. col. 3. verſ.*
nec dicat quis.Capr.conſ. 1. col.3. nu.11. verſic.
& cum ſit ſtrictè. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3.
tit.18. n.30.

Quo ad aliud dubium an matrimonium contra-
ctum inter prohibitos ſi Papa diſpenſabit va-
47 leat, † itaut adueniente diſpenſatione non ſit
neceſſarius nouus cōſenſus dicebatur eſſe vali-
dum, prout concludit *Butr. in c.ſuper eo.de con*
dit.appoſit. Boer.deciſ.264. col.17.n.17. in fin.

Contrarium tamen Dixi verius eſſe, quod immò
requiratur nouus conſenſus, nec valeat matri-
monium in vim ſponſaliū, quamuis fuerit pro-
bata promiſsio ducendi in vxorem, ſi Papa di-
ſpenſabit. Etenim Summus Pontifex diſpen-
ſando dat ſolum facultatem contrahendi, non
approbandi quod illicitè factum eſt *Card.in c.*
ſuper eo.de condit.appoſit. Archid. Sot. & alij
per Ceuall. q.391.num.2.verſ.ſed contrarium.
vbi quod eſt verior opinio, & per Theologos
approbata, quam etiam ſeruat Rota *per Card.*
Seraphin.Valentina matrimonij. 10. decemqrii.
1595. Guter. de iuram. confirmat. p. 1. c. 51.
n. 32. & 33.

Vltimo in materia legitimationis quæſitum eſt; ſi
aliqui fuerint diſpenſati ad validandum matri-
monium nulliter contractum infra quartum
48 gradum, † & ad prolem legitimandam, ſi gra-
tia quo ad matrimonium non poſsit habere ef-
fectum propter ſuperuenientem mortem alicu-
ius ex parentibus, an dicta gratia valebit quo
ad legitimationem prolis, & circa ea demanda-
bitur executioni etiam in præiudicium venien-
tium ab inteſtato. Et quidem Dixi veriorem
opinionem affirmatiuam, ob illam rationem,
quia illud priuilegium duo continet, vnum
quod qui nulliter cōtraxerunt maneant in ma-
trimonio, alterum quod proles legitimetur;
Vnde quamuis deficiat vna, non tolletur altera
Anchar. in ſpecie *conſ. 409. Rot. diuerſ. deciſ.*
207.p.1.

Quemadmodum dicimus de gratia coadiutoriæ,
nam ſi quis fuerit de ea prouiſus cum futura
49 ſucceſsione, † quamuis coadiutus moriatur,
antequam coadiutoria habeat effectum, tamen
altera gratia futuræ ſucceſsionis remanet ad
fauorem coadiutoris *Put.deciſ. 98. lib.2.Gon-*
zal.de alternat.gloſ.5.§. 9.num.56. vbi multis
ſimilibus comprobat, *& n.60.*de beneficio col-
50 lato per Papam alicui † cum reſeruatione
penſionis annuæ pro alio, ſi gratia eſt nulla,
quo ad prouiſum de beneficio, non idem erit in
penſione, quæ debebitur, ſi poſtea denuo impe-
tretur per alterum nulla reſeruata penſione in
noua gratia collationis, cum in eadem gratia
poſsint eſſe plures, & vna poſsit eſſe valida, &
alia nulla *Felin.in c.ſedes.n 2. de reſcript.*

Idem eſt ſi in vna, & eadem ſupplicatione impe-
51 tretur parochialis, & beneficium ſimplex,† ſi
enim gratia quo ad parochialem non habet ef-
fectum, non per hoc præiudicabit alteri gratiæ
de ſimplici beneficio, quæ erit valida *Mandoſ.*

reg. 20. q. 9. n. 5. verſ. pro parte negatiua. col. 2.
Etenim excluſio vnius partis non facit excluſionem alterius in ſeparabilibus, & diuiduis *l. 1. §. trebatius. de aqu. quotid. aſt. l. fin. C. famil. hereiſ.* Bart. *in l. grece. §. illud. nu. 3. de fideiuſſ.* Et quia ſunt plures gratiæ, quamuis ſub vnico contextu; Vnde ſi non habet locum vna, non inferri debet ad aliam, vel quatenus ſit vna gratia continet plura, & diuerſa, in quibus poteſt diuerſus effectus conſiderari *l. ſcire oportet. de verb. obligat.*

Et faciunt quæ dicuntur de pluribus narratis in cõmiſſione, ad cuius validitatem ſufficit vnum
51 verificari, † quamuis aliud non ſit verum *Felin. in c. ex parte. il 1. in verbo copula. de reſcript. Bellam. deciſ. 280. licet. nu. 1.* Exemplo narrantis plura in libello, qui non tenetur omnia iuſtificare Lap. *alleg. 55. quidam coram. n. 5. in fin. verſ. item non expedit.*

Prout etiam dicimus de reſcripto auocatorio, in
53 quo narratur paupertas, & res iudicata, † nam valebit ſi iuſtificetur ſola paupertas, quamuis non ſit verum adeſſe rem iudicatam, prout cõcludit in ſpecie *Mandoſ. commiſ. 7. in fin. q. 6.* vbi quod ita fuit in Rota reſolutum in cauſa Colonien. matrimonij, Licet ibi hoc fuerit concluſum quia ex ſola illa cauſa paupertatis Pa-
54 pa remiſiſſet cauſam ad partes, † cum ſemper cõſiderandum ſit, ſuper quibus ſe fundet Princeps, vel præſumatur ſe fundaſſe, quando plures cauſæ narrantur in reſcripto, quarum aliquæ ſunt veræ, aliquæ ſurreptitiæ *Lap. alleg. 24. incip. limitat. ad fin.*

EPITOME.

Edictum ne quis ingrediatur fundum alienum etiã venandi cauſa quando valeat, itant tranſgreſſor non faciat prædam ſuam. Ingreſſus territorij, & expulſio habitantium an concedatur habenti iuriſdictionem. Venatio, aucupium, & piſcatio an poſſint prohiberi. Clericus venator an ſit puniendus per Iudices Seculares in amiſſione armorum, canium, & prædæ per eum captæ.

SVMMARIVM.

1 *Edictum ne quis ingrediatur fundum alienum etiam venandi cauſa valet, & an tranſgreſſor faciat ſuam prædam, quam cepit. n. 2. 3. & 18.*
4 *Dominus fundi poteſt de facto prohibere volentem ingredi.*
5 *Iuriſdictionem habens an poſsit impedire ingreſſum ſui territorij habitare volentibus, vel dare formam habitandi, ſeu iam receptos expellere. n. 6. 7. & 8.*
9 *Habitatores etiam alibi nati dicuntur de populo loci, quem inhabitant.*
10 *Incolatus contrahitur per coniecturas, n. 11.*
12 *Venatio, aucupium, & piſcatio quando licitè prohibeatur per dominos temporales. n. 13. 14. 15. 16. & 17.*
19 *Prohibitio tam priuata, quàm iudicialis non impedit acquiſitionem dominij.*
20 *Cantela retinendi venatorem in fundo donec reſtituat prædam non eſt admittenda.*
21 *Retentio liberi hominis non permittitur niſi pro alimentis ei præſtitis.*
22 *Fructus fundi conſiſtens in venatione an opprimitur, vt quis venando non faciat prædam ſuam domino prohibente.*
23 *Clericus venator priuatur canibus, & alijs inſtrumentis aptis ad venandum, non tamen amittit prædam. n. 24.*
25 *Clericus portans arma contra edictum non poteſt puniri per Iudicem Secularem, ſed eſt remittendus Eccleſiaſtico; quidquid reſpectu armorum poſsint illa ab eo auferri per birruarios iudicis ſecularis.*

CAPVT CXXXIX.

PRædiorum domini ſæpius à iudicibus impetrant edicta, ſeu prohibitiones, ne quis il-
1 lorum fundum ingrediatur, † etiam venandi cauſa, & cum diſceptaretur, an qui non paret huiuſmodi edictis faciat ſuam prædam, quam venando capit, pro negatiua opinione allegabatur *gloſ. in §. feræ. in verb. ingrediatur. inſtit. de rer. diuiſ. & ibi Faber. ad med. verſic. ſed quid ſi fecit inhiberi.* vbi quod ſtante edicto iudicis prohibentis venatũ impeditur transla-
2 tio dominij animalium, quæ capiuntur, † cum ſecus eſſet ſi prohiberetur ſolum ingreſſus; & ita etiam teſtatur *Idem Faber. ibid.* ſeruari de conſuetudine, cum multo magis hoc poſſit fieri
3 per legem conſuetudinariam, † quàm per præceptum iudicis, & ſequitur *Caſſan. ſuper conſuetudin. Burgund. rub. 13. § 7. col. 2. verſ. et quæ dicta ſunt ſuperius. fol. 1477.*

Immò circa ingreſſum poteſt dominus etiam de
4 facto reſiſtere volenti ingredi fundum ſuum † *l. quemadmodum. in princ. ad leg. aquil. gloſ. in l. 3. §. planè. de acquir. rer. domin. Bald. in §. feræ. in fin. inſtit. de rer. diuiſion. Sebaſtian. Medic. de venatio. q. 26.*

Magis eſſet in habentibus iuriſdictionem, qui poſſent impedire ingreſſum ſui territorij habitare
5 volentibus † *Rum. conſ. 28. n. 15. ad fin. lib. 1.* Quemadmodum etiam dare formam ingredientibus, puta quod fideiubeant de habitando in loco per decennium, vel antequam habitent ad
6 ſe præſentandum coram domino † *Surd. conſ. 194. n. 6. lib. 2.* Itaut poſsint etiam expelli, qui iam fuerunt recepti, prout cum de hoc alias dubitaretur Dixi verius eſſe intelligendo tamen eum cauſa, nam ſine ea non eſſet concedenda
7 expulſio receptorum, † cum aliud ſit interdicere ne quis ingrediatur, aliud expellere; Ratio eſt nam poſtquam forenſes venerunt ad ha-
8 bitandum ſunt ſicut reliquus populus, † & ſi expellantur ſit contra publicum bonum, & naturalem æquitatem, & nomine popularium includuntur etiam aduenæ *Bald. in c. 1. verſic. dominus vero. n. 1. de form. fidelitat.* vbi dicit mul-

tum

tum notandum per tex. *in auth. de queſtorib. in princ.* Abb. *in c. quoniam. 14. in 1. notab. verſicul. ſi ergo interdiceretur. de offic. ordin. Surd.*
9 *conſ. 174. num. 10.* † vbi quod eſt ſingulare. quia
tales habitatores dicuntur de populo, licèt habeant
diuerſitatem linguarum, & alibi nati ſint ſubdens *n. 11.* quod contrahitur incolatus quouis tempore, ſi per coniecturas, aut expreſſam declarationem conſtat, quod ceperit quis ha-
10 bitare in loco, † vt ibi perpetuò moretur *Ruin. conſ. 100. num. 8. lib. 5.* Quod intelligitur dummodo voluntas producatur ad factum transferendo ſcilicet ſe ad locum, & ibi habitando in
11 propria domo, vel conductitia, ſeu gratuita † *Menoch. de arbitrar. caſ. 86. numer. 2. Rot. per* R. P. D. O*ranum Ceſaranguſtana. penſionis 9. martij.* 1598.

Et facit quia venatio, aucupium, & piſcatio poteſt
12 prohiberi etiam per dominos temporales † *Mandoſ. de inhibit. q. 67. verſ. & quia hoc iure vtimur. num. 7. in fin. tom. 5. tract. fol. 97.* vbi quod ita de conſuetudine ſeruatur; & eſt permiſſa venatio in alterius territorio, niſi illius
13 dominus prohibuerit † *l. diuus de ſeruit. ruſtic. prædior. l. naturaliter. §. illud. de acquir. rer. domin.* Fran. *Marc. deciſ. 303. lib. 1.* Et multa quo ad venationes *Caſſan. in catalog. glo. mund. conſid. 49. & 50. p. 11. f. 278.* Tiraq. *de nobilit. c. 37. n. 138. vſq; ad n. 152.*

Quæ magis procederent, quando agri non remanerent inculti, nam aliàs ſi tales rederêtur non
14 eſſet licita venatio † *Claud. ad Bertazzol. conſ. crimin. 285. in fin.* Prout quando ſubditi ſunt in locis montuoſis, & ſaltibus, & ſoliti lucrari
15 ex venatione, & aucupio, † præſertim ſi venatio fiat cum canibus, & auibus *Purpur. conſil. 392. num. 2. lib. 2.* Natt. *conſ. 604. num. 1. Claud. ad Bertaz. conſ. crimin. 418.* vbi ampliat, etiam ſi
16 fiat cum archibuſijs, & tormentis † *Aim. conſ. 518. n. 18.* Itaur ſi ſuperiores fecerint proclamata prohibentia huiuſmodi venationes, ſubditi non ligentur, ſi perſeuerauerint in liberta-
17 te poſſeſſionis venandi † *Rip. in l. quominus. n. 133. de flumin.* Bertrand. *conſ. 125. nu. 3. lib. 2. Aim. conſil. 658. n. 6. Menoch. conſil. 298. num. 18. lib. 3.*

Contrarium tamen prædictis non obſtantibus Dixi verius eſſe, quia poteſt quidè agi actione iniuriarum, & ad pœnam aduerſus eum, qui inuito domino, & contra illius prohibitionem fundum
18 ingreditur, † nõ autem quod præda non ſit facta capientis per venationem *gloſ. in l. 3. vbi Bart. ff. de acquir. rer. dom. Anan. in c. 2. de cleric. venator.* Etenim priuata prohibitio non im
19 pedit acquiſitionem dominij † *l. ea lege.* C. *de condict. ob cauſ.* & cum feræ nullius ſint, debent fieri occupantis, quamuis prohibeatur ingreſſus; quod procedit etiam in prohibitione iudicis, qui non debet impedire, quæ ſunt à lege permiſſa Natt. *conſ. 375. n. 6. verſ. nam reſpondetur* Quidquid contrarium ſentiant *gloſ. in dict. §. feræ. & alij ſupra allegati*, Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur *Surd. conſ. 161. n. 7. in fi. lib. 2.* Couar. *in c. peccatum. §. 8. p. 2. n. 4. verſ. tertiò ex hoc falſum.*

Ideò non eſt approbandum quod per aliquos ſeruatur, vt retineant venatorem in fundo, donec
20 reſtituat quod cępit. † cum iſta retentio, aut violentia ſit contra ius, quod permittit feras, & ſimilia animalia fieri occupantis. prout in terminis concludit *gloſ. in l. diuus pius. 16. in verb. aucupibus ad med. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* & ibi *Ang.* dicit multum notandum *Cin. Bart. & alij, de quib. per* Cepol. *eod. tit de ſeruitut. ruſtic. prædior. c. 21. de aucupat. num. 3. verſ. ſed inſurgit. fol. 388.* vbi teſtatur de veriori opinione. Cum etiam, quamois venator non faceret prædam ſuam, non eſſet licita retentio liberi homi-
21 nis, † niſi occaſione alimentorum ei præſtitorum, aut ſimilis cauſę fauorabilis, & priuilegiatæ; vt per Surd. *de alim. titul. 18. priuil. 62. & q. 32. n. 53. tit. 19. & dixi ſupra capitul.* 25. cum aliàs retentio perſonarum etiam damnum dantium nullibi concedatur, immo pro ea daretur actio iniuriarum I*dem* Surd. *conſil. 561. n. 27. & 28. lib. 4.* cum captura perſonæ iniuriam inferat *Bald. in l. per diuerſas. n. 14.* C. *mandat.* Roland. *conſ. 20. n. 10. lib. 1.*

Amplius idem eſſet quando fructus fundi, ad quẽ fuit prohibitus ingreſſus conſiſteret in venatione, nam tunc etiam ſi quis ibi venetur domi-
22 no prohibente facit ſuum, quod capit † ſecundum *Couarr. in d. c. peccatum. §. 8. p. 2. n. 9. verſ. quinto ab eadem. in fin.* vbi dicit hoc maxime procedere in conſcientia; Quamuis contrarium in foro iudiciali voluerit *Florian. in l. diuus pius. in fin. verſ. vnde dic ſecundò. de ſeruitut. ruſtic. prædior. per tex. in l. venationem. & l. vſufructuarium venari. de vſufruct. Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 21. de aucupat. n. 2. poſt med.*

Idem eſt in clerico venatore, qui quamuis puniatur propter venationem, non tamen tenetur ca-
23 pta reſtituere, verè enim ſibi illa acquiſiuit † *Menoch. de arbitr. caſ. 413. n. 19.* Priuabitur tamen clericus canibus, & alijs inſtrumentis aptis ad venationem, ſi contra edictum fuerit re-
24 pertus venari, † prout in ſpecie concludit *Ignat. Lopez. ad Diaz. in prax. c. 69. in fin. verſic. illud autem.* Exemplò clerici arma vetita portantis, qui licèt no poſſit puniri per Iudicem ſecularem priuabitur tamen armis à birruarijs ſecularibus, & remittetur puniendus iudici ec-
25 cleſiaſtico † *Couarr. pract. queſtion. cap. 37. in fin. Io. de Plat. in §. item iulia. inſtit. de public. iudic. Farinac. q. 8. n. 96. & q. 108. num. 23. & 24 Lup. in c. per veſtras. §. 1. n. 33. de donat. int. vir. & vxor.* Ex quibus non obſtant contraria, cum ex ſupradictis rationibus, & auctoritatibus appareat veriorem opinionem eſſe, quod præda ſit facta capientis, quamuis incurratur pœna ob ingreſſum in fundum alterius contra præceptum iudicis.

EPITOME.

Per tranſitum ad ſecnnda vota Mater qnaudo, & quibus bonis filij priuetur. Pęnæ ſecundò nubentium an ceſſent ſtaute tacito conſenſu filij, ſeu nepotis, & turoris. Exhæredatio filij an cenſeatur ſublata per habitarionem cum patre. Plena probatio an dici poſſit ſi notarius poſt extenſam depoſirionem primi teſtis ſcripſerit alios depoſuiſſe, prout primus depoſuit.

SVMMARIVM.

1 *Mater per tranſitum ad ſecunda vota non priuatur ſubſtantia bonorum, niſi quo ad ea quæ prouenerunt à patre, in quibus ſolum ſuccedit in vſufructu. Idem in parte ſecundo nubente, etiam reſpectu legitimæ. n.2.*

3 *Pœna ſecundo nubentis ceſſat in nuptijs celebratis de filiorum, ſeu nepotum conſenſu tacito, vel expreſſo. & n.15. Immo requiritur declaratio. n.7.*

4 *Teſtis vnicus non facit fidem.*

5 *Habitatio, & conuictus cum matre inducit tacitum conſenſum nuptiarum.*

8 *Pater poſt exhæredationem factã de filijs ſimul habitando, & conuiuendo cenſetur illam reuocaſſe, & an ſuccurratur filijs per viam querelæ, ſeu nulitatis ſtante tacita reconciliatione. n.9. & 10.*

12 *Minor cohabitando cum matre cenſetur conſentire ſecundis nuptijs, neq. reſtituitur quo ad effectum pœnarum contra ſecundò nubentes Intellige vt num.13. & 14. Et quid in tutore conſentiente an detur reſtitutio minori. n.15. 16. & 17.*

18 *Taciturnitas in præiudicialibus quando inducat conſenſum.*

19 *Conſenſus præſtandus per modum auctoritatis debet interuenire in ipſo actu, ſecus quando interponitur ratione ſui præiudicij, qui ſufficit præſtari poſt actum.*

20 *Probatio plena non dicitur ſi notarius poſt extenſam depoſitionem primi teſtis ſcripſerit alios dixiſſe, prout primus. Contrarium ſeruatur. n.21. & 22.*

23 *Pœna ſecundò nubentium non ſunt ſublata concernentes fauorem filiorum, qui ex illo matrimonio ſuperſunt, quibus deficientibus ceſſat ratio legis, & illius diſpoſitio.*

CAPVT CXL.

MAter per tranſitum ad ſecunda vota non
priuatur proprietare bonorum filij, niſi
quo ad bona quæ prouenerunt ex ſubſtantia pa
terna, in his enim ſuccedit filio ſolùm in vſu-
fructu, ſiue nubat ante mortem illins, ſiue poſt;
1 In bonis autem quæſitis † per filium ſuccedit tã
in proprietate, quàm in vſufructu, vna cum fra-
tribus *Bald. in auth. ex teſtamento. C. de ſecund.
nupt. Caſtr. in l. mater. C. ad tertull.* Rom. *conſ.
405. in fin. dub. 4. Socc. conſ. 34. proſequendo ordi-
nem. colu. 3. in fin. num. 7. lib. 1. Afflict. decif. 75.
n. 4. Aim. conſ. 37. n. 3.* vbi dicit idem eſſe in pa-
2 tre tranſeunte ad ſecundas nuptias † *Tbob. conſ.
74. col. 1.* vbi ampliat etiam reſpectu legitimæ,
in qua ſolùm habebit vſufructum *Iub. de Mont.
in auth. nouiſſima. §. 12. in fin. nu. 163. C. de in-
off. teſt.* Ex quibus videbatur matrem in caſu
mihi propoſito fuiſſe priuatam proprietate bo-
norum filij, cum ſecundo nupſerit, neque de illis
potuiſſe diſponere tamquam de bonis, quæ ob-
uenerunt ex ſubſtantia patris.

Contrarium Dixi, quia de voluntate filij ſecundo
nupſit, quo caſu mater nullam pœnam meretur.
3 Nam per ſecundas nuptias † fit iniuria filijs
primi matrimonij, quæ ceſſat, ſi de conſenſu il-
lorum nupſit *Angel. in l. mater. C. ad tertull.
Rom. ſing. 251. tu ſcis quod ſi mulier. ad fin. poſt
gloſ.* quem dicit ſingularem *in aut. de non elig.
ſecund. nuben. in verb. copulantur. Bertr. conſ.
52. n. 2. lib. 2. Roland. conſ. 81. nu. 10. lib. 3. Burſ.
conſ. 52. n. 43. lib. 1. Iaſ. in l. 1. col. fin. in princ. C.
de indut. vid. tollen.*

Non obſtat quod per teſtes non probetur conclu-
denter conſenſus filij expreſſus, cum vnus tan-
4 tum de eo deponat, † Vnde tanquam ſingularis
non facit fidem *c. in nomine domini. de teſt. c. ad-
monere. 33. q. 2. Iaſ. in l. ſi quando. n. 11. C. vnde vi*
Etiam quod eſſet iudicandum ſola facti veritate
inſpecta *Rim. Iun. conſ. 527. n. 62. lib. 3.*

Quia per alios teſtes probatur plenè habitatio fi-
lij, & conuictus cum matre, & vitrico poſt ſecũ-
5 das nuptias, † ex quibus arguitur tacitus con-
ſenſus illius *Aim. conſ. 661. n. 5. Roland. conſ. 81.
n. 18. lib. 3. Menoch. conſ. 115. nu. 16. Pariſ. conſil.
29. n. 34. lib. 3. Pancirol. conſ. 99. num. 3. Marbel.
patroc. 29. n. 10.* Qui tacitus conſenſus filij non
6 conquerentis de ſecundis nuptijs ſufficit, † vt
mater non priuetur, cum per illam taciturnita-
tem inducatur voluntas, & ratificatio nuptia-
rum *Bald. in l. mater. verſ. quaro vtrum. C. ad
tertull. Rimin. Iun. conſ. 295. n. 16. lib. 3. Menoch.
de adipiſcen. poſſeſſ. rem. 2. n. 55. Rol. d. conſil. 81.
n. 14.* vbi *n. 5.* etiam voluit requiri quod filius
7 declaret † velle matrem eſſe priuatam proprie-
tate bonorum per tranſitum ad ſecundas nu-
ptias, comprobando per multas rationes, & per
auctoritatem *Dec. conſil. 206. col. 3.*

Idem dicimus in patre, qui poſt exhæredationem
factam de filio per ea de quibus *in §. cauſas au-
8 th. vt cum de appel. cognoſ.* dicitur remiſiſſe †
iniuriam recipiendo illum in domum ſimul ha-
bitando, & conuiuendo *Bald. in auth. ſi teſtis.
aliàs incip. ſi dicatur. nu. 4. C. de teſtib. & in l. in
ipſius. C. fam. herciſ. Alex. conſil. 159. nu. 11. lib. 7.
Surd. conſ. 94. n. 80.* Itaut exhæredatio videatur
9 adempta per iſtam reconciliationem † *Bart. in
l. 3. §. fin. ff. de alim. legat. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 3.
§. 30. n. 191.* Et quamuis exhæredatio tanquam
actus ſolemnis, ſicuti eſt facta in teſtamento, ita
neq; videtur, quod poſſet tolli niſi in teſtamento
vt concludit *Aret. in l. filius quem pater. ff. de lib.
& poſth. Couar. in cap. rainutius. in princ. de te-
ſtam.* Tamen non oberit filio exhæredatio ſtan-
te

10 te conciliatione , † ſiue illi ſuccurratur per
viam querelæ,vt tenet *Caſtr.in l.fin. col.penul.
C.de pact.* Siue per viam nullitatis *Caſt.in l.gal
lus.§.& quid ſi tantum.nu.180.de lib. & poſth.*
cum alijs latè *per Surd.de alim. tit.7.q.1.n.49.
cum ſeq.*

Nec facit deciſ. *Boer..190. cum duabus ſequenti-
bus,& deciſion.185.n.10. & n.23.* vbi dubitat
de conſenſu tacitò filiorum, quod non ſufficiat,
11 vt mater non priuetur, † prout etiam apertè
concludit *Surd.deciſ.100. n.7.* & latè compro-
bat *Franc. Sarmient.ſilect. interpr. cap.4. lib.1.
num.1.2.& 3.* vbi etiam dicit non præiudicare
expreſſum cõſenſum filij,ne dum tacitum. Quia
contraria opinio eſt magis recepta , & verior ,
quod immò tacitus conſenſus ſufficiat,vt teſta-
tur *Menoch.conſil.155.n.16.vſq.ad nu.22 lib.2.*
vbi etiam ampliat ad nepotes , quibus conſen-
tientibus ceſſat diſpoſitio*l. fæmina.C.de ſecund.
nupt.* cum ſit par ratio nepotum , & filiorum
poſt *Rip.in d.fæmina.n.10.& Io.de Garron.in l.
2.num.117.C. eod. tit.de ſecund. nupt.* Et quod
ſufficiat tacitus conſenſus filiorum teſtatur eſ-
ſe magis communem opinionem *Surd.deciſion.
99.n.12 verſ quinimo,& d.deciſio.100.n.1.& 7*
vbi quod non eſt recedendum ab hac ſenten-
12 tia, † & ibi ampliat etiam ad minorem, cui
neque competeret reſtitutio in integrum , quæ
non datur minori agenti ad executionem pænæ
prout hæc priuatio eſt inducta in pęnam contra
mulierem ſecundo nubentem.

Maxime cum hæc dicatur iniuria, quæ ſit filijs pri
mi matrimonij , quæ videtur remiſſa per habi-
tationem,& conuictum,quo caſu minor non di-
13 citur læſus,†neq; reſtituitur *l.auxilium.de mi-
nor.Bald.in l.1,in fin. C. de reſtitut. in integr.
Pancir.conſil.99.n.11. Surd deciſion.99.nu.19.*
Intelligendo in minore vigintiquinque anno-
14 rum, † ſecus quatuordecim , qui non poſſet ſi-
ne tutore remittere expreſſè; Vnde multo ma-
gis neq;tacite *Menoc.*in ſpecie *conſil.469. n.19.
Boer.deciſion.185.n.23.Sur.deciſion.100.n.9.*vbi
quod per taciturnitatem ſecundarũ nuptiarum
matris minor quatuordecim annorum non ſibi
præiudicat *Idem Menoch. conſil.137. n.16.Rota
per* R. P. D. *Littam beneuentana hæreditatis &
bonorum.20.iuny.1594.*

Amplius etiam tutor conſentiens matri ſecundò
15 nubenti poſſet remittere pænam d.legis. † Tu-
tor enim poteſt impedire, ne pæna committa-
tur, & quia in quęrendis præiudicat pupillo , ſi-
cut Prælatus Eccleſiæ *Bertr.*in ſpecie *conſil.38.
nu.10.lib.1.Gabr.concl.1.nu.40. de ſecund.nup.*
16 Quamuis hoc non ſit tutum † cum contrarium
dicat verius *Io.de Garron.in rub. C. de ſecund.
nupt.poſt Bald.in l.hac.edictali.C.eod.tit.Surd.*
qui reſpondet argumentis contrarijs *conſil.164
17 n.50.* vbi etiam *n. 55.* † quod daretur in iſtis
reſtitutio tam pupillo,quam eidemmet tutori ;
qui conſenſit,non obſtante,quod ipſe illum actũ
fecerit,quamuis adſit iuramentum *Bero. conſil.
32.n.41.lib.2.& q.27.per tot.*quia iuramentum
eſt illicitum , & contra primum iuſiurandum
præſtitum in aſſumptione tutelæ, ita vt nequ
etiam requiratur abſolutio *Sur. d.conſ.164 nu.
57.in fi.Bero.q.58.*

Nec aduerſatur,quod iſta taciturnitas nõ debeat
18 operari huiuſmodi conſenſum, † cum ſimus in
præiudicialibus, in quibus tacens non videtur
conſentire,ſed contradicere; maxime vbi actus
non poteſt impediri *gloſ. in l. caius. de pignor.
act.Iaſ.in l.qua dotis ſolut.matrim.* & in ſpecie
in ſecundo nubente quo ad voluntatem taci-
tam filiorum concludit *Io.de Garron. in rub.C.
de ſecund.nupt.n.108.*

Quia prædicta habent locum quando cum taci-
turnitate,& præſentia non adeſſet aliquis actus
poſitiuus, qui concurrat, prout in caſu noſtro ,
in quo interuenit habitatio,& conuictus , tunc
enim habetur pro conſenſu , & præiudicat *Fel.
in c.nonne.n.10.de præſump.Socc.conſ.291.n.13.
lib.2.Surd.conſ.164.n.9.lib.2.*

Neque obſtat quod teſtes non probent huiuſmodi
habitationem & conuictum fuiſſe à principio
tempore contracti matrimonij , prout eo tem-
pore iſte conſenſus debebat interuenire. Quia
19 procedit quando conſenſus eſſet, præſtandus †
per modum auctoritatis , ſecus vbi ratione ſui
præiudicij , prout hic,tunc enim ſufficit, vt in-
teruenit poſt actum,itaut ad illum retrotraha-
tur *Iaſ.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſu.n.41.de ac-
quir.hered. Natt. conſ.126.n.6. Aim.conſil.11.
n.4.Socc.conſ.87.n.3. lib.1.Tiraq.de legib. con-
nub.gloſ.6.n.1.leg.16.Put.deciſ.153.n.1.lib.2.&
deciſio.268.lib.3. Caput. deciſio.211.p.1.Gabr.
conſil.2.li.1.*

Minus obſtat non probari habitationem , & con-
uictum filij cum matre , & vitrico in eadem
domo , cum notarius poſt extenſam depoſitio-
20 nem primi teſtis , † ſcripſerit alios teſtes idem
dixiſſe, prout primus , quo caſu non dicitur fa-
cta plena probatio *Abb. in cap.nihil. in fi. de
verb.ſignif. Felin. in c. in tua. num.5. de teſtib.*
21 Quia contraria opinio eſt verior † *Alberic. per
illum tex.in l.ſi reus. de condit. indeb. Iaſ.* qui
de communi *in l.ſi pæna. cauſa.§.ſi puteum.n.1.
ff.eod.Cepol.in l.idem.orſilius.in princ. n.7.ff.de
22 adil.edict.* † & ita practicari teſtatur *Ceual. q.
223.in fin.*

Vltimo in caſu de quo agebamus non ſupererant
alij filij fratres alterius filij præmortui, quibus
non extantibus mater non priuatur per tranſi-
tum ad ſecunda vota ſucceſſione filij prædefun-
cti , immo illi ſuccedit pleno iure tam in vſu-
fructu , quam in proprietate. Quoniam pænæ
23 ſecundo nubentium non ſunt ſublatæ † in con-
cernentibus fauorem filiorum , qui ex illo ma-
trimonio ſuperſunt,Vnde ſi illi non extent ceſ-
ſat ratio legis,& ſic etiam illius diſpoſitio *Alex.
conſil.66.n.7.lib.3.& conſil.63.n.1.eod.li. Aim.
conſil.36.Rip.in l.fæmina.n.4.C.de ſecund.nup.
Bald conſil.42.n.3.li.3.& conſil.153.li.5.Anan.
conſil.101.Fabian.in auth.nouiſſima. q.12.C.de
inoffic.teſtam.Boer.deciſio.185.n.17.*& hanc eſſe
veriorem opinionem,quidquid alij contrarium
tenuerint dicit *Ceual.q.671.in fi.*

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

Cenſus quando poſſit conſtitui ſuper omnibus bonis, vel ſupra domo non declaratis certis confinibus. Et an poſſeſſores teneantur in totum. Pactum vſurarium in cenſu quando vitiet contractum. Pretium annui redditus quale ſit, & an valet ad rationem ſeptem, ſi ex bonis non percipiantur niſi quinque. Solutio anticipata an ſit valida, ita ut propter huiuſmodi pactum poſſit cenſus declarari nullus.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus debet conſtitui ſuper vnica re certis finibus deſignata.* Intellige *vt n.2. & quid ſi imponatur ſuper omnibus bonis.n.10.*

3 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus prædijs tranſit ad poſſeſſores, qui tenebuntur in totum, non pro rata, etiam in clerico, & pro fructibus præteritis, & non præcedente diſcuſſione.n.4.& 5.*

6 Executio *facta a iudice ſeculari quando valeat contra clericum ſuccedentem laico in re hypothecata.n.7.8.& 9.*

11 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeparatis.*

12 *Verba ex abundanti poſita non vitiant.*

13 *Pactum vſurarium in cenſu an vitiet in totum contractum, vel ſolum in illa parte vſurarum & n.19.*

14 *Cenſus quando poſſit conſtitui ſuper domo non declaratis certis confinibus.*

15 Solutio *anticipata in cenſu quando prohibeatur & n.17.*

16 Mutuans *pecuniam poteſt ſine animo conſequendi aliquid percipere.*

18 Proteſtatio *contrahendi iuxta formam* Bullæ *validat cenſum.*

20 *Cenſus eſt validus quamuis contineat pactum reuendendi ſolum infra decem annos, & quod non teneatur ad remiſſionem, ſi fuit reſeruata proteſtatio iuxta formam bullæ, & quid in pactis contra ſubſtantiam contractus.n.21.*

22 Proteſtatio *contraria facto quando iuuet.*

23 *Cenſus non poteſt impugnari propter pactum anticipatæ ſolutionis, & quomodo intelligatur clauſula, de qua in bulla, quod cenſus facti contra illius diſpoſitionem ſint feneratitij.*

24 Pretium *iuſtum annui redditus quale ſit.n.25. & an poſſit eſſe ad ſeptem, quamuis non percipiantur niſi quinq; n.26.28.& 29.*

27 *Conſuetudo attenditur quo ad iuſtitiam pretij cenſus.& n.30.& 31.*

32 *Conſuetudo eſt ſeruanda quo ad fructus annui redditus, & ſtante difformitate percipitur quod minus eſt.n.33.*

34 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in reprobatione inſtrumenti, & iſta qualitas erit probanda.*

35 *Cenſus declaratus nullus non præiudicat exactioni fructuũ, in qua eſt manutenendus emptor non obſtante appellatione.*

CAPVT CXLI.

Conſtitutionem cenſus, de qua in caſu mihi
propoſito, Dixi declarandam validam,
etiam quod ſic ſuper diuerſis bonis ſeparatis,
expreſſis tamẽ finibus eorum; Licèt enim Bulla exprimat conſtituendum eſſe cenſum ſuper
1 vna re, † vnde impoſitio illius deberet fieri etiã
ſuper vnica re certis finibus deſignata, vt concludit *Beccac. de interd. vti poſſid. c.18.n.26. tom. 3.p.2. f. 319.* Tamen contrarium eſt magis verum, quia conſtitutio non excludit pluralitatẽ
2 rerum immobilium, † ſed tantum res mobiles,
prout per hanc rationem, & alias per eum allegatas firmat *Nauar. de vſuris.q.15.n.113. Gabr. conſ.47. in princ. lib.2.*

Et adeo valebit impoſitio cenſus ſuper pluribus
prædijs, vt ſi contingat illa ad diuerſos poſſeſſores deuenire, qui neq; contraxerunt cũ emptore
cenſus, nec ſunt hæredes eius, qui cenſum vẽdi-
3 dit, † emptor poſſit exigere annuum redditum
à quolibet poſſeſſore, nec teneatur pro rata illos conuenire ſecundum communem opinionẽ,
quam dicit frequentiorem *Couar. lib. 3. var. reſol. c.7. n. 8.* Quidquid contrarium ipſe ſentiat
4 *poſt* Guid. *Pap. q.434.* † Cum enim ſit rès affecta
tranſit cum onere contra poſſeſſorem, quamuis
Clericum, vel Eccleſiam *Aim. conſ. 217. num. 5. Gabr. conſ.47. nu.7. lib.1.* Non ſolum pro futu-
5 ro redditu, ſed etiam præterito, † itaut neq; excuſſio principalis venditoris ſit neceſſaria *Sur. conſ.162.n.11. Afflict. deciſ.95. Soarez. in l. poſt rem iudicatam. limit.3.n.5. ff. de re iudic. Guter. q.132.n.9. lib.2.*

Itaut executio rectè procedat, ſi fiat à iudice laico
in re ſpecialiter hypothecata etiam poſſeſſa à
clerico ſuccedente laico in re cenſuaria *Guliel. de Cun. in l. de his. C. de epiſc. & cleric. Ceual. q.*
6 *36.n.19.* † vbi quod ratione cenſus clericus poteſt conueniri coram Iudice Seculari, cum ſuccedat in re cum ſuo onere, & teneatur ad tributa, penſiones, & decimas, & hoc ratione hypothecæ *Guid. Pap. q.79. Abb. in c. cum homine. n.6. de decim. Gig. de penſ. q.44. Tiraq. de retract. lignager. §.29. gloſ.2.n.7.*

Dummodo iudex laicus exequatur contra bona,
non perſonam, cum pro talibus oneribus poſ-
7 ſint cõueniri clerici † ſolum in rebus per laicos
Bald. in auth. ſed & ſi periculum. C. ſin. cenſ. vel reliq. & in l. de his. C. de epiſcop. & cleric. Guter. dict. quæſt. 132. num.2. Cum enim hypotheca
8 ſit indiuidua, † quilibet poſſeſſor rei hypothecatæ poteſt in ſolidum conueniri pro cenſu,
quia eſt onus reale concomitatiuum rem, & actio in rem ſcripta competens contra ſingularem ſucceſſorem tam quo ad iudicium poſſeſſorium, quàm petitorium, licet ſimilia iudicia non dentur pro perſonalibus iuribus *Gab. conſ. 47.n.6. lib.1. & conſ.141. nu.4. lib.2.* latè *Surd. deciſ.204.n.9*

Quamuis illud de clerico, quod ratione cenſus
9 poſſit conueniri coram ſeculari nõ ſit verum, †
cum opinio *Guliel. de Cun.* reprobetur, per

Abb.

Abb. in c. qualiter & quando. num. 8. de iud. Soccin. in c. ſanè. num. 10. col. 8. de for. compet. Bald. in c. 2. in fin. de iudic. dixi ſupra cap. 16.

Nec aduerſatur non eſſe ſatisfactum dictę conſtitutioni, cum cenſus ſit impoſitus etiam ſuper
10 omnibus bonis;† Quia cum appareat ex actis de impoſitione ſuper rebus particularibus certis finibus deſignatis, vt loquitur conſtitutio, licet poſtea dictum ſit, etiam ſuper omnibus,
11 & quibuſcunq; bonis, † ſatis eſt quod certa corpora ſint expreſſa, neq; vtile debet vitiari per inutile, quando non ſumus in indiuiduis *l. padius. de arbitr. l. 1. §. trebatius. de aqua quot. æſti. c. eum ſuper. de offic. deleg. Bart. in l. grege. §. illud. n. 3. de fideiuſſ. Imol. conſil. 96. viſis & ponderatis. poſt med. Alex. conſil. 143. n. 3. lib. 7.* Et potius dicta verba debemus interpretari eſſe poſita ex abundanti, & pro faci-
12 liori cenſus exactione,† quod non debet præiudicare *l. non ſolent. de reg. iur. l. non ſolet. in fin. de fund. inſtruct. l. fin. C. de nouat. Doctor. in l. teſtamentum non ideo. in fin. C. de teſtam. Felin. in c. eum ordinem. col. 1. de reſcript. l. ſi pupilli. §. 1. verſ. quid tamen. de neg. geſt. Dec. in l. quæ dubitationis. 82. de reg. iur.*

Immo quãuis in inſtrumento cenſuali adeſſet aliquod pactum, quod ſaperet vſurariam praui-
13 tatem,† vt quia cẽſus annuus excederet decimam partem iuſti pretij, vel quid ſimile, tunc inſtrumentum non vitiatur in totum, ſed tantum in illa parte *Gail. obſeruat. 4. lib. 2. Surd. conſ. 327. n. 18. lib. 3. Honded. conſ. 17. num. 25. lib. 2.* & in ſpecie Bullæ cenſus Nicolai V. teſtatur ita ſeruari *Petr. Greg. ſuper eadem bulla. priuil. 10. verſ. ſeptimo quæro. & ibi Phil. Hieron. Fimia. Federic. & alij* quos refert *Carol. Graſ. de except. c. 28. num. 62.* Dummodo creditor in totum non vſus fuiſſet, vel vellet vti inſtrumento, & contractu, quia tunc etiam in totum eſſet inualidus *Caualcan. deciſ. 13. n. 37. lib. 2. Idem Graſſ. de except. c. 28. n. 65.*

Amplius etiam valeret cenſus impoſitus ſuper domo alicuius non declaratis certis confinibus, quidquid Bulla requirat expreſſam illorũ
14 mentionem,† quando conſtaret, quod venditor cenſus non habebat niſi vnam domum: iſta enim expreſſio generalis ſuper vna domo habet vim ſpecialis, & indiuiduæ deſignationis confinium *Bart. in l. 2. nu. 1. & ibi Iaſ. nu. 14. de lib. & poſth.* Et in terminis de cenſu eſt deciſio *Rota coram Cardin. Millin. ciuitatis caſtelli cenſus. 10. maij. 1599.* vbi etiam quod eſt ſatisfactum menti Bullæ, quamuis conſtaret imponẽtem cenſum habere alias domos extra ciuitatem, in qua fuit celebratus cenſus, quia in dubio intelligitur impoſitus ſuper domo exiſtente in loco contractus *Bart. in l. ſi eum dies. §. ſi arbiter. ff. de except. arbitr.*

Neq; obſtant aliæ conuentiones, quæ dicebantur contrariæ bullæ, ex quibus videbatur nulla huiuſmodi cenſus conſtitutio, prout illa de ſoluẽdo fructus in principio cuiuslibet ſemeſtris, quę
15 ſolutiones † anticipatæ prohibentur, ſi fiant ex conuentione præcedenti, licèt ſi fierent ſpontè poſt contractum cenſus non obeſſent, cum bulla non loquatur in ſpontanea ſolutione anticipata, prout diſtinguit in ſpecie *Io. Baptiſt. Iconel. ad d. bullam gloſ. 9.* Ad exemplum mutuantis
16 pecuniam,† qui poteſt abſq; animo conſequẽdi aliquid percipere ab eo, cui fuit mutuatum ſpontè ſoluente *Diu. Thom. 2. 2. q. 78. Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. q. 1. art. 2. Din. & Io. Andr. in c. peccatum. de reg. iur. in 6. Bald. in l. 1. q. 10. C. pro ſoc. Natt. conſ. 498. n. 28.* Licèt *Honded.*
17 contrarium ſequatur. *conſ. 35. n. 40. lib. 2.* † vbi cõcludit d. opinionem eſſe dubitabilem, & ideò iſtas anticipatas ſolutiones obeſſe, ſiue fiant ſpontè, ſiue ex conuentione.

Quia cũ in inſtrumẽto cẽſus adſit proteſtatio expreſſa quod contrahentes intendunt non rece-
18 dere à diſpoſitione bullæ, nec aliàs, aut † alio modo contrahere, quàm in ea ſit expreſſum, quodcunque pactum fuerit appoſitum contra illius tenorem, perinde habetur, ac ſi non eſſet ſcriptum, cum per illa verba induatur forma *l. qui hæred. §. vlt. de cond. & demonſtr.* & d. proteſtatio conſeruet ius proteſtantis, & illum iuuet *Alex. conſ. 130. vol. 4. col. penul. nu. 13. & n. 17. Neguſ. de pignor. 4. par. num. 39. concl. 13. verſ. intellige tamen prædicta.*

Maximè quando contractus eſt de iure permiſſus tunc enim ſi reperitur aliquod pactum inuali-
19 dum, vitiatur illa conuentio, † & non vitiat, cum poſſit pro vna parte valere, & pro alia non *Surd. conſ. 323. nu. 18. lib. 3. Barz. de Guarant. p. 3. q. 7. Honded. Gail. & alij ſupra allegati.* Et in terminis fuit deciſum per *Rotam coram* R.P.D. *Oran. Foroliuien. cenſus. 13. nouembr. 1589.* vbi quod valet conſtitutio cenſus,
20 quamuis adſit pactum,† vt liceat ſolùm retroendi infra decem annos, & duos menſes, & quod ad remiſsionem cenſus non vult teneri, niſi dãnum, aut deterioratio ſit in quarta parte, cum alijs ſimilibus pactis, quæ remouentur, neque per hoc faciunt contractum vſurarium. *l. cum precario. de precar.* cum ſimus in ſeparabilibus. Nam in conſtitutione Pij Quinti adeſt clauſula non obſtantiaus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus; vnde colligitur intentionem Papæ fuiſſe confirmare actus in contrarium factos *Ang. in l. qui autem. n. 2. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.*

Et ideo iſta pacta non faciunt, vt non poſsint exigi fructus, cum ſecus eſſet in pacto appoſito
21 contra ſubſtantiam contractus, † puta quod venditor non poſſet redimere niſi arbitrio emptoris, tunc enim cenſus eſſet ipſo iure nullus *Rot. per Cardin. Seraphin. Vrbeuetana. cenſus 18. decembris. 1592.* vbi ex hoc concluditur reſolui in mutuum, & fructus computandos in ſortem *Pariſ. conſ. 54. n. 79. lib. 1. Rol. conſil. 40. n. 37. lib. 2.* Itaut non ſufficiat bona fides pro acquirendis fructibus, neq; excuſetur mulier, ſi eſt in loco, in quo potuit conſulere peritiores; quando ſumus in contractibus à iure reprobatis, cum ſecus ſit in caſibus, in quibus nulla la-

bes

bes vſurarum poteſt cõſiderari, in talibus enim, ſi abeſt mala fides, fructus poſſunt percipi *l. ſed ſi lege.§.ſcire.de petit.hared.* Rot.*decis.4. de reſtit. ſpoliat. in nou.* Cardin. *Seraphin. ibidem*. Et de cenſu facto, vt tantum durare debeat per ſex anuos, quod in totum ſit nullus Gabr. *conſ. 152.n.4. lib.* 1.Rot.*coram* Cardin. B*lanchett.roman.cenſus.*15.*iunij.* 1594.vbi etiam quod neque conſenſus partium, obſeruantia, aut cõfirmatio Papæ poteſt conualidare. Et quod iſta pacta reprobentur tanquam contra ſubſtantiã contractus Rot. *per* Cardin. *Seraphin.*Roman. *cenſus. 3. nouembr. & Vrbeuetana cenſus. 13. nouembr.* 1592.

Neq; hoc caſu conſideratur, quod proteſtatio ſit
22 contraria facto. † Quia cum ambæ partes cõſentiant pactum limitatur ſecundum proteſtationem; quod procedit ſine dubio, quando proteſtatio non eſt ſuper pactis perſpicuè prohibitis, ſed aut permiſsis, aut dubijs; Ideò declaratio operatur effectum ſuum, & facit, vt pacta debeant interpretari licita, & redigi, remota dubitatione, ad formã conſtitutionis, Ita vt huiuſmodi proteſtatio declaratoria in dubijs excludat etiam delictum *latè Gabr.conſ.47.nu.8. cum ſeq. lib. 2.*

Quibus adde quod etiam ita in terminis pacti anticipatæ ſolutionis, vt non poſsit impugnari
23 cenſus † ſeruat *Rota per* Cardin. *Pamphil.* Bo*nonien.cenſus.26.iunij.1600.*Quia iſtud vitium eſt commiſſum circa ea, quæ non ſunt de forma ſubſtantiali contractus emptionis, & venditionis cenſus, vnde illa expreſsio, & omiſsio non remouet conſenſum contrahentium à contractu cenſus, nec facit illum contractum tranſire in aliam ſpeciem diuerſam iuxtà diſtinctionem D*octor. in c.fin. de cond. appoſ.* quam ſequitur Rota *coram* R.P.D.*Decano* Romana *caſalis turris bubalariæ. 2. nouembr. 1575.* latè *Surd. conſ.243.n.26.*Quare iſta anticipata ſolutio vitiabitur, & non vitiabit tanquam quid accidẽtale, quod poteſt adeſſe, & abeſſe ab ipſo contractu cenſuali *gloſ.in l. pacta conuenta.de contrahend.empt.*Gemin.*in c.vt circa.§.1.num.13. de electſion.in 6.*

Neq; obſtat quod ſecundum formam Bullæ contractus celebrati contra illius diſpoſitionem cenſeantur fæneratitij. Quia illa clauſula non refertur ad omnia ſupradicta, ſed ſolùm ad ea, quæ reſpiciunt formam ſubſtantialem contractus iuxtà diſtinctionem Doctorum *in d.c.fi. de cond. appoſit.* & in ſpeciè cenſus ità concludit Rot. *in d. Bononien.cenſus.coram* Cardin. *Pamphilio.*vbi inter alias rationes etiam adducitur, quia in bulla iudicantur fæneratitij contractus contra illius formam facti, quod nõ poteſt adaptari ſolutioni fructuum, cum illorum ſolutio nõ ſit propriè contractus, quaſi potiùs ſonet in diſtractum, hoc eſt in ſatisfactionem, & extinctionem contractus iam facti, & ſic ſaltèm extra ordinem naturæ præſupponit contractum præcedentem, & ideò non poteſt comprehendi ſub hac clauſula generali annullatiua, quę ſolùm loquitur de contractu arg. *l.labeo.de verb. ſignif.*Aret.*in §.1.n.11.inſtit.de obligat.*

Nec facit quod non videatur iuſtum pretium annui redditus, de quo agimus, tanquam impoſi-
24 tus, †cum reſpõſione decem pro centum, quod pretium non eſt conforme, neq; reſpondet ęſtimationi rei, ſuper qua fuit conſtitutus, nec fructibus, qui ex ea percipiuntur, quo caſu non dicitur iuſtum pretium *Lup.in l.2. comment.2. §.2.num.79.C.de pact.inter empt.& vend. Menoch. conſ.445. n.12. lib. 5.* Quia non per hoc cenſus eſt iudicandus nullus, cum poſſit peti reductio. Immò verior eſt opinio, quod etiam in
25 cenſu iuſtum pretium dicatur† illud, quod excedit æſtimationem rei, & fructus ſolitos ex ea percipi. Nam cum cenſus ſemper poſsit redimi, neq; dominus amittat dominium, & poſſeſſionem prędij cenſuati N*auar. de vſur.nu.*110. *dixi decis.20.nu.*8. iſtud pactum reluendi diminuit iuſtam æſtimationem rei venditæ *Roland. conſ.96.n.38.lib:2. Aim.conſ.145.nu.9.* Couar.
26 *lib.3.var.reſol.cap.10.* Vnde ſi ex re † non percipiantur niſi quinq;, tamen licitè poſſent ſeptem recipi, prout iudicatum fuiſſe à ſanctiſs. mem.Gregor. xiij. dicit F*acebin.lib.2 controu. c.43.in fin.* Eo magis quia ad cognoſcendum iuſtum pretium attenditur conſuetudo regionis, & cum paſsim fiant cenſus ad decem pro
27 centum, † iſta conſuetudo eſt attendenda, ad exemplum interuſurij æſtimationis dotis *Bart. in l.in l*[illegible]*e falcidia.45.ff.ad leg. falcid.* Dec. *in l.2.n.17.* C. *de eden.per tex. in l.quis ſit fugitiuus.§. idem apud labeonem. de edili.edict.* Et in ſpecie de cenſu dicit ita ſeruandum *Theſaur.decis.154.in princ.Surd.conſ.162.nu.34. lib.2.* & fuit deciſum *per Rot.coram* R. P. D. *Orano Foroliuien.cenſus. 13.nouembr.1589.*

Nec repugnat opinio aliorum contrarium ſentiẽtium, de quibus per *Tiraq. de retract. conſang, §.1.gloſ.6.n.27.*vbi refert opiniones multorũ,
28 qui concludunt, † quod iuſtum pretium annui redditus ſit vel quinque, vel ſex pro centum *Pariſ.conſ.60.n.29.lib.*1.vel quod in viginti annis non excedit ſortem Rom. *conſil.* 42. *in princ.* G*uid.pap.conſ.180.in* 1.*dub.verſ.& his ſic præ-*
29 *ſuppoſitis*. † Vel quantum aſcendit cumulus penſionum quindecim annorum *l.ſi quis argentum.§.ſin autem donator.* C. *de donat.* qui tex. tamen non facit, cum loquatur in paupere donatore, vt dicit *Couar.lib.3.var.reſolu.c.9.n.6.* Quia verior eſt opinio, vt dictum eſt, quod ſecũdum morem regionis etiam poſsint capi decem pro centum, vt per *Surd.d. conſil.162.* vbi dicit ita permitti per conſtitutiones Nicolai, &
30 Calixti, † quæ licèt loquantur in locis particularibus, vnde nõ ſunt extendẽdæ ad alios Natt. *conſ.498. n.4.* Tamen contrarium eſt verius, prout ita fuiſſe iudicatum per Rotam dicit *Pa-*
31 *riſ.conſ.95.n.30. lib.4. &* Surd. *ibid. n.*14. † & quod ſolitum ſit accipi decem pro centum dicit Tiraq.*de retract.conſang.§.1. gloſ.6. nu.17. &* 19. & quod ſeruandus ſit mos regionis dicit etiam Couar. *d.c.9. nu.5. &* Nauar. *de vſur. n.104.*

Digitized by Google

n. 104. & 140. In materia enim vſurarum at-
32 tenditur † iſta conſuetudo *l. 1. de vſur. l. apud iulianum. §. in vſurarum. de leg. 1. Card. Mantic. lib. 6. tit. 9. de coniect. vlt. volant.* Itaut ſi in
33 regione diuerſi ſint redditus pecuniæ, † percipiatur quod minus eſt *Rom. ſing. 679. in fin. & conſ. 139. col. vlt. verſ. quinimmo.* Rota *diuerſ. decif. 742. n. 3. p. 1. Surd. de alim. tit. 9. q. 40. in fin.*

Vltimum quod cenſus non fuerit in pecunia, non probatur, & quatenus conſtaret, non eſt articu-
34 latũ teſtes eſſe omni exceptione maiores, † prout requiritur, cum ſimus in reprobatione inſtrumenti *Bero. conſ. 147. n. 36.* Maximè quia teſtes ſunt extra inſtrumentum, cum in inſtrumentarijs non requireretur iſta qualitas, quaſi ex rogatione partium, & notarij ſint habilitati *Aym. conſ. 56. nu. 9. Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ. 2. nu. 27. & 32. gloſ. 2.* & in ſpecie cenſus eſt deciſio Rota *coram* R. P. *D. Oran. foroliuien. cenſus. 13. nouemb. 1589.* vbi etiam quod repelluntur fideiuſſores teſtificari, licèt ſecundùm *Ang. conſ. 296. viſis atteſtationibus.* remittatur arbitrio Iudicis.

Amplius quamuis cenſus eſſet declaratus nullus ob pecuniam, quæ non interuenit, tamen non
35 ſuſpenderetur executio, † ſed in ea eſſet manutenendus creditor, & eius hæres *§. retinendæ. inſtit. de interd.* Quia ſententia eſt ſuſpenſa per appellationem *l. 1. ad turpil.* & quia iſta probatio nullitatis, ex quo non interuenit pecunia numerata, poteſt recipere probationem in contrarium, & ſic vna aliam excludet, prout in terminis fuit deciſum per *Rot. coram* R. P. *D. Cordub. beneuentana cenſus. 13. iun. 1594.*

EPITOME.

Spoliatus quando non ſit reſtituendus ſi per confeſſionem conſtat de notorio iuris defectu. Exceptio rei iudicatæ an impediat reſtitutionem ſpoliati. Confeſſio vt inducat notorium an debeat eſſe poſt concluſum in cauſa. Spoliator allegando dominium an impediat cauſam ſpolij. Attentata ſi concurrunt cum ſpolio an tertius impediat, ne poſſeſſio reſtituatur.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus non reſtituitur ſi per confeſſionẽ conſtat de notorio iuris defectu. Intellige vt n. 3.*
2 *Hæres non venit contra confeſſionem auctoris.*
4 *Exceptio rei iudicatæ impedit reſtitutionem ſpoliati. Declara vt n. 5.*
6 *Confeſſio ex aliqua parte dubia non operatur notorium non ius.*
7 *Confeſſio vt inducat notorium an debeat eſſe iudicialis, & poſt concluſum in cauſa. & n. 9. & 12.*
8 *Extraiudicialis confeſſio non probat niſi ſemiplenè.*
10 *Acta faciunt notorium. Intellige, vt n. 1e.*
13 *Spoliator non poteſt impedire cauſam ſpolij allegando dominium ante ſpolium commiſſum, ſecus ſi deducat illud, quod poſtea quæſiuit. Amplia vt nu. 15.*
14 *Ceſſionarius ſuccedit in locum cedentis.*
16 *Contra factum proprium non licèt venire. Declara vt n. 17.*
18 *Attentata ſunt in primis purganda ſi agatur inter attentantem, & eum, qui illa paſſus eſt, ſecus reſpectu tertij, qui poteſt impedire ne poſſeſſio reſtituatur contrarium. n. 19.*

CAPVT CXLII.

Spoliatus non eſt reintegrandus, quãdo conſtet per confeſſionem de notorio iuris defe-
1 ctu † *Innoc. in c. conſtitutus. de fil. presbyt. Iaſ. fred. decif. 498. Menoch. de recup. poſſeſſ. rem. 1. nu. 216. q. 56.* Vbi *n. 222. in fin.* ampliat non eſſe faciendam differentiam, vt dicamus conſtare per confeſſionem de dominio ſpoliatoris, vel de non iure ſpoliati; Quia ſi fateatur ſpoliatus ſpoliantem dominum, fatetur in conſequentiam ſe non eſſe talem, cum duo domini non ſint in ſolidum *l. 3. §. de contrario. de acquir. poſſeſſ.*

Iſtud tamen Declaraui procedere in confeſſione ipſius ſpoliati, non autem in confeſſione alte-
2 rius ſui auctoris; † Nam quamuis confeſſio illius noceat ſucceſſori, itaut hæres non veniat contra confeſſionem ſui auctoris *Bart. & Bald. in l. ſeruus, in princ. de condict. furt. Roland. conſ. 82. nu. 40. lib. 2. Ruin. conſ. 50. n. 13. lib. 1.* vbi quod etiam dicitur confeſſio hæredis *Aim. conſ. 29. nu. 1.* Tamen hoc habet locum inſpe-
3 cto ſtatu, † quo res erat tempore confeſſionis, poſt illam enim poteſt aliquid ius ſupeuenire ſucceſſori, & hæredi; Vnde non eſt æquum, quod confeſſio auctoris probet notorium iuris defectum in hærede ſpoliato *Surd. conſ. 188. nu. 3. lib. 1.*

Prout dicimus de exceptione rei iudicatæ, quæ li-
4 cèt impediat reſtitutionem ſpoliati † *Lancellot. de attent. c. 24. q. e. n. 64. vſque ad nu. 68. tom. 5 fol. 429.* Tamen ſi quis fuerit ſpoliatus poſt rem iudicatam in petitorio erit reſtituendus; quia poſt latam ſententiam potuit ſpoliatus acquiſiuiſſe dominium, cum ſententia antea lata non
5 includat cauſam ſpoliationis, † quæ tunc non erat orta *Rip. in l. naturaliter. §. nihil. commune. n. 44. verſ. ſecundo intellige. col. 7. de ac-*
6 *quir. poſſeſſ.* † ex quo enin confeſſio poteſt eſſe aliqua ex parte dubitabilis non operatur notorium non ius *Felin. in cap. inter cæteras. col. pen. verſ. ſecunda declaratio. de re iudic. Alb. conſ. 14. n. 3. Lancell. d. c. 24. n. 64. cum ſeq.*

Confeſſio autem vt inducat notorium dicebam illam debere eſſe iudicialem, non extraiudicialem, & poſt concluſum in cauſa, ſi ſumus in ci-
7 uilibus; † Ita quod actus iam geſtus non poſſit offuſcari alia probatione, & in cauſa criminali, niſi poſt factas defenſiones, neq; ſufficit, quod emanauerit coram iudice, cum etiam requiratur illam eſſe in forma iudicij, aliàs notorium

non

non induceretur, dummodo iudex non acceptet
pro abſente Franc. in c. cum ſpeciali. 61. §. por-
rò. in princ. de appell. in 1. & 2. not. poſt gloſ.
in l. cum ſcimus. in princ. in verb. confeſſionibus.
C. de agrig. & cenſit. lib. 11. vbi Io. de Plat
ad med. verſ. item nota hic. dicit eſſe multum
notandum, ſequitur Præpoſit. in d. §. porro. n. 2.
Affl. decis. 176. nu. 3. Surd. conſ. 188. nu. 8. poſt
Felin. in c. 2. in 2. notab. de probat. Etenim con-
feſſio extraiudicialis non probat niſi ſemiple-
8 nè † l. cum de indebito. §. fin. de probat. Ce-
phal. conſ. 225. n. 29. vſque ad n. 32. Natt. conſ. 18.
nu. 18. Gabr. de confeſſ. concl. 1. Immo neq; con-
9 feſſio in caſa ciuili inducit notorium † niſi fa-
cta concluſione in cauſa Felin. in cap. inſinua-
tione. de appellat. Affl. decis. 176. n. 3. Et in iu-
dicio valido. Surd. conſ. 121. n. 32. lib. 3.

Et ita debet declarari concluſio illa, quod acta
10 faciunt notorium, † de qua per Doctores in c.
cum olim. de verb. ſignif. Menoch. de recup. poſ-
ſeſſion. remed. 1. nu. 232. Aim. conſ. 302. nu. 6.
vt procedat poſt concluſioné in cauſa, quia an-
11 te non inducitur notorium: † Cum enim acta,
& probata poſſint impugnari ante concluſio-
nem, vacillat fides notorij, quaſi potentia im-
pugnandi faciat illud commutabile Felin. in
c. ſignificauerunt. poſt gloſ. ibi in verb. liquere.
de teſtib. Quidquid contrarium dicant Soccin.
conſ. 96. conſiderata. col. 4. in princ. n. 15. lib. 4.
& Aim. conſ. 299. n. 8. col. penult. in fin. Quia
contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur Maſq.
concluſ. 1102. nu. 24. & nu. 25. verſ. ſed tamen.
Put. decis. 284. lib. 2. vbi de reſtitutione poſ-
ſeſſionis, quæ non impeditur per probationes
factas in actis, niſi poſt concluſum in cauſa Caſ-
ſad. decis. 1. de reſtit. ſpoliat. Capr. de notor.
membr. 1. nu. 48. Quamuis contrarium ſequa-
tur Farinac. de delict. & pœn. q. 21. nu. 15. ad
fin. vbi admittit notorium ex actis reſultans, ſi
12 non ſit impugnatum, † etiam ante concluſio-
nem poſtConrard. in l. vnic. C. ſi de moment.
poſſeſſ. limit. 9. nu. 25. & 29. verſ. tamen id in-
telligitur. Quaſi illa qualitas dicatur notoria,
quæ prima facie, & inſpecto iure eſt talis, licèt,
poſſit reddi falſam ex aliquo Bart. in l. quoties.
ff. ſi quis caut. Surd. conſ. 324. n. 8. lib. 3.

Circa ſecundum, de quo in eadem cauſa diſcep-
13 tabatur Dixi, † quod licèt ſpoliator non poſ-
ſit impedire reſtitutionem ſpolij allegando do-
minium; Tamen hoc intelligitur de dominio
ante ſpolium commiſſum, ſecus de eo quod po-
ſtea acquiſiuit Alex. in l. naturaliter. §. nihil
commune. fallen. 9. n. 26. de acqu. poſſeſſ. Butr. in
c. ſollicite. de reſt. ſpoliat. Gabr. concluſ. 1. n. 161.
eod. tit. Soccin. conſ. 59. in cauſa nobilium. col. 1.
ad med. verſ. præterea licèt agnati. lib. 3. Spo-
liator enim, cum habeat iura ceſſa à tertio, tan-
quam ceſſionarius ſuccedit in locum ceden-
14 tis, † & cenſetur eadem perſona l. ſi donata.
§. 1. de donat. inter. uir. & uxor. Becc. conſ.
105. nu. 17. Riminald. Iun. conſ. 65. nu. 22. Vn-
de non debet ei nocere ſpolium, quemadmo-
dum neq; obeſſet illi tertio, in quo ceſſat cauſa
ſpolij, & odij, ideo etiam ceſſare debet excep-
tio, quæ producitur ex odio Rip. in d. §. nihil.
commune. nu. 79. Marant. in prax. p. 4. diſt. 6.
n. 48. vbi dicit notabilem, & optimam deciſio-
nem Lancellot. de priuil. attent. cap. 30. n. 241.
tom. 5. fol. 455.

Quod procedit indiſtinctè ſiue ius tertij ſit ſepa-
ratum à iure ſpoliantis, ſiue ſit connexum cum
15 iure ſpoliatoris, † nam iſta connexitas, & com-
munitas non attenditur, & vtroque caſu tertius
non excluditur huiuſmodi exceptione ſpolij.
Quia odium ſpoliatoris non debet nocere ter-
tio, & potius tolerandum eſt, quod ſpolians
ſentiat emolumentum ex perſona tertij, quàm
vt ei fiat iniuria ob vitium ſpoliatoris, cum al-
teri per alium non ſit iniqua conditio inferen-
da, prout in ſpecie concludit Surd. conſ. 166.
nu. 1. & 12. lib. 2. Quamuis contrarium ſequa-
tur Lancellot. de attent. cap. 24. q. 10. n. 18. poſt
Rip. in d. §. nihil commune. n. 79.

Neque obſtat quod ſpoliator nõ poſſit venire con-
16 tra factum proprium; † Quia cum veniat ex
perſona alterius ſuſtinetur Rip. in l. ſi conſtante.
nu. 99. ſolut. matrim. Quando enim concurrunt
iura plurium in eadem perſona, omnia retinent
priſtinam naturam, & datur electio, quo iure
17 quis magis velit experiri † l. ſi mihi & tibi. de
legat. 1. Soccin. in l. cum filiofamilias. 11. n. 28.
col. 13. verſ. ſecunda ratio etiam non procedit.
eod. tit.

Addebatur ſimile de attentatis, quæ ſunt purgan-
da in primis, & ante omnia, ſi agatur inter at-
18 tentantem, & eum, qui illa paſſus eſt, † ſecus au-
tem reſpectu tertij, per quem poteſt impediri;
ne reſtituatur poſſeſſio purgãdo attẽtata, quaſi
non debeat egredi perſonas, quas concernit ar-
ticulus attentatorum Ruin. conſ. 75. nu. 9. lib. 5.
Quamuis hoc non ſit tutum, cum tertius in ſpo
19 lio impediat reſtitutioné, † dummodo cum eo
non concurrant attentata, quia tunc non poſſet
impedire ex pluribus rationibus adductis per
Lancell. c. 32. de priuil. attentat. n. 256. vbi quod
ita fuit reſolutum in Rota coram Card. Blan-
chetto. Calaguritana tranſlationis. 3. iulij. 1571.

EPITOME.

Vſusfructus dotis quando ſit debitus tam primo, quàm ſecundo viro. Mulier an cenſeatur dare marito dotem, eiusq. augmentum, & omnia ſua bona. Fructus pignoris an ſint computandi in ſortem, tàm reſpectu mariti, quàm aliorum creditorum. Priuilegia dotis, & interuſuria an poſſint cedi, & debeantur mutata perſona mariti, & quando non fuit adimpletum. Non præſtans fideiuſſores promiſſos an poſſit lucrari pecunias per obitum illius, ſuper cuius vita fuit facta ſocietas. Caſus ſoluti matrimonij an extendatur ad nuptias non ſequutas; Itant ſaluianum interdictum competens pro vno poſſit intentari etiam pro alio.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus dotis debetur ſtante mora etiam de iure Canonico. n.2.& 14. & quamuis ſimus in extraneo.n.3.4.& 5.*

6 *Taxatio fructuum dotis quomodo fiat.*

7 *Pactum, ſtatutum, ſeu conſuetudo valet, vt poſſit aliquid accipi ob retardatam ſolutionem dotis, & n.8.9.10.11.& 12.*

13 *Dilatio data ad ſoluendum dotem non impedit, vt quis non poſsit ſtipulari vſuras dotis.*

15 *Fructus dotis debentur, quamuis dos promittatur ſolui ad omnem petitionem generi, & infra terminum ab Arbitris declarandum, & etiam lapſo decennio. n.16.*

17 *Vſuræ dotis ſunt debitæ etiam recepta ſorte à Genero. & n.19. Maximè ſtante iuramento. n.18.& 21.*

20 *Fructus dotis quando debeantur ſine interpellatione per lapſum diei.*

22 *Secundus vir an poſsit conſequi alimēta, & fructus dotis à non ſoluente. nu.23. et 37. & an ſuper eis iuretur in litem. n.24.*

25 *Secundus maritus lucratur fructus pignoris dati vxori pro dotis reſtitutione, quamuis nō eſſet ei datum in dotem nomen debitoris, ſed ſola quantitas exigenda. n.30.*

26 *Dos data primo viro cenſetur repetita ſecundo & quid in augmento dotis. n.27.*

28 *Mulier nubens ſine dote an præſumatur dediſſe omnia ſua bona in dotem. & n.29.*

31 *Fructus rei pignoratæ acquiruntur marito etiam quando dos conſiſtit in pecunia. Fallit in hæredibus viri. n.32.*

33 *Fructus pignoris quando extenuent ſortem: & an ſtatutum de non computando illos ſit validum. n.34.*

36 *Conditio obligationis an varietur mutata perſona. n.37.*

38 *Hæres fideiuſſoris admittitur ad uendicandum prædium, quod fideiuſſor non poterat uendicare.*

39 *Fructus dotis quando debeantur mutata perſona mariti.*

40 *Monialibus non debentur interuſuria dotis.*

41 *Vir accipiens mutuum, & ponens mutuantem in locum ſuum in dote non facit, ut illi ſint debiti fructus dotis.*

42 *Vſuræ dotis an poſsint percipi per ceſsionariū.*

43 *Priuilegia dotis quo ad hypothecam, & ſimilia an tranſeant ad ſucceſſores, & hæredes tam ſuos, quàm extraneos. n.44.*

45 *Promiſsio reſtituendi dotem in caſu ſoluti matrimonij an extēdatur ad nuptias non ſequutas, & ſaluianum competat tā pro vno, quàm pro alio. n.46.& 47.*

48 *Interuſuria non debentur, ſi non fuerit adimpletum ex parte petentis.*

49 *Non præſtans fideiuſſores promiſſos non poteſt lucrari pecunias per obitum illius, ſuper cuius vita fuit facta ſocietas.*

50 *Mora non eſt neceſſaria quo ad lucrum captandum.*

CAPVT CXLIII.

STante mora dari vſufructum dotis non eſt
dubitandum, prout voluit *Alex. conſil.74.*
uiſo titulo quæſtionis. col.1.n.2.lib.5. Afflict.de-
ciſ.284.nu.4. Iaſ. in §.fuerat.num.24.Inſtit. de
1 *action.* † Præſertim quando vir ſuſtinuit onera
matrimonij *Grat.* qui de communi *conſ.56.uiſis*
elegantiſsimis.n.3.et conſ.58.uiſa.nu.4.lib.1.
Itaut iſtę vſurę ob dotem non ſolutam ex mora
2 debeantur etiam de Iure Canonico† *Bart.in l.*
in inſulam. 43. §.uſuras. ad med. n.3. ff. ſolut.
matrim.

An autem prædicta procedant in extraneo dotante Dixi veriorem opinionem affirmatiuam; Licèt enim extraneus non cogatur alere ſicut pa-
3 ter, † tamen ſtante mora tenetur ad fructus
Alex.conſ.147.n.4.lib.5.Couarr. lib.3. uar. re-
*ſolut.c.1.n.3.*Quidquid dixerit *Imol.in l. in in-*
ſulam.43.§.vſuras.n.8.ſolut.matrim. vbi quod
extraneus non tenetur ad fructus dotis; quia
debet intelligi ſi abſq; mora, & interpellatione
4 peterentur, † prout deciſum fuit per *Rot.coram*
R. P. D. *Gipſio interamnen. fructuum dotis.26.*
*february.*1597. vbi quod fructus legati per ex-
traneum pro aliqua nubenda debentur viro à
die motæ litis propter moram incurſam *c.ſa-*
lubriter.de uſur.Grat.conſil.56.n.3.lib.1. Non
obſtante quod pro pecunia non debeantur fru-
ctus: Cum enim agatur de damno vitando pro-
5 pter onera matrimonij, † aliud eſt ſtatuendum,
& quatenus eſſet lucrum, etiam deberetur *Bolo-*
gnin.conſil 19.n.4.col.2.ad fin.uerſic. nec obſtat
*ſi dicatur.*R. P. D. *Giptius. d.deciſ.interamnen.*
fructuum. vbi etiam quod taxatio fiet, vel ad
6 quinque pro centenario, vel arbitrio iudicis †
*Aim.conſ.189.n.10.*Et ſi taxatio fuiſſet exceſſiua, puta ad decem pro centenario, non annullaretur obligatio, ſed ſolùm quantitas, illam reducendo ad æquiorem taxam puta ad ſeptem pro centenario, prout in Vrbe fieri dicit *Rot. per* R.P.*D.Iuſtum romana dotis.5. iulij.* 1599. quæ eſt inter *deciſ.* Farinae. 129. nu.8. non admiſſa opinione *Bald.in l.præterea.§.fin.*C.*de iur.dot.* dum tenuit validam eſſe taxationem vſque ad decem; contra quem tenendum eſſe dicit etiam *Gaballin. de uſur.n.527.*

Quod magis erat admittendum in caſu, de quo
agebamus, quia aderat ſtipulatio certæ pecunię
ſingullis annis erogandæ ob retardatā ſolutio-
nem dotis, poteſt enim maritus hoc licitè in pa-
7 ctum deducere† cum eo qui dotem promiſit, &
non ſoluit, itaut pro ſubſidio onerum matrimonij detur tantum, quātum capere poſsit aliquis mediocriter induſtrius ex dote ipſa ſalua; Prout etiam hoc licitè poteſt induci per ſtatutum, ad exemplum pacti nō ſolùm in eo, qui tenetur ad dotem conſtituendam, ſed etiam in illo qui te-
8 netur reſtituere. † Nam ſicut promittens viſus
eſt in dubio obligari ad id, donec ſolueret, ſic etiam tacitè, qui eam recipit, videtur ſe ad idē obligaſſe donec reſtituat, cum correlatiuorum ſit eadem diſciplina; prout omnia in ſpeciē de-

ducit Nauar. dicens eſſe multum notandum *in manual c.17.nu.213. verſ.ſecundum poſſe.& in tract. de vſur.n.67.dixi deciſ.126.n.4.*

Non obſtat quod maritus non poſſit ſtipulari certam pecuniam ſingulis annis pro centum ob re
9 tardatam ſolutionem dotis†ſecundum opinionem Purpur. *in l.rogaſti.§.ſi tibi.col.8.ad med. n.46.verſ & accedat ad præmiſſa. ampliat. 3.ff. ſi certum petat* Cagnol. *in l.curabit.col.3.in fin. n.15. verſ.infertur pariter quidquid dicat.*C. *de action.empt.*Socein.*conſ.88 num.2.lib. 4.* Alex. *conſ.220 ſuper titulo quæſtionis.col.2. poſt med. n.7.verſ nec prædictis habet obſtare. lib.2.*

Quia verior eſt opinio contraria affirmatiua, quã latè defendit Lup.*in c.per veſtras.notab.6. §.8. verſ.octauo infertur.col.1.& 2.n.3. cum ſeq. de donat.inter vir.& vxor.fol.403.*Angel.*in verb. vſura.il c. n.25.* Felician. *ſolis. de cenſib. lib. 2.*
10 *c.1.n.9.*† & ita practicari in iudicando, & cõſulendo teſtatur Ceuall.*q.394.in fin.* vbi etiam quod ab hac opinione non eſt recedendũ *Surd. de alim.tit.1.q.43.n.26.&* 27.vbi quod prædicta procedunt tam quo ad pactum, quàm quo
11 ad ſtatutum,†& conſuetudinem, quidquid alij contrarium ſequantur, cum hæc opinio ſit magis vera, & recepta ſine ſuſpicione vſurarum, Et eſt ratio, quia non ſolùm intereſſe eſt debitum, ſed certum, licèt quantitas ſit ambigua, vnde pactum,quod fit ſuper huiuſmodi intereſſe eſt validum tanquam conforme diſpoſitioni iuris communis *c.cum dilectus. 8.de conſuetud.* Felin.*in c.cauſam quæ. 18.col.14. nu.17. de reſcript.* Rot. *per* R.P.D. *Iuſtum. romana dotis. 5. iulij. 1599.* vbi quod contraria procedunt,
12 quãdo fit taxatio fructuum†pro interuſurio pecuniæ, ſecus ratione onerum, & intereſſe *Corrad.de contract.q.35.verſ ſeptima cõcluſio.* Cæſar de Graſſ.*deciſ.1.n.9.de vſur.*

Itaut prędicta procedant non ſolùm,quãdo eſt
13 cõuentũ ſimpliciter aliquid dare,† donec dos ſoluatur,ſed etiam in caſu,in quo eſt facta dilatio ad ſoluendum dotem, prout veriorem opinionem in vtroq; caſu dicit *Bertazol. conſ.crimin.262.* vbi latiſſimè multis auctoritatibus, & rationibus comprobat *Claud. Bertazol. in*
14 *addit.in verb.vt abſolutam.col.*1.2.*&* 3.†Amplians, vt iſta interuſuria dotalia ſint debita marito in vtroque foro ob retardatam ſolutionem dotis; ita vt conſtituatur debitor dotis in mora re ipſa, ſine interpellatione, ſtatim quod
15 ſuſtinet onera matrimonij.†Quamuis dos fuerit promiſſa ſolui ad omnem petitionem,& voluntatem Generi,quaſi illa verba non ſint poſita,vt faciant conditionem, ideò non debent ſuſpendere R*uin.conſ.132. n.2.lib.1.*Et quamuis dos promiſſa ſit ſolui infra terminum ad arbi-
16 tris declarandum.† *Natt.conſ.495.nu.1. verſ. amplius eſt dicendum.* Vbi etiam ſi labatur decennium antequam maritus petat *Corn. conſ. 145.col.4.in fin.n.16.in 4.dub. verſ. tamen his non obſtantibus. lib.2.Mandoſ.* ad *Roman.conſ. 517. in verb. conſilium. verſ. contrarium tenet.* vbi teſtatur de magis communi *Oſaſ.deciſ.132.*
17 *n. 18. & 19.* † Licèt etiam à genero ſors recipiatur nulla facta reſeruatione de interuſurijs, modo illa perantur vel tanquam conuenta, vel tanquam debita vigore alicuius conſuetudinis, nam tunc etiam ſoluta ſorte remanet ſaluum ius quo ad intereſſe *Soccin.conſ.45.n.12.lib. 4. Iaſ.in l.ſi poſt moram.quæ eſt fin.col.6.in fin.ff. de eo quod cert.loc.* latè *Claud. ad Bertazol. d.*
18 *conſ.262.col.fin.verſ.quarta & vltima.* †Subdens magis procedere ſi in inſtrumẽto promiſſionis dotis adſit iuramentum,quod habet effectum clauſulæ rato manente pacto,cuius vigore quis per receptionem ſortis non videtur renunciaſſe facultati agendi ad intereſſe *Bart. in l.cum proponas.in princ.*C.*de tranſaction.Alex. conſ.206.viſo & examinato puncto. nu.1. lib.7. poſt* Imol.*in l.ſi inſulam.col.penult. uerſ.reſtat. de uerbor.obligat.* Soccin. Iun. *conſ.23. num. 9.*
19 *lib.* 2. † Et multa quando debeantur fructus recepta ſorte *Surd.de alim.tit.*1.*q.43.nu.12. & 22.& tit.6.q.3.n.29.& 38.*cum alijs de quibus ſupra *cap.131.in fin.*

Quæ indiſtinctè procedunt ſiue ſimus in Socero, ſiue extraneo promittente dotem,qui licet non conſtituatur in mora niſi lapſo biennio ad effe-
20 ctum, vt teneatur ad fructus dotis, † tamen quando dos eſt promiſſa ad certam diem per lapſum illius diei inducitur mora irregularis *l.magnam.ff.de contrahend.em pt.* Et quod dicitur requiri petitionem in quolibet actu,procedit vbi non eſt pręfixus terminus rei faciendæ *Felin. in c.ſi autem.9.n.4. col.4.in fin.uerſ.non ſit in actibus extraiudicialibus.de reſcript.*Quoties tamen deberentur fructus iure actionis ex conuentione, non aut ex officio Iudicis *gloſ. in l.ad diem.de uerb.obligat.* Etiam abſq; interpellatione Alex.*conſ.148.n.5. lib.7. per l.traiectitia. de action.et obligat.* latè Rot. *per* R.P.D. *Oranum* qui de veriori opinione teſtatur *romana fructuum dotis de Ceſis.19. octobris. 1594.*
21 vbi etiam,† quod magis procederet ſtante iuramento,per quod remittitur onus interpellandi *c. breui. de iur. iur.* Iaſ. *in l. quod te. col.6. ad med. n.23. uerſ. iuxta prædicta quæro. ff. ſi cert.petat.*

Minus obſtat quod ſimus in ſecundo viro,quo caſu ille non poterit à non ſoluente conſequi alimenta, ſeu interuſurium, cum ei non fuerit fa-
22 cta obligatio † *Alex.*in ſpecie *conſil. 122. viſo proceſſu cauſæ.col.fin.nu.18.lib 7.Socein. et alij de quibus ibi in addit.in uerb.tamen.*

Quia prædicta procedunt,quando ſecundus vir petijſſet intereſſe pro vxore,& tanquam procurator illius, tunc enim illi non deberentur vſu-
23 ræ,† ſecus ſi petijt tanquam principalis, & ſuſtinens onera matrimonij,prout in caſu,de quo agimus;Tunc enim debetur interuſurium dotis ſecundum diſtinctionem, de qua per *Bart.conſ. 128.franciſcus. ad fin. lib. 1.* & illa eſt verior opinio,quod poſſit etiam ſecundus vir pro tempore ſecundi matrimonij cõſequi fructus dotis ab heredibus primi mariti,vel alijs debitoribus in mora conſtitutis per interpellationem *Grat.*

qui

qui de communi conſ.56. viſis. num.3. lib.Plot.
24 de in lit.iur.§.11.nu.26. † vbi etiam,quod po-
terit ſecundus vir ſuper dicto intereſſe cum eius
vxore iurare in litem contra huiuſmodi debito-
res moroſos per tex. in l. ſi filiofamilias. 26. §.
maritum.ſolut.matrimon.l. nummis.3. de in lit.
iur. Tunc enim videtur tale intereſſe damni
emergentis propter onera,quę ſuſtinet ſecundus
maritus , vnde eidem debetur, ſicut primo viro
per rationem c. ſalubriter. de vſur. Et contra
Alex. eſſe veriorem opinionem teſtatur Addit.
ad Eund.d.conſ.122.in verb.tamen.verſ.ſed con-
trarium verum eſt. & conſ. 27. viſo themate. in
verb.concludo.verſ.ſed hac.ſententia. lib.4.
Amplius ſecundus vir lucratur fructus pignoris
dati vxori pro dotis reſtitutione per hęredes
25 primi viri,† quamuis vxor non dediſſet expreſ-
sè in dotem ſecundo viro nomen debitoris,ideſt
dictos hæredes primi viri Ruin. conſ. 53. ad fin.
num.29. verſ.ſi verò non conſtat. lib.2. Surd.de
alim.tit.1.q.45.nu.51. Etenim dos data primo
26 viro cenſetur repetita ſecundo † l. poſt diuor-
tium.65.de iur.dot.Cin.l.quamuis. n.9. C de rei
vxor. act. latè Menoch. conſ. 5. in princ. lib. 1.
Prout etiam augumentum dotis,quod cenſetur
datum ſecundo viro,dummodò non ſimus in eo
27 augmento , quod fit per maritum, † quia illud
eſt donatio propter nuptias,neque venit appel-
latione dotis latè Surd.conſ. 397. Quemadmo-
dum etiam dicimus de muliere nubente ſine do
te ,quæ cenſetur tacitè dare bona ſua in dotem
ſecundum opinionem,de qua per Bart.q.7. mu-
28 lier.habens. † Licèt hoc non ſit tutum,cum cō-
trarium dicat verius eſſe Cur.Iun.in auth. præ-
terea. num.12. C.vnd.uir. & vxor.Alex.conſil.
222.col.2.in fin. n.8. lib.7. & ſequitur Rot.per
Cardin.Lancellot. Roman.ſeu ſabinen. dotis.13.
ianuarij. 1576. Quamuis d. bona non excede-
rent congruam menſuram dotis,& maritus illa
poſſediſſet ex eis fructus accipiendo patiente
& conſentiente vxore,quia neque per huiuſmo-
29 di patientiam eſſet inductus titulus dotis,† dū
modò non probaretur, quod maritus publicè ,
& Palàm dicebat ſe huiuſmodi bona poſſidere
tanquam dotalia ſciente vxore , & non contra-
dicente ; Tunc enim cenſeretur dos conſtituta,
& per mortem vxoris non priuabitur maritus
lucro dotis ; de quo ſtatutum diſponit latè Ro-
land.de lucro dot.q.74. num.8.12. & in fin.poſt
Bald.Nouell.de dot. p.6. prin.ſpecial.14. colum.
final.
Immo quod magis eſt prædicta habent locum ,
etiam quoando ipſum nomen debitoris non in-
telligeretur datum in dotem,ſed ſola quantitas
30 exigenda . † Ratio eſt nam ex quo eandem do-
tem promiſiſſet , vel promiſiſſe intelligitur ,
omnia bona vxoris cenſentur obligata pro
quantitate dotis tacitè promiſſa , vnde venit
quoque nomen debitoris in illa obligatione ,
prout concludit in ſpeciè Ruin. conſ.53. in fin.
n.30.verſ.quinimmo vbi dictum. lib.2. Propter
quam hypothecam poterit maritus creditor
vxoris agere vtili actione perſonali contra eius
debitores,& ſic contra hæredes primi viri l.no-
men.ff.quando res pignor.obligation.poſ.Surd.de
aliment.tit.1.q.45.n.52. vbi quod iſta deciſio
Ruin. eſt multum notanda licet de ea dubitet :
31 † Itaut etiam fructus rei pignoratæ acquirat
maritus quando nedum in fructibus , ſed in
pecunia quoque conſiſterent , cum in dotē hoc
admittatur , licet ſecus ſit in alijs Rub. Alex.
conſ.308.in cauſa & lite.in fin. nu.3. verſ. & ſi
dicatur.poſt Alex. conſ.31. & conſil.200. lib.6.
Fauore enim dotis non imputantur fructus in
ſortem,intelligendo reſpectu mariti,in quo mi-
litat ratio onerum matrimonij , cum in alijs
diuerſum ius ſtatuatur,quaſi in illis ceſſent pri-
32 uilegia matrimonij, † itaut neque etiam tran-
ſeant ad hæredes viri late Surd.conſ.194. n.11.
& 15.lib.2. vbi multa quod fructus pignoris tā
conuentionalis, quàm iudicialis extenuant ſor-
33 tem,tam in penſione domus, quàm ſimilium †
Bald.in l.ſi is qui.§.1. de pignorib. Alex.conſil.
141.viſo themate cum dubijs.n.7.9. & 12. lib.5.
Licet per ſtatutum , aut conſuetudinem poſſet
fieri, vt fructus pignoris non computarentur in
ſortem Menoch. qui de communi de retin. poſ-
34 ſeſſ.remed.3.n.177.vſque ad n.185. † Et de pi-
gnore æquiualente debito,quod creditor faciat
fructus ſuos Doct.in l.1.§.per ſeruum.de acquir.
poſſeſſ.Neguſ.de pignor.m.1.p.3. nu.30. Quam-
uis de hoc nihil Rot.reſoluerit , vt per Cardin.
Blanchet. roman. vineæ de Brunis. 24. ianuarij
1586. per tex. in l.fin.C. de ſur. domin. impetr.
cui inquit nullus doctorem hactenus reſpon-
dit , & latius dicetur infra in capite particu-
lari .
Neq; obſtat quod quemadmodum vxori non de-
bentur fructus dotis , ita neq; dicendum eſt eſſe
debitos ſecundo viro,cum mutatione perſonæ
35 non varietur conditio obligationis † Bart. in
l. 2.§. ex his igitur. de verb. obligation. Gabr.
conſ.106.n.3.lib.1. Nam ex quo dos fuit ceſſa
viro per vxorem creditricem dotis,non fit præ
iudicium debitori , vt in plus teneatur ſecundo
creditori,quàm primo , cui ſi non tenebatur ,
neque æquum eſt teneri habenti cauſam ab eo
l.debitorum.25.C.de pact.
Quia verius eſt quemcunq; dotis debitorem tene-
ri marito ceſſionario ad intereſſe , ac ſi dos
fuiſſet illi promiſſa ; Quia tunc incipit deberi
36 ex perſona propria,† quæ debet attendi,quam
uis reſpectu cedentis non deberetur , cum enim
ſit mutata actio,dicitur creditum mariti , ita
vt non ſit amplius eadem conditio obligatio-
nis,quaſi adſit in marito diuerſa ratio propter
onera matrimonij , quæ ſuſtinet , vnde militat
diſpoſitio c. ſalubriter. de vſur. prout conclu-
37 dit in terminis Ruin. conſil. 221. lib.1. † vbi
quando dos eſſet promiſſa vxori , non marito ,
nō datur petitio intereſſe reſpectu mariti, quia
illi non fit mora in ſoluendo.cum ei non ſit ob-
ligatus,ſecus autem,ſi per vxorem datum fuiſ-
ſet illud nomen debitoris marito , quo caſu in-
cipit intereſſe ex perſona ipſius , cui non debet
afferre onus mora debitoris non ſoluentis,pro-

ut hanc opinionem veriorẽ eſſe teſtatur *Surd.*
38 *de alim. tit.* 1. *q.* 42. *nu.* 70. † Exemplo hæredis
fideiuſſoris, qui admittitur ad vendicandum
fundum, quem fideiuſſor non poterat vendicare,
quaſi tunc veniat ex perſona propria *l. fin.* vbi
Bart. & Bald. dicunt notandum C. *de euiction.*
Iaſ. in l. 2. *§. ex his igitur. num.* 2. *ff. de verbor.*
obligat.

Aliàs autem iſti fructus non deberentur mutata
perſona, cum enim ſint præſtandi ratione one-
rum matrimonij, hoc priuilegium eſt perſona-
39 le, † & mutata perſona tollitur. Ideo illud non
competit hæredi, neq; ceſſionario mariti *Abb.*
in c. ſalubriter. num. 4. C. *de vſur. Neguſ. de pig.*
5. *p. m.* 5. *num.* 16. *verſ. iſta tamen. limitatio. &*
uerſ. ſecundo reſtringitur. Rot. per Cardinal. Se-
40 *raph. romana fructuum.* 10. *maij.* 1581. † Vbi
etiam quod neq; debentur Monialibus, quid-
quid aliàs matrimoniũ ſpirituale gaudeat pri-
uilegio competenti coniugio carnali, cum illis
non fuerit facta promiſſio, & quia per muta-
tionem perſonæ tollitur d. priuilegium quoties
perſona eſt immediata cauſa priuilegij *l.* 1. C.
de imponend. lucrat. deſcript. lib. 10. *l. licitatio.*
§. fin. de publican. l. paulus. de acquir. hæredit.
Bald. in rubric. C. *de vſur. in fin. num.* 5. *quæſt.*
41 4. *verſic. dic contrarium.* † vbi ex hoc conclu-
dit, quod ſi vir mutuo accepit ab aliquo pecu-
niam, & ponit illum in locum ſuum in dote, ta-
lis ceſſionarius non poteſt vſuras dotis exige-
re, Licèt enim beneficio auctoris ſui videretur
quod poſſet hoc facere *l. emptor nominis. ff. de*
hered. uel act. uend. Tamen iſta exactio vſura-
rum permittitur marito propter onera matri-
monij, vnde ceſſat illarum petitio, cum ha-
buerit pecuniam pro ferendis dictis oneribus
vndequaq; pecuniæ prouenerint, & quia id con-
ceditur marito in priuilegium, quod mutatio-
ne perſonæ extinguitur, & multis comprobat
42 *Surd. conſil.* 269. *num.* 9. 10. & 11. † Intelligen-
do in vſuris futuris, cum ſecus ſit in præteritis,
quæ poterunt cedi, & percipi per ceſſionarium
Dec. conſ. 561. *ſocer promiſit. poſt med. n.* 5. *uerſ.*
primo ergo non obſtat. Et faciunt ſimilia de pri-
uilegio hypothecæ, & cæteris beneficijs perſo-
43 nalibus, † quæ non tranſeunt ad ſucceſſores, &
ceſſionarios, prout *dixi ſupra cap.* 117. cum alijs
de quibus infra *cap.* 143. *Surd. conſ.* 205. *n.* 22. &
conſ. 103. *n.* 12. *poſt Felin. in c. uerum. in princ.*
de for. compet.

Magis negarentur huiuſmodi priuilegia dotis,
quãdo eſſemus in hæredibus extraneis, ad quos
illa non tranſeunt, quidquid ſecus ſit in ſuis hæ-
redibus, qui gaudẽt priuilegijs dotalibus; Quã-
44 uis enim mulier nõ habeat ſuos hæredes; † Ta-
men fit trãſmiſſio iure ſanguinis, ex potẽtia ſui-
tatis ad notata per *Doct. in l. infanti.* C. *de iur.*
delib. Et ita inter hæredes ſuos, & extraneos di-
ſtinguit *gloſ. in fin. in auth. ſiue à me.* C. *ad uel-*
leian. & in l. unic. in uerb. ad hæredem. C. *de*
priuileg. dot. vbi quod tranſit ad filios non
iure hæreditario, ſed filiationis *Iaſ. in l.* 1. *n.* 16.
ff. ſolut. matrim. poſt Bart. in d. l. unic. numero 1.

Et ob iſtam rationem, vt non concedatur priui-
legium dotis extraneo Dixi aliàs verius eſſe,
quod nõ competat ſaluianum interdictum fra-
tri danti dotem pro ſorore eius viro, ſi non ſe-
45 quatur matrimonium, † quamuis idem vir pro-
miſerit illam reſtituere in omnẽ caſum, & euen-
tum dotis reſtituendę non expectato anno, &
die ſoluti matrimonij, Etenim priuilegium hy-
pothecæ conceſſum tam ſoluto, quàm non ſe-
quuto matrimonio non datur ſponſæ, quæ ſo-
lum habet perſonalem actionem; Et quatenus
etiam ſponſa illud priuilegium haberet, non ta-
men extenderetur ad extraneũ dotantem, quia
conceditur ſponſæ, vt poſſit alij nubere; quæ
ratio ceſſat in extraneo, cui non debet concedi
priuilegium tacitæ hypothecæ non ſolum non
ſequuto matrimonio, ſed neq; diſſoluto ſecun-
dum veriorem opinionem, de qua late teſtatur
46 *Surd. conſ.* 131. *nu.* 27. *lib.* 1. † Præſertim quia
obligatio ſupradicta ad fauorem fratris porri-
gitur ſolum ad caſum ſoluti matrimonij; vnde
non debet extendi ad matrimonium nõ ſequu-
tum *l. ſi extraneus.* 6. *ff. de condict. cauſ. dat. non*
ſecut. ubi gloſ. in uerb. in hunc. in fin. quod non
agitur ex ſtipulatione, ſed condictione ob cau-
ſam, ac ſi nulla ſtipulatio eſſet facta, cum enim
pactus ſit de his; quæ poſſent contingere ſoluto
matrimonio non poteſt dici pepigiſſe de caſu,
qui poſſet occurrere nuptijs non ſequutis *l. ſi*
47 *cum dotem. in* 1. *reſp. ff. ſolution. matrimon.* †
Ideo eſſet vtile paciſci in omnem caſum contin-
gentem poſt ſequutas nuptias *arg. l. contra ma-*
iores. 16. C. *de inoffic. teſtamen. l. ultim. in fin. &*
ibi gloſ. in uerb. præſcriptio. poſt med. C. *de his*
qui à non domin. manumitt. gloſ. in l. ſi extra-
neus. in uerb. in hunc. in fin. ff. de condict. cauſ.
dat.

Adde quod neq; etiam deberentur interuſuria do-
tis, ſi non fuit adimpletum ex parte eius, qui il-
48 la petit † puta ſi debebat renunciare alijs bo-
nis propter dotem habitam, quæ exceptio non
adimplementi etiam habet locum, quamuis nõ
interſit eorum, quibus verſa vice aliquid fuit
promiſſum *Rot. per* R. P. D. *Oranum. Vrbeue-*
tana caſtrorum. 22. *iunij.* 1571. & *coram* R. P. D.
Penia Peruſina executionis. 3. *decembris.* 1599.
Quia exceptio non adimplementi eſt fundata
non tantum in intereſſe, quantum in violatione
fidei *Bart. in l. cum proponas.* C. *de pact.* quamuis
in minimo non fuerit adimpletum *Put. deciſ.* 140
lib. 1.

Ideo etiam dicimus quod non præſtans fideiuſſo-
res promiſſos non poteſt lucrari pecunias per
obitum illius ſuper cuius vita fuit facta ſocie-
49 tas. † Neq; enim debet iuuari ex inſtrumento
qui pro parte ſua non obſeruauit, prout con-
cludit in ſpecie *Rot. per Cardin. Seraphin. Ro-*
mana ſocietatis duorũ millium. 19. *Martij.* 1574.
vbi etiam quod non requiritur, vt probetur
quem eſſe in mora præſtandi fideiuſſorem; quia
quantum ad lucrum captandum non eſt neceſ-
50 ſaria mora, † quæ ſolum procedit ad euitandã
pœnam *Dec. in l. cum. proponas.* C. *de pact.* Et

in

in acquirendis in fauorem actoris mora non purgatur Bart. *in l. ſi inſulam. col. penul. & ibi Iaſ. nu. 39. q. 9. col. fin. de verb. obligat. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 42. Surd. conſil. 157. nu. 19. lib. 2. cum alijs de quibus infra cap. 151.*

E P I T O M E.

De vxore, famulo, & alijs deponentibus in cauſa in qua habent intereſſe, & pro marito, & domino. De teſtibus nõ Confeſsis, vel non Communicatis, Singularibus, Domeſticis, Inhabilibus, & examinatis in cauſa criminali quando probent in ciuili. Iuramento ſuppletorio vt ſit locus quæ requirantur; & an ſufficiat confeſsio probata per teſtes ſingulares, vt illud poſſit deferri. Abſolutus in cauſa criminali an poſſit ciuiliter condemnari, & de cautela reſeruante ius ciuiliter agendi. Condemnatio ad reſtitutionem rerum, quę veniunt acceſſoriè in querela an ſubſiſtat ex ſola contumacia. Iudex criminalis an poſſit omittere condemnationem criminalem, & reum ciuiliter condemnare.

S V M M A R I V M.

1 *Actore non probante reus abſoluitur. n. 2. & 3.*
4 *Teſtis in cauſa propria, & in qua habet intereſſe quando probet. n. 5. & 6.*
7 *Vxor non poteſt eſſe teſtis pro marito. n. 8. & 9*
10 *Teſtis vnicus non probat confeſsionem extraiudicialem.*
11 *Famulus an admittatur in teſtem pro domino & n. 12.*
13 *Teſtis examinatus in cauſa criminali quando repellatur in ciuili. n. 38. & 39.*
14 *Iuramentum non defertur non probata plenè ſubſtantia debiti. n. 45.*
15 *Paupertas facit diminuere fidem teſtis.*
16 *Teſtis non confeſſus non probat. n. 17. 18. & 19 & quid in confeſſo non communicato. n. 20.*
21 *Probatio non concludens non releuat. & n. 23.*
22 *Interpretatio debet fieri contra probantem.*
24 *Teſtis ſingularis quando probet.*
25 *Teſtis deponens eorum percuſſum in auricula an poſſit reduci ad concordiam cum eo, qui depoſuit de percuſſione in pede, & quid in illo qui dixit de vulnere in fronte, cum alter in manu depoſuerit. n. 26. & 27.*
28 *Teſtes domeſtici et aliàs inhabiles quando probent geſta in domo. n. 29. 30. 31. & 32.*
33 *Probatio an requiratur, quod alij teſtes non potuerint interuenire. n. 34. & 37.*
35 *Iuramentum quando defertur an ſit probandum cauſam eſſe magnam, vel paruam. n. 43. & 44.*
36 *Iudex ex officio ſe informat an teſtis ſit idoneus*
40 *Teſtis qualis debeat eſſe, vt probet in caſibus priuilegiatis.*
41 *Iuramentum ſuppletorium quando deferatur. nu. 42.*
46 *Iuſiurandum in ſupplementum non defertur non informato. n. 47. et 48. & quid in conuncta perſona. n. 49.*
50 *Adſtringens ſe ad probandum per multos teſtes quando poſſit petere iuramentum ſuppletorium.*
51 *Confeſſio an poſſit probari per teſtes ſingulares. nu. 52. 63. 54. & 55. Et quid in debito reſultantes ex confeſſione. nu. 58. & de iure canonico. n. 59.*
56 *Teſtes ſingulares tendentes ad eundem finem, quando coniungantur. & n. 57.*
60 *Confeſſio abſente parte quando probet.*
61 *Iuramentum ſuppletoriũ an poſſit deferri probata confeſſione per teſtes ſingulares tã præſente, quàm abſente parte. n. 62.*
63 *Abſolutus in cauſa criminali quando poſſit ciuiliter condemnari.*
64 *Intereſſe, damna, & expenſa veniunt acceſſorie ad cauſam principalem.*
65 *Iudex criminalis iudicans eodem die in cauſa criminali, & reſeruans ius agendi quo ad intereſſe ciuile nulliter procedit.*
66 *Reus an poſſit condemnari ad reſtitutionem rerum, quæ veniunt acceſſoriè in querela ex contumacia, vel requiratur, ut conſtet de delicto per confeſſionem. 67. 68. & 69.*
70 *Iudex criminalis poteſt reum ciuiliter condemnare omiſſa condemnatione criminali. Declara vt n. 71. & 72.*

CAPVT CXLIV.

ABſoluendum Dixi Ropulphum Corbum
à petitis per D. Baptiſtam Seuerum reuo-
cando ſententiam D. Iudicis à quo, cum idem
Seuerus nõ probauerit conſignaſſe Corbo præ-
tenſos florenos quingentos, vt vulgò dicitur in
cartocci, & diuerſis alijs monetis ad effectum
1 tranſportandi ad D. Franciſcum Nerum, † vn-
de deficiẽte probatione actoris reus eſt abſol-
uendus *l. qui accuſare. 4. C. de edend.* quamuis
nihil præſtiterit, cum non curemus de iure poſ-
2 ſeſſoris, ſed petitoris, † & ius metiamur ex per-
ſona actoris, cuius intentio fundari debet in
iure reſidente in eo, non in excluſione Rei, cui
ſat eſt ſi dubiam reddat intentionem actoris
Bal. conſ. 79. n. 7 lib. 2. Aim. conſ. 6. in fin. nu. 127
3 latè *Surd. conſ. 1. n. 71.* † Quamuis etiam pro-
bationes actoris aliqua ratione excederẽt pro-
bationes Rei *Dec. in c. ex literis. n. 7. de probat.
& conſ. 564. in cauſa magnificorum. nu. 2. verſ.
& iſta concluſio ampliatur.* Menoch. *de arbitr.
caſ. 98 n. 4.* latè Maſq. *concluſ. 36. n. 29.*
Non obſtat depoſitio Alexandræ, quæ licet pro-
bet conſignationem huiuſmodi pecuniarum;
Tamen eſt principalis, cum ipſamet agat, tan-
quam conſignauerit prætenſas pecunias, petẽ-
do Corbum condemnari, prout in petitione, de
qua in proceſſu: Quod etiam idemmet Seuerus
fatetur, dicens illas non fuiſſe per eum traditas
4 Corbo, ſed per præfatam Alexandram, † vnde
nullam fidem facit tanquam in cauſa propria

l.omnibus. C. de teſtib. c.inſuper.6.in fi. eod.tit.
Aim.conſ.99.n.2.Et tanquam habens intereſſe,
& tractans de ſe exonerando nō probat Caſtr.
conſ. 301. ad bene examinandum.in fin.dub.8.
lib.1.vbi in ſpecie loquitur de his qui deponūt
cōſignaſſe pecunias ſibi datas, ſequitur Rimin.
Iun.conſ.315.n.6.lib.3.Caſ. de Graſſ. deciſ. 72.
3 aliàs.3.de teſtib.† Itaut ratione d. intereſſe di-
catur teſtificari in cauſa propria Bald. in l. di-
ctantibus.22.ad fin.n.4.verſ. quatuor enim mo
dis.C.de teſtam.Bertazol. conſ.crimin.124. n.3.
lib.1.Maximè quià commodum, ſeu intereſſe
eiuſdem teſtis eſt certum,ſeu neceſſarium, quo
6 caſu † quamuis in conſequentiam illum repel-
leret à teſtificādo, licet quando eſſet mediator
ſolū diminueretur de fide Felin.in c.inſuper.6.
in fin. nu.17. verſ. ulterius vide.de teſtib. cum
alijs per Farinac.de oppoſit.contra perſonas test.
q.60.n.9.vſque ad n.12.

Secundo quia eſt vxor Seueri, quæ nō probat pro
marito, quamuis ſit nobilis, & optimæ vitæ, &
7 famæ, tanquam ſubdita viro, † & eadem caro
cum ipſo, & eiuſdem voluntatis, & deponens
etiam de ſuo,& filiorum ſuorum intereſſe gloſ.
in l.2. in verb.etiam iure ciuili. & ibi Bart. in
addit.n.3 verſ.quid in viro.& Bald. in fin.n.4.
verſ.& adde. C.de testib. Felin. in c. in literis.
col.3.in princ.uerſ.fallit quarto n.7. eod.tit.So-
8 cin.conſ.17.ſupradicta cauſa.n.11.lib.1.† Et in
ſpecie de nobili & optimæ vitæ Gabr. conſ. 40.
nu.1. & 4. lib.2. post Gram.deciſ.34. nu.17.&
9 deciſ.73. n.19. † Quamuis ſit virago,itaut non
timeat virum,quia indiſtinctè repellitur,quid-
quid alij dicant,vt de verioti opinione teſtatur
Farinac. q. 54. de oppoſit. contr. perſon. test.
n. 224.

Minus obſtat teſtis deponēs vidiſſe Corbum trā-
ſeūtem cum quodam caniſtro,vt vulgò dicitur
de cartocci, & ab eo audiuiſſe illos portare
10 D.Franciſco Nerio.† Quia cum ſit vnicus non
probat confeſsionem extraiudicialem,quæ de-
bet probari per duos teſtes concordes in loco,
& tempore Alex.conſ.39. uertitur lis.col.ult.in
princ.nu.8.uerſ.præterea iste teſtis. lib. 5. Ma-
rant.in prax.p.6.act.5.in uerb.& producuntur
11 confeſsiones. n.14. limit.2. † Vltrà quod eſt fa-
mulus Seueri,qui non probat pro domino,quā-
do teſtificatur tempore,quo erat famulus,pro-
ut in caſu de quo agimus Alex. conſ.5.in cauſa
inquiſitionis.col.pen.ante mea.num.9. lib.1. &
conſ.100.uiſa inquiſitione.in 2.dub.nu.6.lib.6.
Roland. conſil.41. nu.25. lib.1.Pariſ.conſil.67.
12 n.85.lib.3.† Cū præſertim ſit ſalariatus,quaſi
ceſſante ſalario nō prohibeatur Rom. conſ.420.
in propoſita quæſtione.nu.4. uerſ.ſed familiaris.
Put. deciſ.4. nu.6. lib.1.Masquard.concluſ.758.
nu.7.

Item talis teſtis depoſuit contra Corbum in ea-
dem cauſa criminali, vnde in ciuili repellitur;
Itaut in omnem caſum non poſsit dici omni ex-
13 ceptione maior, † quamuis coactè depoſuerit
Clar. in §. fin.q.24. n.7. uers.ſed nunquid ille.
Farinac. de oppoſit. contra person. test. q. 53.
nu. 48. & 49. Vltra quod non probat certam
quantitatem pecuniarum, itaut non ſit locus
14 delationi iuramenti † non probata ſubſtantia
debiti legitimè,& ſufficienter Plot. de in lit. iu-
rand. §.36. n.9. præter alias exceptiones pau-
pertatis,& ſimiles in facto deductas,quę dimi-
15 nuunt eius fidem l. 3.in princ. de testib. Bald.
in c.ſi quis testium.n.5. eod.tit. Aim.cons.249.
n.11.Masquard.conclus.1155.n.2.

Adde quod neq; erat confeſſus in illo anno, quod
facit vt tanquam exiſtens in peccato mortali
16 repellatur † c. testimonium. de testib. Paris.
cons.58.in fin.n.83.lib.4.Roland.cons.24.n.73.
lib.1.Bursat.conſil.20.n.49. & 50.lib.1.

Nec mouet, quod in ciuilibus cauſis huiuſmodi
17 exceptio non repellat teſtem.† Ruin.cons.106.
nu.15.lib.5.Roland.conſil.24.n.76. lib.1.Socin.
Iun.conſil.32.col.penul.n.28.uſq; ad n.31.lib.2
Præſertim ſi ob talem cauſam non fuerit decla-
ratus excōmunicatus tanquam ſit ſolùm infa-
18 mis infamia facti, † non iuris, cum ſecus eſſet
poſt declarationem excommunicationis,prout
diſtinguit Masquard. conclus. 1356. n.27. post
Socin.& alios de quibus per Farinac.de oppoſit.
contra perſonas testium.q.56 n.263.& 264.

Quia de Iure Canonico ſufficit conſtare teſtem eſ
ſe in peccato mortali,quod eſt ſeruādum,quid-
19 quid cōtrarium ſit de Iure Ciuili,† cum ſimus
in Statu Eccleſiaſtico.Ideo teſtis non faciet ali-
quam fidem, niſi poſtea confeſſus,& communi-
catus repetatur, prout tam in Rota, quàm in
alijs Vrbis tribunalibus ita ſeruari teſtatur
Gab.conſil.40.n.8.lib.2.Cæsar.de Graſſ. decis.
20 78.n.3. † vbi quod etiam confeſſus non com-
municatus repellitur à teſtimonio; Intelligēdo
Socin. Iun. cons.32.n.28.lib.2.procedere oſten-
ſa tolerantia Parochi, ad hoc vt excuſetur,qui
ob aliquam cauſam non ſumpſit Euchariſtiam,
prout etiam debet intelligi Cephal. cons. 271.
n. 105.uſq; ad n.109.lib.2. Licèt in hoc non ſit
facienda vis cum fuerit poſtea producta fides
confeſsionis,& Sanctiſsimæ Euchariſtiæ.

Similiter depoſitio eiuſdem teſtis non concludit,
quia conſtat in actis,quod aliàs Corbus aſpor-
tauit de domo Seueri quaſdā pecunias in ca-
niſtro,& in cartocci,vt vulgò dicitur, habitis à
Bācherio,quas de commiſsione Domini Seueri
in eius domum latas poſteà attulit à D.Franci-
ſco Nerio,cui verè fuerunt traditæ; Vnde dum
teſtis deponit vidiſſe Corbum cum dicto cani-
ſtro pecuniarum non diſtinguens tempus, &
21 quando hoc factum fuerit,† probatio non eſt
clara,& concludens,quæ nō releuat l.neque na
tales. C.de probat. l.non hoc. C.und.legitim.Ita
vt nō dicatur probatio,nec faciat rem dubiam
de iure;vel de facto Bald. in l. matrem.17. in
princ.C.de probat. & in l.2. col.ult.nu.5.uers.
22 modo aduerte. C.de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul.†
Etiam ſumendo interpretationem contra prō-
bantem Alex. cons. 54.uiso proceſſu.nu.8.lib.5.
Et probatio debet cōcludere p neceſſe,non per
23 poſsibile † Dec.in c. in præſētia. col.8. ad med.
n.16.uers. decimotertio nota.uſque ad nu.25. de
probat.

Digitized by Google

probat Iaſ. in l.non hoc. n.7. C. *vnde legitim.*
Masquar.concluſ.670. n.11.

Nec repugnat depoſitio alterius teſtis, quia pati-
tur umnes ſupradictas exceptiones examinis
in cauſa criminali,ad quod ſe refert , eſt famu-
lus Sceueri,ſingularis in eo,quod depoſuit,adeo
vt nullam fidem faciat *c.licet cauſam.de probat.*
24 *l.vt iusiurandi.*C.*de teſtib.Aneh.conſ.246.n.2.*†
Itaut etiam ſufficiat , quod teſtes poſsint eſſe
ſingulares ad excludendũ probationẽ , quando
videlicet eorum depoſitio poſſet intelligi de
actibns diuerſis,prout in caſu noſtro,cum ſimus
in actu reiterabili,qui fieri potuit diuerſo tem-
pore,& loco, quaſi probans debeat concluden-
ter,non dubiè probare *Bald.in l.fin.*C.*de edict.*
diu.adrian.tollend.& in l.teſtium. n.13.col.pe-
25 *nult.verſ.& adde quod locus.*C.*de teſtib.*† vbi
de eo qui dixit ceruum percuſſum à ſagitta in
auricula;ſi alter dicat in pede poſteriori, teſtes
erunt ſingulares,quãuis poſsibile ſit, quod vni-
co ictu perforauerit pedem,& auriculam, puta
dum ceruus eodem pede perfricaret auricu-
6 lam . † Prout in duobus teſtibus,quorum vnus
deponit de vulnere in fronte, alter in manu, nã
ſunt ſingulares,quãuis vnico ictu potuerit fieri
vtrunque vulnus , dum manum poſuit ad fron-
tem;Ideò eorũ probatio nihil concludit,quam-
uis quo ad falſitatẽ excuſentur *Corn.conſ.130.*
col.2.in princ.verſ. & propterea videtur. lib. 1.
7 Licèt de huiuſmodi opinione dubitet † *Aim.*
conſ.151.n.14. cum in dubio debeant præſumi
conteſtes,quamuis poſſint eſſe ſingulares ; Dũ-
modò tamen non ſint in aliquo diſcordes, quia
tunc procedet opinio illa , quod non probent
quãdo poſſunt eſſe ſingulares;& ſequitur *Surd.*
conſ.16.n.42.in fin. lib. 2.

ec aduerſatur,quod ſumus in geſtis in domo,in
quibus ob difficultatem probationis admittun
tur domeſtici,& familiares, & qui aliàs nõ ad-
mitterentur † *Alex.conſ.64.viſo themate & du*
*bys. col.2.in princ.n.5.lib.*1.& in ſpecie in vxo-
re *Bald.in l.parentes.ad med.verſ. idem in vxo-*
*re.*C.*de teſtib.Gabriel.eod.tit. concluſ.16. nu.7.*
*Masquar. concluſ.1420. n.13.*Quia in caſu no-
ſtro vxor prætendit conſignaſſe pecunias agẽ-
lo tanquam principalis ad condemnationem ,
:ui non licet teſtificari in cauſa propria *l. om-*
ibus. C. *de teſtib.* Et quamuis etiam non eſſet
alis deberet excludi ob intereſſe *Felin.in c.in-*
ſuper.6.in fin.n.17.de teſtib. † Cum etiam nõ
imus in negotio tali,in quo de eius natura alij
on poterant interuenire, niſi domeſtici , Tunc
nim inhabiles admittuntur,quando aliter ve-
itas haberi non poteſt , ſi ſumus in actu meræ
eceſsitatis, ex cuius natura alij non poterant
itereſſe,nec potentia, nec habitu, prout dici-
ius in geſtis in Capitulo, ad quorũ probatio-
em admittuntur illi de capitulo,quãuis inha-
les,& licèt alij potuiſſent interuenire, cũ nõ
: attendendũ, quod accidit , ſed ſolùm quod
ſueuit eſſe *gloſ.in c.tertio loco.in verb.iurati.*
pbat.per tex.in c.veniens.il 2.in fi. de teſtib.
multis ſimilibus comprobat *Boſſ.de indic.&*
conſideration.ante tortur. n.261. Felin.in c.ve-
niens.il ſecondo 38.col.penul.in fin.verſ.nec ob-
stant iura præallegata.n.21.in fin.de testib.Rol.
conſ.27.n.8.lib.3.

Et quatenus eſſemus in caſu, in quo aliter veritas
haberi non poſſet;Non tamen huiuſmodi teſtes
inducerent plenam probationem, cum non ſint
30 omni exceptione maiores,prout debent eſſe,†
vt domeſtici admittãtur *Marſ.conſ.109. nu.15.*
lib.2.cum alijs per Farinac. de oppoſit.cotra per-
ſonas teſt.q.55.n.44.53. & 62. Itaut etiam de-
beant eſſe probatæ vitæ, & opinionis , ſecus ſi
ſint aliter non idonei,& habeãt alias exceptio-
31 nes,prout in caſu noſtro , † quia tunc non ad-
mittũtur *Ruin.conſ.158.col.vlt.n.26.in fi.verſ.*
nec eo prætextu quod agatur. lib.5. & facit *tex.*
in c.in litteris.24.in fin.vbi Felin.nu.6.ad med.
fallent.3.uerſ.& ideo dico primo.col.3. de teſtib.
Gabr.eod.tit. concluſ.10. num.43. uerſ. ſecundo
32 *ſublimita.* † Quicquid contrarium ſequantur
Bald.& aly; Quia contra eos eſt verior opinio
vt teſtatur *Farinacc.q.55.n.69.* Itaut etiam de-
beat conſtare; quod alij teſtes nõ potuerint in-
teruenire,cum huiuſmodi probatio requiratur
per eum, qui ſe fundat in teſtibus non idoneis,
cum aliàs ſemper quis produceret teſtes non
habiles ſub prætextu , quod alij non interfue-
33 rint † *Butr.conſ.24. quæſtio hæc dubia. in fin.*
uerſ.non obstant iura quæ dicunt Alex.conſ.64.
uiſo themate & dubijs.in fin.nu.6.uerſ. ſecundò
reſpondeo.lib.1.Rol.conſ.7.nu. 16.lib.1.Rimin.
Iun.conſil.120.nu.24.lib.2.Menoch.de arbitrar.
caſ.106.nu.2. in fin.verſ. qua quidem in re ob-
34 *ſeruandum .* † Licèt ſine alia probatione hoc
remittendum potius eſſet arbitrio Iudicis , qui
vel ex officio , vel ad partis inſtantiam poterit
ſe informare , an veritas aliter haberi potuerit
inſpecta qualitate perſonarum , loci,& tempo-
35 ris. † Prout dicimus de iuramento,quod defe-
rendum eſt in cauſa,in qua licèt non ſit proba-
tum,an ſit cauſa magna,vel parua,tamen non
requiritur iſta probatio , cum hoc poſsit Iudex
arbitrari *c.fin.de iur. iur.* *Socin.* qui multis ſi-
milibus comprobat *conſil. 136. præstantisſimè*
doctor & iuſtisſimè.col.1.ad med.verſ. ſed tamẽ
36 *prædictis non obstantibus.nu.3.& 4.lib.1.*† vbi
etiam de conditione teſtis, de qua ex officio ſe
Iudex informat,an ſit idoneus,nec ne,ad finem
inualidandi illius depoſitionem, & fidẽ,quam-
uis nihil pars probet , aut deducat *Innoc. in c.*
inquiſitionis.21. in verb. ſe aſſerunt. nu.2.uerſ.
ſed etiam ſi nihil obijciatur.de accuſation.Bald.
in l. quos probibet . in princ. uerſ.item uide . de
postuland. Alex. conſil.152. uiſo proceſſu cauſæ.
col. pen.ad med. n. 15. uerſ. ſecundo reſpondeo.
lib.5.et conſil.122.uiſo proceſſu vtriuſque col.2.
37 *in fin.n.8.vbi Add.in verb.approbari. lib. 2.* †
Et in ſpecie de veritate an aliter haberi poſsit,
quod ſine alia probatione iudex arbitretur cõ-
cludit *Maſquar.concluſ.1403. in fin.verſ. alle-*
gans autem probabit.n.2.

Nec dicatur , quod teſtes debent reijci, quamuis
fuerint examinati in cauſa criminali, cum non
depo-

depoſuerint ſpontè, ſed citati per Iudicem,
38 quo caſu admittuntur,† quaſi propter bonum
obedientiæ omnem ſuſpitionem, & calumniam
euitent c. ad aures. 5. de tempor. ordinat. c. quid
culpatur. 23. q. 1. & in ſpecie ita diſtinguit Butr.
in c. meminimus. 13. in fin. verſ. quaro an eo
quod quis ſit teſtis. de accuſat. Alber. de Malet.
de teſtib. c. 2. p. 1. n. 16. tom. 4. fol. 163. Decian.
in prax. criminal. lib. 3. c. 25. n 66.

Quia omiſſo, quod ſecundũ alios tales teſtes non
39 ſunt omni exceptione maiores † Clar. in §. fin.
q. 24. n. 7. verſ. ſed nunquid ille qui ſemel. in fi.
Farinac. q. 53. de oppoſi. contra perſon. teſt. verſ.
vbi tamen. nu. 50. Reſpondetur quod teſtes, de
quibus agimus excluduntur ob alias exceptiones,
quæ cum ſint plures, faciunt, vt in totum
reijciantur etiam in caſibus priuilegiatis, & in
40 quibus aliter veritas haberi non poſſet † Dec.
conſ. 133. uiſo proceſſu & ſententia. col. penult.
in fin. n. 6. uerſ. ultimo non obſtat ſi dicatur.
Grammat. conſil. 35. n. 34. verſ. nec ſuffragaretur
dicere. Roland. conſ. 3. n. 48. lib. 3. Cephal.
conſil. 65. n. 28. lib. 1. cum alijs quos adduxi deciſ.
240. n. 13.

Vltimò dicebatur pro Seuero eſſe locum iuramẽto
ſuppletorio, quaſi fuerit, ſi non plenè probatum,
vt ſupra dictum eſt, ſaltẽ plus quàm ſemi-
41 plenè, † quo caſu iuſiurandum defertur, quã-
uis eſſemus in cauſa magna Aim. cõſ. 198. n. 10.
Cephal. cons. 227. n. 27. lib. 2. latè Maſquard.
42 concluſ. 654. n. 13. † Dummodo is, cui defertur
ſit vitæ honeſtæ, prout in caſu noſtro Alex. cõſ.
122. uiſo proceſſu vtriuſq; cauſæ. col. 2. ad med.
n. 7. uerſ. et licet dictum iuramentum. lib. 2. Rot.
per Card. Mant. Roman. prætenſæ penſionis do-
43 mus. 22. iunij. 1597. † Quæ magnitudo cauſæ
erit probanda deducendo paupertatem, & qualitatem
perſonę, cum alias iſta exceptio non ob
ſtaret Alex. conſ. 66. viſo proceſſu cauſa vertentis
col. 2. in princ. verſ. ſi ergo accuſator. lib. 1.
44 Maſquard. concluſ. 954. nu. 36. † Quamuis
etiam ſine probatione poſſet id Iudex ex offi-
cio arbitrari, vt in ſpecie concludit Socin.
conſ. 136. n. 3. & n. 5. col. 2. in fin. verſ. ſed potius
credo. lib. 1. cũ eius arbitrio remittatur quan-
do cauſa ſit magna, vel parua Iaſ. in repetit.
l. admonendi. nu. 272. col. 74. in princ. verſ. qua
autem dicatur. ff. de iur. iur.

Contrarium tamen Dixi, quia non fuit probata
cauſa debiti, neque quantitas, vnde eſſent duo
ſpecialia, quod daretur iuramentũ ad vtrumq;
45 probandum, † ſolum enim datur iuſiurandum
in ſupplementum circa probationem quanti-
tatis, quando prius conſtaret de ſubſtantia de-
biti Aim. conſ. 198. n. 6. in fin. poſt Purpur. in
l. admonendi. 44. quæ eſt antepen. n. 265. de iur.
iur. Dec. conſ. 146. pro tenui facultate mea. col.
7. in fin. nu. 14. verſ. & hoc in propoſito omnino
verũ. & ibi Add. in verb. iuramentum. Maſquar.
concluſ. 954. n. 12. & 13. Marſil. ſing. 322. iuramentum.
n. 1. uerſ. ſcias tamen.

Præterea in actis prætenditur conſignationẽ fuiſſe
factam ab vxore, non à Seuero eius viro, vnde
46 illi non eſt dandum huiuſmodi iuramentum †
tanquam non informato, & non habenti noti-
tiam negotij, de quo agitur, cum anceps non
debeat ſe cõmittere periculo periurij propter
detrimentum animæ gloſ. in c. fin. in uerb. iu-
ramento. C. de iur. domin. impetr. Rom. conſ. 291.
nu. 5. in fin. Afflict. deciſ. 169. nu. 8. & deciſ. 36.
in 6. requiſito. Abb. in c. fin. §. ſanè. col. 4. de iur.
iur. Gabr. conſil. 146. num. 1. lib. 2. Rota coram
Sanctiſſimo Romana adminiſtrationis tutelæ. 2.
decembris. 1580. & voluit Alex. conſil. 71. cla-
riſſime domine iudex. col. ult. poſt princ. nu. 13.
47 lib. 3. † vbi quod iſtud iuramentum debet de-
ferri ei, qui interfuit facto, non autem illi, qui
dixit aliunde habere notitiam facti poſt gloſ. in
l. in bonæ fidei. 3. in uerb. decidi. ante fin. uerſ.
ſed quid ſi non interfuit. C. de reb. credit. Ideo
dicimus quod quando hoc iuramentum datur
hæredi debet eſſe bene informatus, vt quia geſ-
48 ſerit negotia † Natt. ad Alex. conſ. 71. in uerb.
qui non interfuerunt. lib. 3. Iaſ. in l. ſi quando.
ad fin. nu. 13. uerſ. limita tamen ſingulariter. C.
unde ui. Licèt in coniuncta perſona præſume-
retur illam informatam ad effectum d. iuramẽ-
49 ti † Socin. conſil. 264. n. 9. lib. 2. Rot. coram R. P.
D. Bubalo Romana legatorũ de uitellis. 1. iulij.
1587. quæ eſt inter deciſ. Farinac. 50. n. 2.

Accedat quod Seuerus ſe adſtrinxit ad probandũ
per multos teſtes, quo caſu denegatur iura-
mentum ſuppletorium Alex. cons. 189. uiſo proceſſu
inter. col. penul. in fin. n. 16. lib. 4. Roland.
cons. 50. n. 24. lib. 2. Seraphin. priuil. iuram. 33.
50 n. 29. & n. 199. Eugen. cons. 8. n. 2. † vbi quod
ex hoc datur cautela, vt volens admitti ad hu-
iuſmodi iuramentum non examinet, niſi vnum
teſtem, cum ſecus ſit, quando plures produ-
cuntur, & ſunt ſingulares Dec. conſ. 309. uiſis
diligenter. in fin. & cons. 463. in cauſa quæ no-
mine. col. 3. ad med. n. 11. Veronenſ. caut. 152.
ſis cautus. cum declarationibus quas adduxi
deciſ. 36.

Vlterius in caſu, de quo agebamus, non poterat
dici fuiſſe pluſquam ſemiplenè probatum. Nã
quamuis teſtes nõ haberent exceptiones ſupra
relatas, tamen deponunt ſolum de confeſſione
Corbi dicentis habuiſſe pecunias à Seuero, ad
effectum illas conſignandi Nerio, in qua depo-
ſitione ſunt ſingulares, & nõ cõteſtes ex diuer-
ſitate locorum, & actuum, vt in proceſſu appa-
51 ret, † quo caſu tanquam ſingulares non pro-
bant confeſſionem; Nam ſingulares de viſu,
qui deponunt directè de ipſo facto, nõ coniun-
guntur, cum tantum probet vnus, quantum
mille teſtes ſingulares Bald. in l. iniurandi. 8.
col. 1. in fin. n. 4. uers. deinde nota rationem. C.
de teſtib. Multo minus debent coniungi ad pro-
bationem, per quam factum indirectè proba-
tur, vt eſt confeſſio; licèt enim ſint conteſtes in
52 dicto, † tamen hoc eſt verum, quando teſtifi-
cantur de proprio ſenſu, & de eodem ipſo fa-
cto, de quo agitur, & tendunt ad eundem finẽ,
ſecus quando probatio non inſurgit ex dicto
teſtium immediatè, ſed per indirectum ex fa-
cto.

ſto de quo deponunt,puta ex confeſſione , tunc
enim non poſſunt coniungi,quia probatio ema-
nat non ex dicto teſtium,ſed ex confeſſione , &
confeſſiones ſunt ex factis diuerſis , ideo teſtes
deponentes de diuerſis confeſſionibus non poſ-
ſunt iungi, quia ſunt actus diuerſi , prout con-
cludit *Butr.in cap.licet ex quadam.il 2.quod eſt*
27.nu.8.col.penul.in fin.verſ. quarit gloſa quid
*ſi audiuerunt.de teſtib.*quem ſequitur latè *Gab.*
53 *conſ.40.nu.13.& 16. lib.2.* † vbi teſtatur hanc
eſſe veriorem opinionem , quod teſtes ſingula-
res etiam integri deponentes de confeſſione
non probent, neq; poſſint coniungi ; Quidquid
54 alij contrarium ſequātur;† Cum eorum opinio
non ſeruetur in Rota Romana *vt ibidem.nu.19*
& voluit *Alex. conſ 68. viſo proceſſu inter anto-*
nium colum vlt.poſt princ.verſ.quia respondeo.
n.8.lib.3.Pariſ.conſ.153.colum.5.in princ.n.27
lib.4.& conſ.75.nu.13.lib.1.Dec. conſ.309.viſis
diligenter atteſtationibus. in fin. num.6. verſic.
ſecundo quia eſt confeſſio Aſſl.deciſ.364.num.4.
Eugen.conſ.27.nu.50. Bertazol.conſ.70.num.8.
Put. deciſ.476.in fin. num.4. lib.2. Rota coram
R. P. D. *Penia. Romana pecuniaria. 3. martij*
1595. Quod procedit etiam ſi vnus deponat
55 de confeſſione præſente parte , † & alter de
confeſſione abſente parte attento Iure Cano-
nico , vel duo attento Iure Ciuili , quia adhuc
ſpecies probationis eſt eadem, & propterea te-
ſtes tanquam ſingulares inter ſe ſingularitate
diuerſificatiua non coniungūtur *Ruin. conſ.72.*
n.6.lib.4.Gabr.conſ.40.num.19.lib.2.Flor.var.
q.lib.3.q.22.n.46.

Neq; obſtat quod immo debeant coniungi teſtes
ſingulares, vt plenè probent , quando tendunt
56 ad eundem finem;† prout in caſu noſtro , licèt
per diuerſa media *Ann.conſ.267.col.3. ad med.*
nu. 5. verſ.in iſta igitur.Roland. qui de magis
communi,& veriori opinione teſtatur *conſil.82.*
n.42.lib.1.Menoch.præſumpt.41.n.6.lib.1.Maſ-
quard. concluſ.379.nu.14. cum alijs relatis per
Ruinald.Iun.conſ.7.n.109.lib.1.

Quia prædicta procedunt , quando teſtes depone-
rent de pluribus confeſſionibus factis parte
57 præſente,licèt diuerſo loco,& tempore, † tunc
enim inducitur plena probatio , ſecus abſente
parte , prout in caſu de quo agimus *Farin.* qui
ita declarat deciſionem Rotæ ſupra allegatam
coram *R.P.D.Penia.q.64.n.134.vſq.ad n.138.*
Menoch.d.præſumpt.41.nu.7. Neuiz. conſil.78.
num.24.

Nec facit quod teſtes deponentes de diuerſis con-
feſſionibus factis etiā parte abſente plenè pro-
bent confeſſionem , licèt non probent debitum
58 reſultans ex illa confeſſione , † cuius debiti re-
ſpectu erit facta ſolum probatio ſemiplena
Fariuac. d. q.64. nu.138. Vnde erit locus iura-
mento ſuppletorio, cum de iure canonico tan-
tū probet confeſſio facta abſente parte , quàm
59 præſente † *Alex. conſ. 245. ponderatis his quæ*
in themate. in fin. num.6.verſ. plus dicit lib.6.
Butr.& alij in c.ſi cautio.de fide inſtrum.Ruin.
conſ.70.nu.5.lib.4.Gabriel. de confeſſ concluſ.1.
num.46. Vnde idem debet eſſe quo ad proba-
tionem ſemiplenam, quia quod per duos teſtes
60 probatur plenè,per vnum ſemiplenè , † Quare
de æquitate canonica ſicut confeſſio facta abſen
te parte probat plenè , ſi eſt plenè probata ;
Ita etiam probabit ſemiplenè in abſentia par-
tis,ſi de ea conſtat ſemiplenè *Curt. Iun. conſil.*
168 col. 3.in fin.num.23. Quidquid dicat *Prob.*
in c.1.de confeſſ.n.53.in fin. Quia contra eum
eſt verior opinio , vt teſtatur *Gabr. conſil. 40.*
nu.65.lib.2.

Nam prædicta non habent locum quo ad effectū
dandi iuramētum in ſupplementum, Non enim
ſufficit confeſſio quamuis probata ſemiplene
61 tam præſente , † quàm abſente parte . Ratio
quia in caſu huiuſmodi iuramenti non omnis
ſemiplena probatio admittitur,ſed requiritur ,
quod ſit vnus teſtis omni exceptione maior , &
cum diligentia examinatus,cum multæ ſemiple
næ probationes faciant plenam , quæ ſeiunctæ
non ſunt tantæ potentiæ , vt detur iuramentum
ſuppletorium *Rom.conſ.91.n.10.col.4. in fin.&*
ibi Mandoſ. in verb. præſumptiuè Grat. conſil.
62 *110.n.19.lib.2.* † Quidquid dicat *Coſta. in l.ſi*
ex cautione.§. quæro in materia. col.5. in princ.
C.de non num.pec. vbi vult quod probata con-
feſſione per teſtes ſingulares facta parte præſen
te poſſit deferri huiuſmodi iuramentum.Quia
cōtra eum eſt verior opinio, & magis cōmunis
prout docet *Gabr.conſ.40.in fi.n.67.& 68. lib.*
2.poſt Iaſ.in repet.l. admonendi.col.56. ad med.
verſ.ſeptimo dicta regula.nu.186.ad fi.ff.de iur.
iur.& ibi Caccialup.n.93.Dec.in l.1.in 2.lectur.
n.19.col.6.in princ. ff.ſi cert.petat. Marſ.ſingul.
83.in ore vulgi.n.4. verſ.tene etiam menti Add.
ad Alex. conſ. 53. in cauſa vertente. in verb. ſed
etiam.lib.1.

Quibus adde quod Corbus in cauſa criminali fuit
abſolutus,cum contra eum ageretur ad pęnam
per Senerum ob ſubtractionem huiuſmodi pe-
63 cuniarium,qua abſolutione ſtante, † non poteſt
ciuiliter condemnari . Abſolutoria enim lata
in criminali præiudicat in ciuili , & abſolutus à
crimine non poteſt condemnari ad reſtitutio-
nem rerum,quæ veniebant acceſſorie in illo iu-
dicio ; Nam ſublato principali per ſententiam
tollitur etiam acceſſorium , quod eſt intereſſe
partis *l.fideiuſſor ante ff.de fideiuſſor.l.cum prin*
cipalis.de reg. iur. Angel. in l. 1. in fin.num.6.
64 *C.quando ciuil. act.præiud. crimin.* † vbi quod
iſtæ expenſæ, damna,& intereſſe veniunt acceſ-
ſoriè *Salic.in l.ſi quis ad ſe fundum. col. penult.*
in princ. verſ.ad hunc textum respondet. C. ad
leg.iul.de vi publ.uel.priuat. Aim.conſ.14.nu.1.
verſ.circa primum dubium Et ita in ſpecie con-
cludit *Natt.conſ.407.in fin.nu.65.lib.2.Remin.*
Iun. Creſcent. Batard. & alij de quibus per Fa-
rinac.de inquiſit.q.1.nu.65. Carroc. deciſ.54.in
princ. & late concludit *Bertazol. conſ. crimin.*
232. num.2. 4.& 5.lib.1. Itaut ſi eodem die Iu-
65 dex ordinarius † proferat ſententiam in cauſa
criminali inter partes reſeruando vni partium
ius agendi quo ad intereſſe ciuile,ſuper quo eo

dem

dem die pronunciat, nulliter procedat, cũ requi
ratur noua citatio *Caputaq. deciſ. 146. p. 3.*

Immo tunc ſolum reus poſſet condemnari ad re-
ſtitutionem rerum, quæ veniunt acceſſoriè in
querela, quando ex ſua tantum confeſſione con-
66 ſtat de delicto, † ſecus ſi ex contumacia, vel ali-
ter; Quaſi ex alia probatione, quàm per confeſ-
ſionem non oriatur officium iudicis, prout in
terminis declarat *Bald. in l. qui crimen. 3. col.
vlt. in princ. verſ. ſi enim agit. num. 23. C. de his
qui accuſ. non poſſ.* ſequitur *Rolan.* qui de com-
muni *conſ. 30. num. 18. lib. 2. Claud. ad Bertazol.
conſ. crimin. 232. in verb. eandem ſententiam. li. 1*
67 † vbi intelligit quando talis condemnatio rei
furtiuæ non venit ex eadem lege, vel ſtatuto pę-
nam criminalem imponente, Secus ſi eadem
lex imponeret pœnam, & mandaret rem reſtitui
68 quia tunc etiam contumacia ſufficeret † *Clar.
in §. fin. q. 2. num. 2. in fin. verſ. & hæc quidem
concluſio. ibi illam tamen. intellige* Licèt ibid.
*Baiard. in add. num. 10. & 11. verſic. item adde
quod iſta differentia.* teneat contrarium ſimpli-
69 citer, & ſine vlla diſtinctione. † Vnde dicen-
dum eſt quod multò minus poterit quis condē-
nari, ſi de delicto non conſtet, de quo eſt ab-
ſoluendus, aut fuit abſolutus; Et ita arguit in
ſpecie *Bertazzol. conſ. crimin. 232. in fin. nu. 7.
lib. 1.* vbi quod ita debet intelligi *Aim. conſ. 14.
col. 1. n. 1. & 2.*

Neq; eſt admittendum, quod etiam non conſtito
de delicto poſſit quis ciuiliter cōdemnari, pro-
ut dicimus quod Iudex criminis poteſt con-
demnationem criminalem omittere, & reum
70 ciuiliter condemnare † *Creſ. dec. 5. n. 5. in fin.
de iudic. Rot. coram R.P.D. Robuſterio bononienſ.
nullitatis legitimationis de ſancto Petro 28. apri-
lis. 1578.* vbi de Iudice criminali, qui poteſt
declarare fidem non eſſe adhibendam ſcripturæ
licet non condemnet criminaliter *poſt Boſſ. de
71 decret. Mediolan. num. 28. in fin.* † Nam quid-
quid ſit quando omittitur condemnatio cri-
minalis, verius eſt in caſu, in quo non conſtat
de delicto nunquam poſſe aliquem condemnari
ciuiliter ad intereſſe, quando præſertim præ-
ceſſit abſolutio, prout in iudicando non eſſe
recedendum ab hac opinione teſtatur *Farinac.
de inquiſit. q. 1. nu. 65. ad med. verſ. tu tamen. ab
72 ea.* † vbi etiam *in verſ. verum ad hoc vltimum*
dicit quod Iudex non bene facit, ſi reum ciuili-
ter condemnet, quando crimen falſi fuit inten-
tatum criminaliter, ſi de eo non conſtet conclu-
denter, quamuis reſeruetur Fiſco ius crimina-
liter agendi, cum ſententia debeat eſſe confor-
mis libello, præſertim quando ciuilis, & crimi-
nalis actio æquè principaliter proponitur, cum
ſecus eſſet quando ſola actio ciuilis ex crimine
deſcendens coram Iudice criminali intentare-
tur *Boſſ. in tit. de plurib. violentijs. n. 113. verſic.
& notabilis quæſtiò. & de Decret. Mediolan. n. 31*
& latius declarat *Frainac. conſ. 69. nu. 4. & per
tot.*

EPITOME.

Iudicium in quibus cauſis debeat incipere à principali, ſeu procuratore; & quæ cauſæ dicantur graues. Poſt conſtitutionem procuratoris, an ſit citandus principalis. Mandatum, Cura ad lites, & facultas conceſſa ad diſpenſandum Transactio, Priuilegium, & ſimilia quando comprehendant futura. Perſonalis perquiſitio an ſit neceſſaria vt valeat citatio ad domum. Pactum, & donatio quando poſſit ſuſtineri ad fauorem infantis, & nondum concepti. Vxor donans communibus liberis an intelligatur donaſſe nepotibus, ſi non extent filij.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, nunciatio, & ſimilia non fiunt procuratori, niſi in ſubſidium.*
2 *Partis appellatione an veniat procurator.*
3 *Iudicium quando ſit incboandum à principali. & n. 6. & 35. Et quid ſtante ſtatuto mandante citari nominatim debitorem. n. 4.*
5 *Dictio ipſa eſt perſonaliſſima.*
7 *Poſt conſtitutionem procuratoris an poſſit citari principalis. n. 8.*
9 *Citatio ad domum non ſufficit in cauſa graui.*
10 *Perſona an ſit prius requirenda, vt valeat citatio ad domum. & n. 11. & 12.*
13 *Mandatum quando comprehendat cauſas futuras. n. 22. 29. 31. 32. & 33.*
14 *Curator ad lites intelligitur de litibus perſentibus.*
15 *Decretum Iudicis non ſe extendit ad futura.*
16 *Facultas diſpenſandi in omnibus cauſis non cõprehendit cauſas delegandas.*
17 *Epiſcopus quando habeat poteſtatem in cauſis commitendis. & n. 18.*
19 *Iudex Delegatus an cognoſcat de cauſis mouendis. Et quid in procuratore. n. 34.*
20 *Futura non veniunt in tranſactione, priuilegio & ſimilibus. n. 23.*
21 *Vnio facta futuro ſeminario an valeat.*
24 *Pactum eſt validum, vt primus maſculus naſciturus ſuccedat.*
25 *Stipulatio valet ad fauorem infantis, & non concepti. n. 27.*
26 *Donatio facta per vxorem communibus filijs intelligitur de nepotibus ſi non ad ſunt filij.*
28 *Tempus ſtipulationis quando ſit inſpiciendum.*
30 *Conſtitutio procuratoris non debet eſſe inutilis.*
36 *Cauſa grauis quæ dicatur. n. 37. 38. & 39.*

CAPVT CXLV.

NOn eſſe licitum incipere iudicium à pro-
curatore in his, quæ ſunt grauis præiudi-
cij Verior eſt opinio ſecundum *Bar. in l. quam-
uis. de damn. inf. Abb. in c. cauſam. nu. 1. de dol.
& contum. Iaſ. in l. 3. num. 1. C. de procurat.* dixi
1 *deciſ. 154. n. 2. & 3.* † Et quod prima citatio, in-
timatio, proteſtatio, ſeu nũciatio nunquam fiat
pro-

procuratori, niſi in ſubſidium eſt tex. in l. aut
qui aliter. 5. in princ. verſ. et ſi forte. vbi gloſ.
in uerb. ad domum. ff quod ui aut clam. l. ſi di-
ctum. 55. §. ſi præſente. de euict. c. 1. qui matrim.
accuſ. poſſ. Alberic. Cin. Caſtr. Zenzellin. et alij
de quibus per Mandoſ. reg. 34. q. 69. nu. 5. vſq; ad
n. 9. vbi per dicta iura dicit tolli omnia funda-
menta contraria, dum volunt poſſe incipere ci-
2 tationem à procuratore, † quaſi partis appel-
latione veniat, tam principalis, quàm procura-
tor Doct. in c. ſuborta. de re iud. Caſſador. deciſ.
3. n. 3. de reſcript. Cum prædicta loquantur in
ſubſidium abſente principali Bart. in l. 1. nu. 3.
3 C. de iur. reipub. lib. 11. Mandoſ. ibidem. n. 8. †
Et quod ante litis conteſtationem iudicium ſit
inchoandum à principali, non à procuratore
maximè ſi principalis eſt præſens eſt communis
opinio, vt per Tiraquel. de retract. lignag. tit. 1.
§. 9. gloſ. 3. & ult. n. 8. Menoch. de recuper. re-
med. 8 n. 74. q. 3. Aim. conſ. 182. nu. 11. ad med.
uerſ. quinimmo etiam ſi citatus. Claud. ad Ber-
tazzol. conſ. crimin. 400. uerſ. ſecus autem ante.
4 vbi de communi; † ſubdens magis procedere, ſi
ſtatutum mandaret fieri citationem de nomi-
nato debitore, quia tunc non poteſt compre-
hendi procurator, ſicut non comprehenditur
hæres, qui non fuit nominatus in inſtrumento
quando in perſonam verba concipiuntur Alex.
in l. poſtulante. in princ. ad trebell. Soccin. conſ.
120. cum in præſenti. col. 10. in fin. nu. 17. uerſic.
quarto principaliter. & uerſic. ſecus ſi ſtatutum
loquitur. lib. 1. Prout etiam quando per conſti-
tutionem, ſeu ſtatutum deberet ipſe citari, † cũ
iſta dictio tanquam perſonaliſſima operetur, vt
non veniat alius præter nominatos l. reſtituta.
§ pupillus. ad trebell. Roland. conſ. 97. num. 21.
lib. 4. Decian. conſ. 2. num. 32. lib. 2. Rimin. iun.
cõſil. 50. n. 47. et 48. lib. 1. Doct. in l. filiusfamilias
§. diui. vbi Iaſ. in 2. lect. num. 151. Rip. n. 111. de
leg. 1. & in ſpecie citationis ita concludit Man-
doſ. reg. 34. q. 69. nu. 8.

Amplius ſi citationes fuerunt factæ de principali,
ſi ſint nullæ, itaue iterum inchoetur proceſſus,
denuò eſt incipiendum à principali, quamuis ab
initio fuerit conſtitutus procurator. † Ratio
quia non poſſunt ſimul iungi iſta acta, ex quo il-
la priora non ligauerunt principales, & quam-
uis procurator comparuerit occaſione citatio-
nis nullæ ad petendum copiam, non tamen ex
hoc ſequitur, quod in iudicio de nouo cæpto
non debeant iterum citari principales, prout
in ſpecie ita iudicatum fuiſſe dicit Claud. ad
Bertazzol. conſ. crimin. 400. in fin. uerſ. hinc no-
tandum eſt. † Cum ſecus ſit quando citatio de
principali fuit valida Iaffred. deciſ. 43. vbi ſi le-
gitimè citetur principalis in principio cauſæ, &
per eum conſtituatur procurator, non valet po-
ſtea citatio de eodemmet principali, cum non
teneatur comparere, ex quo per conſtitutionem
procuratoris videtur declaraſſe velle litigare
mediante perſona ipſius arg. l. 1. circa fin. de
procurat. Bart. in l. procuratoribus. in 1. lect. in
princ. C. eod. tit. latè Surd. conſ. 99. nu. 33. vſque

8 ad n. 37. lib. 1. † Dummodò procurator non de-
fenderet dominum, vel principalis citaretur
tanquam melius inſtructus de aliquo emergen-
ti, quo caſu valeret citatio de principali Bart.
in l. quamuis. col. vlt. in princ. q. 5. n. 6. de damn.
infect. Abb. in c. dilectus. 11. col. fin. ad med. n. 4.
verſ. quid autem ſi dominus. de procurat.

Immò neque in cauſa graui ſufficeret citatio ad
domum, aut per edictum, cum debeat fieri per-
9 ſonaliter ante litis conteſtationem † l. ignorare.
C. de reſtit. in integr. Roman. conſ. 454. in re præ-
ſenti. col. 2. in princ. n. 4. verſ. quod autem illegi-
tima. Soccin. reg. 3. in uerb. abſens. n. 1. Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 289. n. 6. Claud. ad Bertazz. conſil.
crimin. 354. verſ. & ſi cauſa. vbi monet nun-
cios, quod debeant inquirere diligenter citan-
dum, antequam relaxẽt citationes domi Vant.
10 de nullit. defect. citat. n. 94. & 96. † Dummodò
per ſtatutum non concedatur alternatiuè fieri
citationem perſonaliter, vel ad domum, tunc
enim non eſſet requirẽda perſona Aſin. in prax.
c. 3. §. 6. verſ. his tamen non obſtantibus. num. 2.
vbi de magis communi Fulgoſ. conſ. 76. in pri-
mo dubio. col. 1. in fin. verſ. in oppoſitam partẽ.
11 Licèt in cauſa graui † ſecundum alios videa-
tur verior opinio, quod iſta alternatiua non
operetur, vt ſit omittenda prius citatio perſo-
nalis vt per Doct. in l. 4. §. prætor ait. vbi Rom.
& Imol. col. 2. ad med. nu. 34. verſ. poteſt dicere.
de damn. infect. Et dummodò non ſimus poſt li-
12 tis conteſtationem, † vel poſtquam ſemel ci-
tatus comparuit, vel in cauſis extraordinarijs,
quæ celeritatem deſiderant, aut in ſimilibus ca
ſibus de quibus per Tiraquell. de retract. lignag.
§. 9. glo. 1. n. 44. vſq; ad n. 49. Aſin. in prax. §. 6.
c. 2. limit. 1. vſq; ad limit. 10.

Quibus ſtãtibus Dixi acta in caſu mihi propoſito
eſſe declaranda nulla. Maximè quia prætẽſæ ci-
tationes de procuratore neq; erant validę, cum
13 mandatum non eſſet, † niſi ad cauſas pręſentes,
prout in dubio non intelligitur quis conſtitu-
tus niſi ad eas Bart. in l. damni. §. ſi is qui vici-
nas ædes. n. 2. verſ. ſed credo contra. de damn. in-
fect. vbi quod non trahitur ad futuras non con-
nexas, vel depẽdentes Idem Bart. in l. qui habet.
3. §. ſi pupillus. de tutel. & in l. omnium autem.
in princ. de procurat. Rot. deciſ. 30. alias 563.
eod. tit. in antiq. vbi quod procuratorium gene-
rale non extenditur niſi ad cauſas præſentes
Mandoſ. reg. 3. q. 7. n. 8. licèt poſtea ſe referat
ad deciſ. Rot. 413. Prout dicimus de curatore,
14 ſeu actore † ad lites qui duntaxat intelligitur
de litibus, quæ tunc exiſtunt l. qui habet. §. fin.
de tutel. l. item eorum. §. ſed ita. ff. quod quiſque
vniuerſ. nomin. Alex. in d. §. ſi is qui vicinas
ædes. in verb. futuras. de damn. infect. Quamuis
hoc in actore ideo ſit, quia debet interuenire
15 iudicis decretum, † quod non trahitur ad fu-
tura l. fin. de decret. ab ordin. facien. ſequitur
Add. ad Rom. ſing. 156. conſtituo titium. verſic.
ſed in actore.

Idem eſt in mandato ampliſſimo conceſſo per Epi-
ſcopum eius Vicario ad diſpenſandum in om-

nibus caſibus, in quibus poſſet ipſe Epiſcopus
auctoritate Ordinaeia, ſeu Delegata, etiã Apo-
ſtolica commiſſa vel committenda, † quod non
16 ſe extendit ad cauſas nouiter de iure ſpeciali
competituras, nec ad cauſas in futurum dele-
gandas Rot. decis. 9. alias 847. nu. 2. & 3. verſ.
alij verò dicebant contra. q. 1. de offic. vicar. in
antiq. Biſignet. deciſ. 3. eod. tit. Mandoſ. reg. 3.
q. 7. n. 18. quaſi in cauſis committendis Epiſco-
pus nullam poteſtatem incluſam habeat, nec
17 exercitium actu, vel habitu, † vnde neque an-
tea potuiſſet committere, quamuis etiam com-
miſiſſet præſentes, & futuras Rot. deciſ. 2. de
18 off. deleg. in antiq. † Quæ quando procedant
latè Felin. in c. paſtoralis. §. quoniam. col. 1. &
2. de reſcript. Alex. in l. & quia. de iuriſd. omn.
iud. Dec. in c. quoniam abbas. de off. deleg.
Ita etiam in Iudice delegato ad cauſas motas, &
mouendas, qui non poteſt cognoſcere de mo-
19 uendis ex iure nouiter orto ex reſcripto † Imol.
in c. fin. col. pen. in fin. verſ. vlterius tangit. de re-
ſcript. Felin. in c. relatum. 19. n. 8. verſ. ſexta de-
legatus ad cauſas. de off. deleg.
Prout in quolibet negocio regulariter non ve-
niunt futura, cum prius ſemper debeat eſſe in
20 rerum natura id quod agendum eſt † l. quidam
referût. §. 1. de iur. codicil. gloſ. in c. fin. in verb.
ad futura. de reſcript. latè Surd. conſ. 313. n. 2.
24. & 25. lib. 3. vbi etiam quando in priuilegio
veniant ciues futuri, & de ſententia, pacto, trã-
ſactione, decreto, legato, priuilegio, reſcripto,
& ſimilibus caſibus multa Menoch. conſ. 97. nu.
64. & præſumpt. 127. lib. 4. plura Mandoſ. reg. 3.
q. 7. n. 2. uſq; ad n. 23. Gonzal. ad reg. 8. cancell.
glo. 9. §. 5. n. 3. vſq; ad n. 43.
Ex quibus infertur non valere vnionem, de qua in
Conc. Trident. c. 18. ſeſſ. 23. ſi fiat futuro colle-
gio, ſeu ſeminario, cum qualitas non poſsit eſſe
21 ſine ſubiecto, † prout dictũ fuit per Sacrã Con-
gregationem eiuſdem Concil. & dixit Rota per
Card. Blanchettum Giennen. præſtimonij. 15. fe-
bruary. 1591. cum declarationibus, de quibus
latè Idem Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7.
n. 68. uſq; ad n. 112.
Nec facit quod videatur verior opinio, vt in hu-
iuſmodi mandato veniant etiam lites futuræ ſe-
22 cundum Caputaq. deciſ. 393. p. 2. † vbi procu-
rator habens mandatum generale in omnibus,
& ſingulis cauſis contra quaſcunq; perſonas, &
coram quibuſcumq; iudicibus admittitur etiã
ad cauſas nondum ortas, & futuras; Et hanc
opinionem contra Bart. dicit veriorem eſſe
Alex. in l. dãni. §. ſi is qui vicinas ades. in verb.
futuras. in fin. ff. de dam. infect. Add. ad Rom.
23 ſingul. 156. conſtituo titium. † Prout videmus,
quod in ſimilibus diſpoſitionibus veniunt quo-
que negocia futura Bald. in l. item & ad litẽ.
n. 1. de procurat. cum etiam futura ſint in cõ-
ſideratione, & ſuper non ente poſsit diſponi l. ſi
ſeruitus. §. futuro. de ſeruit. vrban. præd. l. ſer-
uos. vbi Bart. de alim. & cib. legat. Mandoſ.
24 reg. 3. q. 7. n. 23. † Ideo alias cum de hoc quæ-
reretur Dixi non poſſe opponi de validitate
pacti, quod fit in contractu matrimonij, vt
primus maſculus naſciturus ſuccedat in tali
domo, vel prædio, cum etiam non concepto
donetur Dec. conſ. 244. in cauſa quæ iamdiu.
nu. 3. Mandoſ. de ætat. minor. c. 2. nu. 31. vbi
ampliant ad ſtipulationem, quæ valet in fauorẽ
25 non concepti, quæ eſt irreuocabilis, † & non
requirit acceptationem, prout illa, quæ fit in-
fanti Molin. de hiſpan. primogenit. lib. 4. c. 2.
n. 75. & voluit Guid. Pap. deciſ. 267. pactum
factum. num. 1. & 2. Auffrer. ad deciſ. Cappell.
Tholoſ. 453. Boer. deciſ. 204. col. 1. num. 3. cum
ſeq. & deciſ. 172. nu. 3. & 4. Itaut donatio fa-
26 cta per vxorem comunibus filijs, † qui tempo-
re eius mortis extabunt intelligatur facta ne-
potibus, ſi non adſunt filij latè Surd. deciſ. 73.
per tot. Et de ſtipulatione notarij, ſeu patris,
quod valeat ne dum viuis, & extantibus, ſed
27 etiam naſcituris dicit † Natt. conſil. 531.
n. 31. per tex. in l. paulus. §. paulus reſpondit
nepotem. de oper. libert. poſt Bart. in l. item ſi
prætor. de ſuis & legit. Aim. conſil. 19. nu. 10.
Et eſt tex. in l. ſi quis operas. verſ. etiam ad poſt-
humos. de oper. libert. Becc. conſil. 56. nu. 6. Nam
licet in ſtipulationibus ſit inſpiciendum tem-
28 pus ſtipulationis † l. ſi filiusfamilias ſub con-
ditione. 78. ff. de verb. obligat. Tamen quia fi-
lij ſperantur, quod ſint in rerum natura, ea ſpes
ſuſtinet ſtipulationem, intelligendo non ſolum
de ſpe reſpectu rei deductæ in ſtipulatione, ſed
etiam de ſpe, quæ verſatur circa perſonam, quæ
interuenit in ſtipulatione Purpur. conſil. 402. n.
108. lib. 2. cum alijs per Surd. deciſ. 312. nu.
3. & 4. lib. 3.
Quia reſpondetur, quod quando mandatum, de
quo agimus fuit factum, aderant aliæ lites, quo
caſu nõ trahitur ad futura; cum ſecus ſit, quã-
29 do non adeſſent de præſenti, † tunc enim con-
ſtitutio procuratoris ad illa traheretur, prout
concordando opiniones diſtinguit Pariſ. conſil.
43. nu. 14. lib. 4. & voluit Alex. in l. damni. §.
ſi is qui vicinas ades. in verb. futuras. in fin. ff.
de damn. infect. Vbi ita declarat procedere
opinionem Bart. Et ſequitur Vant. de nullit.
defect. mandat. nu. 97. in fin. verſ. gulielmus au-
tem. poſt Rot. per eum relatam deciſ. 29. fuit du-
bitatum vtrum eum procurator. in nou. Ob il-
lam rationem, vt ſcilicet conſtitutio procura-
30 toris aliquid operetur, † & non ſit inutilis arg.
l. fundus qui locatus. de fund. inſtruct. & l. ſi
quando. de leg. 1. quod etiam voluit Gulielm.
de Cun. in l. item & ad litem. ff. de procurat.
quem ibi ſequũtur Iacob. Butrig. & Ang. in
princ. verſ. ſaluo niſi tempore.
Nec aduerſatur deciſ. Put. 37. lib. 3. quæ eſt pla-
centina bonorum 13. martij. 1547. vbi voluit
contrarium, quod ſcilicet mandatum generale
ad omnes, & ſingulas cauſas comprehendat
31 futuras, † licet conſtituens haberet cauſas de
præſenti tempore conſtitutionis arg. l. fin. C.
quæ res pign. oblig. poſſ. vbi obligans bona, li-
cèt habeat de præſenti, tamen cenſetur obli
gare futura, cum tractetur de modico præiu-
dicio.

Digitized by Google

cio. Quia prædicta ſunt intelligenda, quando conſtarec de mente mandantis, propter vniuer-
32 ſalem conceptionem verborum, † Nam tunc æquius eſt, vt mandatum vniuerſale futura comprehendat argumento *l. lutius. cum gloſ. 1. de fund. inſtruct.* Mandatum enim reſpicit gratiam mãdantis non præiudicium principaliter, quo caſu veniunt futura, prout declarat *Bald. in l. item & ad litem nu. 1. verſic. ſed quod vni-*
33 *uerſale. de procurat.* † Cum aliàs ſi de huiuſmodi mente non conſtaret, poſſet eſſe præiudicium tam reſpectu procuratoris, quàm reſpectu conſtituentis, quaſi non in omnibus cauſis illius mens ſit confidere de vno procuratore, quemadmodum dicit *Bart. in l. damni. §. ſi ii qui vicinas ædes. nu. 2. de damn. infect.* vbi ita
34 reſpondet ad *d. l. fin. C. quæ res pign oblig. poſ.* † Ideo dicimus quod procurator datus ad lites motas, & mouendas poteſt agere ſuper mouendis etiam ex iure nouo, quidquid ſecus ſit in Iudice Delegato ad cauſas motas, & mouendas, qui non poteſt cognoſcere de mouendis ex iure nouiter orto *Felin. in cap. relatum. 19. num. 8. verſic. ſexta delegatus ad cauſas. de offic. deleg.* & ita ſeruari per Rotam dicit *Achil. de Graſ. decis. 11. de procurat.*

Neq; obſtat quod tanquam de humilioribus negocijs tractetur poſſit citatio haberi pro valida, quaſi cauſa debeat eſſe grauis, & magni præiudicij, ad hoc vt non liceat incipere iudicium
5 à procuratore † *Abb. in c. cauſam. nu. 11. de dol. & contumac.* Et de iure dicuntur humiliora negocia vſque ad 300. ſolidos *§. & iudicare*
6 *auth. de defenſ. ciuit.* † vbi datur cognitio defenſoribus ciuitatum, & pedaneis iudicibus vſque ad dictam ſummam tanquam de cauſis humilioribus *gloſ. in l. fi. C. de pedan. iudic. Alex. in l. e. n. 15. de offic. eius.*

Quia vltra quod citatio eſt facta de procuratore non habente mandatum in huiuſmodi cauſa, vt ſupra deductum eſt, ſecundum conſtitutionem ſeu ſtatutum, iſta ſumma reſtringitur ad ſcuta centum, vltra quam ſummam cauſæ dicuntur
7 magnæ, † & debent tractari, cum aliorum voto. Vnde quamuis reſpectu illarum, quæ reſeruantur in Curia Romana dicerentur paruæ, cum in ea, vt cauſa dicatur magna, debeat eſſe valoris ſcutorum quingentorum. Tamen in partibus aliud eſt, cum etiam cauſa magna, & par-
8 ua dicatur reſpectu perſonarum, † inter quas litigatur, & vnius, vel alterius tribunalis *Lap. alleg. 48. licet materia. n. 8. col. pe. ad fi. verſ. & cauſæ dicuntur magnæ. Fel. in c. edoceri. 21. col. 2. in fin. verſ. prima declaratio. n. 3. de reſcrip. Mandoſ. form. 3. commiſſ. in verb. attenta graui-*
9 *tate. & form. 11. in verb. grauitatem ſummæ.* † in quibus etiam ſtabitur arbitrio iudicis *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. omnia vel partem. n. 31. col. 2. verſ. quæ lis ſiue cauſa. C. de reuoc. donat. poſt Bar. & alios in aut. niſi breuiores. C. de ſent. ex breuic. recit. latè Menoc. de arbitr. caſ. 72. per tot. poſt Dec. in c. de appellationibus. 11. nu. 6. de appell.*

EPITOME.

Iudex requiſitus per iuris ſubſidium quando poſſit cogi ad exequendum ſententiam; Itaut recuſando admittatur appellatio. Verbum oportet, debet, poſſit, aut ſimilia an inducant neceſſitatem. Appellatio an ſit licita ab eo, qui habet poteſtatem iudicandi arbitrio ſuo, & à iudice non ſupplente ex officio, ſeu non relaxante carceratum ſub fideiuſſoribus, quando eſſet ſolitus hoc facere, vel à non minuente pęnam minori delinquenti, vel denegante impartiri officium ſuum. ſeu ab excedente modum in exequendo. Iudex aditus pro executione an debeat ſeruare ſtatuta ſua, vel iudicis illam committẽtis. Cautela vt vbiq; locorum poſſit peti executio alicuius inſtrumenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requiſitus per iuris ſubſidium tenetur exequi ſententiam, & recuſando cogitur per ſuperiorem, & obligatur ad intereſſe partis. n. 2. & quid in ſententia notoriè nulla, n. 3. 4 & 7. Et quando appellatio concedatur. num. 9. & 11.*
5 *Euidentia facti debet præualere.*
6 *Sententia notoriè nulla non eſt ſententia.*
8 *Exceptio ſemel diſcuſſa non debet amplius reuideri.*
10 *Verbum oportet an inducat neceſſitatem. n. 18. & 20.*
12 *Appellatio an concedatur à iudice non ſupplente ex officio.*
13 *Grauamen requiritur vt ſit locus appellationi.*
14 *Animo vis non infertur.*
15 *Verbum poteſt eſt facultatis, & arbitrij.*
16 *Appellatio non datur à iudice non relaxante reum ſub fideiuſſoribus in caſibus, in quibus eſt ſolitus relaxare.*
17 *Diſpenſatio quandoq; dicitur gratia, aliquando debita.*
19 *Verbum debet non importat neceſſitatem.*
21 *Iudex poteſt minuere pœnam delinquenti, & an ſit locus appellationi, ſi hoc non faciat. nu. 22.*
23 *Appellatio an ſit licita ab eo, qui habet poteſtatem iudicandi arbitrio ſuo. nu. 25. & 27.*
24 *Iudex in arbitrarijs poteſt dolum committere,*
26 *Arbitrium collatum iudici quando illum æquiparet Principi. n. 29.*
27 *Iniuria an dicatur commiſſa ex denegatione officij iudicis, itaut poſſit appellari.*
30 *Statutum loci iudicis, à quo petitur executio eſt ſeruandum, non loci iudicis mandantis executionem fieri. n. 34. 35. 36. 38. 40. & 46. Et quid in contractu celebrato in loco, vbi nulla exceptio poteſt opponi contra inſtrumentum, ſi illud alibi producatur. n. 31.*
32 *Appellatio an valeat ab exceſſu in executione. n. 33.*
37 *Requiſitus gerit immaginem requirentis.*
39 *Sententia lata contra Gallum quando in Vrbe poſſit exequi.*

41 *Executio quomodo ſit facienda ſtante ſimili ſtatuto loci iudicis exequentis, & eius qui protulit ſententiam. n. 42. & 43.*
44 *Inſtrumenta de iure communi non habent executionem.*
45 *Statutum dans executionem apoca in vna Ciuitate non habet locum in alia.*
47 *Cautela vt ſeruentur ſtatuta loci contractus, & vbiq. locorum poſſit peti executio.*
48 *Actio perſonalis ſequitur obligatum quocunq. vadat.*
49 *Condictio ex lege ſtatuti tranſit cum priuilegio paratæ executionis.*

CAPVT CXLVI.

EXecutionem de qua agebatur in caſu Polidori mihi propoſito Dixi fuiſſe validam,
quia eramus in Iudice requiſito per iuris ſubſidium, qui tenebatur ad executionem ſententiæ
1 & recuſando poterat cogi per ſuperiorem, † ita
vt obligatus etiam eſſet parti ad intereſſe iuxta
doctrinam *Bart. in l. à diuo pio. 15. §. ſententiam
num. 15. columm. vlt. in princip. verſic. ſed quaro
quid ſi iudex ff. de re iudic. per tex. in l. properandum. §. ſin autem reus. verſic. ſiue per relationem.* C. *de iudic. l. cum vnus. 11. §. is qui poſſidere & ibi gloſ. in verb. is qui. ff. de bon. auct.*
2 *iud. poſſid.* † Ita vt non poſſit inquirere, an
ſententia ſit iuſta, vel iniuſta *Innoc. in cap. 1.
num. 2. poſt med. verſic. nec eſt eius de offic. ordin.
Couarr. lib. 1. variar. reſolut. c. 1. in fin. num. 10.
verſ. ſed ſi iudex ordinarius. Cardin. in clem. 1.
§. eorundem. in fin. n. 5. q. 5. verſ. nec cognoſcere
de foro competen.*

Non obſtat prætenſa nullitas ſententię, quæ tanquam euidens, & notoria debebat impedire Iudicem, ne exequeretur; cum poſſet remittere
3 partes ad eum, qui requiſiuit de executione †
*Federic. conſ. 163. ſuper inuocatione. in fin. verſ.
ad vltimum quod dicitur.* Natt. *conſ. 529. nu. 5.
lib. 3.* Roland. *conſ. 37. num. 14. lib. 1. Purpur. in
l. magiſtratibus. in fin. n. 36. verſ. quinimmo nec
papa ff. de iuriſd. omn. iudic.* Roman. *conſil. 51.*
vbi etiam in fin. ampliat hoc poſſe fieri officio
4 iudicis, quamuis pars non opponeret † *Idem*
Rom. *conſ. 42. nu. 4. & conſ. 67. in fin. ubi* Mandoſ. *in verb. repellet. Alex. conſ. 77. viſis dubitationibus. num. 20. col. pen. ad fin. verſic. ſecundo
reſpondeo. lib. 3.* Quaſi euidentia facti debeat
5 præualere † *cap. veritate. 8. & diſtinct. c. euidentia. de accuſat. Anchar. conſil. 383. retento ordine
column. pen. in fin. verſic. ad propoſitum. num. 9.*
Licet enim talis executor non habeat iuriſdictionem, tamen abſtinebit ſe ab executione, cũ
6 nõ mereatur dici ſentẽtia illa, † quæ eſt notoriè
nulla *l. 4. §. condemnatus. de re iudic.* & ita in
puncto declarat *Abb. in cap. de catero. colu. 5. in
princ. num. 5. verſ. aut nulla ſententia lata fuit.
eod. tit.*

Quia reſpondetur quod de hoc articulo executionis fuit cognitum coram iudice, qui mandauit
illam fieri, quo caſu quamuis ſententia eſſet notoriè iniuſta non poſſet executor cognoſcere
7 de huiuſmodi euidenti nullitate, aut iniuſtitia:
ſed deberet exequi, cum ſit merus facti executor, qui nihil omnino quærit præter nudam
facti executionem, citra quam nullam habet iuriſdictionem, aut cognitionem. Cum enim ſemel fuerit exceptum de huiuſmodi nullitate, non
debet amplius excipi, & ſibi imputet pars quæ
8 tunc non appellauit, † ita in ſpecie declarat
*Felin. in c. paſtoralis. §. quia vero. num. 17. verſ.
executor. merito. de offic. deleg. poſt Abb. in c. a
catero. 5. col. 4. in fin. n. 5. verſ. poſſet tamen ſi
diſtingui. de re iudic. Affl. in conſtit. regni. in prohem. poſt præludia. n. 52.*

Præterea quamuis eſſemus in caſu ſententiæ notoriè nullæ, & iniuſtæ, de quo etiã non conſtabat.
Tamen eſt in arbitrio iudicis executoris, an ve-
9 lit, ſeu nolit exequi ſententiam iniuſtam; † ita
vt exequendo non poſſit pars grauari ad effectum, vt deberet ei concedi appellatio pro retardanda executione. Etenim grauamen non
conſideratur in executore, ſed dumtaxat in
mandante, cum ſolum ſit per modum meri arbitrij, & conſilij, vt executor videns ſententiam
notoriè nullam poſſit recuſare executionem, &
partes remittere ad primum Iudicem; vnde
nõ adeſt grauamẽ de eo, quod eſt in ſuo arbitrio
exequi, & per conſequens non debet dari appellatio, quæ ſolum conceditur conſtito de grauamine per iudicem illato, ita in terminis concludit *Butr. in c. quo ad conſultationem. colu. 3.
poſt med. n. 16. verſ. quas autem exceptiones. de re
iud. & in c. paſtoralis. § quia vero. colum. 3. post
princ. num. 11. verſ. ubi autem admittere poſſunt.
de offi. deleg.* vbi quod eſt in facultate executoris
hoc facere, ideo non datur appellatio ad effectũ
retardandi executionem quamuis detur ad finem deuoluendi ad ſuperiorem.

Nec facit quod de prædictis dubitet *Imol. in d. §.
quia vero. col. 4. post med. verſ. in eadem gloſa ibi
niſi excedat modum. num. 27. in fin.* quaſi tunc
non habeat facultatem ſimpliciter referendi ad
Superiorem, ſed debeat referre cum *tex. in cap.
de catero. 5. de re iudic.* loquatur per verbum
10 oportet, † quod differt à facultate, & importat
neceſſitatem *l. cum y quibus. 8. §. ſi vns pluribus. in fin. verſic. arbitratu. de tranſact. l. 2. in fi.
verſic. in omnibus autem cauſis. ff. de iudic. l. 2.*
11 *in fin. de priuil. veteranor.* † Quia contraria
opinio eſt verior, vt latè concludit *Surd. conſ.
405. num. 26. verſic. quinto reſpondetur uſque
ad nu. 31. lib. 3.* Nam executio eſt facienda arbitrio iudicis requiſiti, qui poteſt abſtinere
ab executione, quando ſententia eſt notoriè
nulla, neq; illam tenetur exequi *Innoc. in c. cum
in iure. 31. col. 1. de offic. deleg.* Couarr. *in cap.
num. 10. in princ. lib. 1. var. reſolut.* Vnde cum
omnes Doctores loquantur, quod non tenetur
exequi, vel quod poteſt abſtinere ab executione, ita verba non inducunt neceſſitatem, quia
aliud eſt, quod quis poſſit, & aliud quod coga-
12 tur *Bald. in l. non quidquid. in fin. de iudic.* †
vbi ex hoc concludit, quod vbicunq; iudex po-

teſt

teſt ſupplere ex officio, & non ſupplet non facit
litem ſuam, quia licet poſſit non tamen de ne-
ceſſitate incumbit *Specul. de offic. omn. iud. §.*
impedit. ad med. verſic. quid ſi iudex non repel-
lit. vbi quod neque hoc caſu licita erit appella-
tio. Quia licet ipſe male faciat, tamen non in-
13 fert grauamen, quod requiritur, † vt poſſit ap
pellari *c. vt debitus. de appell. & c. dilectio. eod. tit.*
non enim poteſt hoc caſu ſuperior cõſcientiam
inferioris mutare, cum animo vis inferri ne-
14 queat † *Bald. in l. 2. in fin. nu. 11. verſ. item*
ſcias quod quædam cõmittuntur. C. *de ſentent. ex*
breuie. recit. Et quando aliquis poteſt actum
facere, quod non compellatur, cum verbum
15 poſſit ſit facultatis, arbitrij, & poteſtatis dicit †
gloſ. in l. ſæpè audiui. 8. in verb. neceſſitatem.
in princ. ff. de offic. præſid. quando ſcilicet eſt
prolatũ affirmatiuè *Doct. in l. gallus. in princ.*
de lib. & poſt. Ruin. *conſ. 69. num. 12. lib. 1.* &
multis ſimilibus latè comprobat tam in legibus
quàm contractibus, & reſcriptis *Surd. conſil.*
98. lib. 1. Monter. deciſ. Aragon. 7. per tot. vbi
16 ex hoc concludit quod ſtante obſeruantia, † vt
Iudex poſſit ſub fideiuſſionibus relaxare debi-
torem captum, ſi hoc facere detractet, nõ pote-
rit appellari, cum enim hoc ſit in eius poteſta-
te, ſi illa non vtitur, non poteſt interponi que-
rela *Felin. in cap. ſuper his. 16. col. 7. verſ. ſex-*
to limita. nu. 13. de accuſat. Cum de hac pote-
ſtate, aut arbitrio dici poſſit, quod dicitur de di
7 ſpenſatione, † vt quandoq; permiſſa ſit, & di-
catur gratia, quandoque debita, & hoc caſu ſit
ius, tanquam executio iuſtitiæ *Abb. in cap. at ſi*
clerici. 4. §. de adulterijs. col. pen. ad med. n. 20.
verſ. non enim quicquid. de iudic.

Ideò non obſtat quod aliqui Doctores dicãt opor
tere Iudicem remittere ad mandantem, quando
adeſt notoria nullitas, vnde cum non loquan-
tur, quod hoc poſſit facere, ſed quod oporteat
remittere, iſtud verbum oportet, inducere debet
neceſſitatem *l. 2. in fin. de priuileg. veteran.*
cum alijs ſupra allegatis. Quia ſecundum ſu-
biectam materiam huiuſmodi verba oportet,
& ſimilia ſignificant † etiam decentiam & ho-
neſtatem, non neceſſitatem *Soccin. in cap. 1. in*
princ. col. 2. ad med. in 6. not. n. 6. de libell. oblat.
Felin. in cap. ſi qui teſtium. 8. col. 2. in princ. n. 3.
verſ. ſed contrarium quod dicta. ibi. niſi aliud. de
teſtib. vbi latè *Addit. in uerb. oportet.* quod il-
lud verbum ratione ſubiectæ materiæ reſolui-
tur in voluntatem *gloſ. in l. 1. in uerb. neceſſa-*
rium ff. ſolut. matrim. & in l. 1. in princ. in uerb.
prius. de iuſt. & iur. † Prout verbum debet,
quod neque ſemper importat neceſſitatem,
quamuis illi addatur dictio omnino *Abb. in c. 1.*
in fin. nu. 7. in gloſ. ult. de deſponſat. impub. Fe-
lin. in cap. nam concupiſcentiam. 4. col. 2. ante
fin. n. 6. uerſ. & limita niſi iungatur. de conſtit.
Ideo etiam verbum oportet ponitur pro con-
ſentaneo, & opportuno † *Rebuff. in l. uerbum*
oportere. 37. colum. 2. uerſ. idem dicerem. in fin.
de uerb. ſignific.

[Qu]are etiam dicimus quod minor ſi delinquat
poterit Iudex minuere pœnam ob minorem
ætatem, quod tamen erit in arbitrio iudicantis,
itaut ſi hoc non faciat, nec partem cenſeatur
21 grauare, † nec damnum irrogare, neq; ad aliud
tenebitur in ſyndicatu, nec erit locus appella-
tioni *l. auxilium. 38. §. in delictis. de minor.*
Bald. in l. quicunque. 4. col. pen. uerſ. quarto ca-
ſu. nu. 17. in fin. C. *de ſeru. fugit. & ibi Salic.*
in princ. q. 2. nu. 7. uerſ. tamen in materia latius
ſic diſtinguo. arg. tex. in l. ſi quis poſthumo. in
fin. ff. ad ſyllan. Idem *Bald. in l. quid ergo. §.*
pœna grauior. in 2. lect. colum. antepen. ad med.
uerſ. iuxta hoc reuoco in dubium. oppoſ. 4. in fin.
nu. 11. ff. de his qui not. infam. Anan. *in cap. ſi-*
cut. 9. in fin. uerſ. exemplum ſtatutum diſponit
22 *nu. 18. in fin. de iudcis.* † Quamuis contrarium
ſentiat *Plaz. in Epitom. delict. lib. 1. c. 32. nu. 10.*
in fin. uerſ. quam ultimam ſententiam. vbi in-
telligit ſecus eſſe, quando à minore, ſeu eius no
mine petitum eſſet, de quo tamen latius dicetur
infra in capite particulari, cum alijs per *Alex.*
in l. & ſi ſeuerior. in fin. nu. 8. C. *ex quib. cauſ.*
infam. irrogat.

Neque obſtat quod à Iudice, qui habet poteſtatem
iudicandi arbitrio ſuo poſſit appellari, & ad ſu-
23 periorem recurri † *gloſ. in l. ſi qua pœna. 244.*
in uerb. de pœna. ante. fin. de uerb. ſign. Franc.
in cap. cum ſpeciali. 61. n. 9. col. 2. ante fin. uerſ.
intellige quod ipſe iudex cognoſcat. de appellat.
poſt gloſ. in cap. ſuper his. 16. in uerb. arbitrium.
de accuſat. Tiraq. in l. ſi unquam. in uerb. om-
24 *nia uel partem. n. 32.* C. *de reuoc. donat* † Quaſi
in huiuſmodi arbitrarijs iudex poſſit etiam do-
lum committere *cap. 1. de re iud. in 6. Bal in l. ſi*
fugitiui. 3. in fin. uerſ. & ſic patet quod iudex.
nu. 7. C. *de ſeru. fugit. & dixi. deciſ. 86. nu. 6.*
cum ſeq.

Quia reſpondetur primo, quod ſecundũ opinionem
aliorum non licet hoc caſu appellare, prout cõ-
25 cludit † *Aim. conſ. 78. n. 8.* Couarr. *lib. 2. var.*
reſolut. cap. 12. n. 3. uerſ. at ab eo cui ut bono ui-
ro. poſt Innoc. *in cap. præſenti. de teſtib. cum alijs*
per Menoch. *de arbitr. q. 70. lib. 1. nu. 7. uſque ad*
nu. 12. Vbi in fine dicit conſtituendam eſſe re-
gulam negatiuã, quod in iſtis arbitrarijs non ſit
licita appellatio, quaſi ob collatum ſibi arbi-
trium Iudex æquiparetur Principi, qui non po-
26 teſt reprehendi † *l. 1. C. de offic. præfect. prætor.*
l. 1. ff. à quib. appell. non lic. Decian. conſil. 47.
in princ. lib. 1. Idem *Menoch. conſ. 818. nu. 51.*
lib. 9. & de arbitrar. in addit. q. 70. in princ.
in verb. locus foret.

Secundo reſpondetur prædicta procedere quando
ſimpliciter aliquid eſſet remiſſum arbitrio ali-
cuius, tunc enim eſt intelligendum arbitrio bo-
27 ni viri, ideo permittitur appellatio, † ſecus ſi
libero arbitrio, & poteſtati Iudicis committa-
tur, prout eſt caſus noſter, tunc enim non po-
teſt appellari, quia lex non dat remedium parti
pro quo poſſit implorari officium Iudicis, ſed
eſt poſitum in mero eius officio, vnde ſiue mo-
tu proprio id noluerit facere ſiue petitus dene-
gauerit non dicitur pars grauata, cum non

ſemper debeatur, quod per partem petitur, Et
28 licet quandoq; ſit iniuria,† ſi officiũ denegetur
à cuius officij denegatione etiam eſt licita ap-
pellatio; Tamen intelligitur de officio iudicis
nobili, quod ſubrogatur loco actionis, & vicem
illius obtinet, ſecus de illo officio, quod iudex
motuproprio poteſt exercere à quo non appel-
latur, ptout latè omnia iſta declarat Felin. *in
c. exceptionem. 11. col. 2. & 3. verſ. vnde ſubdit
quod iſti malè dicunt, vſque ad verſ. quartus ca-
ſus. n. 3. vſque ad n. 6. de exception.* Ruin. *conſ.
149. col. 2. in fin. nu. 9. verſ. & ideo ſi iniquè ar-
bitretur. lib. 4.* Conarr. *lib. 2. var. reſolut. c. 12.
n. 5.* Iaſ. *in l. 1. in princ. nu. 5. & 6. verſ. ſecun-
do probat. ff. ſi quis ius. dicent. non obtemp.* Mon-
ter. *deciſ. 7. n. 8. & 9.*

Cum præſertim in caſu noſtro non poſſit conſide-
rari magna læſio per huiuſmodi executionem,
quæ ſemper poterit retractari, quaſi tunc Iudex
29 debeat argui in arbitrarijs, † cum nimis par-
tem lædit, & quando agitur de magno præiudi-
cio Bald. *in c. 1. col. antepen. nu. 15. verſ. & ſcias
quod ſi iſta arbitraria. de milit. vaſſall. qui con-
tumax eſt. & in l. 1. colum. 1. ante med. verſ. ſed
pone quod per ſtatutum. nu. 3. C. de reb. cred.*
Alex. *conſ. 106. viſo themate ante poſito. col. 2. in
fin. verſ. cum his conſonant. nu. 14. lib. 3.* Boer.
*deciſ. 284. & dic ſecundum. col. antepen. in prin.
n. 18. ad med.* Tiraquell. *d. de retract. conſang. §. 4.
gloſ. 1. nu. 11.* Menoch. *de arbitr. q. 70. nu. 16.
verſ. declaratur primo.*

Nec faciebat quod fuerit exceſſum in executione
quaſi iudex requiſitus pro illa facienda non ſer
uauerit dilationes, & alia requiſita per ſtatutũ
vigens in loco eius, qui mandauit talem exe-
30 cutionem fieri, † cum illud potius deberet at-
tendi per quemcumque Magiſtratum, ſeu Iudi-
cem, coram quo petitur huiuſmodi executio
Iaſ. *in l. cunctos populos. in 1. lectur. col. 4. in
fin. verſ. tertium principale membrum. nu. 22.*
31 *C. de ſacroſ. eccleſ.* † vbi ex hoc concludit, quod
ſi contractus fuerit celebratus in loco vbi con-
tra inſtrumentum nulla poſſit opponi excep-
tio, Iudex debebit ſeruare illud ſtatutũ, quam-
uis inſtrumentum ibi factum alibi producatur
32 Bald. *in l. 1. q. 5. nu. 5. C. ne fil. pro patr.* † Vn-
de licita erit appellatio, quando modus execu-
tionis excederetur Felin. *in c. quo ad conſulta-
tionem. 15. col. 11. nu. 16. & 17. de re iudic.*
Franc. *in cap. nouit. 43. in princ. nu. 1. de appell.*
Duen. *reg. 41. limit. 1.* Corn. *conſ. 71. col. pen.
in princ. n. 5. lib. 1.*

Quia licet daretur appellatio quando exceditur
modus in executione, tamen intelligitur quo ad
33 effectum deuolutiuum; non ſuſpenſiuum, † nam
illius reſpectu non retardatur executio Caual.
qui ita practicari teſtatur *q. 190. n. 6.* poſt Gu-
ter. in l. nemo poteſt. n. 447. de leg. 1. Et ratio eſt
nam via executiua efficeretur longior via ordi-
naria, & lites nimis protraherentur contra
*l. properandum. C. de iudic. cap. ſurgantium. de
ſenten. & re iudic.*

Vlterius hic non agebatur de deciſione cauſæ, ſed
de mŏdo, & forma executionis, quo caſu iu-
dex alterius territorij requiſitus debet in exe-
34 quendo ſequi ſuam iuriſdictionem, † non alte-
rius loci, & ſtatuta, & conſuetudines ſui tribu-
nalis, non aliena, ſiue loquamur de ordine pro-
ceſſus, ſiue ordine executionis; Vbi enim po-
ſtulatur executio, ibi ſeruetur conſuetudo il-
lius curiæ, in qua reus conuenitur Alex. *in l. à
diuo pio. §. ſententiam. nu. 6. col. 4. ad med. verſ.
35 ſecundo limita dictam concluſionẽ. de re iudic.* †
vbi quod ſi iudex pronunciauit ſecundũ ſtatu-
ta ſui fori, tunc per iudicem alterius territorij
non mandabitur executioni talis ſententia,
cum non teneatur quis exequi literas iudican-
36 tis, niſi ſeruet leges, & ſtatuta ſui loci. † Quod
etiam prius voluit Bald. *in l. vnic. in fin. n. 47.
verſ. ſcias vnum. C. de confeſſ.* vbi quod quan-
do executio non ſumeret vim de iure commu-
ni, ſed per formam ſtatuti municipalis, tunc ta-
lis executio non poſſet fieri per iudicem alte-
rius territorij, etiam per litteras remiſſas ad il-
lum, cum in exequendo debeat ſequi ſuam, non
alterius iuriſdictionem *l. miſſi opinatores. C.
de exactor. tributor. lib.* 10. ſequitur Marſil.
*ſing. 138. iudex vnius territorij. ad med. verſ.
tene tamen menti. nu. 2.* Aſin. *de execution. §. 1.
cap. 74. n. 2. fol. 24.*

Neque obſtat prædicta procedere, quando petitur
executio ex vi iudicati, aut iuris communis
iuxta *l. creditores. 3. C. de pignorib.* Cum ſecus
ſit in executione ad litteras rogatorias Iudicis
37 alicuius loci, † quaſi tunc talis iudex requiſi-
tus gerat imaginem requirentis Menoch. *de adi-
piſc. poſſeſſ. in princ. num. 404.* Ideo tanquam
in eius locum ſubrogatus non debet diſcedere
à conſuetudine loci ſubrogãtis, cum hoc faciat.
requiſitus, quia aliàs non poſſet ſe intromittere
38 de alieno proceſſu † *l. cum quædam puella. de
iuriſd. omn. iudic.* & ita in puncto concludit
*Butr. in cap. fin. col. 6. poſt med. in 3. effectu verſ.
hæc vera niſi fiat executio. num. 16. de confeſſ.*
quem refert Alex. *in l. à diuo pio. §. ſententiam.
nu 6. col. 4. ad med. verſ. ſecundo limita. in fin.
ff. de re iudic.* Ideo licet Gallus condemnatus
39 in pœna capitis non poſſit in vrbe decapitari, †
quamuis producantur banna, & condemnatio-
nes in Gallia factæ; Tamen ad litteras Regis
petentis executionem per Iudicem Vrbis pote-
runt illæ ſentẽtiæ exequi, prout ita iudicatum,
& decapitationem ſequutam dicit Farinac. *de
inquiſit. q. 11. nu. 61. in princ. verſ. quam cum
nunquam habere.*

Quia ſiue ſimus in executione parata ex vi iudi-
cati, aut iuris communis, ſiue ad litteras roga-
torias Iudicis loci, qui vigore ſtatuti executiui
40 in eodem lodo exiſtẽtis interlocutus eſt, † ſem-
per conſuetudo eſt adeo localis, vt Iudex requi-
ſitus non teneatur facere executionem in bonis
ibidem ſitis, niſi ſecundum ſtatuta, & conſuetu-
dinem ſuæ Curiæ, nulla habita conſideratione
ſtatutorum loci Iudicis requirentis Iaſ. *in l.
properandum. §. fin. autem reus. n. 4. verſ. intel-
lige etiam. C. de iudic. & in l. cum quædam in
fin.*

Digitized by Google

ſin.n.20. verſ. limita etiam concluſionem. & *ibi Purpur. in addit. in verb. loci.* vbi dicit multum notandum *de iuriſd. omn. iudic. Boſſ. de ſentent. ad fin. nu. 115. verſ ideo concludendum ex omnium dictis.* Idem Iaſ. *in l. à diuo pio. §. ſententiam. in fin. n. 24. verſ. ſecundo in contrarium. de re iudic.* & multis comprobat teſtando etiam de communi opinione Coler. *de proceſſib. executiu. p. 1. c. 3. nu. 224. verſ. immo quod*
41 *plus eſt.* † Dummodo in loco Iudicis exequentis, in quo reus reperitur nō vigeret idem, aut ſimile ſtatutum, ſuper quo eſt fundata ſententia Iudicis, qui eam protulit, tunc enim facienda eſſet executio, prout ſi communi Iure Romanorum attento fuiſſet ſententia lata *Boſſ. de ſentent ad fin. n. 115. verſ ſed ſi eſt lata cōformis diſpoſitioni. Petr. Caball. reſolut. criminal. caſ. 161. nu. 13.* vbi quod eſt notandum, cum Moderniores Criminaliſtæ non ponant dictam deciſionem *Bald. in l. unic. C. de confeſſ.* & voluit etiam *Iaſ. in l. a diuo. pio. §. ſententiam in*
42 *fin. verſ. tertio in executiuis. ff. de re iudic.* † vbi quando in loco, in quo petitur executio inſtrumenti vigebat ſimile ſtatutum, quod aderat in loco cōtractus poterit fieri executio, cum alias non exiſtente hoc ſtatuto non daretur iſta via executiua, quia de iure communi inſtrumenta non merentur executionem *l. minor. 25. annorum cui fideicommiſſum. in princ. verſ. initium nouæ petitionis. ff. de minorib.*

Ideo etiam dicimus, quod ſi quis cum inſtrumento liquido facto in loco, vbi illi datur parata executio veniat ad iudicem in foro, in quo ſer-
43 uatur ius commune, † petendo paratam executionem eiuſdem inſtrumenti tanquam liquidi, & recogniti, poterit ei replicari, vt prius ſeruet iuris ordinē dirigendo actionem aduerſus reum, & cauſa cognita ſententiam accipiat, & pignora capiat poſt rem iudicatam iuxta
4 formam † *l. 1. & 2. C. de execution. rei iudic.* cum de iure communi inſtrumenta nō habeant executionem paratam *l. minor. 25. annis. 40. de minor. l. tale pactum. 40. §. qui prouocauit. de*
5 *pact.* † Nam ſtatutum dans executionem apocæ in vna ciuitate non habet locum in alia *Iaſ. in l. cum quadam puella. in fin. verſ. confirmo illud. n. 21. de iuriſd. omn. iudic.* Maximè ſi ſtatutum eſſet ordinatorium *Bald. in l. 1. n. 8. in fin. verſ item dicit. C. quæ ſit long. conſuetud.* & eſt deciſio *Rot. coram* R. R. D. *Penia Anconitan. pecuniarum. 23. iunij. 1603.* vbi de Statuto Anconæ dante executionem apocis, quod non ſeruatur in Vrbe.

iod adeo verum eſt, vt etiam habeat locum, quantumuis vterq; litigator tempore contractus domicilium ſuum habuerit in dicto loco, vbi fuit actus celebratus, † & nunc reus illud mutauerit, quia ſemper eſt verum, quod iudex aditus pro facienda executione debeat ſeruare leges ſuæ regionis, non autem ſequi ſtatuta alterius Prouinciæ *Curt. in c. cum tanto. ſect. 9. n. 5. de conſuetud. Matth. Coler. de proceſſib. executiu. p. 1. c. 3. n. 225. ad fin.* vbi etiam *n. 226.*
47 docet pro creditoribus cautelam, † qua mediante poſſint petere executionem paratam alibi ex ſtatuto loci, in quo negotium geſtum eſt; vt videlicet ponatur in inſtrumento, quod etiam alibi experiantur conditione ex lege loci contractus cum ſuo priuilegio, tunc enim vbiq; locorum executio poterit intentari *Imol. in l. à diuo pio. §. ſententiam. ad med. verſ. ſed non in-*
48 *uenitur. de re iudic.* & *ibi Iaſ. in fin. nu. 24.* † Quemadmodum enim ſemel obligatum ſequitur actio perſonalis quocunq; vadat *gloſ. in l. 3. ff. pro ſoc.* Ita etiam debet ſequi eum cum priuilegio paratæ executionis, ſi intentetur cō-
49 dictio ex lege ſtatuti † *Imol. in d. § ſententiam. de med. verſ. quia poteſt via executiua. Coler. de proceſſib. executiu. p. 1. c. 3. nu. 227. in fin.* & eſt *tex. in l. cū in longi. quæ eſt vltim. ad fin verſ. quid enim prodeſt. C. de præſcription. long. tempor. decem vel viginti annor.*

EPITOME.

Iudici ſeu Arbitro quando permittatur declaratio laudi, & ſententiæ etiam definitiuæ. Inferior an poſſit cogi reuocare, & interpretari ſuam ſententiam, & an delegans illam interpretetur ex mente delegati. Copula, &, quando coniungat, cum omnibus qualitatibus. Obligatus ad cauendum an debeat dare fideiuſſores. Interlocutoria quoties poſſit reuocari. Declaratio an aliquid de nouo inducat, & quandocunque concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio retrotrahitur ad declaratum, & nihil noui inducit, & an poſſit fieri quocunque tempore. nu. 2. & an ſit eadem cum ipſa diſpoſitione. n. 3.*
4 *Arbitri, & Iudices an poſſint declarare laudum, & ſententiam etiam interlocutoriam. n. 6 7. 9. & 10.*
5 *Declaratio admittitur vbi adeſt dubium.*
8 *Interpretatio ſententiæ eſt meri imperij.*
11 *Interlocutoria etiam millies poteſt reuocari.*
12 *Inferior an poſſit cogi ad reuocandum, ſeu interpretandum ſuam interlocutoriam. n. 13.*
14 *Delegans an poſſit interpretari ſententiam ex mente ipſius Delegati.*
15 *Tertius eligendus in caſu diſcordiæ non admittitur niſi de illa conſtet.*
16 *Copula, &, coniungit, cum omnibus qualitatibus. Declara vt n. 17.*
18 *Dictio nec non reſoluitur in copulatiuam.*
19. *Obligatus ad ſimplicem cautionem debet hypothecare bona, & quando ſufficiat cautio iuratoria cum fideiuſſoribus. n. 20. & 21.*
22 *Cautio ſufficiens dicitur cum pignore, & fideiuſſoribus. Intellige vt n. 23.*
24 *Idoneus non cogitur ad fideiubendum.*
25 *Iudici vel arbitro quando permittatur executio ſuæ ſententiæ, ſeu laudi.*

CAPVT CXLVII.

DEclaratio inhil de nouo inducit, & non
immutat ſenſum declarati, & ad illud re-
1 trotrahitur † l. hæredes palam 21. §. ſi quis poſt
factum. vbi gloſ. in verb. ſignificat. de teſtament.
l. ſi donate. 37. in fin. de donation. int. vir. &
vxor. Decian. conſil. 8. n. 211. lib. 1. Et poteſt fie-
ri quocunq; tempore, Ita ut ſi ſtatutus fuerit
2 terminus ad aliquid faciendũ, † liceat illud de-
clarari lapſo termino, quamuis tunc non poſſet
fieri, cum excluſus à iure aliquid faciendi, non
excludatur à iure declarandi Surd. qui multis
ſimilibus comprobat deciſ. 29. per tot. Vbi
etiam quod declaratio adeo inhæret diſpoſi-
3 tioni, † vt cenſeatur emanaſſe cum illa eodem
tempore, itaut inſit ipſimet diſpoſitioni Aret.
in l. gallus. §. & ſi parente. col. 1. de liber. &
poſthum. Rimin. Iun. conſil. 249. nu. 51. lib. 3. &
conſil. 495. nu. 7. lib. 5. Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verb. libertis. nu. 13. cum ſeq. C. de reuocand. do-
natio.

Ex quibus dicebatur potuiſſe per arbitros decla-
rari laudum per eos latum in cauſa D. Guer-
rerij, & litis conſortium coram me vertente,
4 quaſi hoc permittatur, † cum nihil de nouo fa-
ciat Bald. in l. ne arbitris. col. vlt. in fin. n. 11.
verſ. finaliter ex dictis. C. de arbitr. Felin. in
c. qualiter & quando. 17. nu. 28. in fin. col. 15.
in princ. verſ. tertio nota quod arbiter. de ac-
cuſat.

Contrarium tamen Dixi verius eſſe, quia conſta-
bat de totali mutatione laudi dati, † quo caſu
non admittitur declaratio, quæ habet locum
5 quando verba ſunt dubia, † ſecus ſi eſſent cla-
ra Bald. in l. voluntatis. 7. col. fin. verſ. quaro
ſi ſtatutum. n. 9. C. de fideicommiſ. Caſtrenſ.
conſ. 338. quia exceptiones. col. 1. ad fin. nu. 2.
verſ. pro declaratione. lib. 1. dixi deciſ. 175. n. 12.
cũ ſeq. vbi etiã de ratione iſtius totalis muta-
6 tionis: Maximè quia declaratio, † ſeu correctio
nõ fuit facta in continenti, antequam actus ha-
bitus ſit pro perfecto, ſed poſt multos dies, &
poſt oppoſitionem partium huiuſmodi contra-
rietatem allegantium, quo caſu non permitti-
tur declaratio Felin. in c. qualiter & quando.
n. 29. col. 15. verſ. fallit ſecundo. de accuſation.

Immo neq; Iudici permittitur declarare, aut in-
terpretari ſuam ſententiam, niſi eſſet de maio-
ribus Iudicibus habentibus merum imperium;
7 Cũ ſecus ſit in minoribus † Bart. in l. 2. n. 4. ad
med. verſ. ſi vero quæris. C. de ſentent. ex breuis.
recitand. Quia pro interpretatione cõpetit of-
ficium iudicis nobile, quod eſt de mero impe-
rio, vt notatur in l. imperium. ff. de iuriſdict.
8 omn. iudic. † Ideo nemo poteſt ſententiam in-
terpretari, qui non habet merum imperium
Caſtr. in l. ab executore. 4. col. 2. poſt med. n. 6. de
appellat. vbi infert, quod Magiſtratus munici-
pales, qui de iure communi non habent impe-
rium, licet ex forma ſtatuti aliquando habeant
ea, quæ ſunt de mero imperio, non poſſunt ſen-
9 tentiã interpretari † Surd. conſ. 288. nu. 2. lib. 2.
vbi ampliat ad interlocutoriam habentem vim
definitiuæ, quæ ſicut non poteſt per iudicem
reuocari Bald. in l. arbitro. col. 2. ad fin. in
gloſa magna. ff. qui ſatiſdar. cogant. Ita neque
interpretari, cum interpretatio non fiat, niſi
per eum, qui poteſt reuocare, vel condere actũ
Surd. ibid. nu. 2. Licet in ſententia interlocu-
10 ria aliud ſit, † quia etiam inferior poteſt illam
declarare, & interpretari, immo quoque reuo-
care: Iudex enim pronunciando definitiue
functus eſt officio ſuo; vnde nihil aliud debet
agere, cum ſecus ſit interlocutoria, poſt quam
etiam remanet Iudex; ideo poteſt ſe in ea in-
tromittere reuocando, & interpretando, etiam
11 quod millies vellet hoc facere † Ang. in l. quid
quid aſtringenda. in fin. ff. de verb. obliga-
tion. Non obſtantibus adductis per Iaffred.
deciſ. 194. vbi voluit ſemel tantum, aut bis poſ-
ſe reuocari: Quia contra eum eſt verior opi-
nio, prout teſtatur Mandoſ. form. 9. commiſ-
ſion. in verb. admittet. in fin. latè Monter. de-
ciſ. Aragon. 3. per tot. cum alijs, de quibus in-
12 fra c. 149. † Itaue etiam inferior poſsit cogi
præciſe ne dum interpretari, ſed etiam reuoca-
re ſuam interlocutoriam, quando conſtaret eſſe
erroneam, & iniuſtam; Cum enim appareat
euidenter de actus iniquitate, non poteſt præ-
tendere, quod bene fecerit Bart. in l. ſi tutor.
in fin. de autorit. tutor. Rip. in l. quod iuſſit.
13 n. 36. q. 6 col. 6. poſt med ff. de re iudic. † Nam
aliàs ad id iudex non poſſet cogi, quaſi tunc
prætendat ſe bene iudicaſſe, & lex conferat re-
uocationem in eius arbitrium Bart. in d. l. quod
14 iuſſit. n. 13. † Poſſet tamen Delegans interpre-
tari ſententiam Delegati ex mente ipſius De-
legati c. ex parte. il. 3. de verbor. ſignificat. Me-
noch. de arbitrar. q. 67. nu. 26. Vnde etiam
poterit committere interpretationem ipſi De-
legato Surd. conſ. 288. n. 16. lib. 2.

Stante igitur voto contrario vtriuſq; arbitri con-
ſtat de diſcordia, ob quam potuit per tertium
15 ſententiari, † tãquã electum in caſu diſcordiæ
Alex. conſ. 124. in cauſa & lite. nu. 9. lib. 2. &
conſ. 48. n. 12. lib. 7. Dec. conſil. 475. n. 39. & 40.
col. vltim. in fin. Pariſ. conſil. 24. nu. 143. lib. 1.
Ideo dixi bene declaratum fuiſſe promiſſionem
euictionis extendendam tam pro florenis 800.
reſpectu hæreditatis Deſiderij, quàm pro alte-
ra medietate hæreditatis Peræ; itaut teneantur
de euictione tanquam principales, non ſimpli-
citer velut creditores ex rationibus, quas ad-
16 duxi deciſ. 175. † Stante præſertim copula, &,
quæ coniungit præcedentia cum ſequentibus,
ciuſque natura eſt repetere omnes conditiones
præcedentis ſermonis copulando cum omnibus
qualitatibus Bart. in l. ſeia. §. cato. de fund. in-
ſtruc. Alex. conſ. 100. viſa inquiſitione. 2. lib. 6.
etiam ampliando, non reſtringendo Corn. conſ.
104. licet in hac conſultatione. col. fin. in princ.
n. 5. verſ. attento. lib. 1.

Præſertim quia diſpoſitio eſt ſub eadem oratione
17 concepta, nam ſecus eſſet ſi ſub diuerſa † Aret.
conſ. 1. nu. 12. col. 4. ad med. verſ. venio nunc ad
iter-

Digitized by Google

tertium. Iaſ. in l.1. in princ. ff. de iuſt. & iur.
18 *Socin. conſ.71. nu.4. lib.3.* † Prout idem eſſet
in dictione, nec non, quæ reſoluitur in copula-
tiuam, &, *Cæſar.de Graſſ. decis.1. n. 5. de reb.
eccleſ. non alienand.* cum alijs de quibus ſupra
cap.70.

An autem pro iſta promiſſione teneantur Rei cō-
uēti dare fideiuſſores, vel ſufficiat ſimplex cau-
tio; Verius eſſe Dixi, quod qui tenetur ad
ſimplicem cautionem de iure nō debet obliga-
19 re bona, † cum ſufficiat ſimpliciter verbotenus
promittere *gloſ. in l. 2. §. ſed ſi agant. in verb.
ſola promiſsione. de iudic.* Quamuis de cōſuetu-
dine requiratur hypotheca, & bonorum obli-
gatio *Bart. in l. prætoria. nu. 2. ff. de prætor.
ſtipulation. Socin. conſil. 220. cum in præſenti
conſultatione. in 2. dub. col. 3. nu. 4. verſ. ſexto
quia demum. lib. 1.* Et iſtam opinionem tan-
quam magis communem ſeruandam eſſe dicit
*Iaſ. in l. 1. num. 20. col. penult. ad med. verſ.
circa dictas quinque fallentias. ff. qui ſatisdar. co-
gant. & in l. ſi prius. nu. 52. de nou. oper. nun-*
20 *ciat.* † Itaut ſufficiat iuratoria cautio abſque
fideiuſſoribus, Dummodo ex forma legis, vel
ſtatuti non requiratur plena, & ſufficiēs cautio
*gloſ. in c. quoniā frequenter. §. in alijs. in verb.
cautiones. vt lit. non conteſt. Socin reg.43. verſ.
fallit quarto. Ceuall. q.66. nu.2.* Vel niſi fuerit
21 dictum, † quod idoneè caueatur, quia tunc in-
telligitur cum fideiuſſore; prout quando ad-
deretur dictio plenè, vel rectè, aut competen-
ter, vel eſſemus in perſona ſuſpecta, & forenſi,
aut ſi cautio inſtrumentalis eſſet ſuperflua, vt
quia aliàs promiſſor erat obligatus per inſtru-
mentum latè *Bertazz.* qui omnes ſupradictos
22 caſus recenſet *clauſ.42. gloſ.8 num.2.* † Quo-
rum ratio eſt, quia cautio ſufficiens dicitur, ſi
pignora, & fideiuſſores dentur *gloſ. in c. ex
tranſmiſſa. 8. in verb. ſufficienti. de reſtitut.
ſpoliat.* vbi de marito condemnato ob ſæui-
tiam ad cautionem fauore vxoris, qui debet
fideiubere, vt dicatur præſtitiſſe ſufficientem
cautionem; de qua quæſtione *Roland. conſ.27.
lib.3. Guter. in l. nemo poteſt. n. 247. de leg. 1.*
23 *Ceuall. q. 6.* † Licet hoc etiam eſſet arbitra-
rium iudici *Menoch. de arbitr. caſ. 142.* Itaut
in caſu, in quo eſſet præſtanda fideiuſſio, non
adimpleretur dando pignora, quando expreſsè
de fideiuſſoribus dictum fuiſſet *Alex. ad Bart.
in l.1. ff. qui ſatisd. cogant. Marſil. in rub. de fide-
iuſſor. n. 197.* Cum aliud ſit in promittente ſim-
pliciter ſatiſdare latè *Rot. Genuenſ. per Car-
tbar. decis. 98. per tot.*

Ex quibus patet non eſſe admittendā in caſu no-
ſtro petitam fideiuſsionem, cum non adſit ali-
qua clauſula, quæ importet ſufficientem, ſeu
rectam, aut plenam cautionem; Ideò ſatis erit
ſimplex bonorum obligatio, cum præſertim ſi-
24 mus in perſonis idoneis, † qui minus debent
cogi ad fideiubendum *Bart. in l. quicunq; la 2.
C. de fund. patrimonial. lib. 10. Felin. in c. ad hæc.
in fin. de ſentent. excommunicat. Roman. cons.
67. col.2. in fin. verſ. tertio hoc ipſum probatur.*
& ibi *Mandoſ.* teſtatur de communi *in verb.
poſsidere. in fin* cum diſtinctionibus quas addu-
xi *ſupra c.13.* & ita declaraui concedendo exe-
cutionem pro omnibus contentis in ſententia.
25 Quidquid .n. ſit de iure, † an arbiter exequa-
tur laudum; Secundum formam conſtitutio-
nis, de qua in actis, cōceditur facultas exequē-
di quaſcunque ſententias cum verbis generali-
bus, & ampliſſimis, quæ faciunt, vt compræhen-
dantur omnes cauſæ tam ciuiles, quàm crimi-
nales, & ſpirituales tam per Iudices, quàm per
arbitros diſcuſſas, prout latius dixi *ſupra c. 66.*

E P I T O M E.

Ad cognoſcendum congruam dotem an attenda-
tur tempus contractus, vel mortis patris, & au-
ctarum facultatum. Et quid in legitima, ſeu
renunciatione. Statutum diſponens filias eſ-
ſe contentas dote prohibēdo, ne quid vltra pe-
tant an ſit fauorabile, vel odioſum, & an exclu-
dat eas à petitione ſupplementi, ſi conſtat de
læſione, & dos fuit minor legitima. Enormis
læſio quæ dicatur, & an enormiſſima ſit conſi-
deranda reſpectu rei, de qua agitur, vel totius
ſubſtantiæ patrimonij, & per quas clauſulas ex-
cludatur, & infra quantum tempus competat
reſtitutio.

S V M M A R I V M.

1 *Statutū diſponens filias eſſe contentas dote pro-
hibendo, ne quid ultra petere poſsint intelligi-
tur excludere à ſupplemento quamuis dos non
ſit congrua, & minor legitima. Declara, ut
n.7. & 13.*

2 *Pater capit melius conſilium pro filia quàm
alius.*

3 *De amore parentum erga liberos.*

4 *Diſpoſitio excluſionis fæminarum propter ma-
ſculos an ſit fauorabilis & amplianda.*

5 *Statutum prohibens dari in dotem ultra ſum-
mam ſcutorum bis mille eſt fauorabile.*

6 *Denominatio ſit a potentiori.*

8 *Dos congrua an dicatur reſpectu temporis con
tractus, uel auctarum facultatum. num.9. &
quid in legitima. nu.10.*

11 *Læſio in renunciatione an conſideretur tempore
mortis patris.*

12 *Dos quando augeatur auctis facultatibus.*

14 *Verba generalia recipiunt interpretationem
legalem.*

15 *Læſio enormiſſima non excluditur per clauſu-
las generales, & iuratas.*

16 *Conditio ſi æque fuerit iudicatum ſemper intel-
ligitur.*

17 *Iudex arbitratur quando læſio interuenerit.*

19 *Reſtitutio competit poſt quadriennium ſtante
enormiſſima læſione.*

20 *Deceptus ultra dimidiam ſi uigore ſtatuti de-
beat infra quadriennium uti remedio. l.2. C.
de reſcind uendit. auditur tamen infra trigin-
ta annos ſtante læſione enormiſſima.*

21 Læ-

21 *Læſio enormiſſima an dicatur reſpectu rei, de qua agitur, vel totius ſubſtantiæ patrimonij. n.22.23. & 24.*

CAPVT CXLVIII.

STatuta quæ paſsim extant in diuerſis pro-
uincijs, & locis, dum diſponunt filias eſſe
contentas dote aſſignata prohibendo, ne quid
1 vltra poſſint petere,† Dixi verius eſſe, quod in-
telligãtur illas excludere à petitione ſupplemẽ-
ti, quãuis dos non fuerit congrua; ſed minor le-
gitima ſecundum opinionem *Bald. in auth. res
quæ. n. 16. col. vlt. in princ. verſ. modo quæro de
duobus & ibi add. in verb. modo. C. commun. de
legat. & in l. fin. C. de dot. promiſ. Ruin. conſ. 62.
nu. 5. lib. 3. Ceph. conſ. 291. n. 7. lib. 2. Natt. conſ.
201. in fin. lib. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 149.
n. 2.* Etenim prædicta ſtatuta fundant ſe in pro-
uidentia paterna, vnde non poteſt dici de incõ-
2 petentia dotis,† quaſi nullus capere poſſit me-
lius conſilium, quàm pater de filia, ita vt quod
illi viſum fuit competens nõ debeat alteri con-
trariũ videri *l. nec in ea. 22. in fin. & ibi gloſ. in
verb. pietas de adulter. l. fin. in princ. verſ. quis
enim talis effectus. & ibi gloſ. in verb. paternum.
C. de curat. furioſ. Dec. conſil. 505. copioſè & ele-
ganter. nu. 5. verſ. ſecundo concurrit. col. 2. Doct.
in l. illi quidem. 8. in fin. poſt gloſ. ibid. in verb.
magis. ff. de eo quod met. cauſ. Tiraq. in l. ſi un-
3 quam. in præfat. nu. 36. C. de reuoc. donat.* † vbi
latiſſime de amore & affectu parentum erga li-
beros. *n. 7. uſque ad n. 37.*

Præſertim quia ex intẽtione ſtatuẽtiũ excludũtur
fœminæ propter maſculos, vnde non ſolum hu-
iuſmodi diſpoſitio valet, ſed eſt amplianda tan-
4 quam fauorabilis † quamuis alio reſpectu quo
ad fœminas ſit odioſa *Bald. in l. 2. ad fin. uerſ.
& per hoc arguitur. nu. 4. & ibi Iaſ. col. 1. ad
med. nu. 4. uerſ. ex iſta doctrina. C. de in ius uo-
cand. Gabr. conſil. 197. nu. 4. lib. 1. Rot. diuerſ. de-
ciſ. 457. n. 6. p. 1.* vbi de ſtatuto Vrbis prohiben-
te dari in dotem vltra ſummam ſcutorum bis
5 mille quod ſit fauorabile † *latè Molin. de pri-
mogen. hiſpan. lib. 1. c. 18. nu. 4. Menoch de re-
cup. poſſeſſ. remed. 1. nu. 37.* Et cum præponderet
fauor filiorum erit potius fauorabile, quia à po
6 tentiori eſt facienda denominatio † *c. ad quæ-
ſtiones. de rer. permut. Alex conſil. 119. uiſo pro-
ceſſu cauſæ. col. 2. in fin. nu. 6. uerſ. & illud quod
est magis. lib. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 30.
n. 9. & 10. gloſ. 1. Put. deciſ. 374. n. 6. lib. 1.*

Neque obſtabat in caſu de quo agebamus adeſſe
læſionem, ob quam tollitur præſumptio orta ad
fauorem patris, quod competenter filiam do-
7 tauerit † vnde erit locus ſupplemẽto legitimæ,
& congruæ doti quamuis Statutum prohiberet
amplius peti *Caſt. conſ. 275. ſuper primo quæſi-
to. col. 3. in fin. uerſ. & hanc partem puto uerã.
n. 6. lib. 1. Alex. conſil. 33. uidetur ſuper dicto. in
fin. n. 4. lib. 4. Dec. conſ. 180 ſatis nota eſt quæſtio
n. 3. col. 2. in fin. cum alijs quos adduxi deciſ. 27.
nu. 3.*

Quia non conſtabat de læſione, cum dos aſſignata
poſsit dici congrua tam reſpectu perſonarum,
8 quàm loci, & temporis *Ruin. conſil. 56. nu. 10.
lib. 3. Dec. conſil. 275. proponitur. col. 2. in princ.
uerſ. ſed tamen his & ſimilibus. Ludouic. deciſ.
peruſin. 21. n. 57.* Quamuis enim facultates pa-
tris auctæ fuerint, ita ut illarum reſpectu poſ-
9 ſet conſtare de læſione. † Tamen ad illam con-
ſiderandam attenditur tempus contractus, &
dotationis, non quod poſtea euenit *latè Surd.
conſ. 488. n. 36. lib. 4.* Quidquid aliud ſit in legi-
10 tima quæ auctis facultatibus augetur † *Ceph.
conſ. 165. nu. 20. lib. 2. latè Rot. per* R. P. D. *Pe-
niam. ulixbonen legitima. 27. nouembris.* 1595.
vbi quod verior eſt opinio in legitima conſide-
rari tempus mortis, ſecus in dote, quæ refertur
ad diem contractus, & ibi etiam quãdo filia re-
11 nunciat patre viuente hæreditati paternæ † an
tunc ſit attendenda læſio tempore renunciatio-
nis vel mortis patris de qua quæſtione *Rom. &
Imol. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerb.
obligat. Guliel. Benedict. in c. rainutius. in uerbo
duas habens filias. n. 265. de teſtam. Pariſ. conſil.
26. n. 89. col. penult poſt med. lib. 3.* vbi de magis
communi quod attendatur tempus reuocatio-
nis *Couar. in c. quamuis. p. 3. §. 1. n. 2. ad fin.
uers. attamen ipſe. de pact. in 6. Molin. de hiſpan.
primogen. lib. 12. c. 1. n. 29.*

Neque obſtat quod augeatur etiam dos auctis fa-
cultatibus *Socin. conſ. 100. ſuper controuerſia.
col. 3. in fin. uerſ. quinimmo etiam dicta additio.
12 num. 9. lib. 3.* † Quia intelligitur, quando dos
eſſet cõmenſuranda cum legitima, itaut debe-
retur vſque ad eius quantitatem; Secus in ca-
ſu ſtatuti, in quo nulla eſt habenda ratio legiti-
mæ, quæ debeat commenſurari ad dotem; &
dummodo dos ſit congrua erit ſatisfactum ſta-
tuto, neque augebitur auctis facultatibus *Dec.
conſ. 275. col. 2. in fin. uerſ. & iſta concluſio.
Honded.* in ſpecie *conſ. 10. nu. 37. uerſ. præterea
qui tenent. lib. 1. poſt* Gramm. *decis. 101. nu. 72.
uers. & licèt dubium ſit.*

Verùm ſi probaretur magnus exceſſus, & læſio
enormiſſima, tunc eſſet locus ſupplemento legi-
13 timæ a *Ruin. conſ. 98. n. 4. uers. & quamuis etiã
ſtatutum. lib. 2. Menoch. de arbitrar. caſ. 149.
n. 15. poſt Dec. conſil. 203. ut uera reſolutio. nu. 7.
col. 3. in fin. uerſ. ſi tamen exceſsiue. Bald. Nouel.
de dot. priuil. 17. n. 6. p. 6. cum alijs ſupra allega-
14 tis.* † Quamuis ſtatutum generaliter prohibe-
ret aliquid peti vltra dotem, quia etiam verba
generalia recipiunt interpretationem legalem
*Bald. conſ. 67. quia ex facto oritur. col. 1. in fin.
uerſ. nec obſtat ſi dicatur. lib. 3. Iaſ. in l. fideiuſ-
ſor. §. prætor ait. in fin. n. 7. ff. qui ſatiſd. cog. Ti-
raq. de retr. conuent. gloſ. 2. §. 1. nu. 9. in fin. uers.
15 nam & hæc dictio.* † Prout eſt in cõpromiſsis
in quibus nec clauſulæ generales, & amplæ ex-
cludunt læſionem enormiſſimam, quamuis ad-
ſit iuramentum, quod neq; impediret reductio-
nem petere. Quia ſemper intelligitur conditio,
16 ſi æque fuerit iudicatum † *c. 2. de arbitr. l. ſi li-
bertus. 30. de oper. lib. Anan. conſ. 5. n. 2. Dec. conſ.*

39.n.6.Socin. conſ.220.viſis compromiſſis. col.5. in princ. n.6. lib.2. Quaſi tunc præſumatur dolus qui ex d.læſioone colligitur *l. ſũma eſt ratione.21.de peeul. Auffr. ad deciſ. capp.tholoſ.268.*

Amplius etiam ſufficeret læſio enormis ſecundum opinionẽ,de qua per *Cagnol. in l.ſi quis maior. n.38. C. de tranſact.* Et *poſt Zaſ. Corn. & alios per eum allegatos* dicit hanc opinionem eſſe ve-
17 riſſimam *Ceuall.q.92. in fin.*† vbi etiam quod læſio debet aſcendere ad quãtitatem ſextæ partis illius rei,quæ in arbitrio deducitur,vt ſit locus præfatæ reductioni *Bart.in l.ſocietatem.77. §.arbitrorum.n.25.verſ. & videtur quod quando ſit exceſſus. ff. pro ſoc.Cuman. conſ.50.ſtante ſtatuto. col.2. in fin.verſ. id autem. n.3.*

Licèt ſecundum aliam opinionem eſſet hoc com-
18 mittendum arbitrio iudicis † *Dec.conſ. 38. in fin. verſ.alij volunt. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. omnia vel partem. nu.31. C. de reuocand. donat.Couar. lib.1.vari.reſolut. cap.3.n.11.Menoch.de arbitr. cenſ.c. caſ.74.n.4.lib.2.*

'taut ſtante enormiſſima læſione competat reſti-
19 tutio etiam poſt quadriennium † *gloſ in c.1.in verb.admittenda.de reſtitut.in integ. in 6. Caſſador.deciſ.vnic. nu.5. de empt. & vendit.* Prout dicitur in decepto vltrà dimidiam iuſti pretij, qui licèt per ſtatutum debeat infra quadrien-
20 nium vti remedio *l.2.C.de reſcind. vend.* † Tamen quando læſio eſt enormiſſima poſſet agere infra triginta annos *Gonzal.ad reg.8.Cancell. gloſ.21. nu.28. Felician.de* Solis *de cenſib.lib.2. c.1.n.40. Parlador.lib.2. rer. quotidian.cap.fin. par.5.n.14.*

normiſſima autem læſio cum dubitaretur, quæ ſit dicenda Dixi verius eſſe, quod non habeatur
21 reſpectus ad rem,de qua agitur,†ſed ad totam ſubſtantiam patrimonij, Nam ſi quis eſſet læſus per ſententiam, ſeu præſcriptionem in re, quæ controuertitur valoris bis mille lapſo quadriennio debet docere de enormiſsima læſione pro habenda reſtitutione in integrum, non reſpectu illius rei, in qua fuit læſus, ſed reſpectu totius patrimonij, in quo ſi remanerent octo millia, non poſſet dici enormiſſimè læſus, nec quod ei parum remaneret in bonis, ita in ſpecie concludit *Soccin.conſ.266.in cauſa quæ vertitur.n.24.col.12. in fin.verſ. ad quam difficultatem. lib.1. Doct. in l.ſed ſi ſuſceperit. 52.§.c. de iudic. Natt.cons.525. in fin. nu. 50. uers.ad aliud quod dicitur.lib.3.*† & ita ſeruari per Rotam dicit *Acchill.decis.84.alias 6.de reſtit.in integr.* cum alijs per *Gonzal.ad reg. 8. cancell. glos.21.n.22.* Quidquid contrarium dicant *Couarr.lib.1.uar.resol.c.3. n.11. & Odd. de reſtit. in integr. q. 19. cum alijs per Menoch.de arbitrar. cent.1. cas.74.* † qui remittunt Iudicis arbitrio quãdo dicatur enormiſſima læſio, ad hoc vt poſſit competere reſtitutio poſt quadriennium. † Quia eorum opinio non ſeruatur, vt per *Achill.d.decis 6. de reſtit. in integr. Caputaq. decis.151. p.2.Rot. diuers. decis. 428. nu.3. p.1.*Et eſt deciſio eiuſdem *Rot.per* R. P. D. *Bubalum Burgen. de Carranza. 23. Febru. 1590.*

EPITOME.

Dominus quando ſit præferendus in emptione fructuum per colonum perceptorum; Et quid in Vaſſallo,Proprietario, Emphyteuta, Vſufructuario, Conductore, Ceſſionario, & ſimilibus. In quibus caſibus poſſit quid cogi ad vendendum; & an attendatur pretium, quod ab alijs offertur, quamuis iuſtum excedat. Stante penuria an debeant contribuere victualia etiam perſonæ Eccleſiaſticæ,& per quos Iudices compellantur. Conſuetudo an valeat quod Iudices ſeculares cognoſcant de cauſis ſyndicatus, & alijs pertinentibus ad annonam in præiudicium Epiſcoporum. Beneficium tacitæ hypothecæ in rebus inuectis, & illatis an competat ceſſionario,qui ſoluit penſionem locanti, & de ſimilibus priuilegijs quando tranſeant ad ſucceſſores.

SVMMARIVM.

1 *Colonus,vaſſallus,& emphytheuta debent præferre dominum in emptione fructuum ex prædio perceptorum. n.5.7. & 8.*
2 *Colonus habet ſocietatem cum domino,& poteſt retinere portionem fructuum aduerſus ſucceſſorem. n.3. & 9.*
4 *Socius eſt præferendus alijs.*
6 *Proprietarius debet præferre vſufructuarium in venditione.*
10 *Conuctor prædij habens ceſſionem à domino non poteſt cogere colonum ad ſibi vendendum fructus.*
11 *Cedens quando dicatur eadem perſona cum cedente.*
12 *Ius Prælationis an poſſit cedi.*
13 *Succedens in ius alterius an conſequatur priuilegium ſui auctoris.*
14 *Beneficium tacitæ hypothecæ in rebus inuectis, & illatis an competat ceſſionario ſoluenti penſionem locatori. n. 15.*
16 *Priuilegium expellendi conductorem pro vſu ſuo an tranſeat in ſucceſſorem.n.17.*
18 *Colonus iurans velle frumentum pro vſu ſuo non cogitur ad vendendum.*
19 *Exponens rem venalem an poſſit pœnitere.*
21 *Res venales expoſita domino per colonum poſſunt alijs vendi ſi ille differat emere; & quod tempus requiratur. n.23. & 24.*
22 *Pretia rerum mutantur tempore.*
25 *Vendere quis non cogitur niſi oblata pecunia in contanti. & n.26.*
27 *In venditionibus coactis pretium iuſtum quod dicatur. n.28. 29. & 34.*
30 *Facultas prælationis quomodo intelligatur. nu.31. & 32.*
33 *Fiſcus an cogat ad emendum res ſubhaſtatas.*
35 *Pretium iuſtum quale debeat eſſe in rebus comeſtibilibus tempore penuriæ. n.36. & 37.*
38 *Appellatio eſt licita à ſtatuto non communi ſed contra certas perſonas tantum.*
39 *Frumentum alijs venditum tempore cariſtiæ debet*

*debet diſtribui inter eiues loci,in quo recolle-
ctum eſt.*
40 *Penuria facit vt omnes etiam Eccleſiaſtici con-
tribuant ſua victualia pretio non iuſto.n.41.
& 42. & per quem Iudicem ſint compellen-
di.n.43. & 44.*
45 *Edicta ob publicam vtilitatem ligant clericos,
qui compelluntur per iudices eccleſiaſticos.&
quid in eorum colonis. n.46.*
47 *Iudices laici vel eccleſiaſtici an cogant vende-
re victualia ſtante penuria. n. 48. & 53.*
49 *Iuriſdictio competens Epiſcopis an poſsit tolli
per conſuetudinem contrariam.*
50 *Iudex ſecundus poteſt adiri ſi conſtat de negli-
gentia primi.*
51 *Cauſa ſyndicatus ſpectant ad Epiſcopos. Fal-
lit de conſuetudine. n. 52.*

CAPVT CXLIX.

QVo ad dominum prædij locati Franciſco
Serræ videbatur illum præferendum in
emptione frumenti, & fructuum ex eo-
dem prædio per colonum perceptorum, iuxta
1 opinionem † *Bart. in l.1. in fin. nu.3. verſ. vl-
timo nota.* C. *de metallar. lib.* 11.Rip.*de remed.
praſeruatiu. contr. poſt. nu.* 260.*Caſtr. conſ.4.
in fine nu.6. lib.*1. *Boer. deciſ.*107. *nu.*2. *Iaſ. in
l.qui roma.§. coheredes. col.vlt. ad med. nu.26.
de verbor.obligat.* Soccin. *reg.* 425.*vendere rem
2 ſuam. limit.2.* † Nam colonus partiarius dici-
tur habere ſocietatem cum domino *l. ſi mer-
ces. 28. §. vis maior. in fin. ff. locat. Cephal.
conſ.*181. *nu.*2. *lib.*2. *Oſase. deciſ.8. nu.5.* Itaut
3 ob huiuſmodi ſocietatem colonis poſſit,† etiam
retinere ſuam portionem fructuum aduerſus
ſucceſſorem *Bald. in l.emptorem. 9. nu.7. verſ.
ſed pone colonus.* C. *locat.* Quare tanquam ſo-
4 cius debet alijs præferri † *Idem Bald. in l. 2.
nu.2. verſ. aquum tamen puto.* C. *commun. rer.
alienat.* Cum præſertim colonus ratione fru-
ctuum habeat cauſam à domino; Vnde æquum
5 eſt, vt illum alijs præferat, † Proue etiam di-
cimus de vaſſallo, qui tenetur dominum præfer-
re in fructibus feudi vendendis *Afflict. in c.1.§.
poſt natale. de pac. tenend.* Et in proprieta-
6 rio, qui præfert vſufructuarium † *Caualcan. de
vſufruct. n. 173.* quaſi habeat in re vendita ius
coniunctionis propter commoditatem, & vti-
litatem *Bald. in l. ad probationem. 23. in fin.
7 verſ.quid ſi vſufructuarius.n.*10.C.*locat.* † etiã
ſtante ſtatuto quod agnati præferantur, quia
illud debet intelligi, ne præiudicetur domino
Alex. conſ.29. nu.6. lib. 6. de quo latè *Tiraq.
de retract.lignag.§. 1.gloſ.7.nu.62.* Et idem in
ſimilibus caſibus, de quibus *per Iaſ. in l. fin.
nu.*10. C. *de iur. emphit. Pariſ. de Put. de rein-
8 tegr.feud.cap. 126.* † Quamuis in emphyteuta
contrarium eſſet, quia ille poterit vendere fru-
ctus rei emphyteoticæ cuicunq; voluerit ex re-
gula generali *l. dudum.* C. *de contrahen. empt.*
prout concludit *Rutger. Rulandt. in theſaur.
iur. emphyt.q.24.nu.3. ad med.in 25. differ.* Vbi
9 etiam tenet idem eſſe in locatore, † ſimplici
colono quaſi *in l. 1.C. de metall.* in qua ſe fun-
dant Doctores contrarium tenentes hoc diſpo-
ſitum ſit ſpeciali fauore Fiſci, vnde illius diſpo-
ſitio non eſt amplianda, ad alios cõtractus, qui
etiam in fructibus neminem recognoſcũt, quod
etiam voluit M. *Mantua. de iur. prothom. pag.
172. verſ. vndecimo dubitare contingit.* Quam-
uis ex ſupradictis non eſſet recedendum à com-
muni opinione *Bart. & aliorum in d. l. 1.C. de
metall. lib.10.*

Quibus tamen non obſtãtibus contrarium Decla-
raui, quod non ſit locus huiuſmodi prælationi
emendi fructus, quia non eramus in domino
prædij ſed conductore, qui non poteſt cogere
10 colonum, † ad vendendum quamuis habeat
ceſſionem omnium iurium; Nam licet ſit ea-
dem perſona cum cedente. *l. ſi donata. 37. in
princ. & ibi gloſ. in verb. de euictione. de do-
nat. inter.vir. & vxor. Crot. conſ. 73. nu. 10.
Bertazzol. conſ. ciuil.42. nu.9. Surd. conſ.532.
11 nu.6.* † Tamen non gaudet huiuſmodi priuile-
gio prælationis tanquam perſonali, quod non
debet egredi perſonam domini *Caſtr. in l. ad
officium. in fin.* C. *comm. diuid. Tiraqu. de re-
tract. lignag.§. 26. gloſ. 1. nu.*1. Maxime quia
hoc ius prælationis vendendi eſt inductum ex
12 æquitate, † quod non poteſt cedi *Rom. conſil.
484. hoc quod viemus. nu.2. & per tot. Frecca,*
in ſpecie *de ſub feud. tit.de auctor.baron. in au-
ctor.n.38.* quem ſequitur *Surd. conſ.205.n.22.*

Prout regulare eſt quod ſuccedens in ius alterius
non aſſequatur, quæ competebãt ſuo authori ex
13 priuilegio † *Bald. in l.ſi filius.n.1.verſ. indu-
xit.C. de bon. proſcript. Anan.* qui dicit notan-
dum *in cap.2. num. 7. col. 4. in fin. verſ. & eſt
ratio. de delict. pueror. Felin. in cap. verum. in
princ. de for. compet.*

Idem dicimus in ceſſionario, cui non competit be-
neficium tacitæ hypothecæ in rebus inuectis, &
14 illatis in domum conductam † *Carpan. ſuper
conſtit. Mediolan.c.389. in princ.nu.4. in uerb.
uel conductor. & cap. 390. in fin. n.103. lib.2.*
cum alijs de quibus ſup.*cap.117.* Quæ etiã pro-
cedunt quamuis ſoluerit penſionem locãti pro
habitatione, quia talis ſoluens non ſuccedit in
15 eius locum,† quaſi priuilegium creditoris non
tranſeat ad eum, qui pro eo ſoluit, niſi quo ad
effectum retentionis *Bart. in l.1.* C. *qui pot. in
pign. habeant.* Et in ſpecie penſionis ſolutæ lo-
catori eſt deciſ. *Rot.per Card.Lãcell.roman.pe-
euniaria.16.ianuary.1580.* dixi ſupra *cap.117.*

Et facit quod dicitur de facultate, quam habet
locator expellendi conductorem pro vſu ſuo,
quæ non tranſit in donatarium emptorem, ſeu
16 ſingularem ſucceſſorem, † cum ſit perſonale
priuilegium, quaſi non ſit eadem neceſſitas lo-
cantis, & ementis *Surd.conſ.103.n.13. uſque ad
nu. 26.* vbi amplius idem dicit poſſe ſuſtineri,
quod neque huiuſmodi facultas, aut vſus tran-
17 ſeat ad ſucceſſorem vniuerſalem, † puta hære-
dem, quaſi extinguatur morte teſtatoris, quam-
uis in hoc contrariam ſequatur *Couar. lib. 2.
var.*

uar.reſolut.c.15.n.4. ante med.verſ.uerum.eſt.

Secundo ſtante iuramento coloni, quod frumentum vult pro ſe retinere, non poterat cogi ad aliam venditionem, cum ſtandum ſit eius aſſer-
8 tioni iuratæ † *Alex.in l.cætera.§.ſed.& ſi quis ad opus.de leg.1. vbi Iaſ.num.10. colum.2. verſ. adde etiam quod probatur.Surd.conſ.103.nu.12. uſq;ad n.17.* Itaut ſit locus penitentiæ, qamuis prius expoſuerit rem venalem etiam pertinentem ad victum, ſi iuſta cauſa adſit mutandi
9 propoſitum † *Salic.in l.1.ad fin.num.2. verſic. & eſt ratio quia ab initio. C.de epiſcop. audient.* Quamuis in alijs rebus extra victum, qui rem
10 venalem expoſuit poſſit ſimpliciter pœnitere † *Iaſ.in l.nec emere.timit.6. in fi.verſ. tamen.non puto uerum.C.de iur.delib.poſt Bald.in l.1. not. 2.C.de epiſc.aud*

Quæ procedunt non ſolum, quando dominus recuſauit emere, ſed etiam ſi diſtulerit, poſtquam
1 fuerunt illi expoſiti venales fructus prædij † *l.qui roma.122.§.coharedes de verb.oblig. Bart. in l.eod.c illis.91.§.inſtituto.in fin.n.6.de legat.2.* Quia debet eſſe promptus in emendo, ex quo rerum pretia mutantur tempore *l.pretia. re-*
2 *rum. ad leg.falcid.* † prout in ſpecie concludit *Freccia. de ſubfeud. titul. de auctorit. baron. in auctor.num.38 colum.n.1. verſic.tertio intellige.* vbi quod mora committitur per lapſum vnius
3 hæbdomadæ, immo aliquando vnius diei † *Odoffr.Iacob.& alij per Surd. conſil.205. nu.19. lib. 2.poſt Rebuff. in l. 1. C. de metallar.lib.11.* Et quando ſtante recuſatione emere debentis
4 tam expreſſa, quàm tacita poſſit alijs vendi, † & quotuplex renunciatio requiratur late *Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.9.nu.114. uſq. ad n.120.*

Tertio quia non fuit oblatum ſoluere in pecunia numerata, quo caſu non eſt cogendus quis vendere † *Fabian. de Mont. de empt. & vendit. q. 3.nu.40.tom 6.p.1.fol.43.* Nam regulariter ſtatutum, ſeu diſpoſitio cogens ad vendendum non intelligatur, vt quis debeat habere fidem de pretio *gloſ.in l.1.in uerb.neceſſitatem.C.commun.ſeru.manum.Bart.2.clauſ.38.gloſ.1.in fi.*
5 † Cum prætium non ſit niſi in pecunia numerata, ad quam propriè illud refertur *Bald. conſ. 98.betonus.col.1.ad med n.3.uer.nam ſtatutum dicit.lib.1.Tiraq.de retract.lignag. §.1.gloſ.14. num. 44.*

Quarto. Nam quo ad pretium dominus, colonus non erant concordes, cum in huiuſmodi venditionibus coactis non debeat conſiderari iuſtum pretium, † prout dominus prætendebat ſed illud erit, quod ab alijs reperiebatur, quemadmodum colonus iuſtabat, ſecundum veriorem opinionem, de qua per *Couar lib.3.uar.reſolut.cap.14.ſub. n.6.dixi decſ.77.n.3.*

Neque obſtat quod quando quis cogitur vendere potius debeat intelligi pro iuſto pretio; † & non aliter *l. ſi fideiuſſor. 52.§. meminiſſe. & ibi gloſ. in uerb. uero. ff.de legat. 1. l. alienus.61. ad leg.falcid gloſ. in l.ſi hæres. 5. in uerb.ex teſtamento.de act.empt.Surd.conſ.52.nu.48.lib.1.*

Quia aut ſumus in illo, cui lex mandat, vt vni potius, quàm alteri vendatur, prout eſt caſus noſter, & tunc eſt dandum pretium ab alijs iam
29 oblatum, † Aut ſumus in eo, qui ſimpliciter tenetur vendere, & tunc ſufficit dari iuſtum pretium. Ita diſtinguit *Cuman.in l. qui roma. §. cohæredes. & ibi Iaſ. in fin. num.30. de verb. obligation.Tiraq.de retract. lignag.§.1.gloſ.18. num. 10. poſt Rip. in l.1.in fin. ff. de priuileg. cred.* & voluit *Bald.in l.2.num.2.in princ. uerſ. tu autem nota quod fiſcus.C.commu.rer.alienat.* Quia iſta facultas prælationis debet intel-
30 ligi ſinè damno eius, † qui cogitur vendere *l.2.§.ſi quis à principe.ff. ne quid. in loc. public.* Neque enim multiplicanda ſunt ſpecialia in damnum coloni *l.1.C.de dot.promiſſ.l. nauis.6. §.cum autem.ad leg.rhod.de iact* Et quod iuſtum pretium non debeat eſſe commune, ſed quod ab alijs fuit oblatum eſt deciſio *Rota Viguualen.locationis.30.octobris.& 27.nouembris.1600* Nam ſatis eſt quem cogi ad vendendum abſque eo, quod perdat prætium oblatum ab alijs,
31 † quia nimis inhumanum videatur quemquam ad huiuſmodi venditiones compelli *l. quamuis. 6. ad med. uerſ.iniquum. enim. &*
32 *ibi gloſ.in uerb. inhumanum. de pign. action.* † cum in omni contractu debeat eſſe libera voluntas vniuſcuiuſque *l. ſicut. 5. C. de action. & obligat.l. dudum. 14.C. de contrahend. emption.* Itaut neq; Fiſcus cogat priuatos emere res con-
33 fiſcatas per eum ſubhaſtandas † *l. licitatio.9.§. ad conducendum.de publican.& uectigali.Nat. conſ.500.num.7. Peregr. de iur.fiſc. lib.6.tit.4. num. 44.*

Ideo dicimus, quod ſi emphiteuta cogitur vendere potius domino, quàm alteri rem emphiteoticam, tamen dominus debet numerare idem
34 pretium, † quod alter numeraret, ſi et venderetur; Prout in agnato, qui volens præferri cæteris in emptione feudi debet dare pretium ab alijs oblatum, & in ſimilibus caſibus de quibus per *Menoch.conſ.137.n.3.uſq. ad n. 7. lib.2.*
35 † Quidquid ſit in rebus commeſtibilibus tempore belli, & penuriæ, quo caſu ſeruandum eſt pretium per publicum communiter ordinatum, prout diſtinguit *Idem Menoch. d.conſ.137. n.18.& 22.lib.2.*

Maximè nulla cogente neceſſitate, qua extante nõ
36 liceret excedere pretium taxatum, † quamuis non iuſtum *Bald. in l.ſi pendentes. §.ſi quid. cloacarij.de uſufructu.& quemad.quis utat.Aufrer.ad deciſ.cappell.Toloſ.447.n.3 uerſ.ſi uero non expoſuit.Surd.de alim. titul.8. priuileg.94.*
37 *nu.5.ubi nu.7.& 8.* † ampliat ad mercatores, quibus licèt regulariter non taxetur certum pretium, tamen ſtante neceſſitate, & in victualibus hoc permittitur, dummodò tamen hoc fiat generaliter contra exuberantes, & non cõpellatur vnus ſolus, quia ſuper hoc debet eſſe ordinatio generalis comprehendendo omnes *Auffr.ad deciſ.443.num.3.in fin.Menoch.conſil. 137.num. 22. lib.2.* Prout regulariter ſtatutum
38 debet eſſe commune, † neque enim poteſt

concedi

concedi in odium certarum perſonarum, itaut
liceat ab huiuſmodi iniquitate appellare, licèt
non exiſtente appellatione quamuis iniquum
eſſet obſeruandum *Bart. in l. ambitioſa. col.*
pen. C. de decret. ab ordin. faciend. latè Roland.
conſil. 99. n. 11. & per tot. lib. 2. Cum etiam hoc
caſu frumentum alijs venditum poſsit auocari
39 à ciuibus,† quaſi potius illud debeat diſtribui
inter ciues illius loci, vbi frumentum collectum
eſt, quàm exteris *l. 1. C. de metallar. lib. 11. Rip.*
de remed. ad conſeruand. vbert. n. 153. col. 15. ante med. verſ. quod ſi reddituum tenuitas. per tex.
in l. fin. vbi Bart. *nu. 1. in 2. intellectu. C. de annon. ciuil. lib. 11.*

Immo quando eſt penuria omnes contribuunt ſua
victualia, vt populus alatur etiam nõ iuſto pre-
40 tio † *l. 2. §. cũ in eadem. in fin. vbi gloſ. in verb.*
conferret. ff. ad leg. rhod. de iact. Bart. in l. 1.
§. cura carnis. n. 1. de off. præfect. vrb. Itaut ſi vl-
trà taxã pretij ſuper hoc demandati quis ali-
41 quid accipiat, puniatur arbitrio Iudicis † *Me-*
noch. de arbitr. caſ. 384. n. 4. Dummodò tamen
quis habeat frumentum vltra vſum ſuum, cum
42 aliàs non cogeretur vendere † *l. præſes. 6. C. de*
ſeruit. & aqua. Felin. in terminis *in c. 1. n. 2. in*
vlt. notab. verſ. idem in habente. de iudæis. per
tex. in l. ſi pendentes. §. ſi quis. de vſufruct. &
43 *quemad. quis vtat.* † Adeò quod nullus licèt im-
munis excuſetur quamuis de domo Principis
compræhendendo in huiuſmodi taxa, & mode-
ratione victualium etiam frumenta, & alias fru-
ges eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum
Bart. in l. vnic. in fin. n. 6. C. vt nemin. liceat in
empt. spec. ſe excuſ. lib. 10. per tex. in l. fin. C. de
exact. tribut. eod. lib. Luc. de Pen. *in l. 2. in verb.*
eccleſias. col. 1. ante med. & in fi. verſ. quibus omnibus matúra circumſpectione. C. quib. muner.
vel præſtation. nemin. liceat ſe excuſ. lib. 10. Vbi
tamen *col. 3. in fin. verſ. igitur ex his manifeſta*
44 *ratione.* intelligit,† dummodo iſti religioſi nõ
compellantur per iudices ſeculares ad venden-
dum, & obſeruandum taxam, ſed per Eccleſia-
ſticos Petr. *Caball. reſolut. crimin. caſ. 9. nu. 11.*
Quemadmodũ regulariter quando edicta Prin-
cipum ſecularium concernentia publicam vti-
49 litatem ligant clericos, † non proceditur con-
tra eos per iudices laicos, ſed eccleſiaſticos ad
eorum obſeruantiam, prout in edicto delatio-
nis armorũ, venationis, & ſimilium de quibus
ſupra *cap. 156.* cum alijs per *Clar. in §. fin. q. 36.*
nu. 26. ad med. verſ. ulterius quæro nunquid cle-
46 *rici.* † Quamuis in colonis Eccleſiarum aliud
ſit cum iſti non obedientes edictis Principum
ſecularium factis ob publicam vtilitatem poſ-
ſint puniri per Iudices laicos iuxtà *conſil. Me-*
noch. 1000. n. 44. verſ. tertia eſt concluſio. lib. 10.
Caball. reſolut. crimin. caſ. 12. in fin. verſ. & diffuſius, de quo tamen latius dicetur infra in
cap. particulari.

In prædictis tamen caſibus non ſolùm iudex ſecu-
laris, ſed etiam Epiſcopus cogitur vendere iſta
47 victualia † vt eſt *tex. in l. fin. poſt princ. verſ.*
item epiſcopi qui præſunt pani. ff. de muner. &
honor. gloſ. in l. 1. in verb. negociatores. C. de epi-
ſcop. aud. per tex. in l. 1. §. cura carnis. de off.
48 *præfect. vrb. c. 1. de empt. & vend.* † Quamuis
valeret conſuetudo generalis, quæ curam iſtam
deferret tantum ſecularibus, prout in Regno
Franciæ teſtatur Boer. *deciſ. 69. nu. 21.* & in Hi-
ſpania Couarr. *lib. 3. var. reſolut. c. 14. nu. 5. ad*
fin. uerſ. immo conſuetudo vt cumq; ſit. vbi dicit
49 hanc opinionem veriſſimam, † cum hæc iuriſ-
dictio quæ Epiſcopis iure humano competebat
poſsit tolli contraria lege humana, & ſic con-
ſuetudine; Dummodò tamen ſeculares huic cu-
ræ diligenter incumbant non faciendo differen-
tiam inter vnum, & alterum, vt declarat *Couarr. ibid. n. 5. in fin.* Cum ſecundus iudex poſſit
50 adiri, † quando conſtat de negligentia primi
Rot. coram Cardin. Blanchet. *Vrbeuetana parochialis. 1588. & per* R. P. D. *Gipſium Ariminen. canonicatus. 29. octobris. 1593. Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 69. in add. nu. 39. verſ.*
51 *immo & pœnam.* Gramm. *vot. 34. nu. 6.* † Pro-
ut dicimus in cauſis ſyndicatus, & ſimilibus
quarũ cognitio licèt ſpectet ad Epiſcopos *l. 1.*
in fin. C. vt omnes iudic. tam ciuil. quam milit.
§. neceſſitatem. auth. vt iudic. ſin. quoque ſuffrag.
Tamen de generali, & rationabili conſuetudi-
52 ne iuriſdictio Epiſcopi receſsit ab aula † *Bald.*
in l. obſeruare. col. 1. ad med. verſ. primo quæro
qui ſint eorum iudices. de offic. proconſul. & legat. Quamuis ſecundum *Doct. in c. 1. de empt. &*
vend. ubi Cardin. *in fin. oppos. 4.* non valeat cõ-
53 ſuetudo contra Epiſcopos, † quando habent
iuriſdictionem à lege, prout in victualibus, &
annona iuxta diſpoſitionem *l. 1. C. de episcop.*
aud. Quæ tamen conſuetudo, quando nõ debeat
improbari, & in quibus caſibus declarabitur
infra in cap. particulari.

EPITOME.

Executio inſtrumenti quando ſit concedenda cõ-
tra non nominatum, & ſucceſſorem. Aduerſus hæredes an agatur inſolidum pro rc cẽſuali; & emphiteotica. Oblatio ſoluendi, & ſolutio de rebus hæreditarijs an inducat aditionem. Contra poſſeſſorem pignoris quando poſſit agi via executiua, etiam non facta liquidatione. An probandum ſit aliquem eſſe hæredem non extante oppoſitione; aut quando quis ſuſcipit iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Executio non conceditur contra non nominatum in instrumento. Declarat vt n. 9.*
2 *Inſtrumentum non probat niſi pro, & contra rogantes.*
3 *Statutum concedens executionem inſtrumentis non ſe extendit niſi ad bona, & perſonas contrahentium. Idem in iuramento. nu. 4. Fallit. n. 5. 6. & 7.*
8 *Hæres quando poſſit capi perſonaliter.*
10 *Contra poſſeſſorem pignoris agi poteſt via executiua*

cutiua ſtante clauſula de non alienando, precario,& conſtituto.& n.1e.

12 *Actio non datur contra hæredes, niſi pro portionibus hæreditarijs.n.13.& quid in re cenſuali & emphiteotica.n.15.16.& 17.*

14 *Hypotheca eſt indiuidua.*

18 *Agens contra hæredem debet probare illum eſſe talem. Amplia ut n.19.20.& 2e.*

22 *Offerens ſoluere de bonis hæreditarijs videtur ſe facere hæredem.*

23 *Solutio debiti hæreditarij inducit aditionem.*

24 *Quilibet admittitur ad ſoluendum pro alio inuito creditore.*

25 *Solutio præſumitur facta potius nomine proprio quam alieno.*

CAPVT CL.

NOn rectè dicebatur actum fuiſſe in caſu
mihi propoſito ad executionem inſtrumē-
ti, de quo in actis, tanquam contra non nomi-
1 natos in eo † *Alex. conſ. 83. viſo themate ſupra-
ſcripto.n.11.col.vlt.verſ.non obſtat. lib.3.* Ruin.
*conſ.209. nu.2e.lib.1. Menoch. de adipiſcen.poſ-
ſeſſ.rem.4. nu.848.* Quia inſtrumenta non pro-
bant in eo contenta, niſi pro, vel contra ro-
2 gantes † *Bald.in rub.C.de fid. inſtrum. col.2.
in fin.num.6. verſ. ſequitur videre de ſcriptura*
*Dec.in cap.1.num.24.col.vlt. in princ.uerſic.ſed
aduertendum.eod.tit.* Et pactum, ſtatutum,
ſeu reſcriptum tribuens executionem inſtru-
mentis non extendit, niſi ad perſonas, & bona
contrahentium, inter quas illud eſt celebratum
3 non contra tertium † *Bart. in l. 1. §. interdum
num.4. ff. à quib. appell. non lic.* Bald. *in l.1.in
princ n.6. uerſ. & facit ad quæſtionem* C. *com.
de legat.Alex.in l.1.§.ſi hæres. in princ. ad tre-
4 bel.Afin.in prax.§.31.cap.2.limit.25.num.3.* †
Et ſic iuramentum in contractu appoſitum ha-
bebit ſolum executionem contra perſonas no-
minatas Bald. *in l.ſi pro te.* C. *de dot. promiſſ.*
*Gozadin.conſ.28.n.27.col.4. in fin. verſic. duo-
5 decimo renunciatio.* † Licet contra hæredem
etiam in inſtrumento non nominatum eadem
executio competeret *Afflict. decif. 381. num.8.*
R*imin.iun. conſ.814. num.62. lib.7.* Cum effe-
ctus iuramenti præter reatum periurij actiuè,
& paſſiuè tranſeat ad, hæredem *Bald. in auth.
ſacramenta puberum.* C.*ſi aduerſus vend. Pariſ.
6 conſ.54. nu.13. lib.1.* † Dummodo contractus
non ſit nullus, quod caſu vis iuramenti eſſet ex-
tincta, itaut per hæredem poſſit contrauenire,
& peti reſciſſio contractus, etiam nulla petita
abſolutione iuramenti Bald *in l.3. colu.1.verſ.
quæri.n.1.C.plus.val. quod agit.* cum alijs, de
7 quibus ſupra *cap.14.in fin.* † Et dummodò hæ-
res non conueniatur perſonaliter, cum nō poſ-
ſit hæres carcerari *Surd.conſ.425.nm.13. lib.3.*
vbi limitat non procedere ſtante ſtatuto man-
8 dante capi debitorem, † quia tunc etiam hæres
poſſet perſonaliter detineri, quaſi hæres debito-
ris dicatur debitor Soccin.*conſ.120.cum in præ-
ſenti.col.10.in fin.n.18.lib.* 1. Et quando hæres
poſſit capi ex debito defuncti latè *Beat. de inop.
debit.c.6.tom.3.p.2.fol.218.*

Contrarium tamen non obſtantibus prædictis de-
claraui, quod immo rectè in caſu de quo age-
bamus fuerit cōceſſa executio inſtrumenti con-
9 tra non nominatos in eo; † Nam bona de qui-
bus in proceſſu fuerunt prohibita alienari, quo
caſu verior eſt concluſio, quod inſtrumentum,
vel ſententia contra principalem mittitur exe-
quutioni etiam aduerſus ſingularem ſucceſſo-
rem habentem cauſam à condemnato, & nomi-
nato, quamuis ius executiuum non fuerit pro-
ductum in eſſe tēpore alienationis ſequutæ, ſiue
ſimus in re prohibita alienari à lege, ſiue ab ho-
mine, ex quo enim fuit nulliter alienatum à de-
bitore, non impedit, quo minus capi poſſit in
executione iudicati, prout in ſpecie concludit
Roder.Soarez. dicens eſſe ſingulare *in l.poſt rem
iudicatum. ampliat.8.num.5.& 13. ff. de re iud.*
quem ſequitur *Surd. conſ. 405. n. 9. lib.3.* am-
plians etiam ſi nulla præceſſerit diſcuſſio prin-
cipalis debitoris.

Poteſt enim agi via executiua contra poſſeſſorem
pignoris, vel hypothecæ quando in inſtrumento
10 quarantigiæ adeſt clauſula † de non alienando
reſcindēdo contractum, ſi contrarium fiat, cum
alias generalis hypotheca non ſufficeret; Ideò
in illo caſu erit in poteſtate creditoris exerce-
re actionem, vel contra poſſeſſorem rei hypo-
thecatæ, vel aduerſus conſtituentem, & eius hæ-
redes omiſſo tertio poſſeſſore *Couar. lib.3.var.
reſolut.c.7.nu.6.verſ.hinc. etiam poſt Bart.in l.
ſi ita quis ea lege.& ibi Imol.de verb.obligat.Ne
gu ſ.de pignor.p.2.memb.1.num.5. per tex.in l.ſi
creditor. §. fin. de diſtrac. pignor. Guter.lib.2.
prac.quæſt.c.177.n.4.Valaſ.de iur.emphit.q.32.
num.14.Felician.ſolis.de cenſib.lib.1.c.10. nu.3.*
& ita practicari teſtatur *Ceual.q. 76. nu.29.&
q.16.n.18.* Et hanc opinionem eſſe magis tutam
teſtatur *Matt.Coler.de proceſſ.execut.p.2.cap.3.
11 n 460.& 461.* Vbi etiam *n.481.*† ampliat idem
eſſe ſtante clauſula cōſtituti, vel precarij, etiam
non præmiſſa liquidatione *Salic.in l.creditoris.
3.n.25.C.de pignor. Tiraq.de iur.conſtit.par.1.
nu. 43.*

Ex quo etiam infertur, quod quamuis ex inſtrumē
to habente paratam executionem non ſit peten-
da executio à creditoribus hæreditarijs inſoli-
dum contra omnes hæredes, ſed ſolum aduer-
12 ſus ſingulos pro portionibus hæreditarijs † cum
quo ad eos diuidatur obligatio etiam inuitis
creditoribus Gomeſ.*de indiuid.tom.2. c.10.n. 4.
per tex.in l. in executione. de verb. obligat. l.ſi
vxor.C.de bon.auct. iud.poſſid.* Tamen quando
agitur per creditores actione hypothecaria
contra vnum ex hæredibus poſſidentem pignus
13 vel hypothecam † non conſideratur, quod hæ-
redes conueniantur pro portionibus hæredita-
rijs, ſed contra vnum poteſt actio exerceri, qui
poſſideat dictam rem obligatam cum illa ta-
men clauſula de non alienando, vt ſupra dictum
14 eſt, quia hypotheca eſt indiuidua, † & non
pro portionibus hæreditarijs *Bart. Soarez.Ne-*

guſ.& alÿ allegati per Ceual. q.76. num.16. &
nu.29. ſubdens id magis eſſe in poſſeſſore rei
emphyteoticę, & cenſualis, quia tunc contra
vnum ex hæredibus poſſeſſorem inſolidum fiet
15 executio † pro annuis redditibus, ſiue poſſi-
deat totum prædium, ſiue partem, cum ſit onus
reale, & illud afficiat *Iaſ. in §. item ſi quis in*
fraudem.col fin.nu.228.inſtit. de action. Quid-
quid contrarium voluerint *Fab. in d. §. item ſi*
quis.n.26.& Guid.Pap.q.432.n.4.Franc.deciſ.5.
p. 1. vbi dicit, quod per Ferdinandum Regem
fuit factum decretum, vt pro rata teneantur
16 poſſeſſores ex æquitate. † Nam contra eos eſt
verior opinio, vt latè teſtatur *Felic. ſolis de cen-*
ſib.lib.3.c.4.num.11.col.4. vbi etiam quod poſ-
ſeſſor prædij cenſualis conuenictur nulla facta
17 excuſſione, † cum ſit ſpeciale in eo, quamuis in
alijs hypothecis tertius poſſeſſor conuentus hy
pothecaria poſſit opponere exceptionem excuſ-
ſionis *auth. hoc ſi debitor.* C. *de pignor.* *Gabr.de*
fideiuſſ.concluſ.1.n.21.

Ex quibus non obſtant contraria, quæ procedunt,
quando in inſtrumento non adeſt prohibitio
alienationis bonorum cum clauſula, quod re-
ſcindatur contractus, ſi contrarium fiat, ſed
ſimplex generalis hypotheca, quæ non ſufficeret
ad concedendum executionem contra nomina-
tos ex ſupra allegatis.

Item in eadem cauſa quo ad aliam executionem
factam contra filium tanquam hæredem dice-
batur de eius inualiditate, quaſi non fuerit li-
quidatum per actores in ſummaria cognitione
18 † quod rei conuenti eſſent hæredes, & haberent
cauſam ab eo; qui prætendebatur obligatus,
prout erat neceſſarium *Felin.in cap. quia 3.col.*
4.in princ.n.4.verſ.dicit hic.de iudic. Fran.in c.
ex ratione col.antepenult.poſt med.nu.93.de ap-
19 *pellat.* cum alijs quos adduxi *deciſ. 138.* † Ita-
ut neque ſufficiat, quod conuenti ſuſceperint iu
dicium, quando ab eis tanquam ab hæredibus
fuit aliquid petitum, cum etiam hoc caſu requi-
ratur huiuſmodi probatio *Alex. conſ.72. col.2.*
in princ.verſ.ad hoc facit. lib.5. Quidquid con-
trarium dicat *Bald.in l.1.in fin.* C.*commun. de*
legat. dum vult ſufficere iſtam ſuſceptionem
20 iudicij. † Quia contra eum eſt verior opinio
prout concludit *Roland.conſ.20. n.20. lib.1.poſt*
Bart in l.neceſſarys.in princ.de acquir. haredit.
cum alÿs per Rot.*Genuenſ.per Carthar.deciſ.32*
num. 12. Et quod etiam parte non opponente
21 † requiratur huiuſmodi probatio dicit *Natt.*
conſ.140.n.3.Dec. conſ.6. col.1.in princ. verſ.&
tenetur hoc probare.dixi deciſ.138.n.3.

Pro validitate tamen executionis prædictis non
obſtantibus Dixi concludendum; quia in
actis conſtabat per reum conuentum tanquam
hæredem fuiſſe oblatum ſoluere de bonis hære-
ditarijs, quaſi huiuſmodi actus oblationis non
22 videatur, † quod poſſit fieri citra ius, & no-
men hæredis, maximè, cum ſit facta in iudicio,
quæ eſt maioris virtutis, quàm fieret extra
iudicium, cum liberationem inducat, & habeat
vim ſolutionis, prout in terminis concludit
Dec. conſ.449.viſis duobus.colu.2. in fin.num.9.
verſic. & iſta concluſio vlterius confirmatur.&
eſt tex.in l.qui decem debet.71. in princ. de ſolu-
tion.Bald.in l.acceptam.19.in princ. C. de vſur.
& in l.inuicem.12.C.de compenſation. poſt Bart.
in l.ſi rem alienam mihi.9.§.vlt.in fin. ff. de pi-
23 *gnorat.action.* † Cum etiam ſolutio debiti hæ-
reditarij inducat aditionem hæreditatis *l.2. C.*
de iur.deliber.Maſquard.concluſ.45.n.4.Doctor.
in l.qui in aliena.§.fin.de acquir. haredit.

Non obſtat quod quilibet poſſit non ſolum offer-
24 re, ſed etiam ſoluere pro alio † *l. ſoluendo. de*
negot.geſt.l.ſolutionem. de ſolutionib. Ita ut cre-
ditor teneatur etiam inuitus recipere ſolutio-
nem à quocunq; tertio nomine debitoris, quaſi
non interſit an ab vno, vel ab alio ſatisfiat *Ro-*
land.conſ.14.n.10.lib.1. Quia in dubio eſt præ-
ſumendum, quod potius fuerit ſolutum ab hæ-
rede tanquam hærede, & nomine proprio, non
25 autem alieno, † quaſi homines non libenter ſol-
uant pro alio *l.& magis.de ſolutionib.Bal. in l.*
potius.5.col.fi.q.10.n.15.ver.exemplum.vero.C.
de iur.deliber.Dec.conſ.449.columm.3. in princ.
num.10.

EPITOME.

Appellationi an ſit renunciatum per approbatio-
nem ſententiæ tacitam, & expreſſam. Reſo-
lutio contractus quando cenſeatur remiſſa.
Ex confeſſione incidenter facta an poſſit ſequi
condemnatio. Perſona teſtis inducti an ſit
approbata per producentem, tam reſpectu futu
ri, quàm præteriti examinis. Iuramentum
in litem quando ſit dandum hæredi. Teſtis
per verbum credo an probet. Sententia an
poſſit ferri pro fructibus decurrendis. Iudici
quando permittatur cognoſcere de futura obli-
gatione.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatum dicitur appellationi per approba*
tionem tacitam, & expreſſam. Declara vt n. 8.
11. & 12.
2 *Habēs facultatem recedendi à contractu quan-*
do cenſeatur remiſiſſe illius reſolutionem. n.4.
3 *Petens dilationem, vel offerens ſoluere approbat*
condemnationem.
5 *Vtens contractu videtur recedere à pœna, & re-*
ſciſſione illius.
6 *Petens terminum ad ſoluendum quando exclu-*
datur ab appellatione.n.7.
9 *Ratificatio tacita non poteſt intelligi ex actu*
impugnato. & n.10.
11 *Confeſſio in iudicio habet vim ſententiæ, & rei*
iudicatæ.
14 *Condemnatio non poteſt ſequi ex confeſſione*
facta incidenter.n.16.& 22.
15 *Confeſſio per verbum credit plenè probat.*
17 *Confeſſio extraiudicialis incidenter facta non*
obligat.

18 Re-

Digitized by Google

18 *Requiſitus ad mutuãdum ſi dicat non poſſe, cũ potius acceperit à titio præſente mutuum, an poſsit ex hac confeſsione conueniri. & n 20.*

19 *Legatum non valet ſi ſiat per uerba incidenter emiſſa.*

21 *Confitens in deſcriptione bonorum ſe debitorem alicuius non poteſt moleſtari ex illa confeſſione.*

23 *Teſtis productus facit fidem contra producentem quamuis producens illo non utatur.n.24. & quid in productione uerbali.n.29.*

25 *Perſona teſtis inducti intelligitur approbata tã reſpectu futuri, quàm præteriti examinis. n. 26.27. & 28.*

30 *Teſtis per uerbum credo an probet.*

31 *Iuramentum in litẽ non datur niſi adſit dolus. Fallit.n.32.*

33 *Hæredi an competat iuramentum in litem.*

34 *Sententia an poſsit ferri pro fructibus decurrendis in cauſa cenſus, legati, debiti annui, & contractus.n.35. 37. 38.& 40.& quid in alimentis. n.41.*

36 *Iudex quando iudicet de futura obligatione.*

39 *Exceptio appoſita in primo termino, & reiecta an poſsit iterum opponi ad debita ſequentium annorum.*

CAPVT CLI.

COnſtare de approbatione ſententię Dixi in cauſa Troili Tiburtij, & aliorum litis conſortium. Ideo non eſſe amplius locum proſe-
1 quutioni prætenſæ appellationis, † cum non requiratur ſpecialis renunciatio, ſed ſufficiat, quod quis promittat ſtare ſententiæ, per quod videtur renũciare appellationi *Aim. conſ.103. n. 12. & 13. Socein.conſ.45. col.penult.in fin. uerſ.ſecundo cõcludendum arbitror. n.15. lib.1. Dec. conſ.22.col.1.in princ. uerſ. immo de conſenſu.nu.1.*

Prout è contra dicimus de eo, qui habet facultatem recedendi à contractu, ex quo non fuit ſibi
2 ſolutum in tempore, † Nam ſi proteſtetur, quod non vult tradere rem, niſi ei obſeruentur promiſſa, videtur renunciaſſe pactis pœnalibus, & remiſiſſe reſolutionem contractus *Angel. conſ. 373. uiſis inſtrumentis initii. col. 1. poſt med.*
3 *uerſ.tertio quia ſolutio.* † Quemadmodum enim dicitur approbare, qui petit dilationem, vel offert ſe ſoluturum id, in quo eſt condemnatus *l. ad ſolutionem. C. de re iud. Bald. in c. cum uenijſſent.nu.8. de eo qui mittit.in poſſeſ.* Ita concedens dilationem ad adimplendum vide-
4 tur concedere, † quod perſeueret in contractu, & offerens recepturum implementum approbat contractum, pro quo eſt implendum, & videtur in eo perſeuerare, & remittere contrauentionem *Gloſ. & Bart. in l. æmilius. 39. in princ.nu.2.uerſ.ex quo nota quod per nouam. de minor.Ruin.conſ.150.in cauſa & lite. col.2. in fin.nu.5. lib.3.Rom.conſ.27.uiſo themate.col. fin.dub.4.Aim. conſ.151.n.8.*

Immo etiam ſufficeret tacita approbatio vtendo ſententia, exemplo, illius, † qui vtitur contractu, nam videtur à pacto reſciſſorio receſſiſſe, & illum tacitè approbaſſe etiam pœna remittendo *Lancell.Dec.in l.cum proponas.limit.3.C. de pact. Roland. conſ. 69.nu.46. lib.4. Surd. de alim.tit.9. q.26.nu.132.in fin.*

Idem eſt in eo, qui tacitè acceptat terminum ad ſoluendum à lege, vel iudice definitum, qui excluditur à poteſtate appellandi, cum in om-
6 nibus actibus, † qui tendunt in præiudicium partis præſentis requiratur expreſſa illius contradictio, aliàs per taciturnitatem inducitur à lege conſenſu ſaltèm præſumptus *Gloſ. in l. quidam ex parte. 12.in verb.aſſuerunt. ad med. de euict. Bart. in l. caius. 39. de pignor. action.* & latè in ſpeciè multis comprobat *Coler. de proceſſ. executiu. p. 1. c. 2.* Contra opinionem
7 illorum, qui diſtinguunt inter eum, † qui ſua ſponte, & expreſsè terminum petit ad ſoluendum, & inter illum, qui tacite acceptat terminum à lege, vel à iudice definitum, vt in primo caſu poſt decennium excludatur condemnatus à beneficio appellandi, ſecundo autem caſu non, quaſi per expreſſam approbationem termini præfixi ad ſoluendum quis ſibi magis præiudicet, quàm per ſilentium, prout diſtinguit *Innoc.in c. quo ad conſultationem. 15. & ibi Felin.num.5. col.4. in fin.verſ.propter difficultatem. de re iud. Mandoſ.ad Rom.conſ.9. in fin.in uerb.beneficium.*

Quę magis procedunt in caſu noſtro, cum ſimus in approbatione facta ſponte, ſecus ſi eſſet metu executionis, nam tunc poterit opponi iſta
8 exceptio taciti conſenſus, † & ratificationis, neq; per hoc impedietur proſequutio appellationis *Bald.in c.vlt. in fin.nu.12. de appellat. Abb.* qui ita concordat opiniones *in c. quo ad conſultationem.col.3.n.13. de re iud.* & ita pra-
9 cticari dicit *Ceuall. q. 732. in fin.* † Non poteſt enim intelligi tacitá ratificatio ex actu expreſsè impugnato *Bart. in l. procurator. la 2. §. 1. oppoſit. 1.ff. rem rat. haber.* vbi de recipiente pecuniam, qui non dicitur approbare
10 contractum expreſsè impugnatum † *Natt. conſ.101.n.12.Surd. deciſ. 262. n.9.*

Præſertim cum nulla hic adſit proteſtatio, quæ ſi facta fuiſſet reſeruaret ius proteſtantis, itanc
11 non cenſeretur approbata ſententia, † neque remiſſa contrauentio contractus *Oldrad. conſ. 237. perlectis. in fin. Caſtr. conſ.311. circa id quod primo. in 3.quæſito. lib.1.Rimin.Iun.conſil.679.num.76.lib.9.Surd.de alim. q.26. tit.9. num.135.*

Ideo dicimus, quod datio fideiuſſorum de ſoluen-
12 do iuxta formam ſententiæ † non facit, vt dicatur renunciatum appellationi, ſtante proteſtatione, quod ab ea non intẽdebant partes recedere, per quam conſeruatur ius illius, itaut non poſsit dici approbata executio *Put. deciſ. 281.lib.2. Add.ad Affl.deciſ.98.n.8.Rot.coram Cardin.Seraphin.turritan.tertiaria. 18. decembris. 1595.*

Amplius in caſu noſtro, quamuis non conſtaret

Digitized by Google

de prætenſa approbatione,debebat etiam con-
firmari ſententia tanquam fundata in confeſ-
ſione Tiburtij, quoad quantitatem petitam in
actis, cui ſtandum eſt tanquam factæ in iudi-
13 cio,† quæ in ciuilibus habet vim ſententiæ, &
rei indicatæ non expectans aliud niſi præcep-
tum de exequendo *l. vnic.* C. *de confeſſ.* Corn.
conſ.43. deueniendo. col.1. lib. 4.

Neq; obſtat nos eſſe in confeſſione incidenter fa-
cta,quæ tanquam emiſſa ad alium finem impe-
14 dit, † vt ex ea non poſſit ſequi condemnatio
Marſ. in rub. C.*de probat.nu.88.col.16. in fin.
verſ. limita tamen hoc videlicet. Tiraq.res inter
alios act. limit. 1. in fin. verſ. poſtremo ex con-
feſsione. & verſ. & id quidem vſq; adeo.* Quia
in facto conſtat de contrario,quod confeſſio eſt
iudicialis præcedente interrogatione, & per
15 verbum credit,† quæ plenè probat, ac ſi de
veritate reſponſum fuiſſet Bald. *in l. fin. in
princ.col.1. verſ. ſed quid ſi tutor. C.arbitr. tu-
tel.*Seraphin.*priuil. iuram. 11. nu.1.* Surd. *de-
ciſ. 17. num.11.*

Verũ eſſet quod ſi probaretur confeſsio facta inci
denter in indicio ciuili non ſufficeret ad con-
16 demnandum, † quamuis tangeret cauſam,aut
crimen, quod principaliter intentatur Felin.
*in c.1.nu. 16. col. penult. in princ. verſ. limita
tamen primo concluſionem. de exception.* Fari-
nac. q.81.num.264. cum declarationibus, de
quibus per Salic.*in l.vbi. ad fin.nu.4.verſ. aut
crimen eſt probatum in cauſa & iudicio cri-
minali. ff. ad leg.* Corn. *de falſ.* Boſſ. *quomod.
procedat. per exception. nu.8. verſ. quæ tamen
concluſio.*

Quæ magis procederent in confeſsione extraiu-
dicıali,illa enim multo minus obligaret,ſi eſſet
17 incidenter facta † Salic. *in l.1.nu.24.col. an-
tepen. in princ. verſ. eſt enim confeſsio.* C. *de
confeſſ.* Vbi in *verſ.tertio quia multi per iorum.
d.nu.14.* exemplificat in eo,qui fuit requiſitus
ad mutuandum,qui ſi dixerit non habere pecu-
18 nias,† immo quia egebat accepit mutuo à Ti-
tio præſente certam pecuniarum ſummam,non
tamen poterit per eundem Titium moleſtari in
vim illius confeſsionis Tiraq. *res inter alios act.
limit.1.in fin.verſ. & id quidem vſque.* Quaſi
non fuerit intentio ſua ſe obligandi Titio, ſed
excuſandi ſe,ne pecuniam petitam mutuo con-
cederet; quod dicit multum notandum Surd.
19 *deciſ.250. nu.6.* † vbi ampliat ad legatum,
quod licet fiat quibuſcunq; verbis,tamen intel-
ligitur de diſpoſitiuis, non incidenter emiſsis,
& ad alium finem; & ibi etiam ampliat in con-
20 feſsione iurata,† per doctrinam *Alber.de ſta-
tut. p. 2. q. 148. tom.2.fol.44.* vbi loquitur in
deſcriptione facienda pro æſtimo, tàm de de-
bitis,quàm de bonis; Nam ſi quis etiam cum
iuramento confiteatur in illa deſcriptione ſe
21 eſſe debitorem alicuius, † non poterit ex hoc
conueniri, quaſi non ageret illud,vt ſe ei obli-
garet,ſed vt in æſtimo minus grauaretur *Mar-
ſil.in rub. C.de probation.col.17. in princ. verſ.
& facit ſingulare verbum.n.88.*

Præterea quia eramus in alio iudicio poterat ſe-
qui condemnatio ex confeſsione etiam incidē-
ter facta,quaſi non prohibeatur nouum iudiciũ
22 formari, † in quo dicta confeſsio plenè proba-
bit præiudicando confitenti,ſiue emanauerit in
iudicio criminali,ſiue ciuili,quamuis facta fue-
rit ſuper aliqua exceptione, ſeu iudicio etiam
ſummario, quaſi tunc ceſſet illa ratio, quod
non agebatur de ea in primo proceſſu, & de-
beat ſententia eſſe conformis libello Innoc. *in
c.ſuper eo.nu.3.in fin.de confeſſ.* Salic. *in l. vbi.
nu.6.col. 2. verſ. tu latius dic.* C.*de falſ.* Bald.
in l. mercalem. 5. in fin. verſ. ego dico. C. *de
condict. ob turp. cauſ.* vbi quod iſta confeſsio
valet ad iudicem inſtruendum,vt poſsit forma-
re inquiſitionem,& eam probare per hanc con-
feſsionem, non vt ex ea ſola condemnetur,cum
ſuper hoc non ſit fundata inſtantia, ſequitur
*Affict. deciſ.176.n.5. Felin.in c.1.nu.5. & 6.
verſ. prima concluſio. col. 2. ad med. de excep-
tion.* latè Farinac.*q.81. nu.272.*

Vlterius aderat probatio facta per teſtes in actis
productos, qui faciunt fidem contra producen-
23 tem† Bart.*in l.lucius.in fin. de fideiuſſor.* Pa-
riſ.conſ.88.n.12. lib.3. Neuizan.*conſ.97.nu. 3.*
Menoch. *conſ.60. nu.17. lib.1. poſt* Alex.*conſil.
191. viſis nouis dubitationibus. nu.4. lib.7.* vbi
etiam quod procedit, non ſolùm quando quis
24 eſt vſus teſtibus iam productis, & receptis, †
verum etiam ſi poſt productionem eis non vta-
tur, quaſi ſatis ſit, quod vti potuerit, quia in
vtroq; caſu eſt eadem ratio,ad hoc vt videatur
approbata perſona Salic. *in l. ſi quis teſtibus.
q.2.n.6.col.2. ant.med.* C.*de teſtib. per tex. in
l.3. in princ.ff.quod quiſque iur.l. ſi poſt mortē.
25 §. fin.de bon.poſſeſſ.cont.tab.* † Itaut cenſeatur
approbata perſona teſtis inducti iuxta diſpoſi-
tionem *l.ſi quis teſtibus.* C.*de teſtib.* nedum re-
ſpectu futuri examinis,ſed etiam prętetiti,adeo
quod contra eum non poſsint dari obiectiones
perſonales, quamuis contra illius dicta poſsit
26 opponi.† Ratio eſt quia nulla probabilis dif-
ferentia videtur eſſe inter caſum *d. l.ſi quis te-
ſtibus.* reſpectu futuri examinis, vel præteriti,
Immò magis cenſendus eſt approbatus teſtis
reſpectu præteriti,quàm futuri temporis,quia
præterita ſunt magis nota,& futura incerta, &
quia iuri de futurò facilius renunciatur, quàm
iuri præterito,maxime quia fides teſtis eſt indi-
uidua, ita vt ſemel approbatus non poſsit am-
plius reprobari, niſi ex cauſa ſuperueniente,vel
de nouo detecta,prout in ſpecie, quod cenſea-
tur approbatus teſtis, quod ad vtrunq; tempus
tam futurum, quàm præteritum eſt deciſ. Rot.
27 *per Cardin.Seraph 4.maij.1576.*†vbi quod ita
fuit concluſum poſtquam cauſa fuit per tres
vices propoſita. Intelligendo in expreſſa ap-
probatione, quæ reſultat ex productione,ſecus
28 in tacita prouenienteper non oppoſitionem,†
quia in hac non procedit diſpoſitio *d. l. ſi quis
teſtibus.* reſpectu facti examinis, prout conclu-
dit Salic.*ibid. nu.9. verſ. quæro nunc ſexto.* Et
quando etiam ſufficiat productio teſtium ver-
balis,

Digitized by Google

29 bâlis, vt cenſeatur approbata perſona teſtis †
ſicut realis Alex.conſ.191.ad fin.nu.4. verſ.hac
ratio videtur militare in propoſito.lib.7. Et mul
ta quo ad teſtium approbationem Farinac. q.
62.limit.10.n.211.cum ſeq.de oppoſit.cont. per-
ſon. teſtium.
Neque obſtat teſtes non probare, quaſi illis non
credatur tanquam deponentibus per verbum
30 credo † Bald.in l.ſi.in prin.col.1.verſ. ſed quid
ſi tutor.C.arbitr.tut. Quia etiam teſtes probãt
per verbum credo, quando deponunt contra
producentem Rom.conſil.104.pater reuerende.
in fin. Socin.conſ.69.n.12.lib.1. Aim.conſ.201.
n.7.Ceph.conſ.435.n.70. Etiam in præiudicium
Fiſci Honded.conſ.79.nu.61.lib.1.Prout in alijs
caſibus, de quibus per Gabr.de teſtib.concluſ.1.
Campeg.eod.tit.reg.209. Felin.in c.quoties nu.
10 de teſtib.Bald.in l.ſeptimo menſe.de ſtat.hom.
vbi de peritis in arte, quibus ſtatur quamuis
deponant per verbum credo Io. de Amic. conſ.
102.n.8. Iaſ.in l.non ſolum.§.ſciendum.nu.8.de
non.oper.nunciat. vbi idem dicit de teſtibus ad
defenſam Becc. conſ.78.n.42.
Vltimo quia bona non fuerunt adminiſtrata ſer-
uatis ſeruandis conſtabat eſſe locum iuramen-
to in litem, quod licèt non detur niſi adſit do-
31 lus † Bart.in l.in actionibus.col.penult.n.22.de
in lit.iur.Alex.conſ.214. quando dolus commit-
titur.in prin.lib.7. Tamen ſpeciale eſt in actio-
32 ne tutelæ, & curæ, † vt etiam iuretur propter
culpam latam, & leuem l.alio iure.de in lit.iu-
rand. Ancbar.conſ.316. in cauſa quæ vertitur.
col.1. in fin. verſ. ex quo infertur. Socin.conſ.2.
ſequendo.col.2.in fin.lib.2.
Itaut facultas iurandi in litem tranſeat ad hære-
des gloſ. fin.in l.ſi per alium. quæ eſt penult.§.
hoc iudicium.vbi Caſtr.Alex.& Iaſ.in fin. n.7.
ff.ne quis cũ qui in ius vocat. eſt vi exim.Tiraq.
33 de retract.lignag.§.2.gloſ.2. n.3. † Dummodò
ſimus in hęrede informato de veritate facti, ſu-
per quo eſt iurandum; Quaſi anceps nõ debeat
ſe committere periculo periurij propter detri-
mentum animæ Bald. in c. 1. ſi de inueſtit. int.
domin. & vaſſal. lis oriat.in princ.in verb. ſuc-
ceſſoribus. poſt gloſ. in l.fin.in verb iuramento.
C. de iur. domin. impetr.Pariſ.conſil.73. in fin.
n.37.lib.1.Rom.conſil.291.in caſu propoſitæ con
ſultationis.col.2.num.5.in fin.& ibi Mandoſ. in
verb.notitiam.Afflict.deciſ.169.nu 8.Rot.coram
Sanctiſſ. roman. adminiſtrationis tutela. 2. de-
cembris 1580.
Nec faciebat obiectum contra ſententiam, quod
videlicet in capite concernente fructus, de qui-
bus agimus, illa fuerit lata pro fructibus decur
34 rendis, † quaſi non poſsit agi ante tempus c.1.
de plus petit.Bart.in l. exceptionem. in addit. in
fin. n.12.verſ.ſed ſi fuiſſet oppoſita.Cagn.in l.in
omnibus obligationibus. 14.nu.17. & 18.ff. de
reg.iur. Quia quãdo debitum eſt annuũ, vel de
35 ſemeſtri in ſemeſtre, † prout in caſu de quo agi
mus pro fructibus cenſus, vel ſimilis contractus
licitum eſt agere contra debitorem, vt condé-
netur ad præſtandum fructus pro omnibus an-
nis, ſeu ſemeſtribus futuris debitis temporibus,
neq; ſemper erit neceſſe litem inſtituere adue-
niente anno, vel die Bart.in l.libertis. §. manu-
miſsis.in fin.de alim.& cibar.legat.Bald.in l.1.
36 C.de ſentent.quæ ſin cert.quantitat.col 2. † ubi
multa notabilia, quando Iudex de obligatione
futura iudicet Alex.conſ.95. in cauſa & lite.col.
2.in fin.verſ.ſed reſpondeo. lib.1. Surd.de alim.
tit.3.q.9.in fin.& tit.8.priuil.25.nu 7. vbi de
legato annuo, pro quo datur actio pro futuro
37 tẽpore durante legato, † ne cogatur actor ſin-
gulo anno de iure ſuo experiri l. malè agitur.
C.de præſcription.30.annor. Bart.in l. de pupil-
38 lo.§.ſi in pluribus.de nou.oper. nunciat. † Quæ
procedunt, quamuis ex contractu ſit cauſatum
debitum Simon. de Pret. interpretat. 2. vltim.
voluntat.lib.5.nu.95.dub.3.fol.332.vbi de ex-
ceptione oppoſita in debito primi anni, ſeu pri-
39 mæ pagiæ, † & reiecta per Iudicem, an poſsit
opponi iterum ad debita ſequentium annorum
non obſtante exceptione rei iudicatæ, de qua
per Rip.in l.ita ſtipulatus.115.n.91.col.penult.
in princ. verſ.ſed quid ſi creditor.de uerb.oblig.
Imol. conſ.130 in caſu præmiſſo.col.fin.n.7.
Quę magis habent locum in caſu, de quo agimus,
qui actum fuit pro eo, quod debetur de præſen-
ti, & acceſſoriè pro futuro, tunc enim poteſt ſe-
40 qui condemnatio † tam pro fructibus decurſis,
quàm decurrendis, quaſi ratione adiuncti ſe-
quatur hoc commodum, cum ſecus ſit quando
ageretur ſolum pro futuris; quo caſu nõ poteſt
cõcedi aliqua executio, quia nihil eſt in actiõ-
ne, vel obligatione, ſuper quo poſsit quieſcere
petitio Bart.in l.2.in fi.uerſ.tamẽ ſingulariter.
C. de fideicommiſſ. Ozasc.decis.130.in fin. n.14.
uerſ.nec obſtabit etiam.Afflict.de execution.§.7.t.
326.in fi.n.27.uerſ. & ideo non obſtat illud. fol.
203. Quamuis in legato alimentorum ſpeciale
41 ſit, † quod etiam poſsit peti pro futuro licèt ni-
hil de præſenti fuerit debitum Bald. in l. 1. in
princ.uerſ.nota ſpeciale in alimentis. C.de fidei-
commiſſ. quod multum notandum, cum commu
niter non aduertatur dicit Surd. decis. 120. in
fin.n.15.vers. aduertendum tamen. vbi etiam
ſubdit, quod omiſit ponere hoc priuilegium in
tract. de alimentis cum ſit impoſsibile ne dum
difficile omnia complecti. Et quomodo petitio,
& ſententia ſit formanda ponit Ludou. Pegu.
decis.54.

EPITOME.

Emphyteuta, & habens ius coloniæ quando dica-
tur malè verſari, vt poſsit expelli ob deteriora-
tionem, ſeu omiſſam denunciationem temporis
recollectionis. Defectus in minimo an conſi-
deretur in non ſoluente canonem. Per electio-
nem vnius pœnæ quando tollatur altera. Agẽs
ad canonem, ſeu illum recipiens an ſibi præiu-
dicet, vt non poſsit expellere emphyteutam; &
quid in beneficiato non ſoluente penſionem, &
marito expellente vxorem. Probatio dete-
riorationis, & non ſolutionis canonis ad quem
pertineat, & an poſsit ſuper ea pronunciari, ſi

non præcedat monitio deſiſtendi ab eo, ex quo fundus ſit deterior.

SVMMARIVM.

1 *Deterioratio qualis eſſe debeat ad inducendam caducitatem.*

2 *Habens ius coloniæ non dicitur malè verſari, vt poſsit expelli niſi propter deteriorationem in proprietate.*

3 *Damnum magnum in proprietate quando dicatur.*

4 *Non dicitur mala verſatio ſi non fuerit notificatum tempus recollectionis.*

5 *Alienatio quando præiudicet habenti ius coloniæ.*

6 *Ius coloniæ an præſcribatur.*

7 *Non ſoluens canonem priuatur etiam ſi deficiat in vno nummo. n. 9. & 11.*

8 *Defectus in minimo quando conſideretur.*

10 *In conceſsione rei alienæ in emphyteuſim non incidit in commiſſum res tota maioris valoris niſi pro valore pecuniæ traditæ.*

12 *Agens ad ſolutionem canonis, ſeu illū recipiens quando poſsit etiam expellere emphyteutam. n. 13. 14. 15. 17. 18. 24. & 25.*

16 *Colonus poteſt expelli quamuis ab eo petatur penſio. n. 22.*

19 *Priuatus beneficio ob non ſolutionem pēſionum non poteſt conueniri pro penſionibus præteritis.*

20 *Per electionem vnius pœnæ quando tollatur altera. n. 21.*

23 *Maritus conſequitur dotem quamuis expellat vxorem.*

26 *Probatio deteriorationis, ſeu non ſolutionis canonis an pertineat ad dominum, vel ad emphyteutam. n. 27.*

28 *Non pronunciatur ſuper priuatione, ſi non appareat quod ſit monitus poſſeſſor, vt deſiſtat ab eo, ex quo fundus poteſt fieri deterior.*

CAPVT CXLII.

EXcuſandum Dixi Auguſtinum emphyteutam à prætenſa caducitate, quia teſtes non probarunt deteriorationem fuiſſe magnā,
1 cum dolo, lata culpa, vel leui, † & ad perpetuū detrimentum fundi, prout requirebatur *Iaſ. conſil. 17. n. 2. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 78. n. 6.* ſubdens etiam in hoc ſtandum eſſe iudicis arbitrio *Bal. in l. ade. 3. ante fin. verſ. quæro qualiter hoc intelligitur. n. 14. C. locat. Tiraq. in l. ſi unquam. in uerb. omnia. n. 31. C. de reuocand. donat.* Prout dicimus in habentibus ius coloniæ, qui non dicuntur malè verſari ad
2 effectum, vt poſſint expelli, † niſi deterioratio ſit cum dolo, ex culpa ſaltèm leui, & ſit in proprietate, & non modica; Vnde ſufficiet, quod coloni colant iuxtà conſuetudinem loci non habita conſideratione, quod recollectio ſit in minori, vel maiori quantitate fructuum, quaſi hoc nō ſit damnum in proprietate, & magis afficiat ipſos, quām dominos *Rot. per Card. Seraph. clu-*
3 *ſina terrarum. 10. maij. 1598.* † Cum aliud eſſet, quando cultura in totum, & penitus negligeretur *autē qui rem. C. de sacroſ. eccles. Cepoll. conſ. 25.* cū declarationibus de quibus per *Corbul. de cauſ. priuat. ob rem incult. relict. n. 2. vſq; ad num. 7.* Quemadmodum etiam neque eſſet
4 conſiderabilis mala verſatio, † ſi domino non notificetur tempus recollectionis fructuū, cum ex hoc non inducatur priuatio, & expulſio, ſed ſufficiat illos admoneri, vt in poſterum denuncient; Neque etiam attēderetur alienatio ſi per longiſsimum tempus coloni ſint ſoliti publicè,
5 & palam de bonis diſponere † *Rot. per Cardin. Seraph. ibid. & per Card. Mantic. cluſina terrarum. 12. februarij. 1588.* Quamuis colonus, ſeu conductor non poſſit prætendere ius in re, ex eo, quod dominus, ſeu locator permiſit eum manere in conductione longo tempore, cum non conſideretur poſſeſsio in actibus volunta-
6 rijs; † Præſcribet tamen ius coloniæ, vt non poſsit expelli ab ipſo iure coloniæ, in qua ſletiſſet ſpatio lōgiſsimi temporis ſoluendo ſingulis annis eandem penſionem vniformiter *Bal. in l. malè agitur. col. 3. C. de præſcript. trig. vel quadrag. annor. Ann. conſ. 107. in fin.*

Neque obſtat modicam deteriorationem etiam ſufficeret ad excludendum aliquem ab emphyteuſi, exemplo non ſoluentis canonem, qui priuatur non ſolum, quando totus canon conſiſtit
7 in re modica, † puta in vno nummo *Bald. in l. cum allegas. 15. n. 13. col. 3. oppoſ. 7. C. de uſur. Socin. conſ. 167. non inutilis quæſtio. n. 7. in fin. col. 3. ad med. uerſ. concluditur ergo. lib. 2.* Sed etiam ſi ex maiori canone deficiat ſolutio vnius nūmi *Bald. cons. 290. uulgare eſt. ad med. uers. nā iſta materia. lib. 2. Oldr. conſil. 29. de rigore. nu. 2. Roland.* qui de communi *conſil. 17. nu. 14. lib. 2. Tiraq.* qui multis ſimilibus comprobat *de retract. conuent. §. 4 gloſ. 6. n 26. usque ad n. 31.*
8 Præſertim vbi nō conſtaret de errore, † prout in caſu noſtro, quia tunc non habet locum, quod dicitur, non eſſe conſiderandum defectū in minimo *Bald. in l. 2. col. 1. in fin. n. 5. uers. undecimo ex natura conditionis. C. de hæredit. action. Alex. cons. 105. col. 6. ad med. n. 19. uers. præterea illud quod dicit. lib. 1.* Vbi quod ita debet intelligi *Bald. in l. ade. C. locat.* dum videbatur ſequi contrarium. Et eſt *tex. in l. quamuis de condit. & demonſtrat.* quem ad hoc dicit notabilem *Dec. in c. de appellationibus. 11. col. penult. poſt med. n. 6. in fin. in 4. caſu. uers. & iſta om-*
9 *nia locum habent, de appellationib.* † Quod magis procederet, ſi extaret pactum, quo caſu facilius cadit ob modicum defectum ſolutionis *Bald. in rub. C. de contrahen. empt. col. 3. nu. 10. q. 10.* Maximè quia in caſu noſtro fuit data res propria in emphyteuſim, cum ſecus eſſet, vbi
10 ſuſciperetur res aliena, † quam alter ſibi ſubmittit pro pecunia in emphyteuſim ad rationē quinque pro centum, tunc enim res tota maioris valoris non incidet in commiſſum, ſed pro valore pecuniæ traditæ *Affl. decis. 80. nu. 3. uers.*

ſed

ſed in contrarium. quod multum notandum,& alibi non reperiri dicit *Nat*ſ.*ad Alex. conſ.105. magnificè prætor.col.6.in verb. uno denario.lib. 3.* cum ſimilibus de quibus per *Dec. conſil.163. non fuiſſet propoſiti mei.col.2. poſt med.uerſ. & hoc confirmatur.*

Quia quidquid ſit in ſolutione canonis, aliud eſt in modica deterioratione, ob quam verius eſt emphyteutam non cadere in commiſſum ex in-
11.pra allegatis. † Ratio differentiæ eſt,nã quando fundus deterioratur pœna reſpicit rem, non autem contemptum, qui conſideratur in non ſoluente,quaſi non obtemperet legi contractus, & qui malè vtitur ipſam rem deteriorando nõ impugnat cõtractum, ſicut qui non ſoluit promiſſum, cum non minus dicatur inobediens, qui deficit in modico,quàm qui in multo ità in ſpecie diſtinguit *Surd.de alim. tit. 8. priuileg. 61.n.27.*

Præterea cum actum fuerit ad ſolutionem canonis non poteſt emphythenta expelli, quaſi ele-
12 cta vna via cenſeatur alteri renunciatum † *l. poſt diem.7.de leg.commiſ.* Neque enim æquum eſt vtrumque facere, & penſionem petere, & expellere,niſi quando adeſſet pactum,vt liceret vtrumque fieri *gloſ.in l.2.in uerb. repellere.ubi Iaſ. n.139. col.41.poſt med.uerſ.fundamentum. C. de iur. emphyt.*

Et iſti duo caſus receptionis canonum,& petitionis illorum æquiparantur ad effectum, quod
3 cenſeatur remiſſa caducitas,† Paria enim ſunt petere,& recipere *l. ad ſolutionem. C. de re iud. Saliect.* in ſpecie *in l. commiſſoria. uerſ. & faciunt hæc quod ſi dominus.C.de pact. int. empt. & uendit. Ruin. conſil.119. nu.4. lib.5. Tiraq.*
4 *de retract. conuent. §.e. gloſ.2.n.64.* † Quamuis ſecundum alios hoc intelligatur ſi petierit, cum effectu ita ſcilicet, vt conſecutus fuerit, prout intelligit *Petr. de Bellapert. in d. l. commiſſoria. in fin. per tex. in l. nihil. §.cum filius de inoffic.teſtam.*

mplius idem eſſet in petitione canonis pro tempore præterito,ne dum pro futuro, quia etiam
5 tunc dicitur remiſſa caducitas. † Nam Dominus nõ poteſt expellere, & canonem recipere, ſeu petere, quaſi per ſolutionem factam ab emphyteuta videatur illius mora purgata, & per dominum admiſſa purgatio *Boer. q.309. nu. 5. Corbul.de priuat.ob non ſolut. canon.ampliat.9. n. 10. & 11. & limit.21. n.11.*& eſt verior opinio,quidquid alij contrarium ſentiant,vt teſtatur *Surd.deciſ.317.n.14.*

:e facit quod immo per emphyteutam poſſit vtrumq; fieri ad exemplũ coloni, à quo poteſt peti penſio per dominum, † quamuis expellatur *l. colonus. 61. in princ. ff. locat.* prout in ſpecie emphyteuſis concludit *Cephal. conſ. 18. in fin. nu. 44. lib. 1. Ludouic. deciſ. peruſ. 54. nu. 2. lib. 1.* Quia prædicta procedunt in emphyteuſi eccleſiaſtica, † in qua ſpeciale eſt fauore Eccleſiæ, vt conſequatur vtrumq; *Dec. in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Clar. in §. empytheuſis.q.10.verſ.quaro nunc.n.2.in fin. Menoch. præſumpt.112.n.26. lib. 3.* Cum aliud
18 ſit in priuatis, prout eſt caſus noſter, † tunc enim verior eſt opinio, quod ſolùm alterum duorum poſsit fieri,vel deijcere, vel penſionem petere *gloſ.in l.2.§.repellere.uerſ. item ſi triennio. & uerſ. ſed tamen utrumque C. de iur. emphit.Clar.in §.emphyteoſis. quæſt. 8. uerſ. ulterius quæro pone Gig. de penſion. q.76. n.6.uerſ. quarto dum adducebatur. tom.15. p.1.fol.357.*
19 Vbi etiam ex hoc conelndit, † quod penſionarius, qui obtinuit priuari Rectorem beneficij eccleſiaſtici ob non ſolutionem penſionis, quod non poſſit exigere penſiones præteritas, Licet enim quando pœnæ veniunt non ex vna cau-
20 ſa, † ſed ex diuerſis per electionem vnius non tollatur altera *l. nunquam plura. de priuat. delict.* Tamen hoc procedit,quando pœnæ proueniunt ex cauſis omnino diuerſis, ex furto,
21 & homicidio, † ſecus ſi ex cauſis, quarum vna venit quaſi in conſequentiam alterius,prout in caſu noſtro, in quo priuatio venit in conſequentiam non ſolutionis, Immo illa procedunt non ſolum quando pœnæ proueniunt ex diuerſis cauſis,ſed etiam ex diuerſis factis, vt puta quia ſurripuit hominem,& eum occidit; In caſu autem noſtro licèt videantur cauſæ diuerſæ ſunt tamen ex vna facto, videlicet ob non ſolutionem penſionis,& ita in ſpecie diſtinguit *Iaſ. in l. 2. n. 125. col. 36. in fin. uerſ. non obſtat quartum & ultimum. C. de iur. emphyt.*

Nec aduerſatur illud de colono, à quo poteſt peti penſio, quamuis expellatur *l. colonus.62.ff. locat.* Quia adeſt diuerſa ratio, cum in ſimplici
22 colono, † non cadat multiplicitas pœnarum, prout eſt in emphyteuta, qui expulſus perdit melioramẽta,& vtile dominium, vnde eſſet abſurdum,quod ad penſionem quoque teneretur, & dominus duplex lucrum acquireret *Iaſ. in l. 2.n.124.cũ ſeq. C. de iur.emphyt.Surd.de alim.*
23 *tit.7. q.18. nu.46.* † Ampliando ad maritum qui conſequitnr dotem, quamuis expellat vxorem,cum etiam in eo non poſsit cõſiderari iſta multiplicatio pœnarum. Poſſet tamen dominus expellendo emphyteutam reſeruare ius pe-
24 tendi penſionem,† quo caſu etiam illa deberetur *Clar. in §. empytheuſis. q. 10. n. 2. Surd. d. q.18. nu.43.* Et quamuis *Idem Surd. deciſ. 317. nu. 18.*& *19.* pluribus argumentis probet contrariam opinionem, quod etiam priuatus poſſit vtrumque facere,& expellere,& canonem petere. Tamen quidquid ſit de ſubtilitate iuris *ibidem. nu. 30* dicit in practica non eſſe recedendum à communi opinione, pro qua fuit
25 iudicatum, † cum per receptionem canonis, videatur receſſum à pœna expulſionis, quæ cẽſetur remiſſa etiam per pctitionem canonis, quaſi tunc ſoluendo videatur emphytheuta purgare moram *Corbul. de priuation. ob non ſolut. canon. ampliat. 9.n. 10. & 11.*

Quando autem ageretur aduerſus emphyteutam ob fundum redditum deteriorem contra pactũ de illo colendo, & non reddendo peiorem, cui
26 incumbat probatio, † quod promiſſa fuerint obſer-

obſeruata dicam infra in cap. particulari; Et
quod pertineat ad emphytentam, non autem
ad dominum concludit *Alex. conſ. 129. lib. 2.* Li-
cet *ibi Add.* contrarium ſequatur *Hartman.*
Piſtoris. quæſt. 28. in fin. Vbi etiã adducit ſimile
27 de emphyteuta nõ ſoluente canonem, † ad quẽ
pertinet probatio ſolutionis *gloſ. & alij com-*
muniter in l. 2. C. de iur. emphyt. Et quidem
culpa emphytheutę ex eo potiſsimum arguere-
tur circa deteriorationẽ fundi, quãdo admoni-
tus fuiſſet, vt deſiſteret ab eo, ex quo fundus po
tuiſſet fieri deterior, nec tamen deſtitiſſet *Alex.*
in l. diuortio. §. ſi fundum. col. 2. verſ. ſaluari
tamen poteſt. ſolut. matrim. *Piſtoris. q. 28. nu. 5.*
28 ibi dicit notandum, † quod non deberet pro-
nunciari ſuper priuatione, ſi non appareret, an
admonitus fuiſſet poſſeſſur, & an deterioratio
eſſet culpa, vel dolo emphyteutæ, Exemplo de-
nunciationis factæ operarijs, de qua per *Doctor.*
in l. de pupillo §. nunciationem. ff. de nou. oper.
nunc. Dec. *in l. velle non creditur. de regul. iur.*

E P I T O M E.

Sententia quando iudicetur nulla ob temporis breuitatem. Decretum Iudicis an valeat ſi non fuerit interpoſitum in ſcriptura ſeparata. Statutum requirens decretum interponi per duos dies ante, quando excludat, vt non poſsit prius adhiberi. Aſſertio Iudicis an requiratur quod fuerint adhibitæ ſolemnitates, & quæ verba æquipolleant cauſæ cognitioni. Pro Magiſtratu quando præſumendum. Conſuetudo quomodo probetur de non adhibendo ſolemnitates de iure requiſitas in inuentario, & cognitionem cauſæ in decreto iudicis. Et quid in conſuetudine interpretatiua.

S V M M A R I V M.

1 *Decretum* Iudicis *quomodo interponendum, vt ſit validum. n. 4. 5. & 6.*
2 *Sententia etiam interlocutoria eſt nulla ſi feratur infra breue tempus. nu. 3. Declara vt nu. 7. & 8.*
9 *Nullitas ſententiæ ob temporis breuitatem non poteſt opponi per eum, cuius non intereſt.*
10 *Auditor quando poſſit ſubſcribere ſententiam latam per Coauditorem.*
11 *Statutum requirens decretum interponi per duos dies ante non excludit, vt prius non poſſit adhiberi.*
12 *Lex præſumi pro* Magiſtratu.
13 *Conſuetudo vt decretum interponatur ſine ſcriptura cauſæ cognitionis valet nu. 15. & quomodo procedat. nu. 16. 17. & 22.*
14 *Conſuetudo tollit quodcunque ius poſitiuum.*
18 *Cauſæ cognitio per quæ verba ſignificetur.*
19 *Decretum* Iudicis *quando habeat præſumptionem iuſtitiæ. n. 20. & 21.*
23 *Stylus qualis debeat eſſe, vt ſit validus.*
24 *Inuentariũ requirit multas ſolemnitates, quæ non ſeruantur de conſuetudine. num. 25. & qualiter illa probetur. num. 26.*
27 *Inſtrumenta confecta aliter quàm ius diſponit debent habere effectum, & quot debeant eſſe, & quid requiratur, vt illis ſit habenda fides. n. 28. & 30.*
26 *Conſuetudo interpretatiua qualiter probetur.*

C A P V T C L I I I.

DEcreta in cauſis minorum, & mulierum,
quæ paſſim interponuntur in multis pro-
uincijs, & ciuitatibus dicebãtur inualida, quaſi
ſæpè ſint interpoſita non probatis, & excuſsis
1 relatis cauſis, † neq; in ſcriptura ſeparata, pro-
ut de iure requiritur *l. minorũ. 6. C. de præd. mi-*
nor. l. magis puto. §. ne paſſim. de reb. cor. *Ro-*
land. conſil. 53. n. 10. lib. 1. *Caſtr. conſil. 38. ſuper*
eo quod quæritur. col. ult. lib. 2. *Corn. conſil. 71.*
nu. 2. lib. 3. & conſil. 98. nu. 2. col. 2. ad med. verſ.
ſecundo uidetur. lib. 1. Menoch. *de recuperan.*
poſſeſſ. remed. 15. num. 148. *Mandoſ. form. 9.*
commiſ. in uerb. in ſtatu & terminis. Vbi ex
hoc inferre decreta, quæ in Vrbe interponuntur
facilè ſubuerti poſſet, cum ſint nulla ob tempo-
2 ris breuitatem. † Ad exemplum ſententiæ la-
tè in breuiſsimum tempus *Bart. in l. prola-*
tam. num. 10. C. de ſenten. *Dec. conſ. 479. in*
controuerſ. a. nu. 7. *Ancbar. conſ. 83. uiſis dili-*
3 *genter. nu. 3.* † Quamuis ſimus in interlocutoria
Alex. conſil. 33. uiſo themate ſuper quo copioſè.
nu. 6. col. 2. ad fin. lib. 1. Etiam in arbitrarijs,
& ſententia Principis *Aim. conſil. 153. nu. 2. &*
conſil. 132. num. 17. Riminal. Iun. *conſil. 424. in*
princ. lib. 4.
Contrarium eſt verius, quia regulariter in huiuſ-
modi cõtractibus interuenit præſentia conſan-
guineorum, de quorum conſilio fiunt aliena-
4 tiones, † quo caſu videtur cauſa cognita de-
cretum interpoſitum per Iudicem, quaſi ab eis
dicatur ſe informaſſe præuio eorum iuramen-
to, quo ad vtilitatem, & neceſſitatem vendi-
tionum I*mol. conſil. 99. nu. 6. dub. 6.* Alex. *conſil.*
80. uiſis themate ſupraſcripto. col. 2. n. 10. & 11.
5 *lib. 5.* † Et ita ſaluari huiuſmodi decreta ex
dicta relatione conſanguineorum dicit Gabr.
de ſintent. concluſ. 5. nu. 34. verſ. contrarium
6 *quod decretum.* † Prout etiam ita de conſuetu-
dine ſeruari dicit Put. *decîſ. 34. lib. 1.* Alber. &
alij quos adduxi *decîſ. 130.* Ruin. *conſ. 91. in fin.*
lib. 5.
Et facit quod dicitur de ſententia, quæ non vi-
7 tiatur ob breuitatem temporis, † quãdo iudex
in tempore breui poteſt eſſe inſtructus de ne-
gotio Alex. *conſ. 213. col. 1. in fin. lib. 7.* Bald.
conſ. 204. col. 1. & 2. nu. 3. & 5. lib. 3. *Aim. conſil.*
179. n. 1. *Put. Tolom.* & alij de quibus per *Man-*
doſ. form. 9. commiſ. in uerb. in ſtatu & ter-
8 *minis.* † vbi exemplificat de cauſa, quæ erat in-
ſtructa coram alio iudice, & poſtea fuit com-
miſſa in eodem ſtatu, & terminis, quia valet
quamuis lata intra breuiſsimum tempus, prout
etiam ſi feratur partibus præſentibus, quia iſta
breuitas non obeſt Lanfranc. *de probat. in fin.*
n. 44.

nu.44. tom.4.ſol.36. Itaut iſta nullitas breui-
9 tatis temporis,† non poſsit opponi per eum,
cuius non intereſt *Caſtr. conſ. 160. ad primum*
quæſitum. in fin. verſ. ſuper vltimo non expe-
*dit.lib.1.*cum alijs per *Aim. conſ.170.n.5.*Que-
madmodum etiam dicimus,quod in Sacra Ro-
ta Romana quilibet Auditorum in vim com-
miſsionis generalis ſubrogatus poteſt ſuſcribe-
re ſententiam Coadiutoris abſentis,vel defun-
10 cti latam, nondum ſubſcriptam, † dummodo
videat acta ab integro iuxta doctrinā *Vitalin.*
in clem.1.n.73. de probation. Quod tamen non
habebit locum,quando cauſa in qua Prædeceſ-
ſor pronunciauit de recenti fuiſſet diſcuſſa cum
adnotatione omnium votorum, tunc enim non
requireretur tāta diligentia nouæ viſionis pro
ceſſus, & ſtatim ſubſcriptio facta valeret non
obſtante temporis breuitate,vt declarat *Man-*
doſ. in commiſſ. 13. ferijs non obſtantibus. in
princip.

Ex quibus Dixi non obſtare huiuſmodi decreti
diſpoſitionem, ſtatuti Maceratēſis,dum requi-
11 rit decretū interponi per duos dies ante.† Nā
ſi ex natura negocij ſufficeret ſpatium minoris
temporis, nō per hoc diceretur contrauentum
illius diſpoſitioni, prout in ſpecie dicti ſtatuti
fuit deciſum per Sacr. *Rot. Rom. coram* R.P.D.
Cordubenſ. 8. april. 1598. in cauſa Maceraten.
nullitatis ceſsionis. vbi quod dictum ſtatutum
non debet arctare iudicem, vt per ſe ipſum per
duos dies ante decretū debeat adhibere cauſæ
cognitionem, ſed voluit quod ſit adhibita hu-
iuſmodi cognitio per dictum tempus ante, ne
præcipitanter in damnum minorum decretum
interponatur. Vnde ſufficeret,quod iudex aſ-
ſerat illam eſſe adhibitam, tam extraiudiciali-
ter,quàm ex relatione peritorum per eum de-
putatorum,aut ſimilium; itaut ex natura ne-
gotij minus tempus,quàm duorum dierum in-
teruenire potuerit pro verificanda cauſa, de
qua agebatur, cum mater, & vnus ex filijs aſ-
ſeruerint fuiſſe deputatos peritos per iudicem,
cui etiam eſt credendum, itaut transferatur
12 onus probandi in aduerſarium, † cum lex pro
ſuo Magiſtratu confidat quaſi non ſit præſumē-
dum,quod decretum interpoſuerit omiſsis ſo-
lemnitatibus legem fallendo, & contrahentes
decipiendo *l.& ſi præſes.C.de prad.minor. l.3.*
C. de offic. ciuil. iudic. Menoch. præſumpt. 75.
n. 13. & 16. lib.2.

Quibus accedat conſuetudo, & ſtilus tam illius ci
uitatis quàm totius Prouinciæ Marchiæ,ſecun-
dum quem etiam in contractibus, in quibus
maxima cauſæ cognitio requiritur, vno & eo-
dem tempore examinatur negocium,an ſit vti-
le,vel damnoſum, & minori, ac mulieri datur
curator,celebratur actus,& decretum interpo-
13 nitur† quæ conſuetudo valet,quamuis non re-
digatur in ſcriptura cauſę cognitio,ita quod in
futurum poſſit apparere quid fuerit conſidera-
tum in illius decreti interpoſitione, cum vt ſu-
pradictum eſt huiuſmodi ſcriptura non ſit am-
plius in vſu,& ex cōſuetudine receſſerit ab aula
Caſtr.in l.actus.C.de ſer *Put.deciſ.364.n.2.lib.*
1.cum alijs ſupra allegatis: Quaſi non debeat
obſtare decreto iſta breuitas temporis,cum iu-
dex præſumatur ſe informaſſe de veritate cau-
ſæ licèt in ſcriptis illam non redegerit ob con-
ſuetudinem,quæ magis erat ſeruanda, quàm
ius poſitiuum, ſeu ſtatutum, cuius auctoritas
14 fuit ſublata,† cum nullum ſit ius poſitiuum,
quod conſuetudine tolli non poſsit *l. de quibus.*
§ fin.de legib.Bald.in c. imperialem. §.præter. à
ducatus.n.3. de prohibit.feud.alienat. per Fed.-
ric.Soccin.Iun col.65.nu.29. lib.1. Hippol. Ri-
15 *min.conſ.51.n 3.lib.1.* † Et in ſpecie de con-
ſuetudine quę ſeruatur in huiuſmodi decretis
quod valeat,licèt cauſæ cognitio non fuerit in
ſcripturam redacta, ita vt non obſtet breuitas
temporis quodcunque negocium ſit quamuis
graue latiſsimè *Surd. deciſ.334.n.3. vſq; ad n.*
23.lib.2.

Verùm eſſet,quod requireretur in decreto aliqua
mentio cauſæ cognitionis, cum vt dictum eſt
Iudex debeat ſe informare in ipſo actu inſtrumē
16 ti contractum cedere in vtilitatem minorum,†
& ſufficiet ſi in decreto adſit clauſula omni me
liori modo, aut ſimilis,nam per eam habemus
eundem effectum,ac ſi dictum fuiſſet cum cauſę
cognitione *Alex.conſ.80.viſo themate.nu.6.lib.*
*5.Anchar.q.16.n 6.p.2.*cum ſufficiat quod cau-
ſæ cognitio enuncietur indirectè,aut per æqui-
17 pollens; † Ideò verba iudicis aſſerentis ſe de-
cretum adhibuiſſe ſuper omnibus, & ſingulis
tanquàm legitimè factis æquipollent atteſta-
18 tioni de adhibita cauſę cognitione. † *Rota co-*
ram Sanctiſsimo catanien.illegitimitatis.10.ia-
nuarij.1583.& per R.P.D.*Feniam romana do-*
29 prædeceſſoris; † Prout dicimus de hærede, qui licet ſit eadem perſona cum defuncto non poteſt tamen declarare libellum productum ab eo, cum declaratio ſit perſonalis; Quemadmodum regulariter dubia voluntas defuncti non declaratur per hæredem, quando poſſet talis declaratio nocere aduerſario, cum aliàs eſſe permiſſa Bart. in l. ſi quis à filio. 32. §. ſi quis plures. in fin. n. 2. de legat. 1. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.52. col.21. in princ. de acquir. poſſ. Curt. Iun. in l. ſi quis intentione ambigua. n.6. in fin. de iudic. Monter. deciſ.35.n.35.
30 & in ſpecie de interlocutoria, † quod non poſſit declarari per ſucceſſorem dicit verius eſſe Surd.conſ.167.in fi.n 20.lib 2.

Prout etiam alias dum de hoc quæreretur Dixi nõ eſſe locum reuocationi interlocutoriæ, cum
31 fuiſſet appellatum, & appellatio admiſſa, † quo caſu non datur repoſitio Gemin. in c.cum de appellationibus. §. ſi vero. colum.1. in princ. uerſ ſed pone quod iudex. n.6. de appellat. in 6. vbi quod eſt verior opinio, quidquid alij contrarium ſenſerint, & comprobat Lancell. de attentat. appellat. pendent. limit.1. n.80. tom.5. fol.359. Quia iudex abdicauit a ſe iuriſdictionem, cuius defectu non poteſt amplius ſe in cauſa intromittere
32 † cum reuocatio ſit facienda per eum, qui habent iuriſdictionem c. ſi à iudice. de appell. in 6. Vnde diſpoſitio l.quod iuſſit. de re iudic. non habet locum in renunciatione interlocutoriæ inducente reuocationem iuriſdictionis c. ſignificantibus. de offic. deleg. Gemin. in d. §. ſi uero
33 num.6. in fin. uerſ. item facit. † Quod procedit quamuis appellatio fuerit admiſſa cum clauſula ſi & in quantum, per quam licet dicatur perſeuerare iudex in iuriſdictione, quando appellatio de iure non erat admittenda Natt. conſ. 566. nu.5. ad med. uerſ. ſed illud fundamentum Tamen hoc non procedit in interlocutoria Be-
34 nint. deciſ. 1. nu. 1. in fin. uerſ. ſi uero ſumus † vbi ſubdit cautelam, vt reſpondeatur appellationi ab interlocutoria mera cum clauſula non admiſit, niſi ſi & in quantum, quaſi tunc talis admiſſio non habeat vim delationis Cardinal. qui dicit notandum in clement. quamuis §. quod ſi iudex. in fin. quæſtion. 3. num. 4. de appellation.

Ita etiam Dixi in interlocutoria, quæ lapſis decem diebus quo ad partes tranſit in iudicatum, ita vt quis amplius non audiatur per viam appel-
35 lationis, † ſed ſolum per viam querelæ; Ideo non poterit adiri Metropolitanus tanquam non habens iuriſdictionem, niſi cauſa ad eam deuoluatur per appellationem Abb. in c. ad reprimendum. 8. n.6. col.2. uerſ. audietur ergo excommunicatus. in 2. not. de offic. ordin. Prout dicimus in ſententia excommunicationis, cenſu-
36 ra interdicti, ſeu ſuſpenſionis, † quæ licet poſſit per mille annos retractari, quaſi dirigatur in animam, quæ non poteſt in hac vita ſeparari a gratia Dei, Tamen quoad alios effectus tran-

ſit

ſit in iudicatum; Quemadmodum ſententia in
cauſa matrimonij, quæ ſemper retractari po-
teſt cum non tranſeat in rem iudicatam. Nihi-
lominus non auditur condemnatus per viam
appellationis, niſi infra decem dies appellaue-
37 rit; † tunc enim nocebit res iudicata, nec poſt
illud tempus audietur appellans, & demanda-
tur ſententia executioni, quia aliàs ſemper iu-
dicium illud eſſet ludibrio, prout concludit *Ca-
ſtr. conſ. 354. uideretur dicendam non ualere
ante med. uerſ. item non obſtat quod in matri-
monialibus. n. 2. lib. 1.* Felin. *in c. lator. 8. col. 4.
uerſ. tertia declaratio. num. 4. & col. 5. uerſ. sexta
declaratio. nu. 7. de re iudic.* Franc. *in c. direĉtè.
39. nu. 8. col. ult. uerſ. sexta concluſio. poſt glos.*
quam dicit ſingularem, & notãdam *in c. ad re-
primendum. 8. in uerb. suspendatur. de offic. or-
38 din.* Natt. *conſil. 444. n. 12.* † Cum ſatis ſit, quod
iſtæ ſententiæ non tranſeant in iudicatum in
his, quæ reſpiciunt animam, aut intereſſe publi-
cum, ſecus quo ad alia ſpectantia priuatũ com
modum; Vnde ſententia excommunicationis
in contumaciam cũm condemnatione expenſa-
rum tranſibit in iudicatum, ſi non appelletur
non quo ad vinculum excommunicationis, ſed
quo ad contumaciam, & expenſas; Nam eccle-
ſia nunquam claudit gremium pœnitenti, vnde
quo ad hoc non attenditur res iudicata, ſecus
in pecuniario effectu, in quo iſta ratio non mi-
litat *Abb. in c. ad reprimendum. 8. num. 7. col. 2.
uerſ. item ſequitur quod super eo. de offic. ordi-
nar.* Felin. *in c. conſanguinei 11. in princ. uerſ. fal
lit primo. de re iudic.* Surd. *conſil. 223. in fin. nu.
32. lib. 2.*

Quo ad vltimum an conſtaret cauſam eſſe deſer-
tam dicebatur affirmatiuè concludendum eſſe,
quia non apparet, quod pars fuerit appellatio-
nem proſequuta in termino ſibi per iudicem
39 præfixo, † cui hoc permittitur *c. cum cauſa. de
re iudic. c. cum ſit romana. 5. de appellat.* Vnde
quemadmodum per lapſum termini iuris ap-
pellatio eſt deſerta *clem. ſicut. de appellat.* Ita
per lapſum termini hominis tanquam in eius
locum ſubrogati ſententia firma remanet, &
poteſt mandari executioni *c. licet. 14. de ſen-
tent. excommun.* Franc. *c. perſonas. in princ. de
appellat.*

Quod adeo verum eſt, vt etiam aſſignato huiuſ-
modi termini valeat, quamuis non ſit facta
vnico contextu, ſed poſt aliquot dies ab actu
40 admiſſæ appellationis, † cum non requira-
tur, quod detur incontinenti, & vnico con-
textu, ſed ſufficiat ex interuallo *Card. in clem. 1.
q. 29. nu. 25. de appellat.* Gemin. *in c. 1. §. poſt
hac. eod. tit. in 6.* Lancell. *de attentat. appell.
pend. nu. 86. limit. 1. tom. 5. fol. 359.* Et eſt ve-
rior opinio quidquid alij contrarium ſentiant,
41 vt latè *dixi deciſ. 2. per tot.* † Quaſi Iudex à
quo poſsit exercere poſt admiſſam appellatio-
nem omnes actus tendentes ad faciliorem exi-
tum cauſæ, quia in his non intelligitur ſuſpen-
ſa eius iuriſdictio, dummodo non cognoſcat de
articulo appellationis *Franc. in c. cum tenea-
mur. 17. in 2. notab. de appellat.* Feder. *de Sen.
conſ. 98. nicolutius. ad fin.* Duen. *reg. 42. n. 17.
limit. 17.* Bero. *conſil. 45. num. 2. lib. 3.* Surd. *de
alim. q. 32. tit. 9. nu. 69.* Iudex enim appella-
tionis in hoc non offenditur, ſed potius coadiu-
uatur Io. *Andr. in c cum appellationibus. nu. 2.
de appellat. in 6.*

Contrarium prædictis non obſtantibus declaraui,
quod immo non conſtet de prætenſa deſertio-
42 ne; † Nam terminus datus per Iudicem ad
proſequendum cauſam appellationis fuit aſsi-
gnatus procuratori, qui ſolum habebat man-
datum in prima inſtantia ad audiendum ſentẽ-
tiam, non autẽ ad appellandum, & proſequen-
dum appellationem, vnde huiuſmodi termini
præfixio non potuit arctare procuratorem in
præiudicium domini. Ratio eſt nam quamuis
43 per procuratorem fuerit appellatũ, † qui po-
teſt, & debet appellare, licèt non proſequi *c. eũ
non iniuſtè. 14. §. potuit. de procurat.* Tamen
præfixio termini proſequẽdi appellationem eſt
actus ſecundæ inſtantiæ, ad quam procurator
non habebat mandatum, vnde finita cauſa de-
ſinit eſſe procurator, & ſolùm ei conceditur ap-
pellatio, non proſequutio, quæ non eſt de appẽ-
dicijs primæ cauſæ Rot. *deciſ. 2. alias. 21. ſi do-
minus principalis. de procur. in nou.* V *eſtr. in
44 prax. c. 5. n. 16. lib. 4.* † Ideo cum principalis
eſſet abſens illa termini præfixio non debet ei
præiudicare tanquam res inter alios acta, &
contra abſentem, & non citatum.

Vnde diſpoſitio tex. *in c. cum ſit romana. de ap-
pellat. cum alijs ſupra ex aduerſo allegatis* pro-
cedit quando terminus eſſet aſsignatus appel-
lanti, qui haberet legitimam perſonam proſe-
quendi appellationem, non autem procurato-
ri, qui non poteſt illam proſequi defectu man-
45 dati. † Ita in ſpecie concludit Mandoſ. *form.
17. commiſſ. in princ. col. 2. verſ. ex ijs quæ ſu-
pra tetigi.* vbi teſtatur ſic per Rotam fuiſſe de-
ciſum *in cauſa Bononien. parochialis de monte
maiori, prout in deciſ.* Mohed. *5. alias. 96. vel
126. de procurator.*

Neque obſtat quod cauſa primę, & ſecundę inſtã-
46 tiæ dicatur eadem, vnde procurator, † qui pro-
miſit in cauſa principali præſtare patrocinium
poterit cogi etiam illud præſtare in cauſa ap-
pellationis *gloſ. in l. inuitus. C. de procurat.*
Curt. Iun. *in l. imperium. n. 117.* vbi de com-
muni *col. 2. uerſ. circa vltimum gradum. ff. de
iuriſdict. omn. iudic.* Quia vltra quod in caſu
noſtro mandatum procuratoris ſolum erat re-
ſtrictum ad primam inſtantiam, vnde apparet
terminum eſſe conſtitutum perſonæ non legiti-
47 mæ. † Verior eſt etiam opinio contraria,
quod neq; procurator poſsit cogi proſequi ap-
pellationem quamuis promiſerit patrocinium
in cauſa principali præſtare, licèt enim non
fuerit extincta lis in totum per ſententiam, ta-
men non eſt præſumendum, quod ſe obligauerit
ad aliam cauſam, quàm primæ inſtantiæ, non
vlterioris Abb. *in c. cum non iniuſtè. n. 5. col. 2.
verſ. nota. in verb. potuit. de procurator.* Alex.

Pp iij conſ.

Digitized by Google

conſ. 96. viſo proceſſu. nu. 2. lib. 2. Ceuall. q. 597. & dictum eſt ſupra cap. 56.

EPITOME.

Citationis defectus quando ſanctur per comparitionem citati, productionem mandati, & conſtitutionem procuratoris. Opinio vehemens, quod fœmina ſit in vtero, an operetur certitudinem, itaut faciat conditionem haberi pro impleta ſtante ſubſtitutione, ſi maſculus naſcatur. Citatio quando inducat præuentionem iuriſdictionis. Productio verbalis an operetur idem quod realis. Sententia parte nõ inſtante quãdo valeat, & quid ſi fiat citatio ad ſententiam pro prima die, & poſtea quandocunque. Per admiſſionem nouorum iurium an reuocetur citatio ad ſententiam. Productio inſtrumenti quando ſufficiat ſi non detur copia parti.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus ſuppletur, ſi pars comparuit in actis. & nu. 2.* Declara *vt n. 3.*
4 *Conſtitutio procuratoris facit præſumi citationem præceſſiſſe.*
5 *Productio mandati æquipollet citationi.*
6 *Opinio vehemens, & certitudo æquiparantur. num. 8.*
7 *Vehemens opinio quod fœmina ſit in vtero facit conditionem haberi pro impleta, ſi adſit ſubſtitutio in caſu, quo maſculus naſcatur.*
9 *Citatio qualis eſſe debeat, vt inducat præuentionem. n. 10. & 12.*
11 *Citatio perpetuat iuriſdictionem. n. 13.*
14 *Vtilitas verbalis productionis.*
15 *Productio verbalis in termino quando faciat valere actum realiter facti extra terminum. nu. 16. & 18.*
17 *Legem imponimus rebus, non verbis.*
19 *Verba non ſufficiunt vbi opus eſt facto.*
20 *Factum dicitur eodem tempore, quod fit ad confirmationem.*
21 *Exemplum inſtrumenti poteſt produci in termino, quamuis originale extra illum producatur.*
22 *Oppoſitio requiſita per ſtatutum infra aliquem terminum intelligitur de reali, non verbali. nu. 23. & 24.*
25 *Productio inſtrumẽtorum an ſufficiat non data copia parti. & nu. 26.*
27 *Sententia lata parte non petente quando ſit nulla. nu. 28. & 29.*
30 *Sententia præſumitur lata ad inſtantiam partis.*
31 *Sententia eſt nulla ſi fiat citatio ad illam pro prima die, & poſtea quandocunque, & quid in citatione ad videndum iurare teſtes pro tali die, & poſtea ſingulis horis. n. 36.*
32 *Citatio ad ſententiam eſt neceſſaria.*
33 *Sententia ſi nõ fuit lata in ea die, ad quam fuit pars citata an poſſit ferri die ſequenti. nu. 34. & 35.*
37 *Per admiſſionem nouorum iurium quando reuocetur citatio ad ſententiam. n. 38. & 39.*

CAPVT CLVI.

Reproductionem citationis Dixi non fuiſſe neceſſariam in cauſa Achillis mihi com-
1 miſſa; † Nam ex quo pars citata comparuit
in actis defectus citationis ſuppletur *gloſ. in l. 1.
in verb. ſententia valebit. ad fin. de ferijs & dilationib. Alex. conſ. 123. viſo proceſſu cauſa. col. 2.
n. 3. in fin. verſ. & poſito quod iſta citatio. lib. 2.* Ruin. *conſ. 117. nu. 5. lib. 5.* Felin. *in cap. ex tenore. 1 6. col. 3. ad med. verſ. ſecunda regula non
præſtat. ibi. & alij multi volẽtes. n. 5. de reſcript.* Dec. *conſ. 449. viſis duobus. n. 8. col. 2. poſt med.
verſ. præterea dato.* Tiraq. *de retract. lignag.
§. 9. gloſ. 2. nu. 17. & 18.* Caputaq. *deciſ. 97.*
2 *p. 1.* † Quaſi tunc citatus præſumatur notitiam
citationis habuiſſe, quæ ita ligat, ſicut legitimè reproducta, ſeu executa fuiſſet Roman. *conſ.
410. vt clarior. n. 2. verſ. ſecundo quod quamuis.
& ibi* Mandaſ. *in uerb. emanãs. per tex. in clem.
cauſam, ad fin. de elect.* cum declarationibus.
de quibus per *eundem* Mandoſ. *ad* Rom. *conſil.
350. in verb. ſufficiens.*

Ideo etiam dicimus, quod defectus citationis ad
videndum iurare teſtes coram iudice remiſſo-
3 rali † ſanatur per comparitionem partis, quan-
do tamen ex comparitione demonſtraretur,
quod comparens vidit teſts iurare, cum non
ſufficerent verba generalia comparitionis, ex
quibus non poſſet probari aliqua ſcientia viſus
receptionis teſtium; debet enim eſſe ſpecialis
comparitio fatendo horis ſtatutis comparuiſſe,
probando quod etiam teſtes in dictis horis iu-
rarunt, cum generalitas non comprehendat ea,
quæ ſunt ſpeciali nota digna *gloſ. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogant.* Et in ſpecie remiſſoriæ ita concludit, & diſtinguit Boccac. *de liter.
remiſſorial. n. 17. & 18.*

Secundo quia citatus conſtituit procuratorem
poſt citationem factam in cauſa, de qua agebamus, vnde ex hoc colligitur citatio præſum-
4 pta † Rot. *deciſ. 17. c ſi actor. in fin. verſ. præterea etiam in hoc dubio. de dol. & contum. in nou.
arg. tex. in c. bona memoria. de elect.* Aegid. *deciſ. 364. qui per ſe vel procuratorẽ. & deciſ. 538.
licet citatio originalis.* Achil. *deciſ. 7. nu. 1. & 3.*
5 *de dol. & contum.* † Prout etiam ſi fiat productio mandati, quæ æquipollet citationi factæ,
& executæ Mandoſ. *reg. 34. q. 73. nu. 1.* Colligitur enim coniectura citationis, quæ videtur
ſufficere, licèt de ea non appareat, cum ſit ve-
6 hemens opinio quæ idem operatur, † quod cer-
titudo *Innoc. in cap. cum in cauſa. de iuram. calum.* Ancbar. *conſ. 354. viſis diligenter. nu. 4.*
vbi multa de vehementi opinione, quod fœmi-
7 na ſit in vtero, quæ operabitur, † vt conditio
habeatur pro impleta, ſi fuerit facta ſubſtitutio
in caſu quo maſculus non naſcatur, Et illud

conſ.

conſ.Anchar. multum commēdat. Mandoſ.d.q.
73. in fin.dicens ſupra hominem ibi loquutum
8 poſt Iaſ. in l.certum. nu. 9.ff. ſi cert. petat. † Et
de vehementi opinione quod habeatur pro cer-
titudine, & ſcientia latè Felin. in c.1.n.2. verſ.
item quod. de ſum.trinit. vbi etiam appellat ſtu
pendum præfatum conſ.Anchar.354.
Ideo etiam dicimus quod quamuis citatio debeat
9 eſſe legitima, vt inducat præuentionem † Bu-
tr.in cap.propoſuiſti. nu. 10. for. competen. Io.
Andr. Archid. Rom. & alij per Mandoſ. form.
10. commiſ. in fin. Tamen ſufficeret notitia ci-
tationis, quam ſi citatus habuerit, non eſſet
conſideranda executio non legitima, quia cau-
ſa eſſet deuoluta, ſi videlicet fuiſſet miſſus pro-
10 curator ad tuendam cauſam † Rom. conſ.410.
& 360. Caputaq. deciſ.110. & 252. p.1. Intel-
ligendo vbi qualiſqualis præceſſiſſet executio,
ſecus vbi fuit in totum omiſſa Veſtr. in prax.
lib.4. c.3. nu.8. in fin. Vnde iſta citatio perpe-
tuaret iuriſdictionem; prout regulariter ſola
citatio illam perpetuat ſiue ordinariam, ſiue
11 delegatam † c.gratum. de offic. delegat. Feder.
conſ.97. in princ. n.2. verſ. venio ad quartum.
Mandoſ. form.10. commiſ. verſ. tertio pro intel-
lectu. Vbi ex hoc infert, quod Iudex primo ci-
tans dicatur præueniſſe, licet ſit ſecundus quo
12 ad reſcripti præſentationē † Roman. conſ. 412.
n.4. Nam per ſolam citationem res deſinit eſſe
integra Bald. in l. ſi pluribus. ad med.de leg.1.
Afflict. deciſ.219.n.3. Iaffred.deciſ.60.
Immo iuriſdictio delegati adeo perpetuatur per
ſolum decretum citationis factum viuente Pa-
13 pa delegante, † vt procedat quamuis executio
fuerit facta poſt mortē ipſius Papæ maximè de
Iure Canonico Caputaq. deciſ.124.par.2. & de-
ciſ.115. p.1.
Tertio quia præſupponitur adfuiſſe verbalem
productionem citationis, prout quidem vtilius
14 eſt illam non reproducere de facto † ſed ſolùm
verbo, donec pars compareat, vel conſtituat
procuratorem; Tunc enim tolleretur omnis de-
fectus citationis forſan non legitimè executæ.
Nam ſi realiter eſſet reproducta citatio pars,
& eius procurator comparēs haberet notitiam
defectus citationis, & à comparitione abſtine-
ret, & ſic proceſſus factus vigore illius citatio-
nis eſſet nullus, quod non contingeret, ſi ſolo
verbo citatio reproduceretur. Vltra quod eui-
tatur etiam expenſa regiſtri, cum illud non fiat,
niſi quando realiter citatio reproducitur, & ſic
non erit regiſtranda citatio, executio, & repro-
ductio Veſtr. in prax. lib.4.c.4.n.6. & 7.
Et adeo iſtæ verbales productiones iuuant, vt ſi
fiant in termino, in quo aliquid eſt faciendum
15 faciāt valere actum, † quamuis illud fiat poſtea
realiter extra terminum Caſtr. conſ.247. poſt
princ. verſ. item probauit pars actoris. lib.1. vbi
de examinatione teſtium, quæ poteſt fieri reali-
ter poſt terminum, dummodò verbalis produ-
ctio ſit facta in termino præuia iuramenti præ-
ſtatione Bart. in l. damni.§.ſabini.in fin. nu.9.
de damn. infect.

Quamuis in ſtatuto dante terminum ad produ-
cendum inſtrumenta, cum de hoc dubitaretur
Dixi non ſatis eſſe, quod intra terminum fieret
16 productio verbalis, & poſt terminum realis, †
cum conſtitutio tanquam ſtricta ſit intelligen-
da de productione cum effectu, & illa prima
productio verbalis non dicetur producta, ſed
ſolùm allegata, de qua ſtatutum non loquitur
Bald. conſ. 110. in fin. lib. 1. Quaſi mens con-
ſtitutionis ſit non diſputare verbaliter, ſed ter-
17 minare realiter, † cum legem imponamus re-
bus, non verbis l.2.in fin. C.commun. de legat.
Bald.in rub.ff.de rer.diuiſ.in fin. verſ.ita pudor
& mens legū eſt. & ita in ſpecie concludit Aim.
de antiq.temp.p.1.§. quæritur etiam in hac ma-
teria. n.7. uſque ad n.10.
Nec faciunt contraria de quibus per Caſtr. dict.
18 conſ. 247.lib.1. † Quia illa procedunt, ex quo
teſtes iurarunt in termino, vnde licèt deponant
poſt terminum, tamen examinatio, & depoſitio
teſtiū refertur ad tēpus iuramenti; Ideò meritò
cenſendū eſt factam fuiſſe in termino, quę ratio
ceſſat in productione reali facta poſt terminum,
quia illa non poteſt referri ad tempus produ-
ctionis verbalis, cum talis productio verbalis
19 nihil operetur, nam vbi facto opus eſt, † verba
non ſufficiunt l. domicilium.ff. ad municip.l.ac-
ceptam. C.de uſur. Et vbi teſtes iurant in termi-
no, tunc interuenit factum. Maximè quia illud
accedit ad confirmationem alterius actus, vnde
20 videtur geſtum eodem tempore † l.ſi.donante,
§. ſi ſponſus. de donation. inter uir. & uxor.
Bald.in cap.1. in princ. de fid. inſtrum. Vbi de
21 exemplo inſtrumenti productio in termino, †
quod ſufficit, quamuis originale producatur
poſt terminum Felin.in c.licèt cauſam.9.col.14.
poſt med.verſ.limita quinto. n.18. de probation.
vbi quod eſt notandum Veſtr.in prax.c.4.lib.4.
n.7.verſ.niſi forte diceremus. Quod non eſt in
caſu noſtro, in quo non fit aliquis actus ad con-
firmationem alterius, cum ſolùm per ſtatutum
requiratur effectualis productio, vt dictum eſt,
& latè comprobat Aim.de antiquit. tempor.p.1.
§.quæritur etiam in hac materia.n.10.
Idem etiam voluit Rom. conſ. 76. in cauſa nobilis
viri.col.fin. verſ.præterea non obſtat. vbi quod
22 ſtatutum diſponens, vt debeat opponi † contra
inſtrumentum guarantigium intra quindecim
dies eſt intelligendum de oppoſitione reali, &
effectuali, quod probetur infra dictum termi-
num, non de verbali, quæ licèt ſit facta in ter-
mino, tamen non iuuat, vt probatio poſſit fieri
23 poſt terminum, † & ſequitur etiam latè Afin.
in prax.§.22.c.5.n.3.& 4. licèt n.6. in fin. vi-
deatur dubitare, quaſi opinio Caſtr. ſit æqua, &
rationabilis. Idem quoque concludit Rot. Ge-
nuenſ.per Chartar. deciſ.31. nu.3. verſ. contra-
rium tamen videtur. vbi de appellatione quæ
24 debebat produci infra aliquos dies, † non enim
ſufficeret extra dictum terminū productio rea-
lis licèt antea verbaliter fuerit producta ap-
pellatio; Quamuis magis ſit in inſtrumentis,
quæ debent produci ad probationem, Ideo non
ſatis

25 ſatis eſt illa producere in iudicio † niſi etiam
parti exhibeantur, & illorum copia detur cum
terminо ad opponendum *l. fin. C. de fid. inſtr. Oſaſ. decif. 1. n. 47.* vbi de communi. Dummodò
non ſimus in productione ſimplici, non ad effe-
26 ctum probationis, ſed pro informando iudice, †
in qua non requiritur vt detur copia parti, pro-
ut quando fit productio, ne tranſeat tempus à
ſtatuto præfixum ad producendum, cum iſta
poſſit fieri etiam parte non citata, vt per *Aim. de antiq. temp. 1. in verb. quæritur etiam in hac materia. 12. verſ. præmiſſa tamen non procedunt.*

Non obſtat alia nullitas ſententiæ tanquam latæ
parte non iſtante cum non poſſit Iudex in cau-
27 ſis ciuilibus officium ſuum impartiri, † quia
grauaret, adeò vt ſententia parte non petente
ſit ipſo iure nulla *Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. n. 75. de damn. infect. Iaſ. in l. properãdum. §. & ſi quidem. nu. 5. verſ. ſecundo infertur. C. de iud. Caſ. de Graſſ. decif. 9. n. 4. de cauſ. poſſ. &*
28 *propriet.* † Niſi in cauſa fiſcali, vel reipublicæ
Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. nu. 98. in fin. verſ. prout etiam ſupplere. Rom. ſing. 570. non poteſt pro reo. Cum ſit ob fauorem Fiſci de cuius
priuilegijs *Bald. in l. 1. C. de hered. vel act. vendit.* Itaut neque aſſertioni iudicis in hoc ſit ſtan
dum, cum ſimus in illis quæ non pertinent ad
eum, ſed ad tabelliones, qui debent de huiuſmo
di inſtantia fidem facere *Aſin. de execut. §. 3. cap. 11. fol. 37. n. 1.*

Quia conſtat in exceptionibus ſuiſſe petitum per
reum ferri ſententiam, vnde præſumitur fuiſ-
29 ſe pronunciata ad eius inſtantiam, † quaſi ſuf-
ficiat petitio rei excipientis, qui in ſuis excep-
tionibus dicitur actor, ita vt talis petitio cen-
ſeatur repetita, & continuata tempore feren-
dæ ſententiæ: Quemadmodum etiam dicimus è
contra in actore, qui in libello petijt pro ſe pro-
nunciari, in quo ſufficiet hoc petere præſumen-
do continuationem huiuſmodi inſtantiæ tem-
pore ferendæ ſententiæ, prout diſtinguit *Alex. in l. 1. col. penult. in princ. n. 11. & 12. verſ. quærit. etiam circa prædicta. C. vt quæ deſ. aduocat.*
30 ſequitur *Menoch. præſumpt. 72. lib. 2.* † Cum
etiam in dubio cenſeatur prolata ad inſtantiam
partis dummodò non ſit contra reum *Bart. in l. furioſo. in fi. n. 9. verſ. ſi vero de tali monitione. de re iudic.* Nam talia negocia communiter ſine
partis inſtãtia expediri non ſolent, prout etiam
in ſpecie concludit *Rot. diuerſ. decif. 516. nu. 2. lib. 1.*

Si tamen non conſtaret ſententiam fuiſſe latam ad
inſtantiam partis poſſet dici de eius nullitate,
31 prout alias Dixi † verius eſſe quando fiunt ci-
tationes pro die prima ad ſententiam, & quate-
nus illa die non feratur pro die ſequenti, & po-
ſtea quandocunque prout paſſim fit; ſi enim in
d. die prima non feratur, ſed in ſequẽtibus, quan
do nulla pars comparuit ſententia eſt nulla tan
quam lata nullo inſtante *Rot. coram* R. P. D. *Penia. Comen. cappellaniæ. 28. ianuary. 1591.*
32 quaſi citatio ad ſentẽtiã ſit neceſſaria, † quam-
uis adeſſet clauſula ſimpliciter, & ſola facti ve-
ritate inſpecta *Doct. in clem. ſæpe. de re iudic. Pariſ. de put. de ſindicat. in verb. ſententia. c. 2. n. 12. tom. 7. fol. 308. Bar. in extrauag. ad reprimendũ. in verb. & figura. col. vlt. ad med. nu. 20. verſ. item an debeant partes. & in verb. ſuper dicto crimine, ad med. verſ. ſed contra. n. 1. in fin.*

Magis poſſet dici de nullitate, ſi citatio fieret ad
certum diem, & intra illum ſententia non fera-
33 tur, † nam poſtea non poſſet proferri ex defe-
ctu citationis *Alex. conſ. 79. in cauſa & lite. col. 1. uerſ. nec obſtat etiam ſi diceretur. nu. 3. lib. 7. Felin. in c. 1. n. 22. col. vlt. uerſ. nota etiã quod citatio. de iudic. Vant. de nullitat. ex defect. ci-*
34 *tat. nu. 73.* † Quamuis poſſet ſuſtineri, ſi in die
immediatè ſequenti feratur ſecundum *Gabr. de citat. concluſ. 1. nu. 447. limitat. 69.* Dummodò
iudex prorogaſſet prolationem ſententiæ in al-
35 teram diem, † cum alias requireretur noua ci-
tatio *Ruin. conſ. 136. nu. 6. col. 2. in fi. verſ. & inſuper diei poteſt. lib. 5. poſt* Ang. *in l. de uno quoque. de re iud. Dec. in c. conſuluit. n. 3. in fin. col. 3. ad med. in 3. not. verſ. item limitatur. de offic. deleg.*

Aliud tamen eſſet in citatione ad vidẽdum iurare
teſtes pro tali die, & hora, & poſtea ſingulis die-
36 bus, & horis, † quia talis citatio valeret *Bald. in l. 1. in fin. q. 3. nu. 5. ff. ſi quis caution. Caputaq. decif. 113. in uerb. citatio. p. 1.* Quamuis in
Vrbe non ſuſtineatur per Rotam Romanam ni-
ſi per duos ſolos dies *Rot. diuerſ. decif. 311. n. 3. lib. 1.*

Ad vltimum verius eſt quod per admiſſionem no-
uorum iurium fuerit reuocata citatio ad ſen-
37 tentiam, † & terminus inde ſeruatus *Abb. in c. quoniam contra. 11. col. 10. in princ. nu. 17. in uerb productiones inſtrumẽtorum. de probat. Pariſ. conſ. 107. n. 102. lib. 3. Afflict. decif. 115. n. 3. Alex. in l. admonendi. n. 22. col. 5. in fin. uerſ. ubi autem non feciſſet diligentiam. ff. de iur. iurand.*
Licèt in caſu, de quo agebamus, aliud ſit dicen-
dum, cum iura fuerint admiſſa ſine præiudicio
38 citationis, & concluſionis, † per quam reſerua-
tionem illi non cenſetur derogatum *Gonzal. de alternat. in adnotat. de nullitat. & attentat. in cauſ. benefic. n. 128.* Vltra quod etiam prædicta
procedunt, quando iudex ſciret eſſe concluſum
39 in cauſa, tunc enim cenſetur facta reuocatio, †
ſecus ſi ignoraret; quando videlicet eſſemus in
ſucceſſore in officio, aut concluſio fuerit mul-
tum antiqua, quia tunc non cenſetur reuocaſſe
quamuis non fuerit facta reſeruatio *Marſil. in prax. §. ſequens. in fin. n. 52. uerſ. ultra prædicta in hac materia.* & voluit *Alex. conſ. 72. uidetur prima conſideratione. n. 7. col. 2. in fin. uerſ. præſumitur tamen ſciuiſſe. lib. 3.* Licèt non eſſet ve-
riſimile quod procedatur ad huiuſmodi admiſ-
ſionem non viſo regiſtro; Ideò talis pręſumptio
ignorantiæ non videretur admittẽda, tanquam
non tuta *arg. cap. litteras. de præſumption.* & in
ſpecie ita concludit *Rot. decif. 1. de teſtib. in nou.*

EPITOME.

Inſtitutio & communis reputatio quando probet filiationem. Teſtator an præſumatur potius ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, quàm iuris communis. Regula ſi vinco vincentem te multò magis vinco te quando procedat. Cippi, & Generis nomine qui veniant. Oblatio dotis an ſufficiat ad excludendam filiam dotatam ex forma ſtatuti, & an illius conſtitutio ſit facienda viro, vel vxori. Verba ſpectare pertinere, ius competere, & teneri, ac obligatũ eſſe quid ſignificent, & an faciant cauſam appellabilem. De pœna exequentis ſine mandato. Præconia vt creditores familiarium poteſtatis doceant coram eo de eorum credito, an illos ligent, & eis præiudicetur quamuis in termino præfixo non comparuerint. Diſpoſitio ſtatuti excludentis fœminas quando trahatur ad ſorores ante ſtatutum dotatas.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminam propter dotem magis excludet habentem cauſam ab ea.*
2 *Si vnico vincentem te multo magis vinco te n. 3*
4 *Dubitatio non cadit quando adeſt caſus ſtatuti.*
5 *Statutum poteſt derogare iuri communi.*
6 *Teſtator potius uidetur velle ſequi ius ſtatutarium, quàm commune. n. 7.*
8 *Inſtitutio & legatum an probent filiationem.*
9 *Filiatio an probetur per communem reputationem. n. 10. 11. & 12.*
13 *Cippi & Generis nomine qui veniant. n. 14.*
15 *Inſtrumentum facit plenam probationem.*
16 *Oblatio dotis facta per fratres an ſufficiat ad excludendam filiam dotatam ex forma ſtatuti, nu. 17.*
18 *Conſtitutio dotis an ſit facienda viro, vel vxori. vt poſſit dici dotata ſtante ſtatuto excluſiuo filiarum.*
19 *Exceptio excluſionis quãdo trahatur ad ſorores ante ſtatutum dotatas.*
20 *Verba ſpectare, & pertinere an ſignificent poſſeſſionem & proprietatem.*
21 *Propter verba ius competere dicitur intentatũ petitorium, & fit cauſa appellabilis. n. 22.*
23 *Verba teneri & obligatum eſſe an faciant iudicium executiuum, & habeat locum vulgatum illud ſolue, & repete.*
24 *Cognitio ſummaria non debet derogare veritati.*
25 *Executio retractãda ſi exceptio doceatur vera.*
26 *Executori exequenti ſine mandato impunè reſiſtitur.*
27 *Trahens aliquem coram iudice incompetente amittit cauſam.*
28 *Poteſtates facientes præconia, vt creditores ſuorum familiarium compareant coram eo in termino, quo elapſo non audiantur illis non præiudicant.*

CAPVT CLVII.

EXtat in terra Gualdi ſtatutum mandans
maſculos de Cippo domus præferri fœminis
etiam in gradu anterioribus, tam per lineã
aſcendentium, quàm deſcendentium, & tranſuerſalium
vſq; in tertiũ gradũ ſecũdũ Ius Canonicum
computandum, dotatis tamen ipſis fœminis;
Cuius ſtatuti vigore D. Reſtaurus, &
Angelus de Fabris tanquam coniuncti Andreæ
in tertio gradu conſanguinitatis ſecundum Iuris
Canonici computationem per lineam maſculinam
q. Marci prætendebant ſucceſſionem
in bonis eiuſdem Andreæ defuncti ab inteſtato,
quod tamen denegabatur per Dominos ad Raneriis,
quaſi ipſi haberent cauſam ab Vrſolina
1 filia Andreæ; † Et cum dubitaretur, quibus
ipſorum huiuſmodi ſucceſſio eſſet deferenda,
cauſa mihi per reſcriptum Sanctiſſimi delegata
Dixi ſucceſſionẽ ſpectare ad dictos Fabros excluſis
Ranerijs tanquam habentibus cauſam
ab Vrſolina, quæ cum per ſtatutum fuerit excluſa
velut dotata, facit vt multo magis exclu-
2 dantur Ranerij, † ex regula ſi vinco vincentem
te, multo magis vinco te *c. auctoritate. de conceſſ. præbend. in 6. l. de acceſſione. 14. §. itaque verſic. nam qui me potior. de diuerſ. & tempor.*
3 *præſcript. Menoch. conſ. 126. n. 25. lib. 2.* † Quod
procedit ſine dubitatione quando, prout in caſu
noſtro, vincens ſubrogatur, & ſuccedit formaliter
in locum, & gradum victi, quaſi victum
repreſentans *Socin. conſ. 28. num. 4. & 29. lib. 4. Menoch. conſ. 172. num. 11. lib. 2.* Quaſi
tunc conſideretur eadem ratio, tam in vno,
quàm in alio, quo caſu huiuſmodi regula procedit
Felin. in cap. paſtoralis. in princ. de offic. delegat. cum alijs latè per *Socin. conſil. 202. circa ſecundam quæſtionem. in princ. lib. 2.* Ideo
4 cum adſit caſus ſtatuti, † non cadit aliqua dubitatio
l. illam verſic. de modo. C. de collation. Corn. conſil. 109. in fin. verſ. vltimo reddit rem claram. lib. 1. Statutum enim poteſt derogare
5 legi, & iuri communi † *Bald. in l. 1. num. 8. q. 3. C. de inoffic. dotib. Pariſ. conſ. 92. num. 10. lib. 3. Rot. coram R.P.D. Corduben. Romana prætenſi lucri dotis. 21. decembris 1594. Rimin. Iun.*
6 *conſ. 133. num. 2. lib. 3.* † Ita ut teſtator cenſeatur
conformare voluntatem ſuam potius, ſecundum
diſpoſitionem ſtatuti, quàm Iuris Cõmunis
Bart. & alij in l. heredes mei. §. cum ita ad trebel. Put. deciſion. 143. lib. 2. Quando ſumus
in dubio, cum alias veriſimilitudo præualeret
Ruin. conſ. 90. num. 2. lib. 2. Gabr. conſil. 7.
7 *nu. 13. lib. 2.* † Quæ etiam procedunt quamuis
mandatum fuerit per teſtatorem aliquid fieri
de iure, quia potius intelligitur de iure municipali.
quo vtimur, quàm de Iure Communi
Socin. conſil. 11. col. 9. ad med. n. 33. lib. 3. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. voluntat. lib. 4. titul. 9. nu. 13 & 16. in fin. cum alijs de quibus ſupra
cap 99.

Neq; eſt dubitandum quod Reſtaurus, & Angelus ſint coniuncti Andreæ in tertio conſanguinitatis

tis

tis gradu, cum conſtet Marium de Fabrijs ha-
buiſſe duos filios Manciam, & Angelum, qui
tanquam tales fuerunt ab eodem Mario inſtitu
ti hæredes vniuerſales in teſtamento: Quid-
quid enim aliud ſit in legatis verior eſt opinio,
8 † quod ex huiſmodi inſtitutione probetur filia-
tio, quaſi pater inſtituendo dicatur illos tra-
ctare, vti filios legitimos, & naturales, cum
actus inſtitutionis, tanquam de filio conueniat
ſolum legitimo, & naturali, & non alteri filio,
qui poteſt præteriri tanquam in eo non ſit ne-
ceſſaria inſtitutio, cum etiam appellatione fi-
lij veniat in dubio legitimus, & naturalis *Are-
tin. in c.per tuas.de probat.& ibi Dec.num.7.in
gloſ.1.col.4.ante med. verſ. & retenta illa con-
cluſione,& verſ.& pro communi.Ruin.conſ.109
n. 38. col. penult. in fin.verſ.& probatur ex te-
ſtamento.lib.3.Gozad. conſil.13. nu.52. col. 10.
ad med.verſ. ſecundo respondeo. Iaſ. in l.neque
profeſsio.col.1. nu.3. verſ. inuenio tamen iſtam.
& verſ.tamen pro opinione.C.de teſtam. Rot.per
Cardin.Pamphil.Romana de Stocbis.29.ianuarij
1593.* cum alijs per *Maſq.de probat.concluſ.798
n.11.& 14.& concluſ.793.n.5.& 6.p.2.Menoch.
de arbitr.conſ.89.n.78.& de præſumption.lib.6.
præſump.53.n.39.*

Sacundo quia vltra diuiſionem factam inter præ-
fatos Manciam, & Angelum fratres fuit etiam
9 per teſtes probata communis reputatio, † &
quod pro talibus habebantur, quæ ſufficit ad
effectum prædictum *Caſtr. conſ.151. viſo pun-
cto.in facto.nu.1.col.1.ad med. verſ. quarto vi-
detur dictas atteſtationes lib.1. Ruin.conſil.51.
col.8.in fin.verſ.& ad minus iſtorum probatio,
num.17.& 18.lib.5. poſt Bart.in l.1.§.idem per
contrarium.in fin.num.4. verſ.& iſtud feci tibi
notare.ff.de liber.agnoſcend. Alex.conſ.74. nu.1.
in fin.verſ.ſed quod peius. eſt lib.2. & conſil.25.
num.10.lib.4.Maſq.concluſ.797.num.13.par.2.
Rot.per* R. P. D. *Oranum Romana de cancella-
rys.9 marty.1599.*

Immo non ſolum teſtes deponunt de communi re-
putatione, ſed etiam de certa notitia, & cogni-
10 tione eorum, quod magis eſt † *Abb. in c. licet
ex quadam 47.nu.10. verſic.primam opinionem
tenuit.q.2.de teſtib.* Quamuis ſufficeret commu
11 nis reputatio, & tractatus, † qui iunctis alijs
adminiculis probaret filiationem etiam quan-
do agitur, prout in caſu noſtro, ad effectum ſuc-
ceſſionis *Rot.per* R.P.D. *Babalum.Cæſaraugu-
ſtana ſtatus de marata et per* R. P. D. *Oranum
Colonien.ſtatus, & voluit Dec. conſ.54. colum.
vlt. ad med. verſ. non obſtat quod quaſi poſſeſſio
num.3. Pariſ. conſ.10. num.109. & 110. lib.2.
Menoch. de arbitrar. caſ.89. num.70. & 74. &
præſumpt.53. n.28. lib.6. Aim.* qui de communi
*conſil.249.column.2. ad med.verſ.reperio tamen
quod idem.nu.2.post Alex.conſil.51. viſo & diſ-
cuſſo.n.2.verſ.ad oſtendendum.& verſ. & ſuffi-
ceret probare.* et ibi *Add. in, uerb. transfertur.
libro primo.* Et licet *Iaſ.conſil.106.in fin.lib.1.*
12 tenuerit contrarium, Tamen non loquitur, †
quando alia adminicula concurrerẽt, illis enim
exiſtentibus iſta quaſi poſſeſsio ſufficeret pro
obtinendo in petitorio *Maſq. concluſ.789. n.9.
iuncto.n.19.*

Reliqua verificantur in facto. Quia omnes teſtes
probant, quod ex Mancia natus eſt Andreas,
de cuius hæreditate agitur, ex Angelo orti ſunt
Sufferẽtes, & Hyppolitus, ex quibus Sufferẽte, &
Hyppolito, nati ſunt Angelus, & Reſtaurus, qui
modo agunt ad huiuſmodi hæreditatem iuxta
formam ſtatuti per quod iſti vocantur tanquã
de cippo domus, cuius appellatione etiam
ſi de illis non eſſet facta mentio venirent, tan-
quam illi, qui ſuccedunt per lineam maſculi-
nam excluſus fœminis, per quas non conſeruã-
tur bona in cippo, cum tranſeãt ad alienas fa-
13 milias, † vnde non debent venire nomine cip-
pi, quod ſignificat partem arboris, in qua ſuſtẽ-
tatur tota arbor, ideo non ſunt in conſideratio-
ne palmites, & fructus, & frondes, ſed ſolum
illi, per quos perpetuatur familia, prout multa
de huiuſmodi verbis *Corn.conſ.26.nu.5.6.et 7.
lib.4.et conſ.41.nu.8.eod.lib.Pariſ.conſil.53.nu.
29. uſque.ad n. 37. lib. 3.* cum alijs per *Peregr.
de fideicommiſ.art.22.n.79.Iaſ. in l.fin. nu.4.C.
de uerb.ſignif.et in l.1.col.7. num.6 .C.und.uir.
et uxor.* Quemadmodum etiam appellatione
generis continentur ſolum illi, qui per lineam
14 maſculinam deſcendunt, † quando materia
ſubiecta repugnat *Franc.in c.ſi pater.n.112.col.
antepenul.in prin.uerſ.decimotertio qui contine-
antur.de teſtam. in 6.* licèt aliàs veniant etiam
fœminæ latè *Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.9.
n.239.uſq.ad n.242.*

Vltimum de donatione Vrſolinæ filiæ Andreę cõ-
ſtat non ſolum per teſtes, ſed etiam per inſtru-
15 mentum dotis, † quod facit probationem cla-
ram, & euidentem *Bald. in l. imperator. la.1.
col.2.ff.de stat. homin. Roland. conſ.6. num.12.
lib.4. Tiraq.de retract. lignag.§.2.gloſ.1.nu.20.
uſq.ad n. 24.* Qua dotatione facta intrat ſtatu-
tum prædictum, per quod excluduntur fœminæ
16 † Itaut ſufficiat offerri dotem, quæ habebi-
tur pro data, ſi non ſtetit per fratres, quomi-
nus, fuerit ſoluta, ſed per mulierem, ſi do-
tes oblatas recuſauit recipere; ſtante enim
iſta mora ſufficiet fratribus oblatio dotis *Ca-
str.in l.ſi titio centum.70. §.titio genero. in fin.
uerſ.quid ſi patri ſimpliciter.num.9.de condit.et
17 demonstrat.* † Intelligendo quando ſtatutum
excludit ſimpliciter, & mãdat filiã dotati, ſecus
ſi diſponeret, quod filia dotata non ſuccedat,
tunc enim nõ habebit locum, ſi non reperiretur
dotata tempore, quo ſucceſſio defertur, quam-
uis maſculus dotem offerat *Alex. conſ. 83. uiſo
thæmate ſupraſcripto.col.ult.nu.10.lib.3.* cum
18 alijs de quibus latè ſupra *cap.15.* † Vbi etiam
an ſufficiat conſtitutio dotium facta viro, vel
potius requiratur illam fieri vxori per fratres
ad hoc, vt poſſit dici dotata ſtante ſtatuto ex-
cluſionis filiarum, de qua quæſtione *Surd.conſ.
45.n.44.lib.1.et conſ.519.n.3.lib.4.*

Amplius ſufficeret quod dos fuerit promiſſa an-
tequam eſſet conditum, aut promulgatum
huiuſ-

Digitized by Google

19 huiuſmodi ſtatutum excluſiuum fœminarum. †
Nam quando exceptio excluſionis causatur
poſt ſtatutum propter mortem fratris trahitur
illa diſpoſitio ad ſorores, quæ ante ſtatutum
fuerunt dotatæ *Bald. in l. illam. 33. ad fin. verſ.*
ex hoc arguitur. C. de donation. & in l. omnes
populi. n. 14. col. 6. in fin. verſ. ſed pone ſtatu-
tum. de iuſt. & iur. vbi quod licet ratio exclu-
ſiua ſit ex cauſa de præterito, tamen caſus defe-
rendæ hæreditatis eſt de futuro, ideo dotata
ante ſtatutum excluditur, ex quo caſus ſucceſ-
ſionis contingit poſt ſtatutum *Socin. Iun. conſil.*
21. n. 10. lib. 1. Gabr. conſ. 16. n. 8. & 9. lib. 2.
Felin. in c. fin. n. 10. col. 13. ad med. fall. 5. verſ.
ſimile eſt quod notat. de conſtit. Et veriorem
opinionem, quidquid alij contrarium ſentiant
dicit *Surd. conſ. 553. n. 1. vſq; ad n. 7. lib. 4.*

Ex prædictis declaraui ſucceſsionem ſpectare ad
dominos de Fabris, contra dominos de Rane-
rijs, per quos, cum fuiſſet appellatum ad San-
ctiſsimum, & cauſa commiſſa in Sacra Rota
Romana fuit huiuſmodi ſententia confirmata,
prout in deciſione *coram* R. P. D. *Litta Nuce-*
rin. hæreditatis, 23. februarij. 1600. Licet priùs
per eandem Rotã fuerint reuocata omnia at-
tentata, prout de iure debebant reuocari, cum
non potuiſſent Fabri exequi ſententiam latam
ad eorum fauorem ſtante appellatione inter-
poſita per Ranerios, & illius admiſsione, quæ
20 quidem appellatio erat admittenda, † propter
verba ſpectare, & pertinere de quibus in ſen-
tentia, quæ concernunt cauſam proprietatis,
non poſſeſsionis ſecundum proprietatem ſer-
monis *l. ſi ſuper. C. de tranſact. Felin. in rub.*
de reſcript. col. penult. Rebuff. in l. verbum il-
lud. 181. in princ. ff. de verb. ſignif. Quidquid
aliàs ſignificent etiam poſſeſsionem *gloſ. in l. ſi*
quis intentione. de iudic. Menoch. conſ. 21. nu. 4.
& 25. in fin. & de recuper. poſſeſſ. in prælud.
21 *nu. 13.* † Et propter verba ius competere, ex
quibus dicitur actum, & pronunciatum in pe-
titorio *Fulgoſ. conſil. 162. ad fin. verſ. ſuper eo*
vero. Caſſan. conſ. 45. nu. 12. Contard. in l. vnic.
22 *q. 13. nu. 73. & 75. C. ſi de moment. poſſ.* † Quæ
omnia per conſequens faciebant cauſam appel
labilem, itaut non eſſet locus executioni *Dec.*
conſ. 97. in caſu propoſito. n. 2. Alex. conſil. 99.
viſis proceſſibus. n. 3. lib. 5.

Accedant verba eiuſdem ſententiæ teneri, & ob-
ligatum eſſe, quę adeo admittunt appella-
23 tionem, † vt ea condemnatus non audiatur
amplius ſuper repetitione ſoluti, nec intret vul-
gatum dictum ſolue, & repete, cum illa in per-
petuum adſit condemnato: ideo non facit iu-
dicium executiuum, prout declarat *Rot. per*
R. P. D. *Benglianum Ceſenaten. de Cacciaguer-*
24 *ris. 9. martij. 1598.* Et ratio eſt, † quia cogni-
tio ſummaria non debet derogare veritati *l.*
à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudic. l. penult.
de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Cum ſecus ſit
quando fieret ſolutio virtute ſententiæ defini-
tiuæ, quæ tranſiſſet in iudicatum præcedente
cauſæ cognitione per notat. *in l. 1. C. de condict.*
indeb. Et in terminis ita diſtinguit *Imol. in*
l. fin. col. penult. ad med. verſ. & etiam quia
cognitio. n. 5. ff. à quib. appell. non lic. Vbi etiam
addit, quod quando Iudex dat executionem in-
ſtrumenti guarantigiæ reiecta exceptione non
facit hoc, quaſi illa exceptio ſit falſa, ſed quia
25 recipit altiorem indaginem, † vnde merito eſt
retractanda executio, ſi exceptio vera doceatur
l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. c. 2. de purgat.
vulgar. c. debitores. de iur. iurand. & ita in
ſpecie concludit *Bald. in add. ad Speculat. de*
appell. verſ. ſed quid ſi iudex.

Et multo magis erat locus reuocationi attẽtato-
rum, cum pro huiuſmodi executione nullus Iu-
dex fuerit aditus, ſed ſolum fuit facta executio
ad inſtantiam Fabrorum per executores, ſeu
officiales, aut apparitores, quibus de iure pro-
hibetur facere aliquam executionem, aut de-
tentionem contra debitorẽ, tam in rebus, quàm
in perſona quantumcunq; inſtet creditor ſine
litteris, aut cõmiſsione iudicis, etiam in ſcrip-
26 tis, † cum aliàs non præcedente illius manda-
to impunè poſſet illis reſiſti, ſolum enim nun-
cius publicus tanquam merus executor perdu-
cit ad effectum rem iudicatam, aut aliud inſtru-
mẽtum executiuum de præcepto iudicis *l. exe-*
cutore. 8. C. de execut. rei iud. l. prohibitum. 5. C.
de iur. fiſc. l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. Bart.
in l. palatinos. 2. nu. 2. verſ. vel aic quod quando.
C. de collat. fund. fiſcal. lib. 11. Bald. in l. ſi quan-
do. 15. in fin. q. 12. n. 12. C. de teſtib. & l. penult.
n. 2. ff. de condiction. cauſ. dat. cauſ. non ſeq. latè
Matth. Coler. de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 1. vſque
ad num. 6.

Idem eſſet ſi peteretur executio ſententiæ ſeu in-
ſtrumenti coram iudice prorſus vetito, ad quẽ
non pertineret executio, itaut etiam hoc caſu
27 amittatur cauſa, † ne dum fiat reuocatio at-
tentatorum, prout eſt caſus ſingularis *in l. in*
criminali. 5. C. de iuriſd. omn. iud. verſ. aut exe-
cutionem popoſcerit militarem. vbi ex hoc infert
Bald. quod ſi habeo ſententiam, cuius execu-
tio pertineat ad Poteſtatem, non ad Capita-
neum, ſi petatur corã Capitaneo eſt locus pri-
uationi ab iſta cauſa executionis, ſequitur *Ro-*
der. Soarez. qui dicit multum notandum pro
aduocatis *in l. poſt rẽ iudicatã. in declarat. leg.*
regni. ad fin. verſ. circa iudicem videndum bre-
uiter reſtat. n. 32. fol. 584. ff. de re iudic. cum de-
clarationibus tamen de quibus ſupra *cap. 154.*

Ex quibus eſt notandum non valere iſta præconia
quæ paſsim fiunt, & ſeruantur licet malè, & ſine
ratione per Officiales, & Poteſtates, ut omnes
debentes recipere aliquid à familiaribus ſuis
28 compareant coram eis infra certum tempus, †
quo elapſo amplius non audiantur, non enim
ex hoc præiudicatur creditoribus quamuis in-
fra dictum tempus non petentibus, quia etiam
poſtea venientes debent audiri: Nam Poteſtas
non erat iudex competens dictarum cauſarum
tanquam ipſius familiaris, vnde neque poterat
facere huiuſmodi aſsignationem termini; ideo
citati coram eo non tenebantur comparere,

prout

prout in terminis concludit *Aug. in l. pars litterarum. 48. & ibi Caſtr. in princ. de iudic.* ſequitur *Roder. Soar. in d. l. poſt rem iudicatam. vbi ſup. num. 31. verſic. ex quo inferebat. ff. de re iudicat.*

EPITOME.

In cauſa appellationis an liceat examinare teſtes ſuper articulis productis in prima inſtantia, vel directo contrarijs, & quid in Minore, Eccleſia, vel Republica. Caſtra, & Villæ an gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum; ſiue ſint magnæ, ſiue paruæ, vel minimæ: Et an illis competat d. reſtitutio ex clauſula generali, ſiue iure minoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes an poſſint examinari in cauſa appellationis ſuper articulis productis in cauſa principali, vel directo contrarijs. n. 9. 10. & 13.*
2 *Appellatio præſtat maiori idem quod reſtitutio minori.*
3 *Minor reſtitutus ad probandum poteſt publicatis atteſtationibus idem probare.*
4 *Variata inſtantia variatur modus agendi.*
5 *In cauſa appellationis ceſſat timor ſubornationis teſtium.*
6 *Appellatio definitiua eſt fauorabilis, ſecus interlocutoria.*
7 *Leges imitantur Sacros Canones.*
8 *Secunda inſtantia dicitur eadem cum prima.*
11 *In dubio recurrendum eſt ad conſuetudinem, & Sacros Canones. n. 12.*
14 *Opinio vſu recepta attenditur quamuis contraria communi. n. 15. & 16.*
17 *Præſcriptio quando requiratur in conſuetudine, & obſeruantia probanda. nu. 18. & 19.*
20 *Publicatio non impedit produci nouos teſtes ſuper capitulis, ſed requiritur didicita fuiſſe teſtificata.*
21 *Petitio publicationis inducit renunciationem producendi alios teſtes.*
22 *Teſtium dicta præſumitur quis didiciſſe, et probandum eſt, quod non didicerit.*
23 *Minor, Reſpublica, & Eccleſia reſtituuntur ad producendum teſtes poſt didicita teſtificata. Amplia in Villa, ſeu Caſtro, tam paruo, quàm magno. n. 24. & 30. Et in alijs caſibus vt num. 25. 26. & 27. Fallit in villis minimis. num. 28.*
29 *Mulieres, & Ruſtici non reſtituuntur in re iudicata, & alijs inductis ad rigorem iuris conſeruandum.*
31 *Legatus Municipij reſtituitur.*
32 *Reſtitutio cōpetens Villis, & Caſtris an ſit ex clauſula generali, vel iure minoris.*

CAPVT CLVIII.

QVo ad dubium in cauſa appellationis mihi propoſitum, An liceat examinare
teſtes ſuper articulis productis in principali cauſa, vel directò contrarijs, videbatur verior opinio affirmatiua propter ſtatutum diſponens prius attēdendum eſſe ius ciuile, quàm canonicum, quod facit vt præualeat ſententia
1 legiſtarum, † ſecundum quam poſſunt teſtes recipi non obſtante publicatione in cauſa appellationis *Bart.* qui de communi *in l. per hanc. 4. in fin n. 5. verſ. quæro vtrum iſta noua probationes. C. de tempor. appellat. & ibi Bald. col. 6. ad med. verſ & modo uenio nu. 14. & col. 7. in princ. verſ. ex quo ſequitur talis cōcluſio. Caſtr. in auth. at qui ſemel. col. 3. in princ. verſ. in gloſa ibi in cauſa appellationis. n. 10. C. de probation. Guid. pap. q. 586. quæritur vtrum ſentētia. nu. 1.*
2 Nam quantum præſtat minoribus † reſtitutio in integrum, tantū maioribus appellatio *l. præfecti. 18. de minor.* Vnde quemadmodum minor reſtitutus ad probandum poteſt publicatis atteſtationibus idem probare per teſtes digniores,
3 & melius informatos † *Cardin. in c. auditis. col. fin. verſ. oppono ad hoc. q. 1. c. de reſtit. in integr. Afflict. deciſ. 216. num. 2. Gabr. de teſtib. concluſ. 21. n. 47. et 48. limit. 12.* Ita etiam hoc erit concedendum maioribus in cauſa appellationis. Maximè quia variata inſtantia variatur modus
4 agēdi, † vnde diuerſitas iudiciorum debet operari effectum, vt teſtes poſſint examinari ſuper capitulis antiquis, & in priori inſtantia productis *c. venient. de teſtib.* Cum præſertim in cauſa appellationis interueniat iudex magis grauis, qui ſubtilius examinabit, itaut ceſſet timor ſu-
5 bornationis, † quæ poterat cadere in prima inſtantia *Bald. in l. eos. 6. §. ſi quid autem. in princ. n. 8. verſ. ſed ad hoc poteſt reſponderi. C. de appellat.* vbi etiam quod lex non vult veritatem perire, ſine qua vera iuſtitia adminiſtrari non poteſt; Appellatio enim à definitiua eſt fauorabilis, ideò magis iuuanda per quaſcunq; proba-
6 tiones † *clem. appellanti. 5. de appellat.* Cum ſecus ſit in appellatione ab interlocutoria, quæ ſemper eſt odioſa, tanquam derogans iuriſdictioni ordinariæ, quare dicitur habere oculos retrò *l. ait prætor. §. permittitur. de minor.* cum appellatio à definitiua habeat oculos in ſupremum finem *Bald. in d. §. ſi quid autem. in fin.*

Prædictis tamen nō obſtantibus Dixi ſequendam contrariam opinionem tanquam veriorem, & magis communem; ſiue loquamur de iure ciuili in foro Cæſaris, ſiue de iure Canonico per tex. *in clem. 2. de teſtibus.* qui licèt loquatur ſecundum æquitatem iuris canonici, vnde non videbatur habere locum in foro ſeculari, & vbi eſſet ſeruandum ius ciuile. Tamen cum hoc non ſit expreſſum de iure ciuili, immo hinc inde adſint contrariæ ſententiæ in dubio illius deciſioni
7 ſtandum eſt, † cum leges non dedignentur imitari Sacros Canones *c. 1. de nou. oper. nunciat.* Maximè quia in cauſa appellationis agitur de maiori præiudicio; Vnde ſi in prima inſtantia non poteſt fieri alia productio *auth. at qui ſe-*
8 *mel. C. de probation.* Nec poterit in ſecunda, † quę dicitur eadem cum prima, tanquam in eius

locum

locum ſubrogata l.ſi cum.10.§.qui iniuriarum.
& ibi gloſ.in verb.danda.ad med.ff. ſi quis cau-
9 tion. Et facit. §. quia verò.auth.de teſtib. † vbi
qui produxit teſtes, & eorum dicta didicit non
poteſt nouam productionem facere, quare cum
generaliter loquatur non debet reſtringi,ſed in-
telligi, tam in prima, quàm in ſecunda inſtan-
tia,quaſi in vtraque vigeat eadem ratio ſuſpi-
tionis, prout concludũt Aret.in c.fraternitatis.
nu.9.& ibi Felin.& alij de teſtib.Caſtr.in l. per
hanc.in fin.verſ.in gloſa ſunt plures.nu.4. C. de
tempor. appell. Salic. in auth.at qui ſemel.nu.5.
in fin.q.4.C.de probation.& veriorem opinionẽ
dicit Roland. conſ.14.n.9.& 14. lib.2. Ioan. de
Amic. conſ.111. n.7. Miſing. obſeruat. 41. cent.
1. cum alijs per Ceuall.q.350.n.18. cum ſeq.
Neque obſtat ſtatutum diſponens prius attenden
10 dum eſſe ius ciuile, quàm canonicum, † Quia
nõ ex hoc debet permitti iſta productio in cau
ſa appellationis, cum verior ſit opinio quòd
non poſſint recipi teſtes, vt dictum eſt etiam ſi
tractetur in loco, vbi debet ſeruari ius ciuile.
Nam ſi in dubio recurrimus ad conſuetudi-
11 nem † l.ſi de interpretatione.35. de legib.multò
magis in varietate opinionem eſſet recurren-
12 dum ad ſacros Canones † Abb.in cap.cum tem-
pore.5.n.6. verſ.ſed ex quo habemus. in fi. de ar-
bitr. Prout etiam vltra Felin. Ceuall. & alios
ſupra allegatos cõcludit Surd.conſ.8.n.10.lib.1.
Quæ magis procedunt, cum præſupponatur alijs
in ſimilibus cauſis ita ſeruatum fuiſſe, vt teſtes
in ſecunda inſtantia non examinentur poſt pu-
blicationem; quæ obſeruantia eſt attendenda,
quemadmodum è contra deberet ſeruari illa
13 conſuetudo,†quę permitteret examen teſtium,
prout in ſpecie concludit Curt. Iun. in l.2. col.
fin.ad med. verſ.quintam habetis cõcluſionem.n.
111.C.de edend.Farinac.de oppoſit. cõtra exam.
14 teſt.q.75.c.6.nu.313. † Quaſi in varietate opi-
nionum debeat præualere illa,quam vſus rece-
pit, non obſtante iuris communis diſpoſitione
Anchar.conſ.178. viſis & diligenter.col.1.verſ.
quinto allegatur.n.2.Bald. in l. illud vſitatiſſi-
mum.22.ff. de excuſ. tutor. Cephal. conſil.320.
15 nu.31.lib.3. † Itaut iudex illius fori non poſſit
diſcedere ab opinione approbata per conſuetu-
dinem, quamuis communis ſit in contrarium
Alciat. præſumpt.30. reg.2. n.3. Ceuall. in ſpe-
16 cul. com.opinion.in præfation.†Quamuis etiam
ſtatum diſponeret,quod non attẽdatur conſue-
tudo cõntra ius ſcriptũ, quia etiã iſta obſerua-
tio ſubſecuta eſt admittenda Dec. conſ.11.n.10.
17 Surd.decif.129.n.19. † Nulla habita conſidera-
tione præſcriptionis quadraginta annorũ, cum
iſta interpretatio non requirat iſtud ſpatiũ tem
poris, nam aliud eſt, quod tractetur de vſu in-
troducente præſcriptionem, ſeu cõſuetudinem,
prout eſt iuris, in qua dictum tempus requiri-
tur,aliud ſi tractetur de vſu,prout eſt obſeruan
tia de facto introducente interpretationem,
quæ in ſolo facto conſiſtit, quia tunc iſta non
attenduntur, & ſufficit in aliquibus actibus ita
fuiſſe in curia ſeruatum, quod relinquitur iudi-
cantis arbitrio Botr. in c.fin. col.18. poſt princ.
verſ.item in declarando an hæc ſit ſcriptura. ibi ex
his dicit.n.47.de conſuetud & ibi Roce in princ.
n.25 Rot.per.R.P.D.Orad.in Romana honori. de
Mattheis 14. martij. 1572. & coram Cara.n.
18 Seraphin.auximana dotis. 10. ianuarij. 1575.†
Et regulariter in huiuſmodi conſuetudine in-
terpretatiua iudex poteſt æſtimare illã eſſe ſta-
bilitam paruo tempore, cum diuturnitas in his
non requiratur Aim. conſ. 201. nu. 12. & conſ.
294. col.13. ante fin. verſ. amplius dico. dum-
19 modò non ſit interpretatiua† contra iuris cõ-
munis diſpoſitionem Menoch. de arbitr. caſ.83.
in fin. nu. 10.
Amplius quamuis ſola publicatio teſtium non im
pediret nouos teſtes produci ſuper antiquis ca-
20 pitulis, † cum requiratur fuiſſe didicita teſtifi-
ficata Marian.in c.fraternitatis. nu.44. verſ.ad
quod faciunt. de teſtib.Gabr. eod.tit. concluſ.21.
n.27.in fi. Tamen cũ in caſu noſtro fuerit facta
publicatio de conſenſu partis, tunc inducitur
renunciatio ob illam rationem, nam ſi vellet
21 alios producere non peteret publicare † Bart.
in auth.at qui ſemel.n.17. in fin.verſ.& illa pu
blicatio.de probation. Surd.qui de communi, &
veriori opinione teſtatur conſ.176.lib.2. Maxi-
mè quando eſt dubium,an quis didicerit teſtifi-
cata, nec ne,tunc enim ſola publicatio impedit
alios teſtes produci, Quia in dubio præſumitur
didiciſſe,vnde requireretur probatio,quod non
22 didicerit. † Ideò ſemper in hac materia Docto-
res loquuntur,quando certum eſt non didiciſſe,
Quare de hoc debet aliqualiter conſtare iudici,
ita vt etiam ei poſſit dari iuramentũ,poſtquam
aliquid deduxit pro huiuſmodi probatione Idẽ
Surd. conſ.176.nu.8. lib.2.ſequitur Farinac. de
oppoſition. cont. exam. teſt.q.75. cap. 8. nu.340.
& 341.
Nec facit quod eramus in Caſtro,ſeu Villa, quæ
beneficio reſtitutionis in integrum admittitur
ad producendum teſtes etiam poſt publicatio-
nem obtentam, & didicita teſtificata ponendo
23 idem, & contraria articulis alterius partis; †
Exemplo Minoris,Reipublicæ, & Eccleſiæ Car-
din.in c.auditis.col.fin.verſ. oppono ad hoc.q.11.
de reſt. in integr. Anſſer. ad deciſ. Capp. Tholoſ.
249. Affl.deciſ.216.n.2. Prout in villis, ſeu ca-
24 ſtris tam paruis, † quàm magnis, quod detur
reſtitutio concludit Bald. in l. reſpublica. C.
quib.ex cauſ.maior. Rom.conſ.423.pro pleniori.
col.1. ad med. verſ.ſecundo videndum eſt.nu.1.
Itaut iſtis detur reſtitutio aduerſus ſententiam
25 propter inſtrumenta † de nouo reperta Dec.
conſil. 42. ante fin. dub. vlt. verſ. ſecundo quia
etiam. Bertazzol. conſil.ciuil.124. nu.20. Vbi
26 etiam n.21. † quod læſio probatur, ſi non fue-
rint producta inſtrumenta,vel de nouo reperta
Bald in l.vnica. nu.4. C. de ſentent. aduerſ. fiſc.
lat.lib.10.Caſtr.conſ.257. in cauſa.n.3.col.2.ad
27 med.verſic.tertio videtur obſtare. lib. 2. † Vbi
quod in iſtis ſufficit ſimpliciter illa fuiſſe noui-
ter reperta, cum in priuatis requiratur proba-
tio,quod in primo iudicio non habuerint facul-

tatem producendi Boer. *deciſ. 308. in princ.*
Alex. conſ. 84. nu.4. lib.1. cum alijs de quibus
ſup. *cap.118.*
Quia licèt prædicta procedant in caſtris, & villis
28 tam magnis; quàm paruis, † Tamen non ha-
bent locum in minimis, puta ſex, aut decem ho-
minibus, prout in caſu, de quo agebamus; Iſti
enim tractant negocia communitatis tanquam
propria, & quilibet ſcit omnia, quæ geruntur,
Vnde non eſt æquum, vt gaudeant priuilegio
conceſſo vniuerſitati Bart. *in l. respublica. nu. 3.*
in fin. uerſ. ſunt & caſtra quædam. & ibi Add.
in uerb. quid in caſtro. uerſ. ſentit etiam. C.
quib. ex cauſ. maior. Habentur enim loco priua-
torum, cum in eis militet eadem ratio; Quare
non ſunt reſtituendi ad productionem teſtium,
quamuis ſint mulieres, aut ruſtici; quaſi in his
quæ ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruan-
29 dum, † vt re iudicata, iudicialibus, aut ſimili-
bus illis non debeat ſuccurri *Bart. in l. 1. §.*
nunciatio. col. 5. verſ. ſed quid in muliere. n. 35. de
nou. oper. nunciat. Quidquid dicat *Affl. deciſ.*
216. n. 2. Cum contra cum ſit verior opinio, vt
per *Oſaſc. deciſ. 87. & dixi deciſ. 219.*
Aliàs verum eſſet, quod reſtitutio in integrum non
ſolùm cōcederetur Reipublicę, Minori, & Eccle-
ſiæ, ſed etiam villis, & caſtris, Et licèt ſecundum
ſententiam Iacob. *Butrig.* requiratur illas eſſe
30 magnas. † Tamen verior eſt opinio idem eſſe
etiam in paruis, prout contra eum dicit conclu-
dendum Bald. *in l. respublica. poſt med.* C. *quib.*
ex cauſ. maior. in integ. reſtit. Alex. *in l. ſi finita.*
§. ſi de uectigalibus. n. 6. de damn. infect. Socin.
conſ. 299. col. 1. lib. 2. Bertazzol. *conſ. ciuil. 41.*
nu. 38. uſque ad n. 45. & conſ. 124. n. 19. poſt Ro-
man. conſ. 413. pro pleniori. col. 1. ad med. nu. 3.
verſ. ſecundo uidendum eſt. vbi de communi &
vſitata opinione teſtatur Gomeſ. *in §. rurſus.*
n. 18 inſtit. de action. Dec. *conſ. 42. pro facultate.*
in fin. uerſ. ſecundo quia etiam. nu. 15. Etenim
ſiue ſint parua, ſeu magna non eſt ibi reperire
verum conſenſum, nec veram negligentiam,
ſed fictam; Multi enim ſunt in vniuerſitate, qui
non poſſint verè conſentire vltra minores, &
pupillos, ex quorum priuilegio caſtrum mere-
31 retur beneficium reſtitutionis, † cum etiam
reſtituatur Legatus municipij ergo multò ma-
gis municipium, prout ita omnia declarat *Bald.*
in d. l. respublica in fin. C. *quib. ex cauſ. maior.*
Intelligendo de reſtitutione, quæ competit ex
clauſula generali, ſecus ex iure minoris *Socin.*
qui de communi *conſil. 194. ſubtiliter. col. 4. in*
32 *fini uerſ. ſed ſecundo. lib. 2.* † Quamuis ſecun-
dùm aliam opinionem etiam caſtris, & villis
competat reſtitutio, quæ minoribus cōceditur,
prout latè concludit Bertazol. *conſil. ciuil. 45.*
nu. 42. & 43. vbi quod vniuerſitates reſtituun-
tur ſicut minores docto ſolùm de læſione, abſq;
eo quòd doceatur de iuſta cauſa reſtitutionis,
prout in priuatis exigitur, quaſi iſtæ vniuerſita-
tes per adminiſtratores regantur, & per alios
ſua negocia expediant *Roland. conſil. 90. nu. 27.*
lib. 1.

EPITOME.

Clericus an poſſit alienare, & permutare bona, ad quorum titulum fuit ordinatus. & quando incurrat pœnam ſuſpenſionis, & ſimoniæ ob dictam cauſam. Appellatione Sacrorum Ordinum an veniant Minores. Conſtitutio Pij V. circa reſignationes in manibus Ordinarij an habeat locum in beneficijs quæ reſignantur ad effectum vniendi fabricæ Eccleſiæ. Collatio noua an requiratur ſi reſignatio fuit nulla, & ſine effectu. Epiſcopus poſt mandatum ad reſignandum, & reſignationem admiſſam quando poſſit conferre beneficia. Patrimonium ad cuius titulum quis fuit ordinatus an habeat priuilegia Eccleſijs conceſſa. Reſignans an amittat ſtatim poſſeſſionem, & fructus. Donatio facta filio ob cauſam clericatus, ſeu matrimonij an poſſit reuocari, & ſit imputanda in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt alienare bona, ad quorum titulum fuit ordinatus. n. 2. Intellige, ut n. 9.*
3 *Concilium Tridentinum prohibens alienari bona clericorum habet locum in permutatione beneficij.*
4 *Permutatio eſt uera reſignatio. Fallit. n. 5.*
6 *Conſtitutio dans formam reſignandi non habet locum quãdo reſignatur beneficium pro unione fabrica Eccleſiæ. n. 7.*
8 *Epiſcopus an cogatur unire beneficia fabricæ Eccleſiæ.*
10 *Clericus in minoribus poteſt ſine peccato contrahere matrimonium, & beneficia ipſo iure uacabunt, & filij antea concepti per ſubſequẽs matrimonium fient legitimi.*
11 *Ordines minores non ueniunt appellatione ſacrorum ordinum. n. 12.*
13 *Renunciatio beneficij, ad cuius titulũ quis fuit promotus non ualet neque coram Papa. Intellige, ut n. 14.*
15 *Iudex arbitratur quæ ſit congrua ſuſtentatio.*
16 *Alienans bona, ad quæ fuit ordinatus, an incurrat pœnam ſuſpenſionis, & ſimoniæ. n. 17. 19. & 20.*
18 *Dictio nullatenus inducit nullitatem, non aliã pœnam.*
20 *Collatio noua an requiratur quando reſignatio eſt nulla, & non habuit effectum. num. 21. 22. & 23.*
24 *Epiſcopus conſtituens procuratorem ad reſignandum quando poſſit conferre beneficia uacantia poſt admiſſam reſignationem, cuius notitiam non habuit. n. 25.*
26 *Poſſeſſio & titulus ſtatim amittitur per ſimplicem reſignationem, ſecus conditionalem.*
27 *Bona ad quorum titulum clericus fuit ordinatus an habeant priuilegia eccleſiarum. n. 28.*
29 *Donatio facta filio ob cauſam clericatus an poſſit reuocari. n. 30. & an ſit imputanda in legitimam. n. 31. 32. & 33.*

34 Do-

34 *Donata per patrem filio ob cauſam matrimonij non conferuntur. n. 35. & 36.*

CAPVT CLIX.

Alienationem bonorum, de qua agebatur in caſu mihi propoſito Dixi non ſubſiſtere, quia eramus in eo, qui fuit ordinatus ad titulũ patrimonij, cui non permittitur alienare, ſeu renunciare illa bona ſine licẽtia Epiſcopi. Cum enim ſubrogentur loco beneficij; & aſſumant il-
1 lius naturam, † non poterunt diſtrahi, ne in opprobrium clericatus cogatur quis mendicare *Car. in c. tuis quaſtionib. 23. n. 3. q. 7. de præbend. Nauar. conſ. 14. n. 2. in fi. verſ. & ideo non poteſt de tempor. ordination. Pariſ. de reſignat. lib. 2. q. 6 in princ. Ceual. q. 517. n. 2.*

Idque etiam confirmatur ex diſpoſitione *Concilij*
2 *Tridentini ſeſſion.* 21. c. 2. † vbi huiuſmodi beneficia, penſiones, aut patrimonia, ad quæ clerici ſeculares fuerunt ordinati nullatenus poſſunt alienari, extingui, vel remitti ſine licentia Epiſcopi, donec beneficium eccleſiaſticum ſint adepti vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint innouando ſuper his pœnas antiquorum canonum, de quibus *in c. Epiſcopus. de præbend. c. cum ſecundum. eodem. tit. in 6. c. neminem. 70. diſtinct. c. ſi. de reſcript. in 6.* cum alijs per *Diaz. in prax. crim. c. 18. in princ.*

Immo quod magis eſt diſpoſitio eiuſdem Concilij *d. c. 2. ſeſſ. 21.* habet etiam locum in permutatio-
3 ne beneficij. † Quia poteſt dari caſus, quod permutans beneficium, ad cuius titulum erat ordinatus, non poſſit conſequi beneficium ceſſum, & quod etiam fiat permutatio cum beneficio inæquali, prout declarauit *ſacra Congregatio eiuſdem Concilij die iouis. 18. iulij. 1602.* Per quam etiam dictum fuit, quod permutans tacendo ordinationem ad titulum eſt tutus in foro conſcientiæ, ſi illud quod habuit ex cauſa permutationis erat æquiualens, ſecus autem in foro fori.

Et pro prędictis facit, quia diſpoſitio loquens in reſignatione includit in ſe reſignantem ex cau-
4 ſa permutationis ex eo, † quod permutatio eſt vera reſignatio *Gomeſ. de publicand. reſignat. q. 3. col. 2. in princ. verſ. primo quia regula iſta* Et multis ſimilibus comprobat *Gonzal. ad reg. 8. de alternat. gloſ. 14. n. 40. vſq. ad n. 50.*

Quamuis quo ad effectum admittendi permutationes non ſit idem, quia iſtæ permittuntur fieri
5 coram Ordinarijs, † licèt reſignationes prohibeantur per conſtitutionem *Pij Quinti*, prout teſtatur ita practicari *Idem Gonzal. d. gloſ. 14. n. 36.*

Quæ conſtitutio Pij *Quinti* de modo, & forma reſignandi in manibus Ordinariorum, vt obiter hoc adnotetur cum de eo dubitatum eſſet, non habet locum in reſignatione beneficij facta ad effectum illud vniendi fabricæ eccleſiæ. Quia bulla loquitur de beneficijs reſignatis ad effectum transferendi illorum titulos in alienam perſonam per viam prouiſionis faciendæ per ipſum Ordinarium, & ſic de illis beneficijs reſignatis, quibus dantur ſucceſſores, vt patet ex lectura eiuſdem conſtitutionis, ſed quando vnitur beneficium non ſolùm transfertur titulus, ſed penitus extinguitur, itaut perdat nòmen be-
6 neficij † *Rot. deciſ. 11. de reb. eccleſ. non alienan. in antiq. Sarnen. de trien. q. 8. in princ. verſ. tota difficultas. Mandoſ. reg. 19. q. 10. num. 2. & reg. 22. q. 13. n. 19. & 20.* Vnde cum deficiat perſona ceſſionarij, non intrat conſtitutio, prout in ſpecie fuit deciſum *per Rot. coram R. P. D. Cantuccio. 24. octobris. 1580. ſegobien. patrimonij, & per Cardin. Lancellot. in eadem. cauſa. 28. Iunij.* 1581. Cum præſertim d. conſtitutio concedat or-
7 dinarijs, † vt admittant permutationes præmiſſas à ſacris ſanctionibus, & apoſtolicis conſtitutionibus; Ideo etiam extenditur ad iſtas vniones beneficiorum, quæ admittuntur pro fabrica eccleſiæ *Imol. in c. cum acceſſiſſet. 8. col. 3. in prin. n. 14. ad med. verſ. & intellige quod dixi de iura-*
8 *mento. de conſtitut.* † Itaut etiam Epiſcopus cogatur vnire cauſa ſubſiſtẽte *Archidiac. in cap. & temporis. 16. q. 1. Mandoſ. regul. 12. n. 3. & 4. q. 6.* & de alijs cauſis admittendi iſtas vniones *Idem Mandoſ. reg. 22. q. 4. n. 4.*

Minus etiam dubitandum de inualiditate alienationis, de qua agebamus tanquam facta per eum, qui erat conſtitutus in ordine Diaconatus, cum ſecus eſſet ſi fieret per illum, qui haberet ſolum
9 ordines minores, †, hic enim poſſet alienare bona, ad quæ fuit ordinatus, quamuis nihil habeat, ex quo aliunde viuere poſſit, cum in eo ceſſet ratio dedecoris ordinis, itaut etiam iſte poſſit tacitè renunciare contrahendo matrimo-
10 nium licitè, & ſine peccato, † per quod beneficia quę obtinet ipſo iure vacabunt *Couar. de ſponſalib. 2. p. c. 6. §. 3. num. 4. verſ. ſed & is qui in minoribus.* Vnde multo magis valebit alienatio & renunciatio expreſſa *Ceual.* qui de communi *q. 561. num. 26. Pariſ. de reſigna. lib. 5. quaeſt. 6. & vlt. num. 178.* Ideo ſi clericus beneficiatus non dum tamen ſacris ordinibus inſignitus ex concubina filios ſuſceperit, quam deinde in vxorem duxerit, filij antea ſuſcepti erunt legitimi; Quãuis enim videtur honeſte non potuiſſe cõtrahi matrimonium tempore, quo filios habuit, cum frueretur beneficijs ſecundum *Bart. in l. in concubinatu. ff. de concubin. Ant. de Roſſ. ll. de legitimat. §. de cauſa materiali. n. 3. Cephal. conſil. 376. n. 20.* Tamen verior eſt opinio contra eos, quod immo filij ſint legitimi, quaſi ſolum ſpectandum ſit, an matrimonium tenuerit, vel valere potuerit tempore ſuſceptæ prolis, quod cum poſſit validè cõtrahi per dictum clericum, & illo contracto beneficia vacent ex ſupra allegatis, conſequens etiam eſt, vt non poſſit dubitari de legitimitate; prout concludit *Io. Andr. in c. ſine culpa. de regul. iur. in 6. Couarr. in epit. de ſponſal. lib. 2. c. 8. n. 5. verſ. tertio eſt idem intelligendum.* & de veriori opinione teſtatur *M. Anton. Cucus. de legitim. in princ. num. 5. verſ. hinc dubitari contingit.* vbi declarat non procedere quando beneficium detinetur per clericum

Q ij ratione

ratione cuiuſdam ordinis ſacri arg. eorum quę
dicit Bartol. in l. iuſiurandum. §. procurator. de
iur. iur. Abb. in c. cum ſuper. de conceſſ. præbend.
Doct. in c. inter dilectos. de donat. & in c. tertio
loco de præſumpt. Prout regulare eſt quod con-
ſtitutiones loquentes de ſacris ordinibùs non
comprehendant ordines minores Mandoſ. re-
gul. 24. de male promotis. q. 5. nu. 8. in fin. col. pe-
11 nult. † Vbi etiam quod iſti clerici minorum
ordinum ſunt diuerſi a promotis ad ſacros or-
dines, quorum appellatione non veniunt qua-
tuor ordines minores c. erubeſcant. 32. diſtinct.
c. à multis. de ætat. & qualitat. gloſ. in cap. 1. in
uerb. clericum. in fin. de tempor. ordinat. lib. 6.
quæ licèt allegetur pro contraria opinione, ta-
men; quia hanc vltimò retulit, videtur iſtam
non aliam approbare Barl. in l. bona fides. nu. 2.
ff. depoſ. Rom. conſ. 327. nu. 8. col. penult. ad med.
uerſ. primo quod ipſe idem. & conſ. 84. nu. 2. Iaſ.
in §. ſed iſta. col. 10. ad med. in gloſ. in uerb. dire
12 ctam. n 55. inſtit. de action. † Et quod minores
ordines non ſint ſacri, ſed ſolùm miniſterium ad
ſacros, quidquid Canoniſtæ contrarium ſenſe-
rint, eſt verior opinio, de qua teſtatur Diaz. in
prax. crim. c. 18. n. 5. uerſ. minores quidem ordines
poſt Nauar. in manual. c. 22. n. 17. Maiol. de irre-
gularitat. lib, 3. c. 21. n. 7.

Et adeo eſt nulla renunciatio prædicta, vt neque
excuſet, quamuis facta ſit coram Summo Pon-
13 tifice, † niſi conſtet coram Ordinario, quod
reſignans poteſt commodè viuere, prout cen-
ſuit Sacra Congregatio Concilij, vt teſtatur Ce-
uall. quæſt. 561. nu. 24. Pariſ. de reſigat. quæſt. ul.
nu. 174. lib. 5. vbi quod tam in renunciatione
extra Curiam, quam in Curia non valet renun-
ciatio eius, ad cuius titulum quis fuit promo-
tus, niſi aliunde habeat aliquid, ex quo ſe alat,
ne clerici cogantur mendicare in approbrium
ordinis; Et eſt deciſio Rotæ per R. P. D. Ora-
14 tiū Lucana beneficij. 5. decembris. 1586. † Alias
enim ſi clericus haberet aliunde congruam ſu-
ſtētationem, permitteretur alienatio, quaſi ceſ-
ſet ratio Concilij, prout latè declarat Ceuall.
q. 527. nu. 8. uerſ. quæ tamen opinio Itaut remit-
15 tatur arbitrio Ordinarij, † quę dicatur congrua
ſuſtentatio pro non inualidanda alienatione
Menoch. de arbitrar. caſ. 216. n. 12. & 13.

Amplius talis alienans bona, ad quæ fuit ordina-
16 tus inconſulto Epiſcopo, † vltra actus nulli-
tatem, incurrit etiam pœnam ei infligendam
arbitrio iudicis, quaſi contra legem commiſerit
Diaz. in prax. crimin. capit. 18. num. 13. uerſic.
ſed nec eſt omittendum. in fin. Immo etiam ſu-
ſtinebit pænam ſuſpenſionis Medin. in ſumm.
17 §. 8. tit. de suspenſion. † Quamuis hoc non ſit
tutum: Nam verior eſt opinio, quod ſufficiat
alienationem eſſe nullam, cum per Concilium
alia pæna non imponatur. Ideo ſi poſt aliena-
tionem clericus celebret, non remanebit ſuſpē-
ſus Nauar. in manual. c. 27. num. 158. Ceuall.
q. 527. nu. 9. latè Guter. pract. quæſt. 2. par. q. 65.
18 n. 10. † Et ratio eſt, quia Concilium diſponit
quod alienatio nullatenus valeat, quæ dictio
inducit nullitatem actus, non aliam pænam Iaſ.
in l. in pecuniarijs. n. 25. col. 3. in fin. uerſic. primo
quia dictio. de ferijs poſt gloſ. in auth. ſi qua mu-
lier. C. ad uelleian. Tiraq. in l. ſi unquam. in uer.
19 reuertatur. n. 95. C. de reuocan. donat. † Verum
eſſet quod pæna ſuſpenſionis haberet locum cō-
tra clericos, qui ſine titulo doloſe, & cum frau-
de reciperent ordinem; cum pacto tacito, vel ex
preſſo de reſtituendo rem, ad quam fuerunt or-
dinati poſt ſuſceptos ordines Nauar. in manual.
c. 27. n. 158. Diaz. d. c. 18. n. 12. uerſ. illud uero cir
ca noſtrum inſtitutum. cum alijs per Spin. de
20 testam. gloſ. 18. princip. n. 72. & 73. † Vbi etiam
quod per huiuſmodi pactum de reſtituendo
rem donatam ad effectum ſuſcipiendi ordi-
nes, ſiue de de remittendo fructus illius commit
titur ſimonia Maiol. de irregularitat. lib. 4. c. 15.
n. 2. Borgaſ. eod. tit. p. 1. q. 5. n. 23.

Ideo etiam quando reſignatio eſt nulla de bene-
ficio, ad cuius titulum quis fuit ordinatus non
retenta congrua portione non requiritur noua
collatio, cum prædictum beneficium non vaca-
uerit, Prout dicimus de cappellania iuriſpa-
tronatus laicorum, quæ nō poteſt reſignari ſine
conſenſu patroni, & ideo non requiritur nouus
titulus, quando fuit facta reſignatio ſine dicto
conſenſu, cum remaneat ius integrum apud ip-
ſum reſignantem; Quod procedit etiam in ſi-
milibus renunciationibus quomodocumq; nul-
lis, prout in renunciante per ſimoniam in ma-
nibus non habentis facultatem recipiendi reſi-
gnationem, & in alijs caſibus, de quibus late
Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 3. nu. 95. uſq. ad n. 117.
Quamuis talis renuncians abdicet a ſe poſſeſ-
ſionem, neque ei competat reſtitutio Nauar.
in c. acceptam. oppoſit. 7. num. 23. et 33. de reſtitut.
ſpoliat.

Idem dicimus in permutatione, quæ non habuit
21 effectum, † tunc enim poterunt permutantes
redire ad beneficium ſine noua collatione Io.
Monac. in cap. 1. de rer. permutat. in 6. Et ita
ſeruari de ſtilo, quidquid contrarium ſit de iure
teſtatur Petr. Gregor. ſintagm. iur. lib. 17. capitul.
17. num. 33. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num. 166. Be-
neficium enim reſignatum cauſa permutationis
22 non vacat ſimpliciter, † ſed ita demum, ſi
ſequatur conſenſus ſuperioris, & conferatur
permutanti, in cuius diſpoſitionem ſaltem vir-
tualiter fuit collata reſignatio, & ſic ius quod
alteri non quæritur a me non abdicatur l. nec
utilem. 20. ff. ex quib. cauſ. minor. 25. ann. in in-
teg. reſtituant.

Quod tamen erit intelligendum in renunciatione
facta ob aliquam cauſam, conditionem, aut
23 modum, † quia iſta tanquam conditionalis
non abdicat ius niſi conditione impleta, vnde
non requiritur nouus titulus, aut collatio; Secus
ſi fuerit facta ſimpliciter, tunc enim, cum non ſit
correſpectiua, ſtatim facta renunciatione ſolem-
niter ad mittitur poſſeſſio beneficij, & ſic requi-
ritur noua collatio, cum primus titulus ſit extin
ctus Ceual. q. 561. n. 11.

Et ita declaratur Rebuff. de nominat. q. 14. nu. 9.

et in

& in prax. beneficial. p. 1. tit. de ſimon. in re-
24 *ſignat. num.23. & conſ.22. n. 19.* † vbi voluit
quod Epiſcopus dando mandatum ad reſignā-
dum Epiſcopatum in curia poteſt poſt reſigna-
tionem admiſſam cōferre interim beneficia va-
cantia ante notitiam admiſsionis Quia intelli-
gitur in reſignatione conditionali ad fauorem
alicuius,ſeu in forma dignum, donec enim fue-
rint litteræ intimatæ,& reſignatarius iudicetur
idoneus,reſignans non perdit titulum,nec poſ-
ſeſsionem beneficij,& vſq; ad illud tempus di-
25 citur proprius parochus : † Ideo vſq; ad diem
notificationis admiſſæ poterit percipere fru-
ctus,cum poſsit præſumere, quod pars non cu
rauerit, vel ſuperior non admiſerit, vel quod
procurator non reſignauerit *Prob. ad Monac.*
26 *in c.2. n.30. de renunciat. in 6.* † Secus in re-
ſignatione ſimplici, & gratioſa, per quam
amittitur ſtatim poſſeſſio, & titulus, aut
Epiſcopus dicatur in Eccleſia mortuus ciuili-
ter, & non faciat fructus ſuos, & ſi percipiat,
tenetur ad illorum reſtitutionem,quamuis non
habeat notitiam admiſſionis, & quemadmo-
dum amittitur poſſeſſio,ita etiam ius conferen-
di,quod eſt in fructu Epiſcopatus,prout laté di
ſtinguit *Rot. per* R. P. D. *Oranum. Seguntina
beneficiorum.*1.*iuny.*1592.cum alijs de quibus
infra *cap.*

Quibus adde quod iſta bona ſeu patrimonium,ad
cuius titulum quis fuit ordinatus habent pri-
27 uilegia, † quæ conceduntur à iure bonis Ec-
cleſiarum *Bald. de pac.constant. in verb. impe-
rialis clementiæ.col 6.ad med.verſic.ex his ap-
paret quod collecta eſt munus.n.17.Dec.in c. ec-
cleſia Sancta Mariæ. col. 9. in princ. verſic. in
gloſa ſecunda.in fi.n. 8.de conſtitut.Menoch.de
28 recuper. poſſeſſ. remed.15.num.11.* † Quamuis
contrarium ſequatur *Couar. lib. 1. var. reſo-
lut.c. 4. num.4. verſ. contendet forſan aliquis.*
cum alijs per *Diaz.in prax.crimin.c.18.nu.14.
verſ hoc vero patrimonium.*

Ita etiam dicimus donationem factam filio per
patrem ob cauſam clericatus,ad cuius titulum
poſtea fuit factus clericus, non poſſe per patrē
29 amplius reuocari. † Quia ex tali donatione
obligatur pater Epiſcopo, qui cum non ordi-
naſſet, niſi ſub ſpe irreuocabilis donationis fa-
cta fuiſſet donatio, & quia filius debet habere
illa bona, ex quibus ſe poſsit commodè ſuſten-
tare,ne in opprobrium clericatus cogatur men-
dicare, vnde reſpicit non ſolum oneroſam cau-
ſam matrimonij ſpiritualis, ſed etiam intereſſe
tertij,qui non debet decipi per iſtam reuocatio-
nem,itaut ſuccedat in locum alimentorum,aut
ſaltem æquitatis impulſu facta cēſeatur *Couar.
in c.rainaldus.§.2.nu. 7.verſic.ipſe tamen opi-
nor hanc donationem.de teſtam.* Et ita in ſpecie
quod non poſsit reuocari concludit *Diaz. in
prax.crimin. c.18.nu.15. poſt Tell. ad leg. 13.
Tauri.col.2. n.82. Auendan. reſp.17.* Quando
præſertim poſt donationem factam filio, vt or-
dinaretur ad titulum patrimonij interuenit
30 traditio vera,† vel ficta tradendo ſcripturam,
vel ipſam rem donatam, & eius poſſeſsionem;
Alias ceſſantibus prædictis eſſet locus reuoca-
tioni; Licet enim pater ſit in culpa fraudando
Epiſcopum propter ſimulationem rei donatæ;
Tamen ſatis eſt, quod teneatur actione, de do-
lo ob dictam reuocationem; Itaut Epiſcopus
poſsit petere contra patrem,qui ipſum frauda-
uit omnia damna,& intereſſe, cum ſpectet ad
Ordinantem inquirere, an titulus ſit verus,vel
fictus;Ideo interim tenebitur præſtare alimen-
ta ordinato,vſq; dum illi conferat cōgruum be-
neficium, ex quo commodè poſsit ſuſtentari,
prout in puncto ita declarat *Spin. de teſtam.
gloſ.princ. 18.num. 74.*

Et ob prædictam rationem, quod huiuſmodi bo-
31 na nō poſsint alienari;Cōcluditur etiā,† quod
donatio facta filio in titulum patrimonij ad ſu-
ſcipiendos ordines ſacros non ſit imputanda in
legitimam, prout regulariter data filio ratio-
ne dignitatis in illam non computantur; Cum
enim pater non cogeretur talem donationem
facere,non poteſt dici ob cauſam neceſſariam;
tanquam ſimplex donatio, quæ ſtatim valida
eſt non expectato tempore mortis patris; Ideo
non eſt conferenda, aut imputanda in legitimā
filij,tanquā ſimus in proprijs bonis ipſius, pro-
ut per prędictas,& alias rationes cōcludit *Fab.
in l.ſi emancipati.verſ. ideo credo. C. de collat.
& in §. fin.inſtit. de in offic.teſtam.Aim.conſil.
136.per tot.* Et quamuis contrarium ſequa-
32 † *Couar. in c. rainaldus. §. 2. num. 7. de te-
ſtam. Diaz. in prax.crim. c. 18. nu. 16 verſic.
ego tamen vt meum. Vaſq.de ſucceſſ. creat. p.1.
33 lib.3.§.22.nu.44.* † latiſsime *M. Ant. Cuccus.
de legitim.verſ. rurſus hac verba ex ſubſtantia
deficientis.nu. 30. cum ſeq. fol.188. Claud. de
Battandier. eod. tract. de legit.art.11. num.39.
fol.695.* Tamen primam opinionem magis ve-
ram, & ſequendam dicit *Tell. Ferdin. in l.26.
Taur.Gomeſ.Igneus.*& alijs,de quibus per *Spin.
de teſtam.gloſ. 8. princ. nu.65. & 69. Claud.
Chifletius. de portion.legitim. c.14.ad fin.verſ.
harum inſtitiarum exemplo.fol.831.*Prout dici-
mus de donatione facta per patrem filio con-
34 templatione matrimonij,† quæ tanquam ſim-
plex,non ob cauſam non confertur,& per con-
ſequens non imputatur in legitimam: Etenim
non quælibet cauſa inducit effectum collatio-
nis,ſed ſolum illa,quę ſecum habet iuris neceſ-
ſitatem, vt eſt dos, aut donatio propter nup-
tias,quam pater facere compellitur, cum faci-
lius lex ſuccurrat patri, quando donat ex iuris
neceſsitate,quàm vbi dat ex volūtario affectu,
prout eſt in donatione ob cauſam matrimonij,
quæ licet moueat patrem ad donandum, non
tamen habet iuris neceſsitatem,itaut nō ſuffi-
ciat,quod habeat fomentum naturalis affectio-
nis ad effectum,vt debeat conferri,quia ſemper
eſſet conferenda donatio, cum potius præſu-
matur patrem donare filio ob naturalem affe-
ctionem, quæ licet habeat maiorem impulſum
propter matrimonium, tamen ille non attendi-
tur, quaſi potius ſit conſideranda principalis

intentio patris donantis, quàm cauſa impulſi-
ua; Et ita in ſpecie, quod ſimiles donationes
ſint ſimplices, & nõ conferendę concludit *Aim.*
conſ.114.n.17.& conſil.85.nu.6. poſt Oldrad.
conſ.5.titius dedit. Soccin. conſ. 53. n.1. in fin.
verſ.optime prædicta confirmãtur.lib.1. Roder.
Soarez.*in l.quoniam in prioribus. in declarat.*
leg.regni.q.5.in fin. C. de inoffic. teſtam. Coraſ.
35 *in l.filiũ quẽ habentẽ.n.237.C.famil.herciſcũ.* †
Quidquid contrarium ſequatur Bertrand.*conſ.*
*97. col.1. lib.6.*Roland.*conſ.44.lib.4.cum alijs*
per Becc.*cõſ.28.n.19. Menoch.cõſ.92.* Quia con-
traria opinio eſt verior, & melioribus rationi-
36 bus & grauioribus auctoribus fundata, † prout
latè teſtatur *Surd.conſ.143. n.17. 45.& 51.lib.*
1.Claud.Chiflet.de portion.legitim. c.14. col. 4.
*verſ. ergo donatio.fol.*823.*Gabr.conſ.57.nu.13.*
vſq; ad n.19.lib. 3. vbi etiam concludit huiuſ-
modi donationes indigere inſinuatione *Pariſ.*
conſ.16.nu.26. 27.& 28.lib.2.

EPITOME.

Procurator conſtitutus ad emendum fundum an ſi emat teneatur præſtare mandãti etiam portionẽ, quam habebat in eodem fundo. Emptio, ſeu ſocietas de pecunijs alterius cui acquiratur, & competat ius diſdicendi, & per cuius obitum vacet. Emens pro alio an liberetur præſtando intereſſe. Expenſæ factæ per vnum ex fratribus ſocialiter viuentibus quando poſſint repeti. Diuiſio inter fratres quomodo ſit facienda, & quando Minor eligat, & Maior faciat partes.

SVMMARIVM.

1 *Emens pro alio tenetur rem emptam tradere, & non liberatur præſtando intereſſe.nu. 2.*
3 *Mandatum ſuſcipiens debet illud exequi.*
4 *Acceptans mandatum ad emendum fundum tenetur præſtare etiam portionem ſuam, quam habebat in dicto fundo.*
5 *Emptio de pecunijs ementis nomine alterius cui acquiratur. n.6. & 9.*
7 *Notarius emens pro alio, qui non vult ratificare non acquirit ſibi.*
8 *Geſta per adminiſtratorem cẽſentur ratificata per petitionem adminiſtrationis.*
10 *Societas facta de pecunijs alterius acquiritur ſtipulanti, neq; amittitur per obitum domini pecuniæ.*
11 *Emptio facta per adminiſtratorem quando cẽſeatur ad commodum domini pecuniæ. nu. 12. 13.& 14.*
15 *Repetitio non datur eius, quod vnus ex fratribus ſocialiter poſuit in domo. Declara vt num.16.& 17.*
18 *Diuiſio inter fratres quomodo ſit facienda; & quando Maior natu faciat partes, & Minor eligat. Et quid ſeruetur in Vrbe. nu. 22. & in alijs locis.n.23. & 24.& in fiſco. nu.25.*
19 *In diuiſione fratrum proceditur ſummariè.*
20 *Ab electione partiũ nõ licet fratribus recedere.*
21 *Minor natu non eligit partes factas ab arbitris, & ex officio.*
26 *In re communi quilibet partem habet.*
27 *Diuiſio quando facienda per partitum, ſeu per partem.*
28 *Aqua an ſit diuidenda pro menſura fundi.*
29 *Paſcua quomodo ſint diuidenda.& n.30.*

CAPVT CLX.

EMens pro alio tenetur actione mandati,
vel negociorum geſtorum rem emptam
1 tradere, & in illum trãsferre dominium, † ſicut
venditor *l.res ex mandato.59.de acquir.rer.do-*
min.Caſtr.in l.ſi ita quis promiſerit.134.§ ſcia
canit.in princ.n.2.de verb.obligat. Vnde in ca-
ſu mihi propoſito, cum de hoc dubitaretur; Di-
xi non eſſe attendendum intereſſe, cum illud
pręſtando nõ ſit liberatus; Quia in obligatione
rem tradi quando traditio non eſt nuda cum
2 translatione dominij, † & vbi tradens eſt do-
minus; & concurrit, quod ille, qui tenetur trade-
re, habet facultatem rei tradendę obligatus po-
teſt cogi præciſè ad factum *Bart.in l.ſtipulatio-*
nes non diuiduntur.la 2.de verb.obligat.Soccin.
conſ.228.col.vlt.in fin.n.9.verſ.ſed contrarium.
lib.2.dixi deciſ.190.nu.11.

Præterea qui mandatum ſuſcipit debet illud exe-
qui, alias tenetur ad omnia damna, & intereſ-
3 ſe † *l.idemque.10.§.ſi procurator.ff.mand.* & te-
netur præſtare non ſolùm dolum, ſed etiam la-
tam culpam, & leuem *l. contractus. de regul.*
iur. Vnde cum emens habeat rem emptam de-
bet eam tradere pro intereſſe; Immo fruſtra
ageretur ad id, quod loco rei deberetur, quãdo
adeſt facultas tradendi ipſam rem, prout in ter
minis concludit latè *Surd.deciſ.304. per tot.*

Amplius ſi mandaui tibi, vt emeres fundum, quod
erat pro parte tuum, ſi emas portionem alio-
4 rum, teneris mihi præſtare etiam partem tuã; †
Nam acceptando mandatum, videris etiam in
tua portione conſenſiſſe, quod fundus ille in to-
tum efficiatur meus, & mihi ſit emptus quo ad
portiones omnium *l. ſi fundum. cum l.ſeq. ff.*
mand. Bald.in l.vnica.n.16. C. ſi ſeruus exter.
vbi dicit non reperiri hunc caſum alibi in iure
Menoch. de arbit.iudic.caſ.143.n. 4. cum con-
cordantibus, quos adduxi *deciſ.32. in fin.* Vnde
multò magis emendo totum fundum alienum
pro mandante tenebitur emens pręciſè trade-
re, quaſi tunc maior ratio tradẽdi militet, pro-
ut conſiderat *Surd. deciſ.304. n.10.* vbi reſpon-
det omnibus contrarium tenentibus.

Præſertim quia quando etiã empta eſt res de pro-
5 prijs pecunijs ementis nomine alterius, † ſi em-
ptio eſt ratificata, dicitur acquiſitum dominiũ
ei, pro quo eſt empta *l.iulianus. 14.§. ſi procu-*
ratorem. de act.empt. Bald.in l.multum intereſt.
6. n.3. col.2. ad med.verſ.nunc venio ad tertium
dictum.ibi. item per nuntium. & col. 4. in fin.
nu.5.verſ.& hoc eſt argumentum ad quæſtiones.
C.ſi quis alter. vel ſibi. vbi quod alias non ſe-

quuta

quuta ratificatione, ſi cōtrahatur nomine vnius
6 acquiritur ipſi contrahenti † cum iiſdem qua-
litatibus, & conditionibus, prout perſonæ no-
minatæ quæſitum eſſet *l. ſi pupilli. 6. §. iti quæ-*
ritur. de neg. geſt. Bart. *in l. fundum. de action.*
empt. Et eſt deciſio Rot. *per* Cardin. *Seraphin.*
roman. extinctionis cenſus. 7. ſeptembris. 1584.
& coram R. P. D. *Iuſto roman. cenſuum de Lu-*
7 *raghis.* 21. *aprilis.* 1600. † Quidquid aliud ſit in
notario, qui ſtipulando tanquam publica per-
ſona pro alio non habente ratum non poteſt
agere, quia negociatio non poteſt ad eum ſuo
nomine pertinere, nec poſſet ſibi aſcribere *Bal.*
in l. ſi abſentis. 4. *q.* 1. *in fin. n.* 5. *verſic. aut non*
poteſt ad me ſpectare. C. ſi certat. pet. Vbi etiam
multa de intentione ſtipulantis tam primaria,
quàm ſecundaria, cum alijs per *Dec. in l. non om*
nis. n. 5. *col.* 1. *in fin. ff. ſi cert. petat.*

De ratificatione autem conſtat ex multis, & præ-
ſertim per petitionem, quæ exigitur de admini-
8 ſtratis, † ex qua cenſentur approbari geſta per
eum, qui adminiſtrauit *Caſtr. conſ.* 1. *ſi iſte ue-*
rint. n. 3. *col.* 1. *verſ. præterea poſito quod ea. lib.*
1. *Aim. conſ.* 204. *col.* 1. *in fin. n.* 14. *verſ. ad idem*
facit. Itaut talis conſenſus, qui ex facto colligi-
tur dicatur expreſſus *Socin. conſil.* 80. *præſens*
conſultatio. n. 21. *col.* 4. *poſt med. verſ. ſed ad hoc*
reſpondetur. lib. 4. Cum alias ſi requireretur cō-
ſenſus pro forma deberet eſſe expreſſus, prout
diſtinguit *Aim. d. conſil.* 204. *n.* 15. *&* 16.

Neque obſtat, quod res empta ex pecunia alterius
9 fiat eius, qui ſuo nomine emit, † itaut quidquā
non acquiratur domino pecuniæ *l.* 1. *& l. penul.*
C. ſi quis alter. vel ſib. Roman. *conſ.* 271. *nu.* 6. *&*
conſ. 274. vbi etiam *n.* 1. quod in dubio, quando
non conſtat, an emerit ſuo nomine, vel alieno
præſumitur geſſiſſe negocium potius ſibi, quam
alteri *l. magis. de ſolut.* Neque enim attenditur,
cuius ſit pecunia, ſed ſolùm perſona ſtipulan-
10 tis; † Prout dicimus de ſocietate, quæ licèt ſit
cum pecunijs Titij, tamen ſi in contractu ille
non interueniat, ſed Seius tātum, qui ſibi ſtipula
tus eſt, omnis actio eſt quæſita Seio, non autem
Titio B*ald. in l. ſi pater marito. nu.* 4. *C. de dot.*
promiſſ. Afflict. *deciſ.* 135. *n.* 23. Itaut omne ius
continuandi, & diſſidendi ſocietatem ſit penes
Seium, non apud Titium, qui ſolum poterit age-
re ad recuperationem pecuniarum contra ip-
ſum Seium *l. ſi quis aliena. C. ſi quis alt. vel ſib.*
Vnde poterit ſocietas diſſolui per Seium, neque
morte Titij erit extincta, nec lucrata *Rot. per*
Cardin. Seraphin. Romana ſocietatis officij. 29.
nouembris. 1596.

Quia reſpondetur nos eſſe in adminiſtratore, quo
caſu verius eſt, vt non cenſeatur facta emptio in
11 commodum illius, † ſed potius in vtilitatem
domini, cuius erant pecuniæ, quæ adminiſtra-
bantur *Parıſ. conſ.* 80. *nu.* 18. *vol.* 1. *Aim. conſil.*
286. Prout dicimus de tutore, qui aliquid emés
ſuo nomine de pecunia pupilli præſumitur vo-
12 luiſſe accipere pupillo, † & ad commodum, &
vtilitatem illius *Bald. in l. ſi ut proponis. C. de*
rei vendic. Rom. *ſing.* 166. *latè Hartman. Piſto-*
ris. q. 7. *n.* 3. *vſque ad n.* 8. vbi *n.* 15. intelligit in
adminiſtratoribus, & tutoribus, qui non poſ-
ſunt licitè celebrare illum actū, niſi alieno no-
mine. Nam quando tutor poteſt celebrare actū
13 ita licitè proprio nomine, † prout nomine pu-
pilli, tunc cenſetur potius ſibi emiſiſſe, nō alteri
B*art. in l. titium meuium. §. tutor qui tutelam.*
& §. altero. de adminiſtr. tutor. Et in parente
14 legitimo adminiſtratore filiorum, † quod præ-
ſumatur potius emiſſe in proprium vſum ipſius,
& communium liberorum, quàm in vtilitatem
filiorum, ad quos pecunia pertinebat concludit
latè *Piſtoris q.* 7. *num.* 14. *verſ. uerum biſce non*
attentis. Quaſi præſumendum ſit illis æqualiter
proſpicere voluiſſe *l. cum pater. §. dulciſſimi. in*
leg. 2. *Aim. conſ.* 34. *n.* 3.

Quo ad ſecundum verius eſt non potuiſſe repeti,
quod vnus ex fratribus de fructibus ſui patri-
monij poſuit in domo ſocialiter, & ſimul viuen-
15 do; † Quoniam iure ſocietatis intelliguntur
conſumpti *Angel. conſ.* 85. *col. ult. in fin. & in l.*
ex duobus. in princ. de neg. geſt. Bald. *in l. fin. C.*
de collation. Ancbar. *conſ.* 302. *col. fin.* Rom. *conſ.*
172. *col. vlt. ad fin.* Natt. *conſ.* 164. *n.* 4. M*enoch.*
de arbitr. caſ. 127. *n.* 9. Quidquid dixerint *Bald.*
in l. ſi paterno. 15. *C. de neg. geſt. & Roland. conſ.*
91. *n.* 6. *lib.* 1. Quia contra eos eſt verior opinio
vt teſtatur *Surd. de alim. tit.* 6. *q.* 14. *nu.* 2. vbi
16 exiſtente ſocietate dicit eſſe indubitatum † Dū-
modò tamen probetur habitatio in eadem do-
mo, & claui, & quod ſimul viuant, monendo in
hoc aduocatum; cum non ſequatur, quod ſint in
eadē domo, & quod communis ſit victus, prout
declarat ibid. *Surd. n.* 18. & eſt *tex. in l. quæ ſit*
fugitiuus. 17. *§. apud celſum. ff. de adilit. edict.*
quem ibi *Angel.* dicit ſingularem, & notandum
Barbat. ad Bald. in l. fin. in uerb. ſi duo fratres.
C. de collation.

Immò neque extra cauſam ſocietatis frater repe-
teret a fratre quod expendit pro alendo eo, &
eius familia, cum videatur donaſſe, & intuitu
17 pietatis, & ratione naturalis obſequij: † Dum-
modò frater non eſſet adminiſtrator, aut debi-
tor fratris, ſeu non fuiſſet proteſtatus, aut alia
coniectura militaret, quæ excluderet donatio-
nem, neque eſſemus in magna impenſa, vel in
ea quæ reſpiceret rem cōmunem, aut commu-
nes lites, quia in iſtis caſibus eſſet locus repe-
titioni, nam donatio ſolum præſumitur circa
impenſam factam quo ad perſonam, & eius fa-
miliam *l. ſed an ultro. §.* 1. *de neg. geſt. l. ſi pupil-*
li. § ſed & ſi quis. eod. tit. Peregr. de fideic. commiſſ.
art. 50. *n.* 38. *in fin. dixi. deciſ.* 272. & latè diſtin-
guit *Surd. de alim. tit.* 6. *q.* 23. *per tot.*

Circa vltimum quo ad diuiſionem faciendam de
18 rebus communibus partes fuerunt cōcordes, †
vt maiori ſpectet miniſterium diuiſionis, & mi-
nori electio, quod eſt ſecundum communē ſen-
tentiam Canoniſtarum *in c.* 1. *de parochi.* Quā-
uis ſecundum Legiſtas aliter eſſet facienda di-
uiſio *Iaſ. in §. quadam. nu.* 67. *inſtit. de action.*
& in l. 1. *n.* 39. *col.* 5. *poſt med. verſic. dicunt*
communiter. ff. ſi cert. petat. vbi etiam *nu.* 40.

te-

teſtatur eſſe magis communem opinionẽ, quod
de Iure Canonico maior teneatur facere partes;
Declarando maiorem non natu ſimpliciter,ſed
eum,qui diu adminiſtrauit; Quod etiam ſequi-
tur *Andr. Gail. obſeruat. 116. nu. 14. lib. 2.* vbi
teſtatur de conſuetudine Germaniæ *Menoch.*
de arbitr. caſ. 123. vbi quod maior debet face-
re partes,licet nõ admittat, quod detur electio
minori, ſed ſorte eligantur: Et quando deue-
niendum ſit ad ſortes in diuiſione rerum com-
munium, an ſpectet ad officium iudicis,& quid
ſeruetur in praxi latè *Couar. pract. quaſt. c. 40.*
n. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 24 gloſ. 1. nu. 3.
et de primogen. q. 60. n. 10. Boer. q. 46. nu. 3. Rom.
conſil. 471. in fin. qui omnes concludunt ſer-
uandam eſſe conſuetudinem,qua non extante,
præualeret opinio Canoniſtarum propter au-
ctoritatem Sanctorum, & alias rationes, de
quibus etiam *Gail. d. obſeruat. 116. nu. 14. lib. 2.*
Muta ſuper Conſuetud. Panormit. c. 56. nu. 12.
vbi *n. 27.* limitat in aduentitijs, in quibus fit
19 diuiſio per ſortes inter cohęredes † *& n. 33.*
quod quando agitur inter fratres ad diuiſionẽ
proceditur ſummariè,& ſinè ſtrepitu,& figura
iudicij,cum etiam ſtetur iuramento ſuper com-
munione bonorum; Itaut facta electione per
fratres non poſſint amplius contra eam venire,
20 neq; illam impugnare,† dummodo non adeſſet
magna lęſio *Corn. conſ. 234. lib. 1. Tiraq. de re-*
tract. lignag. §. 24 gloſ. vnic. nu. 3. Muta. ibidem.
num. 17.

In caſibus tamen, in quibus minor deberet eligẽ-
re,intelligendum eſt quo ad partes factas à ma-
iore,ſecus ſi fiant ab arbitris, vel ex officio iu-
21 dicis, † tunc enim vel ſorte eligitur, ſeu iudex
aſſignat *Creſcent. deciſ. 3. de arbitr.* vbi ma-
gis dicit hoc procedere in Vrbe, in qua extat
ſtatutum, quod inter Romanos ſeruetur Ius
Ciuile, vnde quo ad iſtas diuiſiones obtinebit
opinio Legiſtarum, non Canoniſtarum, quod
22 ſcilicet iudex faciat partes,†vel ſorti commit-
tatur *l. 2. C. quan. d. & quib. quart. pars debeat.*
lib. 11. Florian. in l. arbitrium familiæ. 44. nu. 4.
verſ. quando autem ad iſtam diuiſionem. ff. fa-
mil. herciſcun. d. Mandoſ. ad *Roman. conſ. 471. in*
fin. cum alijs ſupra allegatis.

Quibus adde æquiſſimam eſſe, & multorum popu
lorum vſu, ac variorum auctorum teſtimonio
comprobatam dictam rationem rerum partiẽ-
23 darum, † vt alteri quidem diuiſio, alteri ele-
ctio concedatur *l. 2. C. de metat. & epideme-*
tic. lib. 12. Quemadmodum è contra iniquiſ-
ſima lex diuiſionis,& leonina conuẽtio, ſi vnus
idemq; diſtribuendi ſimul,& optandi poteſta-
tem ſibi vendicet, prout multis comprobat
Radulph. Forner. lib. 5. rer. quotid. c. 22. vbi
teſtatur ita ſeruari moribus Saxonum, Burde-
galenſium,Aruernorum,Senenſium,& aliorum
poſt *Landtrech. lib. 1. different. iur. ciuil. &*
ſaxonic. c. 31. quod etiam comprobat *ex Cic. de*
orator. lib. 2. ad fin. Cornel. Tacit. lib. 1. annal.
Senec. lib. 5. de benefic. c. 16. & voluit etiam *D.*
Ambroſ. lib. 1. de Abraham. c. 3. Firmior inquit
diuidat, infirmior eligat, ne habeat,quod con-
24 queratur;† & electionis enim ſuæ partem non
poterit calumniari; Non reſidet occaſio reſi-
liendi, cui datur optio eligendi; Nec diuiſor
grauatur, nam quo prudentior, eo cautior, vt
nec in diuiſione circumſcribatur,nec in electio-
ne fraudetur. Ideo autem huiuſmodi diuiſio-
nis arbitrium ætate prouectioribus concedi-
tur, cum præcipuè iudicij maturitate polleant.
Prout in diuiſione diœceſis antiquior in epiſco-
patu diuidit,minor autem eligit *c. 1. de paroch.*
25 Quod etiam ſeruatur in fiſco;†Etenim graua-
tus tacitè de reſtituendo non capaci, ſi ſe defe-
rat lucratur tertiam partem; Vxor vero defun-
cti incapax ſe deferens acquiret dimidiam, &
facta diuiſione habebit priuilegium, vt ipſa
prior portionem eligat *l. vnic. C. de his qui ſe*
defer. lib. 10.

Non exiſtente autem cõſuetudine diuiſio erit fa-
26 cienda per partes,non per partitum,† quaſi in
re communi quilibet habeat ſuam portionem
l. item labeo. 23. ff. famil. hercisc. Maxime
quando ſumus in paupere,cui eſſet difficile in-
uenire pecuniam; Dummodo tamen non ſimus
in re indiuidua,quæ tunc erit diuidẽda per par
titum; ſeu æſtimationem, aut alium modum
27 congruentem iuxta † *l. ad officium. 3. C. com-*
mun. diuid. Pariſ. conſil. 20. n. 5. in fin. lib. 3.
Menoch. de arbitr. caſ. 123. n. 3. Petr. Sanz. de
diuiſ. bon. c. 2. nu. 5. Rot coram R. P. D. *Caua-*
ler. Roman horti. 27. iunij. 1607. Vbi de aqua,
28 cuius diuiſio non admittitur per partitum,†cũ
illa poſſit diuidi *l. cum conſtet. 5. & ibi gloſ. in*
verb. ſeparatim. de aqu. quotid. aſtiu. Alex. in
l. 2. n. 13. ff. de verb. obligat. In quo tamen,cum
de hoc alias dubitaretur Dixi multum operari
Iudicis arbitrium an diuiſio facienda ſit pro
menſura qualitatis fundi, vel pro neceſsitate
partis fundi *Bart. in l. ſi quis per diuinam.*
C. de aquaduct. lib. 11. Bald. de pac. conſtat. §.
mos romanorum. in fin. cum alijs per Menoch.
de arbitrar. caſ. 128. nu. 1. & 2. Vbi quod fiet
diuiſio pro menſura qualitatis fundi *l. ſi par-*
tem fundi. de ſeruit. ruſtic. prædior. Cepoll. eod.
tit. c. 4. de ſeruit. aquaduct. n. 13. verſ. ſecun-
29 *da concluſio.* † Exemplo paſcuorum commu-
nium, quæ recipiunt ſimilem diuiſionem *Aim.*
conſ. 60. nu. 3. cum declarationibus,de quibus
per *Menoch. de arbitrar. caſ. 245.* Vbi etiam in
fine quod Iudex cõſiderabit paupertatem agri-
36 colarũ,quibus magis adiudicabit paſcua. † Et
diuiſione paſcuorum pro rata prædij, & eius
neceſsitate *Alber. in l. teſtatrix. §. fin. ff. ſi*
ſeruit. vendic. & in l. imperatores. de ſeruit. ru-
ſtic. prædior. Calcan. conſ. 34. col. 3. ad med.
Aim. conſil. 154. num. 1. verſ. & vbi inter
vicinos.

EPITOME.

Dies termini quando computetur in termino, &
cæptus habeatur pro completo,& tempus cur-
rat de momento ad momentum. In ſocietate
officij

Digitized by Google

officij, appellatione, re indicata, reſignatione infirmi, prohibitione, deferendi arma, compromiſſo, præcepto ad reluendum tenutam, & ſimilibus; Et quid ſtantibus dictionibus à, ab vſque & proximos, & quando illæ ſtent ſeparatiuè, ſeu incluſiuè.

SVMMARIVM

1 *Dies termini non computatur in termino. Intellige vt. n. 17. & 19.*
2 *Dictiones, à, ab, vſq; & poſt quando inducant ſeparationem. n. 5. 6. & 21.*
3 *Dies in qua fuit appellatio interpoſita computatur quo ad tempus appellandi, ſecus deſertionis nu. 4.*
7 *Dictio à, vel ab accipitur pro poſt, & vſque num. 22.*
8 *Præceptum ad reluendum tenutam infra terminum à die executionis computandum non comprehendit diem termini.*
9 *Verbum proximus an excludatur diem actus celebrati. n. 10. 14. & 15.*
11 *Compromiſſum factum intra terminum triginta dierum proximè, vel immediatè ſequentium an currat de momento ad momentum. nu. 12. & 13.*
16 *Societas ſuper vita nominanda infra quindecim dies proximos an excludat diem cõtractus, & quando vacet.*
18 *Societas officiorum dicitur odioſa, & debet interpretari contra eum, qui pecunias lucrari prætendit.*
20 *Tempus quando currat de momento ad momentum.*
23 *Statutum prohibens ſeu permittens delationem armorum a pulſu campanæ quomodo intelligatur.*
24 *Dies in qua fit reſignatio per infirmum an cõputetur in termino viginti dierum iuxta formam regulæ n. 26.*
25 *Inſtitutio nepotis, qui naſceretur infra decem menſes à die mortis filij an intelligatur comprehendere diem mortis in decem menſibus.*
27 *Dies cæptus quando habeatur pro completo. num. 28.*

CAPVT CLXI.

DIes termini non computatur in termino,
quando adiungitur numero dierum, vel
1 menſium cum dictione, à, vel ab, † puta infra
triginta dies, à die præſentationis litterarum,
tunc enim nunquam fit computatio temporis
de momento ad momentum, quia illæ dictiones
ponuntur excluſiuè in termino, cui adiunguntur
2 denotando ſeparationem † *l. 3. §. fin. vbi gloſ. in
verb. à brunduſio. ff. de action. empt. gloſ. in c. ſtatutum. in verb. numerandum. ad fin. verſic. tertium, quod non fit. de præbend. in 6. Bald. in l. eos. §. ſin autem. colu. 1. in fin. verſ. quaro autem. n. 5. de appellat.* Quare Dixi non eſſe cauſam deſertam ad fauorem Franciſci, & fractum de
Aleis, quamuis non fuerit expedita infra tempus, de quo in ſtatuto, cum non debeat compu-
3 tari dies, in qua fuit appellatio interpoſita, †
prout in ſpecie concludit *Franc. in cap. ſuper eo. el. 2. n. 22. col. 3. verſ. in gloſa finali. & in c. ex ratione. in princ. n. 4. de appellat.* Licet ſecus ſit in
tempore appellationis interponendæ decem
4 dierum, † quo caſu computatur de momento
ad momentum, & incipit currere à die notitiæ
gloſ. in c. concertationi. §. in verb ſciuerit. de appellat. in 6. dixi deciſ. 124. n. 5. Andr. Gail. obſeruat. 139. n. 5. lib. 1. latè Coler. de proceſſ. exequut. c. 2. n. 1. & 4. p. 1.

Prout regulariter iſtæ dictiones, à, ab, ex, vel ſimiles denotantes terminum à quo ſunt ſeparati-
5 uæ, & excluſiuæ termini † *Alex. in l. 1. num. 18. col. pen. in princ. verſ puto primam opinionem. ff. ſi quis caution. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 11. n. 51. vſque ad n. 54. Rot. diuerſ. deciſion. 75. num. 2. p. 2. Imol. in l. ſi ex duobus. 12. in princ. de duob. reis. Rebuff. in l. nepos proculo. 125. col. 4.*
6 *in fin. verſ. ab eo. de verb. ſignif.* † propriè enim
loquendo dictiones iſtæ à, vel ab, ponuntur pro
poſt, quę etiam eſt ſeparatiua non comprehendens illum diem, cui adijcitur *l. ſi ita fuerit libertas. 41. de manumiſſ. teſtam. l. ſi eius legetur. 31 in princ. verſic. poſt biennium. de legat. 1. Salicet. in l. ſi pacto quo pœnam. num. 11. col. 5. poſt med. verſ. hanc opinionem. ibi. ſed dominus meus dicebat. C. de pactis. Tiraq. in l. ſi vnquam. in uerb.*
7 *& poſtea. n. 21. C. de reuocand. donation.* † Quare dicimus ſecundum locum à Regibus obtinebat ideſt poſt Reges *l. 2. §. quod ad magiſtratus attinet. de orig. iur. Cicer. 1. acead. 66.* qui quartus ab archeſila fuit. *Idem de Senect. 17.* cuius à morte hic tertius, & trigeſimus eſt annus, hoc eſt poſt cuius mortem *Liuius. 3. ab Vrbe cõdic.* neque hoſtium à tergo incurſum vidit, cum ſimilibus de quibus per *Tiraq. in d. uerb. & poſtea. num. 21. & de retract. lignag. §. 1. gloſ. 11. num. 53.*

Quare etiam alias cum de hoc dubitaretur Declaraui, quod præceptum ad reluendum tenutam, & bona intra terminum quindecim dierum à
8 die executionis computandum, † facit vt non
poſſit deueniri ad deliberationem, niſi tota die
decima quinta immediatè ſequenti tranſacta
poſt diem illam, in qua fuit facta executio; Vnde cum fuerit exequutum die prima ſeptembris tempus incipiet currere die ſecunda eiuſdem propter illam dictionem, a, quæ eſt ſeparatiua *gloſ. in c. ſtatutum. in uerb. numerandum. ante fin. de præbend. in 6. cum alijs ſupra allegatis.* Et in terminis de executione eſt deciſio *Rotæ per R. P. D. Gipſium auximana tutela. 24. nouembr.* 1595. vbi etiam quod dictio intra includit ſua extrema comprehendendo terminum cui apponitur *l. 1. §. ſi intra. de ſucceſſ. edict. Bar. in l. 1. in princ. n. 2. verſ. de natura. de offic. præf. urb.*

Addebatur hoc magis procedere, ſi dictum fuerit
9 infra quindecim dies proximos, † quaſi illud
verbum proximus excludat diem actus celebrati,

ti,quæ non poteſt dici proxima illius diei, cum
ſit ipſamet dies *l. eum qui calendis.4c. de verb.*
obligat.Imol.conſ.11.in caſu præmiſſo. col.1.poſt
med. verſ.in contrarium videtur veritas.
Quamuis hoc de proximo non ſit tutum, quia il-
lud aduerbium proximus deſignat extremita-
10 tem principij temporis; † Et proximum dici-
mus,quod à nemine præceditur,& quod nullum
admittit medium inter duo diſcreta *Bald.conſ.*
246.proponitur quod dictum. lib.5. Vbi de cõ-
promiſſo facto infra terminum triginta dierum
11 proximè ſequentium, † quod tempus eſt com-
putandum, non ſecundum dies artificiales, ſed
de momento ad momentum *Soc. conſil.88.pen-*
ſatis bis quæ in facto. Vbi etiam de compromiſ
ſo duraturo hinc ad quatuor dies proxime ſe-
quentes, quod tempus quatuor dierum ſtatim
incipit currere *Becc.conſ.99.n.17. ad med. verſ.*
ſecundo quia in inſtrumento. Vbi de ſimili com-
promiſſo cum aduerbio proximè, quod ſtatim
12 currit: † Præſertim quia ſi dies cõpromiſſi non
ſtatim inciperet,neque in termino eſſet compu-
tandus, ſequeretur abſurdum, quod in die fa-
cti compromiſſi non poſſet ferri laudum, quòd
tamen eſt falſum *Bald.d.conſ.246. ad med.verſ.*
prima quando nihil.apparet.lib.5. Prout idem
ſi diceretur infra tot dies immediate ſequutu-
13 ros † *Rimin.iun.conſ.629. n.8.lib.6. late Surd.*
qui teſtatur de veriori opinione *deciſ.203.nu.8.*
vſque ad n.12. vbi ſubdit,quod cum adſint iſtæ
deciſiones in terminis, non eſt recurrendum ad
tradita per *Menoch.de arbitrar.caſ.57.num.30*
iuncto.nu.44. dum voluit iſtas dictiones proxi-
me,prope, circa, & circiter,& ſimiles ex ſubie-
cta materia referri ad modicum tempus arbi-
14 trio iudicis; Cum verius ſit proximum dici;
quod à nullo proceditur, non admittendo ali-
quod medium inter duo diſcreta *l.2.§. heredi-*
tas.de ſuis.& legit.l.proximus 92.de ver.ſignif.
Io.Franciſ.Farc.de eſſentia.infantis.c.22.num.5.
tom.8.p.2.fol.399.Tiraq.de retract.lignag.§.11.
gloſ.1.n.1.
Quidquid autem ſit prima opinio,quod verba illa
infra dies proximos excludant diem actus ce-
15 lebrati,ſeruatur de conſuetudine,† prout dicit
Alex.in l.1.n.12. col.2. verſ. in textu ibi præter
cum.& n.13.verſ.nos autem loquimur. ff. ſi quis
caution. & ſequitur *Rot.per* R. *P. D.* Lancellot-
tum. romana ſocietatis. 27. iuny. 1597. Vbi ex
hoc concludit,quod ſocietate contracta die 14.
octobris ſuper periculo vitę perſonæ nominan-
16 dæ infra quidecim dies proximos, † & in-
terim ſuper vita contrahentis, ſi fiat nomina-
tio,die 29.eiuſdem menſis,erit facta intra quin
decim dies,itaut non poſſit dici vacaſſe,quãuis
contrahens deceſſerit, propter illud verbum
proximos,quod excludit diem contractus,qua-
ſi non poſſit dici proxima illius diei,cum ſit ip-
ſamet dies *Imol. conſ.11.verſ.contrarium.*
Quod magis in illo caſu erat dicendum, quia re-
gulariter dies termini non cõputatur in termi-
17 no† *Cagn.in l.vbi lex.192.in fin.de reg.iur.Mi*
ſinger. obſeruat. 15.centur.5. Tiraq. de retract.
lignag.§.1.gloſ.11.n.18. iunct.n.22. Et quid-
quid alij ſequantur iſta eſt verior & magis cõ-
munis opinio, & in praxi recepta, vt teſtatur
Bertazol.conſ.ciuil.20.nu.18. Vant.de nullitat.
ex defect.iuriſdict. ordinar.n.160. Maxime in
18 materia odioſa *Corn.conſ.179.n.5.lib.4.*† pro-
ut eſt talis ſocietas; cum agatur de amiſſione
pecuniarum,itaut in dubio ſit magis fauendum
repetenti pecuniam,quàm ei, qui tractat de il-
lam lucrando *Iaſ.in l ſufficit.n.1.de condict.in-*
deb.Rot.coram Sanctiſſimo.romana ſocietatis.27
iuny cum alijs per R.P.D.*Iuſtum romana.ſocie-*
tatis.16.februarij 1596.
Præſertim quia terminus fuit pręfixus ad fauorem
19 dantis pecunias,† vnde dies termini computa-
tur,vel non computatur,prout magis expedit ei
ad cuius fauorem ſtatuitur *Bald.in l.à coligato.*
n.4.C.de nupt.Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.
11.n.30.Rot. diuerſ.deciſ.75. lib.1.n.11 Ex quo
20 non obſtat † quod tempus currat de momento
ad momentum *Bart. in l.3. §.minore.de minor.*
Angel.conſ.404.in fin. Quia procedit, quando
incipit currere, & non ante *Miſinger. obſeruat.*
15.in fin.cent.5. Vnde in hoc caſu dies incipiet
media nocte, & finem habebit media nocte, ſe-
quentis diei *l. more romano de fer. Fel.in c.con-*
ſuluit.n.6.de offic. deleg. Quod procedit tam in
contractibus, quàm in vltimis voluntatibus; vt
in eadem *deciſ.*R.P.D.*Lancellot.romana ſocieta-*
tis.27.iunii.1598.
Ex quibus colligitur, quod iſtæ dictiones,à vel ab,
21 aut ſimiles habẽt naturam ſeparationis,† dum
modò materia ſubiecta,fauor,odium,aut mens
diſponentium aliter non ſuaderet, quia tunc
ſtant incluſiue *Oldrad.conſil.49.conſueuit dubi-*
tare in princ.n.1.verſic.non à ſubdiacono Bald.
in l.à caligato.21.q.2.n.2.verſ. & circa hoc dic.
22 *C.de nupt.* † vbi idem dicit de dictione vſque
gloſ.in l.ideſt vſq.1c.ff.de dol.Dec. conſ.511.vi-
ſo teſtamento. n.3. verſ. & in materia Cum iſtæ
dictiones,à,& vſque æquiparentur,de quibus la
te *Bart.in l.patronus. 36. §.ſempronio. col.1.&*
2.ff.de leg.3.Pract.Papienſ.in form.capit.quando
teſtes producuntur ad æternam rei memoriam.
in verb.vſq.ad calendas.num.2.cum pluribus.ſe-
quent.
Ideò cum alias quæſitum fuiſſe quomodo ſit in-
telligendum ſtatutum prohibens delationem
23 armorum a pulſu campanæ de ſero, † Dixi de-
bere intelligi excluſiue poſt pulſum campanæ,
quia eſt odioſum ob pęnam,quæ infligitur,quod
ſecus eſſet in ſtatuto concedente deferri arma
à pulſu campanæ de mane, tunc enim ſtabit in-
cluſiue,cum ſit conceſſio fauorabilis, prout in
ſpecie concludit *Polidor. Rip. de nocturn. tem-*
por.c.63.n.46.poſt Firman.in repertor.in litera
24 *à,verſ.hanc theoricam iuris*. † Et multa, quod
ſtante odio interpretatio fiat pro excluſione
Mandoſ regul.19.q. 18.in fin. verſ. quarto con-
traria non procedunt. Vbi ex hoc concludit
quod dies in qua fit reſignatio, vel præſtatur
conſenſus infirmi debet computari in termino
viginti dierum, quamuis regula loquatur per
dictio-

Digitized by Google

dictionem, à, quia fauor eſt, quod computerur
in rermino,& odium eſſet non computare, Ma-
ximè quia ibi actus iungitur cum initio proprij
temporis,quo caſu dictio,à, vel ab,relinquir na
turam ſuã excluſionis, & includit illud tempus
25 de momento ad momentum;† Vt de inſtitutio-
ne neporis,qui naſcetur infra decem menſes, à
die mortis filij mei, tunc enim dies mortis com
putatur in decem mẽſibus, cum iungitur actus
in principio diei *Bald.conſ.457. reuerendus pa-
ter. nu. 3. verſ.aut ſequeretur abſurdum. lib. 1.
Tiraq.de retract. lignag.§.1.gloſ.11.n.36.Man
doſ.reg.19.q.18. n.6.* Rot.*diuerſ. deeiſ.75. nu.4.*
26 *lib.2.*Magon.*deeiſ.florent.8.nu.26.* † Et quan-
do dies reſignationis cõputetur in termino vi-
ginti dierũ latè *Pariſ.de reſignat. lib.11.q.2.n.
8.vſque ad n.19.* vbi teſtatur reſolutũ in Rota,
quod computetur, prour etiam ità ſeruari de
ſtilo curiæ Franciæ dicit *Boer. deeiſ. 348. nu.3.
col.2. ad med.verſ. & idem babetur in regul.* .
Neque obſtat quod dies ceptus habeatur pro cõ-
pleto *gloſ. in l. ſi ita fuerit libertas.41. in verb.
in principio. ff. de manumiſ. teſtam. & in l. 1.
in verb. præter. ff. ſi quis eaution.* Doctor. in
27 *l. qua ætate. de teſtam.* † Quia non procedit in
odioſis Bart. *in l.3. §. minorem. nu.2. verſ.op-
pono quod dies. ff. de minorib. Siluestr. in §. ea-
dem lege. col. 4. in gloſ. in verb. minori. nu.10.
inſtit. quib. ex eauſ. manum. non licet.* Bald.
Alex. Aret. Imol. & aly, de quibus latè Rot.
per R. P. D. *Cantie.* Imolen. *canonieatus. 21.
aprilis.1578. quæ eſt deeiſ.* Rot. *diuerſ.75. q.28.
lib. 2.* vbi teſtatur hanc diſtinctionem commu-
niter eſſe receptam ſequitur R. P. D. *Cipſius*
28 *auximana tutelæ. 24. nouembris. 1595.* † vbi
magis dicit procedere quando terminus eſt po-
ſitus in accuſatiuo, puta in annos, vel dies de-
cem, tunc enim requiritur tempus completum
*Iaſ. in l. ſi eus legetur. in prine.nu.13. col.2. an-
te med. verſ. circa ſecundam conclusionem. de
leg.1. per tex. in l. ſi in annos. 48. & ibi* Bald.
in prine. ff. de condit. & demonſtrat.

E P I T O M E.

Folium album ſubſcriptum, & traditum Arbitratori an operetur approbationem laudi poſtea latì. In ſocietatibus officiorum an ſit præſumenda ſcientia nominationis per ſubſcriptionem in carta vacua. Arbitrator quando iudicet de non comprehenſis in compromiſſo. Sententia, Decretum, Executio, Datio in ſolutum, Electio, Locatio, Donatio, Obligatio fideiuſſoris, & ſimilia nulliter geſta an ſuſtineantur in parte verè debita, & permiſſa. Vtile per inutile quando vitietur.

S V M M A R I V M.

1 *Subſeribens ſeu ſignum apponens approbat omnia in ſeriptura contenta. Fallit in earta vacua ſubſeripta. n.2. 4. & 5.*

3 *Ratificatio non præſumitur niſi de cognitis, & lectis.*

6 *In laudo arbitratoris requiritur citatio.*

7 *Beneplacitum non poteſt declarari abſente parte.*

8 *Folium album ſubſcriptũ videtur datum Arbitratori, vt poſſit ferre laudum ſine citatione, non quod operetur illius approbationem.*

9 *Scientia nominationis præſumitur in ſocietatibus officij, quamuis ſubſcriptio fiat in carta vacua.*

10 *Laudum eſt nullum ſi iudicetur ſuper non comprehenſis in compromiſſo.* Fallit.*n.11.*

12 *Sententia valet reſpectu præſentis, licet ſit nulla quo ad abſentem.*

13 *Fideiuſſor an obligitur pro minori ſumma verè debita quamuis obligatio fuerit pro maiori. nu.28.*

14 *Datio in ſolutum ſuſtinetur pro rata debiti reuocato exceſſu.* Intellige *vt n.33. & 34.*

15 *Donatio excedens quingentos ſolidos non inſinuata eſt nulla ſolum in exceſſu.*

16 *Vtile non vitiatur per inutile.*

17 *Sententia, Deeretum, & executio inualida an pro parte poſſit ſuſtineri. num.18.19. 20.21. 24. & 25.*

22 *Locatio rerum eccleſiæ vltra tempus permiſſum non valet pro tempore habili.*

23 *Electio conceſſa ad vnum annum ſi fiat pro tribus an vitietur in totum.*

26 *Indiuiduum poteſt fieri ex voluntate contrahentium. n.27. & 30.*

29 *Obligatio tanquam ius eſt indiuidua.*

31 *Fideiuſſor an obligetur in plus quàm principalis. num. 32.*

C A P V T CLXII.

APprobatio per ſubſcriptionem in carta
vacua antequam daretur laudum Verius
1 eſt,quod non præiudicet. † Nam quamuis ſub-
ſcribens dicatur approbare omnia in ſcriptura
contenta *l. pluribus. de verb. obligat. Alex.
conſ.147. ponderatis his. col. penult. lib.2.* Natt.
conſ.187. nu.4.Roland. conſ.44.n.30.lib.1. latè
Menoch. *præſumpt. 66. lib. 3.* Tamen ſecus eſt
2 in ſubſcribente in ſchedula vacua. † Ratio eſt
quia nõ præſumitur quis velle ius ſuum iactare
l. cum de indebito. in prine. de probation. Et
quia ignorans ſubſcripſit, quo caſu non poteſt
dici quod conſentiat *l. ſi per errorem.ff. de iu-
riſd. omn. iud. Corn. conſil. 165. col. 6. ad fin.
3 lib. 2.* † Exemplo ratificationis, quæ non præ-
ſumitur facta, niſi de his, quæ lecta, cognita,&
rectè percepta ſunt *Oldrad.conſil.329.has alle-
gationes. col. vlt.* Aim. *conſ. 197. nu.14.* Et ita
in terminis, quod iſta ſubſcriptio in carra va-
cua ante laudum latum non præiudicet con-
4 cludit † *Felin. in c.quoniam contra. nu. 48. col.
22. in fin.verſ. limita quinto. de probation. poſt
Bald.in l. vlt. in prine C.plus valer.quod agit.
& in cap.2. col. penult. nu.17.verſ.quæro notarius. & col.fin.nu.18.verſ.& nota ex prædictis.
de fid.*

Digitized by Google

de fid. inſtrum. Rebuff. de chirograph. & ſche-
dul. recognit. in præfat. tom. 1. fol. 197. Gabr.
de præſumpt. concluſ. 3. nu. 27. Maſq. de pro-
5 bation. concluſ. 1341. nu. 17. & 18. † Vbi am-
pliat ad ſigilli appoſitionem in huiuſmodi car-
tis vacuis Bald. in l. 2. per illum textum in
princ. C. de reb. alien. non alien. Purpur. in l.
admonendi. nu. 177. vſque ad nu. 180. de iur.
iur. Menoch. de arbitr. caſ. 113. num. 4. & 5.
Maſq. concluſ. 1302. n. 49.

Quibus adde, quod in laudo arbitratoris requiri-
6 tur citatio partis † Bart. in l. ſi quis arbitratu.
43. n. 7. verſ. credo. de verb. obligat. poſt Cin. in
l. fin. C. de contrahend. empt. Rot. per R. P. D.
Cordubam. Florentina nullitatis laudi. 28. no-
uembris. 1597. & coram R. P. D. Penia. Roma-
7 na laudi. 3. decembris 1599. † Etenim ſuum
placitum quis non poteſt declarare abſente
parte l. quod ſi noluit. §. ſi quid ita. de ædilit. edict.
Et idem importat placuerit, quod ſi arbitratus
fuerit l. thais. §. ſororem. C. de fideic. libert. Foliũ
autem album ſubſcriptum, & traditum arbi-
tratori videtur ſolum dare poteſtatem laudan-
8 di ſine citatione, † non autem tollit, quod illa
ſubſcriptio non habeat conditionem, ſi laudum
fuerit iuſtum, & validum Ruin. conſ. 16. nu. 27.
lib. 2. Socin. conſ. 21. nu. 3. lib. 1. Ideo non ope-
ratur approbationem laudi poſtea lati Fel. in
c. quoniam contra. n. 48. verſ. limita quinto. de
probat. Et non obſtante ſubſcriptione poterit
dici de nullitate laudi ad arbitrium boni viri,
cum ſufficiat, quod operetur. vt laudum poſſit
fieri ſine citatione Rot. per R. P. D. Pentam
9 romana. laudi. 3. decembris. 1599. † Quidquid
aliud ſit in ſocietatibus officiorum, in quibus
cenſeretur quis ratificaſſe nominationem, & no
titiam de ea habuiſſe Alex. conſ. 182. n. 4. lib. 2.
Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus, §. griſogonus. n. 12. de
verb. obligat. Quamuis in illis ſubſcriptiones
ſoleant fieri in cartis albis, & vacuis, quia ni-
hilominus ſcientia præſumitur Pariſ. conſ. 88.
nu. 34. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Orano. Rom.
ſocietatis officij. 30. octobris. 1598.

Ex quibus Dixi bene fuiſſe actum de nullitate lau-
di non obſtante ſubſcriptione, & alijs ſupra al-
10 legatis. † Nullitas autem conſtabat, quia
compromiſſum erat reſtrictum ad tertiam par-
tem domus, de qua agebatur, vnde non poterat
pronunciari ſuper tota domo, cum laudum ſit
nullum defectu iuriſdictionis Bart. in l. cum
aquiliana. nu. 4. verſ. & quod prædicta. de tran-
ſact. Ruin. conſ. 16. nu. 24. lib. 2. Rom. conſ. 115.
viſo compromiſſo, in fin. verſ. vltimo poſito. cum
alijs per Mandoſ. ad eund. Roman. conſ. 155.
præmiſſum laudum. in verb. validitatem. Quid-
quid ſit in pecunia, pro qua poteſt iuberi per
11 arbitratorem dari res, † vel pecunia pro re,
cum per eam omnes aliæ res æſtimentur l. ſi ita.
de fideiuſſor. Feltn. in ſpecie in c. ap. licet bely. 31.
limet. 13. de ſimon.

Neque obſtat quod ſententia ſaltem deberet ſu-
ſtineri pro illa parte, pro qua erat iudex com-
petens, quemadmodum dicimus de ſententia
12 contra plures lata, † quæ valet contra præſen-
tes, & legitimè citatos, licet ſit nulla contra ab-
ſentes, & non legitimè vocatos, prout teſtatur
ita obtinuiſſe in Rota Mandoſ. ad Lap. alleg.
80. in verb. libro ſexto. in cauſa romana bono-
rum de Zambecarijs. coram R. P. D. Oradino
13 Et idem eſt in ſimilibus caſibus; † Vt in fide-
iuſſore obligato pro maiori ſumma, cuius obli-
gatio valebit reſpectu ſummæ minois, pro qua
tenebatur Bald. in l. ſi vltra. 22. in princ. C.
de fideiuſſor. Dec. in l. in eo quod plus. nu. 11.
& 12. de reg. iur. Alciat. lib. 5. parerg. cap. 17.
Gomeſ. Guter. & alij per Ceuall. q. 60. n. 1. verſ.
14 ſed contrariam. † Idem in datione in ſolu-
tum, quæ ſuſtinetur pro rata debiti, licet re-
uocetur, quatenus illud excedit Bart. in l. poſt
contractum. in fin. verſ. hoc eſt verum niſi rem.
nu. 17. de donation. Et in donatione excedente
quingentos ſolidos facta ſine inſinuatione, quæ
15 non cenſetur vitiata niſi in exceſſu, † & valida
eſt, & efficax in ſumma à iure permiſſa l. ſanci-
16 mus omnem. 34. C. de donation. † Quaſi in illis
quæ ſeparari poſſunt vtile non vitietur per inu-
tile l. 1. §. ſed & mihi. de verb. obligat. Et in
terminis de ſententia, quod non dicatur in to-
17 tum inualida, † ſi pro parte poteſt ſubſiſtere
concludit Io. Andr. in cap. quæ fiunt. de reg. iur.
in 6. quem refert Roman. conſ. 66. ad med. verſ.
ſecundo eiuſdem Alberic. & alij. in l. 1. C. ſi à
non competet. iud. ſu. iud.

Quia contraria opinio eſt verior, quod immo ra-
18 tione exceſſus ſententia ſit in totũ nulla, † pro-
vt voluit gloſ. vlt. in l. fin. de iuriſd. omn. iud.
quam ibi ſequitur Alex. nu. 11. in gloſ. fin. ſub-
dens rationem quia iudicium eſt indiuiduum
l. ſi idem. §. fin. de iuriſd. omn. iud. l. in hoc iu-
dicio famil. hercif. Cum ſecus ſit in illis contra-
ctibus, qui diuiſionem recipiunt l. 1. §. ſtipulan-
19 ti. de verb. obligat. † Exemplo decreti inter-
poſiti partim ex falſa cauſa, partim ex vera,
quod vitiat contractum in totum, neque valet
reſpectu partis veræ l. ſi pupillorum. §. ſi præ-
tor. ff. de reb. eor. Natt. conſ. 631. nu. 37. Quaſi
decretum ſit indiuiduum Alex. in l. iuſtè poſ-
20 ſidet. col. 6. de acquir. poſſeſſ. † Et quod ſenten
tia reſpectu ſummæ ſit indiuidua, vnde nec in
parte verè debita ſuſtineatur eſt deciſio Rotæ
per R. P. D. Gipſium. Ariminen. ſeu romana
pecuniaria. 25. iunij. 1593. poſt Put. deciſ. 323.
lib. 1. & coram R. P. D. Orano. romana pe-
21 cuniaria de Pinellis. 8. aprilis 1598. † vbi de
executione pro maiori ſumma quàm ſit credi-
tum, quod neque ſuſtineatur pro vera parte
crediti.

Idem dicimus in locatione rerum Eccleſiæ facta
ad longum tempus, vel vltra, quàm ius permit-
tit, quia nõ ſuſtinetur, neque in tempore, in quo
22 poterat fieri, † ſed in totum eſt nulla Iaſ. in au-
th. qui rem. col. fin. n. 23. C. de ſacroſanct. eccleſ.
poſt Alex. conſ. 17. viſo inſtrumento locationis.
col. 2. in fin. verſ. nec obſtat ſi diceret. nu. 10.
lib. 4. & voluit Lap. alleg. 80. n. 4. col. 2. in princ.
verſ. pro parte altera. Ruin. conſ. 86. nu. 8. lib. 1.

Afflict.

Afflict. deciſ. 107.nu.4. Redoan.de reb.eccl.non alien.q.6.de locat.rer.eccleſiar. §. item ex præmiſsis. in fin.n.27.verſ. ſic ſanè in locatione. fol. 349. Vbi etiam *n. 26.* de electione Conſilia-
23 riorum facièda vigore ſtatuti ad vnum annũ,† ſi ſiat ad tres annos quod neque valebit, in tẽpore permiſſo *Roman.conſ.66.per tot.* Et in ſimilibus caſibus,de quibus per *Seraph.priuil.iuram.107.n.21. cum ſeq.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, in quo erat vnum
24 ſolum caput ſententię,† quaſi quando ſunt plura capita ſeparabilia verior videatur opinio, vt valeat in eo, quod non excedit *Bart. in l. 1.C.ſi à non compet.iud.fuer.iud.Salic.in l.2.C. de re iudic.*cum alijs per *Ceuall.q.60. nu.2.* vbi de communi *Doct.in l.1. C.ſi aduerſ.rem iudic. Cardin.conſ.29.col.2.ante med.verſ.ſecundo ſit*
25 *quando.* † Niſi ſimus in articulo, qui omnia comprehenderet,vel niſi eſſent plura capitula, quæ concernerent,vel ſe referrent ad vnum fundamentum falſum,& ęrror eſſet expreſſus,tunc enim non cõſideraretur, quod ſint diuerſæ ſententiæ,tanquam concernant plura capita, ſed omnia corruunt,quia eſt tale vitium,quod cuncta concernit; prout concludit *Nicell. in Concordant. Gloſar.n.384. gloſ.55.tom.18.fol.213.*
26 Licèt enim ſumma ſit diuiſibilis, † tamen propter vnicam petitionem, & vnicam ſententiam videtur indiuiduum ex voluntate diſponẽtium *Put. deciſ.323. in fin.n.7.lib.1. Seraphin.priui-*
27 *leg.iuram.107. n.23.* † vbi quod indiuiduum dicitur etiam reſpectu volũtatis *Grat.conſ.81. n.22.lib.2. Natt.conſ.480.nu.5. poſt Doctor. in l.pedius.de arbitr.*

Et quod dictum eſt de fideiuſſore obligato pro ma-
28 iori ſumma, Verior eſt opinio,† quod neque valeat pro minori, ad quam tenebatur ſecundum *gloſ. in §.fideiuſſores.inſtit. de fideiuſſor. Bar.in l.grege.§.illud.n.2.& 3.*vbi teſtatur de vera opinione.*ff.eod.tit.Gomeſ. tom. 2. c.17.tit. de fideiuſſor. n.2,* vbi de cõmuni.Quidquid ipſe contrarium ibi ſequatur *Seraph. priuil. iuram 107. nu.20.* vbi alijs ſimilibus comprobat *Iaſ. in l.1.§.ſed & ſi mihi.col.3. in princ. verſ. ſecundo in quantum.n.6. de verb. obligation.* Et hanc eſſe magis veram,& in praxi receptam ſententiã teſtatur *Cauall.q.382.in fin.n.6. verſ. ſed contrariam opinionem in quæſtione princi-*
29 *pali.* † Quaſi hic tractetur de obligatione, quæ eſt ius, quod eſt indiuiduum, cum ſit quid incorporale *l.ſeruus.§.incorporales. de acquir. rer.domin.* Vnde hoc caſu vtile vitiabitur per
30 inutile, † cum ex forma, & voluntate contrahentium non ſeparetur vtile ab inutili,& in totum vitietur,quamuis aliter èx ſui natura recipiat ſeparationem *l.pedius. de arbitr.* Io.*Faber. in §.fideiuſſores.il 2.n.5.verſ. vnde quando. in-*
31 *ſtit.de fideiuſſor.* † Vltra quod etiam datur pro forma à lege,vt fideiuſſor nõ obligetur in plus, quàm principalis *l.græce.§.illud. de fideiuſſor.*
32 Quidquid ſit in acceſſorijs,& reſpectu pęnæ, † & ſimilium,in quibus valet obligatio fideiuſſoris in pluſquam principalis, vt; per *Bart. in l. centum capua.n.6.& ibi Iaſ.nu.5. ff. de eo quod certo loco.* Idem *Iaſ.in l.2.§ fin. nu.6.ff. qui ſatiſd.cogant.*

Prout etiam illud de datione in ſolutum, quæ reuocatur in totum,ſi fuerit erratum in quãtita-
33 te debiti,† quando videlicèt debitum erat in quinquaginta,& debitor credidit eſſe in centũ, ſiue ſit iudicialis, ſiue conuentionalis *l.ſi non ſortem.§.ſi centum.de condic. indebit.* latè *Tiraq. de retract. conſanguinitat. §. 23. gloſ. 1. n.25.fol.355.* Dec.*conſ.585. coram magnificis. col.2.verſ.& iſta concluſio. n.5.* Cum ſecus ſit, quando non eſſet erratum,ſed fuit data res pro quinquaginta,cum plus valeret; Nam tunc reuocatur datio ſolùm pro ſumma tranſcenden-
34 te debitum *Ruin.conſ.136.n.5.lib. 1.* † Intelligendo quando tertio poſſet inſerri præiudiciũ, vel fraus adeſſet,tunc enim reuocatur in exceſſu,ſecus ſi ageretur ſolùm de præiudicio ipſiuſmet debitoris,quia tunc in nullo reuocaretur, niſi læſio eſſet vltra dimidiam *Doct. in l. fin.§. 1.C.de iur.domin.impetr.Bal.Caſtr. & aly per Surd. de aliment.q.32. in fin. tit.9.*

E P I T O M E.

Denunciatio maleficij quomodo ſit facienda, & quando excuſetur Syndicus obligatus ad denũciandum. Scientia præſumpta an ſufficiat ad imponendum pęnã corporalem. Dictio alias an intelligatur de ſimilibus,& maioribus. Statutum imponens aliquam pænam,& aliam arbitrio iudicis de qua debeat intelligi.

S V M M A R I V M.

1 *Denunciatio maleficij eſt loco libelli,et quomodo ſit facienda per eum, qui tenetur denunciare.*
2 *Delatores qui ſint, & quando reficiant expenſas. n.3.*
4 *Minor non poteſt conſtitui Syndicus,& ſi conſtituatur,non denuncians,non punitur.*
5 *Tutoris datio an probet minorem ætatem, & de quo tempore. n.9.*
7 *Minor ætas probatur per librum baptiſmi.*
8 *Denunciatio non requiritur ſi offenſus, præuenit in accuſando maleficium,ſeu Iudex in inquirendo. n.9.*
10 *Nomina forenſium ſi debeant conſignari quando quis excuſetur à non conſignatione.*
11 *Denunciatio non neceſſaria facta per priuatum ſubrogatur in eam,ad quam quis tenetur, vt Syndicus.n.12.*
13 *Dolus requiritur ad puniendum non denunciantem.*
14 *Scientia præſumpta non ſufficit ad incurrendam pænam corporalem.n.15.*
16 *Vaſſallus an excuſetur à caducitate ob ſcientiam præſumptam.*
17 *Statutum imponens aliquam pænam.ſeu aliam intelligitur de ſimili expreſſa, & n.18.*

19 *Dictio alias denotat ſimilia. Intellige, vt n. 21. & 22.*
20 *Mandatum ad certas lites cum Titio, & ad alias intelligitur de litibus cum eodem.*

CAPVT CLXIII.

AGebatur contra Syndicum ad pœnam ſta-
tuti propter omiſſam denunciationē præ-
tenſi maleficij, ad quam tenebatur cum deſcri-
1 ptione qualitatum, † & per verba ſpecialia
etiam in ſcriptis, cum ſit loco libelli iuxtà opi-
nionem *Bald. in l. fin. C. de neg. geſt.* Itaut ne-
que excuſetur, quamuis vnum denūciauerit, &
non omnes *Idem Bald. in l. minoribus. n. 6. in fi.
n. 11. C. de his quib. vt indig. Tiraq. de iudic. in
reb. exiguis ferend. fol. penul. verſic. trigeſimo
idem ſcriptum.* Non obſtante, quod delictum
præſupponatur factum in vltimo die ſui officij,
& adſit terminus octo dierū ad denunciandū,
Licèt enim dilatio ſtatuti incidat in tēpus ſuc-
ceſſuris, tamen potius pertinet ad priorem Syn
dicum, quàm ad ſucceſſorem *Bald. in l. vltim.
2 ad fin. de iuriſd. iud. omn. dixi deciſ.* 109. † Et
de iſtis delatoribus, qui ex eorum munere te-
nentur deferre latè *Menoch. de arbitr. caſ. 198.
in addit. n. 65.* vbi multa notabilia tam quo ad
delatores coactos, quàm voluntarios, tàm alio-
3 rum, quàm ſui ipſius; & ibi *n. 71.* † quod coacti
non tenentur reficere expenſas non probato
crimine, dummodò non conſtaret de manifeſta
calumnia *Idem Menoch. de arbitr. caſ. 321.
n. 23. Farinacc. q. 16. de accuſat. n. 16. 23. & 25.*
Vbi idem de Fiſco, Iudice, & ſimilibus, qui licèt
excuſentur ab expenſis ob prẹſumptam calum-
niam, non tamen expreſſam, propter quam etiā
poſſent puniri *Bald. in rubr. C. de pedan. iudicib.
Doct. in l. ſeueriter. C. de excuſat. tutor.*

Verius tamen Dixi excuſandum eſſe Syndicum à
4 prẹdicta pẹna, de qua in ſtatuto, † quia eramus
in minore, qui neque poteſt conſtitui Syndicus,
& ſi ceſſauerit in denunciando non punitur
*Bald. in l. 1. in princ. C. in quib. cauſ. in integr.
reſtit. non eſt neceſſar.* Ratio eſt quia huiuſmo-
di delictū conſiſtit in omittendo, quo caſu ſuc-
curritur minori, ne propter ætatem puniatur
*l. ſi ea & l. minoribus. C. de his quib. vt indign.
Peregrin. de priuil. fiſci. tit. 5. lib. 2. n. 15.* vbi de
non deferente necem defuncti, prout tenetur
hæres, vt illius vindictam proſequatur via iuris
& quid in ruſticis *Alex. in l. 1. in fin. n. 10. verſ.
vltimo per iſtum textum. C. de his quib. ut in-
dign.* Vel fœminis, quas non excuſat iuris igno-
rantia, niſi in caſibus à iure permiſſis *l. fin. C. de
iur. & fact. ignor.*

Hoc tamen non erat tutum, quia non fuit probata
minor ẹtas; Nam quidquid ſit an illa per da-
5 tionem tutoris probetur, † tam quo ad par-
tes, quàm contra tertium, de qua per *Salicetan
l. ſi minorē, col. ult. in fi. uerſ. quaro quidā petit.
q. penult. C. de in integr. reſtit. minor.* cum alijs
de quibus latè ſupra *cap. 149.* Tamen iſta pro-
batio per dationem curatoris de vno tempore,
& anno non concludit fuiſſe minorem de alio,
6 cum ſimus in ijs, † quæ tractu temporis mutātur
l. ſpadonem. 17. §. qui ſolutus. de excuſat. tutor.
Et in ſpecie cōcludit *Imol. conſ. 23. in caſu præ-
7 miſſo. n. 2. & dixi ſupra d. c.* 149. † Et liber ba-
ptiſmi de quo agebatur non erat cuſtoditus ne-
que ſtabat penes ſucceſſorem in plebania, prout
requiritur ad hoc vt probetur per illum minor
ætas *Caput. deciſ. 314. n. 1. lib. 1.* cum ſimilibus
de quibus etiam ſupra *c. 149.*

Secundò igitur melius dicendum eſt locum eſſe
excuſationi huiuſmodi pœnæ, cū Syndicus fue-
8 rit præuentus ab offenſo principali, † qui ad Cu
riam detulit maleficium prætēſum in eius per-
ſonam commiſſum, quod facit, vt non teneatur
propter omiſſam denunciationem *Bart. in l. ſo-
rorem. de his quib. ut indig. Peregr. de priuileg.
fiſci lib. 2. tit. 5. n. 18. Roland. de lucr. dot. q. 67.
9 n. 2.* Vbi ampliat, † quando iudex inquirendo
præuenit per *tex. in l. edicto §. 1. ff. de iur. fiſc.*
& voluit latè *Surd. conſ. 272. n. 13. lib. 2.* Vbi ex-
tendit, quamuis ſcientia requireretur pro for-
ma, cum ſufficiat aliundè haberi; Ex quo latè
ibi concludit non incidere in pænam edicti,
quod debeant conſignari nomina forenſium of-
10 ficiali ad id deputato, † ſi fuit facta diſtributio
hoſpitum iuſſu Domini in domos priuatorum,
prout ſolet fieri in aduentu alicuius Magnatis;
cum præſumatur tunc ſcientia qualitatum per-
ſonarum receptarum, itaut nō ſit neceſſaria vl-
terior certificatio, quaſi ceſſet ratio edicti *l. 1.
in fin. de act. empt. gloſ. in c. cum inter vniuer-
ſas. in uerb. cognouerunt. de election. Pariſ. conſ.
101. n. 129. lib. 1.* Licèt quod dictum eſt de de-
nunciatione requiſita pro forma non videatur
tutum, Quaſi tunc etiam ſcienti ſit facienda
certioratio *Socin. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut.
matrim. Couarr. lib. 3. uar. reſolut. c. 17. n. 6.* &
dicam infra in cap. particulari.

Quæ procedunt non ſolùm, quando alius denun-
11 ciauit, & Curiam certam reddidit de delicto, †
ſed etiam multo magis, ſi ipſemet, qui tenetur
denunciare, detulit, quamuis non in tempore,
in quo erat obligatus hoc facere, cum denun-
ciatio nō neceſſaria intret in locum illius, quæ
poſteà de neceſſitate eſt facienda, itaut ſatisfa-
ctum dicatur ſtatuto requirenti denunciatio-
nem, prout eſt *tex. in l. ſi quis hæres. ff. de iniuſt.
rupt. & irrit. fact. teſtam.* vbi *Bald.* in ſpecie
concludit, quod ſi quis denunciauit delictum
12 tanquam priuatus tempore, † quo non arcta-
batur illud deferre, ſi poſtea efficitur Syndicus,
ita ut ex forma ſtatuti debeat denunciare deli-
cta ſub pœna in eo contenta, non eſt obligatus
ad aliam denunciationem, & ſufficit prima ad
euitandam pœnam *Iaſ. in l. ſororem. not. 1.
verſ. & alibi decidit. C. de his quib. vt indign.
Aretin. de malefic. in verb. necnon ad denuncia-
tionem. verſ. quid ſi Syndicus col. 15. Bertazzol.
conſ. criminal. 385. n. 1. lib. 2.*

Maximè quia huiuſmodi ſtatutū loquitur in per-
ſonam, quod videlicèt talis teneatur denuncia-
13 re, quo caſu illud non procedit, † niſi probetur
do-

dolus contrafacientis, vt in pœnam incidat
Bart.in l.1.§.nõ autem.n.2. verſ. quædam ſunt
vocabula.ff. ſi quis teſtam.lib.eſſ.iuſſ. fuer. Ber-
tazol.conſ.crim.385.nu.5. Vnde ſtante creduli-
tate, quod ſufficiet denuuciatio offenſi,tanquã
fiſcus ſit certus de delicto per alium, qui illum
certiorauit, dolus excluditur Idem Bertazol.
ibid. nu.5.

Tertiò nam idem ſtatutum propter omiſſas huiuſ-
modi denunciationes imponit pænam corpo-
ralem,quo caſu communis eſt diſtinctio Docto-
14 rum,† quod in pœna corporali committenda
non ſufficiat ſcientia præſumpta, prout talis
ſcientia aderat in facto, de quo agebatur, cum
ſecus ſit in pæna pecuniaria Alim.conſ.193.n.8.
vbi quod ſcientia probatur ex eo,quod aliquid
ſit notum in loco,talis tamen ſcientia tanquam
præſumpta non ſufficeret, quando quis debe-
ret puniri corporaliter, ſecus ſi in pecunia, ſe-
quitur Mandoſ. ad Roman. conſ. 127. poſito. in
verb.famam.Corbul. de priuat.ob non ſolut. ca-
non.limit.20.n.13. & voluit Bald. in l.1.n.2. C.
15 de his qui latron. vel alios crimin. reos occult. †
Vbi de ſtatuto,vt quilibet teneatur capere ma-
leſactorem,quod tunc demum arctabit,quando
cõſtaret de plena ſcientia maleficij, ſi impona-
tur pæna corporalis, cum aliàs ſufficeret ſcien-
tia per famam, aut ſuſpicionem, vt quia male-
factor fugiebat,& rumor erat poſt eum, ex hoc
enim inducitur ſuſpicio, & præſumptio. Idem
concludit Surd.decis.221.nu.14. vbi ex hoc fir-
16 mat † Vaſſallos, Emphiteutas, & alios non ex-
cuſari à caducitate, quando contra eos adeſt
aliqua præſumptio ſcientiæ,cum agatur de pæ-
na pecuniaria Alex.conſ.187. n.7.vſq;ad n.13.
lib.2.Ruin.conſ.50.n.17.vſque ad n.22.lib.1.&
voluit Bald.in c.1. in princ. col.penult. ad med.
verſ.quæro quid de eo qui ignoranter.n.21.quib.
mod. feud. amittat.

Et licet quo ad pœnam in huiuſmodi caſu impo-
nendam ſtatutum illam remittat arbitrio iudi-
cis,ex quo videbatur, eſſe locus pęnæ pecunia-
17 riæ; † Tamen quia idem ſtatutum punit delin-
quentem pœna corporali, ſeu alia dicendum
eſt quod debet intelligi de ſimili pœna corpo-
rali, non pecuniaria Bald. in l. conuenticulam.
col.5. C. de epiſcop. & cleric. Socin.in l.1.nu.4.
de reb. dub. Farinac. de delict. & pœn. q. 17.
18 n.52.† Prout è conuerſo, quando per ſtatutum
imponitur pœna pecuniaria, ſeu alia arbitrio
iudicis, iſtud arbitrium non poteſt excedere pę-
nam pecuniariam Felin.in c.ſedes.15.nu.6. col.
vlt. verſ. & dicit pulchrè. de reſcript. Menoch.
de arbitr. lib.2. caſ. 80. nu.121. & lib.1. q.95.
19 nu.3. † Dictio enim alias, denotat ſimilia, &
paria eiuſdem naturæ, & qualitatis Rom. conſ.
92.nu.2.& in l.damni.§. ii qui vicini.nu.2.de
20 damn. infect. † vbi de procuratore conſtituto
ad certam litem, cum Titio, & ad alias, quod
intelligitur de litibus, quas habet cum eodem
Titio, & latè comprobat Bald. in l. ſi fugitiui.
C.de ſeru. fugit.

Verum eſſet, quod dictio alias, ratione ſubiectæ
materiæ intelligeretur etiam de maioribus, &
21 diſſimilibus, † maximè ſi adeſſet dictio vni-
uerſalis puta quauis alia, vel quibuſcunque
alijs gloſ. in clem. 1. de re iudic.Dec. in c.ſedes.
de reſcript. Alex. conſ. 30. ponderatis narratis.
nu.14.col.penult. in fin.lib.5.Mandoſ.regul.12.
22 q.6.nu.8. Caputaq. decis. 296.n.6.p.2. † Pro-
ut idē eſſet ad euitandum abſurdũ gloſ.in auth.
ex teſtamento,C.de collat. Abb.in cap. accedens.
nu.6. præbend. & in alijs caſibus, de quibus
per Mandoſ. d. q. 6. & per Gonzal. ad reg. 8.
cancellar. de menſib. & alternat. gloſ.4. nu.22.
vſque ad num. 44.

EPITOME.

Arbores quando veniant in locatione prati.
Forenſes, & Clerici an ligentur ſtatutis tàm in
ordinatorijs iudiciorum, quàm deciſiuis. In
promiſſione de ſoluendo intra aliquod tempus,
vel dando pignora electio an pertineat ad pro-
mittentem, ſeu creditorem. Obligans ſe quod
alius ſoluet an poſſit conueniri ſine excuſſione.

SVMMARIVM.

1 Locatio prati an comprehendat arbores. nu. 4.
2 Fructus dicuntur pars rei, & quando compu-
tentur inter immobilia. n. 3.
5 Damnum dans arboribus in prato exiſtenti-
bus cenſetur damnum dediſſe prato, & ma-
gis punitur. n.7.
6 Tabulas ſignatas dicimus veſtigium quod eis
inhiberet.
8 Pratum dicitur quaſi paratum ad fructus ca-
piendos.
9 Forenſes, & Clerici quando ligenter ſtatutis.
num. 10. & 11.
12 Leges poſita in tit. C. de ſacroſ. eccleſ. & C. de
epiſc.& cleric. non valent tanquam leges quo
ad Clericos,ſed vt priuilegia.n.13.
14 Electio pertinet ad debitorem. nu. 15. Fallit.
num. 17.
16 In promiſſione ſoluendi infra aliquod tempus,
vel dandi pignora electio pertinet creditori.
18 Per electionem vnius remedij quando præcluda-
tur via alij.
19 Promittens quod principalis ſoluet poteſt con-
ueniri non facta diſcuſſione.
20 Conſtituens ſe debitorem pro alio non gaudet
beneficio excuſſionis. n.21.
22 Renunciatio expreſſa an requiratur vt non ob-
ſtet priuilegiũ auth. præſente.C. de fideiuſſor.
23 Expreſſum dicitur quod apparet ex claris con-
iecturis.

CAPVT CLXIV.

IN locatione prati de quo in caſu mihi pro-
poſito Dixi etiam comprehenſas fuiſſe ar-
1 bores, † quæ non faciunt corpus ſeparatum à
prato,ſed ſunt vna, & eadem res, hoc eſt vnum
pratum l. quintus. 41. ff. de action. empt. l. fin.

§. fructus. ff. quæ in fraud. patr. Cum etiam
arbores ſint acceſſoriæ ad pratum l. quæſitum.
12. §. ea uero. ff. de fund. inſtruct. Et tanquam
2 fructus prati,† ſeu fundi dicuntur pars rei l. fru
ctus pendētes. 46. ff. de rei uend. l. ſi ſeruus cōmu-
nis. 63. §. locaui. ff. de furt. & ibi gloſ. in uerb.
cohereant. l cum filius. §. dominus. de leg. 2. l. iu-
lianus. §. ſi fructibus. de action. empt. latè Ti-
3 raq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu. 37. † vbi
multa quando fructus ſint computandi inter
mobilia, ſeu immobilia; Et ita in ſpecie con-
cludit Alber. in l. pratum. 31. ff. de uerb. ſignif.
Quod magis erat dicendum in caſu, de quo age-
4 bamus, quia fuerunt locati fructus prati, †qua-
ſi aliud deberet concludi, quando eſſet locata
herba prati, tunc enim arbores non cenſerentur
venire in locationem, quia fructus ſunt arbo-
rum, herbæ autem ſpectant ad pratum, prout
in terminis declarat Rebuff. in l. pratum. in
princ. uerſ. notandum eſt ſi quiſpiam. in fin. ff.
de uerb. ſignific. vbi quod ſæpius ita obſerua-
tum vidit, ideo eſſet exprimendum in huiuſmo-
di locationibus, & arborum fructus.
Hinc dicimus quod dans damnum arboribus in
prato exiſtentibus cenſetur ipſi prato damnum
5 dediſſe † l. diuortio. 8. §. ſi fundum. ff. ſolut.
matrim. Quaſi terram, & ſolum ipſum quo-
dammodo corrumpat l. ſi alius. 7. §. notauimus.
ff. quod ui aut clam. vbi gloſ. in verb. manus
infert: l. nam & ſi ramos. 10. & l. ſi in matu-
ram. 19. ff. eod. tit. Quamuis enim ex vi ver-
borum nō videatur dediſſe damnum prato, qui
arbores inciderit ſecundum Alciat. in l. pra-
tum. 31. in fin. ff. de verbor. ſignif. Tamen ſuf-
ficit, quod ratione acceſſionis hoc veniat argu-
mento l. ad teſtium. 22. in fin. ff. de teſtam.
6 Vbi ſignatas tabulas † dicimus veſtigium illud
quod in eis adhæret; Et cum arbores ſint pars
prati l. quæſitum. §. ea viro. de fund. inſtruct.
cum alijs ſupra adductis. Idem iudicandum eſt
de parte, quod de toto, prout ita concludit Re-
buff. in d. l. pratum. in princ. verſ. & ſic dans
damnum per tex. in l. ſi duorum. 43. ff. de action.
empt. Et voluit prius Alber. in diction. in verb.
prati appellatione. verſ. in contrarium. vbi quod
fructus pendentes dicuntur pars fundi, vnde
multo magis arbores, ideo pœna contra dan-
tem damnum in fundo, ſeu prato debet ex-
tendi ad damnum datum in arboribus ex ſu-
pra allegatis.
Immo etiam maior pœna eſſet imponenda ei, qui
7 damnum dat in arboribus, † quam prato, cum
arbores maiorem impenſam requirant, & ſint
excellentiores, & magis honorabiles, prout
de illorum laude multa Plin. lib. 16. cap. 40. &
lib. 17. cap. 1. Textor. in officin. in verb. arbores.
diuerſa. Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 12.
conſid. 89. col. 1. Cum è contra pratum nulla,
aut minima admodum impenſa indigeat, cum
paruo labore ſeruetur tanquam nullis tempe-
ſtatibus obnoxium, ſingulis annis pabulo, & fe-
8 no fructum reddens, † ſic dictum quaſi paratū
ad fructum capiendum l. pratum. ff. de verb. ſi-
gnific. latè Franc. Patrit. de inſtit. reipubl.
lib. 7. c. 5. Caſſan. in catalog. glor. mund. conſider.
84. col. penult. verſ. ſed quæreres. p. 12.
Quibus ſtantibus non potuit denegari executio
petita vigore ſtatuti loquentis de huiuſmodi
9 damnis; †Quamuis enim eſſemus in forenſibus,
& clericis qui non ligantur ſtatutis tamquam
non ſubditi ſtatuentium; Tamen in actibus vo-
luntariæ iuriſdictionis conſuetudo loci fauora-
bilis prodeſt etiam alienigenis, & ad illos ex-
tenditur, vnde parata executio, quæ datur per
ſtatutum competit etiam creditori, qui non eſt
ciuis illius loci Alex. conſ. 111. videretur pri-
ma conſideratione. col. 1. ad fin. verſ. tamen præ-
miſſis non obſtantibus. nu. 5. lib. 7. latè Matth.
Coler. de proceſſib. execut. cap. 3. p. 1. nu. 200. vbi
etiam concludit, quod competit clericis con-
10 tra laicos, & laico contra clericum, † Præ-
ſertim cum agatur de ordinatiuis iudiciorum,
videlicet in qua forma proceſſus ſit inſtituen-
dus, quo caſu ſemper attenditur locus fori, vbi
agitur, ſiue loquamur de ordine proceſſus, ſiue
de facienda executione, ſeu petatur executio
per ciuem, ſeu per forenſem Bald. in l. vnica.
col. 1. in fin. verſ. quarto iuxta hoc dubitari.
nu. 4. C. ne fil. pro patr. Roman. conſ. 367. circa
primum conſultationis. n. 11. per tex. in l. 3. in
fin. de teſtam. l. 2. quemad. teſtam. aper. l. miſſi
opinatores. C. de exactor. tribut. lib. 10. Coler.
11 de proceſſ. execut. c. 3. p. 1. nu. 210. † Quidquid
aliud ſit in deciſorijs litis, in quibus clerici non
ligātur conſuetudine loci, niſi ſtatutum loqua-
tur in rem, quo caſu afficit bona ſita in loco
ſtatuentium à quocunque poſſideantur Ruin.
conſ. 49. nu. 7. lib. 3. Rom. conſ. 161. viſis quæ-
12 ſtionibus. † Prout etiam dicimus de legibus
poſitis ſub tit. C. de ſacroſ. eccleſ. & de epiſc. &
cler. quæ non valent quo ad clericos, cum non
poſſint de illis diſponere, neque de rebus Eccle
ſiaſticis, quamuis ſint illis fauorabiles Dec. in
l. ſenium. nu. 14. C. qui teſtam. facer. poſſ. In-
13 telligendo, † quod non valeant, vt lex, & con-
ſtitutio, valebunt tamen, vt priuilegium, ſi illis
ſit fauorabile Bald. in cap. cum veniſſent. n. 6. de
eo qui mittit. in poſſ. & conſ. 300. nu. 4. lib. 1
Surd. conſ. 259. nu. 20. lib. 3.
Neque obſtat non competere executionem in bo-
nis petitis ſtante promiſſione, de qua in actis,
14 cum electio pertineat ad debitorem † l. ple-
rumque 11. ad fin. ff. de iur. dot. l. quod autem
§. ſi maritus. de donat. inter vir. & uxor. l. ei
apud quem. 5. §. in ſequeſtrum. verſ. quid ſi de
pluribus. & ibi gloſ. in uerb. in arbitrio. ff. de-
15 poſit. † Itaut neq; beneficium electionis perda
tur facta ſolutione, cum ſoluens vtrumque eli
gat, quod velit repetere, ſicuti habebat ele-
ctionem antequam ſolueret l. ſi quis ſeruum. 10
C. de condic. indeb. quando vtrumq; extat l. cui
16 is qui pamphilum. 32. in princ. ff. eod. tit. † Qui
cum promiſſio fuerit de ſoluendo infra aliquo
tempus, vel dando pignus, electio eſt credito
ris. Iſta enim dictio alternatiua ponitur inter
duo, quorum vnum eſt in obligatione, alteru
verò

Digitized by Google

verò ad cautelam creditoris; Vnde non eſt re-
torquendum in eius odium, quare poterit debi
tor iuſtè ſtante lapſu temporis præciſè cogi ad
ſoluendum, neq; habebit locum obiatio pigno-
ris Bart. in l. quamuis.6.nu.2.verſ. & hoc in-
17 ducit.de pignor.action. † Et contraria proce-
dunt in alternatiua rerum, quarum quælibet eſt
in obligatione,& ſolutione Iaſ. in l. 4. §. ſi ex
conuentione.nu.5. de re iud. Vbi quidquid ipſe
dubiter teſtatur quod opinio Bart. eſt com-
muniter approbata,& nemo ab ea diſcrepat, &
ſequuntur Alber. Caſtr. Fulgoſ. Salic. Alex. &
aly per eum allegati. Tiraq. de retract. lignag.
gloſ.3.§.3.nu. 16.& 17. per tex. in l. promiſſor.
§.vlt. de conſtit. pecun.gloſ. in l. fin. §. 1. in
verb.cogendum.verſ.ſed ſi ſimpliciter. ff.ſi cert.
18 petat. † Quod adeo verum eſt, vt poſsit etiam
creditor poſt electionem pignorum mutare
conſilium,& executiuè agere,quaſi per electio-
nem vnius remedij non cenſeatur præcluſa via
alijs,quando per primum non eſt ſatisfactum
Bald. in c.contingit.9. quod eſt penult. nu. 19.
col.6.in fin. verſ. quæro reus poſitus eſt in car-
cere. & late declarat Matth. Coler. de proceſ-
ſib.execut.c. 8.p.1.n.15. vſq; ad nu.39. Quid-
quid alias creditor debeat eſſe contentus alte-
rutro l.quod in hæredem. §. eligere. ff. de tri-
butor. actio.

Non obſtat quod dicebatur de excuſsione facien-
da contra principalem prius,quàm deueniatur
cōtra promiſſorem auth.præſente.C. de fideiuſ-
19 ſor. † Quia cum promiſſor ſe obligauerit,
quod principalis non deficiet in ſolutione in
tempore,de quo in inſtrumento, non eſt neceſ-
ſaria excuſſio, ſed ſtatim facta interpellatione
contra principalem poteſt fideiuſſor conueniri
l. fideiuſſor obligari.16. §. fin. ff. de fideiuſſor.
Dec.in l.fin.num.5.C. ſi cert.petat. Rot. coram
R. P. D. Bubal. Camerinen. pecuniaria. 28.fe-
20 bruary. 1586. † Ex quo enim quis conſtituit
ſe debitorem pro alio non gaudet beneficio ex-
cuſsionis, quaſi cenſeatur nouata obligatio
principalis, & transfuſa in perſonam cōſtituē-
tis ſe debitorem Alex. conſ.09. num.35. lib.7.
Marſil. in rub.de fideiuſſor.n.62.vſq; ad nu.70.
21 Gail.obſeruat. 28.n.6 lib.2. † Et quidquid alij
contrarium ſentiant hanc eſſe magis commu-
nem, & in practica ſeruandam, & æquiorem
opinionem latè docet Coler. de proceſſib. exe-
cut.p.1. c.10. nu.299. vſq; ad nu. 307.fol. 336.
Flor.pract.quæſt.lib.1.q.11.nu.48.

Necfacit quod debeat expreſsè,& ſpecificè renun
ciari beneficio d.auth.& nō tacitè Aim.cōſ.263.
22 n.6.Theſaur.deciſ.166.n.4. † Quia ſatis dici-
tur expreſſa renunciatio, cum euidenter colli-
gatur ex verbis promiſsionis, quod fideiuſſor
ſubſtituit ſe in locum debitoris, itaut ſolus vo-
luerit exigi,vnde idem eſt, ac ſi in ſpecie renun-
23 ciatum fuiſſet,† cum expreſſum etiam dicatur,
quod apparet ex claris,& euidētibus coniectu-
ris l.gallus.§. quidam rectè.de lib.& poſthum.
Molin.de hiſpan.primog.c.8.n.5.lib.3. & in ſpe-
cie ita concludit Flores pract.quæſt.lib.1.q.11.
in fin.n.53. Et voluit Bald.in l.in perſonam.30.
§.fin.nu.2. de pact.& in l.antiqua.23.§. ſed ſi
minus.num. 2.C. ad ſenat.conſult.velleian. vbi
quod hoc caſu non opus eſt expreſſa renuncia-
tione Coler. de proceſſ. execut. p.1.c.10.nu.302.
ad med.

EPITOME.

Diminutio,ſeu augmentum patrimonij an cedat
incommodo hæredis, & fideicommiſſarij, vel
legatariorum. Et quid in nominibus debito-
rum effectis ditioribus, vel non ſoluendo,& in
rebus relictis filio pro legitima. Per inuenta-
rium quando conſeruetur hæres indemnis.

SVMMARIVM.

1 Diminutio, & augmentum hæreditatis, an no-
ceat hæredi, ſeu legatarijs.n.2.4.8. & 9.
3 Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tempus
mortis.
5 Diminutio rerum aſsignatarum pro legitima
an cedat incommodo filij.n.7.
6 Peremptio rei debitæ pertinet ad eum, cui res
debetur.
10 Euictio,& diminutio patrimonij habens origi-
nem ex cauſa de præterito grauat fideicom-
miſſarium vniuerſalem.
11 In falcidia quando ſit imputandum, quod fuit
ablatum.n. 12.
13 Nomina debitorum effecta non ſoluendo cedũt
periculo hæredis, ſi autem meliora proderunt
legatarijs. Et quid in dubio.n.14.& illo fini-
to. nu.15.
16 Diminutio contingens poſt mortem teſtatoris
pertinet ad hæredem quamuis fecerit inuen-
tarium.n.18.
17 Falcidia erat permiſſa de iure authenticorum.
19 Hæres reſpectu cuius temporis conſeruetur in-
demnis per inuentarium.

CAPVT CLXV.

QVo ad diminutionem patrimonij, de qua
dubitabatur in caſu mihi propoſito,
An noceat legatarijs † Dixi veriorem
ſententiam eſſe negatiuam. Nam in ineunda
ratione falcidiæ ſpectandum eſt tempus mortis
teſtatoris l.in quantitate. 73. in princ.ad l.fal-
cid.§.quantitas. inſtit. eod.tit. Vnde quemad-
modum augmentum accedens hæreditati poſt
mortem cedit commodo hæredis, non legata-
2 rij quantitatis; † Ita è contra diminutio etiam,
citra dolum, & culpam hęredis,cedit dāno ip-
ſius l.in ratione.la 2.in princ. & l.cum quo.56.
ad leg.falcid.Peregr.de fideicomm. art.4. nu.56.
Etenim aditio hæreditatis retrotrahitur ad tē-
pus mortis l.hæredes quandoq;.de acquir.hered.
3 Quare ex tunc contrahitur obligatio † de præ-
ſtādis legatis l.ex maleficijs.§.hæres. de action.
& obligat. Et per conſequens quantitas hæredi-
tatis in hærede falcidia debet conſiderari tem-

pore mortis teſtatoris; Ideò diminutio cedit
eius damno, prout eſt in quolibet hærede quan-
titatis l. incendium C. ſi cert. petat. Niſi vno ca-
ſu res & teſtator perijſſent l. ſed & in illo. in fi.
de reb. dub.

Aliud eſſet in legatarijs certæ ſpeciei, vel quanti-
4 tatis alicuius generis ſubalterni, † aut quãtita-
tis reſpectu certę ſpeciei, tunc enim remoto do
lo, & culpa hæredis, diminutio pertinet ad lega
tarios, quia res perit domino & ei cui debetur
l. ſi ex legati cauſa. de verb. oblig l. in ratione. la
2. 30. in princ. & §. diligenter. verſ. certis vero
corporibus. ff. ad leg. falcid. Bart. in l. in ratione.
la prima 11. §. quod vulgo. col. 2. in fin. verſ. ve-
nio ad tertiam partem. ff. eod. Dec. conſ. 581. viſo.
puncto controuerſia in fin. n. 12. ad med. verſic.
tertio principaliter quæritur.

Idem eſt in legitima, pro qua ſi relinquatur aliqua
5 res particularis, quæ potuerit relinqui, † dimi-
nutio rerum poſt patris mortem cedit damno
filij l. ſi patronũ. §. ſi patronus. ff. de bon. libert.
Bald. in l. ſcimus. q. 3. C. de inoff. teſtam. Imol. in
l. ſuus quoque. 4. de hæred. inſtit. M. Ant. Cucc.
de legit. verſ. ex ſubſtantia deficientis. in quæſt.
legit. an augeat. auct. patr patrim. n. 3. fol. 210.
Nam ex hoc relicto transfertur dominiũ in fi-
lium, ad exemplum legatarij Ruin. conſ. 55. col.
3. verſ. & idẽ. lib. 2. Et quia peremptio rei par-
6 ticulariter debitæ pertinet ad eum, † cui res
debetur, quamuis nõ ſit translatum dominium
l. in ratione. §. diligenter ad l. falcid. Doct. in l. ti
tia textores. §. fin. & in l. quidam teſtamento. §.
7 ſi ſibi. ff. de leg. 1. † Quidquid aliud ſit in re aſſi-
gnata filio per Iudicę pro legitima, quę ſi euin-
catur ex iuſta cauſa ſuppleri debet filio re illa
de calculo ſubducta l. ſcimus. in princ. C. de in-
off. teſt. l. ſi vero de bon. liber. Et quidquid aliud
ſit quando filius legitim. dominium non fuerit
aſſequutus Cucc. vbi ſup. n. 3. in fin. Et in alijs
caſibus, de quibus per Peregr de fideicomm. art.
36. n. 31. vſq; ad n. 35.

Prout etiam idem eſſet in diminutione, quæ pro-
uenit ex cauſa præexiſtente ante obitum teſta-
8 toris; † Cum enim ſit cauſa de præterito, & ori-
ginem habeat in vita eius, qui fecit teſtamentũ,
eſt attendenda tam ad præiudicium, quam ad
fauorem legatarij, Itaut augmentum illi proſit,
& diminutio præiudicet in computatione falci-
diæ; Quemadmodum de diminutione eſt tex.
in l. in ratione. la 1. §. 1. & §. imperator. ff. ad
leg. falcid. & notat Alex. in l. pœnales. 32. nu. 4.
9 ff. eod. tit. † Et de augmento eſt tex. in l. ſerui
qui. 42. ff. ad leg. falcid. vbi de ſeruis reuerſis ab
hoſtibus l. cum quo. 56. in princip. ff. eod. vbi de
debitore tempore mortis non ſoluẽdo, qui po-
ſteà ditior factus eſt l pœnales. 32. in princ. verſ.
nam & ſi ita. ff. ad leg. falcid. vbi de conditione
debiti purificata poſt mortem teſtatoris.

Et facit quod dicimus de diminutione patrimonij
habente originem ex cauſa de præterito in vita
10 teſtatoris, † veluti euictionibus bonorum, &
ſimilibus, quæ ſpectant ad incommodum fidei-
commiſſarij vniuerſalis, & hæreditatem dimi-
nuunt, quaſi origo, & cauſa cuiuſq; rei ſit ſpe-
ctanda l. nam origo. ff. quod vi. aut clam. & in
terminis ita concludit Caſtr. in l. in ratione. la
2. in princ. ff. ad leg. falcid. Ruin. conſ. 109. nu 2.
lib. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 10. n. 46.

Quæ tamen ſunt intelligenda, vt procedant ad ef-
11 fectum, vt hęres poſſit detrahere falcidiam, †
quatenus ei locus ſit, neque enim illud quod eſt
ab eo ablatum debet in eam computari Bart.
in l. ratione. la 1. §. imperator. ff. ad leg. falcid.
Et declarat Rot. coram Card. Seraphin. Roman.
12 diminutionis legatorum. 5. iuly. 1596. † vbi in-
telligit, niſi ex coniecturis appareret teſtato-
rem aliud voluiſſe Rot. coram R.P.D. Oran. Ari-
minen. legati. 14. octobris. 1585.

Secundò prędicta ſunt declaranda non habere lo-
13 cum in nominibus debitorum, † quæ ſi effician-
tur deteriora cedunt periculo hęredis l. in ra-
tione. la 2. ff. ad leg. falcid. cum ſecus ſit quando
fierent meliora, quia tunc proderunt legatarijs
l. cum quo. ff. eod. Ratio differentiæ eſt; nam
quando certum eſt nomen debitoris eſſe ſoluẽ-
do, æſtimatio dicitur certa, cum res tãti valeat;
Ideo ſubſequens periculum ſpectat ad hæredem.
Quando autem non eſt ſoluendo, non ponitur in
14 calculo l. neſennius. 9 fin ff. ad leg. falcid. † Si
verò non apparet an debitor ſit ſoluendo, nec-
ne, tunc ęſtimatur dubius euentus, pro quanto
nomen illud potuiſſet vendi l. quærebatur. ad
leg. falcid. Vel quantum ab eo fuiſſet exactum
15 deductis expẽſis l quantitas. ff. ad leg. falcid. †
Dubio autem finito æſtimatur, quantum in ve-
ritate eſt l. cum titio. ff. eod. tit. Et ita declarant
Bart. & alij in l. cum quo. ff ad leg. falcid. Ideo ſi
poſtquam eſſet calculata falcidia eueniret ca-
ſus, vt nomen efficeretur bonum, non prodeſſet
legatarijs: quaſi tunc res ſit finita, vnde non am-
plius tractanda Caſtr. & Alex. in d. l. cum quo.
ad leg. falcid.

Quibus adde, quod iſta diminutio patrimonij poſt
mortem teſtatoris adeò pertinebit ad hæredẽ,
16 non autem ad legatarium ex ſupra allegatis; †
vt etiam habeat locum, quando hæres feciſſet
inuentarium; Tũc enim quoque peremptiones,
quamuis caſu contingentes, non debent noce-
re legatarijs cuiuſcunq; generis ſint, ſiue quan-
titatum, ſiue alijs, ſed oberunt hæredi, qui neq;
propter inuentarium poteſt conſeruari indem-
nis: Nam iura, quæ loquuntur de falcidia, &
diſponunt de hæredibus, & legatarijs confecto
17 inuentario non ſunt correcta, † cum etiam fal-
cidia de iure authenticorum permittatur vt
in auth. de hæred. & falcid. & ita in terminis
concludit Caſtr. in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de
iur. deliber. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ad
leg. falcid. Roland. de inuentar. 4. p. vtilit. 6. Rip.
18 in l. 1. §. ſi quis. ff. ad Senatuſconſ. trebellian. †
Quamuis Bart. & Raph. Comenſ. ſequantur cõ-
trarium in d. §. et ſi præfatam. de quibus per Pe-
regrin. de fideicomm. art. 49. n. 75. & 76. Quo-
rum opinionem plurimum valere ob magnam
auctoritatem, quam habent dicit Idem Peregr.
eod. tract. de fideicommiſſ. art. 10. num. 36. in
fin.

Digitized by Google

ſin. verſic. iure autem nouo.
Neque oberit quod hæres conſeruetur indemnis
19 per inuentarium; † Quia hoc procedit habito
reſpectu ad tempus mortis teſtatoris, vt pro bo
nis illius temporis teneatur legatariis; Non au-
tem ſequitur, vt damna, & lucra, quæ poſteà cõ-
tingunt non debeant ſpectare ad hęredem, quia
potius ad illum pertinẽt, quaſi in hoc hæres nõ
grauetur, qui è contra releuabitur in augmen-
tis, quæ cedunt commodo illius, non legatarij,
cuius legata non augentur *l. cum quo. 56. ad leg.
falcid. in ratione. l. 2. §. quantitas. ff. eod. tit.*

E P I T O M E.

Abſentes in quibus caſibus habeantur pro pręſentibus ita vt lucrentur fructus, & diſtributiones quotidianas, & quando Capitulum poſſit illas abſentibus concedere. Nouitius egrediens de monaſterio intra annum probationis, & poſteà reuerſus an coniungat primum tempus cum ſequenti. Epiſcopus abſens quando gaudeat alternatiua. Sententia condemnans in fructibus an comprehendat diſtributiones quotidianas, & in quibus differant.

S V M M A R I V M.

1 *Abſens cum licentia ſuperioris habetur pro præſente.*
2 *Vicelegatus habet eandem auctoritatem, quam Legatus, & poteſt ſubdelegare cauſas.*
3 *Delegatus Cardinalis Delegati habet facultatem ſubdelegandi.*
4 *Legati, & Vicelegati æquiparantur Proconſulibus.*
5 *Vicelegatus non poteſt remoueri à Vicelegato.*
6 *Clericus abſens cum licentia non perdit præbendam.*
7 *Monachus obligat Monaſterium pro expenſis ſtudij.*
8 *Eccleſia percipit vtilitatem ex doctoratu Monachi.*
9 *Pater obligatur pro expenſis per filium in ſtudio.*
10 *Abſens cauſa ſtudij habetur pro præſente.*
11 *Cauſa militiæ eſt magis iuſta, quàm illa ſtudiorum.*
12 *Coadiutor quando tempore abſentiæ lucretur fructus.*
13 *Epiſcopus abſens cauſa Reipublicæ an gaudeat alternatiua.*
14 *Nouitius egrediens è Monaſterio intra annum probationis quando poſt reditum coniungat tempus primum cum ſequenti, & n. 15.*
16 *Licentia debet dari ab habente poteſtatem.*
17 *Abſens quando habeat diſtributiones quotidianas. & n. 18. 19. & 28. Et quid in Canonicis ſeruientibus Epiſcopo. n. 20. & 30.*
21 *Indultum ad lucrandum fructus in abſentia an comprehendat diſtributiones quotidianas.*
22 *Diſtributiones quotidianæ dantur prouiſis de beneficio, quamuis non iurauerint, ſecus in fructibus.*
23 *Sententia condemnans in fructibus quando comprehendat diſtributiones quotidianas, & de cautela circa hoc. n. 24. & 25.*
26 *Fructus in quo differant à diſtributionibus quotidianis, & quando veniant illorum appellatione. nu. 29.*
27 *Penſio conſtituta ſuper fructibus quando cenſeatur conſtituta ſuper diſtributionibus quotidianis.*
31 *Capitulum an poſſit concedere, quod abſens lucretur diſtributiones quotidianas. nu. 33. 34. 35. & 36.*
32 *Dolus quando poſſit remitti.*

C A P V T C L X V I.

Milites & Doctores abſentes de licentia ſui
Superioris habent ſalarium pro tempore
1 abſentiæ, † quaſi tunc dicantur ſeruire, & ha-
beantur pro præſentibus, cũ adſint licito com-
meatu *gloſ. in l. hac legi. 14. in verb. deductio-
ne. C. de proxim. ſacror. ſerin. lib. 12. & in l.
desertorem. 2. in princ. in verb. ſi ad diem. de re
milit. Bald. in l. ſi ea. in fin. C. de condit. inſert.
Sard. conſ. 42. lib. 1. dixi deciſ.* 200. Vbi quod
ita fuit ſeruatum in Iudicibus Rotæ Marchiæ:
Itaut non ſit facienda differentia, an Legatus,
ſeu Vicelegatus licentiam conceſſerit, quia per
Conſtitutionem eiuſdem Rotæ etiam illi datur
huiuſmodi facultas, quæ licèt ei non concede-
2 retur; † Tamen ad illum quoq; ſpectaret, cum
habeat eandem auctoritatem, & ſit tanquam
Legatus *Caputaq. deciſ. 341. p. 3.* vbi ex hoc
infert poſſe ſubdelegare cauſas à Principe com-
miſſas *iuxt. c. ſuper quæſtionum. 27. de off. de-
leg.* etiam omiſſa forma *auth. ad hac. C. de iu-
dic.* quæ de Iure Canonico non ſeruatur, vt ibi
notat *Bald. in princ. post verſic. tertia autem
3 part loquitur.* † Ideo etiam Delegati Cardi-
nalium delegatorum poſſunt ſubdelegare, quia
ipſi ſunt Proconſules *c. 2. de offic. leg. in 6.
Bald. in l. à iudice. 5. in princ. verſ. oppono con-
tra regulam. C. de iudic.* & ibi *Iaſ. col. 1. in fin.
n. 7. verſ. ſubdit per iſta.* Et quemadmodum
4 Legati æquiparantur Proconſulibus, † qui in
prouincijs ſunt ordinarij *l. 1. de offic. proconſ.*
Ita eorum Vicelegati ſunt tales *Caputaq. de-
ciſ. 341. in fin. p. 3.* Prout etiam Vicelegatus
tanquam à Papa ſubſtitutus non poterit reuo-
5 cari à Legato † *Bald. in l. aliquando. q. 9. nu. 6.
de offic. proconſ. & legat. post Bart. in l. 1. §. hi
quibus. ad med. de leg. 3. & in l. ſuggerente. C.
de offic. eius qui vic. alt. ger. Franc. Marc. de-
ciſ. 421. quæritur an vicarius. n. 5. lib. 1. Nicol.
Moron. de fid. treug. & pac. q. 53. num. 4. tom.
11. p. 1. fol. 426.*
Non ſolum autem Doctores in caſibus ſupradi-
ctis habebunt ſalarium, ſed etiam quicunq; alij
abſentes de licentia Superioris, prout dicimus
6 de Clerico, † qui pro toto tempore abſentiæ
conſequitur præbendã, cũ aliàs ſine licentia il-
lam

lam perderet *gloſ. in l. hac lege. in verb. deductione. C. de prox. ſacror ſcrin. lib. 12. Surd. conſ.*
42. num. 1. lib. 1. & ae alim. tit. 8. priuileg. 97.
n. 7. Et idem eſt in Monacho, qui etiam poterit obligare Monaſterium pro expẽſis factis in
7 Studio, † ad quod ſe contulit de licentia Abbatis *gloſ. in c. non dicatis. in uerb. poſſidere. in*
princ. 12. q. 1. Etiam quo ad expenſam Doctoratus *Calder. conſ. x. de magiſtr. Anchar. conſil.*
441. oritur dubium. Felin. in c. ex parte. 11.
col. penul. in fin. verſ. quod ſucceſſor monachi.
nu. 3. de accuſation. Etenim dando licentiam
videtur Abbas omnia concedere, ſine quibus
non poſſet monachus abeſſe *l. ſed iulianus. 9. §.*
8 *quod dicitur ad macedon.* † Nam cum efficiatur peritus eſt vtilis, non ſolum ſuæ, ſed etiam
vniuerſali Eccleſiæ, quæ ad regimen, & gubernium indiget viris litteratis; vnde cum cedat
in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, non eſt deneganda
expenſa *Abb. in c. de multa. 28. n. 5. col. 2. verſic.*
circa ſublimes. de præb. Calder. d. conſ. 2. de magiſtr. col. 1. verſ. item iſtud. Quemadmodum
9 etiam dicitur de patre, † qui obligatur pro expenſis neceſſarijs, quas alius fecit pro filio exiſtente in Studio *l. ſed iulianus. §. quod dicitur.*
ad macedon. Quaſi hoc ceſſerit in illius vtilitatem, cum ſcientia filij ſit lætitia patris, & dignitas vnius gloria, & laus alterius *§. generaliter. in fin. ubi gloſ. in verb. occaſionem. auth. conſtit. quæ de dignitat. gloſ. in d. §. quod dicitur.*
in verb. ſolebat. in fin.

Idem eſt in abſentibus cauſa ſtudiorum, qui habẽ-
10 tur pro præſentibus, † & gaudent priuilegijs,
& commodis eorum, qui adſunt *Felin. in c.*
vlt. col. 1. de magiſtr. Menoch. conſil. 182. n. 8.
lib. 2. Vbi ampliat procedere etiam quo ad
euitandam pœnam, quæ per ſtatutum imponitur non habitanti, quia dicitur habitare, cum
abſit cauſa ſtudiorum *Soccin. conſ. 35. n. 8. & 9.*
11 *lib. 1.* Quod magis eſſet in Milite abſente, † cui
etiam euitabit dictam pœnam, cum cauſa militiæ ſit iuſtior, quàm illa propter ſtudia tanquã
probabilis, & neceſſaria, quaſi cauſa ſtudiorum
ſit tantum probabilis *Bart. in l. vlt. n. 3. de reſt.*
in integr. Iaſ. in §. rurſus. nu. 3. & ibi Gomeſ. n.
8. inſtit. de act. Menoch. conſ. 182. n. 9. lib. 2.

Simile eſt in Coadiutore abſente, qui lucratur
12 fructus in tribus menſibus abſentiæ, † qui dantur pro quiete, & recreatione à Concilio Tridentino *c. 12. §. præterea. ſeſſ. 14. Nauar. conſ. 2.*
in fin. uerſ. octauo quod ex his infertur. nu. 6. de
cleric. ægrot. Dummodo iſti tres menſes non
ſint diuerſi inter coadiutorem, & proprietarium, nam vnus non debet habere tres menſes,
& alius etiam tres, ſed vtriq; connumerabitur
dicta dilatio trium menſium *Rot. per R. P. D.*
Peniã Salamantin. coadiutoriæ. 25. iunij. 1593.
Gonzal. de alternat. ad reg. 8. cancell. gloſ. 5.
§. 9. nu. 13. vbi etiam *n. 15.* ampliat ad aliud
legitimũ impedimẽtum infirmitatis, carceris,
& ſimilis, quia cum habeatur pro præſente facit fructus ſuos *Nauar. conſ. 2. de cler. ægrotat.*
Hinc dicitur Epiſcopum abſentẽ cauſa Reipu-
13 blicæ gaudere beneficio alternatiuæ, † cum habeatur pro præſente *Mandoſ. conſ. 18. nu. 11.* &
declarauit *Sacra Congregatio Conc. Trid.* prout
refert *Pariſ. de reſign. benef. lib. 1. q. 10. nu. 58.*
Licet hodie ſecus ſit, cum in *reg. 8. cancellar.*
addita ſint illa verba veram reſidentiam, per
quæ debet excludi ficta, vnde requiritur vera,
& præciſa, prout reſoluit eadem *Congregatio*
Concilij, & notat *Gonzal. ad d. regulam 8. gloſ.*
43. num. 85.

Et adeo iſta licentia operatur præſentiam, vt quãuis nouitius exiẽs de Monaſterio intra annum
14 probationis, † poſtea ad illud reuerſus nõ poſſit adimplere annum coniungendo primum
tempus cum ſequenti, quaſi annus debeat eſſe
continuus *Abb. & Anchar. in c. ad apoſtolicam. de regular. Silueſt. in verb. religio. 5. q. 4.*
n. 4. Tamen quando de licentia Superiorum
exiuit propter malam valetudinem, & poſtea
reuertitur habetur pro præſente, ac ſi nunquam
fuiſſet egreſſus, & poteſt coniungere primum
tempus cum ſequenti, cum non ſtet per eum,
ad quem pertinet, quominus cõditio adimpleatur, itaut ſit habenda pro impleta, prout ita reſolutum per *Illuſtriſſimos Cardinales. Congregationis Concilij* teſtatur *Gonzal. Mendez. Vaſconcell. lib. 2. var. iur. argum. c. 15.* vbi limitat in Nouitia, quæ ob curandam valetudinem
exiuit de monaſterio cum licentia Abbatiſſæ,
15 † quæ reuerſa non poteſt annum adimplere,
quaſi habuerit licentiam ab ea, quæ non poteſt
concedere, vt nouitia exeat à monaſterio. Ideo
requiritur, vt licentia detur ab habente pote-
16 ſtatem, † quia aliàs non ſuffragaretur *Bald. in*
auth. habita. n. 22. col. 4. verſ. ſed quid de doctore. C. ne fil. pro patr. Alex. Cagnol. Surd. & alij
quos adduxi deciſ. 200. n. 2.

Quamuis autẽ dictis abſentibus concedatur per-
17 ceptio fructuum beneficiorum, non tamen, † cũ
de hoc dubitaretur, Dixi concedendas eſſe diſtributiones quotidianas, quamuis abſint de licẽtia Papæ *gloſ. in c. licet. 32. in verb. diſtributiones. de præbend. Couar. lib. 3. var. reſolut. c.*
13. n. 2. Et quamuis abſentia eſſet ex cauſa ſtudiorum, prout cenſuit *Sacra Congregatio Concilij*, quæ ita declarauit *c. 3. de refor. ſeſſ. 21.*
eiuſd. Concil. extẽdẽdo etiam ad Canonicos,
Lectores Sacræ Scripturæ *iuxta c. 1. ſeſſ. 5.*
eiuſd. Concil. Trident. licèt ex gratia conceſſa
per *Sanctiſs. mem. Greg.* XIII. fuerit quo ad
18 eos limitata dicta diſpoſitio, † itaut tanquam
præſentes in choro habeant diſtributiones quotidianas non modo pro illis horis, quibus legunt, ſed etiam pro tota die. Quemadmodum
etiam abſentes cauſa ſtudij haberent dictas di-
19 ſtributiones; † ſi ita conſuetum eſſet in
illa Eccleſia *Dec. Exea. & alij per Couar. lib. 3.*
var. reſolut. c. 13. n. 5. in fin. verſ. tertio eadem
ratione infertur. Et de Canonicis inſeruientibus Epiſcopo, quod neq; habeãt diſtributiones
20 quotidianas, † latè *Gonzal. Mendez. Vaſconcell. lib. 1. var. iur. argum. c. 10. num. 19. & 20.*
Et quamuis poſſit Epiſcopus duos Canonicos
eli-

eligere, qni pro præſentibus habentur, dum in
eius ſeruitio commorantur *cap. ad audientiam. & c. de cætero. de cler. non reſident*. Tamen di-
ctis iuribus hodie non erit locus inſpecta vber-
tate redituum Epiſcopatus, & multitudine pe-
ritorum, quibus poſſunt commodè vti Epiſco-
pi in ſuo ſeruitio Rebuff. *in pax. benef. de vi-
car. epiſcop. n. 5.*

Et regulare eſt, quod etiam indultum conceſſum
21 alicui ad lucrandum fructus in abſentia † non
comprehendit diſtributiones quotidianas *gloſ.
in c. vnic. in uerb. adfuerint. de cleric. non reſi-
dent. in 6. Caſſador. decisſ. 1. eod. tit.* quamuis au-
ctoritate diſpenſationis, & priuilegij ſpecialis
ſeruiat Eccleſiæ per Vicarium, nam neque iſtæ
diſtributiones dantur abſenti, quia perſonale
miniſterium non exhibet Eccleſiæ, nec Vicario,
cum non ſit Canonicus Calder. *conſ. 1. de cleric.
non reſident. Couarr. lib. 3. uar. reſolut. c. 13. n. 2.
uerſ. etiam ſi diſpenſat onis.*

Ideò huiuſmodi diſtributiones dantur prouiſis de
22 beneficio, † quamuis non iurauerint, licèt quo
ad fructus aliud ſit, nam illos non acquirunt,
niſi prius præſtito iuramento fidei per ſe ipſos,
& non per procuratorem *Concil.* Trident. *c. 14.
de reformat. ſeſſ. 24.* cum diſtributiones prædi-
ctæ non veniant appellatione fructuum, neque
comprehendantur ſub verbis *d. c. 12.* prout de-
clarauit *Sacra Cong. eiuſdem Concilij.*

Quod magis eſſet in materia ſtricta, in qua minus
23 venirent diſtributiones quotidianæ, † prout in
ſententia, quæ condemnans in fructibus benefi-
cij non includit diſtributiones, quaſi non ſint de
corpore beneficij, ſed percipiantur ratione ſer-
uitij perſonalis latè Boer. *deciſ. 340. & videtur
tale ſtatutum col. fin. n. 4.* Quamuis de ſtilo Cu-
riæ Romanæ, ſi lis eſt ſuper canonicatu, & præ-
benda, & poſſeſſor condemnatur in fructibus,
tenetur etiam ad diſtributiones quotidianas,
dummodò is, qui obtinuit ſententiā fuerit pro-
teſtatus apud acta contra poſſeſſorem benefi-
24 cij, † quod poſſidens reſideat, & ſic participet
de diſtributionibus intereſſēdo diuinis, aut poſ
ſeſſionem canonicatus dimittat; Itaut iſta pro-
teſtatio fiat principali, cum non ſufficeret, ſi fie-
ret procuratori etiam ſpeciali, quaſi fiat ad ef-
25 fectum, vt principalis amittat poſſeſſionem; †
Immò quoq; debet exprimi in proteſtatione fa-
cta etiam legitimæ perſonæ, quod proteſtans
erat paratus ire ad reſidēdum, & inſuper ad in-
ſeruiendum, & intereſſendum diuinis, proteſtan
do non ſimpliciter de fructibus, ſed etiam de di-
ſtributionibus, cum aliàs ſine iſtis requiſitis cō-
demnatio in fructibus non comprehenderet di-
ſtributiones, prout eſt deciſio *Rot. corā* R. P. *D.
Oradino Irlenden. fructuum. 24. ianuarij. 1556.*
& per Card. *Lancellot. Tarſonen. beneficij. 17. ia-
nuarij. 1577.* & voluit amplè omnia proſequen-
do Lancellot. *de attent. c. fin. p. 3. & vlt. nu. 23.*
26 *vſque ad n. 34. tom. 5. fol. 461.* † Et multas diffe-
rentias quo ad fructus, & diſtributiones addu-
cit *Prob. ad* Monac. *in c. vnic. de cleric. non re-
ſident. in 6. Gomeſ. in reg. de valor. q. 8.* Gemin.
conſ. 85 nu. 20. Et quando eſſet dictum pro qui-
buſcunque redditibus quod comprehendantur
etiā diſtributiones ponit *Mandoſ. conſ* 15. *nu. 7.*

Ita etiam conſtituta penſione ſuper fructibus per
Summum Pontificem non cenſetur impoſita ſu-
27 per diſtributionibus quotidianis, † cum iſtæ
habeant diuerſam naturam à fructibus, & illo-
rum apppellatione non veniant, prout in ſpecie
concludit *Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 13. n. 1.
Gonſal.* Mendez. V*aſconcel. lib. 2. diuer. iur. ar-
gum. c. 14. n. 31.* Dummodò emolumentum to-
tum beneficij non conſiſtat in diſtributionibus
quotidianis, tunc enim cenſebitur penſio con-
ſtituta ſuper diſtributionibus, ne actus ſit eluſo-
rius, prout in Eccleſijs Cathedralibus Luſita-
niæ ſeruari dicit V*aſconcell. ibid n. 31. in fin.* vbi
etiam *nu. 37.* quod penſio conſtituta ſuper fru-
ctibus, & diſtributionibus quotidianis non eſt
ſoluenda per Canonicos pro tempore, quo va-
cauit beneficium *Nauar. conſ. 47. lib. 4.* Guter.
canonic. quæſtion. c. 1. n. 129.

Immò quamuis etiam abſens haberet priuilegium
28 habendi dictas diſtributiones quotidianas, † ta
men intelligeretur quo ad eas quę conſiſtunt in
pecunia, nō in alijs puta victualibus *Archid. in
c. ſacerdos. n. 3. 1. q. 2.* Dummodò partim ſint in
pecunia, partim in victualibus, quia ſi omnes
eſſent in victualibus venirent in huiuſmodi pri-
uilegio ob illam rationem, ne aliàs eſſet cluſo-
rium Mobed. *deciſ. 6. de præben.*

Et quod dictum eſt diſtributiones iſtas non venire
appellatione fructuum intellige de illis, quæ ſin-
29 gulis diebus diſtribuuntur, † ſecus ſi in fine an-
ni, quia tunc magis accedunt ad fructus, quam
ad diſtributiones quotidianas *Caputaq. deciſ.
29. in fin. p. 2.* Aliæ enim magis debentur in ſer
30 uientibus, † ideò non dantur Canonicis aſſo-
ciantibus Epiſcopum celebrantem in alia Ec-
cleſia, neque illis, qui dicunt miſſas priuatas,
quando cantantur horæ in choro; prout decla-
rauit *Sacra Congrigatio Conclij*; Niſi fuerint
iuſſi ab Epiſcopo tunc dicere dictas miſſas, quā-
uis à talibus iuſſionibus debeant abſtinere, vt
per *eandem Congregationem* mandatum fuit.

Amplius neque capitulum poſſet concedere, quod
31 abſens lucretur diſtributiones quotidianas, †
prout reſoluit *Sacra Congregatio Concilij*, & te-
ſtatur Rot. *coram* R. P.D. Ç*occin. hiſpalen. di-
ſtributionum 2. maij. 1603.* nbi declarat *gloſ. in
c. 1. in verb. ſuas. de cler. non reſid. in 6.* per qnam
non concluditur, quod valeat conuentio, vt di-
ſtributiones perdendæ remittantur in abſentia,
prout à multis allegatur, ſed ſolùm, quod is, cui
iam accreuerant ipſo iure poſſit eas remitte-
re, ideſt conſentire, ne ille, qui iam diſtributio-
nes perdidit teneatur ei reſtituere; quæ longè
ſunt diuerſa à pactione, & per quā quis paciſci-
tur, vt non perdat diſtributiones in abſentia; Ra
tio eſt quia dolus præteritus poteſt remitti, non
32 autem fututus, † ne quis inuitetur ad delin-
quendum *Iaſ. in l. ſi vnus. §. illud. in princ. ff.
de pact.* Socin. *conſ.* 201. *abundè & ſubtiliter.
n. 2. col. vlt. ad med. lib. 2. Doct. in l. conuenire. de
pact.*

Digitized by Google

pact.Corn.conſ.240. col.vlt.lib.4. cum declara-
tionibus, de quibus per *Seraphin.priuil.iuram.*
108. n.4.iuncto nu.11. cum ſeq. Et ita in ſpecie
33 diſtributionũ † declarat N*auar. de hor.canon.*
et orat.poſt c.21.miſcell.59.n.3.verſ.pro cõcordia
horum arbitror. Et voluit Fr*anc. in c. vnic. §.*
qui vero.n.4. poſt med. verſ. licèt illi poſſent. de
cleric.non reſident.in 6. vbi quod valet donatio
de bonis, quæ clericis acquiruntur ex non in-
tereſſentia per augmentum, quando accreſcunt
ſocijs,cum ſecus eſſet ſi applicarentur eccleſiæ,
quia tunc nullo modo donatio valeret, Nam
debent conuerti in vtilitatem Eccleſiæ *gloſ. in*
clem.2.de vit. & honeſt. cleric. iuxta notata *in*
c.fin.de reſcript.in 6. Vndè non poterunt cano-
nici retinere, aut remittere, cum lex prohibeat
illis receptionem, prout declarat G*emin. in d.*
c.vnic.§.qui vero.col. fin. in gloſ. in verb. ſuas.
n.10. verſ. poſſent concordari. de cleric.non reſi-
34 *dent. in 6.*† Et quod conſenſus clericorum non
poſſit facere,vt qui non interfuit diuinis habeat
diſtributiones quotidianas concludit quoque
35 M*enoch.de arbitrar.caſ.429 n.6. in addit.*† vbi
etiam quod neque ſtatuto, aut lege hoc poteſt
conſtitui N*auarr.de hor.canonic. & orat. cap.5.*
n.20. & c.21. nu.63. latè G*onzal.Mendez Va-*
ſconcell. lib. c.diuerſor. iu.argument. cap.9. vbi
quod nulla via poſſunt Canonici donare diſtri-
butiones quotidianas,aut de illis gratiam face-
re abſentibus,quaſi tunc dolus præſumatur *c.ex*
36 *tenore. de reſcript.* † Quamuis ceſſante dolo ex
rationabili cauſa valebit donatio, vt de Cano-
nico in exilium miſſo per viam eleemòſynæ, ſi
aliàs canonicas non poſſet ſibi victum quærere.
F*rob.in c. vnic.n.27.de cleric.non reſident. in 6.*
Et de carcerato ſine iuſta cauſa, & in ſimilibus
de quibus V*aſconcell. ibid.n.16.17. & 19.*

E P I T O M E.

Officia quando poſſint concedi vltra vitam concedentis,& an in illorum reſignatione requiratur ſuperuiuentia iuxtà regulam de viginti. Procuratores, Vicarij, Habentes beneficia amouibilia,& ſimiles ſemel approbati an poſſint remoueri ſine cauſa. Feuda, & officia quando tranſeant ad fœminas. Notarius an poſſit exercere extra iuriſdictionem eius, qui illum creauit, & ſcribere in cauſis delegatis, & appellationum.

S V M M A R I V M.

1 *Officia quando poſſint concedi poſt vitam concedentis.n.5.6. & 7. Et quid ſtante conſuetudine. n.8. & 9.*

2 *Par in parem non habet imperium.*

3 *Diſpoſitio non poſt conferri in tempus, in quo non valeret actus.*

10 *Notariatus conceſſus ab Epiſcopo quando vacet per illius obitum. & n.11.*

12 *Reſignans officium,an debeat ſuperuiuere iuxta regulam de viginti. n.13. & 14.*

15 *Officialis deputatus ad beneplacitum an poſſit remoueri ſine cauſa. n.17. & 18.*

16 *Precarium an poſſit ſtatim reuocari.*

19 *Ex duobus notarys electis ſi vnus capit ſcribere, alter non poteſt ſe intromittere.*

20 *Iudex an poſſit eligere Nuntios, & Notarios; & ab illis aliquid percipere. n.21.*

22 *Beneficia manualia quando non ſint amouibilia,ita vt remoto competat officium iudicis.& num. 27.*

23 *Locumtenens,& Vicarius an poſſit amoueri ſine cauſa. n.24. & 25.*

26 *Procurator an ſine cauſa reuocetur.*

28 *Sequeſtratarius eſt loco depoſitarÿ, & non remouetur ſine cauſa, neque ipſe poteſt ſequeſtrum ſuſceptum deponere. n.29.*

30 *Officium conceſſum per contractum non poteſt tolli per principem. & n.31.*

32 *Officium datum pro filÿs, & deſcendentibus quando tranſeat ad filias. n.33. & 35.*

34 *Filia contrahens matrimonium eſt finis familia.*

36 *Feudum deſcendit ad fœminas. & nu.39.Intellige, vt nu.37.*

38 *Priuilegium conceſſum maſculis,& fœminis an comprehendat nuptas.*

40 *Officium ex gratia conceſſum quando poſſit reuocari. & n. 41.*

42 *Approbatus an poſſit reprobari.& n.43.*

44 *Medicus ſpiritualis, & corporalis quando poſt electionem poſſit remoueri.*

45 *Doctor an poſt doctoratum poſſit reprobari.*

46 *Officium ad beneplacitum durat poſt mortem concedentis,& non remouetur ſine cauſa.*

47 *Beneplacitum facit conceſſionem perpetuam,& ſignificat arbitrium boni viri. n.48.*

49 *Cauſa motiua quando ſufficiat ad remouẽdum.*

50 *Princeps an tollat alicui ius ſuum.*

51 *Princeps debet tueri iura alterius.*

52 *Spoliatus auctoritate Principis ante omnia reſtituitur.*

53 *Cauſa iuſta quæ dicatur ad remouendum officialem.*

54 *Examinatus ſemel quando ſit denuo examinandus.*

55 *Notarius quando poſſit vti officio extra metas iuriſdictionis eius,qui illum creauit.*

56 *Notarius Epiſcopi an debeat actitare cauſas delegatas. & n. 58.*

57 *Factum per delegatum dicitur fieri à Delegante.*

59 *Notarius cauſæ principalis an poſſit ſcribere acta appellationis.*

60 *Dictio alijs adiuncta termino vniuerſali denotat etiam cauſas maiores.*

C A P V T CLXVII.

QVo ad officia tabellionem, vel aliorum
officialium, quæ debent prouideri per
Epiſcopos, ſeu alios, cum dubitare-
tur an poſsint per eos concedi vltra illorum vi-
1 tam † Dixi ſeruandam opinionem negatiuam
Epi-

Digitized by Google

Epiſcopus enim aut ſimilis officialis non poteſt
grauare ſucceſſorem Bart. in l. ambitioſa. col. 2.
in princ. verſ. & ex his poteſt colligi. n. 5. de de-
cret. ab ordin. faciend. Bald. in c. vnic. col. 1. verſ.
nota quod prælatus. n. 3. & verſ. & adde. n. 5. qui
ſucceſſor. feud. dar. tenean. Gabr. de iur. quæſit.
non tollen. concluſ. 5. n. 6. verſ. tertiò limita.

Præſertim quia par in parem non habet impe-
2 rium † l. nam & magiſtratus. 4. de arbitr. Bald.
in l. digna vox. 4. in fin. n. 3. in vlt. notab. C. de
legib. Et quia non licèt alicui conferre ſuam di
ſpoſitionem in tempus, in quo non poteſt face-
3 re actum † l. quod ſponſæ. C. de donat. ant. nupt.
Doct. in l. eum qui. §. iudicare. debere. de iuriſd.
4 omn. iudic. Et ita in ſpecie de notario † con-
cludit Afflict. deciſ. 101. in princ. & eſt deciſio
Rot. coram Cardin. Lancell. Roman. officij æſti-
matoriatus. 24. aprilis. 1570. vbi de Conſeruato
ribus Vrbis, qui non poſſunt conferre officia
in præiudicium ſucceſſorum; Ideò fuit declara-
ta nulla Coadiutoria data habenti officium
5 æſtimatoriatus, † quamuis interuenerit con-
ſenſus coadiuti, quia talis conſenſus operatur
ſolùm, vt illi præiudicetur, & excludatur votum
captandæ mortis, non autem, vt per eum occur
ratur præiudicio ſucceſſorum, quibus nõ poteſt
præiudicari per anteceſſorem Socein. loquẽs de
Prioribus Ciuitatum conſ. 53. lib. 3. alias. 288.
miror. n. 4. lib. 2.

Quę quidem procedũt ſiue notarius, aut officialis
6 creatus ab Epiſcopo eſſet ante à notarius, † ſiue
nouiter factus fuiſſet ab eo tabellio, cum antea
eſſet priuata perſona; Quia nulla ratio differen
tię adeſt in vno, quã in alio quo ad pręiudiciũ
ſucceſſorum, qui potius per hanc viam poſſent
facilius fraudari nominationibus officialium,
quę ad eos ſpectant, cum anteceſſores nomina-
rent priuatum, qui nõ eſſet notarius Felin. Ga-
br. & alij allegati per Gonzal. ad reg. 8. cancell.
de alternat. gloſ. 5. §. 11. n. 22. in fin. vbi dicit
7 hanc opinionem indiſtinctè eſſe veriorẽ, † quid-
quid diſtinguat Molin. de primog. hiſpan. lib. 1.
c. 25. n. 17. vbi ita concordat ſententiam Afflict.
d. deciſ. 101. cum opinione contraria Alber. in
l. digna vox. n. 1. C. de legib. & Bald. in c. 1. n. 4.
qui ſucceſſ. feud. dar. poſſ.

Verum ſi probaretur cõſuetudo eſſet valida pro-
uiſio vltra tempus officialis, & poſt finitum
8 eius officium, † vel obitum Gonzal. de alternat.
gloſ. 5. §. 11. nu. 18. & eſt deciſio Rot. per Card.
Paleott. Barchinonen. Caſtellania quæ eſt in im-
preſſis diuerſ. 622. p. 3. lib. 3. n. 10. vbi approba-
tur huiuſmodi conſuetudo in officijs, in quibus
non habet locum Paulina, cum aliquando va-
cẽt, quod ſecus eſt in bonis immobilibus, & alijs
9 quæ nunquam vacant, † Dummodò tamen con-
ſtaret de conſuetudine pręſcripta c. fin. de con-
ſuetud. Rot. deciſ. 6. eod. tit. in nou. Et cum con-
tradictione aliorum officialium ſucceſſorum,
quibus pręiudicatur Afflict. deciſ. 388. n. 2. & in
terminis de officijs, de quibus loquimur eſt de-
ciſ. Rot. coram Cardin. Lancell. Roman. officij
æſtimatoriatus. 9. octobris. 1570.

Idem eſſet ſi prouiſio fieret per Epiſcopum de no-
tariatu, aut ſimilibus officijs cum conſenſu Ca
10 pituli, † quia tunc Eccleſia videretur conſenti-
re, quæ non moritur, ideo valebit per totam vi-
tam prouiſi Afflict. in ſpecie deciſ. 101. num. 3.
Gonzal. de alternat. gloſ. 5. §. 11. num. 18. & 21.
vbi addit etiam caſum, quando prouiſio eſſet
confirmata ex certa ſcientia à Sede Apoſtolica
11 Rot. diuerſ. deciſ. 622. n. 10. & 14. lib. 3. p. 3. † Du
rabit tamen officium prouiſum per Capitulum
durante vita officialis, ita ut illo decedente non
poſſint filij tanquam patris hæredes prætende
re quod Capitulum teneatur ſeruare contra-
ctum cum patre geſtum, quaſi officia ad hære-
des non tranſeant l. tutela. 16. de tutel. l. 1. de fi-
deiuſſor. & nominator. & hæred. tutor. Bald. in
l. 3. §. ſed & ſi quis. n. 8. C. commun. de legat. &
ita in officio exactoris, quod vulgò dicitur prio
ſtrado Eccleſiæ Eborenſis concludit Gundiſal.
Mendez. Vaſconcell. lib. 2. diuerſ. iur. argum.
c. 13. per tot.

An autem habens huiuſmodi officia notariatus, &
ſimilia in caſibus, in quibus durat prouiſio per
totam vitam prouiſi, & vbi poſſent reſignari ex
aliquo priuilegio ſpeciali, aut conſuetudine,
12 vel ſtatuto, † Reſignans debeat ſuperuiuere per
viginti dies iuxta regulam de viginti; cum de
hoc dubitaretur Dixi verius eſſe, vt non requi-
ratur iſta ſuperuiuentia, quia dicta regula pro-
cedit in ſolis beneficijs, non autem in officijs
ſecularibus, quidquid ſit in ſpiritualibus Gomeſ.
13 in ead. regul. de infirm. reſignant. q. 22. † Dũ-
modo non conſtaret de conſuetudine in con-
trarium, aut non adeſſet ſtatutum particulare,
quod tunc deberet ſeruari, prout in Gallia,
vbi quo ad reſignationes officiorum requiritur
ſuperuiuentia quadraginta dierum Petr. Gre-
gor. ſintagm. iur. c. 18. num. 8. p. 2. Rebuff. de in-
fir. reſign. gloſ. 5. p. 3. in prax. benef. Pariſ.
de reſignat. lib. 12. q. 1. in fin. nu. 35. Gonzal. ad
regul. 8. cancell. §. 11. num. 23. & 24. in fin.
14 Vbi etiam addit caſum, † quando reſignatio
fieret in fraudem eminentis vacationis, quia
reſignãs erat infirmus Franc. in c. 2. in princ.
de renunc. in 6. Couar. in c. ad hæc. 8. de te-
ſtam. Et ob huiuſmodi ſuſpicionem fraudis
poſſet Epiſcopus negare admiſſionem reſigna-
tionis, & ſi fuiſſet admiſſa, vacaret officium
per obitum illius, neq; tranſmitteretur ad hæ-
redes vt per Rot. in cauſa Conchen. officij nota-
riatus. 22. martij. 1604.

Quo verò ad notarios deputatos ad libitum, ſeu
beneplacitum, cum dubitaretur an poſſent re-
15 uocari ſine cauſa. † Veriorem opinionem
Dixi negatiuã, ſi appareret de malitia, aut do-
lo remouentis Guter. lib. 3. pract. q. 11. nu. 2.
Gonzal. qui ita ſeruari teſtatur de alternat.
gloſ. 5. §. 6. n. 41. Beneplacitum enim intelligi-
gitur de voluntate iuſtificata Corn. conſil. 92.
num. 11. lib. 2.

Quare etiã precarium licèt poſſit reuocari quan-
16 docunq; & ad beneplacitum, † non tamen po-
teſt fieri, vt omni cõmodo priuet illum, cui fuit

con-

conceſſum, & damno eũ afficiat *l. in cõmodato.*
17. §. ſicut autẽ. verſ. atq; intempeſtiuè ff. commod Vnde Iudex arbitrabitur tempus vtendi,
& reddendi rem precario conceſſam *Abb. in c.*
vlt. in fin. n. 13. de precar. Alex. in l. ſi pœnã.
de verb. obligat. Menoch. de arbitr. caſ. 23.
num. 4. Couarr. c. 15. variar. reſolut. lib. 3.
num. 6.

Idem voluit *Felin. in c. quoniã contra. not. 2. nu. 4.*
17 *de probat.* † Vbi quod Iudex non poteſt mutare notarium ſemel electum ſine cauſa vſq; ad
finem cauſæ *Caſtrenſ. in l. teſtamenta omnia.*
18. C. de teſtam. Bald. in l. 2. in fin. verſic. idem
in tabellione. n. 9. C. quom. & quand. iud & in
auth. ſed iudex. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi de nota-
18 rio actorum, *& in l. 1. C. de ſportul.* † Et idẽ
in ſimilibus officialibus *Roman. conſ. 467. vt*
clara. vbi de Rectore Hoſpitalis, qui nõ amoue-
tur ſine cauſa per deputatos, quamuis habeãt
facultatem prouidendi, prout eis videbitur,
Et de non remouendis ſuis officialibus per Epi-
ſcopos ſine cauſa *Boer. deciſ. 149. nu. 24.*

Immo duobus tabellionibus electis ſi vnus cœperit acta ſcribere, alius non poterit ſe intromit-
19 tere, niſi impedito primo † *Bald. in l. 1. ad fin.*
verſ. quid ergo. C. de ſport. Alex. conſ. 137. in
cauſa & lite. in fin. verſic. non omitto quod iudex. lib. 2. Itaut neq; conſenſu partium poſsit
mutari ſcriba, qui cœpit in cauſa ſcribere, licèt
enim concedatur mutatio perſonæ de conſenſu partium, Tamen ſine cauſa in eius præiudi-
cium non eſt facienda *Boer. deciſ. 258. n. 2. in*
20 *fin.* † Et quando iudex poſsit eligere notarios,
& nuntios *Afin. in prax. c. 10. §. 14. num. 2.* vbi
etiã *n. 4.* quod partes illũ eligunt cõmunibus
expenſis, prout Conſultorem, qui neq; ſine
cauſa poteſt amoueri. Itaut ſit prohibitum iu-
dici participare, cum miniſtris cauſæ, & ali-
21 quid ab ipſis reciperc † *Franc. in c. ſtatutum. §.*
inſuper um. in princ. nu. 2. de reſcript. in 6. quod
dicit notandum cõtra multos iudices qui à tabellionibus recipiunt ſalarium.

Prout diximus de beneficijs manualibus, quæ de
22 ſui natura licèt ſint amouibilia † *Doctor. in*
c. præſenti. de offic. deleg. in 6. Mandoſ. reg. 33.
de annal. q. 11. n. 3. Tamen non daretur amo-
tio ex ſola malitia animo vindicandi propter
accuſationem datam, aut quid ſimile; itaut re-
moto competeret officium Superioris *Rebuff.*
de pacif. poſſeſsion. nu 331. verſ. ſecundo intelli-
ge. Dec. in c. ad noſtram. in fin. num. 7. de confir-
mat. vtil. vel inutil. poſt Innoc. in c. inſinuante.
nu. 2. verſ. ſi occurreret caſus. qui clerie. vel vo-
uent. Rot. diuerſ. deciſ. 778. n. 3. & 4 p. 1.

Quod etiam eſt in locũtenente alicuius, vel Vica-
rijs Epiſcopi, qui non poterunt amoueri ſine
23 cauſa, † ſed habebunt officium Iudicis de ma-
nutenendo *Guliel. Benedict. in c. raynutius. in*
verb. duas habens filias. n. 37. de teſtam. Ani-
leſ. in c. prætorum. in verb. fielmente. num. 4.
Franc. deciſ. 409. p. 2. Licèt in praxi hoc non
24 admitteretur, † vt teſtatur *Flores. pract. quæſt.*
lib. 1. q. 10. num. 35. in fin. vbi tamen conclu-
dit, quod iſti Vicarij ad nutum amouibiles non
poſſent ſaltèm amoueri niſi finito anno ſerui-
tij ſecundum *Rebuff. in prax. beneficial. lib. 2.*
tit. ac diſpenſat. ac non reſid. nu. 18. & de ma-
ter. poſſeſſor. in præfat. & art. 90. gloſ. vnic. tom.
3. Quod etiam voluit *Guter. de iuram. confir-*
25 *mat. p. 1. c. 58. n. 19.* † vbi quod Vicarius conſti-
tutus pro certo tempore non eſt reuocandus
ante tempus ſine iuſta cauſa, & quod ita in cõ-
ſilio regali fuit iudicatum reſtituendo illum
26 in ſuo officio; † Exemplo procuratoris, qui poſt
litis conteſtationem efficitur dominus litis, &
non poteſt ſine iuſta cauſa remoueri *l. procura-*
toribus. & l. poſt litem. de procurat. Quaſi ma-
gis grauet reuocatio Vicarij, quàm procurato-
ris, cum ſit officium honorabilius propter iu-
riſdictionem, quæ non eſt in procuratore; Ideo
difficilius erit concedenda remotio *Guter. d. c.*
58. n. 19. ad med.

Aliàs autem ceſſante dolo tam in iſtis beneficijs
manualibus, quàm in ſupradictis, & ſimilibus
27 caſibus admitteretur reuocatio, † cum remo-
uens vtatur iure ſuo, prout ita ſeruari dicit
Io. Andr. in c. cum ſingula. 32. in princ. de
præbend. in 6. vbi Gemin. num. 10. Rot. deciſ. 6.
de reſtit. ſpoliat. in nou. & deciſ. 1. eod. tit.
in antiq.

Prædictis adde hoc generale eſſe; vt officium ali-
28 cui conceſſum non poſsit tolli ſine cauſa, †
prout aliàs Dixi de ſequeſtratario, qui eſt loco
depoſitarij, & ſemel electus non poteſt mutari
ſine noua cauſa latè *Surd. conſ. 411. in fin.* vbi
etiam multa, quod poſſit alteri rem cuſtodien-
dam tradere nec teneatur rem depoſitam reſti-
29 tuere ante finitum iudicium. † Quemadmo-
dum neq; ipſe ſequeſter, aut depoſitarius non
poſſet deponere munus ſequeſtri ſuſceptum ſine
iuſſu, aut interlocutione iudicis, vel niſi alia
iuſta cauſa ſuperuenerit *Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. 7.*
§. fin. n. 4. & 5. ff. qui ſatiſd. cogant. per text. in
in l. ei apud quem. 5. §. fin. ff. depoſit. iunct.
l. vlt. §. ſin autem. verſ. per ſuam interlocutio-
nem. C. de bonis auctoritat. iudic. poſsidend.
Matth. Coler. de proceſsib. executiu. c. 11. p.
3. num. 9.

Magis eſſet in officio conceſſo ex contractu, quod
nõ poteſt per Principem tolli officiali ſine cau-
30 ſa † *Bald. in l qui ſe patris. 3. col. penult. nu. 10.*
verſ. hoc ſcias. C. vnd. liber. Bellug. in ſpecul.
princip. rub. 26. de priuat. offic. §. princeps. Cũ
etiam ille ligetur ex contractu *l. digna vox.*
C. de legib.

Quod procedit quamuis etiam in conceſsione ad-
dita ſint verba indulgemus, aut gratiam faci-
31 mus † *Bald. in d. l. qui ſe. patris. num. 10. Me-*
noch. de arbitr. q. 55. in addit. n. 4. Quia non
ceſſat, quod non fuerit ex contractu, vnde ex
eo debet Princeps obligari, Itaut etiã eius ſuc-
ceſſor teneatur *Bald. in l. digna vox. 4. in fin.*
n. 3. in vlt. notab. C. de legib. & in c. 1. in princ.
n. 2. de natur feud. Iaſ. conſ. 1. num. 1. lib. 1. Dec.
in c. 1. n. 1. & 2. de probat.

Itaut in huiuſmodi conceſsionibus officiorum,

quæ

Digitized by Google

quæ fiunt per habentem poteſtatem compre-
31 hendatur etiam filia ſuccedens officiali, † ſi
conceſſio fuerit facta pro ſe, filijs, & deſcenden-
tibus, quaſi priuilegium Principis debeat latiſ-
ſimè interpretari, & extendi etiam ad fœminas,
ne dum ad maſculos *c. priuilegium. de reg. iur.
in 6. Pinell. in rub. C. de reſcind. vendit. par. 1.*
33 *cap. 2. n. 10.* † Dummodo non ſimus in officio
eius conditionis, & naturæ, quod non conue-
niat mulieri, neque per illam poſſit exerceri, ta-
li enim caſu ex veriſimili intentione conceden-
tis verba priuilegij concepta pro ſuis deſcēden
tibus non poſſent verificari in fœmina tanquam
incapaci illius officij, maximè ſi iſta filia con-
traheret matrimonium, quaſi tunc familia in-
34 ea ceſſet, † cum non ſit de genere, ſed finis fa-
miliæ ſuæ *l. pronunciatio. 196. §. fin. de verb.
ſignific.* Vnde nō debet vti illo priuilegio, cum
in ea non verificetur *Bart. in l. quoties. nu. 2. C.
de priuileg. ſcholar. lib. 12. Dec. conſ. 122. nu. 3.*
35 *Roiat. de ſucceſſ. c. 3. nu. 21. & 22.* † Et ita in
ſpecie officij Secretariæ concludit *Spin. de te-
ſtam. gloſ. 19. princ. nu. 95.* vbi quod eſt no-
tandum, quia fuit multum litigatum, & ſecun-
dum iſtam opinionem obtentum.

Quibus conferunt quæ dicuntur de feudo, in quo
non eſt conſiderandus ſexus, ſed qualitas ſer-
36 uitiorum; † Itaut in caſu, in quo deberet con-
cedi feudum, æquius eſſet præterri proximio-
res etiam fœminas, quæ admitterentur ad pe-
tendam renouationem iuxta doctrinam *Bart.
in l. 1. §. permittitur. de aqu. quotid. æſtiu.*
Quando videlicet feudum non requireret ali-
quod ſeruitium perſonale, quod neque faceret
37 ipſam ſemper incapacem, † ſed illud tantum,
quod per eam non poſſet præſtari *Bald. in c. 1.
§. & quia vidimus. col. penult. poſt med. nu. 19.
verſ. quæro ſi feudum eſt datum. de his qui feud.
dar. poſſ. Dec. conſ. 32. col. 2. ad fin. nu. 4. Caſtr.
Pariſ. Rot. & alij* de quibus ſup. *cap. 88. nu. 25.*
38 *& 26.* † Et de priuilegio conceſſo maſculis, &
fœminis an extendatur ad filias nuptas latè *Ti-
raq. ad l. 1. connubial. gloſ. 1. par. 1. n. 34 vſque
ad n. 38. Rebuff. in l. pronunciatio. 190. §. mu-
lier autem. verſ. vnde infertur. de verb. ſigni-
ficat. Alex. conſ. 125. viſo proceſſu. nu. 6. lib. 7.*
39 *Felin. in c. nouit. 3. nu. 2. col. 1. de iudic.* † Et
de feudo cenſuali, improprio, ſeu conditiona-
to etiam requirente iuramentū fidelitatis quod
fœminæ ſint capaces multa adducit *Menoch.
conſ. 65. nu. 16. & per tot. lib. 1.* vbi teſtatur de
veriori opinione contra *Alex. conſ. 19. lib. 5.*

Ampliatur prædicta ad officia etiam ex mera gra
tia conceſſa cum temporis præfinitione, vide-
40 licet vſque ad tale tempus, † iſta enim neque
poſſent ſine cauſa per Principem reuocari *Ro-
man. conſ. 467. n. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt.
55. in addit. n. 10.* Quamuis aliud ſeruaretur, ſi
fuiſſent ex mera gratia conceſſa ſine d. præfini-
tione temporis *Idem Menoch. ibid. nu. 5.*

Minus eſſet dubitandum in Inferiore à Principe,
41 qui etiam habens facultatem eligendi, † prout
ſibi videbitur non poſſet ſine cauſa remouere
officiales per eum deputatos; Verbum enim
videtur ſignificat arbitrium boni viri, cui nun-
quam poterit placere iſta mutatio ſine cauſa
*Roman. conſil. 467. nu. 4. Menoch. de arbitrar.
q. 55. in addit. nu. 5.* Et facit quod dicimus de
42 ſemel approbato, † qui non poteſt amplius re-
probari *Dec. in c. cum venerabilis. n. 38. col. vlt.
ad fin. verſ. in tertia oppoſitione. de except.* Niſi
ſuperueniente cauſa, quia tunc admittitur re-
43 probatio *Boer. deciſ. 149. nu. 16.* † Exemplo
Collateralis Poteſtatis, qui inuentus imperitus
poterit reprobari *Bald. in l. ſed & reprobari. 7.
in princ. ff. de excuſat. tutor.* Quod tamen erit
propter fauorem publicæ vtilitatis, ob quam
44 iſtud permittitur, quamuis ſit illius quæſitum, †
Prout eſt in Medico, cuius reprobatio admitti-
tur quidquid aliàs fuerit approbatus propter ſa
nitatem, & vtilitatem hominū *d. l. ſed & repro-
bari. Oldrad. conſ. 18. circa primum articulum.
in princ. verſic. ſed contrarium.* Vbi multo ma-
gis extendit ad Medicum Spiritualem, in quo
maius præiudicium, & periculum vertitur cir-
ca imperitiam reſpectu animarum, quàm in il-
literatura Medici corporum *cap. cum ſit ars ar-
tium. de ætat. & qualit.* & eſt tex. *in l. 2. C. de
profeſſorib. & medic. lib. 10. & l. ut gradatim,
§. reprobari. de munerib. & honor.* quæ leges
loquuntur in Oratoribus, & Grāmaticis *& ibi*
45 *Io. de Plat.* extendit ad Doctores, † qui poſ-
ſunt reprobari, quamuis inſignia Doctoratus
receperint, cum expediat habere Doctores vti-
les, non formoſos, & rudes *cap. ſedulo. 38.
diſtinct.*

Extendentur quoque prædicta ad eos, qui fuerunt
deputati ad beneplacitum, quorum reuocatio
46 non erit licita ſine cauſa; † Cum etiam offi-
cium datum ad beneplacitum duret poſt mor-
tem concedentis *Gemin. in cap. ſi gratioſè col. 2.
in fin nu. 13. de reſcript. in 6. Ruin. conſil. 104.
nu. 2. & 11. verſ. ſecundo non obſtat. lib. 5. Me-*
47 *noch. de arbitr. quæſt. 55. in addit. n. 21.* † Ete-
nim conceſſio ad beneplacitū dicitur perpetua
*Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. q. 3. vbi Iaſ.
col. 5. ad med. n. 5. de nou. oper. nunciat. Bald.
in l. quiſquis. 17. nu. 1. verſ. ſi autem eſt dubium.
C. ſi cert. petat. Alexan. in l. principalibus. in*
48 *fin. ff. eod. tit.* † Et beneplacitum ſignificat
arbitrium boni viri, qui ſine iuſta cauſa non
aufert conceſſionem *Abb. in cap. verum. 7. in
vlt. notab. nu. 6. de for. compet. Capic. deciſ. 116.
nu. 4.* & notat *Bald. in l. pecuniam. 10. verſic.
quæro hic de ſtatuto. C. de condict. ob cauſ. Re-
buff. in auth. habita. nu. 262. C. ne fil. pro patr.*
Prout etiā idē eſſet ſi officialis poneretur quam
diu placuerit *Boer. deciſ. 149. nu. 11. per tex. in
l. iuris peritos in princ. ff. de excuſat. tutor.*

In habente verò poteſtatem ſupremam ſatis eſſet
49 ad remouendum cauſa motiua † *Bald. in l.
fin. col. vlt. C. de precib. imper. offerend. Ruin.
conſ. 230. nu. 9. lib. 1.* In quo tamen multum
Princeps animaduertet, ne abſq; legitima cauſa
aliquem rebus ſuis ſpoliet, vel cum alterius de-
trimento quidquam alteri concedat *l. 2. §. me-*

Digitized by Google

rito §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. pu-
blic. l. ſed cum hærede. 12. ad ſenat. conſul. tre-
bell. l. 3. C. vnd. vi. l. 4. C. de emancip. liber.
Quod ſemper ante oculos habuerunt etiam
priſci illi Imperatores; vt de Adriano refert
Zonara tom. 3. annal. & Xiphilinus in Adria-
no & de Auguſto Sueton. in eius vita cap. 56.
50 cum multis ſimilibus. † Et quamuis ſecundum
aliquos iſta intelligãtur in grauioribus incom-
modis; Nihilominus etiam in leuioribus illa
procedere multis oſtendit Radulph. Forner.
rer. quotidian. lib. 5. cap. 26. vbi etiam adducit
verum intellectum ad d. l. 2. §. ſi quis à prin-
cipe. verſ. niſi forte quis hoc impetrauerit ff. ne
quid in loc. public. Et ibi etiam docet non eſſe
admittendum quod vulgo dicitur permitti hoc
Principi abſque cauſa, quando illud nominatim
quoque teſtatur, quaſi poſſit ab ipſo iuris fonte
51 iniuria procedere; † Cum non ſit credendum
Principes, quorum officio magis incumbit iura
tueri, ea ſuo imperio velle ſubuertere l. ſi quan-
do. 35. in princ. C. de inoff. teſtam. l. meminc-
rint. 6. C. vnd. vi. Et etiam damni cuiuſcunque
licèt minimi ratio haberi ſolet l. ſi proprieta-
rius. 12 de damn. infec l. in maioribus. 20. C. de
appellat. Quod etiam procedit in factis per an-
teceſſores, quibus ſucceſſor debet fidem adhi-
bere, illa obſeruando Soarez. alleg. 8. nu. 21.
ſi enim Princeps ſua cupit obſeruari, Prædeceſ-
ſorum mãdatis venerationem præſtet velut cu
ſtodiam cap. iuſtitia. 35. q. 1. Nam illa non ſer-
uans dat materiam diſſoluendi ſua geſta per
ſucceſſores cap. inſtitut. 25 q. 2. Itaut contra-
ueniens factis prædeceſſoris ſibi dicatur con-
trauenire, quia ſemper eſt vnicum imperium
Bald. conſil. 326. vol. 3. lib. 1. Mut. in proœm.
conſuetud. panormit. n. 60. & 61. & c. 4. nu. 34.
Cum etiam ſpoliatus auctoritate Principis ſit
52 ante omnia reſtituendus, † quando cauſa non
cognita ſpoliatio procedit Salic. in l. auctori-
tate. C. vnd vi. Barbat. conſil. 41. colum. 5. lib. 1.
Capic. deciſ. 69. nu. 14. Menoch. conſ. 104. n. 74.
lib. 1. & de recuper. poſſeſſ. remed. 8. num. 72.
Quidquid aliàs ſecus ſit præcedente cauſæ co-
gnitione Bald. conſil. 295. ad euidentiam. Affl.
deciſ. 361. nu. 12. Pariſ. conſ. 99. nu. 18. lib. 4.
53 Rip. in c ſæpe. nu. 87. de reſtit. ſpoliator. † Quæ
autem cauſæ debeant eſſe, & quales ſufficiant
multa Idem Menoch. de arbitrar. q. 55. in ad-
dit. lib. 1. vbi de negligentia in officio, præua-
ricatione, contemptu, & inſufficientia, & ibi
etiam de Lectore conducto cum clauſula ſi non
placebit, quando dicatur inducere arbitrium
boni viri, itaut poſſit eſſe locus remotioni, cum
in huiuſmodi caſibus etiam poſt approbatio-
nem, & examen eſſet licita reuocatio, quaſi
propter publicam vtilitatem non habeat locum
regula illa, quod ſemel approbatus non poſsit
amplius reprobari, ſi inueniatur imperitus l. 2.
C. de profeſſor. & medic. lib. 10. cum alijs ſu-
54 prà allegatis; † Prout neque attendetur alia re-
gula, quod ſemel examinatus non ſit amplius
examinandus c. accepimus. de ætat. & qualitat.
Cardin. Paleott. deciſ. 83. Caputaq. deciſ. 367.
lib. 2. Quæ etiam procederent, quando acqui-
reretur nouus titulus, quia tunc deberet denuo
examen fieri Oldrad. conſ. 68. Rot. coram Card.
Seraphin. Calaguritan. iuris aſcendendi. 28. iu-
nÿ. 1599.
Inſuper quo ad huiuſmodi notarios creatos ab
Epiſcopis cum de hoc diſceptaretur Dixi poſſe
illos officio ſuo vti tantummodò intra metas
55 iuriſdictionis eorum, † qui illos conſtituerunt,
non autem vltra Specul. de inſtrum. edit. §. re-
ſtat n. 25. Prout dicimus de creatis ab vna Ci-
uitate, qui in ea ſolùm recipiunt inſtrumenta,
licèt illa deinde vbiq; probent Bart. in l. 1. in
fin. de offic. proconſ. & legat. Bellam. conſ. 42. col.
1. nu 3. & 4. Et in hoc iſti differunt ab eis, qui
creantur à Summo Pontifice, ſeu Imperatore,
quibus permittitur in quacũque parte Orbis of
ficium ſuum exercere Rol. conſ. 91. n. 18. lib. 3.
Cum hoc ſit ſpeciale in Papa, & Imperatore,
quaſi aliud ſeruandum ſit in ordinatis à Regi-
bus, & alijs inferioribus Vital. in clem. dudum.
§. ad bonorem. n. 72. de ſepultur & multis com-
probat Boer. deciſ. 142. ſequitur Surd. conſ. 257.
nu. 11. lib. 2.
Vltimò quo ad eoſdem notarios Epiſcopi cum
quæſitum eſſet an debeant actitare cauſas dele-
56 gatas per eundem Epiſcopum † Dixi veriorem
opinionem affirmatiuam ob illam rationem,
quia Delegatus repreſentat delegantem; prout
in terminis concludit Bald. in l. fin. in princ.
C. vbi & apud quem cognit. in integr. reſtitut.
vbi quod notarius deputatus ad ſcribendum
acta Ordinariorum debet ſcribere acta Dele-
gatorum, & ſequitur ibid. Caſtr. col. vlt. verſ.
item nota. in verb. vt videatur. vbi dicit eſſe
menti tenendum, quod tabellio electus ad ſcri-
bendum in omnibus cauſis Poteſtatis, ſi contin-
gat delegari cauſam alicui Doctori non pote-
rit aſſumi alius præter notarium delegantis, cũ
vtatur iure illius qui delegauit, & notat etiam
Ann. ſing. 4. vbi quod Magiſtri curiarum debent
actitare omnia coram ſuis Capitaneis ne dum
quãdo cognoſcit, vt Capitaneus, & Ordinarius,
ſed etiam, vt Commiſſarius alterius Curiæ, &
57 voluit quoq; Boer. deciſ. 258. n. 1. † quaſi quid-
quid facit Delegatus dicatur fieri à delegante
l. ſolet. vbi Alex. in 1. notab. de iuriſd. omn. iudic.
Idem eſt in cauſis delegatis Epiſcopo per Pa-
58 pã quando ſunt excitatiuç iuriſdictionis, † aliàs
non, cum in illis delegatus repreſentet Papam
iuxtà c. licèt. de offic. ordin. Quemadmodũ etiam
in Iudice appellationum, qui non poteſt adhi-
bere alium notariũ l. præcipimus. C. de appellat.
Licèt in curijs ſecularibus alius adhibeatur
59 coram iudice à quo, † & alter coram Iudice
ad quem, prout ita ſeruari dicit Boer. deciſ. 258.
n. 1. verſ. & in cauſis. Vbi etiam n. 16. col. fin. ad
med. diſtinguit, quod ſi committitur cauſa ali-
cui Iudici Ordinario, tunc Delegatus non mu-
tat notarium; Aliud ſi illa committeretur ali-
cui in dignitate conſtituto non habenti iuriſ-
dictionem, quia tunc poſſet deputare ſcribam,
& ita

& ita procedit *tex. in c ſtatutum.§. notarium. de reſcript.in 6.* Quamuis iſtis Iudicibus non
ſpectaret electio notarij, quando ijdẽ tabelliones habereut priuilegium cum facultate ſcribendi in quibuſcunq; cauſis,& controuerſijs coram d. Iudicibus actitandis,quia per huiuſmodi verborum generalitatem cenſerentur comprehenſæ omnes cauſæ etiam delegatæ; Præſertim ſi in eorũ facultate adeſſent dictiones alijs, quibus quando adiũgitur terminus vniuerſalis
60 deſignantur † non ſolùm ſimiles cauſæ, ſed diuerſæ includendo criminales, ſpirituales, Iudices tam arbitros, quàm arbitratores, ordinarios,& Delegatos *Mandoſ.reg.27.q.4. n.58. & per tot.dixi ſupra c.*

E P I T O M E.

In reuocando actum quando ſit adhibenda eadem ſolemnitas,quę in illius conceſsione fuit adhibita. Scriptura requiſita ad probationem, ſi non poteſt adhiberi an admittat teſtes. Concilium Tridentinum requirens ſcripturas authenticas quo ad iuspatronatus vniuerſitatum an excludat teſtes deponentes amiſsionem ſcripturarum,& tenorem illarum.

S V M M A R I V M.

1 *Solemnitas,& modus adhibitus in concedendo actum debet adhiberi in illius reuocatione,& n.3.Intellige,vt n.8.10.& 12.*
2 *Decretum interpoſitum in contractu eſt interponendum in diſtractu.*
4 *Reſolutio actus eſt eiuſdem naturæ, cuius contractus.*
5 *Qualitas teſtiũ requiſita in teſtamento requiritur in illo reuocando.*
6 *Forus idem debet eſſe in diſtractu, qui in contractu.*
7 *Solutio eſt probanda per ſcripturam, ſi creditum illam requirebat.*
9 *Abbas conſtituens Syndicum cum capitulo reuocat illum ſine conſenſu Capituli.*
11 *Pænitentia non habet locum re non integra.*
13 *Beneplaciti Apoſtolici defectus obſtat tranſactioni,ſi ex pacto fuerit reſeruatum,quamuis illud non requireretur.*
14 *Scriptura requiſita ad probationem ſi non poteſt adhiberi an admittat teſtes. nu.17.& 20.*
15 *Interpretatio debet fieri ſecundum poſsibile. & nu.16.*
18 *Damnorum probatio poteſt fieri per teſtes quãuis debitum principale requirat ſcripturam. Intellige,vt n.19.*
21 *Probatio requiſita per Concilium Tridentinum in iuspatronatus Communitatum per ſcripturas authenticas an excludat teſtes probantes amiſsiones ſcripturarum. & n.22.*
23 *Iuspatronatus Dominorum, & vniuerſitatũ an probetur per ſubditos, & teſtes de vniuerſitate.*

C A P V T C L X V I I I.

IN reuocatione actus dicebatur adhibendam eſſe eandem ſolemnitatem, quæ requiritur
1 in illo concedendo † ad tradita per *Rom. conſ. 65.n.2.* vbi loquitur de Prioribus, quorum remotio ab officio erit inualida,ſi facta fuerit ſine conſilio generali,à quo illud officium habue-
2 runt:Ideò ſi in cõtractu requiritur decretũ,†ita etiam in diſtractu *Bald.in l.præſes.n.5.col.1.ad med. verſ. venio ad quæſtionem. C. de tranſact.*
3 Cum etiã modus obſeruatus in concedẽdo†debeat quoq; obſeruari in tollendo *Bart. in l.1.§. 1.in fin.de opt.legat.Alex.cõſ.47.in cauſa inter aſſertas.in princ.lib 7.dixi deciſ.93.n.16.* Quorũ ratio eſt, quia omnis res diſſoluitur per eas
4 cauſas, per quas naſcitur,† & actus reſolutio eſt eiuſdem naturæ, cuius conſtructio *c. omnis res. 27.q.2 Iaſ. in l.omnium. n.9.verſ. item dũ in ſecundo membro.col.2.in fin.C. de teſtam. & conſ.145.n. 2.lib.4.Doctor. in l.nihil tam naturale. de reg.iur.Alex.conſ.209.ſtatutis accuratè.col.vlt.lib.2.*
Quod etiam procedit in qualitate teſtium, nedũ in quantitate, vnde ſi in teſtamento requiruntur ex diſpoſitione ſtatuti teſtes,qui debeãt eſ-
5 ſe de iuriſdictione loci,†vbi teſtamentum conditur,iſta qualitas requiretur etiam in illius reuocatione latè *Surd.deciſ.129.n.4.vſq; ad n.16.* Vbi etiã prædicta ampliat reſpectu fori, vt ſcilicet pro diſtractu quis debeat conueniri in lo-
6 co,† vbi eſſet conueniendus pro contractu *Idẽ Surd.conſ.136.n.17.lib.1.*
Ideò etiam dicimus, quod ſi ex forma ſtatuti cre-
7 ditum debeat probari per ſcripturam, † ſolutio etiam illius erit probanda per ſcripturam *Bald.conſ 220.proponitur.lib.1.Dec. in c.2.col. 12 verſ.poſtremo. de probation. Ancbar. conſil. 350.in quæſtione prædicta. per tot.Aſin.de execution.c.41.§.5. n. 11.*
In cauſa tamen Vincentij,& litis conſortium mihi commiſſa contrarium Dixi, nam conſtabat, quod partes voluerũt celebrare inſtrumentũ in præſentia Iudicis ex eorũ volũtate,vnde iſta ſolẽnitas volũtaria nõ debebat eos arctare, vt eſ-
8 ſet adhibenda in diſſolutione eiuſdẽ actus,† Cũ cõtraria procedãt,quãdo ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti illa ſolemnitas requireretur in celebrãdo actu,ſecus ſi ex voluntate partium fuiſſet adhibita *Bart.in l.actor.n.9.col.3. verſ.ſed iuxtà prædicta formo vnum dubium. ff. rem. rat. haber.* vbi de Abbate conſtituente Syndicum
9 vna cum Capitulo, † qui poterit ſolus illum reuocare ſine requiſitione capituli, ſequitur *Caſtr.in l.tria. prædia.31.ad fin.n.5.verſ. nota etiam quod ea. de ſeruit.. ruſtic. prædior. Oſaſc deciſ.52.n.10.Aſin de execution.§.5.c.42.nu.7. verſ.at ſecus ſi vltrò.*
Quæ magis habebant locum, quia in caſu noſtro erat res integra,tũc enim ſufficit ſimplex vniuſcuiuſq; partis conſenſus, ſecus autem vbi non
10 eſſet integra, † nam tunc debet interuenire actus retroſimilis;Etenim reſolutio contractus

Digitized by Google

fit per quandam pœnitentiam Bal. in l. 1. n. 3. in
fin. C. quand. lic. ab empt. diſced. poſt Bart. in l.
11 ab emptione. n. 12. de pact. † Et quando ſumus
in re non integra non eſt locus pœnitentiæ gloſ.
in l. quod ſeruius. 8. in verb. poteſt. in fin. de con-
dict. cauſ. dat. Bart. in l. 3. in princ. ff. eod. tit.
Vnde vt ſit locus pœnitentiæ re non inrrgra,
omnia ſunt reducenda ad primum ſtatum,
12 quamuis ſimus in ſolemnitate † ex voluntate
partiũ adhibita, prout in ſpecie declarat Surd.
conſ. 136. n. 26. lib. 1. Vbi ex hoc concludit, quod
ſi in locatione interuenit inſtrumentum, conſti-
tutum, precarium; ſtipulatio, aut quid ſimile nõ
poterit ab ea diſcedi nudo partium conſenſu,
quamuis ſimultaneè interueniſſet, quaſi tunc nõ
ſit res integra, quando ſubſequuta eſt traditio
rei, & pretij ſolutio, aut acceſſit ſtipulatio, vel
fuit deuentum ad executionem cõtractus Bart.
in l. ab emptione. n. 11. col. 3. verſ. quaro quæ fa-
ciunt contractum. ff. de pact. Bald. in l. 1. nu. 5.
C. quand. lic. ab empt. diſced. Et facit quia ſolem
nitas etiam ex voluntate partium adhibita po-
teſt operari, vt non poſſit fieri actus, niſi cum
13 illa ſolemnitate; † Quemadmodum dicimus
de Beneplacito Apoſtolico, cuius defectus ob-
ſtat trãſactioni, ſi ex conuentione partiũ fuerit
in ea illud reſeruatum, præſertim cum clauſula
nec aliàs, nec alio modo, Quamuis idem bene-
placitum aliàs non requireretur Rot. coram
Card. Pamphil. Comen. locationis. 10. maij. 1600.
& per R. P. D. Ludouiſ. Camerinen. tranſactio-
nis. 19. nouemb. 1604.

Quo ad ſecundũ de ſcriptura requiſita ad proba-
14 tionem, ſi illa non poteſt adhiberi † an admit-
tatur probatio per teſtes Dixi veriorem opi-
nionem affirmatiuam; Nam ſemper debemus
ſumere interpretationem ſecundum poſsibile
15 & prout actus fieri poteſt † l. ſtipulatio iſta. §.
hi. ad fin. de verb. oblig. l. regula. §. & licet. ff. de
iur. & fact. ignorant. Quaſi lex, ſeu ſtatutum
debeat ſemper intelligi in caſibus, & capitulis,
16 quę poſſunt adaptari † l. 1. §. lex falcidia. ff. ad
leg. falcid. Alex. conſ. 81. viſa conſultatione. col.
3. in princ. verſ. confirmo nam diſpoſitio nu. 11.
17 lib. 6. † & ita in terminis concludit Caſtr. in l.
teſtium. 14. n. 9. col. 3. in princ. in verb. ſin verò
facta. C. de teſtib. vbi quod poterit probari
amiſsio, & tenor ſcripturę Oldrad. conſil. 254.
quia tota. n. 24. col. penul. poſt med. verſic. præte-
rea ad illud obiectum quo dicitur. Aim. cõſ. 203.
n. 18. Maſq. de probation. concluſ. 32. nu. 46. &
concluſ. 1318. n. 15. ſiue ſcriptura ſit de neceſſi-
tate probationis, ſeu de ſubſtantia actus, pro-
batis tamen illis tribus, ſcilicet facto, ſcriptura,
& caſu ſecundum opinionẽ Bart. in d. l. teſtium.
& in l. ſicut iniquum. C. de fid. inſtrum. Mar-
ſil. in rubr. de probat. n. 36. 333. & 334. cum
alijs per Rutger. Rulandt. in theſaur. iur. em-
phit. q. 7. nu. 36. vbi latiſsimè declarat quando
per teſtes eadem fides adhibeatur, quę ipſi in-
ſtrumento, itaut, ſi illud tanquam deperditum
reformetur ex depoſitione legitima teſtium ha
beat executionem paratam in locis, vbi adiuut
ſimilia ſtatuta, per quæ datur illis eadẽ execu-
tio Ang. qui de communi in l. fin. col. 2. C. de
edict. diu. hadrian. tollend. & ibi Alex. n. 21. Ro-
der. Soarez. in l. poſt rem iudicatam. in declarat.
leg. regn. verſ. tertio & principaliter limito. n. 3.
de re iudic.

Minus eſſet dubitandum quando ageretur de dã-
nis intereſſe, & ſic de circunſtantijs, & quali-
18 tatibus, † in quibus admittitur probatio per
teſtes, quamuis debitum, aut quid ſimile non
poſſet probari, niſi per ſcripturam: Etenim de-
bemus intelligere iſtam diſpoſitionem circa fa-
ctum principale, non quo ad cohærentia, &
circunſtantias pro illius liquidatione, prout in
terminis concludit Ang. conſ. 200. in ciuitate
lucana. col. vlt. in 2. dub. verſic. præterea prout
dixi. nu. 5. Iaſ. in l. certi condictio. §. quoniam.
n. 10. col. 3. in fin. verſ. vide etiam propter iſtum.
ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 58. in præſenti cauſa
magnificè prætor. n. 7. col. 2. verſic. præterea dato
etiam. lib. 4. Caſſad. deciſ. 20. n. 2. de præbend. la-
tè Rot. Genuenſ. per Carthar. deciſ. 9. per tot.

Intelligendo dummodò prius ipſum factum prin-
19 cipale probetur per ſcripturã, † ſi enim hoc nõ
præcedat, non poterunt probari acceſſoria, &
circunſtantiæ per teſtes Mandoſ. reg. 27. q. 4. in
fin. vbi quod eſt cogitãdum, quia eſt magna li-
mitatio; ſubdens ad ſcientiam Papæ, quæ po-
terit probari per teſtes, quamuis gratia Apo-
ſtolica ſiut probãda per ſcripturam, ſeu literas,
Quod etiam erit admittẽdum, dummodò prius
factum principale probetur per literas Rot. de-
ciſ. 332. aliàs 27. licèt romana. de reſcript. in nou.
de qua multa ibi Addi. per Papazzon. in uerb.
certa ſententia.

Verum eſſet quod ſi in aliquo caſu lex non confi-
20 deret de probatione teſtiũ, † ſed ſolius ſcriptu
ræ, tunc neq; ſufficiet probatio teſtium, qui de-
ponerent ſcripturas eſſe deperditas, licèt pro-
barent illarum tenorem Gonzal. de alternat.
gloſ. 18. n. 82. qui loquitur in caſu Concil. Tri-
dent. ſeſſ. 25. c. 9. de reformat. vbi in Communi-
tatibus ad docendum verum titulum iuriſpa-
tronatus non ſuffragatur probatio temporis
immemorabilis, quàm ſi præter reliqua ad eam
neceſſaria, præſentationes etiam continuatę nõ
minori ſaltèm, quam quinquaginta annorum
ſpatio, quæ omnes effectum fuerint ſortitæ, au-
21 thenticis ſcripturis probentur; † Nam neque
eſſet ſatisfactum menti Concilij, ſi probaretur
per teſtes amiſſio ſcripturarum, quamuis depo-
nerent de illarum tenore, & quod in eis conti-
nebantur præſentationes continuatę. Cũ enim
Concilium non confidat de teſtibus debet eſſe
excluſus huiuſmodi modus probationis, ne de-
tur occaſio eludendi diſpoſitionem eiuſdẽ Con-
cilij; prout in terminis eſt deciſio Rot. coram
Sanctiſsimo, Sabinen. iuriſpatronatus. 15. nouem-
bris. 1582. & per Cardin. Pamphil. Foroſempro-
nien. ſeu nullius. 15. decembris. 1593. ex cuius
Rotæ auctoritate non eſſe diſcedendum ab hu-
iuſmodi opinione, quicquid alij contrarium
ſentiãt vt multis comprobat Gonzal. ad reg. 8.
can-

cancel. gloſ. 18. num. 82.
Neque obſtabit quod in caſibus, in quibus de actus neceſſitate requiritur ſcriptura, eſt admittenda probatio per teſtes illa deperdita *Bald. in l. teſtium. C. de teſtib. Aim. conſ. 203. n. 18.* cum alijs
22 ſupra allegatis. † Quia in caſu Concilij eſt magis tuta ſupradicta opinio propter vſurpationes, quæ præſumuntur in perſonis, de quibus idem Concilium loquitur; vnde non mirum; ſi plenior, & magis exacta probatio requiratur, & per conſequens merito nō ſit fidendum teſtibus
23 *Rot diuerſ. deciſ. 199. num. 4. p. 2.* † Vnde neque erunt teſtes legitimi illi de vniuerſitate ad probandum iuspatronatus ipſius, prout, neq; ſubditi dominorum pro domino, cum ſimus in caſu ſpeciali exigente inſolitas probationes, quidquid aliàs de iure communi iſtę ſufficerent *Caputaq. deciſ. 136 p. 2. Pariſ. de confident. quæſt. 28 num. 251.* Valet enim lex, ſeu ſtatutum ſcripturam requirens tanquam ſe fundans in timore corruptionis teſtium *Felin.* qui de communi *in c. 2. num. 12. de probat. Marſil. in rubr. eod. tit. nu. 32. Iaſ. in l. certi condictio. § quoniam. nu. 14. & ibi Aleiat. in fin ff. ſi cert. petat.* Maximè in factis antiquis, & excedentibus memoriam hominum, in quibus magis admittitur probatio per inſtrumenta, quàm per teſtes *Bald. in c. cum cauſam. n. 3. de probat. Pariſ. conſ. 104. n. 46. lib. 2. Aim. conſ. 54. n. 15. Rot. coram R.P.D. Marcomōtio Spoletan. bonorum. 13. iunij. 1608. Rol. conſ. 2. n. 59. lib. 1.*

EPITOME.

Archiepiſcopi, & eorum Vicarij quando poſſint punire Suffraganeos, & cogere illorum ſubditos ad perhibendum teſtimonium, ſuſcipiendum delegationem, & illis dare licentiam contrahendi matrimonium. Acceſſoria an deuoluantur per appellationem in cauſa principali. Iuriſdictio an ſit vbi eſt coactio, & quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Subditi Epiſcopi non poſſunt compellę per Archiepiſcopum ad perhibendum teſtimonium in cauſa appellationis, quāuis ad id cogatur Epiſcopus n. 12. Idem in alio iudice. n. 2. Declara, vt n. 4. 5. & 13.*
3 *Homo hominis mei quando ſit homo meus.*
6 *Iuriſdictio deuoluitur ad Archiepiſcopum per negligentiam Epiſcopi.*
7 *Cautela vt Epiſcopus non poſſit negare monitionem Archiepiſcopi.*
8 *Archiepiſcopus non poteſt dare licentiam contrahendi matrimonium ſubditis Suffraganei. Fallit. n. 9.*
10 *Archiepiſcopus non compellit ſubditos ſui Suffraganei ad accipiendum delegationem.*
11 *Verbum mandare an ſignificet coactionem.*
14 *Archiepiſcopus an poſſit punire Vicarios ſui Suffraganei.*
15 *Cauſæ Epiſcoporum quando pertineant ſolum ad Papam.*
16 *Vicarius Archiepiſcopi an habeat iuriſdictionē in Epiſcopos Suffraganeos.*
17 *Iuriſdictio eſt vbi coactio. Intellige, vt n. 18.*
19 *Per appellationem quando deuoluantur etiam acceſſoria.*

CAPVT CLXIX.

ARchiepiſcopus non poteſt compellere ſubditos Epiſcopi ad perhibendum teſtimo-
1 nium in cauſa appellationis † *c. 1. §. neque. vbi gloſ. in verb. ſuſcipere. ad med. de for. compet. in 6.* Nam per appellationem deuoluitur iuriſdictio ad Archiepiſcopum quo ad partes, non quo ad alios; Ideo in compulſione aliorum ſubditorum recurrendum eſt ad Epiſcopum *Abb. in c. paſtoralis. 11. in princ. col. vlt. in fin. verſ. vel dic ſecundum. n. 12. de offic. ordin.*
Idem eſt in quolibet Iudice, nam ſi de alia ciuitate petantur teſtes, iudex cauſę mittit ad iudicem
2 loci, † vt teſtes, recipiat, & ad iudicem atteſtationes remittat *l. iudices. 17. C. de fid. inſtrum. gloſ. in c. 1. in verb. ſuſcipere. de for. compet. in 6.* vbi ex hoc notat, quod iudex non habet eandem poteſtatem in acceſſorio, ſicut in principali, cū in tales ſubditos non habeat iuriſdictionem *c. paſtoralis. 9. in fin. de offic. ordin. c. nullus primas. 9. q. 3.* vbi Archiepiſcopus non habet aliquam poteſtatem in ſubditos Epiſcopi ſibi ſu-
3 biecti *Menoch. conſ. 604. n. 2. lib. 7.* † Cum homo hominis mei non ſit homo meus *gloſ. vlt. in c. legitur. 81. diſtinct. Iaſ. in c. 1. num. 35. qui feud. dar. poſſ.* Sicut libertus liberti mei non eſt meus libertus *l. modeſtinus. de verb. ſignif. l. ſi quis à libertis. § libertis. ff. de liber agnoſc.* Nec vaſſalus vaſſaili mei eſt meus vaſſallus, cum diſtinctionibus, de quibus per *Bart. in l. claudius. ad fin. ff. qui pot. in pignor. hab. Bald. in l. 1. C. comm. de legat. Brun. conſ. 32. colu. 1. Menoch. conſil. 604. nu. 9. lib. 7.*
Prædicta tamen Dixi non procedere, quando ex-
4 taret conſuetudo in contrarium, † ſecundum quam non ſolum poſſet iudex citare in alterius territorio. ſed etiā capere malefactorem, quaſi conſuetudo poſſit derogare iuriſdictioni de loco ad locum, prout concludit *Bald. in l. 3. in fin. §. sed. & diui fratres. in 2. lectura antiqua. ff. de teſtib.* & in ſpecie de Archiepiſcopo, quod compellat teſtes ad teſtificandum; etiam non ſubditos ſeu iuriſdictioni ſtante conſuetudine dicit *Franc. in c. 1. §. neque. in princ. per illum tex. de for. compet. in 6. poſt gloſ. ibi. in verb. de conſuetudine.*
Secundò Dixi prædicta non habere locum, quando Epiſcopus Suffraganeus eſſet negligens in coactione teſtium; Nam Archiepiſcopus poteſt cogere Suffraganeum ad compellendum ſubditos pro perhibendo teſtimonio. & ſi Suffraganeus
5 negligit hoc facere, † per talem negligentiam deuoluitur iuriſdictio ad Archiepiſcopum contra ſubditos, in quos hoc caſu habebit iuriſdi-

ctionem quamuis alias non haberet, prout con-
cludit *Hoſt. in c. paſtoralis. de offic. ordin.* Vbi
quod Archiepiſcopus præfiget terminum Epi-
ſcopo, vt ſubditum cogat, quo elapſo poterit
6 vtrumque compellere. † Quia generaliter
negligente Epiſcopo ſuccedit Archiepiſcopus
Gemin. in c. 1. §. neque. in fin. vers. deciſio huius. de ſoro compet. in 6. Felin. in cap. paſtoralis. de offic. ordin. col. 5. ante medium. num. 6. vbi quod
vniuerſus mundus tenet, vt per negligentiam
Epiſcopi deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſco
pum *per tex. in cap. cum ſimus. 9. q. 3.* ſequitur
Franc. in c. 1. nu. 3. in gloſ. in verb. culpis. de ſuppl. neglig. prælator. & ibi etiam Gemin. col. penult. in fin. verſic. & iſtam opinionem credo ve-
7 *ram.* † vbi quoque dant cautelam, vt Epiſcopus
non poſſit negare monitionem, quod conſigna-
tio litterarum Archiepiſcopi fiat coram teſti-
bus, & notario ad hoc, vt poſſit confici inſtru-
mentum, cum alijs cautelis, de quibus ibidem
per eos.

Prout videmus, quod non permittitur Archiepiſ-
copo praſtare licentiam contrahendi matrimo-
nium Subditis ſui Suffraganei, vel Sacerdoti-
8 bus Suffraganeorum, † cum non ſit ſuperior
illorum, neque in eos habeat iuriſdictionem
cap. venerabilis. de ſentent. excom. in 6. Dec. in c. dilecti. num. 5. de appellat. cum alijs ſupra alle-
gatis; Præterquam in caſu, in quo Ordinarius
ſine iuſta cauſa illam licentiam denegaret ſuis
9 ſubditis, † tunc enim recurritur ad Metropoli-
tanum, hoc eſt Archiepiſcopum, qui tunc co-
gnita veritate licentiam præſtabit ſubditis ſuf-
fraganeorum ad illud matrimonium celebran-
dum iuxta formam Concilij, prout de communi
docet *Spin. de teſtam. gloſ. 15. princip. num. 40. poſt Abb. in cap. ſi quis contra clericum. de for. compet. & in cap. licet. de suppl. neglig. prælator. arg. gloſ. in capitul. 1. in verb. culpis eod. titul. lib. 6.*

Quemadmodum dicimus de Archiepiſcopo, qui
non poteſt compellere ſubditos ſui Suffraganei
10 ad ſuſcipiendum delegationem, † ſi noluerint
cap. paſtoralis. in princ. de offic. ordin. cap. 1. §. neque. de for. compet. in 6. cum in eos non habeat
iuriſdictionem, quæ requiritur, vt poſſit co-
gere *l. cum qui. de iuriſd. omn. iudic.* Quod
ſecus eſt in Suffraganeo, quem poſſet cogere,
quia eſt immediatè ſubditus Archiepiſcopi
gloſſ. in d. §. neque. in verb. suscipere. vbi quod
in iſtis caſibus mandabitur Suffraganeo, vt ſub-
11 ditum compellat, † & ibi intelligitur verbum
mandare de coactione *Abb. in c. paſtoralis. nu. 12. de offic. ordin.* & de prædictis omnibus eſt
deciſio Rotæ per Card. Seraph. Valentina iuriſdictionis. 3. decembris. 1596.

Neque obſtat; quod licet poſſit compellere Suffra-
ganeũ, tamen non poterit cogere ſubditum il-
12 lius, prout concludit † *Abb. in cap. paſtoralis. col. vlt. in fin. num. 12. de offic. ordin.* Vbi quod
ſolum debet compellere Epiſcopum, vt exe-
quatur officium ſuum, ſicut idem eſt in alijs caſi
bus, in quibus Epiſcopus ſuffraganeus eſſet ne-
gligens, quod etiam voluit *Io. Andr. poſt Archid. in d. cap. 1. §. neque de for. compet. in 6.* contra
Hoſt. in cap. 1. de suppl. neglig. prælator. eod. lib. 6 & ſequitur etiam *Idem Abb. in c. ſi quis contra clericum. de for. compet.* cum alijs *per Felin. in c. paſtoralis. col. 6. in princ. uerſic. eſt uerum. de offic. ordin.*

Quia quicquid præfati Doctores ſentiant, verior
eſt opinio contraria, quod quamuis Archiepiſ-
copus poſſit compellere Epiſcopum per cenſu-
ras, non tamen eſt inconueniens, quod plura
13 competãt remedia in caſu iſtius negligentiæ, †
qua extante poterit etiam cogere ſubditos ip-
ſius Epiſcopi ſecundum opinionem *Hoſti.* quam
dicunt veriorem *Imol. & alij, de quibus per Franc. in c. 1. §. neq; in fin. in gloſſ. in uerb suscipere. de for. compet. in 6.* & ſequitur Ro*t* *per Car. Seraph. Valentina seu Oriolen. iuriſdictionis. 18. aprilis. 1597.*

Quę magis procederent contra Vicarios, ſeu Offi
ciales Epiſcopi Suffraganei, quos Archiepiſco-
14 pus poterit cogere, † Quemadmodum Epiſco-
pos, cum faciant idem tribunal cum ipſis;
prout in ſpecie concludit *Archid. in c. 1. §. nec etiã. ubi quoq: Innoc. de for. compet. in 6.* Intelligẽ
do in ciuilibus cauſis Epiſcoporum, de quibus
Archiepiſcopi cognoſcunt, & vbi Vicarius pec-
caret in his, quæ ſunt iuriſdictionis, in iſtis
enim poterit illum Archiepiſcopus punire, &
in eundem eccleſiaſticam exercere cenſuram
c. 1. ubi gloſſ. in uerb. rationabili. de offic. uicar. in 6. Secus quando Vicarius aliquid faceret,
aut poſſideret tanquam priuatus; quia nullam
in eum haberet iuriſdictionem, ſicut in ſubditos
Suffraganeorum, quemadmodum neq; in deli-
ctis, prout latè declarat *Iacob. Brozz. de offic. uicar. q. 59. lib. 2. num. 1. & 2.* ex decreto *Concil.*
15 *Tridentin. cap. 6. seſſ. 13. de reformat.* † Vbi
Epiſcopi non citantur, aut monentur, niſi ob
cauſam, propter quam eſſent deponendi, aut
priuandi; cuius cauſæ cognitio a ſolo Papa ter-
minantur *c. 2. de transl. episcop. c. ut debitus. de appellat. c. maiores. de baptism. Clar. in §. fi. q. 35. uerſic. ulterius quaero Concil. Trident. seſſ. 13. c. 7 de reformat.*

Amplius non ſolum Archiepiſcopus in prædictis
caſibus poterit exercere iuriſdictionẽ in Suffra-
16 ganeos Epiſcopopos, † ſed etiam Vicarius Ar-
chiepiſcopi illam habebit contra eoſdem Suf-
fraganeos, quando tamen Archiepiſcopus eſſet
abſens, quo caſu etiam poterit proferre ſenten-
tiam interdicti, ſuſpenſionis, & excommunica-
tionis *c. romana. §. officiales. de offic. ordin. in 6. Franc. Marc. deciſ. 483. nu. 2. lib. 1.* cum declara-
tionibus, de quibus latè *Iacob. Brozz. de uicar. epiſ. q. 58. per tot.*

Quibus tamen adde, quod nõ ex hoc ampliabitur
iuriſdictio Archiepiſcopi ex qualitate loci; Nã
17 eadem illi competeret vtrobique; † Licet enim
vbi eſt coactio, ibi ſit iuriſdictio *l. cum qui. 13. de iuriſd. omn. iudic.* & vbi cauſa cognoſcitur
ibi veniunt omnia acceſſoria *l. 2. cod. tit.* Tamen
hoc procedit reſpectu partium litigantium

cõ-

coram Archiepiſcopo, non autem ſubditorum,
18 prout in examine teſtium , † qui non ſunt de
territorio iudicantiũ , contra quos proceditur
per viam literarum executorialium Ideo dici-
mus quod per appellationem cauſa deuoluitur
ad Archiepiſcopum, non tamen deuoluta erit iu
19 riſdictio in perſonis; † Quamuis enim hoc de-
beret eſſe ratione acceſſionis, quaſi propter de-
uolutionem vendicet ſibi ius in cauſa principali
vnde etiam in omnibus acceſſorijs, ſine quibus
cauſa non poteſt expedire *c. prudentiam. §. pen. & vlt. de offic. deleg.* Tamen illud procedit in
Delegato Papæ, qui non habet diſtinctum territorium, quemadmodum nec Delegans. Delegatus enim iudicat auctoritate Delegantis non propria, ſicut Ordinarius; Et ſi delegans non haberet in aliquos iuriſdictionem, neque haberet delegatus, prout in ſpecie diſtinguit, & declarat *Anchar. in cap. 1. in princ. in 4. notab. de for. compet. in 6.*

EPITOME.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem quando poſſint reſeruari in ſententia diffinitiua & an detur appellatio à decreto reſeruationis. Proceſſus an valeat ſi fiat per Delegatum ante præſentationem reſcripti, & quid ſi partes non opponant, & in Iudice Conſeruatore. Affines, Amici; & Serui an poſſint agere remedio recuperandæ, acquirendæ, & retinendæ poſſeſſionis pro domino abſente.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio requirens altiorem indaginem reſeruatur in diffinitiua.*
2 *Statutum reſeruans exceptiones in fine litis de quibus intelligatur. & n. 3.*
4 *Appellatio an ſit admittenda à reſeruatione exceptionum. n. 12. & 13.*
5 *Iudex arbitratur quæ probatio ſit incontinenti.*
6 *Appellatio non datur in arbitrarijs.*
7 *Reſeruatio exceptionum operatur nullitatem actus, & refectionem expenſarum ſi poſtea probentur. n. 8. & 9. Intellige vt n. 10.*
11 *Appellatio ſolum conceditur conſtito de grauamine.*
14 *Iudex arbitratur an interſit exceptiones reſeruare.*
15 *Sententia eſt nulla ſi feratur abſq. præſentatione reſcripti, licèt poſtea præſentetur. Intellige, vt n. 16. & quid ſi partes non opponant. n. 24. 25. & 27.*
17 *Notario non creditur, ſi faciat fidem, quod vidit reſcriptum, niſi illius tenorem regiſtret.*
18 *Citatus per delegatum non inſerta copia delegationis non tenetur comparere. Amplia, vt nu. 19.*
20 *Delegatus non recipit exercitium iuriſdictionis ante præſentatum reſcriptum.*
21 *Procurator an habeat poteſtatem ante præſentationem mandati. & n. 23.*
22 *Mandata in quo differant, & ſint ſimilia reſcriptis.*
26 *Priuatus non poteſt conferre iuriſdictionem.*
28 *Conſeruator dicitur Iudex Delegatus.*
29 *Iuriſdictio delegati eſt odioſa.*
30 *Iuriſdictio Conſeruatoris eſt fauorabilis.*
31 *Conſeruator non tenetur in citatione inſerere copiam reſcripti. n. 32.*
33 *Poſſeſſio abſentis poteſt recuperari per affines, amicos. & ſeruos etiam non expulſos, non autem acquiri. n. 35. nec agi pro poſſeſſione turbata. n. 36.*
34 *Ratio generalis ampliat regulam, & dictum.*

CAPVT CLXX.

STatutum mandans exceptiones requirentes
altiorem indaginem poſſe, & debere reſer-
uari cum diffinitiua eſt conforme Iuri Commu-
1 ni † iuxtà diſpoſitionem *l. 3. §. ibidem ff. ad*
exhib Marſil. ſing. 363. exceptio requirens. nu. 1.
Menoch. de arbitr. caſ. 20. in fin Huiuſmodi ta-
men ſtatutum reſeruans exceptiones in fine li-
tis non debet intelligi de illis, quibus omiſſis
perverteretur ordo iudicij, videlicèt, quod quis
2 non ſi iudex, aut procurator; † Iſtæ enim indi-
ſtinctè ſunt prius diſcutiendæ *Aret conſ. 7. col. 1.*
Felin. in c. exceptionem. num. 24 de except. Propt
neq; idem Statutum intelligetur de exceptioni-
bus clararis, & de quibus incontinenti poteſt con-
3 ſtare Iudici, † quia iſtæ non cenſentur à Statu-
to reſeruatæ, quemadmodum exceptiones iuris
quamuis dubij, prout latè concludit *Menoch. de*
arbitrar. q. 53. num. 5. lib. 1. & latius *conſil. 125.*
nu. 63. lib. 2. Licèt de exceptionibus iuris dubij
contrarium quod poſſint reſeruari firmet *Are-*
tin. in §. in bonæ fidei. nu. 2. inſt. de action. Capic.
deciſ. 10. n. 19. & 20.
An autem poſſit appellari ab iſto iudicis decreto
4 reſeruante exceptiones ad merita cauſæ, † vel
poſt publicationẽ, cum de hoc quæreretur Dixi
in caſu mihi propoſito veriorem opinionem
negatiuam, quod non detur appellatio ob illam
rationem, quia ſtatur dicto iudicis reſeruantis,
quando exceptio dicatur intricata, & reſpicere
altiorem indaginem, & eſt poſitum in eius arbi-
trio, prout concludit *Bald. in l. ſi ex falſis. 22.*
col. penult. verſ. vel melius dic ſecundum. ibi. &
intelligitur liquidabile. n. 11. ad med. C. de tran-
ſact. Felin in c. exceptionem. 11. col. 7. in princ.
verſic vel hoc eſt arbitrarium. n. 24. de exceptio.
Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. omnia. vel par-
tem. nu. 31. C. de reuocand. donation. Menoch. de
arbitr. caſ. 20. nu. 3. & de recuperand. poſſeſſ. re-
5 *med. 2. n. 260.* † vbi etiam de probatione in cõ-
tinenti; quæ remittitur arbitrio iudicis, quando
dicatur talis, & latè proſequitur *Matth. Coler.*
in c. cum venerabilis. n. 72. vsq ad n. 78. de excep.
& in tract. de proceſſib. execut. p. 4. c. 2. n. 3. cum
sequent.
Vndè cum hoc ſit arbitrarium iudici, non erit li-
6 cita appellatio † *Ann. conſ. 78. n. 8. Couar. c. 12.*
var. reſolut. nu. 3. Menoch. de arbitr. q. 70. lib. 1.
n. 7.

n.7.vſq; ad n.12. quaſi ob collatum ſibi arbitriũ
Iudex æquipararetur Principi, qui non poteſt re-
prehendi *l.1. C.de offic. præfect.prætor.* Dertan.
conſ.47.in princ.lib.1.

Præſertim quia in caſu, de quo agimus non conſi-
7 deratur læſio per huiuſmodi reſeruationẽ, † qua
ſi iſta reſeruatio operetur, vt probata poſteà
exceptione geſta ſint nulla Bart. *in l. ille a quo.
§.1 ad trebellian.* Marſil *ſing 365.nu.2. & ſing.
198.teſtis qui non debet.n.3. verſ. & ideo.dixit.*
Intelligendo quando exceptio reſeruata oppo-
8 nebatur proceſſui, † ſecus ſi ſubſtantiæ ipſius ne
gotij, ſuper quo agitur, quia ad hoc, vt dicatur
nullum, quod antea factum eſt, requiritur ſen-
tentia declarans, quod illud pro irrito debet ha
beri prout declarat *Felin. in cap. exceptionem.
nu.24.in fin.de exception.* vbi etiam allegat *La-
doute.in l.1.col.penult.de re iudic. Alex.in d. l.*
9 *ille à quo. ad trebellian.* † Itaut etiam refician-
tur expenſæ, ſi obſtet d. exceptio *clem. apellan-
ti.de appellat.Ann. ſing.605.* Vndè non poterit
appellari, quia non intereſt parti, nec reſerua-
tio nocet, quaſi tunc iudex debeat argui in ar-
10 bitrarijs, † cũ nimis partem lædit, & igitur de
magno præiudicio *Bald.in c. 1. col. antepenult.
verſ. & ſciat.n.15.de milit.vaſſal.qui est contu-
max Aleß.conſ.106. viſo themate antepoſito col.
2.in fin. verſ.cum his conſonant.n.14.* Boer *deciſ.*
11 *284.colum antepen.in princ num.18.ad med.* †
Cum appellatio ſolum concedatur conſtito de
grauamen per iudicem illato *Butr. in c. quæ ad
conſultationem.col.3. poſt med. verſ. quas autem
exceptiones.n.16.de re iudic.dixi latius.ſup. cap.
139. Surd.conſ 405.n.26.lib.3.*

Neque obſtat quod appellari etiam poſſit ab iſta
reſeruatione, quaſi iudex non debeat mutare or
12 dinem datum à iure, † ideo neque exceptiones
reſeruare, vt in ſpecie notat *Bald.in l.1.col.penu.
in fin.n.51.C.de his qui accuſ.non poſſ. Add. ad*
Bart.*in l.nam & poſteà in princ.colu.2.in fin.in*
13 *verb. altiorem.de iur iur.* † Quia intelligitur,
quando exceptio requirit altiorem indaginem,
quo caſu erit licita appellatio, ſecus vbi illam
non requireret, tunc enim reſeruatio eſt iuſta,
& non poteſt appellari, prout declarat *Fel.in c.
exceptionẽ.12 col.6. in fi.verſ.fallit quarto.n.24.
de except.* vbi quod ita intelligendus eſt *Domin.
in c.ſi quis epiſcoporum.§. exception.3.q 6.Ann.
ſing.605.* vbi ampliat etiã ad iudicem inferio-
rem, ne dum ad Superiorem, & Præfectum præ-
torio; Et eſt *tex. in l.3.§. ibidem. ff. ad exhib. &*
notat. Bart.*in l.nam & poſtea.in princ.col.2.in
fin. verſ. & hoc verum.nu.8.de iur.iur.* Hoſt. &
14 *alij.in c. cum contingat. de offic. deleg.* † Vnde
cum ſit arbitrarium iudici, an iſta exceptio re-
quirat altiorem indaginem, & an interſit *Bald.
in l.ſi ex falſis.n.11.de tranſact.* ſequitur, quod
neque detur appellatio ex ſupra allegatis cum
ipſe ſolus in iudicijs ſit bonus vir *l.thais.§.foro-
rum de fideicommiſſ.libertat.*

Quoad ſecundum de validitate proceſſus, de qua
dubitabatur Dixi regulariter eſſe inſerendam
copiam commiſſionis in citatione, itaut ſenten-
tia ſit nulla ſi feratur abſque præſentatione cõ-
15 miſſionis, † licèt poſteà præſentetur *Bald. in l.
cum qui.de iuriſ.omn.iudic. & ibi Purpur. col.
3.nu.16. Felin.in c.cum ex officijs.16.colum.18.
verſ.octaua concluſio nu.35. de præſcription.* Et
ita in Rota ſeruari teſtatur *Guid.pap. q.286.*
prout etiam dicit *Ann. all. 143. &* eſſe mul-
tum notandum *idem. Ann. alleg. 24. Rot. per.
Card Millin. Corimbrien.decanatus 19. nouem-
bris. 1593.* quæ eſt inter deciſiones recollectas
16 per *Farinac.deciſ. 95. num.2.* † Quicquid aliud
ſit, quando de ſtilo alicuius Curiæ non eſſet con
ſuetum inſeri huiuſmodi reſcripta in citationi-
bus, vel quando eſſemus in Viris in maxima di-
gnitate poſitis, quaſi illis credendum ſit, non
tacta fide delegationis, & in alijs caſibus de
quibus per *Menoch. conſ. 100. num.71. vſque ad
num.79.lib.1* Dertan.*conſ.18.nu.156. & latè per*
17 *Farinacc.de teſtib.q.63 nu.55.cum ſeq.* † Cum
aliàs non ſtetur aſſertioni iudicis, niſi expreſſus
ſit tenor reſcripti; Itaut neq; credendũ ſit nota-
rio, niſi illud regiſtrauerit in actis, quãuis atte-
ſtetur ſe vidiſſe menſem, diem, & tenorem com-
miſſionis Rot. *coram* R.P.D. *Manzaned. Carta-
gin.tranſlationis.penſionis.19.iunij 1606.* Quid
quid dixerit Rot.*deciſ 9.de conceſ.præb.in antiq.*
dum concludit, quod ſine copiæ præſentatione
valeat proceſſus, dummodò poſteà quandocun-
que litteræ producantur, & de illis conſtet,
cum ab illa deciſione fuerit receſſum, vt teſta-
tur Rot. *coram* R. P. D. *Penia Tuden. beneficij
de reſol.12 decembr.1599. poſt Felin.in c. ſciſci-
tatus.n.13.de reſcript. Creſcent. deciſ.198. Rom.
conſ.573.n.61.*

Amplius citatus per Delegatum non inſerta com-
18 miſſione † non teneretur comparere Bart. *in l.
ſi quis ex alieno.de iuriſd.omn.iudic. Hoſt. in c.
præterea de dilation.* Guid.*pap.q.286. iudex de-
legatus.in fin.num.4.* & declarat *Archid. in c.ſi
epiſcopus.3.q.2.verſ.præterea adde ad hac. nu.3.*
vbi quod reſcriptũ debet inſeri in citatorijs, vt
appareat de iuriſdictione, & vt etiã reus delibe-
ret, & inſtructus veniat, quia aliàs non tenetur
19 comparere; † Immo etiam quod commiſſio in-
ſeratur non ſufficiet ad procedendum vlterius
niſi de ipſo authentico fides fiat citato quia
tranſmiſſio copiæ ſufficit, vt reus debeat venire
non tamen operatur, vt poſt comparitionem ar-
ctetur ad reſpondendum, niſi facta fide de reſcri
pto originali *Archid.d.n.3.* cum diſtinctione ta-
men, de qua *per Abb.* qui concordat contrarias
ſententias *in c.2.n.5.col.2.in fin.verſ.ego concor
dando opiniones.de dilation.*

Ratio prædictorum eſt quia Delegatus nõ recipit
exercitium iuriſdictionis, niſi à tempore præſen-
tatæ, † & receptæ commiſſionis *c paſtoralis in fi.
de reſcript.* Rot.*deciſ.6.nu.2.de offic.deleg.in nou.*
Vbi quod niſi ante omnia fiat præſentatio re-
ſcripti proceſſus eſt nullus etiam ſi ſciat ſe De-
legatum, cum iſtud non ſit ratione ignorantiæ,
ſed quia ſua iuriſdictio pendet ex productione
reſcripti *Bald.in l.falſus.C.de furt.*

Simile eſt in procuratore, qui recipit poteſtatem
execu-

executiuam ſui officij à tempore pręſentatio-
21 nis,† & executionis mandati, & non ante, & ſi
aliquid facit ante literas mandati acceptatas
non valet,quia non eſt procurator actu,nec Do
minus tenetur habere ratũ *Archid.in c. is qui.*
de procur. in 6. Rot. *deciſ.7. & ibi latè* Add. *in*
verb.acceptaſſe.de procur.in nou.poſt Specul. de
*elect.§.1.verſ.quid ſi procurator.*Bart.*conſil.in-*
cip. an procurator conſtitutus in abſentia: Cum
etiam in hoc ſint multũ ſimilia mandata pro-
22 curatoria,†& reſcripta delegationis *l.& quia.*
*de iuriſd omn. iudic.*Abb.*in c.cum olim.de offic.*
*delegat.*Rot.*deciſ.32. de procurat.in nou.* Quid-
quid differant in alijs,de quibus per *Felin.in c.*
*relatum.de offic.deleg.*Licèt Rota ſeruet, quod
23 actus geſti per procuratorem, † antequam re-
cipiat procurationem, valeant; itaut ſufficiat
mandatum produci ante ſententiam *Add. ad*
Rot.*deciſ. 7. de procurat. in nou. in verb. accep-*
taſſe, & dixi latius. cap.
Quicquid tamen ſit de prędictis in caſu mihi pro-
poſito Dixi non obſtare prætenſam nullitatem,
quia cum partes litigauerint coram Delegato
ante pręſentationem reſcripti valet proceſſus,
24 quaſi tunc partes conſentiant, vt poſſit pro-
cedi etiam nõ oſtenſo reſcripto,quod tunc erit
præſentandum ante omnia,niſi litigantes aliud
velint, aut ſub ſilentio pertranſeant, prout in
ſpecie concludit *Bald in l. nec quidquã. §. vbi*
*decretum.in fin.de offic. proconſul.*Purpurat. *in*
l.eum qui iubet.col.2.in fi.verſ ſecunda eſt con-
cluſio.de iuriſd.omn.iudic.
Neque obſtat quod contrarium ſequatur *Felin.in*
c. cæterum. 3. col. 11. in verb. valet proceſſus.
verſ.& procedunt hæc etiam. n.11. de reſcript.
25 Vbi quod non aufertur, † neque confertur iu-
riſdictio ſaltem exercitio ante præſentatas li-
teras,etiam ſi partes conſentiant, quod Iudex
Delegatus procederet ante præſentationem,ſe-
quitur *Franc.in c ſuper eo. il 2.quod eſt 12. col.*
3.verſ.ſed limita omnia præcedentia. nu. 13. de
*appell.*vbi quod conſenſus priuatorum hoc non
26 poteſt conualidare,† Ideò licèt partes non op-
ponant non valebit proceſſus,cum priuatus nõ
poſſit conferre iuriſdictionem *l.priuatorum.* C.
*de iuriſd.omn.iudic.*Quod etiam firmat *Dec.in*
d.c.ſuper eo il 2.n.12.col.3 .verſic. prædicta con-
*cluſio limitatur.de appell.*Vbi quod intentio De
legantis ſuſpenditur,donec fiat præſentatio lit-
terarum;Ideò quamuis partes conſentiant non
validatur iuriſdictio Delegati.
Quia verior videtur prima opinio, quod immo
conſenſus partium ſufficiat, nam hic non agi-
27 tur de conferendo iuriſdictionem, † quam
priuati non poſſunt conferre, ſed ſolum tracta-
tur de remouendo impedimentum iuriſdictio-
nis iam quæſitæ; quod partes poſſunt facere,
cum non inferatur ex hoc conceſſio iuriſdictio-
nis, prout concludit *Dec. in c. prudentiam.*
§. adijcimus. col. 2. in fin. verſ. & ideo iudex
delegatus. de offic. delegat. Vbi quod licèt *in c.*
ſuper eo. il 2. de appellat. ſecutus fuerit *Franc.*
qui tenuit contrarium, tamen etiam hoc dicit
verius eſſe, de quo dicam latius in cap. parti-
culari. Quæ magis procederẽt ſi ageretur de
exequẽdo mandatum relaxatum per Iudicem,
de cuius deputatione nõ conſtaret: Non enim
poſſet illius executio retardari, ſi partes coram
eo comparuerunt nihil opponendo, & notarius
coram eodem terminos ſeruaſſet, cum etiam
non ſit præſumendum,quod ſe geſſiſſet pro iu-
dice, niſi haberet facultatem prout in terminis
concludit Rot. *per Cardin. Milin.* Roman. *pe-*
cuniaria. 23.iunij.1603.& coram R. P.D. *De-*
cano. Roman. *reſtitutionis dotis. 10. martij.*
1599. Quod fortius haberet locum ſtante ſu-
ſceptione termini, quaſi poſt illam quis magis
prohibeatur dicere de nullitate mandati, cum
ſit exceptio turbida, quæ non impedit execu-
tionem *Cardin. Millin. ibid.* Prout regulari-
ter debent eſſe liquidæ,& notoriæ exceptiones
ad illam retardandam,neq; requirant altiorem
indaginem, cum fiat executio, reſeruatis debi-
tori ſuis iuribus poſt executionem denuo pro-
ponendis *Bart. in l.creditores. 3.nu.18.C.de pi-*
gnor. Coler.de proceſſ.execut. p.1. c.10. nu.242.
& c. 1. p 4. per tot.
Præterea in caſu, de quo agimus eramus in Con-
ſeruatore, vnde in citatione non debebat ali-
28 quis tenor inſeri reſcripti cõſeruatorij,†nam
licèt Conſeruator ſit Delegatus *gloſ. in c. 1. in*
verb.conſeruatores.in princ.de offic.deleg.in 6.
29 *Nauarr. conſ.3. n.3.eod.tit. p. 1. lib. 1.* † Ta-
men in Delegato ideo requiritur, cũ nõ præſu-
matur pro iuriſdictione delegata,quæ eſt odio-
ſa *Bald. in l. vnic. C. de mandat. princ.* quod
30 non eſt in iuriſdictione Conſeruatoris, † quę
eſt fauorabilis *Gemin.in c. cum in illis. §.1. ad*
fin. de præbend. in 6. & ita in ſpecie de Con-
ſeruatore quod non requiratur copia, & tenor
31 reſcripti concludit *Iaſ.conſ.145. per tot.* † Vbi
n.2.verſ. tertio reſpondetur. addit rationem,
quia quando citatus eſt in loco citantis, vel
modicum diſtat, nõ eſt neceſſe mittere copiam
delegationis,ſed ſatis eſt ſe aſſerere delegatũ,&
citatus tenetur comparere,cum ſit modicum
pręiudicium *Butr. in c. præterea. & ibi Abb.*
32 *col.3. de dilation.* † Pręſertim ſi verba conſer-
uatorię exprimerent, quod iuriſdictio intelli-
geretur ad eos perpetuata à tempore datæ *Iaſ.*
d.conſ. 145.verſ.quarto accedat.
Quo ad vltimum Dixi affines,& amicos poſſe iu-
ra abſentis tueri,& protegere, & poſſeſſionem
33 ablatam recuperare, † iuxta diſpoſitionem
*tex. in l.1.C.ſi per vim vel alio modo.*Vbi *Bald.*
dicit multum notandum, & alibi non reperiri
Quare magis admittitur ad illam recuperandã
non ſolum ſeruus, vel colonus, qui fuit eiectus
dũ poſſideret nomine Domini; ſed etiam alter
ſeruorum,vel procuratorum eiuſdem Domini,
qui poterunt recuperare poſſeſſionem,qua fuit
ſpoliatus ille ſeruus, vel procurator relictus in
ſpecie poſſeſſor à Domino; Etenim conſtitu-
tio eſt generalis, & continet rationem genera-
lem, vt conſultum ſit abſenti in ſua poſſeſſione
recuperanda,vnde quamuis eadem conſtitutio
lo-

Digitized by Google

loquatur exempli gratia in ſeruo electo, tamen
34 eſt amplianda ad alium ſeruum; † Cum ratio
generalis ampliet regulam, & dictum *Aim. conſ. 236.n.10.* Et ita in ſpecie concludit *gloſ. in l. 1. C. ſi per vim vel alio modo. & ibi Bart. & Bald.* & hanc opinionem ſequendam tanquam veriorem dicit *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed.6.n.19. & 20.*

In caſu tamen, de quo agebatur aliud Declaraui, quia non fuit actum remedio recuperandæ, ſed
35 adipiſcendæ; † Non enim valet conſequentia poterit colonus, vel ſeruus recuperare, ergo etiam acquirere, quia non eſt par ratio, quaſi in recuperatione poſſeſſionis concurrat animus abſentis, qui ſemper retinet ciuiliter poſſeſſionem, ſecus in acquiſitione, in qua non interuenit animus, prout concludit *Surd. conſil. 160. n.47.lib.2.* Ideo quæ ſuperius dicta ſunt debent intelligi, quando abſens erat ſpoliatus ſua poſſeſſione, tunc enim eſt licita recuperatio affinibus, & colonis, Vnde diſpoſitio *d. l. 1.C.*
36 *ſi per vim vel alio modo* † neq; procederet quãdo abſens ſolum turbaretur in poſſeſſione abſq; eo, quod fuiſſet eiectus, tunc enim ſi alio remedio d. ſeruus, vel alter nomine abſentis vellet agere non admitteretur *Bald in d. l. 1. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed.6.nu.40.* vbi quod non agit remedio *l. ſi quis in tantam. C. vnd. vi.* quaſi ibi tractetur non de ſola cauſa poſſeſſionis, ſed etiam proprietatis, cum tamen hoc tantum ſit conceſſum ob cauſam ſolius poſſeſſionis, tanquam momentaneæ, & modici præiudicij *Doctor. in l. 1. C. qui legitim. perſon. ſtand. in iud. hab.* Cum præſertim ſeruus admittatur ad remedium *d. l. 2. C. ſi per vim vel alio modo.* ne per abſentiam Domini poſſeſſor perdat poſſeſſionem, cum tamen in remedio *l. ſi quis in tantã.* caperet lucrum, ſi pœnam conſequeretur, ideo ad illud non eſt admittendus ex ſupra allegatis.

EPITOM

Cõſuetudo an valeat, vt libri Mercatorũ habeant vim inſtrumenti, cum hypotheca, & quando, & inter quos probent, & an intelligantur ſolum de pertinentibus ad eorum officium, & de ſummis de quibus non ſolent confici inſtrumenta. Partitæ aliquæ verificatæ an faciant pręſumi alias veras. Statutum mandans probari per iuramentum ſalarium vnius anni quando non conſtat de conuentione an debeat tantum intelligi de famulis, qui conducuntur oretenus ſine ſcriptura, & de ſalario plurium annorum.

SVMMARIVM.

1 *Libri Mercatorum quando probent, & inter quas perſonas. n.4.*
2 *Cõſuetudo valet vt libri Mercatorum habeant vim inſtrumenti cum hypotheca, & num. 3. Intellige vt n.6.*
5 *Diſpoſitio collectiua ex parte aliquorum contra alios non habet locum inter ipſos.*
7 *Conſuetudo debet eſſe rationabilis.*
8 *Libri Mercatorum probant merces conſignatas non ſolum principalibus, ſed etiam alijs de ipſorum mandato.*
9 *Conſuetudo quod ſtetur libris mercatorum intelligitur de pertinentibus ad mercaturam. Declara, vt nu.10.*
11 *Partitæ aliquæ verificatæ an faciant præſumi alias veras etiam non cõnexas. & nu. 12. & 13.*
14 *Libri Mercatorum probant de ſummis, de quibus non conficiuntur inſtrumenta.*
15 *Salarium quando eſt probandum per iuramẽtum ſi non conſtat de mercede famulorum intelligitur quo ad illos, qui conducuntur ſine ſcriptura, & de domeſticis; non alijs, quorum opera vtimur extra domum. nu.16.*
17 *Statutum mandans ſtari iuramento quo ad ſalarium vnius anni an comprehendat plures annos.*
18 *Statutum diſponens ſufficere iuramentum ad probandum ſalarium, ſeu damnum datum intelligitur dummodo prius conſtet de ſeruitute, & damno aliter quàm per iusiurandum. & num. 19.*
20 *Statuta an valeant quod villa teneatur reſarcire damnum.*

CAPVT CLXXI.

Libris de quibus agebatur Dixi præſtandam eſſe plenam fidem, cum enim habeant ad-
1 minicula qualitatis perſonæ, † & contineant multas partitas verificatas, data, & recepta, & alia, de quibus in proceſſu, probant pro ſcribente *Aim. conſ. 275.n 8. Caſtrenſ. conſil. 301. ad bene examinandum col. 1. in fin. n.4. lib.1. Roland. conſ. 92.n.6.lib.3. Rot. per R.P.D. Lancell. Roman. pecuniaria. 16. februar. 1601.* vbi allegãtur concordantes deciſiones, latè *Surd. deciſ. 105.n.5. & deciſ. 199.n.11. & conſ. 343. per tot. lib. 4.*

Quod magis erat in caſu noſtro, quia fuit probata conſuetudo, per quam ſemper fuit habita
2 fides libris ſimilium perſonarum, † itaut etiam habeant vim publici inſtrumenti, quæ conſuetudo, ſicut ſtatutum valet in hoc caſu *c. cum dilectus. de fid. inſtrum. Socin. conſil. 240. in princ. lib.2. Aim. de antiq. tempor. p.1.§. vidimus & abunde num.7. verſ. limitatur præmiſſa*
3 *concluſio.* latè *Surd. deciſ. 312. nu. 3* † vbi etiam quod iſta conſuetudo, & ſtatutum poteſt tribuere hypothecam, & executionem huiuſmodi libris; Itaut eximat mercatorem ab onere, quod ei incumbebat probandi ſcilicet illa ſex requiſita contra ſingulos debitores quandocunq; conueniantur, ſed vnica generali contra omnes ſtatutum mandat exinde credẽdum eſſe iſtis libris, Et voluit etiam *Bald. in l. cunctos populos. col. 10. in princ. verſic. & ideo ſta-*
4 *tuta quæ habent. num. 16. C. de ſacroſ. eccleſ.* † Quidquid aliud ſit inter ipſos mercatores ſocios,

Digitized by Google

cios, inter quos non obtinebit ſtatutum mandans, quod eorum libris ſtetur contra debitores *Alexan. conſ. 139. in fin. lib. 5. Surd.* qui multis ſimilibus comprobat *conſ. 551. num. 30.*
5 *lib. 4.* † quaſi diſpoſita collectiuè ex parte aliquorum contra alios non habeant locum inter ipſos *l. qui duos. 47. cum l. ſequ. de procurat. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de captiu. & poſt lim. reuerſ.*

Præſertim quia probatum fuit, quod non omnibus libris eſt credendũ, ſed tantum illis, qui habent requiſita, de quibus loquuntur teſtes, & quæ adſunt in caſu, de quo agimus; Nã alias non va-
6 leret conſuetudo indiſcreta, † quod crederetur omni ſcripturę mercatoris pro ſe, tanquam prona ad malum, & falſum committendum, cum ſit contra eſſe conſuetudinis, cuius forma
7 medullaris eſt vt ſit rationabilis † *c. erit auth. 3. diſtinct.* prout in terminis concludit *Bald. in l. vnic. col. 4. in princip. nu. 6. ad med. verſ. nam ſi conſuetudo loci eſt. C. de confeſſ. & ibi Add. in verb. ſi autem conſuetudo.* ſequitur *Abb. in cap. bonæ memoriæ. il 2. quod eſt 4. col. penult. in fin. verſ. vide tamen notabilem limitationem. nu. 30. de poſtulat. prælator. Aretin.* licèt non firmet *conſ. 45. viſis articulis. in fin.* latè *Alex. conſ. 217. viſo quodam ſatis inordinato. col. 3. ad med. verſ. fortius dixit ſignanter. n. 7. lib. 7. Aim. de antiqu. tempor. §. videmus & abunde. n. 7. ad fin. verſ. dummodo tale ſtatutum.*

Amplius non ſolum iſti libri probarent quando
8 merces fuerunt datæ ipſimet principali; † ſed etiam ſi alijs ſint conſignatæ de mãdato illius, quia licèt non videatur poſſe colligi fides ex huiuſmodi libris reſpectu mandati ſecundum *Purpur. in l. admonendi. nu. 208. verſic. ex quo infero. de iur. iur.* Tamen hoc intelligitur quando mercator non atteſtaretur de mandato, eo enim caſu ſi is, qui habuit merces diceret ſe accipere nomine talis, non probaret, quaſi illi ſic aſſerenti non ſit ſtandum, ſecus vbi ſcribens dicit ſe tradidiſſe tali de mandato alterius, quia eadem adhibetur fides quoad mãdatum, prout ſi diceret domino conſignaſſe, prout in ſpecie concludit, & diſtinguit *Surd conſ. 543. n. 9. verſ. ad primum. lib. 4.* de quo tamen dicam latius infra in cap. particulari.

Immo quamuis conſuetudo, aut ſtatutum quod credatur libris mercatorum debeat reſtringi
9 ad ea; † quæ pertinent ad cauſam mercaturæ tantum *Aret. conſil. 45. in fin. Aim. de antiq. tempor. par. 1. §. vidimus & abunde. nu. 8. verſ. rurſus talis conſuetudo.* Tamen hoc procedit quando fides datur libris ex diſpoſitione ſtatuti, quia tunc non aliter eſt ei credendum, quàm cum iſtis qualitatibus; Vnde cum ſtatutum loquatur de mercatore debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam de concernentibus
10 cauſam mercaturæ; † Secus autem quando fides libri pendet à diſpoſitione iuris communis, quia tunc in omnibus creditur ſiue de mercatura, ſiue de mutuo, vel de depoſito, concurrentibus tamen adminiculis, prout declarat *Surd. conſ. 543. in fin. n. 9. verſ. ad ſecundum dictum fuit. lib. 4. poſt Cephal. conſ. 374. n. 53. lib. 3.*

Magis daretur fides huiuſmodi libris quãdo multæ partitæ eſſent verificatæ, prout in caſu, de
11 quo agimus, † quia hoc facit præſumi alias fuiſſe veras, & legales *Caſtrenſ. conſ. 301. col. 1. in fin. nu. 4. lib. 1.* Et quamuis iuſtificatio nonnullarum partitarum non ſufficiat, niſi in connexis ſecundum *Rip. in l. admonendi. nu. 125.*
12 *de iur. iur. & ibi Purpur. nu. 205.* † Tamen hoc procedit quando nihil aliud adeſſet, ſecus vbi extarent alia adminicula, de quibus in caſu noſtro, prout declarat *Surd. deciſ. 199. n. 12.* vbi etiam tenet veriorem opinionem eſſe, quod ſiue ſimus in connexis, ſiue non ſemper præſu-
13 mantur veræ aliæ partitæ, † quãdo aliquæ ſunt verificatæ; præſertim ſi mercator eſt legalis & fide dignus, cum ſatis dicantur connexæ partitæ, dum continent data, & recepta, & reſpiciunt eandem negotiationem *Idem Surd. conſ. 543. nu. 5. lib. 4. poſt Menoch. de arbitr. caſ. 93. nu. 10.*

Verũ eſſet, quod in caſibus in quibus liber mercatoris confirmatus iuramẽto probaret pro ipſo,
14 deberet intelligi in illis tantũ ſummis, † de quibus non ſolerent confici inſtrumẽta, ſecus enim eſſet in alijs, prout concludit *Abb. conſ. 36. col. vlt. ad fin. verſ. unde in his de quibus. lib. 2.* ſequitur *Aim. de antiq. tempor. p. 1. §. quarto limitatur. n. 28. in fin.*

Prout dicimus de ſalario, nam ſi illud ſit probandum per iuramentum iuxta diſpoſitionem ſta-
15 tuti, † quando non conſtat de mercede miniſtrorum debet hoc ſtatutum intelligi de miniſtris, qui ſolent conduci verbotenus ſine ſcriptura, prout cum de hoc quæreretur Dixi verius eſſe, quia in alijs qui conducuntur, cum conuentionibus, de quibus ſolent confici inſtrumenta, non ſtabitur hoc iuramento, quemadmodum in miniſtro mercatoris, cuius opera Dominus vtitur pro inſtitore, qui petens ſalarium debebit probare aliter, quàm per iuramentum, Ita in puncto concludit *Hartman. Pitloris. quæſt. Iuris Roman. & Saxon. q. 8.*
16 *nu. 11.* † Vbi etiam intelligit de famulis domeſticis, non autem Aduocatis, & ſimilibus, quorum opera vtimur extra domum, quando ſtatutum reſpiceret hæredes defuncti, loqueretur per verba, quæ non conuenirent niſi famulis domeſticis; Quemadmodũ etiam dictum ſtatutũ
17 intelligeretur de ſalarijs plurium annorum, † quamuis dicatur, quod ſtetur iuramento de mercede vnius, vel dimidij anni, cum illa verba videantur potius poſita exempli gratia, non vt reſtringant diſpoſitionem *l. regula. §. fin. de*
18 *iur. & fact. ignorãt.* † Prout etiam deberet conſtare aliter, quàm per iuramentum, quod quis inſeruiuerit, ſicut dicimus de damno, de quo debet apparere aliter, quàm per iuſiurandum,
19 licèt ſtatutum dicat, † quod ſtetur iuramento damnum paſſi *Bart. in l. diuus traianus. nu. 2. verſic. item ſunt ſtatuta. ff. de teſtam. milit. per text. in l. ſi cum exceptione. 14. §. in hac. de eo quod met. cauſ. Plot. in l. ſi quando. nu. 758. C.*

unde

Digitized by Google

20 *unde ui.* † Et quando valeāt huiuſmodi ſtatuta quod villa teneatur reſt tuere damnum ei, qui furtum paſſus eſt *Bald. in d. l. ſi quando. C. unde ui. Iaſ. in l. de quibus. nu. 56. col. 12. ad med. uerſ. & quod ualeat. ff. de legib.*

EPITOME.

Legatum, & Donatio cauſa mottis quando cenſeatut reuocati pet alienationem, & hypothecam terūm donatarum, & legatarum, & quid ſi ſequatut ſententia capitalis contra donantem, tam ſi fuerit facta vxori, quàm extraneo, & an debeat præcedere traditio, vel ſufficiat conſtitutum. Augmentum docis an habeat privilegia dotis, & teputetur ipſa dos tam ſi fiat ab vxoce, & tertio, quàm ab ipſomet vico, & quando debeat conſeruaci filijs primi matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis reuocatur per alienationem rei donatæ.* Declara *ut n. 5. 6.*

2 *Donatio cauſa mortis accedit ultimæ uoluntati, non contractibus.*

3 *Legatum an reuocetur per alienationem, & pignus rei legatæ.*

4 Reuocatio *legati probatur ſignis, & cōiecturis.*

7 *Actiones deſcendentes ex maleficio non ueniūt ex conſenſu.*

8 *Donatio cauſa mortis facta ante delictum euaneſcit ſequuta ſententia capitali.* Intelige *ut n. 10. & 13.*

9 *Donatio cauſa mortis confirmatur per mortem naturalem, non ciuilem.*

11 *Fiſcus quomodo fraudetur bonis delinqūtium per donationem cauſa mortis ab eis actam ad fauorem uxorum.*

12 *Donatio cauſa mortis inter filios æquiparatur donationi inter coniuges.*

14 Donatio *cauſa mortis an ualeat inter uirum, & uxorem.*

15 Donatio *cauſa mortis facta uxori confirmatur per mortem ciuilem mariti, ſi præceſſit traditio, quidquid aliud ſit in morte naturali, & num. 16.*

17 *Conſtitutum finitur morte conſtituentis, licet conſtitutarius non perdat poſſeſſionem, et quomodo illam recuperet ab herede. n. 18.*

19 *Augmentum dotis habet priuilegia dotis.*

20 *Augmentum dotis nō confiſcatur per delictum uiri, prout ſi eſſet ipſa dos. & n. 24.*

21 *Augmentum dotis dicitur ipſa dos quando ſit à muliere, ſeu tertio, ſecus ſi fiat à marito.*

22 *Mulier præſumitur dare ſecundo uiro dotem datam primo, & augmentum dotis, dummodo non ſit factum ab eodem uiro.*

23 *Augmentum dotis factum à marito dicitur donatio propter nuptias, & debet conſeruari filijs primi matrimonij etiam ſine tranſitu ad ſecundas nuptias.*

CAPVT CLXXII.

Donatio cauſæ mortis cum diſceptaretur
an poſſit dici reuocata per alienationem
1 bonorum donatorum † Dixi veriorem opinionem affirmatiuam, quam tenet *Bald. in l. ſticbum qui meus erit. 6. in fin. ff. de leg. 1.* vbi dicit eſſe caſum vnicum, & ſingularem, ſequitur *Alex. in l. non omnis. in princ. nu. 3. uerſ. item etiam ſi donans.* vbi quod eſt multum notandum *ff. ſi cert. pet.* Donatio enim cauſa mortis acce-
2 dit vltimæ volontati † potius, quàm contractui, & habet ſe ad inſtar legati *Lup. in rubr. de donat. inter uir. & uxor. §. 77. nu. 2. ad med. uerſ. quia hæc donatio. Roman. in l. ſi donatione. n. 19. C. de collation. gloſ. in l. 2. in verb. capiūtur. ff. de public. in rem actio.* Ideò reuocatur per volun-
3 tariam alienationem, † Ad exemplum legati *l. rem legatam. de adimen. legat.* Itaut etiam ſufficiat pignoratio rei legatæ ad hoc, vt dicatur facta illius reuocatio, quando eſt pignorata ob tantam ſummam, quæ vel excedit, vel æquiualet pretio ipſius rei, cum aliud ſit in re hypothecata pro minori ſumma *Iaſ. in l. 3. n. 3 C. de legat. Menocb.* loquens tam de legato, quàm de
4 donatione *præſumpt. 124. n. 7. & 8. lib. 3.* † Quaſi iſtæ reuocationes probentur ſignis, & coniecturis *l. cum hic ſtatus. §. pænitentiam. de donat. inter. uir. & uxor. Gabriel. conſ. 102. num. 8. ad fin. lib. 1.*

Quæ quidem procedūt quando alienatio continet in ſpecie rem donatam, quia generalis diſpoſi-
5 tio, † vt inſtitutio omnium bonorum, obligatio, aut donatio non ſufficeret *Aret. conſ. 74. diligenter & maturè. col. pen. dub. 4. nu. 11. Aim. conſ. 144. n. 10. Couarr. in rubr. de teſtam. p. 3. nu. 19. poſt princ. verſic. ſed tamen indiſtinctè vera eſt ſententia.* & eſt *tex. in l. quoties. C. famil. herciſc.* de quo *per Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 10. verſ. ex quibus omnibus. Menocb. præſumpt. 24. in fin. n. 12. lib. 3.*

In caſu tamen Dianoræ mihi propoſito prædictis
6 non obſtantibus Dixi contrarium verius eſſe † quod immò non cenſatur reuocata donatio, de qua agebatur. Nam quicquid ſit in alienatione voluntaria, de qua loquuntur Doctores ſupra allegati, aliud eſt in neceſſaria, prout in caſu noſtro, quæ cum fuerit propter delictum, neque verè, neque præſumptiuè videtur conſen-
7 tire delinquens, † quaſi actiones deſcendentes ex maleficio non cauſentur ex conſenſu, cum iſta alienatio procedat à lege, non ab homine *Bald. in cap. 1. §. feudum. quod eſt. penult. oppoſit. 1. ſi de feud. fuer. cont. inter. domin. & agnat. Tiraqu. ad l. 16. connubial. gloſ. 5. n. 138.*

Neque obſtat, quod etiam ſequuta ſententia capi-
8 tali euaneſcat donatio cauſa mortis, † Licèt ſit facta ante commiſſum delictum *l. ſi aliquis. de donat. cauſ. mort.* Quia eſt ſimilis vltimæ voluntati *gloſ. in l. 2. in verb. capiuntur. ff. de public. in rem. act.* Quæ per delictum capitale reuocatur, & non ſortitur effectum, itaut ſufficiat crimen eſſe capitale, quāuis bona nō ſint confiſca-
ta,

ta;dummodò ſit tale crimen, quod inferat pœnam confiſcationis, quamuis enim mos ciuilis
æquiparetur naturali,tamen hoc non procedit,
9 niſi in caſibus expreſſis. † Vnde licet donatio
cauſa mortis confirmetur per mortem naturalem, non tamen per ciuilem, cum hoc non ſit
expreſſum prout latè declarat *Surd. conſ. 171.
n.4.in fin.lib.2.poſt* Couarr. *de teſtam.p.3. n 4.
verſ.cum tamen.* Natt.*conſ.549. n.12.* Peregrin.
*de iur.fiſc.lib.5.tit.1.n.147.*vbi ampliat etiam
non ſequuta publicatione bonorum,& quamuis
reus capitaliter non obierit, ſi bona donatoris
per delictum fuerint confiſcata *Caſtr.in l.ſi aliquis.de donat.cauſ.mort.*

Quia quicquid ſit in bonis donatis extraneis, de
10 quibus loquuntur Doctores ſupra allegati, †
Aliud eſt in donatione cauſa mortis facta vxori
prout in caſu,de quo agimus,tunc enim,illa cõfirmatur morte ciuili mariti, qui per condemnationem capitalem efficitur mortuus, & ideo
vxor poterit aduerſus fiſcum tueri bona donata,prout concludit in ſpecie *Bald.in l. executorem. n.30. C.de execut. rei iud per tex.* quem
dicit ſingularem *in l. ſed ſi mort. 14. de donat.
int.vir.& uxor.& in l.res vxoris 24. C.eod.&
ſequitur* Caſtr. dicens valdè notandum *in l.poſt
contractum. 15. in fin. de donat.* & multum extollit *Iaſ.in auth.ſi qua mulier.num.30.C.de ſacroſ.eccleſ.* vbi ex hoc colligit cautelam, quam
11 dicit nunquam vidiſſe,aut legiſſe, † per quam
fraudatur fiſcus bonis delinquentium, cum
poſſit præcogitans delictum donare multum ante crimen vxori cauſa mortis. Nam maritus
bannitus poterit reuocare donationem,quæ remanebit penes eum, neque applicabitur fiſco,
cum tanquam bona quæſita de nouo non veniant in confiſcatione *Surd. conſ.171.nu.11.&
14.lib.2.* vbi quod eſt ſpecialiſſimum in donatione facta vxori Tiraq.*ad l.16. connubial.gloſ.
5.num.159.*Roman.Natt.*& alij per Menoch.præſumpt.124.in fin.num.70. & 71.lib.3.* Farinac.
q.25.nu.130.& 131. Quicquid aliud ſit, quãdo
appareret facta donatio in fraudem fiſci *vt ibidem.n.133.& per Boſſ.de publicat.bonor. nu.52.
verſ. ſecundo limitatur hæc concluſio.* Et latè
etiam declarat *Peregrin.de iure fiſc. lib.5. cap.
1.n.148.vbi in fin. verſic. hæc autem diſtinctio.*
12 ampliat ad donationes † cauſa mortis collatas
à parentibus in filios, quę ab initio ſunt inualidæ; & procedunt à pari cum donationibus coniugum *l. penult. C. de donat. int. vir. & vxor.
gloſ.in l.ſi quis poſt.§.1.C.de bon.proſcript.* Loffred.*conſ.9.n.6.*Salic.*& alij in l.poſt contractum
de donat.*

Quæ ſine controuerſia habent locũ quando, prout
in caſu noſtro,memoria defuncti non damnatur,cum alias ſi viri donantis, & delinquentis
memoria damnaretur non eſſet quærendum de
13 confirmatione donationis, † cum illa eſſet reuocata quauis facta vxori *l. eum hic ſtatus. §.
ſi maritus vxori. ff. de donat. int. vir. & vxor.
Salic.in l.ſi quis poſt hæc. col.3. C.de bon. proſcr.
Farinac.q.25.n. 135. vbi in fin ampliat.* quan-

uis facta eſſet per modum augmenti dotis *Boſſ.
de public.bono.n.36.poſt prin.& n.52.ante med.
verſ.limitatur tamen.hæc.concluſio.* Peregrin.*de
iur.fiſc.c.1.lib.5. n.148.in princ. verſ.ſecundus
caſus conſiderabilis.*

Non obſtat quod donatio cauſa mortis non valeat inter virum & vxorem; Quia verior eſt
opinio contraria, cum æquiparetur vltimæ vo-
14 luntati † quaſi conferatur in tempus licitum
poſt mortem,& quia eſt modici præiudicij,cum
poſſit pro libito reuocari *Caſtr. in l. ſi ſocer. §.
tutius.n 3.ſolut.matrim.Rip. in l.2. n.3.verſ tu
aduerte.de leg 1.Lup.in rubr. de donat. int. vir.
& vxor. §. 77.num.2.in princ.uerſ.idem dicas.
Gomeſ.de contract.c.4.tit.de donat.n.18.uerſic.
non quia ſicut inſtitutio.*

Quibus adde magis dari confirmationem donationis,de qua agimus per ciuilem mortem mariti, quia præceſſit traditio bonorum, quę fuerunt donata cauſa mortis,hoc enim eſt ſpeciale
15 in morte ciuili, † vt traditio requiratur *Bald.
in l.executorem.8.nu.30. uerſ.quæro quidam tamen. C. de execut. rei.iudic.* Iaſ. *in auth. quas
actiones.col.7.ad med.num.30.C.de ſacroſ.eccleſ.
Surd.conſ.171.n.17.uerſ. & hoc. quidem uerum
eſt lib.2,* Cum aliud ſit in donatione cauſa mor-
16 tis facta vxori, † in qua non requiritur traditio,quando confirmatur morte naturali, cum
ſtatim a die mortis tranſeat dominium in donatarium ſine vlla traditione, quaſi ſe habeat
ad inſtar legati *Bald.in l.ſi mortis.in princ.C.ad
leg.falcid.Couar.in rubr.de teſta.p.3. n.16. uerſ.
primum dominium.Lup.in rub.de donat.int.uir.
& uxor.§.77. uerſ. idem dicas ſi maritus. nu.2.*
cum alijs *per Surd.conſ.171.n.17. lib.2.Aretin.
conſ.74.col.penult.uerſ.uenio ad quartum.n.10.
in fin.*

Et adcò prædicta ſunt vera, vt etiam ſufficiat conſtitutum,licèt enim illud finiatur morte conſti-
17 tuentis † *Grat.conſ.63. col.4.n.34.in fin.lib.2.*
Tamen conſtitutarius retinet ciuilem poſſeſſionem,cum illud procedat,ne videatur conceſſa
licentia poſſidendi per conſtitutarium hæredi
illius conſtituentis *Aim. conſ.107. n.2 Menoch.
de recuper. remed. 14. n.67.* vbi quod licèt conſtitutum finiatur morte, tamen conſtitutarius
non perdit poſſeſſionem, immò illam recuperat
ab hærede,& ſucceſſore conſtituentis,cum non
amittat actionem, ſed illam habeat contra hæredem *Gozzad. conſ. 42. n. 18.* & ita in puncto
quod ſufficiat conſtitutum in donatione, de
qua agimus concludit *Surd. conſ. 171. num.18.
lib.2.*

Nec facit quod cõſtitutum ſit collatum poſt mor-
18 tem, quo tempore conſtituens non poſſidet, †
ideo nihil operatur *Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.num.77.in fin.col. 20.in princ. poſt gloſ.in
uerb.poſſeſſis.lim.3.inſt. de action.* Roman.*conſ.
189. ſtante primo quæſito. in fine* Natt. *conſ.
189.n.1.* Quia quando conſtituens ſe conſtituit
poſſidere ex nunc, prout ex tunc diſpoſitio retrotrahitur ad tempus actus *Angel. in l.1.C.de
codicill. Natt.conſ.453.num.6.Guid.pap.q. 268.*

*quidam donauit.n.1.Dec.conſ.246. in cauſa magnifici.n.3.*ſequitur *Surd.conſ.171.nu.22.lib.2.* cum alijs per Tiraq.*de iur.conſtit. limit.2. p.2. n.15.* qui licèt *n.17.* adducat alios contrarium ſequentes. Tamen prima opinio eſt verior ex ſupra allegatis.

Amplius in caſu de quo agimus fuit facta donatio
19 vxori ex cauſa augmenti dotis, † quod habet
vim dotis, & omnia priuilegia conceſſa doti,
itaut dicatur ipſamet dos R*oland.de lucr.dot.q.*
100.per tot. Vnde quemadmodum dos non cõ-
fiſcatur propter delictum mariti quamuis eſſet
crimen lęſę maieſtatis *l.quiſquis§.vxores.* C.*ad*
*leg.iul.maieſt.*Soc. *conſ.121. præmittenda nu. 6.*
verſ quarto & vltimo respondeo.lib.4. Ita neque
20 dotis augmentum † B*oſſ.de bonor. publie.n.49.*
F*arinac.q.25.n.129.*

In quo tamen aduertendum eſt non eſſe tutum
quod dicunt Doctores iſtud augmentum dotis
non poſſe confiſcari ob eã rationem, quia illud
21 dicitur propriè dos.† Nam quaudo augmentũ
dotis fit à muliere,ſeu ab alio pro ea,tunc illud
augmentũ appellatur propriè dos, & de eo eſt
iudicandum,prout de dote *l.inter ſocerum.§.cũ*
*inter.de pact.*C*ephal conſ.656.nu.25.* Secus au-
tem quando fit à marito; tunc enim datum ab
eodem viro tempore matrimonij,ſeu ſponſalio-
rum dicitur donatio propter nuptias quamuis
dederit nomine dotis,ſeu augmenti. Nam quo
ad maritum idem eſt quod donetur propter nu-
ptias; vel augeat dotem vxoris,quaſi mulier nõ
det, ſed ſuſcipiat. Ita in ſpecie concludit Natt.
*conſ.253.n.7.& conſ.571.nu.9.*vbi ex hoc infere
22 † quod quamuis mulier præſumatur dare ſe-
cundo viro dotem primo datam, & illius au-
gmentum, Tamen non cenſetur dare augmen-
tum ſibi factum a primo viro, quia illud habet
ſpeciale nomen donationis propter nuptias,
ſequitur I*acob.Nanuell.*A*lbenſ.conſ.22 nu.5.in*
*fin.& conſ.68.in princ.*A*im.conſ.185.nu.1. latè*
S*urd.conſ.196 n.19. vſq;ad n. 24.* vbi dicit no-
tãdum,quia fuit ſuper hoc ſibi oppoſitum,quod
ignorabat terminos iuris, eum potius contra-
rium tenentes illos ignorent. Et ratio eſt quia
titulus dotis transfert dominium in maritum;
Vnde erat quæ iam erat mariti non poteſt dici
amplius effici ſua, ideò non poteſt conſtitui
dos a viro, Itant hoc procedat, quamuis mari-
tus donauerit extraneo aliquid, vt poſtea illud
daret nomine dotis ſuæ vxori *Surd. ibidem.nu,*
23 *24.* † Vbi infert. *nu 33.& 54.* Quod iſtud au-
gmentum mariti tanquam donatio propter nu-
ptias debet conſeruari filijs primi matrimonij
etiam ſine tranſitu ad ſecunda vota,&quamuis
filij ſint hæredes eius, qui auxit dotem, idem
erit dicendum, quaſi hæres non cenſeatur ap-
probare facta a teſtatore contra legis prohibi-
tionem. Ex quibus potius dicendum eſt, quod
quemadmodum donata vxori non confiſcantur
propter delictum viri *l. res quæ legata.& l.res*
vxoris.C.de donat. int. vir. & vxor. D*uen. reg.*
226.in fin.limit.9. Ita neque confiſcabitur au-
24 gmentum dotis factum † a maritò vxori ſequu-
ta confiſcatione propter ipſius delictum, non
quod iſtud augmentum ſit dos,ſed quia eſt do-
natio propter nuptias, quamuis datum fuerit
nomine augmenti dotis N*at.conſ.253.n.7.cum*
alijs ſupra allegatis.

EPITOME.

Remedium ſpolij quando competat hæredi, ſeu Prælato ſucceſſori ex perſona defuncti quamuis non probauerint poſſeſſionem, & quanto tempore præſcribatur, & an debeat probari violentia, & poſſit cumulari cum remedio adipiſcendæ. Libellus dicentis ſe ſpoliatum,& reintegrandum, & manutenendum in poſſeſſione an ſit admittendus. Solemnitates inſtrumenti quando ſuppleantur ex alijs. Cumulatio remedij contrarij an debeat admitti ſtante clauſula ius & iuſtitiam,non ſe adſtringens, & omni meliori modo.

SVMMARIVM.

1 *Remedium reintegrandæ poſſesſionis præſcribitur ſpatio triginta annorum.*Fallit *ſtante mala fide.n.2.*

3 *Remedium ſpolij non datur,niſi probata poſſeſſione.*Declara*.vt n.4.*

5 *Remedium ſpolij tranſit ad hæredem. Intellige, vt n.6.& 7.*

8 *Remedium ſpolij eſt in rem ſcriptum & perpetuam.n.9.*

10 *Prælatus quamuis non poſſederit an reſtituatur ad poſſesſionem,qua anteceſſor fuit ſpoliatus. n.11.& quid in penſione, n.12.*

13 *Probatio violentiæ non requiritur in remedio reintegrandæ, & n.14.*

15 *Clauſula non ſe adſtringens, & omni meliori modo quid operetur in remedio ſpolij intentati.*

16 *Interdictum recuperandæ,& adipiſcendæ poſſeſſionis non poſſunt in eodem libello cumulari.*

17 *Hæres quando poſſit eodem tempore agere remedio recuperandæ,& adipiſcendæ.*

18 *Cumulatio remedij contrarij non admittitur in eadem perſona etiam ſtante clauſula ius & iuſtitiam,& omni meliori modo.*

19 *Libellus dicentis ſe ſpoliatum,& reintegrandũ & manutenendum debet admitti.*

20 *Solemnitas inſtrumenti quando ſuppleatur ex alijs poſitis in eadem filſa, & protocollo.*

CAPVT CLXXIII.

NOn adeſſe aliquam præſcriptionem Dixì
in cauſa Dominici hęredis Montini,cum
non affluxerint triginta anni, qui requiruntur
ad hoc;vt dicatur præſcriptum remedium rein-
1 tegrandæ poſſeſſionis † ſecundum veriorem
opionem,de qua per Gl*oſ.Abb.Butr. & alios in*
c ſolliсita.de reſtit.ſpoliat.Alex.conſ.6.colu.5.in
*fi.n.16 lib.3.*A*im.conſ.124.n.14.*R*olan.conſ.72.*
n.19.

Digitized by Google

*num.19. lib.2.*vbi de communi latè *Bertazzol. conſ.ciuil.123.n.13.*vbi quod iſta eſt verior ſen
tentia,quamuis ſimus in priuato,Quicquid cō-
trarium dicat Sorrin.*in l.rem qua nobis.nu.8.de
acquir.poſſeſs.& conſ.266.col.8.lib.*2.dum voluit
propter negligentiam non curantis infra decē-
nium excludi ab hoc remedio,Quia eius opinio
non approbatur,vt per *Grat.conſ.70.nu.18.lib.*
2.Menoch.*de recuper. poſſeß. remed.15. nu.418.
verſ.ſecundus eſt caſus*. & ita etiam ſeruat Rot.
per Card.*Seraphin. Nullius ſeu* Maceraten. *re-
med.reintegr.17.maij 1600.*cuius deciſionis te-
norē ponit *Coſt.in tract.de fact.ſcien. & ignor.
cent.a.diſtinct.60.n.25.* vbi latè defendit iſtam
opinionem ponens multas allegationes ſubſcri-
ptas per varios Iuriſconſultos tam Vrbis,quàm
aliorum locorum, vt dixi latius ſupra *cap.*2.

Amplius ex facti ſerie colligitur mala fides ſpo-
liantis,quo caſu etiam vltra 30.annos datur re-
medium reintegrandæ, † cum in eo requiratur
bona fides, quaſi poſſeſſor malæ fidei nullo vn-
quam tempore præſcribat *c. fin. de praſcript.*
quicquid ſtatutum in contrarium allegatum
diſponat,quod actio realis,perſonalis, vel mix-
ta tollatur ſpatio triginta annorum, quia hu-
iuſmodi ſtatutum non debet intelligi, quando
præſcribens eſſet in mala fide *Caſtr.conſ.98. in
cauſa appellationis vertentis.in fin.nu.4.lib.2.*&
in ſpecie ſtatuti loquentis de reintegratione
ita concludit *Alex.conſ.185.viſo titulo quaſtio-
nis.col.penult.in princ. verſ.nec prædictis habet
obſtare.nu.27.lib.2.*

Nō obſtat quod Dominicus nunquam poſſederit,
quod erat probandum ad hoc, vt detur reme-
3 dium ſpolij † *c.conſultationibus. 10. & ibi gloſ.
in verb.poſſeſſionem.de offic.deleg.l.1.§.interdi-
ctum autem.de vi,& vi armat.Decian. conſ.37.
nu.25.lib.3.*Menoch.*de recuper.remed.15. q.31.
n.383.*Quia omiſſo quod poſſet colligi ex teſti-
4 bus examinatis iſta probatio poſſeſſionis.† Re-
ſpondetur nos eſſe in hærede, cui datur huiuſ-
modi remedium ex perſona ſui auctoris ſpo-
liati *Natt.conſ.439.nu.4.Grat.conſ.70.n.12.vſ-
que ad 17.lib.*2.*Bertazzol.conſ.ciuil.123. n.15.*
quaſi ius fundatum in perſona auctoris,non al-
teretur ex mutatione alterius *Pontan. de ſpol.
lib.2.c.15.n.138.tom.c4. fol.*288.*Gigas de pen-
ſion.q.47.num.9.verſ.quarto ſciendum eſt.tom.
15.p.c.fol.346.*

Quod ſine dubio admittendum eſt in caſu,de quo
agimus,cum teſtes probent defunctum,ex cuius
5 perſona agitur fuiſſe in vita ſpoliatum, † tunc
enim tale ius cum cæteris ſimilibus tranſit ad
hæredem *Soccin.in l.rem qua nobis. q.2. in fin.
nu.10.de acquir.poſſeſſ.* Ratio nam ſi defunctus
dum viueret non fuiſſet ſpoliatus ius recupe-
randi poſſeſſionem non eſſet formatum in per-
ſona defuncti, & per conſequens non tranſmit-
teretur ad ſucceſſores *Cagnol.in l.hæredem.59.
col.pen.in fin.nu. 17.de reg. iur.* Gabr.*de reſtit.
ſpoliat.concl.5.nu.20.Vrſill.ad Affl.deciſ.118.
aliàs.119.in princ.Grat.conſ.70.nu.34. verſ. &
maximè cum remedium. lib. 2.*

Nec facit quod contrarium ſequatur *Bald.in au-
th.defuncto.ad tertullian.*vbi concludit hoc re-
medium non competere hæredi, ſequitur *Alex.
conſ.37.in cauſa mota.nu.5.col.penult. in princ.*
6 *verſ. ſed alia inſuper ratione. lib.1.* † Quia non
loquuntur quando propter ſpolium defuncti iā
iſtud remedium erat in eſſe deductū, prout eſt
in caſu,de quo agimus,ſed ſolum debent intel-
ligi quando incipiebat ab hærede,qui fictè poſ-
ſidebat, vt puta mediante ſtatuto, quod conti-
7 nuat poſſeſſionem, † tunc enim ficta poſſeſſio
hæredis nō parit remedium reintegrandæ, pro-
ut dicunt *Alex.&* Bald.*ex aduerſo allegati,*cum
aliud ſit, quod non pariat,aliud quod non com-
petat,quando productum eſt, tunc enim verius
eſt competere, cum adſit ratio diuerſitatis in-
ter iſtos caſus, quaſi multa in eſſe deducta te-
neant,quæ ab initio non deducuntur *l. à patre
furioſo.d: his qui ſunt ſui,vel alien.iur.* & ita in
ſpecie dicit diſtinguendum *Grat. conſ.70.n.17.
lib.*2. vbi quod multum eſt notanda huiuſmodi
8 concordia. Et ratio eſt, † quia hoc remedium
eſt in rem ſcriptum *c.reintegranda 3.q.1.* & re-
media in rem ſcripta tranſeunt ad hæredes *l. ſi
tertius §. ſi priuſquam. de aqu. pluu.arcen.*Soc-
*cin.in l.rem qua nobis.nu.*10. *q.2. in fin. ff. de
9 acquir.poſſeſſ.*† Cum præſertim iſtud remedium
ſit perpetuum *Alex.conſ.6.col.3.lib.3.* Ideo de-
bet tranſire ad hæredes, prout remedia perpe-
tua tranſeunt *inſtit. de perpet.& tempor.action.
in princ.* Et cū detur reintegratio eiectis,& ſpo
liatis,non debet excludi hæres, qui eſt eiuſdem
10 iuris cū defuncto *l.hæredem. de reg.iur.* † Pro-
ut dicimus de Prælato,qui vult agere nomine
eccleſiæ,vt illa reſtituatur ad poſſeſſionem,qua
anteceſſor iam ſpoliatus fuerat,Quāuis.n. ſuc-
ceſſor nunquam poſſederit, tamē quia eccleſia
poſſedit, poterit experiri hoc interdicto *Innoc.
in c.cum ſuper.col.1.& ibi* Bellam.*nu.7.de cauſ.
poſſeſſ. & proprietat.* Dūmodò non proprio no-
11 mine,ſed eccleſiæ agat, † quia aliàs huiuſmodi
reintegratio non competeret, cum ipſe non
poſſederit, prout declarat M*enoch. de recuper.*
12 *poſſeſſ.remed.1.nu.*411. † Et de penſione,quàm
quis nunquam exegit,quod ad illam reintegre-
tur,quando anteceſſor exegerat,ex cuius perſo
na actum eſt dicit *Gig. de penſion. q.47.nu.9.*

Neque obſtat non fuiſſe probatam ſpoliationem,
ſeu violentiam; Quia iſta probatio non requi-
13 ritur, quando agitur remedio reintegrandæ, †
cum ſatis ſit probare antiquiorem poſſeſſionē,
quaſi tunc noua præſumatur vitioſa, & clande-
ſtina,& ex hoc ſolo inſurgit probatio ſpoliatio-
nis *Bald.in l.penult.col.penult. C. ſi à non com-
pet.iud.per tex.in l.ſi coloni.C.de agricol.& cen-
ſit.lib.10.Affl.ſuper conſtit.regni.lib.1.rubr.24.
de violent.circa poſſeſſ. num.*20. & voluit *Alex.
conſ.6.col.3.poſt med.verſ.quinimmò poſito.n.6.*
14 *lib.3.*Vbi ampliat † neq; neceſſarium eſſe pro-
bare iſtam violentiam,quamuis in libello fuerit
de ea facta mentio, quando adeſt clauſula non
ſe aſtringens,prout in caſu noſtro,cum illa clau
ſula operetur, vt ſufficiat probare quantum eſt

neceſſarium pro victoria detrahendo dictam
qualitatem deductam, ſicut etiam clauſula om-
15 ni meliori modo,† quæ ſuſtinet libellum, vt
interpretemur eo modo, quo fauorabilius po-
teſt iuuari intentio actoris *Butr. in c. litteræ.*
de dilat. & in c. examinata. de iudic. Bald. in l.
vinum. ff. ſi cert. petat. Doct. in c. 2. de ordin. co-
gnit. quod etiam voluit *Socin. in l. rem quæ*
nobis. n. 16. de acquir. poſſ. vbi quod non eſt pro-
banda aliqua violentia, quamuis in libello fue-
rit deducta, dummodò actor non ſe adſtrinxerit
ad illius probationem ſequitur *Menoch. de re-*
cuper. remed. 15. n. 397. verſ. amplia ſecundo.
q. 31.

Nec aduerſatur quod in libello fuerint intentatæ
diuerſæ actiones videlicet adipiſcendæ, & re-
16 cuperandæ, † quæ duo remedia tanquam con-
traria non poſſunt cumulari *Bald. in l. incer-*
ti. 3. q. 11. n. 17. C. de interdict. Affl. deciſ. 155.
n. 5. Doct. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. vbi
Bart. nu. 20. ff. de acquir. poſſeſſ. Quia cum fue-
rit actum per heredem ad poſſeſſionem, quam
defunctus habebat tẽpore mortis ſuæ, tale poſ-
ſeſſorium habet limbolum cum poſſeſſorio re-
cuperandæ quaſi hæreditas videatur quodam-
modo ſpoliata *Bart. in l. fin. nu. 20. C. de edict.*
diu. adr. toll. Ideo tunc dabitur cumulatio iux-
17 ta *deciſ. Affl. 118.* † Quod magis procedit in
caſu, de quo agimus, quia actor deduxit poſſeſ-
ſorium recuperandæ ex perſona defuncti, qui
à poſſeſſione ceciderat, poſſeſſorium vero adi-
piſcendæ intentauit ex perſona propria, tunc
enim admittitur cumulatio, quaſi vtroq; modo
hæres adipiſcatur poſſeſſionem, Licèt enim in-
ſpecta perſona defuncti videatur recuperari
poſſeſſio ſemel amiſſa, Tamẽ conſiderato hære-
de dicitur de nouo illa acquiri, ſiue obtineat in
remedio recuperandæ, ſiue acquirẽdæ *Menoch.*
de adipiſc. remed. 1. nu. 91. latè *Surd. conſ. 273.*
nu. 31. lib. 2. vbi ita declarat *deciſ. Afflict. 118.*
Quaſi ſecus ſit dicendum, quando ex perſona
propria intentaretur vtrũq; remedium recupe-
randæ, & adipiſcendæ, tũc enim in eadem per-
ſona hæc ſunt origine contraria, quod ceſſat
quando ſumus in hærede, cum vnum ſit iudiciũ
in perſona defuncti, aliud in perſona hæredis;
18 Itaut ſtante huiuſmodi contrarietate † in ea-
dem perſona, neq; iuuent clauſulæ, ius & iuſti-
tiam, omni meliori modo, & ſimilia. Ratio
quia tũc eſt intentata certa actio, quo caſu illa
non trahitur ad remedium difforme, quaſi ex-
preſſus ſenſus præualeat tacito, & in claris non
ſit opus coniecturis *l. contractus. §. cum ita. de*
verb. oblig. l. precibus. C. de impub. & alijs ſub-
ſtit. & ita in ſpecie concludit *Socin. conſil. 39.*
viſis & inſpectis. col. 8. poſt princip verſ. verum
licet iſte articulus. n. 19. lib. 1. Pariſ. conſil. 131.
n. 12. lib. 1. Surd. conſ. 273. n. 24. lib. 2.

Idem eſt in libello eius, qui dicit ſe ſpoliatum, &
petit ſe manuteneri, quia tunc quoque datur
19 cumulatio, † quaſi diuerſis reſpectibus hoc ſit
concedendum etiam in eadem perſona videli-
cet recuperandæ ratione naturalis poſſeſſionis
clam occupatæ, retinendæ ratione ciuilis; Ita
vt etiam valeat libellus, in quo petitur manu-
tentio, licèt in narratiua dicatur ſemper poſſe-
diſſe, præterquam ab anno tali, quaſi debeat
intelligi quod ante dictum annum poſſedit na-
turaliter, & ciuiliter, poſtea vero ſolum ciuili-
ter *Caſtr. conſ. 234. in cauſa appellationis. n. 1.*
lib. 2. Natt. conſ. 572. num. 21. & 22. Ruin.
conſ. 5. n. 11. lib. 4. latè *Surd. conſ. 160. nu. 72.*
lib. 2. poſt Menoch. de adipiſc. remed. 2. n. 109.

Vltimum non obſtat de nullitate inſtrumentorum
productorum, quaſi in illis deficiat ſolemnitas
diei, cum alijs requiſitis ad illorũ validitatem
de quibus per *Specul. de inſtrum. edit. §. 2. qui*
20 *incip. breuiter. in princ.* † Quia iſta omnia
ſupplẽtur ex alijs inſtrumentis poſitis in eadem
filſia, vel libro *Ang. in l. ſi quis ex argentarijs.*
§. initium. de eden. Quamuis folium non ſit
ligatũ *Curt. Iun. conſ. 166. nu. 1. in fin. verſ. cũ*
igitur in propoſito noſtro. lib. 1. Præſertim quia
ſumus in inſtrumentis redactis in libro proto-
colli, cum ſecus eſſet, vbi ſunt inſtrumenta ſe-
parata, & diſtincta folia, tunc enim nulla dare-
tur probabilis conſequentia de vno ad aliud
Caſtr. conſ. 195. viſis his quæ narrantur. col. 2.
in princ. num. 1. ad fin. lib. 2. Surd. conſil. 187.
num. 35. lib. 2.

E P I T O M E.

Mutuum, an Depoſitum ſit præſumendum quan-
do pecuniæ ponuntur penes mercatorem, tàm
per principalem, quàm per officiales banchi,
ſeu alios, qui eas exegerunt nomine illius.
Creditor an poſſideat pignus conuentionale,
& prætorium ad ſui commodum, vel ad vtilita-
tem debitoris, & an ei dentur interdicta poſ-
ſeſſoria, & quid ſi non fuerit traditum an ſuf-
ficiat conſtitutum, ſeu precarium. Et an di-
cta remedia poſſeſſoria competant colonis, &
inquilinis. Lucrum quando poſſit percipi ex
depoſito.

S V M M A R I V M.

1 *Pecunia poſita penes mercatorem præſumun-*
tur depoſitatæ. & nu. 5. Declara vt nu. 9. 11.
& 12.

2 *Actio depoſiti eſt priuilegiata.*

3 *Factum præſumitur quod conſuetum eſt fieri.*

4 *Verbum cuſtodire, et commendare conueniunt*
depoſito.

6 *Lucrum an poſſit percipi ex depoſito.*

7 *Numeratio pecuniæ an faciat præſumi mutuũ,*
vel depoſitum. & n. 8.

10 *Contractus nouus quando præſumatur, ſeu cõ-*
firmatio veteris.

13 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demon-*
ſtrant.

14 *Creditor an poſſideat pignus nomine debitoris.*
num. 19.

15 *Interdicta poſſeſſoria an dentur creditori pro*
pignore ei dato à debitore. & nu. 18. & quid
ſi pi-

ſi pignus non fuit traditum, & adeſt conſtitutum. n. 30. 33. & 34.

16 *Priuilegium exceptionis ſpolij eſt odioſum, & reſtringendum.*

17 *Inquilinus an poſſideat nomine proprio, & agat remedio unde vi. n. 23. & 25.*

20 *Dictio omnino eſt præciſa.*

22 *Creditor an teneatur ad deſcriptionem pignoris ſi bona debeant deſcribi in æſtimo per poſſeſſorem.*

24 *Poſſeſſio debitoris quo ad pignus datum creditori eſt ficta.*

26 *Conductor poteſt agere contra locatorẽ vt agat aduerſus, qui ſpoliauit re conducta.*

27 *Conuentus vt agat an liberetur cedendo actionem.*

28 *Labor & ſumptus recuperandi rem legatam ſpectat hæredi.*

29 *Dominus expellens inquilinum pro vſu ſuo tenetur ad intereſſe, & ad pœnam ſtellionatus vel ad reponendum in priſtinum conductorem ſi poſtea non habitet.*

31 *Conſtitutum an operetur poſt mortem conſtituentis per clauſulam ex nunc prout ex tunc in eo appoſitam.*

32 *Precarium quando transferat poſſeſſionem.*

CAPVT CLXXIV.

PEcunias poſitas penes mercatorem Dixi
præſumi depoſitatas ſecundum opinionem
Bald. in l. incendium. 11. num. 3. verſ. extra quæritur. & n. 4. in fin. verſ. idea tamen præſumitur.
1 *C. ſi cert. petat.* † vbi dicit menti tenendum quia
expedit magis creditori habere actionem bonæ
fidei, ſcilicet depoſiti, quam ſtricti iuris, ideſt
2 certi condictionem ex mutuo, † & quia actio
depoſiti eſt priuilegiata *l. final. C. depoſit.* &
habet paratam executionem *Alex. in l. ait prætor. 5. §. 1. num. 4. de rei vendic. Felin. in capitul. ſicut. n. 3. eod. ti.* quod quando procedat latè per
Coler. de proceſſ. execut. cap. 2. par. 3. num. 20. & c. 3. num. 22. vſq; ad 26. p. 3. Itaut in dubio præ-
ſumatur dominium translatum, cum conſuetu-
do adſit quod iſtæ pecuniæ ad numerum den-
tur mercatori, & ad numerum reddantur, quaſi
3 præſumendum ſit factum eſſe, † quod ſolitum
eſt fieri *l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de edilit. edict.* & notat in ſpecie *Bald. in dict. l. incendium. in fi. verſic. breuiter ego dico. Gabr. de reb. credit. concl. 2. num. 10. & 11. verſic. ſecundo. facit.*
Et magis præſumeretur depoſitũ, quando tradens
pecuniam dixiſſet recipienti, quod eam cuſto-
4 diret, † cum propie cuſtodia conueniat ipſi
depoſito *l. 1. in princ. ff. depoſ. Ruin. conſil. 108. n. 1. lib. 1. Menoc. præſump. 69. lib. 3. nu. 2.* quam-
uis fuerit dictum commendare, cum idem ſit
quod deponere *l. lucius titius ſempronio. 24. verſic. quid eſt enim aliud. ff. depoſit. l. commendare. 186. ff. de verbor. ſignific. cap. ne quis. 22. q. 2.* quidquid in alijs caſibus dicta verba aliud
ſignificent latè *Rebuff. in d. l. commendare. in*
5 *princ. de uerb. ſignif.* † Itaut ad præſumendum
depoſitum ſufficiat, quod pecuniæ afferantur ad
banchum non à principali, ſed ab alio eius no
mine, prout loquitur *tex. in l. lucius titius ſempronius. 24. ff. depoſit.* quaſi actus tribuatur man
danti, non exequenti *l. item eorum. 6. §. ſi decuriones; & ibi gloſ. in uerb. negocium. ff. quod quiſque vniuerſ. nomin. l. apertiſſime, & ibi gloſ. ultim. in uerb. delegit. C. de iudic. Aim. conſil. 122. colum. 1. in princ. num. 3. uerſic. quia quando nominatio.*
Amplius in huiuſmodi depoſitis licitum erit ali-
6 quid reddi de lucro ſaluo capitali, † non ſo-
lum quando pecunia eſt dotalis *Lup. in cap. per ueſtras. §. 11. in princ. fol. 413. de donat. int. uir. et uxor Franc. Marc. deciſ. 489. num. 18. lib. 1.*
Sed etiam in alijs caſibus, cum non ſit ſpeciale
in dote, maximè quando tale depoſitum non ha
buiſſet ortum à parte, ſed a iudice iubẽte, intel-
ligẽdo abſq; pacto, & principali intentione de-
ponentis quamuis depoſitarius illud lucrum
daret ſperans, quod per huiuſmodi argitionem
deponens non auferret illam pecuniam ab eius
bancho, & etiam quod deponens libentius ha-
beat pecuniam ſuam depoſitam penes hunc
gratum, quam apud alium, dummodo merca-
tor non det illud lucrum tanquam obligatus ad
id ob pretium, atq; vſum pecuniæ, & dummo-
do dominus non acciperet ob eandem ratio-
nem, aut ſperaret, vel principaliter ob hoc de-
poneret, prout explicat *Nauarr. in ſumm. c. 17. num. 242.* & dicam latius infra in capit-
particulari.
Neque obſtat quod potius præſumatur mutuum,
quam depoſitum, quando interuenit numeratio
7 pecuniæ † *Cin. in l. incendium. C. ſi cert. pet. Angel. in l. cum quid. ff. eod. titul.* quaſi tunc
fiat in quantitate *Franc. Marc. deciſ. 489. col. 1. in fin. num. 5. p. 1.* & quaſi tunc concedatur vſus
illius pecuniæ ex quo excluditur depoſitum
Ruin. conſil. 108. lib. 5. Menoch. præſumpt. 69. in fi. lib. 3. Quia illud procedit vbicunque nu
meraretur pecunia perſonæ indigenti, non au-
8 tem mercatori, † vel alias diuiti, aut opulento,
quem non eſt veriſimile pecuniam mutuo ac-
cepturum *Dec. in l. cum quid. et ibi Purpurat. num. 136. ff. ſi cert. petat. Gabr. de reb. credit. concl. 2. num. 2.* Cum præſertim in huiuſmodi
mercatoribus præſumantur pecuniæ, quæ illis
dantur depoſitæ gratia dantis, non recipien-
tis, ideo quamuis ſint datę ad numerum tamen
dicuntur datæ ex cauſa depoſiti, quaſi ex mu-
tuo non accepiſſent *Bald. conſ. 355. lib. 3.* Cum
præſertim numeratio fiat, vt ſciatur quantitas,
non vt tranſeat in poteſtatem recipientis de-
poſitum, ideo quamuis pecunia numeretur ſim-
pliciter, non per hoc perdit nomen depoſiti,
neque admittet compenſationem *Surd. conſil. 246. lib. 2.*
Quidquid tamen ſit de prædictis, in caſu Angeli
mihi propoſito contrarium Dixi ſtatuendum,
quod ſcilicet non ſimus in depoſito, cum enim
per mercatorem fuerint pecuniæ exactæ, & in

eius banco depoſitatæ debet eſſe differentia inter depoſitarium, & deponentem, vnde nulla competit actio depoſiti *l. 1. §. quod ſi rem. ff.* 9 *depoſ.* † vbi ſi ex mandato procurator exigat pecunias, & retineat penes, ſe datur actio mãdati, non depoſiti, cum contractus mandati ſit principalis, & cuſtodia veniat in acceſſorium. Ratio quia ſemper cenſetur aliquid actum ex cauſa magis principali *gloſ. in l. non vere. & ibi Bal. in fi. ff. ex quib. cauſ. maior. in integr.* Dec. *in c. dilecti. in 3. notab. de appell.* Aim. *conſ. 202. col. 4. ad fin. verſ. tertio in iudicanda cauſa. num. 8.* 10 † cum præſertim quando præcedit contractus perfectus, & adijcitur conuentio, quæ poteſt cadere in nouum contractum, ex tali conuentione magis inducitur informatio prioris contractus, quàm conſtituatur contractus nouus, prout in ſpecie depoſiti notat *Bal. in l. 1. §. quod ſi rem. in princ. ff. depoſ.*

Quod eſt verum quamuis alius pro mercatore depoſuiſſet, dummodo quando fuit conſtitutus 11 procurator eius perſona fuiſſet contemplata, † vti mercatoris *arg. l. penult. vbi* Bart. *in fi. verſ. vltimo. num. 3. C. de iur. delib. l. ſi proponas. §. 1. de inoffic. teſtamen.* Abb. *conſ. 115. videtur primo attingendum. columm. 2. in princ. verſ. præterea. vbicunque ſit mentio. lib. 2.* Aim. *conſ. 284. nu. 4.* 12 *ad med. verſ. ſimiliter cum in collatione* † puta ſi fuerint pecuniæ exactæ per officiales banchi, prout fuit in caſu, de quo agimus, cum geſtum ſemper debeat tribui cauſæ præcedenti *l. quadam mulier. 76. & ibi gloſ. in verb. ſufficiebat. in fin. de rei vendic. l. ſi procuratorem dedero 8. in prine. ff. mand. l. ſi id quod. §. ſi filiui. ff. pro ſoc.* quaſi à primordio tituli poſteriori firmetur euentus *l. 1. ad fin. C. de imponend. lucrat. deſcrip.* 13 *lib. 10.* † cum talia ſint ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant *l. ſi defenſor. de interrogatio.* Bartol. *in l. 3. in princ. de fund. inſtruct. capitul. inter dilectos. verſic. cæterum. de fid. inſtrum.*

Quo ad ſecundum dicebatur creditorem non poſſidere pignus ad proprium commodum, ſed ad 14 vtilitatem debitoris, & illius nomine *l. pignoris. 13. in princ. ff. de vſucap.* Bart. *in l. celſus. num. 15. verſ. tamen. quia illa poſſeſſio. ff. eodem. & in l. 1. in princ. columm. 3. in fin. verſ. oppono. vlterius de creditore. nu. 8. in fin. de acquir. poſſ.* Cephal. *conſ. 63. nu. 11.* Vnde cum non poſſideat ad proprium commodum, non ſunt ei danda in- 15 terdicta poſſeſſoria, ſicut remedium vnde vi, † quod ſolum datur poſſeſſori, vel ei qui poſſidet nomine proprio, non autem alieno, prout; in ſpecie latè concludit Sur. *conſ. 166. nu. 22. et 23. lib. 2.* quia hoc interdictum eſt odioſum Affl. *deciſ. 19. nu. 4. ad med. verſ. & pro hoc facit.* vbi quod priuilegium opponendi exceptionem ſpo- 16 lij eſt reſtringendum tanquam odioſum, † neq; debet trahi ad caſus non expreſſos Menoch. *de recuper. remed. 1. nu. 18.* Aim. *in reſponſ. pro genero. n. 241.*

Prout idem dicimus in colono, ſeu inquilino, quibus non datur interdictum vnde vi *l. 1. §. dey-* 17 *citur. in fi. de ui & ui armat.* † quaſi iſti nullo modo poſſidere dicantur, niſi quando interuertiſſent poſſeſſionem domini Bart. *in d. §. deyctur. in princ. uerſic. dicitur hic. & num. 3. uerſic. ſed hoc eſt falſum.* & eſt tex. *in l. 1. C. commun. de uſucap.* vbi quod coloni non ſibi, ſed domino poſſident, & ibi *gloſ. in uerb. domino. in princ.* notat, quod tales nullam omnino habent poſſeſſionem *l. non ſolum. §. 1. & l. fin. ff. de uſucapion.* Nam apud eos eſt ſola detentio, quæ eſt nuda facti inſiſtentia *l. 3. §. ex contrario. de acquir. poſſ.* Rip. *in l. 1. n. 44. ff. eod. tit.* ſiue ſpolietur a domino, ſiue a tertio poſſeſſore, prout declarat Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 1. num. 62. uſq; ad n. 66.*

Contrarium tamen prædictis non obſtantibus cõcludẽdum Dixi, quia quando ſumus in pignore tradito creditori, verius eſt, quod ei dentur re- 18 media poſſeſſoria † Nam creditor dicitur verè poſſidere pignus naturaliter, & ciuiliter, prout concludit Iaſ. *in l. 1. §. per ſeruum corporaliter. il. 2. in fin. uerſ. ultimo nota ex iſto. n. 5 & 6. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi* Socin. *numer. 4. uerſic. infertur. & ſecundo. & columm. 1. in fine uerſ. prima concluſio. ubi* Menoch. *in addit. in verb. extra cauſã* vbi quod creditor dicitur poſſidere rem pignori traditam, vnde in iudicio poſſeſſorio admittendus eſt ipſe, non debitor *gloſ. in l. ſi duo. 3. ad fin. §. creditores. in uerb. non* 19 *poſſe. ff. uti poſſidet.* † Vbi quidquid aliud ſit in pignore prætorio, verius eſt, quod in conuentionali creditor ſibi poſſideat; & eſt tex. in *l. qui pignoris. 35. in fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.* vbi quod debitor omnino non poſſidet, & ſi- 20 gnificat quod totaliter non poſſidet vere, † cum illa dictio omnino ſit præciſa Socin. *conſil. 249. materia præſentis conſultationis. colu. 12. in fin. uerſ. patet etiam ex hoc. n. 17. lib. 2. poſt gloſ. in clem. 1. in uerb. omnino. de uit. & honeſt. clericor.* Bartol. *in l. 1. ff. iudic. ſolu. & l. cum exceptione. §. quatenus. de eo quod met. cauſ.* Bald. *conſil. 389. nu. 6. lib. 5.* Tiraquel. *in l. ſi unquam. in uerb. reuertatur. num. 89. C. de reuocation. donat.*

Non obſtant contraria, quia procedunt quo ad effectus concernentes dominium, acquiſitionem 21 fructuum, vſucapionem, † & euitandam ſatiſdationem, in iſtis enim caſibus debitor dicitur poſſidere: Secus autem quo ad poſſeſſionem auocandam, & quo ad alios effectus, nam in cæteris creditor poſſidet vere, naturaliter, & ciuiliter *gloſ. in l. qui pignoris. 35. in uerb. intelligitur ff. de acquir. poſſeſſ.* Socin. *conſil. 20. in facto præſuppoſito. columm. 4. in princ. uerſ. & quia creditor fructus non lucratur. n. 4. ad med. lib. 3.* Rip. *in c. ſæpè. nu. 84. de reſtit. ſpoliat. poſt* Bartol. *in l. cum notiſſimi. n. 3. C. de præſcript. 30. uel. 40. annor.* & late explicat *gloſ. in l ſeruandum. quæ eſt penult. § creditor. in uerb. poſſeſſor. ff. qui ſatiſd. cog.* Iaſ. *in l. 1. §. per ſeruum corporaliter. il. 2. in fin. uerſ ultimo nota. & ibi* Socin. *&* Alexand *ff. de acq. poſſeſſ.* Neguſ. *et alij per* Corr. *de proceſſ. execut. par. 5. c. 12. num. 87.* Natt. *conſ. 535. quoniam*

Digitized by Google

niam adhuc.na.5.verſ.pro hoc etiam facit. lib.3.
22 vbi ex hoc etiam infert,† quod ſi ex forma ſta-
tuti poſſeſſor teneatur deſcribere bona in æſti-
mo debitor tenetur ad iſtam deſcriptionem fa-
ciendam;non creditor cui fuit res pignorata,
Quia eſt onus concernens effectum dominij,vel
fructuum,quorum ratione deſcribuntur bona
æſtimo l.quæro.de vſufr.legat. & ita in ſpecie
concludit Angel.in l.cum notiſſimi.in prin.C.de
præſcript.30.vel.40.ann.

Vnde neque obſtat ſimile de colono,ſeruo, inqui-
lino,procuratore,& ſimilibus, Quia iſti non ad
ſui commodum, ſed ad domini vtilitatem poſ-
23 ſident, † cum reſpectu ſui nullam habeant poſ-
ſeſſionem, neque naturalem, neque ciuilem
l.male agit.la:2.C.de præſcript.30.annor.l.quod
meo.18.de acquir.poſſeſ.gloſ.in l.1. in verb.do-
mino.C.commun.de vſucap.Coler.de proceſſ.exe-
cut.p.1.cap.5.num.24.cum alijs ſupra allegatis

Quod non eſt in creditore, cui non dicitur ab-
ſolutè poſſidere ad commodum debitoris, ſed
ſolùm quo ad effectus prædictos ſatiſdationis&
vſucapionis, cum alijs ſupra adductis, prout
declarat Menoc de recuper.poſſeſſ.remed.14.n.36
24 & 37 & remed.9.q.26 n.197.† vbi etiam quod
poſſeſſio debitoris eſt ficta poſſeſſio, cũ dicatur
poſſidere quo ad quid Rip.in c.ſæpe.n.84. de re-
ſtit.ſpoliat.

Quamuis etiam inquilinis,& conductoribus in cer
tis caſibus ex æquitate iudicis officio ſuccura-
tur ad recuperandam poſſeſſionem,qua fuerunt
25 ſpoliati †.vt per Bald. in l. ede. 3. colum.1. ad
fin.n.2.et col.fin.in princ. verſ.ſed quid ſi domi-
nus falſo prætextu. num.13. C. locat. Itaut poſ-
26 ſint conductores agere contra locantem, † vt
agat contra eum,qui ſpoliauit Bart. in l. iulia-
nus.§.ſi venditur.ff.de action.empt. vbi dicit eſ-
ſe notandum tanquam nouum modum agendi,
videlicet ago,vt agas,quaſi habens actionem ad
commodum alterius agere cogatur l. cum plu-
res.§.meſſem.ff.locat.l.2.§.fi.ff.ad l.rhod.de iact.
27 Quamuis ille qui conuenitur, vt agat libere-
tur cedendo actionem l.2.§.idem.labeo.ff.ne
quid.in loc.publ.Bart.in d.§.ſi venditor.ubi Ad-
dit.in uerb.actionem. extendit ad legatarium
qui compellit hæredem,vt agat ad recuperãdas
res ſibi legatas,& illi reſtituendas Alex.conſ.4.
col.6.lib.2 poſt Bart.in l.ſi ſic.78.n.3.et 4.de le-
gat.1. vbi quod liberatur cedendo actionem,
dummodo in exigendo non requiratur magna
28 impenſa † quia ad hæredem ſpectat labor, &
ſumptus ſecundum diſtinctionem,de qua in l.cũ
ſeruus.de leg.1. cum alijs per Rom.conſ.229.pro
declaratione propoſita.col.2.ad med. uerſ.quo ad
tertium quo quæritur. prout etiam ſi dominus
expellit inquilinum ſub prætextu, quod velit
domum locatam pro ſui habitatione, teneretur
29 eidem inquilino ad intereſſe, † ſi poſtea illam
alteri locaret, itaut ſi iudici obrepſerit punia-
tur crimine ſtellionatus cum facultate danda
inquilino, ſi vtile,petendi ſe reſtitui ad habita-
tionem l. 1. §. et hoc edictum. ff. si mul. uentr.
nom.in poſſeſſ.calumn.l.1.§.neceſſario.ff.ſi uentr.
nom. muller.in poſſ. miſſa. cum ſuperuacuum ſit
credere quod voluerit pro habitatione is, qui
poſtea non habitat l.ſecut.8.§, ſuperuacuum ff.
quib.mod.pig.uel. hypoth.ſolu. cum fruſtra cre-
datur,quod per effectum videmus,prout in ſpe-
cie de inquilino concludit Bald. in l. æde.3.col.
fin.in princ.verſ.ſed quid si dominus. falso præ-
textu.n.13.C.locat.

Quæ adeo vera ſunt,vt etiam procedant quamuis
pignus non fuerit traditum realiter creditori,
ſed debitor conſtituit ſe poſſidere in inſtrumẽ-
30 to obligationis bonorum,†nam per iſtud cõſti-
tutum dominium in eundem creditorem tranſ-
latum eſt, ita vt ſi non ſit in actuali poſſeſſione
contra detinẽtem agere poſſit Rol.conſ.53.n.4.
lib.1.Menoch.de recuper.poſſeſſ. remed.14.n.37.
in fin. uerſic. si præſertim. Vbi tamen n.38. de-
clarat non procedere mortuo conſtituente
Rom. conſil.189. in primo dub. Dummodo non
31 adſit clauſula ex nunc, prout ex tunc, † quaſi
per eam cenſeatur facta traditio etiam; poſt
mortem conſtituentis, & diſpoſitio retrotraha-
tur ad tẽpus actus Nat.conſ.453.n.6.Guid.pap.
q.268.quidam donauit.n.1.Surd. conſ.171.n.22.
lib. 2. licèt in ſpecie de creditore dubitet Idem
Surd.conſil.166.n.25.eod. lib.

Idẽq;eſt in precario quando debitor rogat preca-
rio nomine poſſidere a creditore bona,de qui-
32 bus agitur,†tũc enim ex parte precario rogan-
tis habetur quidem naturalis poſſeſſio propter
inſiſtentiam, ciuili tamen poſſeſſione translata
in creditorem Bart.in l.interdum.21.nu.2.ff.de
acq.poſſeſſ.Alex.conſil.81.perſpectis.n.8.lib.2.Et
tam in precario quam in conſtituto multa addu
cit Coler.de proceſſ.execut.p.3.cap.12. num.88.
et 89.

Verum ſi pignus conuentionale non fuiſſet tradi-
tum creditori,non darentur illi remedia poſſeſ-
33 ſoria, † tunc enim dicitur creditor propriè
poſſidere pignus, quando illud ad eum tranſit,
nam hypotheca dicitur,cum non tranſit poſſeſ-
ſio ad creditorem,prout eſt tex. in l.ſi rem alie-
nam.9.§ propriè.ff.de pignor.action. ubi gloſſ.in
uerb. non tranſit. declarat magis procedere
quando pignus eſt mobile,quaſi dicatur apugno
l.plebis.§.pignus.de uerb.ſignificat. cum quan-
tum ad actionem hypothecariam nulla ſit diffe-
rentia l.res hypothecæ.§.penult.de pignor.§.item
ſeruiana.inſtit.de action.& ita quod requiratur
traditio declarat Rip.in c.ſæpe.n.84.uer.ſecun-
do intellige.de reſtitut.ſpoliat.Surd. conſ.166.n.
34 25. lib. 2. † Prout etiam idem erit in pignore
prætorio, & quando actum fuiſſet inter ipſum
creditorem, & debitorem, quod apud eundem
creditorem eſſet ſola detentio iuxta doctrinam
Bald.in l.ſi ſeruus.ff. quod cum eo. Quia in iſtis
caſibus denegarentur creditori remedia poſ-
ſeſſoria,prout declarat Iaſ. in l.1.§.per ſeruum
corporaliter.il.2.n.6.et 7.uerſ.in ultimo notabili
& Soc.ibi n.7.ff.de acquir.poſſeſſ.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

Cenſus impoſitus ſuper re tradita emptori per clauſulam conſtituti an ſit nullus, ſi in contractu poſteà fuit reſeruatum dominium ad fauorem venditoris; & an ſit potius locatio, ſeu venditio ſtante dicta reſeruatione, & poſſit aliquid percipi, donec prætium ſoluatur. Fructus an ſint debiti ex cenſu impoſito ſuper re non libera, & quando poſſit agi ad pretij reſtitutionem etiam contra fideiuſſores, & via executiua, & ante euictionem, & detur reſciſſio contractus illa non ſequuta. Denunciatio litis motæ quando ſit facienda. Ignorantia an excuſet venditorem ab intereſſe, & pœna. Reſeruatio dominij, & hypothecæ an proſit domino, itaut ſit preferendus quamuis pro reſiduo pretij fuerit facta ſocietas in eodem contractu venditionis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitus ſuper re vendita cum reſeruatione dominij eſt nullus.*

2 *Conſtituens ſe alieno nomine poſſidere mutat cauſam ſuæ poſſeſſionis.*

3 *Per conſtitutum an fiat traditio, dominij & poſſeſſionis, & acquiratur ius ementi, & anterioribus creditoribus illius, itaut nihil operetur reſeruatio dominij poſtea facta. num. 4. 6. & 8.*

5 *In re ſua licet conditiones, & modos apponere.*

7 *In eodem contractu non datur prius & poſterius.*

9 *Reſeruatio dominij in re vendita an facit contractum locationis, ſeu venditionis. n. 11.*

10 *Locatio rei venditæ valet ſi fiat ipſi ementi donec pretium ſoluat.*

12 *Reſeruatio dominij, & hypotheca an proſit domino, itaut ſit praferendus alijs creditoribus quamuis pro reſiduo pretij fuerit in eodem cõtractu inita ſocietas.*

13 *Debitum ex cauſa venditionis tranſmiſſum in debitum ex cauſa ſocietatis an inducat nouationem hypothecæ.*

14 *Cenſus ſuper re probibita alienari eſt nullus. & quando fructus computentur in ſortem. nu. 15. & 17.*

16 *Emptor cenſus ſuper re non libera poteſt agere ad pretij reſtitutionem, etiam contra fideiuſſores. n. 18. & 19.*

20 *Reſciſſio contractus quando poſſit peti ante euictionem. n. 21. 23. 24. et 25. Et an competat uia executiua. n. 26.*

22 *Cenſus ualet ſi imponatur ſuper fundo non capaci propter alium cenſum ibi prius impoſitum.*

27 *Vendens rem non liberam an poſſit moleſtari ſi adſint fideiuſſores. et n. 28.*

29 *Prohibitio alienationis facta à teſtatore impedit transferri dominium.*

30 *Denunciatio litis motæ non requiritur ſtante iuramento. n. 31. et ſententia non bona litis. n. 32. et in minore, et fiſco. n. 33.*

34 *Caſus in quo agitur ad intereſſe ante euictionẽ. n. 35. et 36.*

37 *Ignorantia an excuſet venditorem ab intereſſe et pœna.*

CAPVT CLXXV.

Conſtitutionem cenſus, de qua in caſu Marij
de Francis mihi propoſito videbatur prima
facie non potuiſſe iudicari nullam. Etenim
quamuis propter reſeruationem dominij videretur
cenſus impoſitus ſuper re non libera,
1 † quo caſu impoſitio non valet *Bald. in l. ea lege. num. 4. in fin. colum. 1. C. de condict. ob cauſ. cum alijs quos adduxi decis.* 13. Tamen huiuſmodi reſeruatio
non poterat fieri propter conſtitutum
appoſitum in eodem inſtrumento cenſus, cuius
cõſtituti vigore iam erat facta traditio rei, tam
quo ad poſſeſſionem, quàm reſpectu proprieta-
2 tis ſeu dominij, † quaſi conſtituens ſe alterius
nomine poſſidere ſibi ipſe mutet cauſam poſ-
ſeſſionis *gloſ. in l. quædam mulier. ubi* Bart. *n. 1. verſic. nota quod per eum. de rei uendicat. Alex. conſil. 92. perſpectis bis. col. 2. nu. 4. uer. quod autem in poſſeſſorio. lib. 1. Tiraq. de iur. conſtit. in princ. n. 2. verſic. igitur per huiuſmodi conſtitutum.* Vnde iſta reſeruatio dominij debebat fieri
ante traditionem, vel in ipſa traditione, quod
in caſu noſtro factũ non fuit, cum alias nihil poſ-
3 ſit operari. † Et ratio eſt, quia ſtatim facta
traditione eſt acquiſitum ius emẽti, & anterioribus
creditoribus illius, quod non poteſt tolli
ex ſubſequenti reſeruatione, neque impediri
propter conſtitutum prius appoſitum in inſtrumento,
per quod iam erat facta traditio dominij,
& poſſeſſionis *l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de reb.*
4 *cor. qui ſub tutel.* † Et ita in terminis concludit
Neguſ. de pignor. part. 4. princ. q. 4. num. 35. verſ. ſed inſurgit. in prædictis una difficultas & multa
ſimilia adducit *Gozad. conſil. 15. et 16. per tot.*
Stante igitur nullitate reſeruationis dominij
cenſus non potuit iudicari nullus, cum nõ ſimus
in impoſitione facta ſuper re prohibita alienari,
immo potius valebit tanquam ſuper re libera,
5 & pertinente ad eum, qui cenſum impoſuit, † cui
licitum eſt in re ſua pacta, & conditiones non
prohibitas apponere *l. legem.* 10. C. *de pact. Soc. conſil. 75. primo aſpectu, n. 1. lib. 4.*

Quibus tamen non obſtantibus contrarium Dixi
verius eſſe: Nam huiuſmodi traditio cenſetur
6 facta in executionem tituli præambuli, † qui
fuit conceſſus tanquam reſeruatus; Vnde etiam
tale erit conſtitutum, velut acceſſorium ipſius
contractus cum non debeamus præſumere correctionem
in continenti, vt videlicet venditor
reſeruauerit ſibi dominium, & quod poſtea voluerit
illud liberum transferre: Maximè quia
non poteſt dici, quod traditio præcedat, ſiue
ſubſequatur reſeruationem tanquam factam in
7 eodem contractu, † in quo non datur prius, aut
poſterius, ſed intelligitur vnicus actus *Bald. in l. penult. §. mulier. in fin. ff. ſolut. matrim. Afflict. deciſ.*

deciſ. 306. vir & uxor. in fin. n. 10. Et ita in
puncto concludit Curt. Iun. conſ. 146. præſup-
8 ponitur in facto. & conſ. 147. contra ea. lib. 1. †
Et æquiorem ſententiam, ac ſequendam dicit
Strace. de decoctor. p. 7. & vlt. rubr. qui potior.
in bon. decoctor. habeant. n. 6. verſ. num tale pa-
ctum quod res vendita. tom. 6. p. 1. fol. 327. poſt
Ruin. per eum allegatum conſ. 214. n. 10. lib. 1.
ſequitur Bertazzol. clauſul. 42. gloſ. 1. in fin. la-
tè Surd. deciſ. 157. per tot. vbi teſtatur opinio-
nem Neguſ. exaduerſo adductam non eſse ap-
9 probatam, † Subdens, quod traditio cenſebitur
facta in executionem locationis, non autem
venditionis, cum potius ſit locatio, quando re-
ſeruatur dominium, & contractus conditiona-
lis, vnde etiam conſtitutum erit conditionale,
quaſi permittatur venditori locare ementi rem
10 venditā pro certa penſione ſingulis annis † do-
nec pretium ſoluatur l. ſicut emptio. 23. ff. locat.
quem tex. multum notandum dicunt Doctor. in
l. curabit. C. de action. empt. & eſt verior opinio,
quod ſine labe vſurarū poſsit locari huiuſmo-
di res vendita, quidquid alij contrarium ſentiāt
prout latè concludit Claud. ad Bertazzol. conſ.
crimin. 540. lib. 2. Quamuis ſecundum Couarr.
11 lib. 3. var. reſolut. c. 11. nu. 6. in princ. † huiuſ-
modi contractus cum reſeruatione dominij ſit
venditio vera, & pura, non conditionalis, cum
ſit proprium naturæ iſtius contractus, vt ſolua-
tur pretium §. venditæ inſtit. de rer. diuiſ. Bald.
in rubr. C. de contrab. empt. q. 13. Vnde neque
illud pactum faciet conditionem l. continuus.
137. §. cum ita. de verb. obligation.
Et facit deciſio Rot. coram R. P. D. Orano. in cau-
12 ſa Romana pecuniaria. 4. maij. 1587. † Vbi re-
ſeruatio dominij, & hypothecę pro reſiduo pre-
tij fuit declarata, quod proſit domino, ita vt ſit
pręferendus alij creditoribus etiam anteriori-
bus iuxta diſpoſitionem l. licèt. C. qui potior. in
pignor. habeant. quamuis pro dicto reſiduo pre-
tij fuerit in eodem contractu venditionis inita
ſocietas; Licèt enim per eandem ſocietatem
videretur extincta hypotheca, quaſi contrahen-
tes videantur egiſse, vt per illum contractum
ſocietatis non remaneret amplius debitum ex
cauſa pretij domus, ſed ex cauſa ſocietatis ad
not. per Doct. in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. &
ſic illa ſpecialis reſeruatio hypothecæ iam ex-
pirauerat, cum ſolùm competeret ratione dicti
pretij. Tamen quia omnia fuerunt geſta vnico
contextu, & contractu ipſius venditionis, & tra-
ditionis, & ne detur correctio in continenti,
quidquid alius pretium poſsit dici ſolutum, cen
ſebitur quoque in ipſa ſocietate reſeruata ea-
dem ſpecialis hypotheca, cum poſsit venditor
etiam in ipſo contractu inire ſocietatem, & in
ea reſeruare ſpecialem hypothecam, tam ad fa-
uorem ſui, quàm tertij creditoris, itaut is præ-
feratur cæteris, quaſi in venditione, & traditio-
ne ſit permiſſam venditori apponere pacta non
13 prohibita l. in traditionibus 49. ff. de pact. † Ne-
que debitum ex cauſa pretij trāſmiſſum in de-
bitum ex cauſa ſocietatis inducet nouationem
ſpecialis hypothecæ, cum in ipſa ſocietate fue-
rit reſeruata; Exemplo obligationis nouatæ,
in qua ſi eſt repetita ſpecialis hypotheca, cen-
ſetur appoſita cum omnibus priuilegijs præla-
tionis l. ſi prior. 13. in princ. ff. qui potior. in pi-
gnor. habeant. Rip. in l. priuilegia. col. penult. in
princ. verſ. vigeſimo quinto fallit. nu. 49. de pri-
uileg. creditor. Ita etiam in caſu, de quo agimus
quamuis fuerit facta traditio cenſebitur eum
eadem reſeruatione dominij, & hypothecæ,
prout eſt titulus venditionis cum eadem reſer-
uatione conceſsus, vt dictum eſt ex Surd. Ber-
tazz. & alijs allegatis.
Rectè igitur fuit iudicata nulla huiuſmodi cenſus
impoſitio tanquam ſuper re prohibita alienari;
14 Itaut ſit ipſo iure nulla, † & debeat fieri fru-
ctuum imputatio in ſortem Bart. in l. codicillis.
91. §. inſtituto. n. 4. de legat. 2. Redoan. de reb. ec-
cleſ. non alienand. rubr. 16. de conſtitut. ann.
cenſ. n. 23. 26. & 35. fol. 101. & q. 22. fol. 459 Ca-
putaq. deciſ. 17. p. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 121. nu 5.
15 p. 2. & deciſ. 480. p. 1. † Intelligendo poſtquam
fuit dictum de nullitate cenſus, nam fructus an-
tea percepti non debent imputari: Licèt enim
conſtitutio cenſus ſit ipſo iure nulla; Tamen in-
telligitur volente eo, ad cuius fauorem actus eſt
nullus; vnde dum tacet, & non opponit de nul-
litate, ſed fructus exigit, videtur habuiſse actū
pro valido, neque nullitas poſtea declarata ad
hunc effectum poteſt retrotrahi, & ſic actus ſu-
ſtinebitur, donec fuerit dictum de nullitate
Abb. & alij in c. ſi quis presbyterorum. de reb. ec-
cleſ. non alienand. Creſcent. deciſ. 1. de locat. Re-
buff. ſuper concordat. rubr. de collation. §. ſi quis
verò. in gloſ. in verb. ipſo iure. Et in terminis de
cenſu eſt deciſio Rot. per Cardin. Millin. Rom.
cenſus. 23. iunij. 1600.
Amplius quando bona, ſuper quibus fuit impoſi-
tus cenſus non ſunt libera, ſed fideicommiſſo
ſubiecta, & perpetuę prohibitioni alienationis,
16 eſt adeo inualidus contractus, † vt poſsit emp-
tor reſcindere vēditionem cenſus, & compelle-
re venditorem ad pretium reſtituendum Rot.
coram Cardin. Seraphin. Roman. cenſus. de
Cuppis. 17. Maij. 1577. & per Cardin. Mil-
lin. Spoletan. terrarum. 1596. & 11. & 6. mar-
tij. 1600. & coram R. P. D. Penia. Bononien.
cenſus. 20. martij. 1600. & voluit latè Na-
17 uarr. in tract. de vſur. q. 17. nu. 116. in fin. †
Itaut etiam prohibeatur emptor cenſus perci-
pere fructus, poſtquam habuit ſcientiam im-
poſitionis ſuper re non libera, quamuis pro
tempore, quo ignorauit potuerit illos iuſtè
exigere, cum ignorans debeat excuſari à dam-
no c. 2. de conſtit. & ita diſtinguit Idem Na-
uarr. de vſur q. 16. n. 116. & q. 29. n. 114. Cum
enim bona non poſsint dari liberè, perinde eſt,
ac ſi fuiſſent euicta, & conſequenter locus eſt
reſtitutioni pretij, & ſortis principalis l. ſi in
venditione. 59. ff. de euiction. l. ſuper empti. 16.
C. eod. tit. Alex. conſil. 63. diligenter inſpectis.
col. penul. ad med. verſ. ex quibus concludo. &
verſ. fortificatur. n. 10. & 11. lib. 6. Et poſsunt
com-

compelli fideiuſſores obligati ex cauſa inuali-
ditatis, & reſciſſionis contractus, cum cenſean-
18 tur ſe obligaſſe in omnem cauſam, † & caſum,
qui ex natura negotij procedit *l. ſi ſeruum. §. nunc videamus* . *& l. mora res. ff. de verb. obligation. Caſtr. conſ. 23. ſolet aromatum. col. 3. in fin. lib. 1. Aim. conſ. 45. nu. 6. & conſ. 272. col. 2. in princ. nu. 2. 3. & 5.* Maximè quando fideiuſ-
ſores ſe obligauerunt de euictione, & legitima
19 defenſione, † quia ex hoc tenebuntur promiſſa
adimplere, & manutenere ita eſſe, quæ aſſerue-
runt *l. 1. C. credit. euiction. pignor. non deber. Corn. conſ. 226. col. 2. poſt med. lib. 2. Aim.*
20 *conſ. 145. colum. penult. in princ.* † Cum etiam
hoc caſu ante euictionem agi poſsit, quãdo fuit
promiſſum rem eſſe liberam *Oſaſc. deciſ. 24. Rot. per Cardin. Seraphin. d. romana cenſus. & coram* R. P. D. *Penia d. Bononien. cenſus. 20. martij.* 1600. latè *Surd. deciſ. 253. nu. 10.*
Neq; obſtat nõ dari reſciſſionem contractus, cum
ſufficiat, quod emptor agat, vt res à venditore
21 liberetur † *Alex. conſ. 65. nu. 3. lib. 5.* Prout
dicimus de cenſu impoſito ſuper fundo non
capaci propter alium cenſum prius impoſitum,
22 qui valet ſi non conſtat de ſcientia emptoris, †
cum competat actio contra venditorem, vt li-
beret, vel faciat conſentire habentem intereſ-
ſe *Oſaſc. deciſ. 24. nu. 4. Rot. coram* R. P. D. *Penia Romana Cenſus de Caualerijs. 26. Iunij. 1596.* Quia ſtante aſſertione, quod res erat li-
23 bera, † verius eſt competere reſciſſionem con-
tractus *Marzar. conſ. 57. nu. 14* cum alijs quos
adduxi *deciſ. 13. nu. 18. cum ſeq.* Quemadmo-
dum dicimus de eo, qui vendit bona, cum ex-
preſſione, quod ad eum ſpectant pleno iure; ſi
enim fuerit detectum fideicommiſſum, tanquam
periurus eſt in dolo dante cauſam contractui,
efficaci ad illum annullandum *l. & eleganter 7. in princ. de dol. ſi quis maior. C. de tranſact.*
Vel ſaltem eſt locus redhibitoriæ, cum aliàs
non fuiſſet empturus *l. ſi is qui heres. 25. in princ. verſ. eſt in poteſtate. de except. rei iudicat. Rot. coram Cardin. Seraphin. Camerinen.*
24 *Caſtri orbis. 24. aprilis. 1598.* † Dummodo
non fuerit ſcienter empta res ſubiecta fideicom
miſſo, quia tunc huiuſmodi exceptio non com-
peteret *Bald. in l. ſi familiæ. 14. C. famil. herciſcund. in 2. notab. nu. 7. Alex. conſ. 21. viſo com-*
25 *promiſſo. columν. 2 ad med. num. 6. lib. 5.* † Et
dummodo non competat aliquod ius vendito-
ri, puta detractionis legitimæ, aut trebelliani-
cæ, Tunc enim excluderetur dolus qui ad effe-
ctum *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* debet eſſe
manifeſtiſsimus *Alex. conſ. 92. nu. 13. lib. 1.*
Et competeret actio ex empto rem liberam tra
di *Bald. in l. ex ijs prædijs. C. de euiction. Oſaſc. deciſ. 24. nu. 4. dixi deciſ. 54.*
Quæ etiam procedunt, vt poſsit in hoc caſu
agi via executiua, cum enim fuerit aſſertam
rem eſſe liberam, & de ea nullum contractum
26 celebratum fuiſſe, † nec quaſi contractum, iſta
obligatio tanquam appoſita ſuper contractu
emptionis debet ſortiri eius effectũ *l. ſi ſtipulatus fuero. 111. ff. de verb. obligation. Doctor. in rubr. eod. tit.* Quare ſi poteſt agi ex empto ad
ad primæuam obligationem de tradendo, po-
terit etiam agi executiuè vigore obligationis
cameralis ſuper d. contractu appoſitæ, prout
in terminis concluſum fuit *per Rot. coram Cardin. Seraphin. Roman. cenſus 15. martij. 1577.*
27 Vbi etiam ampliat † quando eſſet cautum de
euictione, & fuiſſent dati fideiuſsiores, per quo-
rum præſtationem, licet quis ſit liberatus à pri-
mæua obligatione *Bart. in l. cum quis ſibi aut titio. 38. §. qui hominem. ff. de ſolution. & in l. ſi*
28 *quis aliam. 46. num. 2. eod. tit.* † Tamen illud in-
intelligitur, quando non appareret, quod res
eſſet obligata, ſecus vero ſi de obligatione con-
ſtaret; Nam tunc nõ liberaretur vẽditor ab ob-
ligatione de contrahendo *Cuman in d. §. qui hominem. Alexand. in l. iulianus. 131. §. qui cum fundum. colum. 2. in princ. verſ. tamen vno modo poteſt limitari. nu. 2. in fin. ff. de verb. obligat. per tex. in l. 1. §. ſi heres. ad trebellian. & l. ex ijs prædijs. 5. C. de euiction. Rot. coram* R. P. D. *Peregrino. Roman. domus. de aliconis. 2. martij. 1598.*
Quod magis habet locum in caſu noſtro, cum nõ
potuerit transferri dominium in emptorem ob
non ſolutionem factam de pretio, vt ſupra di-
29 ctum eſt; † Exemplo prohibitionis alienatio-
nis factæ à teſtatore, per quàm non potuit tran-
sferri dominium *Doctor. in l. filius familias. §. diui. de legat. 2. Rot. coram Cardin. Seraphin. Romana cenſus. de Cuppis. 15. martij. 1577.*
Nec aduerſatur non conſtare de denunciatione
litis motæ, qua omiſſa emptor non habet re-
greſsum contra venditorem *l. ſi parentes. 20. §.*
30 *empti ſane. C. de euiction.* † Quia verius eſt non
requiri denuntiationem, cum venditor iura-
uerit defendere emptorem in cauſa euictionis
Gomeſ. in §. item ſi quis poſtulante. vbi de com-
muni *nu. 10. inſtit. de action. Purpur. in l. quod te. col. antepenult. verſ. ſeptimo exemplificatur. num. 97. ff. ſi cert. pet. Rub. Alexand. in l. non ſolum. §. morte. num. 688. ff. de nou. oper. nunciat.*
Quidquid enim ſit, quando ſimpliciter eſt iura-
tum, quo caſu iuramentum non operatur re-
31 miſsionem denunciationis; † Tamen ſi promiſ-
ſum fuit iureiurando defendere, ſeu obſeruare,
& attendere, tunc denunciatio non eſt neceſsa-
ria, prout latè hanc eſſe veriorem diſtinctionẽ
32 docet *Menoch. conſ. 128. in fin. num. 15. lib. 2.* †
Stante præſertim ſcientia non bonæ litis, quo
caſu neq; requiritur denunciatio *Dec. conſ. 74. columν. penult. in fin. nu. 4. Fulgoſ. in l. ſi ideo. de euiction.* cum declarationibus, de quibus *per Soccin. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matrim. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 17. nu. 6.*
Maximè cum ſimus in minore, in quo eſt ſpeciale,
33 ſicut in Fiſco, vt non teneatur denunciare, † ſed
ſequuta euictione poſſit agere contra ſuum au-
ctorem *Rub. Alexand. in l. non ſolum. §. morte. nu. 704. col. 105. ff. de nou. oper. nunciat. Peregrin. de iur. fiſci. tit 4. nu. 30. lib. 6.*
Minus obſtat ante euictionem ſequutam non poſ-
ſe

ſe agi *l. qui rem.* 3. C. *de euiction. l. ſi plus. §.*
34 *mora. eod tit.* † Quia ſecus eſt quando vendi-
tor ſciens rem alteri obligatam vendidit, tunc
enim poteſt agi ad intereſſe etiam ante euictio
nem *l. ſeruus quem a me.* 31. *§. final. de action.*
empt. l. ſi hominem. de ſolution. Bartol. *in l. atqui*
natura. §. cum abſente. in fin. verſ. vltimo aduer-
te. de negot. geſt. Bald. *in l. libera.* 8. *in fine num.*
9. *verſic. quæro actor.* C. *de ſentent. & interlocu-*
tor. omn. iudic. Surd. *deciſion.* 253. *numero.* 10.
Quando præſertim ſpecialiter aliquid promit-
35 titur, † prout in caſu noſtro, rem eſſe libe-
ram, cum alijs clauſulis de quibus ſupra; Tunc
enim ex tali narratiua, & promiſſione videtur
inductus emptor ad emendum, alias nõ emptu-
rus, quaſi iſta expreſſa conuentio augeat obli-
gationem *l. cum eiuſdem.* 34. *§. interdum. de*
ædil. edic. Corn. *conſ.* 226. *num.* 3. *lib.* 2. Cagnol.
in l. vnic. col. 19. *num.* 71. *&* 72. *verſ. ſecundus*
caſus conſideratus. C. *de ſentent. quæ pro eo quod*
inter. Surd. *deciſ.* 165. *nu.* 21. Rot. *coram* Cardin.
Seraphin. Roman. *cenſus de Cuppis.* 15. *martij*
36 1577. † Vbi etiam quod datur actio quanti
minoris *Oſaſc. deciſion.* 24. *num.* 5. *late* Surd.
deciſ. 165. *num.* 10. vbi intelligit in venditore
ignorante, quæ ignorantia excuſat ab intereſſe
37 extrinſeco, † quamnis teneatur quanti mino-
ris emptor eſſet empturus *Cin. in l.* 1. *in princ.*
C. *de ædilit. edict.* Abb. *in cap. iniuſtum. nu.* 6. *de*
rer. permutat. & in c. Eccleſia S. Mariæ. *num.* 11.
vt lit. pendent. Licet prædicta de ignorantia
non ſit tuta, cum verior ſit opinio illam non
excuſare ab intereſſe, Quia *Abb.* loquitur in
pœna, in qua ſuccurritur ignoranti, quidquid
aliud ſit in intereſſe *c. vaſſallus feudum vbi Affl.*
ſi de feud. fuer. cont. int. domin. & agnat. Doctor.
in l. cum lex. C. *fideicomm.* Fabian. *de emption.*
quæſt. 4. *princip. num.* 1. *verſic. tertio quæro. &*
de veriori opinione teſtatur Rot. *coram* Cardin.
Seraph. Roman. Saluian. *interdict.* 1. *iunij* 1587.
quæ deciſio eſt inter impreſſas per *Farinacc.*
deciſ. 44.

E P I T O M E.

Alimentorum ſubtractio an permittatur pro inſigni viro, per quem Reſpublica, & Eccleſia ſuſtentatur. Et quando debeat dari eleemoſyna de neceſſarijs ad vitam, & conditionem ſtatus etiam futuri magis eminentis. Et an licitum ſit exponere ſe periculo mortis pro alio, & illam oppetere. Et de conſuetudine précandi diminutionem annorum ad augendam vitam Imperatoribus triumphantibus, & ijs qui maximè diliguntur.

S V M M A R I V M.

1 *Eleemoſyna non eſt danda etiam locis pijs de neceſſarijs ad vitam, & conditionem ſtatus futuri, qui ſperatur magis eminens. num.* 5. 6. *&* 7.

2 *Prima charitas incipit à ſe ipſo et n.* 17.

8 *Alimentorum ſubtractio, et eorum quæ pertinẽt ad ſtatum an ſit licita vt dentur alicui inſigni viro. et n.* 9. 10. *et* 16.

11 *Laudabile dicitur quod non eſt illicitum.*

12 *Eleemoſyna quando ſit danda laboranti in neceſſitate de neceſſarijs ſtatum. num.* 13. 14. *&* 15.

18 *Pro amico an liceat pati detrimentum corporale & vita priuari, & n.* 19.

20 *Mortem oppetere an licitum ſit ob difficultatem viuendi.*

21 *Expoſitio periculo mortis permittitur pro inſigni viro.*

22 *Ex duobus naufragis an vnus debeat cedere tabulam alteri. n.* 23

24 *Amoris maxima vis exprimebatur precando dari proprio annos ei, qui diligitur, & nu.* 25.

26 *Triumphantibus Imperatoribus occinebatur de noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos.*

27 *Mortem aut detrimentum pati an quis poſſit pro Republica, Eccleſia, Parentibus, Dominis, & ſimilibus remiſſiuè. & n.* 28.

C A P V T CLXXVI.

CVm tractatur de neceſſitate, illa, ſine qua
aliquid eſſe non poteſt concludunt paſſim
1 Doctores non eſſe dandam eleemoſynam; † Si
enim quis conſtitutus in articulo neceſſitatis
haberet ſolùm, vnde poſſet alere, & ſuſtentare
ſe, ac filios ſuos, vel alios ad eum pertinentes
debet prius iſtis proſpicere, cum alias diceretur
ſubtrahere victum ſibi, & ſuis, quod non eſ-
ſet permiſſum, quia prima charitas incipit a ſe
2 ipſo, & ante omnia quis debet habere ratio-
nam ſui *l. præſes.* C. *de ſeruitut. & aqua. cap. qui*
vult. ordinare. 19. *de pænit. diſtinct.* 3. *& ibi gloſ.*
in verb. ſe ipſo D. Paul. 2. *ad Corinth.* 5. S. Thom.
3 2. 2. *quæſt.* 32. *articul.* 6. † Cum neque etiam
quis teneatur ſubtrahere ſui neceſſitatibus, vt
in cauſam piam eroget *Archid. in c. non ſatis.*
n. 4. *diſtinct.* 86.

Amplius idem erit in illa neceſſitate, ſine qua vi-
ta non poteſt conuenienter tranſigi ſecundum
4 conditionem, † & ſtatum perſonæ propriæ,
& aliorum, quorum cura ei incumbit; Huiuſmodi enim neceſſarij terminus non eſt conſtitutus in indiuiſibili, ſed multis additis non poteſt diiudicari eſſe vltra tale neceſſarium, & multis ſubtractis adhuc remanet, vnde aliquis poſſit conuenienter vita tranſigere ſecundum propriũ ſtatũ, & de huiuſmodi rebus dare eleemoſynã eſt bonum, nõ tamen cadit ſub præcepto, ſed ſub conſilio, Inordinatum enim eſſet, ſi tantum ſibi quis ſubtraheret de bonis proprijs vt alijs largiatur, quod de reſiduo non ſufficeret ad viuendum condecenter, & ſecundum ſtatum, & negotia occurrentia, prout concludit, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 32. *art.* 6. *Silueſt. in verb. eleemoſyna. n.* 2. *Nauar. in manual. c.* 24. *n.* 6.

Quinimmo non ſolum eſt habenda ratio ſolius neceſſitatis præſentis, ſed etiam probabiliter futuræ,

5 turæ, † ſecundum ea, quę ſolent accidere æſti-
mando rem moraliter, cum etiam ſit habenda
ratio perſonæ ipſius, non eo modo, quo eget
his, aut illis bonis ad præſentem ſtatum ſuum,
ſed etiam prout eſt, aut eſſe poteſt prudens di-
ſpenſator ſtatus ſui, & rerum ſuarum, atq; adeo
vt ſe habet ius ad procurandum ſtatum magis
6 eminentem, † quem ſi aliquis ſperet probabili-
ter aſſequi, non ſunt ei iudicanda ſuperflua,
quæ nunc reſeruat ad acquirendum illum altio-
rem ſtatum, eumq; poſtea decentius tuendum,
ac conſeruandum, prout docet Caietan. *de præ-
cept. eleemoſyn. artic. 5. c. 6. ſequitur* Gregor. *de
Valen. de eleemoſyn. diſput. 3. q. 9. punct. 4. verſic.
qua in re iudicanda. & verſ. quo fit vt ſi quit
fol. 652. in fi. tom. 3.*

Ex quibus ſequitur, quod cum neceſſaria ad de-
centiam ſtatus, tàm latè pateant; Verum
eſt, quod non debet quiſpiam, nec licitè poteſt
eleemoſynam facere de neceſſarijs ad decentiã
7 ſtatus ſui, † & ſuorum citra extremam proxi-
mi neceſſitatem. Intelligendo de his, quæ ſunt
adeo neceſſaria ad decentiam ſtatus, vt illis de-
tractis non poſſit amplius cenſeri, quod rema-
neant neceſſaria ſecundum latitudinem ſupra-
dictam, ſed appa[r]itura ſit indecentia notabilis
in præſenti quidem ſtatu prout declarat Idem
*Gregor. de Valent. dict. q. 9. de eleemoſy. punct. 4.
verſ. quapropter.*

Quidquid tamen ſit de prædictis, In caſu de quo
8 aliàs diſceptatum vidi; † Dixi licitam eſſe ſub-
tractionem alimentorum ſibi, vt dentur alicui
viro inſigni, per quem Reſpublica, & Eccleſia
ſuſtentaretur; Commune enim bonum tanquam
præſtantibus eſt præferendum vtilitati propriæ.
Nam quemadmodum pars naturalis exponit ſe
manifeſto diſcrimini pro incolumitate totius
naturalis ſecundum inclinationem naturæ; Ita
etiam debet hoc facere pars politica pro toto
9 politico, † cum eodem modo ſe habeat pars
naturalis ad totum naturale, ſicut pars politi-
ca ad totum politicum D. Thom. *2. 2. articul. 3.
q. 32.* Vnde hoc caſu dicetur quis laudabiliter
ſe ipſum perdere, vt alium iuuet alimentis, cum
pro liberatione iſtius perſonæ licitum ſit ſe ip-
ſum, & ſuos periculo mortis exponere D. Thom.
2. 2. q. 32. art. 6. & latè declarat Præpoſit. *in cap.
non ſatis. columm. 3. in fin. verſ. eſt autem hic no-
tandum. nu. 12. diſtinct. 86.* Vbi etiam de Vidua
illa laudata 3. *Reg. c. 17.* cum alijs *per Nauar.
de reſtitut. lib. 2. c. 3. n. 40. 63. & 74.*

Minus erit dubitandum de neceſſarijs ad decen-
tiam ſtatus, ex illis enim multo magis deberet
quis elèemoſynam facere in extrema neceſſita-
10 te eius, † ex cuius vita penderet ſalus Reipu-
blicæ, & Eccleſiæ, ſi enim decentia vitæ ſuæ, &
ſuorum in hoc caſu non conſideratur, multo
minus erit attendenda decentia ſtatus Caietan.
de præcept. eleemoſyn. art. 6. Gregor. *de Valent.
d. quaeſt. 9. punct. 4. verſ. quarto certum eſt* Vbi
declarat D. Thom. dum ait eſſe laudabile in
tali caſu facere eleemoſynam de neceſſarijs
11 ad ſtatum; †. Appellatur enim ibi laudabile

pro eo, quod non eſt illicitum, non illud quod
non eſt debitum etiam ex præcepto Medin. *de
eleemoſyn. q. 3. §. verum.* Cum etiam de neceſſa-
rijs ad ſtatum ex præcepto ſit danda eleemo-
12 ſyna laboranti in extrema neceſſitate, † prout
eſt communis, & magis vera opinio, de qua
per Medin. *& Georg. de Valent. vbi ſupr. contra
Roßell. in ſumm. in verb. eleemoſyna.* Et contra
Anton. *in 2. part. theolog. titul. 1 capitul. 25.*
Intelligendo de erogatione eleemoſynæ ſuffi-
cientis ad ſubleuandam neceſſitatem proximi
13 † non autem ad ſuperfluitatem *D. Thom. 2. 2.
quaeſt. 32. art. 10. gloſ. interlinearis ad* D. Paul.
1. ad Chorint. 13. D. Ambroſ. lib. 1. de offic. cap. 30.
Immo etiam de neceſſarijs ad ſtatum erit fa-
cienda eleemoſyna extra neceſſitatem proximi
14 extremam, † quando quis ſcilicet poteſt mi-
nori ſuo incommodo auertere incommodita-
tem proximi notabiliter grauem, puta capti-
uitatem, diuturnum carcerem, vel quid ſimile
*Palud. in 4. diſt. 15. q. 3. Adrian. quolib. 12. art. 2.
15 concluſ. 2.* Declarando de eleemoſyna rei, †
vel mutui iuxta diſtictionem, de qua per Grego.
*de Valent. de eleemoſyn q. 9. punct. 4. verſ. atque
ego etiam puto.*

Prædicta tamen ſunt intelligenda, quando ſalus
Patriæ; vel Eccleſiæ penderet à vita illius Inſi-
16 gnis viri: † Nam aliàs durum videretur, quod
qui poſſet ſe necare, vt ſubueniat ſaluti alte-
rius; Quando enim vita illius eſt ſalus patriæ, &
Eccleſię; tunc in pari neceſſitate debet quis po-
tius ſubuenire Patriæ, quam ſibi, patri, aut filijs,
cum non minus quis naſcatur Patriæ, quam ſibi
& parentibus; Ita in terminis declarat Surd. *de
de aliment. tit. 7. q. 40.*

Nec facit quod nunquam licèat vitam propriam
ponere, & mortem oppetere pro vita alterius,
17 cum vnuſquiſq; potius ſibi, † quam alij debeat
prouidere *Palud. in 4. diſtinct. 15. artic. 2. q. 3.
Durand. in 4. diſtinct. 17. q. 6. ad 2.* D. *Auguſtin.
de mendac. c. 6.* vbi quod excedit regulam do-
ctrinæ, ſi quis exponit vitam propriam pro vita
corporali alterius. Quia illud procedit quando
propriè ex amore vitæ alterius quis mortem op
18 peteret pro ſeruanda vita illius, † hoc enim nõ
licèt, ſecus autem ſi amore virtutis, & ad alio-
rum exemplum; Tunc enim ſi huiuſmodi cir-
cumſtantiæ concurrunt meritò propter digni-
tatem virtutis id poterit fieri. Ratio eſt, quia
ſi ex duobus arctiſſima, & honeſtiſſima amici-
tia coniunctis unus eorum debeat mori, tunc
ſpectat ad præclarum exemplum virtutis ami-
citiæ, quod alter pro altero velit obire; Vndè
qui mortem oppetet non magis amabit alie-
nam vitam corporalem, quam propriam; Immò
magis diliget ſe ipſum, quàm alterum ſecun-
dum bonum illud ſpirituale, quod conſiſtit in
ipſa dignitate virtutis amicitiæ, in qua ex hoc
19 facto excellet; Et ita procedit doctrina eo-
rum, qui tenent licitum eſſe pati detrimentum
corporale propter amicum, & pro eo vita pri-
uari, prout concludit D. Thom. *in 3. diſt. 29. q.
vnic. art. 5. ad 3. Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. quaeſt. 1
art.*

Digitized by Google

art.6. Victor. in relect. de homicid. art.4. & poſt
D. Hieron. Ambroſ. Auguſt. & alios ita decla-
rat *Gregor. de Valent. de ordin. charit. quæſt. 4.*
punct.3. verſ. atque iſto ſenſu. tom.3. fol.600. Vbi
etiam addit alium modum licitè mortem op-
petendi pro vita alterius, quando videlicet hoc
fit non propriè ex amore, quo quis anteponit
20 vitam alienam vitæ ſuæ, † ſed quia nolit cum
tanta difficultate conſeruare vitam propriam,
tunc enim licitè faciet, ſi potius velit mortem
oppetere, quàm vt alter moriatur. Prout etiam
quis poteſt licitè negligere vitam propriam,
quando non poſſet eam conſeruare, niſi cum
tanta difficultate, & moleſtia doloris, quanta
debet ſubiri in abſciſſione alicuius membri, cu-
ius abſciſſio indicatur per peritos neceſſaria
pro eiuſdem vitæ conſeruatione *Gregor. de Va-*
lent. d. q.4. punct.3.

Et prædictis etiam ſequitur, quod ſi permittitur
pro ſalute inſignis viri ſubtractio alimentorum
21 ex ſupra allegatis; † Multò magis erit permit-
tenda expoſitio periculo mortis pro eadem
cauſa *Caietan. 2.2. q.32. art.4.* Exemplo eorum
quæ dicuntur de Naufragis, cum vna tabula
tantum adeſt; poterit enim alter, qui illam ha-
22 bet, † vel capere poteſt, alij cedere, cui magis
interſit Reipublicæ cauſa viuere, quaſi non ſit
adeò certum, vt ceſſa tabella pereundum ſit, cũ
alia ſpes ſuperſit quamuis minima euadendi, li-
cèt adſit maximum, & præſentaneum mortis pe
riculum; & quamuis etiam certum eſſet natu-
fragium, erit tamen permiſſum ob finem bonũ,
propter quem non videtur ſe occidere, vt ſu-
pra dictum eſt, & in terminis de naufragis con-
cludit *Aragon. 2.2. art.4. q.16. dub.3. arg.3. Mi-*
chael. Salon. 2.2. q.65. art.5. controuerſ.1. arg.5.
Nauarr. de reſtit. lib. 2. c.3. n.74. Quidquid ali-
ter diſtinguant *Sot. de iuſtit. & iur. lib. 5. q.1.*
art. 6. ad 3. & Gregor. Lopez. in prolog. tit. 9.
23 *p.1.* † Quod etiam explicat *Cicer. lib.3. officior.*
Quod ſi, inquit, vna tabula ſit duo naufragi,
hiq; Sapientes, ſibi ne vterque rapiat? an alter
cedat alteri? Cedat verò, ſed ei, cui magis in-
terſit ſua, vel Reipublicæ cauſa viuere. Quid ſi
hæc paria in vtroque? Nullum erit certamen,
ſed quaſi ſorte, aut dimicando victus alteri
cedat alter.

Quibus adde quod ad exprimendam mirificam
quandam vim amoris veteres vtebantur illo
24 genere loquendi, † quo ſignificabant cupere ſe
conferre, & contribuere annos ſibi ad viuen-
dum conſtitutos cum eo quem diligerent, ſi
quo modò hoc fieri poſſet; Itaut quod ipſis ſu-
pereſſet vitæ, eius pars aliqua ad vitam illius
adderetur, vnde inquit *Tibull.* Viue diu mihi
dulcis anus; proprios ego tecum, ſit modo fas,
annos contribuiſſe velim. & *Plaut.* cum qui-
dam amico dixiſſet. Cur tu obſecro immerito
meo me morti dedere optas? Hoc ab eo reſpon-
ſum fert. Ego te? quem ſi intelligam deficere,
vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam ad-
25 dam, † Et hoc in conſuetudine poſitum fuiſſe
oſtendit *Senec. de breuit. vita.* dum inquit, Dice-
re ſolent eis, quos validiſsimè diligunt paratos
ſe partem annorum ſuorum dare. Prout ex hac
conſuetudine Triumphantibus Imperatoribus
26 occinebatur, † De noſtris annis tibi Iupiter
augeat annos. Quod ex *Tertulliano* docet *Mu-*
ret. var. lect. lib.9. cap.1 vbi etiam quod *D. Gre-*
gor. Nazianzen. ita loquutus eſt *in orat one in*
Baſilium, dum inquit. Et addere aliquam vitæ
ſuæ partem vnuſquiſque illi, ſi quo modo id fieri
poſſet paratus erat.

Et hæc ſatis ſint, omiſſis multis quæ poſſent addu
ci, vt detur alijs locus ſcribendi cum ſolùm de
prædictis mentionem fecerim in gratiam amici
27 hoc poſcentis. † Quando autem licitum ſit pro
Republica, Patria, Regibus, Parentibus, Filijs,
Maritis, vxoribus, Propinquis, Amicis, & ſimi-
libus mortem oppetere, & manifeſto periculo
ſe ſubmittere, & detrimentum aliquod pati in
perſona, & in bonis latiſsimè explicat multa
exempla tam Aethnicorum, quàm Sanctorum
adducens *Balthaſſar. Gomeſius. in tract. de po-*
28 *teſt. in ſe ipſum. lib.2. c.2.3. & 6. cum ſeq.* † Et
de Vaſſallis quando debeant ponere vitam pro
Dominis *Doctor. in l. 1. §. hoc autem. ff ad ſe-*
nat. conſul. ſyllanian. & in cap. 1. quib. mod. feud.
amittat. Rip. de peſt. tit. de remed. ad conſeruan.
vbertat. nu.254. Surd. deciſ.3. nu.21. Vaſq. con-
trouerſ. illuſtr. c.11.

EPITOME.

Iuſpatronatus quando acquiratur per augmẽtum
dotis, & an illud reſeruans pro ſe, filijs, & de-
ſcendentibus poſsit variare, & in alium tranſ-
ferre omnia iura ſibi competentia etiam reſpe-
ctu alimentorum, & quando facultas nominan-
di Rectorem alicui conceſſa poſsit ab illo adi-
mi, & alteri concedi, & per iſtam nominatio-
nem quis efficiatur verus patronus quamuis
non dotauerit, non conſtruxerit, neque funda-
uerit. Dotans altare, ad quod debeat præſen-
tari Sacerdos per ſe, & Titium, vel alios quos
ad ſui libitum duxerit eligendos, ſi prius præ-
ſentauit cum Titio, an in alijs præſentationi-
bus valeat illũ excludere, & alium eligere, qui
cum eo præſentet.

SVMMARIVM.

1 *Facultas alicui conceſſa nominandi Rectorem in Eccleſia iuriſpatronatus, an poſsit per Patronum concedẽtem ab illo adimi. n.2.4. & 5.*
3 *Iuspatronatus poteſt legari fideicommitti, & donari.*
6 *Iuspatronatus quando poſsit acquiri per eum, qui nec dotauit, nec conſtruxit, nec fundauit, nec aliquod priuilegium habuit. & n.7.*
8 *Conſenſus Epiſcopi requiritur in acquiſitione iurispatronatus, & illius translatione.*
9 *Transferens iuspatronatus an cenſeatur tranſtuliſſe omnia iura etiam alimentorũ. & n.10.*
11 *Ius alimentorum an ſit ceſsibile, & veniat in generali ceſsione.*

12 *Patronus an poſſit alienare ius percipiendi alimenta retento iurepatronatus .*

13 *Reſeruans iuspatronatus pro ſe, filijs, & deſcendentibus an poſſit in illorum praiudicium alios nominare. n.14.15.16. & 18.*

17 *Fructus iurispatronatus eſt ius eligendi , & praſentandi .*

19 *Dotans altare , in quo debeat praſentari Sacerdos per ſe, et* Titium, *aut alios quos duxerit eligendos, ſi praſentauit cum* Titio *, an poſſit postea in alijs praſentationibus illum excludere. & alium eligere, qui cũ eo praſentet. & n.20.*

21 *Ius alijs quaſitum in iure patronatus non poteſt per* Epiſcopum *tolli .*

22 Notarius *ſtipulans pro omnibus quorum intereſt acquirit actionem ſiue ceſſione.*

23 Clauſula *omnia & ſingula, &c. in obligatione camerali refertur ad enunciata .*

24 *Per augmentum dotis non poteſt acquiri iuspatronatus . Et quid in egregia ditatione. n.25. 26. 27. & 28.*

CAPVT CLXXVII.

IN fundatione beneficij iurispatronatus , de
qua in caſu mihi propoſito fuit nominatus
primus rector, quem Reuerendiſſimus D. Epi-
ſcopus inſtituit die 21. decembris. 1606. & die
4. ianuarij 1607. ſed quoniã Idem Patronus in
d, fundatione, voluit quod omnes aliæ nomina-
tiones futurorum Rectorũ poſt mortem primi
Rectoris ſemper, & perpetuò debeant ſpectare
ad Fratres Eccleſiæ S. Franciſci ordinis Minorũ
Conuentualium: Dubitatum fuit an huiuſmodi
facultates nominandi poſſit adimi eiſdem Fra-
tribus, prout idem fundator ademit die 26. ia-
nuarij. 1607. illam concedẽdo hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus eiuſdẽ primi Rectoris ; & omiſſis ra-
tionibus dubitandi Dixi veriorem eſſe opinio-
1 nem negatiuam , † vt non poſſit amplius re-
uocari , quod factum eſt ad fauorem Fratrum ,
quibus fuit reſeruatum ius nominandi, ſeu prę-
ſentandi . Quidquid enim ſit in alijs caſibus, in
quibus permittitur mutatio voluntatis teſtato-
ris tanquam deambulatoriæ vſque ad mortem
l. 4. de adim. legat. In caſu de quo agimus non
2 eſt locus variationi , † Quia licèt Fratres non
fundauerint, ſeu dotauerint Eccleſiam ; Tamen
acquiſiuerunt iſtud iuspatronatus ex voluntate
primi fundatoris, qui gratuito illud in eos tran
ſtulit cum conſenſu , & auctoritate Epiſcopi ;
Prout regulariter iuſpatronatus poteſt cedi, le-
gari, fideicommitti , & donari loco Pio etiam
3 abſque licentia Epiſcopi, † & etiam Laico cum
conſenſu eiuſdem Epiſcopi *c. quod autem . & c.
illud. de iur. patronat.* cum declarationibus , de
quibus per Rocc. *eod. tit. in verb. ipſe vel is . q.
16. & 17. n.28. vſque ad nu. 30. fol. 39. Ludouic.
Molina. de hiſpanior. primogenitur. lib. 1. c.23.*
4 *n. 13.* † Vnde quia translatio fuit perfecta, non
poterit amplius fundator illam ad ſe auocare,
& alijs concedere , ſed erit illius tertij , quem
voluit eſſe Patronum , & in quem tranſtulit iuſ
patronatus vnico actu creando , & transferen-
do; Cum ſecus eſſet ſi non interueniſſet conſen
5 ſus Diœceſani; † Stante enim illius auctoritate
ſequuta eſt perfectio beneficij, & pollicitatio eſt
facta Deo, Ordinario, & illi tertio, cui acquiſi-
tum eſt ius ; Ideò in eius præiudicium non con-
ceditur variatio : Ita in puncto concludit *Lam-
bertin. de iur. patron. par. 1. lib. 1. q. 4. princ. art. 7.
in fin & art. 10. nu. 3. verſ. ex quibus omnibus
infero & n. 4. verſ. et ex hoc colligitur aliud mi-
rabilius.* Vbi quod eſt multum notandum, quia
ex hoc poteſt acquiri iuſpatronatus per eum,
6 qui nec dotauit, † nec conſtruxit, nec fundauit,
neque aliquod priuilegium ſummi Pontificis ha
buit , cum hoc ſolùm admittatur ex mera per-
miſſione fundatoris , qui poteſt transferre iuſ-
patronatus in penitus extraneum , ſiue in par-
tem illum admittendo ſecum , vel cum eius hæ-
redibus, & communicando cum eo ius ſuum, ſi-
ue in totum abſque ſua, vel hęredum communi-
catione , quod quidem permittitur , vt ſcilicet
acquiratur , & transferatur cooperante in hoc
conſenſu Diœceſani, quaſi tunc fundator videa-
tur fundaſſe iuſpatronatus nomine illius tertij,
cui vel communicauit, vel conceſſit ius præſen-
tandi, prout concludit *Calder. conſil. vlt. de iur.
patronat. Rocc. eod. tit. in verb. pro eo quod cum
diœceſani conſenſu. in fin. q. 16. n. 34. verſ. limi-
7 ta tamen præmiſſam concluſionem. fol. 30.* † Vbi
quod licèt Epiſcopus non poſſit de nouo crea-
re iuſpatronatus ſine fundatione, conſtructione,
vel dotatione ; Tamen ſecus eſt , quando vellet
transferre in alium iuſpatronatus iam creatũ ,
vel conſentire transferenti, hoc enim caſu poſ-
ſet quis fieri patronus ſine fundatione, & dota-
tione *c. illud. de iur. patronat.* Rocc. *eod. tit. in
verb ipſe. vel à quo cauſam habuit. fol. 37. Me-
noch. conſ. 90. n. 11. lib. 1.* Quaſi conſenſus Ordi-
narij efficiat, quod fundator acquirat iuſpatro-
natus & transferat *c. nemo. de conſecrat. diſt. 1.
8 c. nobis. de iur. patron.* † Qui conſenſus requi-
ritur in creatione beneficij , & acquiſitione iu-
riſpatronatus , prout etiam in eiuſdem tranſla-
tione titulo gratuito, de quo *in c. nullus, c. illud
c. quod autem. & c. ſuggeſtum. de iur. patron.*
Vnde præſtando conſenſum ex vnica præſtatio-
ne creabitur , & transferetur iuspatronatus ,
quemadmodum, quando Epiſcopus iure deuo-
luto confert vnico actu, eligit, & confirmat, ſeu
pręſentat, & inſtituit *Doctor. in cap. 2. de conceſſ.
præbend. Lambertin. de iur. patronat. lib. 1. p. 1.
q. 4. art. 10. n. 1. in fin. verſ. ſicut dicimus. fol. 31.*
Et adeò per iſtam tranſlationem fiet quis patro-
nus , vt cenſeantur in eum tranſlata omnia iu-
ra, quæ competebant transferenti etiam reſpe-
9 ctu cauſæ alimentorum, † quæ erunt ei præſtan-
da per Eccleſiam , ſi caſus neceſſitatis euenerit
*Lambertin. de iur. patr. art. 12. q. 3. lib. 3. verſ.
concluderem in præſenti. nu. 2.* Quod tamen non
videtur admittendum, cum hoc ius ſit perſona-
liſſimum , & ita annexum iuripatronatus , vt
ab eo ſeparari non poſſit ; Ideò neque erit per-
10 miſſum illud transferre, cedere, aut donare, † &
per

Digitized by Google

per conſequens non præſtabuntur alimenta ei, qni ex hoc titulo habet caoſam à Patrono, quaſi iura perſonalia cedi non poſſint; Cum præſertim ſit remiſſio futurorum alimentorum, quę neque admittit ceſſionem, & diuerſa ſunt alimenta in perſona vnius, vel alterius; Maximè quia debentur ob renerentiam Patroni, quæ nõ poteſt ſeparari à perſona illius, prout in terminis ita concludit *Surd. de aliment. titul. 7. q. 32.*
11 *n. 13. vſq: ad n. 20.* † Vbi etiam, quod iſtod ius alimentorum quamuis eſſet ceſſibile; Tamen neque veniret in generali translatione, niſi de eo eſſet facta ſpecialis mentio; quaſi iſtud ius ſit coniũctum cũm perſona Patroni per ea quæ ponit in ſimili *Oldrad. conſ. 139.* cum alijs per
12 *Felin. in c. ſedes. colum. 3. de reſcript.* † Exemplo etiam eius quod dicimus de Patrono, qui non poteſt alienare ius, quod habet percipiendi alimenta ab eccleſia retento iurepatronatus, cum illud ius tanqnam perſonale non poſſit cedi, quamuis illius remiſſio permiteretur ad fauorem Eccleſiæ, vt non teneatur alimentare, cum aliud ſit quod non poſſit transferri in tertium, aliud quod non poſſit extingui; prout latè explicat *Sur. de alim. tit. 9. q. 22. per tot.*

Non obſtat quod immo iſta facultas præſentandi poſſit adimi dictis Fratribus, & alijs concedi;
13 Exemplo illius, † qui reſeruauit iuſpatronatus pro ſe, filijs maſculis, ſeu deſcendentibus, aut de parentela, quibus nullum ius acquiritur fundatore ipſo viuente; Ideò poterit in quoſcunque alios transferri etiam illis non requiſitis, nec aliqno modo conſideratis *Calder.* in terminis *conſ. 19. conceſſum. de iur. patronat.* Præſertim quando ſumus in eo, qui fundauit Eccleſiam, & acquiſiuit pro ſe, & hæredibus iuxtà declarationem, de qua per *Rocc. de iur. patron. in verb. ipſe vel is à quo cauſam babuit. q. 33. n. 72. verſ. & ad comprobationem præmiſſ. c. & verſ. mihi videtur quod in eoſ. 43.*

Quia reſpondetur prædicta procedere, nam filij deſcendentes, & de parentela fuerunt admiſſi per fundatorem non tanquam donatarij, ſed vt
14 ſucceſſores; † Ideo nullum ius eſt eis quęſitum, niſi quod gradatim ſucceſſio fit de patre in filium, Adeo quod ſtante primo gradu ceſſat ſecundus, & exiſtente ſecundo deficit tertius *l. cũ pater. §. penult. de leg. 2. l. peto. §. fratre. ff. eod. tit. Doctor. in l. gallus. §. quidam rectè de liber. & poſthum.* Quare cum voluntas teſtatoris ſit deambulatoria vſq; ad mortem, filius, vel ſucceſſor ipſo viuente nullam poteſtatem habet in iurepatronatus, vnde non erit prohibendus pater illud alteri donare in præiudicium ſucceſſo-
15 rum: † Et ratio eſt, quia fundator non tranſtulit tunc iuſpatronatus in filios, ſeu parentelam, ſed ſolùm poſuit eos in ſuccedendi ſpe regulata ab eius voluntate; Et licet adſit confirmatio Epiſcopi, tamen hoc caſu illius conſenſus habet ſolùm duplicem effectum videlicet licentię fundandi Eccleſiam iuxtà diſpoſitionem *c. nemo de conſecrat. diſtinct. 1.* & effectum creandi iuſpatronatus iuxta *c. nobis. de iur. patronat.*
16 Aliud eſt in caſu, de quo agimus, † in quo fundator admiſit extraneum ad ius præſentationis tanqquam donatarium ex tunc; vnde cum ei ſit ius quęſitum. non eſt amplius locus variationi, cum conſenſus Epiſcopi vltra illos duos effectus licentiæ fundandi eccleſiam, & creandi iuſpatronatus, operetur etiam tertiũ effectũ trãslationis eiuſdem iuſpatronatus iuxta diſpoſitionem *c. illud. & c. nullus. de iur. patron.* Ita in puncto diſtinguit *Lambertin. eod. titul. de iur. patron. art. 6. q. 2. princip. p. 2. lib. 2. n. 9. & 10. verſ. ſed contra primum membrum. & verſ. licet apparet. fol. 133.* vbi dicit notandum, quia nun-
17 quam tactum, neque explanatum. † Quaſi ex iſta translatione iuriſpatronatus facta in tertium ſit ei acquiſitus fructus illius, prout eſt ius præſentandi, ſeu eligendi, quod eſt fructus iuriſpatronatus *gloſ. fin. in c. cum bertoldus de re iudic. Felin. in c. cum olim. n. 2. de maiorit. & obedient. Ludouic. Molin. de Hiſpan. primogenit. cap. 23. in princ. nu. 2. lib. 1.* vbi etiam *nu. 30. & 31.* loquitur de iurepatronatus delato filijs, & nepotibus etiam non hæredibus ex antiqua iuſtitutione, quod non poterit aſſignari per patrem vni ex filijs in aliorum præiudicium, neque cum
18 conſenſu Epiſcopi; † Quidquid aliud ſit in antiquo, & hæreditario, quod vni ex filijs poterit prælegari interueniente conſenſus Epiſcopi *Couarr. lib. 2. var. reſolut. c. 18. n. 9. & 10. Alex. conſ. 13. num. 10. lib. 5 & conſ. 18. col. 2. eod. lib. Pariſ. conſ. 48. lib. 4.*

Amplius conſtruens, & dotans altare in Eccleſia
19 cum auctoritate Epiſcopi adijciendo, † quod præſentetur Sacerdos per ſe, vel per titium, aut per alios, quos ipſe ædificans duxerit eligendos pro libito ſuæ voluntatis; ſi dictus ædificans præſentauit vna cum Titio Sacerdotem, qui poſtea fuit inſtitutus, non poterit deinceps in alia præſentatione excludere Titium, & aliũ eligere, qui vna cum eo præſentet; Cum enim in Titio fuerit conſũmatus conſenſus Epiſcopi, non erit amplius admittenda alia variatio, aut electio ſine eiuſdem Epiſcopi auctoritate, quaſi Ordinarius non debeat in omni præſentatione videre qualitates, cum in principio actus ſit de hoc diſceptandum, non in alio tempore, ne detur proceſſus in infinitum; Ita in terminis concludit *Anchar. inter conſ. Calder. 20. de iur. patronat.* ſequitur *Lambertin. eod. tit. lib. 2. art. 16.*
20 *p. 1. q. 1. princip fol. 13.* † vbi quod iſta eſt verior opinio, nõ obſtantibus illis verbis, vel per alios quos ipſe ædificans duxerit pro libito voluntatis eligendos; Quia cum in creatione beneficij fuerit nominatus Titius, & Epiſcopus conſenſerit, videtur acquiſitum ius præſentandi Titio, & non alteri non nominato, quem neque Epiſcopus potuit conſiderare, an expediret Eccleſiæ illum eſſe patronum. Quod etiam voluit *Rocc. de iur. patronat. in verb. ipſe vel is à quo cauſam habuit. q. 17. verſ. ſuboritur etiam alia quæſtio in iſta materia. n. 33. fol. 40.*

Quæ magis erant admittenda in caſu, de quo agebamus, quia huiuſmodi iuſpatronatus fuit

fundatum in contractu inter viuos : Vnde talis
ordinatio eſt facta irreuocabilis, ſtante præſer-
tim conſenſu Epiſcopi, qui expreſse illud reſer-
uauit ad fauorem Fratrum S. Franciſci, vt in in-
ſtrumento ſub die 4. ianuarij 1607. Quod opera
bitur, vt nec donans poſſit alio modo diſponere
21 † neq; Epiſcopus poſtea conſentire in præiudi-
dicium eorum, quibus iam fuit ius quæſitum
Rot. deciſ. vlt. de iur. patron. in antiq. Rocc. eod. ti.
in verb. ipſe vel is à quo cauſam habuit. q. 19. n. u.
35. & 36, fol. 40. Cum etiam vltra prædicta ad-
ſit ſtipulatio notarij pro omnibus , & ſingulis ,
22 quorum intereſt &c. † per quam fuit acquiſi-
tum ius, & actio iſtis Fratribus ſine aliqua ceſ-
ſione per eum facienda , quidquid aliud ſit in
priuata perſona. maximè in inſtrumento guarā-
tigię, quod minus requirit ceſſionem *Rom. conſ.*
76. in cauſa nobilis. in princ. Soc. conſ. 125. in fin.
Dec. conſ. 407. viſis ac diligenter. colu. 6. verſ. 3.
reſpondetur. numer. 14. cum alijs de quibus
ſupra c. 49.

Nec facit quod conſenſus Epiſcopi non fuerit pe-
titus per fundatorem. Quia cum fuerit facta cō-
firmatio iuriſpatronatus ab Epiſcopo inſtante
procurator fundantis Eccleſiam idem reſultat
effectus. Prout etiam dicitur de mandato, quod
quamuis non comprehenderet huiuſmodi caſū;
Tamen ſequuta eſt approbatio facta per princi-
23 palem de geſtis per eundem procuratorem , †
cum obligatione camerali pro omnibus, & ſin-
gulis, quę refertur etiam ad enunciata, ne dum
ad diſpoſitiua *Alex. conſ. 17. n. 2. lib. 3. Rui. conſ.*
137. n. 6. lib. Pariſ. conſ. 97. n. 91. lib. 1. Rot. coram
R. P. D. Cantuc. Romana ſeu Cornetan. auxij. 21
febr. 1583. & per Card. Pamph. Roma. palatij. 25.
mart. 1604.

Neq, obſtat vltimum de augmento dotis , quaſi
per illud fundator fuerit effectus nouus patro-
24 nus , † cum idem priuilegium detur augmen-
to dotis , quod ipſi doti *l. ſi proprietate. de iur.*
dot. & ita in ſpecie concludit *Abb. conſ. 28. in*
cauſa communitatis. lib. 1. Quia verior eſt opi-
nio, quod ex augmento dotis non acquiratur
iuspatronatus ; Tunc enim dicitur ditari po-
tius , quàm dotari Eccleſia, quæ tanquam libe-
ra non eſt redigenda in ſeruitutem ex ſolo aug-
mento dotis *gloſ. in cap. pia mentis. 16. q. 7. in*
verb. piæ ad med. verſ. ſi quis autem poſt conſe-
25 *crationem* : † Ideo ad effectum prędictum ne-
ceſſe erit Eccleſiam totam ſuam dotem amiſiſ-
ſe , & idem nouam dotem dari *Rocc. de iur. pa-*
tronat. in verb. & dotauit. q. 3. numer. 5. fol. 24.
vbi quod ita eſt tenendum , quidquid *Abb. &*
Hoſt. contrarium ſequantur *Bero. conſ. 4. n. 26.*
lib. 1. Rot. coram Card. Mellin. Lunen. Sarzanen.
beneficijs. 5. iulij; 1599. & per R. P. D. *Littam*
Campſen. iuriſpatronatus. 3. decembris. 1604.
26 Et quod noua requiratur dotis cōſtitutio, † vel
totalis reſtauratio ipſius Eccleſiæ funditus di-
rutæ fuit deciſum per eandem Rot. *coram San-*
ctiſſ. in cauſa Lucan. *Decanatus. 22. martij :*
1577. & per Cardinal. Blanchett. Peruſina. de
27 *confinio. 3. decembris. 1576.* † Ita vt Eccleſia
egeat noua conſecratione , vel noua dote *Rocc.*
de iur. patronat. in verb. conſtruxit. n. 12. quæſt.
8. f. 32. Rot. per. R. P. D. *Litt. in dict. cauſa Camp-*
ſen. iuriſpatronatus. 3. Decemb. 1604. Quidquid
aliàs ex cauſa ditationis egregiæ poſſit conſti-
tui iurispatronatus in Eccleſia inope, & modici
28 redditus † iuxta *conſ.* Abb. *28. lib. 2.* de quo per
Menoch. conſ. 90. n. 28. lib. 1. Ex quibus non erit
conſiderandum , quod fundator voluerit alios
nominare in conſtitutione augmenti dotis, cum
ex eo non fuerit illi acquiſitum aliud ius, quam
id , quod in prima dotatione habuit , ita vt
non poſſit dari mutatio voluntatis in præiu-
dicium eorum , quod prius nominauit ex ſupra
allegatis .

EPITOME.

Legitima matris an ſit triens totius hæreditatis
in caſu, in quo fratres ſunt prçteriti , & quan-
do tales habeantur pro exhæredatis , & faciant
partem . In legitima, & in legatis quando ha-
beat locum ius accreſcendi . Per ſtatutum in
quo fratres tantum ex parte coniuncti vocan-
tur ad ſucceſſionem excluſa matre an prçſerue-
tur , vel minuatur legitima ei debita de iure
communi .

SVMMARIVM.

1 *Legitima matris eſt tertia totius hæreditatis*
non portionis ſibi debita ab inteſtato in caſu,
in quo fratres , vel ſorores ſunt præterita , &
nu. 16.
2 *Frater omnino præteritus instituta non turpi*
perſona habetur pro exhæredato , & non facit
partem , ſecus ſi aliquid etiam minimum illi
relinquatur. n. 8. 9. 10. 12. et 13.
3 *In legitima an ſit locus iuri accreſcendi . et*
nu. 4.
5 *Ius accreſcendi an competat in legatis. et nu. 7.*
6 *Pro legitima datur petitio hæreditatis, et iudiciū*
familiæ herciſcundæ .
11 *Ius accreſcendi non habet locum niſi portione*
omnino defecta .
14 *Statutum excludens à ſucceſſione excludit etiā*
à legitima .
15 *Per ſtatutum , in quo fratres ex parte tantum*
coniuncti vocantur ad ſucceſſionem excluſa
matre præterquam à legitima præſeruatur, non
minuitur legitima ei debita de iure communi.
et quid in ſtatuto Vrbis. n. 17.
18 *Statutum poteſt minuere, non tollere legitimā .*

CAPVT CLXXVIII.

IN caſu, in quo Fratres, vel ſorores ſunt præ-
teritę an legitima matris ſit triens totius hæ-
1 reditatis , † Dixi veriorem opinionem eſſe af-
firmatiuam , quod videlicet quando fuit inſti-
tuta non turpis perſona , frater præteritus non
debet facere partem matri in legitima ; ideo
legitima eiuſdem erit tertia totius hæreditatis
non

non autem tertiæ portionis, quam deberet cõ-
ſequi ab inteſtato, prout concludit *Bald. in
repet. l. pater filium. nu. 7. col. 6. verſ. nunc ve-
nio ad priuationem. ibi. in iſta diffic. ili quæſtio-
ne. ff. de inoffic. teſtam.* poſt Iacob. Butrigar.
*q. 6. Idem Bald. in l. vnic. §. in primo. colum. 2.
nu. 11. verſ. enim tene menti. C. de caduc. tol-
lend. Socin. conſ. 75. viſo teſtamento. colum. 3. in
fin. verſ. iſta concluſio etiam probatur. lib. 3.
Alex. Fulgoſ. Cuman. & alij* de quibus latè *Theſ-
ſaur. deciſ. 172. n. 2.* vbi teſtatur de magis com-
muni opinione *Peregrin. de fideicom. artic. 38.
num. 13. Anna. allegat. 100. in fin.* & ita ſeruat
Rot. per R. *P.* D. *Vicecomitem.* Roman. Legiti-
ma de Menichellis. *23. ianuar. 1578.* vbi quod
eſt æquior, magis communis, & vera opinio, &
ita practicari teſtatur *Mantua conſ. 147. n. 42.
vſque ad n. 46. lib. 2. Gabr. conſ. 64. nu. 19. libr.*
Quorum ratio eſt, quia frater non admittitur ad
2 partem, neque admitti ſperatur; † Ex quo enim
eſt præteritus inſtituta non turpi perſona habe
tur pro exhæredato, qui partem non facit, quaſi
exiſtimetur mortuus *§. exhæredatos, auth. de
hær. dib. & falcid. Thob. conſ. 20. n. 15. in princ.
poſt. Bald. in auth. nouisſima. q. 6. num. 8. C. de
inoff. teſtam.* vbi quod numerus filiorum con-
ſideratur in hac materia ciuiliter reſpectu ſuc-
ceſſionis; Ideo exhæredatus, qui non ſuccedic
ponitur pro non ente, & eo ſublato ius legiti-
mæ reſidet in alijs, ſicut dicitur de omnino in-
capacibus, non obſtante quod exhæredatio or-
dinetur ad commodum hæredis, & hæreditatis,
quia principaliter ordinatur ad excluſionem
exhæredati, quo remoto integrum ius legitimę
in alijs remanet, non ſecus, ac ſi alij naturali-
ter non eſſent in medio *Bald. in l. pater filium.
colum. penult. de inoff. teſtam.* Et quidquid alij
contrarium ſequantur, de veriori & magis re-
cepta ſententia teſtatur *Peregrin. de fideicom.
art. 38. n. 11. in fin. verſ. ſed prior opinio*
Neque obſtat quod in legitima non ſit locus iuri
3 accreſcendi, † ſecundum *Bart. in l. pater filiū.
de inoff. teſtam. & in l. re coniunctis. q. 3. prin-
cip. ff. de legat. 3. Ang. in l. papinianus. §. vnde
ſi quis. verſic. tertius caſus. de inoffic. teſtam.*
Quia contraria opinio eſt verior: Nam ſi ex cau-
ſa legitimæ, quæ debet relinqui honorabili titu
lo inſtitutionis, tota hæreditas accreſcit repu-
diante, aut non volente adire hærede ſcripto,
multo magis portio legitimæ accreſcet portio-
ni, quaſi in habentibus ſymbolum facilior ſit
4 tranſitus, † & ita in ſpecie concludit *Bald. in
l. planè. §. ſi duobus. de legat. 1. & in l. vnic. §.
in primo. num. 11. C. de caduc. tollend. Cephal.
conſ. 245. n. 18. Eugen. conſ. 33. n. 68.* Quidquid
aliud ſit in legato rei particulariter relictæ plu
5 ribus coniunctis coniunctione legali, † prout
loquitur tex. in *l. & proculo. de legat.* 1. Cum
diuerſum ſit in legitima, quaſi ea habeat vim
ſucceſſionis vniuerſalis quo ad omnia corpo-
ra, & iura actiua hæreditaria, licet non quo ad
6 iura paſſiua, † ita vt pro ea detur petitio hære-
ditatis, & iudicium familiæ herciſcundæ *l. 2. ff.
famil. herciſc.* Et ita inter legatum rei particu-
laris, & legitimæ diſtinguit *Bald. in repetit.
l. pater filium. col. 7. poſt med. verſ. quæro tunc
7 ſi mater. ff. de inoffic. teſtam.* † Et quod etiam
in legatarijs coniunctis re, & verbis habeat lo-
cum ius accreſcendi, quidquid ſecus ſit in lega-
to annuo tanquam limitato reſpectu tempo-
ris, quemadmodum dicimus de limitato re-
ſpectu rei concludit latè *Surd. conſ. 123. num.
19. & 23. lib. 1.*
Quæ magis habebãt, locũ in caſu, de quo agimus,
quia frater fuit per teſtatorem omnino præte-
8 ritus, & nihil ei relictum; † Nam ſi aliquid etiã
minimum illi relinqueretur reſpectu eius, quod
recipit, facit partem, quamuis diuerſo iure re-
cipiat, quaſi tunc aliquo modo dicatur agni-
tus *Bald. in l. huiuſmodi. 86. §. ſi titio. il 1. in
princ. de legat. 1. & in auth. nouisſima. in fin.
verſ. nono quæritur. C. de inoffic. teſtam.* ſequi-
tur *Rot. coram* R. P. D. *Vicecomite.* Roman.
9 *legitimæ de* Menichellis. *23. ianuar. 1578.* † Vbi
quod faciet partem hoc pacto, & quod tan-
to minus dicetur eſſe in patrimonio teſtatoris,
quantum importat illud, quod fuit fratri, vel
ſorori relictum; Idque etiam voluit *Socin.
conſ. 75. viſo teſtamento. col. 3. in fin. verſ. iſta
concluſio etiam probatur. lib. 3. Gabr. conſ. 94.
nu. 20. lib. 1. Burſat. conſ. 115. nu. 6. & 7. Io.
Franciſ. de Pont. conſ. 66. n. 2. & conſ. 68.*
Nec aduerſatur quod quamuis aliquid fuerit re-
lictũ fratribus; Tamen ſunt inſtituti tanquã ex-
tranei, non vt illi, quibus defertur legitima; Vn-
de cum non poſſint concurrere in ſucceſſione,
nec faciunt partem, nec minuunt legitimam,
quaſi ſolum debeat attendi, quod ſint à lege ex-
cluſi, & illis per eandem legem non debeatur
legitima; frater enim excluditur ex eo, quod
eſt factum teſtamentum, & non eſt inſtituta tur
10 pis perſona; † Quare non eſt curandum, quod
fuerunt inſtituti, nec ne, cum ſubſit eadem ratio
excluſionis legalis; Quamuis enim Doctores lo
quuntur, quando fratres fuerunt exhæredati; Ta
men id faciunt propter caſus contingentiam,
ideo debet attendi ratio, quæ conuenit etiam
quando ſunt inſtituti, prout in puncto declarat
latè *Surd. conſ. 404. col. vlt. n. 9. verſ. maior eſt
difficultas. lib. 3.* Vbi etiam reſpondet non ob-
ſtare auctoritatem *Bald. in auth. nouisſima. in
fin. C. de inoffic. teſtam.* cum nihil firmet, ſed
relinquat indeciſum tanquam ſit quęſtio reſpi-
ciens altiorem indaginem.
Quia licet iſti fratres diuerſo iure acquirant à te-
ſtatore; Tamen verior eſt opinio ſupra firma-
ta, quod faciant ſibi partem, ad quam facien-
11 dam reputantur habere partẽ legitimæ: † Ete-
nim ius accreſcendi non habet locum, niſi in
portione omnino defecta, cum ſit indiuiſibile,
itaut non ceſſet in parte, & in alia admittatur,
cum ſolùm procedat re tota vacante *Bald. in
l. huiuſmodi. §. ſi titio. il 1. in princ. & ibi
Imol. in fin. de leg. 1.* Aliàs multum præiudi-
cium inferretur hæredi inſtituto, ſi fratres ha-
berent legatum, & mater obtineret integram

portionem ; Vnde æquius eſt , vt hoc caſu fra-
ter obſtet matri , & faciat partem, & voluntas
teſtatoris reddatur inanis,& fruſtatoria, prout
cōcludit Theſaur.deeiſ.172. n.4. in princ verſ.
11 atque hoc quidem . † Neque eſt attendendum
quod Bald. nihil firmet in d. auth. nouisſima. in
fin. C.de inoff.teſtam.cum vltra cum iſtam opi-
nionem ſequantur Corn. Socin. & alij allegati
per Gabr. conſ.94. nu. 21. vbi quod non eſt du-
bitandum hanc eſſe communem ſententiam , &
ibi declarat , quomodo ſint intelligenda addu-
cta per Bald.in d.auth. nouisſim.a. Idque etiam
multis comprobat Bursat.conſ.115. nu.7.lib.1.
13 vbi quo contrarium ſequentes , † dum volunt,
vt iſta legitima ſit tertia hæreditatis , mouen-
tur propter remotionem obſtaculi fratris.Quæ
ratio ceſſat, quando aliqualiter fuit inſtitutus,
tunc enim obeſt fratris obſtaculum , quia ſi ab
inteſtato nō fuiſſet excluſus, legitima eſſet ter-
tia ſuæ partis ; non autem totius hæreditatis ,
nulla habita conſideratione , quod frater alio
iure capiat, quàm mater, nam ſufficit, vt quo-
quomodo capiat ad hoc, vt faciat partem
ad diminuendam legitimam matris l. planè. §.
ſi duobus. de legat. 1. ſequitur Fulgoſ. conſ. 26.
ſtante ſtatuto. col.vlt. Aret. conſ.49. col. penult.
& in d. §. ſi duobus. col.4. verſ. ſecundo princi-
paliter. Socin. conſ. 76. num.7. lib. 1.cum alijs
de quibus latè Peregrin. de fideicom.miſſ.art.38.
num. 10. verſic. ampliatur regula hæc. Guid.
Pap. deeiſ.599.
Nec facit ſtatutū , per quod videbatur mater ex-
14 cluſa à ſucceſſione , † ergo etiam à legitima
Alex. conſ.3. circa præmiſſam.nu.10.lib.7.Dec.
conſ.275. proponitur quod dominus.n.2.col.2.in
fin.Aim. qui de communi conſ.11.nu.13.col.3.
poſt med. verſ. non eſt obſcurum. Becc.conſ.103.
15 n.21.† Quia verius eſt, quod per ſtatutum, in
quo fratres ex parte tantum coniuncti vocan-
tur ad ſucceſſionem excluſa matre,præterquam
à legitima,prȩſeruetur,non minuatur ipſa legi-
tima debita matri de iure communi; prout re-
ſoluit Rot. coram Cardin.Blanchett. Roman.le-
16 gitimæ.20.aprilis.1584.† Vbi etiam quod erit
tertia totius hæreditatis , non tertia eius por-
tionis,quam eſſet habitura ab inteſtato; & ibi
quoque infert ad Statutum Vrbis. lib.1. c.146.
17 quod debet intelligi , † vt præſeruet , non mi-
nuat legitimam debitam matri de iure commu
ni Idem Card. Blanchett. Romana legitima.23.
may.1584.& latè declarat Socin. Iun. conſ.64.
col.vlt.q.3.n.61.vſque ad n.65. lib.2,vbi reſpon
det ad conſ. Alex. 197. lib. 6. Quaſi ibi conſtet
per ſtatutum haberi reſpectum ad legitimam
debitam de iure communi, quia ſi ad illud non
reſpiceret, eſſet inſpiciendum ius municipale,
18 per quod poteſt minui,† non in totū tolli legi-
tima Din.in c.indultum.de reg. iur. in 6. Car-
din.in c. rainutius. de teſtam. Bald. in l. fin. §.
ipſum autem. C. de bon. quæ liber. latè Rodric.
Soarez. in l. quoniam in prioribus. in declarat.
leg regni.verſ.ſecundo limitabis.col.10. n.6. vſ-
que ad n.15. vbi etiam quid in Principe, Rege,
Marchione , & ſimilibus C. de inoffic. teſtam.
19 Quidquid aliud ſit exiſtente cauſa;† per quam
permittitur in totum tolli à ſtatuto legitimam
Dec.conſ.19.et pro tenui facultate.col. penult.in
prin. n.6. verſ. & hoc in caſu iſto clarum. Aim.
conſ.236. extat duplex. n.2.

EPITOME.

Demolitio bonorum, & ciuitatum delinquētium,
& conuerſio in vſus inhoneſtos,& ſuperſemina-
tio ſalis ob quam cauſam fiat , & an poſſit im-
pediri per creditores,& ſuper eis iterū ædifica-
ri, & exempla multorum quibus huiuſmodi pœ
na fuit irrogata . Sal quare reddat terram ſte-
rilem, dicatur diuinū, ſignificet perpetuitatem
ſiue in bonū,ſiue in malum, adhibeatur in con-
nubijs,in conuiuijs,& in quolibet ſacrificio,pin
guedinem contineat , & fecunditatem pariat .
Eſus carnium quare ante diluuium denegatus,
& poſt illud permiſſus . Et de vita abbreuiata
poſt idem diluuium . Pactum ſalis quid ſignifi-
cet,& de prouerbio ſalem ſcrere.Prȩlati cur di-
cantur ſal terræ,& vxor Loth quare in ſtatuam
ſalis conuerſa cum alijs effectibus ſalis. Merita
delinquentium,& anteceſſorum quando opere-
tur abſolucionem criminum;& an poſſint lega-
ri , & competat actio pro eorū remuneratione.

SVMMARIVM.

1 Pœna demolitionis bonorum delinquentium an
ſit noua. n.7. & 8.
2 Blaſphemi puniebantur pœna demolitionis do-
morum. Idem in occidentibus Cardinales n.3.
& pacem frangentibus. n.4.
5 In criminibus proceditur de ſimilibus ad ſimi-
lia .
6 Demolitiones bonorum an poſſint impediri per
vxorem ex cauſa dotis. & alios creditores.
9 Vniuerſitates rebelles puniuntur pœna aratri,
& varia exempla.n.10. & 11.
12 Facta demolitione ob crimen non conceditur
amplius readificatio. & n.14. & 15.
13 Perſeuerantia requiritur in habentibus cauſam
ſucceſſiuam .
16 Domus M.Vacca publicata,& deſtructa. Idem
in M.Mallio. nu.17. & Marco Flacco. nu.18.
& Mellio Frumentario. n.19.
20 Suſtructio ſuper æquimelium quomodo debeat
intelligi .
21 Vſus damnanda memoria vnde habuerit origi-
nem .
22 Merita delinquentium, ſeu parentum quando
operentur abſolutionem criminum. & n.23.
24 Beneficia collata in magnum virum an poſſint
legari , & competat actio pro eorum remune-
ratione .
25 Bona delinquentium conuertebantur in vſum
carceris , macelli , & alios vſus inhoneſtos .
nu.26. & 27.
28 Exempla euerſionis bonorum ob ſcelera,et alias
cauſas. n.29.30. & 31.

32 Ara-

32 *Aratrum inducebatur in euertendis vrbibus ſicut in condendis.*
33 De More *ſuperſeminandi ſalem in bonis delinquentium ſolo æquatis. n.34. & 35. & de ratione. n.36. 54. & 55.*
37 *Poſt diluuium quare* Deus *prædixit menſuram futuræ ætatis, & n.42.*
38 *Sal reddit terram ſterilem, & nihil germinat.*
39 Terra *ſal habens opponitur terræ fructiferæ.*
40 Terra *quomodo dicatur deleta poſt diluuium.*
41 *Eſus carnium quare ante diluuium non permiſſus, & poſt illud conceſſus.*
43 *Prælati cur dicantur ſal terræ.*
44 Sal *ſiue in bonum, ſiue in malũ ſignificat perpetuitatem.*
45 *Sal apponebatur in quocunque ſacrificio.* Et *in connubijs, & ante reliquas dapes, & de ratione. n. 50. 51. & 52.*
46 Pactum *ſalis quare denotet perpetuitatem. & num. 47.*
48 Vxor Loth *conuerſa ſtatuã ſalis, & de ratione.*
49 Salem *diuinum quare antiqui dicebant; prout fulmen, & animam.*
53 *Salem ſerere prouerbium vnde dictum.*
56 *Lucerna ſale iniecto melius ardent.*
57 *Salis acrimonia an fœcunditatem operetur, & de pinguedine, & alijs effectibus ſalis. nu. 58. 59. & 61.*
60 *Pulchritudo ſalſa dicitur, & Venus è mari orta, tanquam è ſale nata.*
62 *Piſces quare fœcundi dicantur.*

CAPVT CLXXIX.

PEr Superiores Magiſtratus ſæpè mandantur ſolo æquari Villæ, & Domus delinquentium, & cum horum occaſione de huiuſ-
1 modi pœnis dubitaretur † Dixi conſuetum eſſe
hoc fieri in criminibus atrociſſimis, in quibus
bona publicantur, vnde etiam permittuntur dirui, quaſi hoc ſit æquiſſimum in deteſtationem
tanti criminis, prout concludit *Luc. de Penn. in l. 1. C. de petit. bonor. ſublat. col. 2. verſ. vtrum autem in tali crimine*. Vbi ſubdit non eſſe hoc
expreſſum in iure, ſed poſſe fieri exemplo Blaſ-
2 phemi, † qui punitur ſimili pœna *cap. quando*
verſ. nabuchodonoſor. 23. quæſt. 4. Quemadmo-
3 dum etiam in occidente Cardinalem † *c. fœlicis. de pæn. in 6.* Ruin. *conſ. 4. lib. 5. Ancharan. conſ. 177. Franc. Plat. de excommunic. c. 33. nu. 2.* Barthol. Socin. *inter conſ.* Curt. Senior. *conſ. 20. & ibi. Doctor.* Florentin. *conſil. 21. Hieron. de Tort. in fin. conſ. Ant. de Butr.* Gig. *de crimin. laſ. maieſt. q. 5. n. 14. Clar. eod. tit. verſ. penult. & in prax. q. 77. verſ. offendentes percutiendo.*
4 *& verſ. percutientes iniurioſè.* † Idem in eo,
qui pacem tenere, & curare noluit *§. conuenticulas. in fin. verſ. præterea bona. de pac. iuram. firm.* Cum in huiuſmodi criminibus proceda-
5 tur † de ſimilibus ad ſimilia *l. famoſi. in fin. ad leg. iu l. maieſtat.*

Idem voluit *Decian. de pœn. crimin. laſ. maieſtat. c. 40. n. 37. lib. 7. tom. 1. fol. 173.* Vbi ampliat aduerſus creditores, qui non poterunt impedire
6 demolitionem domorum rebellium, † & ſimiliũ
delinquentium, cum fiſcus teneatur illis ſatisfacere poſt domum demolitam *Capic. deciſ. 130. in fin. n. 33.* Vbi etiam de vxore an poſſit impedire deuaſtationem domus mariti rebellis, &
quando præferantur creditores in iſtis demolitionibus T*iraq. de nobilitat. cap. 37. n. 87. & 88.*
Quod etiam ſequitur *Affl. in c. 1. §. & bona committentium. col. 4. ſpecial. 19. nu. 37. quæ ſint. regal.* vbi de occiſoribus Iſerniæ, quorum domus
7 fuerunt deſtructæ, † & quod eſt noua pœna impoſita iuxta diſpoſitionem *cap. fœlicis. de pœn. in 6.*

Verum eſt quod ſecundum alios non eſſe noua
8 pœna, † prout concludit *Gig. de pœn. crimin. laſ. maieſtat. q. 35. nu. 5. tom. 11. p. 1. f. 71.* vbi
quod iſtæ demolitiones antiquitus per Romanos fiebant in pœnam delinquentium, & Regnum affectantium tanquam reos criminis læſæ maieſtatis, iuxta illud Affectaſſe ferunt Regnum Cæleſte Gigantes.

Quod etiam eſt in Vniuerſitatibus rebellibus,
quæ puniuntur pœna aratri, vt Carthago, de-
9 ſolantur enim muri, † & aratro effodiuntur
l. ſi vſusfructus ciuitatis. quib. mod. vſusfruct. amitt. In quo requireretur ſententia *Bart. in extrauag. qui ſint rebell. nu. 23. & 24. in verb. rebellando. Boſſ. de crimin. laſ. maieſt. nu. 132. Decian. eod. tit. lib. 7. c. 40. nu. 48. tom. 2. f. 174.*
10 Vbi † *nu. 49.* Subdit Athenienſes recuperata
Mytilene, quæ defecerat, decreuiſſe omnibus interfectis illam funditus delere, licèt poſtea eos
pænituerit mitius agendo, nam ciuitatem ſeruarunt paucos plectendo auctores defectionis
11 *Auctor. Pind.* † Et Henricus VII. Imperator
Brixiam Vrbem Turrianis fauentem fame, ferro, flãmis domuit. Sexaginta millia aureorum
nummum Cæſari dependerunt, ſexagintaq; Ciues nobiliores obſides, qui Romam vſque officij
gratia Regem proſequerẽtur: Cæſar muros ſubrui, & ad ſolum æquari iuſſit, ac demolita
porta vrbem poſt ſextum diem ingreſſus eſt. *Guſpinianus.*

Iſta autem domorum deſtructio adeo fiet, vt am-
12 plius non ſit locus reædificationis † *Franc. in c. fœlicis. in princ. n. 4. de pœn. in 6.* Vbi de Ciuitate condemnata à Summo Pontifice ad deſtructionem murorum, vt poſt illam non poſſit
reparari ſine eiuſdem Pontificis licentia *Cin. in l. ſeruus. in fin. C. de pœn. Bart. in l. ſi quis adulterium. §. 1. de adulter.* ſequitur *Anchar. in d. cap. fœlicis. col. 3. in 7. notab. Ang. in l. in numerationibus. 44. de ſolut.* Quod non eſt ſine
13 ratione, † quia in habentibus cauſam ſucceſ-
ſiuam, non ſufficit ab initio factum, niſi perſeuerantia duret *Imol. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. de leg. 1. & ibi Iaſ. col. 2. in fin. nu. 12.*
14 *verſ. ſecundo inducitur.* † Et voluit *Bart. in*
l. inter caſtellianum. de arbitr. vbi quod non
obſtat tex. *in cap. ex literis. de conſtitut.* Quia
ibi fuit impoſita pœna ob contumaciam, qua
ceſſante debet etiam pœna ceſſare, ſecus ſi ob
aliam

Digitized by Google

aliam cauſam imponatur, quia tunc intelligi-
15 tur perpetuò durare. † Et quod ſemper muri
debeât manere deſtructi, vt dicatur ſatisfactum
ſententiæ eſt verior opinio, vt multis compro-
bat *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit*
liberos.nu.181.C. de reuocand. donation. Quid-
quid contrarium ſequatur *Domin. in cap. fæ-*
licis. de pœn. in 6.

Et quidem Romæ commune iudicium hoc fuit in
eos, qui Regnum appetijſſe dicerentur, eorum
domus publicari, & euerti tanquam reos cri-
16 minis læſæ maieſtatis,† prout inter alia exem-
pla adeſt, & illud M. Vacci, cuius domus pu-
blicata, & euerſa eſt in Vacci pratis, quo faci-
lius illius memoria, & nomine loci notaretur
M. *Varro. lib. 4. de lingu. latin. Cicer. in orat.*
pro domo ſua. Menoch. conſ. 99. nu. 54. lib. 1.
17 idem in Marco Manlio, † qui cum repuliſſet
impetum Gallorum ab aſceuſu Capitoli, ideoq;
Capitolinus, & Patronus à ſuis omnibus eiui-
bus appellatus, ac fratre donatus eſſet, non fuit
contentus beneficij ſua gloria, cum primum
argueretur ſumpſiſſe Gallicos theſauros, & ad-
dictos propria manu liberare regni affectati ſu-
ſpitione in carcerem coniectus Populi conſen-
ſu liberatus eſt, ſed rurſus cum in eadem culpa,
& grauius perſeueraſſet regnum appetijſſe iudi
catus eſt, & damnatus de ſaxo tarpeio præcipi-
tatus, Domus eius euerſa, duobusq; lucis eonue
ſtita viſa eſt, quondam bona publicata ſunt:
Gentilitas eius Maulij eognomine iurauit, nè
quis poſtea Capitolinus vocaretur *Plin. Iun.*
de vir. illuſtrib. dum Q. Cincinnati Dictatoris
geſta recenſet *Liu lib.6. Val.Max. lib.6.cap.3.*
Menoch. conſ.99.n.54. lib.1.

Prout etiam in M. Flacco, qui cum Caio Gracco
18 contra ſalutem Reipublicæ fecerat, † & ſena-
tus ſententia interfectus, & eius domus diruta,
& publicata eſt, in qua porticum fecit aliquan-
to poſt Q. Catulus de manubijs cimbricis, ſed
& macellum à macello dictum eſt, euius quæ il-
lic eſſet antea domus publicè diruta. Hæc om-
nia *P. Aerodius ex* M. *Varrone. lib. 4. de ling.*
latin. Cicero. pro domo ſua. Plin. de vir. illu-
ſtrib. & Plutar. in Camillo.

Et de Melio Frumẽtario diuite equeſtris ordinis,
quia in annonæ caritate frumentum plebi elar-
19 gitus Regnum affectauit, † ob idque à Dicta-
tore Quinctio Cincinnato Q. Minutio defe-
rente in ius vocatus reluctans ab Achala Ser-
uilio obtruncatus, eiusq; bona publicata, atque
eiuſdem domus diruta, vt monumento area
eſſet oppreſſæ nefariæ ſpei, quam Aequimelium
vocatam ſcribit *Liuius lib.4 anno ab Vrb con-*
dit. 317. Quæ quidem area Aequimelij in eo-
dem ſtatu permanſit vſque ad annum 561. & ſic
per annos. 244. Quo tempore Cenſores auer-
ſantes eam deformitatem in Capitolio, eo in
loco denuo ædificandum decreuerunt *Liuius.*
20 *lib. 37.* † Subſtructionem, inquit, ſuper æquime-
lium in Capitolio locauerunt, quæ verba in
aliud ſignificant, quàm ædificium à fundamen-
tis extruendum in area æquimelio dicta loca-
uiſſe, prout huiuſmodi verba ita declaranda
eſſe ex *Cicer. Columel. Cæſar. & alijs* latè eon-
cludit *Marcell. Donat. ad Liuium. lib. 38.*
Quidquid *Glareanus ibid.* dicat locum illum
vix intelli poſſe.

Et apud Venetos idem quoque ſeruatũ fuit, vt de
Marino Phaletro illorum Duce, qui cum con-
ſpiraſſet Tirannus euadere fuit iuſſus à Sena-
tu capite mulctari, & eius ædes ſolo æquari, vt
21 eius memoria damnaretur; † Et vnde origi-
nem habuerit huiuſmodi vſus damnandæ me-
moriæ docet *Corrad. Brun. lib. 3. de hæretic.*
cap. 17. quem latè ſequitur *Menoch. conſil. 99.*
n.55. & lib.1.

Itaut in iſtis perſonis committentibus hæc grauiſ
ſima crimina in Rempublicam nulla ſit haben-
22 da conſideratio meritorum, † & beneficiorũ,
quæ illos non debent vendicare à pœna tam ſce
leſti facinoris *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. do-*
natione largitus. nu. 41. C. de reuocand. donat.
vbi refert plura exempla, & de eodem Manlio
Capitolino meminit, & de Gracco, Saturnino,
Spurio, Melio, & alijs, de quibus etiam latius
Idem Tiraq. de pœn. temperand. cauſ.49. n.13.
23 *vſque ad nu. 16.* † Quidquid aliàs tam merita
delinquentium, quàm parentum, patruorum, &
ſimilium operentur abſolutionem criminis *l. 2.*
§. poſtea cum appius. ff. de orig. iur. l. non omnes.
§. vlt. de re milit. Tiraq. d. cauſ. 49. n. 1. vſque ad
n. 13. & in l. ſi vnquam. in verb. donatione lar-
gitus. nu. 36. cum ſeq. vbi receuſet multa exem-
pla eorum, quibus mors, & pœna fuit remiſſa
24 ob merita tam ſua, quàm ſuorum, † Cum etiam
iſta ſeruitia, & merita collata in aliquem ma-
gnum virum poſſint legari; itaut legatario com
petat actio aduerſus eundem, qui tenebitur ad
illorum remunerationem; prout multis com-
probat *Gonzalu. Mendez Vaſconcell. lib. 3. var.*
iur. argument. c. 8. de quo tamen dicam latius
in capite particulari.

Amplius domus, de quibus agimus non ſolum
25 euerſæ, exuſtæ, & publicatæ iudicabantur, † ſed
in alios vſus etiam inhoneſtos conuertebantur,
vt de Aſtyli domo in publici carceris vſum cõ-
uerſa à Crotoniatis ignominiæ cauſa *Pauſan.*
lib. 6. Et de Ouidio Pollione crudeliſſimo, cuius
domum Auguſtus Cæſar funditus euertit, atq;
in eo loco Liuiæ porticum ædificauit *Dion.*
26 *Nicaus in Auguſto.* Et de Boemundo † Teupu-
lo Veneto tirannidem affectante, cuius domus
in macellum fuit conuerſa, addito decreto, vt
nemo Venetijs, aut in albo, aut quouis alio lo-
co nomen ipſius Boemundi retineret *Egnat. lib.*
6. cap. 8. Et de Caſſio, cui plus nocuit ſuſpicio
27 cõcupitæ dominationis †, quàm tres magnifici
conſulatus, & duo ſpecioſiſſimi triumphi pro-
fuerunt; Nam Senatus Populuſq; Romanus non
contentus eum capitali ſupplicio afficere, in-
terempto domum ſuperiecit, vt pœnarum quo-
que ſtrage puniretur, in ſolo autem ędem tellu-
ris fecit; Itaque quod prius domicilium viri po
tentiſſimi fuerat, nunc religioſæ ſeueritatis mo-
numentum eſt *Valer. Maxim. lib. 4. c. 4.*

Et

Et multa de huiuſmodi bonis, vrbibus, domibus,
& ædificiis dirutis, & ſolo æquatis poſſent ad-
duci, cum ſæpiſſimè occurrerint, & infinita ad-
28 ſint exempla, † tam de euerſionibus ob cauſam
ſcelerum, vt dictum eſt, quam ſæuitiæ bellicæ er
ga hoſtes, vt de domo L. Silla à C. Mario euerſa
Sabellic. ex plutar. quam ob alias cauſas, vt de
domo Ciceronis à Clodio diruta, & villis eius
incenſis, & æde libertatis area ædificata, reli-
quis bonis haſta ſubiectis, licèt nemo ad haſtā
acceſſerit, quamuis quotidie proclamaretur
29 *Plutar. in Cicer.* † Et de prædijs per Leonem
IV. Pontificem in ſingulis ciuitatum tentorijs
extructis, quæ Romani diripuerunt, & igne im-
miſſo cremarunt *Aimon lib. 4. c. 10 1. de Francis*
Et de villis amenißimis illius verbis ornamen-
tis Iacobi Salniat, & Medicorum, quas Fran-
ciſcus Carduccius odij cauſa incendijs abſu-
mendas dedit turbidæ, & intemperantis iuuen-
tutis impetu, quamquam id non imperaſſe fa-
teretur, ſed diſſimulanter delendas obieciſſet,
vt ex tam horribili maleficio nunquam diffide-
ret veniam impetrari poſſe, quando id ſcelus
promiſcuæ iuuenturis ad omnes fere ciuitatis
30 familias pertineret *Iou. lib. 27. hiſtor.* † Et de
domo regia Tarquinij diruta *Plutar. in Poplico.*
Et de Samaria vrbe ſolo æquata per Hircanum
3. Simonis F. Iudæorum Ducem, & Pontificem
inductis illo torrentibus, quorum eluuiæ ita
cuncta fœdata ſunt, vt ne veſtigium quidem
ſupereſſet oppidi, aut templi Garizimi viginti
annis poſt alius extructionem *Ioſ. lib. 13. cap. 1.*
31 *antiquit.* † Et de alijs, de quibus idem
Plutar. & Probus in Timoleonte. Ioſeph. d. cap. 18.
& de bell. iudaic. lib. 3. c. 11. 13. & 15. & lib. 7.
c. 18. Ioſue c. 6. 8. 10. & 11. Euſeb. lib. 6. de præ-
par. euang. Herodot. lib. 6. Aemil. lib. 8. Pauſan.
in Corinthiacis, & in Achaicis. Strab. libro 7.
& 10. Diodor. libro 19. Sabellic. libro quarto
& 6. ænead. 8. & lib. 9. ænead. 5. Nicol. olacus
in Attila. Guicciardin. hiſtor. lib. 10. & Iou.
lib. 3.
Et in euertendis vrbibus olim aratrum inducebā-
tur, ſicut in condendis idem adhiberi conſue-
32 uerat; † Quare oppida, quæ prius circumducta
erant aratro ob orbe, & vero vrbes; & coloniæ
Romanæ omnes in literis antiquis ſcribuntur
vrbes, quod item conditæ vt Romæ *Cell. Rho-*
digen. lib. 26. c.
Notandum eſt etiam, quod in euerſionibus huiuſ-
modi domorum ſolitum erat ſalem ſuperſemi-
33 nare; † Vnde Federicus Barbaroſſa Imperator
Romanus deuaſtatis Mediolani omnibus, ac rui
na deformatis, tum pluribus etiam incendio fu-
mantibus tectis aratrum induxit, & ſalem ſu-
perſeminauit *Arnun. hiſtor. Mediolan. ſect. 1*
34 Prout etiam Abimalech, † qui Sichem vrbem
oppugnatam cæpit interfectis eius habitatori-
bus, ipſaq; deſtructa, ita ut ſal in ea diſpergeret
Iud. 9. verſ. 45. Quod fuit ab antiquo vſitatum,
ex quo cæperunt eſſe Reges, & Magni Domini
ſuper terram propter proditiones eis factas,
35 cum Abimalech non fuerit auctor † ſpargendi
ſalis, ſed vt fuit ab alijs Regibus vſitatum *To-*
ſtat. c. 9. iudic. q. 45.
Cum autem quæreretur cauſa, ob quam fieret iſta
ſalis ſeminatio inter multas, quæ poſſent affer-
36 ri illam præcipuam † Dixi, quia ſal reddit ter-
ram ſterilem, & ideò funditus deſtructa ciuitate
ſal ſpargebatur in ſignum perfectæ victoriæ, &
maledictionem ſcelerum *Nicol. de Lir. iudic. c.*
9. in fin. in verb. quam cepit interfectis. Gene-
brad. Pſalm. 106. n. 34. verſ. terram fructiſe-
ram. vbi quod ſalſugo affert ſterilitatem, dum
terræ viſcus pinguedinem, & ſuccum exedit.
Ideo dicimus quod Deus inducturus diluuium ſu
per terram prædixit hominibus menſuram futu
37 ræ ætatis, † qui ex hoc ſequebatur abbreuiatio
vitæ humanæ; Nam ſuperficies terræ, in qua
erat bona vis germinatiua abraſa fuit propter
aquas, & diſcooperta pars inferior, quæ non
erat ita efficax ad germinandum; Cum præſer-
tim quod grauius fuit aquæ ſalſæ oceani intra-
38 uerint in terras, & corruperint eas, † quia ſal
reddit terram ſterilem, & nihil germinat. Quam
uis enim fiat de aqua, tamen eſt naturæ igneæ,
& quia mari permixtæ ſunt partes aſperæ atque
terreſtes inde ei ſalſugo *Plutarc. lib. 1. ſympoſiа-*
cor. q. 9. Itaut terra ſal habens opponatur terræ
39 fructiferæ † iuxta illud *pſalm. 106.* terram fru-
ctiferam in ſalſuginem a malitia inhabitantium
in ea. Idem ergo in diluuio propter malitiam
hominum operta fuit terra aqua ſalis vim ger-
minatiuam corrumpens, ex quo factum eſt, vt
fructus terræ eſſent pauciores, & minus ſalubres
& quia ex alimentis de terra natis viuimus, ne-
ceſſe eſt, vt illis deterioratis, vita quoque noſtra
minueretur *Toſtat. in c. 6. ſuper Geneſ. col. 1. in fi.*
36. & Iudic. 9. q. 45.
Quare dixit Deus diſperdam eos cum terra, ideſt
non ſolùm diſperdam eos, ſed etiam terram,
40 quaſi illa fuerit deleta, † cum eius virtus ger-
minatiua valde fuerit diminuta propter aquas
oceani, quæ ſalſedine ſua illam vitiarunt *Idem*
Toſtat. d. c. 6. Geneſ. col. 2. in fin. fol. 37. Et ter-
ram, quæ nec ſeritur, nec quicquam gignit tan-
quam hominibus inuiſam Gentiles quaſi pro
religione tellurem vocauerunt, quod eſt nomen
Deæ, de qua *D. Auguſt. 7. de ciuit. Dei & Cicer.*
de natur. Deor. & dictum eſt ſupra de Caſſio, in
cuius bonis euerſis ob crimen læſæ maieſtatis
ædem telluris Romani ædificauerunt.
Et inter multas rationes, quare ante Diluuium no
41 luit Deus indulgere eſum carnium, † cum poſt
illud conceſſerit, illa præcipua eſt propter indi-
gentiam hominis poſt diluuium vberiori, & va-
lidiori cibo; Quæ indigentia, ex tribus accidit;
Nam aſpectus cæleſtium aſtrorum, & defluxus
minus fuit propitius humanæ vitæ, ac beaificus:
quam erat ante diluuium: Et ipſa tellus aquis
ſalſis oceani per vnum annum tota perfuſa, &
obruta multo ſterilior, ac deterior facta eſt,
quocirca non potuit ſubminiſtrare alimentum
ſufficiens homini, vt antea, earum rerum, quas
ex ſe generabat: Fragilior deniq; fuit poſt di-
luuium valetudo hominum; & pluribus incom-
modis,

Digitized by Google

modis , ac morbis obnoxia , ideo ad eam ſuſti-
nendam, firmandamque opus fuit validioribus
adminiculis,& quaſi fulturis,quod ſatis indicat
vita hominum adeo contracta, & tecisa poſt di-
luuium *Pier. lib. 14. in Geneſ. verſ.tertiò in illis
verbis omne quod mouetur & viuit erit vobis
in cibum quaſi olera virentia tradidi vobis om-
nia.n 10.Idem Pier.lib.8.Geneſ.q.3. verſ.tertia*
42 *cauſa*† Vbi ſubdit ideò eſſe tam longam vitam
ante diluuium propter præſtantiam alimento-
rum ob nimiam terræ feracitatem, quæ ſterilis
facta eſt ob aquas ſalſas oceani . Quamuis *Phi-
lo in lib.de mund. opific.* dicat . Quidquid erat
tunc aquæ ſalſum futurum fertilitati terræ no-
xium confluxiſſe tertio die in vnum locum reli-
cto dulci humore in terra , tum quo ad coag-
mentationem terræ,velut glutiuæ,ne diſſipare-
tur in puluerem,tum ad vtilitatem plantarum,
& animalium ; Verùm cum ante diem tertium
totum illud corpus aquæ eſſet vnius rationis ,
& præditum omni ex parte ſimilibus qualitati-
bus non potuit habere alias partes ſalſas , alias
dulces *Pier.lib.1.in Geneſ.verſ.nono in opere ter-
tij diei col.1.in fin.*

Prælati quoque dicebantur ſal terræ, quia ſal nul-
lum habet vſum directè , niſi condite,habet ta-
43 men virtutem deſiccandi, † & conſeruandi ,
quæ conſequuntur ad condire; & quandiu man-
ſerint diſcretio , & virtutes in eis , manet vis
condiendi , cum autem illæ defecerint omnes
perierunt;vnde ſal poteſt etiam eſſe vtile ad de-
ſiccandum pinguedinem , humorem carnalium
operum,& putredinem malæ conuerſationis, &
libidinoſas cogitationes *Toſtat. c. 5. in Matth.
q.89.in fin.& q.90.*

Et pactum ſalis dicimus dum volumus ſignificare
44 perpetuitatem; † Nam ſal ſiue in bonum , ſiue
in malum ſemper eſt perpetuum, Prout de bono
45 affertur ratio , † quia in ceremonijs legis nihil
erat certius,& regularius , quam ſal , qui ſem-
per debebat opponi in quocunq; ſacrificio , &
cunctis oblationibus *Leuit.2.* quidquid obtule-
ris ſacrificij ſale condies,nec auferes ſal fœderis
Dei tui ; De ſacrificio tuo in omni oblatione
offeras ſal : Vnde Abdias volens ſignificare da-
tum eſſe Regnum in perpetuum domui Dauid ,
46 & illud pactum tanquam æternum † præſtare
ſecuritatem Regni manſuri quo ad poſteros,di-
xit eſſe datum Regnum Dauid in pactum ſalis .
Ita etiam è contra ſal de malo dicebatur, quia
eius ſeminatio faciebat in æternum locum inha
bilem tollendo fertilitatem , & reddendo illum
in perpetuum ſterilem *Toſtat.Paralipom.2.q.14*
47 Prout etiam *Numer.18.* † pactum ſalis dictum
eſt ſempiternum coram Domino tibi ac filijs
tuis,ideſt Deus obſeruabit iſtud pactum de dã-
dis iuribus Aaron,& filijs ſuis in æternum,ſicut
ſal facit res perpetuæ durationis,quaſi illa iura
nunquam ſit Deus ablaturus *Idem Toſtat.d.c.18
numer.9.q.19.col.fin.*

Vxorem etiam Loth dicimus conuerſam in ſta-
tuam ſalis ad ſignificãdam perpetuitatem,qua-
48 ſi eſſet æternum poſteris monumentum , † ne
qui ſerio viam Domini elegerunt retro vſquam
aſpiciant , ac redire concupiſcant , ſed ſi ſalui
eſſe velint perpetuò vlterius procedentes ad
extremum vſq; pertendat, & huius facti peren-
ni recordatione ita ſapetent,vt à priſtinis vitijs
ad melioris vitæ cultum tranſgreſſi non repe-
tant amplius ſemel reprobata *D. Auguſtin. 13.
de ciuitat.Dei.c.30.Perer.c.19.in Geneſ.diſput.3
n.27.& 28. super illis uerbis.ſalua animam tuã
verſ.17.& 26.*

Diuinum quoque ſalem dicebant antiqui ; Nam
quemadmodum ignis fulminis appellabatur ſa-
49 cer,& diuinus , † quod corpora de cælo tacto-
rum per multum temporis putredinis reſiſtere
videmus ; ſic & ſalem diuinum ſuſpicati ſunt,
quaſi eiuſdem ſit naturę cũ dicto igne , ſal enim
cadauera putredinis ſecura,& duratura adſer-
uat,nec patitur quod mortuum eſt penitus abo
leri,animam imitando , quæ non ſinit molem
animalis diffluere , ideo etiam diuina dicitur
*Plutarc.lib.5 ſympoſiacon.q.10.ad med.& lib.4.
q. 4.*

Et olim apud nonnullos orientis populos ferunt
50 religiosè obſeruatum,† vt in ipſo connubij ar-
ticulo ſal tàm viro,quàm vxori daretur guſtan-
dus, vt ambos hortaretur ad mutuum amorem
ſeruandum,cum duæ naturę ſalis aquea, & ter-
rena in vnum ſaporem coaleſcant,quo condien-
te eſculenta rectè ſapiunt ; ſic duæ , ac diuerſæ
hominum ſententiæ in vnum conſenſum con-
ſpirantes , & mutuam gratiam ineant, & ſemel
initam adhibito prudentiæ ſale conſeruent .
51 Tum etiam, † vt ex inhoneſto diuortio terror
incutiatur; Sal enim ſicut deſignat perpetuum
amicitię vinculum permanſurum ſuauitate
ſua ob mutuam fidem , & continentiam ſerua-
tam;Ita è contra ſua acrimonia pœnas obnun-
tiat atrociſſimas iræ, & vindictæ ijs , qui fidem
non ſeruant , ne minorem fructum,aut gloriam
promittat ex continentia ſeruata , quàm pœ-
nas , & ignominiam minitetur ob ingrati ani-
mi diſſidium *Gomeſ.de ſale.lib.4. nu. 9.fol.284.*
Et de nuptijs , quæ celebrantur igne , & aqua
*gloſ.in l.penult.in verb.aqua.de donat. int. vir.
& vxor.* cum alijs per *Cuiac.obſeruat. lib.11.c.
2* Et de tedis,ſeu facibus,quæ in nuptijs ſemper
pręibant,quaſi non niſi per noctem nubentes du
cerentur à ſponſis,vt inquit *Varro* Licèt potius
hoc eſſet , vt coniuges in amore accederentur
ſecundum *gloſ.in d.l.penul.de donat.int. vir.&
vxor.*

Simile erat Grecis vſitatum,qui ante reliquas da-
52 pes apponebant hoſpitibus ſal, † veluti perpe-
tuę amicitiæ ſignum,cum etiam vino madentes
oleo perungerent , & ſale , quod aduerſus e-
brietatem remedium eſſe putabant *Alex. lib.5.
c.21.* & Romani veteres vtebantur ſale vice
pulmentarij, editarunt enim ſalem,cum caſeo ,
vt in prouerbio apparet,de quo *Plin.lib.31.c.7.
ex Varrone .*

Sub inanis quoq; ſpei adagio antiquitus vſurpari
53 ſolitum erat,† ſalem ſerere,ob illam rationem
quia vana ſit illius ſatio, ex qua nullus omnino
fru-

Digitized by Google

fructus eſt oriturus : Cum præſertim ſuperua-
cuum ſit illum ſerere, quando tàm frequens, &
perampla copia à natura ſuggeritur terra, ma-
riq; ſalis ſpontè naſcentis *Gomeſ. de ſale. lib. 2,
num. 37. fol. 108.*

Adde iſtas aſperſiones ſalis fieri ædificijs dirutis
non ſolùm, vt illa fiant perpetuò ſterilia, vt ſu-
54 pra dictum eſt, † ſed etiam, vt huiuſmodi impij,
& ſacrilegi homines, eorumque conatus in ſte-
rilitatem, hoc eſt in nihilum redigantur, Vel vt
alij abſtineant à loco, & noua in ea ædificatio-
ne timentes ſimile, ac ærumnoſum prioris ædi-
55 ficij omen ſe ſubituros; † Vel ne herbę, aut arun
dines ibi enaſcantur, quæ perfricare poſſint me-
moriam vllo vnquam tempore tàm ſceleſti fa-
cinoris, perinde ac de prælongis auriculis Mi-
dæ Regis fiſtulæ illæ è tonſoris vocibus natæ,
prout eſt in fabula, prodierunt *Idem Gomeſ. de
ſale. lib. 2. fol. 96.*

Et de ſalibus, vt etiam hoc obiter adnotetur, ſcien
56 dum eſt illis quoque ineſſe pingue quippiam, †
vnde lucernę melius ardent ſale iniecto, & aqua
marina inflāmam iniecta vna exardeſcit, neque
eſt vlla alia aqua, quę perinde incēdatur, ideoq;
etiā calidiſſima, & non benè eluit, quare aqua
potabili potius veſtes eluuntur, quàm marina
propter eius pinguedinem *Plutar. ſympoſiacon.
lib. 1. q. 9. poſt med. & q. natur. 1.* Et ſolitum eſt
ſalem pecoribus proponere, vt eo amplius alan
57 tur, & craſſeſcant; † Nam ſalis acrimonia acuit
appetitum cibi, & meatus reſerando cibum fa
cilius deducit ad digeſtionem, & graciles vtun-
tur ſalſamentis; vel quia oues ægrotant pin-
guedine nimia contracta; & eam ſales colli-
58 quant, & diffundunt: † Vel quia fit magis fę-
cundum inde pecus, & ad coitum pronius:
Nam canes quoque ſalſamento eſo celerius
concipiunt, Et naues, quibus ſal vehitur plures
alunt mures ob frequentiorem coitum, vt ſal-
ſugine mures ad illum inuitentur *Idem Plu-
tar. d. q. natur. 3. & lib. 5. ſympoſiacon. q. 10.*
59 vbi etiam quod ſalibus ſolebat abſtinere, † qui
ſe caſtitati dederant, quaſi ij ob calorem in-
uitent ad rem veneream. Et ſalibus gratiarum
nomen imponebatur, videlicet ſale neceſsita-
tem cibi in ſuauitatem conuertente. Quare
etiam pulchritudinem ſalſam, & acrem voca-
bant, tanquam non otioſam, & inuenuſtam,
60 ſed gratioſam, & ad permouendum aptam: †
Ideo à Poetis Venus quoque fingitur è mari
orta, velut è ſale nata, vt ſub hoc inuolucro ſa-
lis vis genitalis proponeretur, Et Deos mari-
nos omnino fęcundos, & multorum liberorum
61 parentes facimus, † Et de terreſtribus, & volu-
cribus nullum planè inuenies animalibus, quod
fœcunditatis gratia, vel cum quouis marino-
62 rum comparare liceat, † Vnde illud *Empedo-
clis* fœcundos piſces inſcitam ducere gentem.
Quod etiam eſt ob ſaluberrima, & elaborata
alimenta, quę mare gignit, & aeris tenuitatem,
& puritatem, quæ ab illo oritur, cum etiam ma
rina obſonia præterquam ſuauiſſima, maximè
ſint innoxia, non enim vt carnes grauant, ſed
facilè digeruntur, & concoquuntur, Vnde *Zeno,
& Crato* ægrotantes ante omnes alios cibos
ad piſcem, vt leuiſſimum inuitabant *Plutar.
lib. 4. ſympoſiac. q. 4. & lib. 5. q. 10.*

EPITOME.

Pretium laudemij quale ſit, & in quibus caſibus debeatur, & quid in retrouenditione, & donatione facta de re emphytheotica in comprehenſos, non tamen proximiores, & in pacto, vt emptor teneatur præferre venditorem ſi contingat rem emptam vendi, & in reſolutione contractus, & ex noua cauſa, & in ſimilibus. Caducitas an incurratur ſi res emphytheotica retrouenditur vigore conuentionis de retrouendendo ſine noua licentia domini.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium dicitur etiam laudatiuum, et quid ſignificet.*
2 *Laudemium eſt quinquageſima pars pretij, & poteſt eſſe plus, & minus ſecundum morem regionis.*
3 *Laudemium debetur domino directo ratione noua inueſtiture.*
4 *Pro feudo an debeatur laudemiū, & de emphyteuſi data in dotem, datione in ſolutum, diuiſione inter fratres, donatione, vēditione nulla, & an cenſeatur remiſſum per conceſsionem alienandi. n. 5. & 23.*
6 *Non eſt ſoluendum laudemium in retrouenditione, ſi fuit ſolutum in venditione. n. 11. 12. & 16.*
7 *Pro reſolutione contractus non debetur laudemium, & quid in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem. n. 8.*
9 *Gabella non ſoluitur pro executione, & acceſſorijs contractus. & n. 17.*
10 *Argumentum valet de gabella ad laudemium.*
13 *Pro retractu non debetur laudemium.*
14 *Laudemium non eſt ſoluendum pro retrodatione facta vigore dominij reſeruati.*
15 *In pacto, vt emptor teneatur præferre venditorem non debetur laudemium. & 18. & 19.*
20 *Licentia noua non requiritur quando emphyteuſis retrouenditur vigore pacti de retrouendendo, neque incurritur caducitas. Intellige, vt nu. 21.*
22 *Laudemium debetur ſi pater donat inter viuos rem emphyteoticam etiam comprehenſis non tamen proximioribus. & n. 24.*
25 *Emens feudum dicitur nouus vaſſallus, quamuis comprehenſus in inueſtitura.*

CAPVT CLXXX.

LAudemium, vel ſecundum *Alciat. lib. 1. parerg. c. 45.* laudatiuum dictum eſt ab eo, † quia dominus contractum laudat, & approbat præſtando ſuum aſſenſum *Aſſl. in cap. c. 9. illud quoque. de prohibit. feud. alienat. per federic.* Et

Eſt

eſt quinquageſima pretij, vel æſtimationis rei
2 emphyteoticæ, † videlicèt duo pro centenario
Iaſ.in l.vlt.n.39.C.dè iur.emphyt Quamuis de
conſuetudine, & ſecundum morem regionis poſ
ſit eſſe plus, vel minus, & illud tunc erit ſoluen-
dum Aret.conſ.41.in fin.verſ. quod tamen dixi.
poſt Hoſtienſ. in ſumm.tit.de locat.§. quid ſi na
tura.verſ.& dominus. Alex.conſ.5. nu.8. vol.2.
in fin.& conſ.123. in princ. lib.5. Caſſan. ſuper
conſuet.burgund.tit.des renſes. §. 1. n.1.f 1368.
Redoan.de reb.eccleſ.non alienand.tit. de laudē.
q.11.tom.15.p.2.fol.489. Amod. de laudem.q.4.
tom. 10.par.2 f.180. vbi multa adducit loquens
3 etiam de ſexdecim pro centenario. † Et debe-
tur Domino directo ratione nouæ inueſtituræ,
& inductionis in poſſeſſionem, quam dominus
facit pro omni alienatione rei emphyteoticæ
Aim.conſ.215.n.2. Non autem rei feudalis, niſi
4 aliud de conſuetudine ſeruetur. † Guid. Pap.
q.415. & conſil. 213. Franc. Marc. deciſ. 368.
n.16.p.1. latè Beer.conſ.2.nu.6. Et multa de lau
demio quando debeatur de fundo emphyteoti-
5 co dato in dotem† Aim.conſ.215.. Et an de da-
tione in ſolutum facta à Iudice Cephal. conſil.
255.nu.6. lib. 2. Et quid in diuiſione fratrum
Idem Cephal.conſ.195.nu.19. & quod non cen-
ſeatur remiſſum per conceſſionem alienandi
Surd.deciſ.200.n.4. Et quid in venditione inu-
tili, aut nulla Tiraq.de retract.lignag. gloſ.2.§.
1.n.u.7. Et quid in donatione Redoan.de reb. ec-
cleſ.non alienand.q.11. de laudem.verſ.illa au-
tem quinquageſima.nu.3. tom. 15. p.2. fol.383.
Cappell. Tholoſ. q.279. cum alijs per Amod. de
laudem.q.30. vbi etiã multa ad materiam per-
tinentia, & per Clar.de emphyteuſ.q 23.

Quidquid autem ſit in prædictis caſibus, quo ad
dubium mihi propoſitum videbatur prima fa-
cie non eſſe perſoluendũ laudemium, quia cum
6 fuerit prius ſolutum in venditione, † de qua
agebatur, non eſt amplius ſoluendum in retro-
uenditione, quaſi emens rem emphyteoticam
cum domini conſenſu, & illam promittens re-
uendere non teneatur amplius requirere eun-
dem conſenſum, ſed poſſit liberè retrouenditio-
nem facere, cum conſenſus à principio præſti-
tus trahatur ad omnia executiua, vel conſecu-
tiua eiuſdem contractus; Vaſſallus enim retro-
uendens nihil de nouo facit, ſed iam factum, &
7 promiſſum adimplet; † Ideò neque erit ſoluen-
dum laudemium, cum illud non debeatur pro
executione contractus Ang. in l.ſi hominem. de
vſucapion. Bertr. conſ.45. in fin. lib.e. Bald. in
l.ab emptione. in 1. lect.vol.vlt.verſ. quæritur hic.
ff.de pact. vbi quod fingitur non contractum,
quando reſoluitur actus per conuentionem ap-
poſitam à principio; Ideò ſi emphyteota ven-
dit rem emphyteoticam irrequiſito domino ap
8 poſito pacto legis commiſſoriæ, † vel adiectio-
nis in diem, per quod reſoluitur contractus, fin-
gitur emphyteuta non cecidiſſe à iure ſuo, quia
nullum ius quęritur domino, ſequitur Dec.conſ.
88.pro tenui facultate mea.vol.3.in princ.verſ et
9 ad hoc facit. † Prout neque gabella ſoluitur pro
executione, & acceſſorijs contractus Alm. in
rub. de leg.1. n.10. Quidquid dicat Caſtr.conſ.
266. n.3. vol.1. in fin. verſ. breuiter his non ob-
ſtantibus.lib.1. Quia contra eum eſt verior opi-
nio, vt teſtatur Burſat.conſ.408.nu.2. poſt Ang.
in l. cum eiuſdem. de edil.edict. cum alijs per
Surd.deciſ.305.n.24.in fin.& nu.38. vbi etiam
10 nu. 32.† quod valet argumentum de laudemio
ad gabellam, & è cõtra, cum in illis nulla addit
ratio differentiæ, & de vno ad aliud inferatur.
11 Et ita † in pacto retrouenditionis cõcludit Ti-
raq.de retract.conuent.gloſ.2.§. 6.n.20. verſ. ſi
autem. vbi quod non eſt ſoluendum dennò lau-
demium ex retrouenditione, quę fit ex pacto in-
ſerto venditioni, quamuis aliud ſit in appoſito
ex interuallo, cum ſufficiat illud fuiſſe ſolutum
in prima venditione, Quidquid contrarium ſe-
quantur Neuiz.conſ.88.nu.18.& Cagnol.in l.2
n.237.verſ.aliud etiam ſcias. C. quand. lic. ab
12 empt.diſced. † vbi diſtinguunt inter pactum
de reſtituendo, & de reuendendo; Cum ſimpli-
citer ſit verior opinio, quod laudemium non
debeatur in prædicta retrouenditione Mut.
ſuper conſuetud. panormit.cap.26.n.24.verſ.ar-
gumento quando poſt Solam.ſuper conſuetud.
Pedemont. tit.de pact. int. empt. & vendit gloſ.
13 vnic. par. 4. † Quaſi actus fiat ex neceſſitate;
Quemadmodum retractus, qui etiam fit inuito
emptore, ideò non poteſt ex eo prætendi laude-
mium, prout contra Boer. veriorem opinionem
eſſe dicit Tiraq. de retract. lignag.§. 29. gloſ.1.
nu.4. latè Mar.Mut.ſuper conſuetud. panormit.
14 c.26.nu.124. & 125. † Sicut etiam dicimus in
retrodatione facta vigore reſeruationis domi-
nij appoſitæ in venditione, in qua neque gabel-
la, aut laudemium debet ſolui, quaſi veniat ex
neceſſitate primi contractus amplè Surd. deciſ.
305. per tot.

Prædictis tamen non obſtantibus contrarium con-
15 cludendum Dixi, quia in caſu, † de quo agimus
fuit ſolùm conuentum, quod volens vendere
teneatur præferre eum, à quo fuit emptum prę-
dium, quæ conuentio non obligat ad retrouen-
dendum, ſed ſolùm ad præferendum; Ideo iſta
venditio non dicitur neceſſariò deſcendere ex
cauſa inſerta primæ venditioni, ſed eſt in ſe li-
bera, & voluntaria; Quaſi tunc ſolùm non de-
beat ſolui laudemium, quando reſolutio fit ex
cauſa ad hoc obligante, videlicèt, ſi à principio
fuerit conuentum, quod emptor teneatur re-
trouendere, tunc enim retrouenditio fit vigore
16 præcedentis conuentionis, † Ideò tanquam à
principio ordinata non requirit vlteriorem ſo-
lutionem gabellæ, ſeu laudemij argum.l.ſi pro
fundo.C.de tranſact. Alber. in l.ab emptione. ff.
de pact.Ludouic. concluſ.15.verſ. infertur quar-
to.Tiraq.de retr. conuention.§.6. gloſ.2.n.20.

Non obſtant contraria; Quia habent locum, quan
do contractus reſolutio eſt acceſſoria emptio-
17 ni, † & venit in executionem illius tanquam à
principio ordinata, vnde non dicitur nouus
contractus, ſed executio eius, quod antea geſtũ
eſt, prout loquitur Dec.conſ. 88. cum alijs ſupra
allega-

Digitized by Google

allegatis,& declarat *Surd. deciſ.* 305. *n.*22 *uſq;*
18 *ad n.*25. † Aliud eſt in caſu noſtro, in quo licèt
adſit conuentio de præferendo venditorem, tamen eſt contractus nouus,& ſeparatus, vnde duplex gabella erit ſoluenda *Caſtr. in l. iuris gentium. ſ. adeò. n.*1.*& ibi Iaſ. n.*6.*ff. de pact.*
Quod magis erat dicendum, nàm facultas, de qua
agebatur in præferendo venditorem non fuit
19 conuenta in ipſamet venditione,† cui dominus
directus cōſenſum præſtitit, ſed fuit data ex interuallo ab eodem emptore; Vnde non debet præiudicare ei, cui debetur laudemium, quaſi nihil conſenſerit quo ad facultatem prælationis, ſed ſolùm quo ad principalem contractum venditionis: Prout dicimus, quod non eſt opus
20 nona licentia domini, † qnando emphytheuſis retrouenditur vigore pacti de retrouendendo, neque incurreretur caducitas, dum redimitur ex cauſa neceſſaria, & bona redeant ad primam naturā,& dicantur non translata, ſed reddita; intelligendo qnando fuit conceſſa licentia per dominum, vt res venderetur cum iſto pacto de retrouendendo, quaſi tunc dominus conſenſerit huic oneri, & licentiam redimendi
21 dederit, † eum ſecus ſit in conſenſu ſimpliciter præſtito de vendendo abſque dicta conuentione, tunc enim poteſt eſſe, quod dominus dederit ſcientiam, quia potius habuit affectum ad vnam perſonam, quàm ad aliam, prout latè concludit *Corbul. de priuat. ob alienat. ampliat.* 27. *nu.* 9. *verſ. cæterum ego in hac varietate.* poſt *Afflic.* qui loquitur in feudo *de prohibit. alienat. per federic. in princ. n.*39.
Cum igitur ſit nonus contractus, non mirum, ſit in caſu de quo agimus ſit ſoluendum landemium,
22 quaſi illud tunc debeatur ex noua cauſa;† Pront etiam dicimus illud ſolui debere, quando pater inter viuos donat rem emphyteoticam filio, quaſi tunc nō capiat tanquam comprehenſus in inueſtitura, ſed ex nona cauſa,& noua acquiſitione: Quemadmodum etiam de diuiſione
23 facta inter fratres, † per quam vni aſſignatur tota res emphyteotica *Zuccard. in l. fin. nu.* 38. *C. de edict. diu. adrian. tollend.* Surd. *conſ.* 538. *nu.* 5. *lib.* 4. vbi etiam quod donatio facta comprehenſis in inueſtitura, non tamen proximio-
24 ribus inducit eadueitatem, † quia illi non ſunt vocati in eum caſum,& non videntur incluſi,& res deuenit ad eos non per inneſtituram, ſed per alienationem *Sola. in in conſtit. pedemont. tit. de*
25 *iur. emphyt. p.*1. *gloſ.*1. *nu.* 19. *in fin.* † Ideo etiam emens feudum dicitur nouus vaſſallus, licèt eſſet incluſus in inueſtitura *Surd. d. conſ.* 538. *nu.* 5. *lib.* 4. Et facit quod dicimus de retractu, in quo debetur laudemium, quando terminus elapſus prorogaretur ad retrahendum, quaſi tunc de conſenſu partium dicatur noua actio competere volenti retrahere, vnde erit iudicanda alienatio voluntaria, non neceſſaria, & ita declarandns eſt *Franc. deciſ.* 277. dum voluit in materia iuris congrui deberi laudemium, prout concludit *Mut. ſuper conſuet. panor. cap.*26. *n.*127.

E P I T O M E.

Ad contrahendum domicilium, & incolatum quæ requirantur, & quod tempus ſufficiat. Penſio collata per Epiſcopum filio fratris, qui cum eodem filio acceſſit ad eius Epiſcopatum declarando velle ibi habitare an ſit valida. Situatio bonorum, & aſſidua in loco conuerſatio an inducat competentiam fori. Electio ad quem pertineat quando quis poteſt conueniri coram pluribus Iudicibus. Iudex an poſſit excommunicare ſubditum exiſtentem extra territorium.

S V M M A R I V M.

1 *Requiſita ad contrahendum domicilium.*
2 *Pater conferens ſe cum eius filio ad Ciuitatem Epiſcopi ſui fratris, & ibi habitans per decennium declarando ibi velle permanere an contraxerit domicilium, itaut penſio collata d. filio ſit valida. & n.*11.
3 *Animus incolæ facit vt contrahatur domiciliū.*
4 *Caſtellanus & exiſtens in ſtudio non contrahit domicilium loci, in quo longo tempore habitauit. n.*5. *Intellige vt n.*6 7. *&* 8.
9 *Potentior eſt voluntas, quæ declaratur factis, quàm verbis.*
10 *Domicilium contrahitur momento.*
12 *Pupillus traductus ad educādum extra domicilium originale, an contrahat accidentale.*
14 *Emptio bonorum in loco, & illorum poſſeſſio conſtituit domicilium.*
15 *Domicilium accidentale patris an ſit filij.*
16 *Incolatus an contrahatur per decennalem habitationem, & quando minus ſufficiat, vt quis habeatur pro ciue. n.*17. *&* 18.
19 *Onerum cognitio facit quem gaudere priuilegio ciuium.*
20 *Statutum loquens de habitantibus non includit incolas munera non ſubeuntes.*
21 *Originarius nō ſubſiſtens munera habetur pro forenſe.*
22 *Poteſt quis licitè conueniri in loco, in quo habet larem, vel maiorem partem bonorum. Intellige in realibus, non perſonalibus. num.*30. 31. *&* 32.
23 *Aſſidua commoratio in loco inducit competentiam etiam de alibi geſtis. nu.*25. *&* 28. *Amplia vt nu.*26. *&* 27.
29 *Domicilium acquiſitum ex contractu non tollit aliud.*
33 *Iudex tam ratione domicilij, quàm ex accidenti an poſſit excommunicare ſubditum exiſtentem extra territorium.*
34 *Reus conuentus eligit vnum ex pluribus iudicibus. Declara. vt n.*35.

C A P V T CLXXXI.

AD contrahendum domicilium multa re-
1 quiruntur, de quibus per Doctores † *in cap. fin. de paroch. Socin. in cep. vult. col.*10.*q.*6.

n.24. de for.compet. Alciat. in l.pupillus.§. incola.de verb.ſignificat.Roman.conſ.197.& 264. Maſq. de probat. concluſ. 334. Menoch. de arbitrar. caſ.86.& de præſumption. lib. 6. præſumpt. 42. vbi multa de triplici domicilio naturali,communi,& accidentali Doctor. in l. ciues. de incol.& in l.aſſumptio.C. ad municipal. Gail. lib.2.obſeruat. c. 36. Bertazol. conſ.ciuil. 56. n.33. & conſ.103. n 20.

Omiſſis tamen generalibus deueniendo ad caſum mihi propoſitũ Dixi non potuiſſe colligi ex his quæ fueruot deducta aliquam probationem
2 prætenſi acquiſiti domicilij ; † Quamuis enim pater ſe contulerit ad ciuitatem , in qua morabantur eius conſanguinei,& in illorum domo etiam per decẽnium habitauerit voa cum eius filio, non tamen ex hoc potuit dici aliquod domicilium contraxiſſe , cum ſemper declarauerit animum ſuum eſſe recedendi ex eo loco ſedata diſcordia, de qua in actis ; Vnde cum habitatio non fuerit animo permanendi , uon po-
3 tuit contrahi domicilium, † quod requirit animum incolæ l. eius qui manumiſit . 27. §. celſus. ad municip.gloſ.in l.ciues.7.in verb. larem. C. de incol. lib.10. Bald.conſ.313. præfati.lib.4. Roman.conſ. 264. Matth. Coler.de proceſſ. executiu. p.2. c.1. n.35. verſ.unde inferunt.

Prout dicimus de Caſtellano , qui in loco ſui officij non contrahit domicilium ex longa habi-
4 tatione, † cum ſemper ibi habitet aoimo recedendi Alciat.reſp.35.nu. 9. per tex. in.l. quæſitum.76. in prin.de leg.3.l.nihil.25.de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. ex facto. la 2. §.rerum.ff. de hæredib. inſtituend. Menoch. de arbitrar. caſ. 86. n.8. Intelligendo tamen prout infra c.184. n.51. Et idem in eo,qui ſtudiorũ gratia ſe cõtu
5 lit ad habitandum in aliquo loco, † non vt ibi perpetuò commoretur , qui neque domicilium contraxiſſe dicitur , cum habeat animum recedendi finito ſtudio Bart. in l. lex cornelia. 5. §. ſi tamen.ff. de iniur. Socin. in c.vlt.col.10. verſ. ſi vero ſigna ſunt. de for. compet. Cephal. conſil. 451.n.172. Rot.coram Caram. Millin. Roman. cambiorum.4. decembris. Ruin. conſ.18. nu.12.
6 lib. e. † Licèt io ſcholaribus poſſet dici , quod elapſo decẽnio contrahant in loco domicilium, cum amplius non videãtur ibi morari occaſione ſtudij, ſed animo figendæ habitationis,quaſi ſola commoratio per decennium ſufficiat Felin.in c.dilectus filius. il 2.29. n.9. & 12.col.9. in 2.declarat.verſ. tertius caſus eſt . & verſ. li-
7 mita dupliter. do reſcript. † Et ita in terminis de ſcholari eſt tex. in l. 2. & ibi gloſ. in verb. conſtituerint. C. de incol. lib. 10. Abb. in proœm. decretal. n.18. Grammat. deciſ.87. num.2. Matth. Coler. de proceſſ. executiu. par. 2. cap.1.
8 num.40. † cum declarationibus de quibus latè Menoch. de arbitrar. caſ. 86. num. 24. uſque ad num.27.& per Socin. in cap.vlt.nu.26.col.14.in princ. verſ. ſi vero ſigna sunt in contrarium.de for. compet.

Amplius neque declaratio ſufficeret , quod quis velit habitare in aliquo loco , ſi facta non re-
9 ſpondent , † nam potentior eſt voluntas , quæ declaratur factis , quàm verbis Caſtr. in l. ſi procurator filio.nu.3.de condict. caus. dat. cum ſæpius contra intentionem aliquid dicatur , quod non contingit in facto Aim. conſil. 204.
10 nu.11. † Ideo quod dicitur momento cotrahi domicilium , cum quis declarat perpetuò velle manere in aliquo loco,procedit, quaodo voluntas producitur ad factum, transferendo ſcilicet ſe ad locum, ibiq; habitando in propria domo, vel conductitia,ſeu gratuita gloſ. in l.non vtiq; 4. in uerb. conſtituerit. ad municipal. Menoch. de arbitrar.caſ.86. nu.2. & reſoluit Rot. coram R. P. D. Oran. Cæſaraugustana penſionis . 11. martij. 1598. vbi fuit declarata inualida pen-
11 ſio propter nullitatem tonſuræ , † quam contulit Epiſcopus filio fratris ſui , qui non erat ei ſubditus nec ratione beneficij , nec originis, nec domicilij cap. cum nullus.3.de temporib.ordinat. in 6. Gabriel. conſil.189. in princ. nu.4. lib. 2. Quamuis pater ſe contuliſſet ad ciuitatem . vt ibi permaneret cum Epiſcopo illius loci ſuo fratre declarando velle ibidem habitare,cum enim filius eſſet puer non poterat habere animum contrahendi ibidem domicilium, Licèt enim in eadem ætate poſſit habere domicilium facto , vbi maior pars fortunarum ſuarum adeſſet , non tamen poterat habere aoimo Bart.in l.placet.q.2. ad municip. Petr.Vbald. de
12 canon. port.epis. p.2. c.7. nu 75. † vbi pupillus traductus ad educandum extra domicilium originale non contrahit domicilium accidentale , cum non habeat animum intellectualem Gabr.conſil. 189. nu. 18. & 19. lib. 2. post Bart. in l. 1. colum.fin.C.de tutor.& curat.dat.
13 ab his. † Itaut neque admittatur,quãnuis pater ſtetiſſet in eadem ciuitate per decennium, ſi fuit in domo Epiſcopi, & ſic in aliena , in qua permanſit nõ animo contrahendi domicilium, ad cuius conſtitutionem , & translationem requiritur factum,& animus, & quod habeat domum, in qua perpetuò manere conſtituat,licet ex aliqua cauſa quandoque contingat abeſſe Bald. in rub. C. ſi à non compet. iudic. ad med. Caſtr. in l.2. num.2.C. ubi ſenator. uel clariſſ. Gabr.d. conſil.189.n.20.uſque ad n.24. Rot. per R. P. D. Oran. d.Cæſaraugustana penſionis.11. martij 1598.

Imnio neque ſola emptio bonorum in loco conſti-
14 tueret domicilium , † nec etiam illorum poſſeſſio l.libertus.17. in fin.ff. ad municip. cum ad conſtituendum domicilium extra locum originis requiratur translatio maioris partis fortunarum ſuarum cum familia,& animo ibi perpetuò manendi l. unic. ubi gloſ. in uerb. facultates. C.ubi pet.tut. tut. l.2. C. ubi ſenat. uel clariſſ. Bart. in l. de iure. 37. in 2. oppoſit. ff. ad municip. Rom. conſil.197.nu.2. & conſ.264. nu.1.cum ſeq.Tiraq.de retr.lignag.§.36.gloſ.3. nu.7.cum alijs de quibus late Socin.in cap. ult. poſt. q.6. col.14. uerſ. nam primum exemplum
15 de for. compet. † Itaut domicilium accidentale patris non ſit domicilium filij l. aſſumptio. 6.

§. ſi-

§.filius ciuitatem. vbi gloſ.in verb. domicilium.
in prin.ff.ad mnncipal. cum ipſe filius ſua volũ
tate ſibi illud poſſit conſtituere, vbi velit *l.pla-*
cet.3.cum l.ſeq.ff.eod.tit.
Quibus adde quod quamuis incolatus non con-
16 trahatur niſi per decennalem habitationem †
gloſ.in l.2. in verb. conſtituerint. & ibi Bartol.
num.1. C. de incol.lib.10. Tamen quandoque
tempus ſufficiet, ſi conſtaret per expreſſam de-
clarationem,vel per coniectnras, quod ceperit
quis in loco habitare, vt ibi perpetuò moretur
tunc enim ſtatim incolatus acquiritur *Abb. in*
c.fin. de paroch. Soc. in cap. vlt. de for. compete
Alciat.in l.pupillus.§.incola.de verb. ſignificat.
Lancellott.Gall.in conſuetud.Alexandr.in præ-
fat.num.50. Licet huiuſmodi incolatus non ſuf
17 ficiet,† neque operabitur,vt quis habendus ſit
pro ciue,& gaudeat priuilegio ſtatuti,nam quo
ad iſtum effectum erit reputandus pro forenſe
iuxta *conſ.Ruin.100.lib.5.* vbi quod nihil ope-
ratur incolatus,quando extat ſtatutum, vt fo-
renſes non poſſint exercere artem,niſi prius ſa-
18 tiſdederint; intelligendo in incola, † qui non
ſuſtinet onera in loco,iſte enim habetur pro fo-
renſe,& non gaudet priuilegio ſtatutorũ, quaſi
tunc ſit incolatus ſimplex, qui non debet pro-
deſſe *Caſtr.in l.omnes popul. in fin.ff.de iuſt.&*
iur, niſi etiam onera ſubeat *Roland. conſil.79.*
num.34. lib.3. vbi etiam teſtatur ita conſuluiſ-
19 ſe *Angel.& Rom. conſil.223.* † Ratio eſt quia
principaliter conſideratur onerum cognitio,
quaſi non debeat quis ſentire commodum non
ſuſtinendo incommodum, ideo quamuis etiam
ſtatutum expreſsè loqueretur de habitantibus
20 non includeret incolas non ſubuntes munera †
Ruin.conſ.112.num.11.lib.5. latè *Surd. conſil.*
174.nu.12.vſq;ad n.15. lib. 2. Prout dicimus de
21 originario, † qui habetur pro forenſe, ſi non
ſuſtinet onera *Caſtr. conſ.89.n.3.lib.2.Cephal.*
conſ.246.num.22.Rolan.conſ.79.num.29.& 30.
lib.3.
Secundo adde quod quidquid ſit in caſibus prę
dictis,vt requiratur ad contrahendum domici-
lium habitatio in loco, cum tranſlatione ma-
ioris partis bonorũ,& familię *Rom. conſil.264.*
22 *n.1.cum alijs ſupra allegatis.* † Aliud eſt quan-
do ſumus in caſu, vt quis conueniri, vel exigi
poſſit, tunc enim alterum ſufficit,neque requi-
ritur copulatiuè,quod, & larem habeat, & ma-
iorem partem bonorum *gloſ.in c.dilectus.filius*
il.2.29.in verb.domicilium. poſt med. & ibi In-
noc.num.1.de reſcript.Imol.in cap. ex parte. 25.
de for.compet. Cum in tribus locis alternatiuè
quis poſſit ciuiliter conueniri, vel in loco do-
micilij, vbi quis forum ſuum erexit, vel vbi ha-
bet maiorem partem ſuorum bonorum,vel vbi
23 aſſiduè degit, † & commoratur ſaltem per de-
cennium *Bald. in l.ſenatores. num.1. poſt Cin.*
ibid. C. vbi ſenator. vel.clariſſ. Licèt etiam ibi
Bartol. admittat aſſiduam conuerſationem
minorem decennio. Et quod ſufficiat ad effe-
ctum ſortiendi forum, vt quis habeat in loco
24 maiorem partem bonorum, † eſt tex. *in l. 1.*
C.vbi petat.tutor.& ibi gloſ. in verb.facultates.
l.aſſumptio.6.§.filium.ff.ad munc.Hoſt. Alber.
& alij per Tiraquel. de retract. lignag. §. 36.
gloſ.3.num.7. de veriori opinione teſtatur *Mat-*
th.Coler.de proceſſ.execut. p.2.cap. num.37.cum
ſequen.
Quę adeo vera ſunt, vt procedant quamuis non
poſſideantur bona in loco, vbi quis conueni-
25 tur,† cum ſufficiat ſola commoratio, aut con-
uerſatio per decennium *gloſ. in l. nec ipſi. in*
verb.conſtituerint.in fin.C.de incol.lib.10.Aret.
in cap. quod clericis. num. 1. poſt Abb. de for.
26 *compet.* vbi de magis communi, † amplians
etiam ad contractus alibi celebratos *Pariſ.*
conſ.12.nu. 30. lib.4. Quamuis etiam non aſſi-
duam,ſed interuellatam habitationem teneat,
itaue ab vno loco ſubinde ad alium accedat,
27 & recedat † *Socin. in c. ex parte. num.4.in 3.*
notab.de for.compet. Et iura, quæ videntur con-
trarium ſuadere,procedunt in eo, qui in loco
conuerſacionis nondum impleuit decennium,
vt explicat *gloſ.in l.2.in verb. conſtituerint. in*
fin.C.de incol. lib.10. Et ſufficere aſſiduam
conuerſationem, vt quis poſſit ibi conueniri
28 etiam de geſtis in alio loco, † multis compro-
bat *Socin.in c.fin.col.12. & 13. num.26. verſic.*
primo per aſſiduam. vſq: ad verſ. nam primum.
exemplum. Quaſi abſurdum videatur,quod mo
retur quis in loco, & ibi nolit reſpondere arg.
l.2.C. vbi ſenat. vel clariſſ. & l.2.C.vbi de cri-
minib.ag.oport. Vbi de crimine alibi commiſ-
ſo poteſt quis conueniri in loco, in quo degit,
ideſt conuerſatur, prout ſcholaris in loco ſtu-
dij, vt explicat *gloſ. in d. l.2. in verb. degit. &*
ſequitur Socin.in d.c.fin.num.26.column.13. in
fin. per tex. in l. quisquis. 17. & ibi gloſ. in
29 *verb.conuerſatus. C. ſi cert.petat.* † Neque e-
nim domicilium acquiſitum ex contractu tol-
lit aliud, cum potius forum foro accumulet
Bart.in l.quod ſi ephesi.num.4.ff.de eo quod cert.
loc. Et reſpectu plurium ſpecierum, quidquid
aliud ſit in domicilio originis, poteſt quis ha-
bere plura domicilia, prout latiſſime docet
Socin.in cap.fin. num.22. col.8. & 9.uerſ.circa
ſecundum membrum.de for.competen. poſt gloſſ.
in c.ſtatutum.§.cum uero.de reſcript.in 6.Doct.
in l.aſſumptio.ff.ad municip.& in l.1.C. de mu-
nic.& origin. lib.10. & in cap. 4. de maior. &
obedient.
Prædicta tamen de ſituatione bonorum,vt indu
cant competentiam fori ſunt intelligenda in
30 realibus,† non autem perſonalibus, in ijs enim
non poterit declinari iudex loci bonorum, vbi
de dominio rei petitæ ageretur *cap. fin. de for.*
compet. ubi Butr. notat quod non repertus in
loco geſti negotij ratione contractus non po-
teſt condemnari quo ad effectus concernentes
perſonam tanquam contumax in pœnam ex-
31 communicationis arg. *cap.1.de iudic.* † poterit
tamen citari,quo ad effectus reſpicientes bona
ſituata in loco contractus, & patietur miſſio-
nem bonotum,ſi per contumaciam ſe abſentet
Abb.in d.cap.fin.num.36.colu.17.in fin.uerſ.uenio

ad ſecundum principale. ibi ſi vero non reperitur.& ibi Fel *in.colum.2.poſt med.fall.1. verſic. nec eſſet aliquid ſpeciale in edicto. de for. compet. per tex.in c.romana.§. contrahentes. vbi Ioann. Andr.eod.tit. in* 6. ſiue loquamur quando realiter agitur, ſiue ſimus in actione perſonali de-
32 ſcendente ex contractu, † quando tamen in loco ſituationis bonorum concurrit locus contractus,alias ſecus Matt. Coler. *de proceſſib. executiu.par.2.cap.1.num.47.in princ.& num.58.in fin.verſ.quam ſententiam veriſſimam* Et quando Iudex tam ratione domicilij,quàm ex accidenti, videlicet iure contractus poſſit excommunicare ſubditum exiſtentem extra territo-
33 rium, † & excommunicatio trahat ſecum executionem multa adducit Socc. *in c. dilecti filij colu.18.& 19.nu.25. verſ.& ita potes intelligere rationem & verſ.ſed tu aduerte quod quamuis iſta videantur. de for. compet.* vbi declarat *tex.in c.romana.§. contrahentes eod. titul. in 6. &* Butr.*in cap.fin.etiam eod. tit. de for. compet.* & ibi etiam quomodo D.Paulus excommunicauit Corinthium abſentem,de quo in *c. romana. de appellat.*
Neque obſtat, quod quamuis licitè quis poſſit conueniri coram pluribus iudicibus, ſeu in di-
34 uerſis locis,† Tamen electio debeat competere reo conuento, cum regulariter in alternatiuis ipſe eligat *l.plerumq.10.in fin. de iur. dot.l. illud.25.de conſtit. pecun.* & ita in terminis eſt *tex in auth.habita.§.verumtamen.*C. *ne fil. pro patr.* vbi ſcholaris, qui tres iudices ſortitur poteſt eligere eum, coram quo velit conueniri, adeo vt conuentus per actorem coram vno declinet forum coram alio prout concludunt communiter *Doct.in d.auth.habita. vbi Salicet.*
35 *num. 21.* † Quia prædicta procedunt in caſu priuilegiato ob fauorem ſcholarium ſtudētium cum in alijs caſibus actor eligat coram quo iudice velit reum conuenire Bald.*in l. cum clericus.25.C.de epiſcop.& cleric. Franc. in capit. romana.§. contrahentes. num.12. de for.compet. in 6.* In alternatiua enim rerum electio eſt debitoris, prout loquitur *tex. in d. l. plerumque. de iur. dot.* ſecus autem in alternatiua exigendi *Caſtr.in l.cum proponas.17.nu.4. C.de tranſact.* Felin.*in c. inter cæteras.4. colum.2. num.4. fall.2.de reſcript.* Quidquid aliud ſit ante petitionem creditoris, ideſt antequam debitor incurrat moram,tunc enim eſt in arbitrio rei, in quo loco velit ſoluere Bar.*in l.fin.C.vbi in rem actio.*

EPITOME.

Priuilegium l. vnic. C. quando imperat. int. pupill. & vid. quando habeat locum, & an illi ſit derogatum per facultates Auditoris Cameræ, itaut pupillus poſſit coram eo conueniri ſtante obligatione camerali. Priuilegium primum quando dicatur ſublatum per conceſſionem ſecundi, & quid ſtante clauſula motu proprio, quorum tenores,& alijs derogatorijs etiam ad futura. Pactum,vel ſtatutum an valeat,vt detur parata executio creditoribus contra bona pupillorum. Et quando ſolutio illis facta ſine tutoris auctoritate liberet ſoluentem.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus ſiue pauper, ſiue diues dicitur perſona miſerabilis, & gaudet priuilegio l. vnic.* C. *quand.imper.int.pupil.& vid.n.2. Et quid in cauſa obligationis cameralis an poſſit conueniri coram Auditore Cameræ non obſtante. d. priuilegio.n.6.7.8.& 28.*

3 *Vidua etiam diues habet priuilegium d.l. vnic.*

4 *Priuilegium vt quis trahat, & non trahatur competit negotiorum geſtori.*

5 *Diſpoſitio d.l.vnic.habet locum in cauſa criminali.*

9 *Priuilegium ſecūdum tollit primum notorium quamuis de eo non fiat mentio.*

10 *Priuilegium conceſſum perſonis miſerabilibus non tollitur per ſecundum continens clauſulas derogatorias generales, cum requirantur ſpeciales.n.12.Intellege vt n.13.*

14 *Iuriſdictio generalis conceſſa laico an comprehendat priuilegiatos.*

15 *Diſpoſitio dans certos iudices ſcholaribus extēditur ad clericos.*

16 *Iuriſdictio conceſſa domino feudi intelligitur quo ad clericos.Declara ut n.17.*

18 *Clauſula quorum tenores,motu proprio, et ſimiles operantur expreſſam mentionem derogando priuilegijs habentibus derogatoriam ad futura.*

19 *Facultates Auditoris Cameræ comprehendunt uniuerſitates, et pupillos tanquam illis ſimiles.*

20 *Pupillus conuentus ab alia perſona miſerabili vigore obligationis cameralis coram Auditore Cameræ non poteſt declinare forum.*

21 *Vtens priuilegio conformi iuri communi præfertur.*

22 *Pupillus non poteſt renunciare priuilegio. d. l. unic.*

23 *Statutum aut pactum pupilli non ualet, ut detur parata executio in illius bonis, quidquid aliud ſit in permiſſione nudi ingreſſus.nu.24. et 41.Fallit in pupillo harede.n.25.32.35.36. et 42.*

26 *Defunctus poteſt donare,ne dum obligare bona haredum.*

27 *Pupillus non habet priuilegium d.l.unic.quando lis erat cepta cum defuncto.*

28 *Limitatio priuilegij minus præiudicat, quam derogatio.*

30 *Statutum laicorum limitans tempus inſtantiæ, et appellationis ligat clericum.*

31 *Per ſecundum priuilegium ſi derogatur primo in aliqua parte,dicitur facta derogatio illius quamuis de primo non fiat mentio.*

33 *Conditio obligationis non mutatur ex perſona haredis.*

35 Aetas

34 *Aetas debitoris hæreditarij non debet infringere ius creditoris.*
37 *Conditio defuncti an ſit conſideranda in executione, vel qualitas pupilli. num. 40.*
38 *Fiſcus ſuccedens priuato quo iure vtatur.*
39 *Succeſſor fiſci non eſt immunis à pedagijs.*
43 *Debitor ſoluens pupillo abſq; tutore non liberatur. Intellige. vt nu. 44.*

CAPVT CLXXXII.

INter perſonas miſerabiles, quæ per Legem
tales iudicantur, quidquid ſit in alijs per Iu-
1 dicem arbitrandis, adeſt pupillus, † qui gaudet
priuilegio fori iuxta diſpoſitionem *l. vnic.* C.
quand. imper. int. pupill. & vid. Siue ſit ſine pa-
tre, & matre, quo caſu dicitur Orphanus *Rebuf.
de ſentent. prouiſional. gloſ. vlt. col. 2. verſ. ſecun-
do orphani.* Siue ſolum ſit ſine patre, qui tunc
dicitur pupillus *l. pupillus. ff. de verb. ſignif. Co-
uar. pract. quæſt. c. 6. n. 2.* Siue ſit pauper, vel di-
2 ues, † nam ſemper dicitur miſerabilis quo ad
fori priuilegium, quod fuit conceſſum non ra-
tione paupertatis, ſed miſerationis gratia, qua-
ſi tales gubernentur à tutoribus, qui plerumq;
in eorum officio delinquunt latè *Menoch. de
3 arbitr. caſ. 66. in addit. nu. 9.* † Exemplo viduæ,
quæ licèt ſit diues gaudet etiam eodem priui-
legio, nõ ſecus ac ſi eſſet pauper *Abb. in c. ex par
te. 15. n. 14. de for. compet. Felin. in c. ſignifican-
tibus num. 6. de off. deleg.* Natt. *conſ.* 590. *num.* 3.
Quidquid Innoc. *Imol. hero. & alij* contrarium
ſentiant; Cum contra eos ſit verior opinio, vt
multis comprobat *Menoch. d. caſ. 66. in addit.
4 nu. 17. vſq; ad nu. 19.* † Itaut huiuſmodi priuile-
gium, vt quis trahat, & non trahatur competat
etiam negotiorum geſtori *Caſtr. in l. hæres ab-
ſens. §. apud labeonem. de iudic.* Rom. *ſing.* 240.
5 *Ann. ſing.* 401. † Et etiam in cauſa criminali in
qua diſpoſitio *d. l. vnic.* habebit locum ſecun-
dum opinionem *Mut. ſuper conſuetud. Panor-
mit. cap. 13. nu. 19.* Vbi etiam *num. 2. vſque ad
nu. 28.* latiſsimè de miſerabilibus perſonis, &
eorum priuilegijs.

Quidquid tamen ſit de prædictis in caſu obliga-
tionis cameralis, de qua ſæpius diſceptatũ vi-
6 di, † cum prætenderetur pupillum non poſſe
conueniri extra ſuam prouinciam coram Illu-
ſtriſsimo Auditore Cameræ ob priuilegium
d. l. vnic. Dixi contrariam opinionem affirma-
tiuam veriorem eſſe non obſtante dicto priui-
legio; Nam facultates eidem Auditori Came-
ræ per Summos Pontifices conceſſæ ſe extendũt
ad omnes obligationes camerales vbicũq; & à
quibuſcunq; fuerint factę, & illarum eſt perpe-
tuus ordinarius, & executor, & poteſt procede-
7 re cõtra tales obligatos, † licèt in partibus exi
ſtant, & extra Vrbem contraxerint *Mandoſ.
Veſtr. Galleſ. & alij*, de quib. latè *Flores. pract.
quæſt. c. 12. n. 48. & per tot.* Vbi etiam, quod po-
terit cauſas ſuper dictis obligationibus penden
tes coram Ordinarijs ad ſe auocare *Lancell. de
attent. tit. pend. limit. 15. nu. 8. tom. 5. fol. 130. &
cap. 20. limit. 26. fol. 418.* cum alijs de quibus
latè in facultatibus dicti Auditoris Cameræ,
8 quæ etiam continent derogationes † omnium
priuilegiorum cum clauſulis ampliſsimis, vnde
dicendum eſt per eas quoque fuiſſe derogatum
priuilegio *d. l. vnic.* cuius notitiam præſumitur
Princeps habuiſſe tanquam ſit priuilegium vul-
9 gare, & notorium, † ideo illius derogatio cen-
ſebitur facta per ſecundum priuilegium, quam-
uis de primo nulla fuerit facta mentio *Rip. in
c. 1. nu. 57. de reſcript.* & ſequitur multa ſimilia
adducens *Menoch. præſumpt. 40. lib. 6. num. 16.
verſ. declaratur quarto.*

Non obſtat quod per conceſsionem ſecundi priui-
10 legij non cenſeatur ſublatũ illud, † quod com-
petebat perſonis miſerabilibus *Alex. conſ. 122.
viſo puncto, & accuratè. col. 4. n. 16. & ibi* Natt.
in verb. in fauorem. lib. 4. Ruin. *conſ.* 226. *lib.* 1.
Dec. *conſ.* 165. Vndè quamuis Princeps conceſ-
ſerit Ciuitati, quod omnes cauſæ nõ poſsint tra-
ctari in prima inſtantia in alio loco, quàm
in eius foro; Tamen adhuc poterit perſona mi-
ſerabilis vti priuilegio ſibi cõpetenti *Theſaur.
deciſ. 177. n. 9. & ibi* Add. teſtatur ita fuiſſe iudi-
catum. *Vincent. de* Franc. *deciſ. 192. nu. 2. Me-
noch. de arbitr. caſ. 66. in addit. nu. 40. verſ. exten
11 ditur quinto.* † Quod procedit etiã ſi in ſecun-
do priuilegio adſint derogationes generales,
quæ non ſufficiunt ad tollendum illud priuile-
gium *l. vnic.* prout ibi concludunt *Bald. Caſtr.
& alij* communiter. *Alex. d. conſ. 122. nu. 16. lib.
4. poſt Caſtr. conſ. 278. lib. 1.* Feder. *conſ.* 230.
Stante enim qualitate perſonarum non præſu-
12 mitur reuocatio, † niſi ſpecialiter fiat mentio
illius primi priuilegij cum clauſula non obſtan
te dicto priuilegio conceſſo piæ cauſæ, vel mi-
ſerabili perſonæ Rom. *in l. ſi vero. §. de viro. fall.
24. ff. ſolut. matrim.* Felin. *in c. nonnulli. 28. col.
31. in fin. verſ. prima concluſio. n. 19. de reſcript.*
per *tex.* quem dicit notandum *in c. ſi propter.
verſ. intentionis noſtræ. de reſcript. in 6. & l. li-
bertis. §. poſthumis. de alim. & cibar. leg. Crot. in
c. 1. nu. 48. & 49. de conſtit. in 6. Menoch. præ-
ſumpt. 40. nu. 6. lib. 6.*

Quia prædicta procedunt in dubio, ſecus autem
13 vbi conſtaret de mente Principis, † tunc enim
ſufficiunt dictę clauſulę generales etiam ad tol
lendum priuilegium miſerabilibus perſonis cõ-
ceſſum *Rip. in c. 1. de reſcript. n. 54. Gabr. de re-
gul. iur. concl. 9. nu. 6. & 7.* Quod autem appa-
reat de mente Summi Pontificis in caſu, de quo
agimus patet; Quia Auditor Camerę habet fa-
cultatem priuatiuam quo ad omnes in huiuſ-
modi obligationibus cameralibus, vnde etiam
14 debent comprehendi perſonę priuilegiatę: †
Quemadmodum dicimus de vniuerſali iuriſdi-
ctione conceſſa per Papam laico in reliqua ſpe-
cie cauſarum; In illis enim cauſis comprehen-
duntur priuilegiati etiam de iure diuino, & cõ-
nu. 6. de iudic. vbi quod eſt multum notandum;
c. cæterum. 3. col. 2. poſt med. verſ. vltimo induco.
muni, prout ſunt perſonæ eccleſiaſticæ *Abb. in*
ſubdens idem eſſe in diſpoſitione dante certos

Digitized by Google

15 iudices ſcholaribus,† de qua in *auth.habita.C. ne fil.pro patr.* quæ etiam habebit locũ in ſcholaribus clericis, cum diſtinctionibus de quibus per eundẽ *Abb.in c.ſi diligenti.12. col.14.n.26. & 27. verſ. & primo videtur diſputatiuè. de for.compet.* Et de teſtamentis inſinuandis corã Iudice laico,& ſimilibus *Alex.& alij.in l.teſtamento omnia. & in l. conſulta diualia. C. de te-*
16 *ſtam.* † Exemplo etiam iuriſdictionis conceſſæ Domino feudi,cuius reſpectu veniunt quoque clerici tam actiuè,quàm paſsiuè; vnde ſi laicus eſt dominus feudi exercet iuriſdictionem etiam in perſonas eccleſiaſticas, & dignitate fulgentes remoto Epiſcopo loci *d. c. cæterum. & ibi Abb.col.2.in fin. verſ. ſi enim laicus. de iudic.c. verum.de for.compet. Iaſ.in prælud. feudor. col. 3.q.2.nu.5.&6.* Etenim duæ cauſę pertinent ad legem feudi etiam contra clericum, illius conſtitutio,& priuatio, *Innoc.in d.c.verum.nu.1.de*
17 *for.compet.Soccin.conſ.12.nu.21.lib.2.* † Dummodò non agatur principaliter cũtra clericum ad priuationem feudi ex delicto,tunc enim ſiue criminaliter,ſiue ciuiliter ſemper Eccleſiaſticus cognoſcit,non autem Dominus, vel alius Iudex laicus, Cum de crimine clericorum nullus laicus cognitionem habere poſsit *Soccin.*in terminis *in c.ex tranſmiſſa.col.10 in princ. verſ.quinto limitatur.n.32.de for.compet.* quod tanquam multum notandum cõmendat *Surd. conſ. 193. num.15.lib.2.*

Et magis eſt dicendum conſtare de mente Summi
18 Pontificis propter clauſulas † quorum tenores, motuproprio. & ſimiles, de quibus in facultatibus eiuſdẽ Auditoris Cameræ,quę operantur indiuiduam, & expreſſam mentionem derogando quibuſcũq; priuilegijs in contrariũ facientibus, etiam habentibus clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia *Abb. in c. cum conſtantia 17.nu.5. de cenſib. Gambar. de legat. lib.8.tit. de poteſt. legat.in legib. & ſtatut. condend.n.38.tõ.13.p.2.f.214.Rot.diuerſ.deciſ.237 lib.1.Put.deciſ.109.nu.3.lib.1.* vbi quod ita ſeruatur per *Rotam* cum alijs per. *Menoch. præſumpt.40.lib.6.nu.22.Aim.conſ.126. num.6. & conſ.241. nu. 20. verſ. ſecundo poſſet reſponderi.* dixi ſupra *c.48.*

Amplius etiã huiuſmodi facultates Auditori Cameræ conceſſæ, vidẽtur loqui in ſpecie de pupil
19 lis; † Cum enim ſe extendant ad Communitates, & Vniuerſitates, de quibus in indiuiduo fuit facta mentio, debent quoq; comprehendere pupillos,viduas, pauperes, & alias perſonas miſerabiles exiſtentes in eiſdẽ Vniuerſitatibus, quæ etiam æquiparantur pupillis, & per adminiſtratores gubernantur *l. reſpublica. 4. C. ex quib.cauſ. maior. in integr. reſtit. Rol. conſ.68. nu.20.lib.3.Aim.conſ.132.nu.0.Cephal.conſ.40 num.54.*

Minus eſſet dubitandum, quando alia perſona miſerabilis conueniret pupillum coram Audi-
20 tore Cameræ, † tunc enim pupillus non poſſet declinare forum,& petere ſe remitti ad Principem ſecundum diſpoſitionem *d.l. unic.* Cum enim iſte actor priuilegiatus vtatur priuilegio conformi iuri communi quo ad iſtas obliga-
21 tiones camerales, † aut ſaltem magis conſono regulis iuris debet præferri *Bald.in l. ſi quis in graui.§.vlt.& l ſeq.ff.ad ſenat.conſ.ſyllan.Dec. in c.in præſentia.nu.51. de probation.* & in terminis ita concludit *Couarr. pract quæſt.cap.7. col.penult.in fin. verſ. quintus deducitur ad huius controuerſiæ.Menoch. de arbitrar. caſ.66. in addit.nu.47.in fin.verſ.& ex hoc ſequitur.*

Neque obſtat quod pupillus ſit hæres patris, qui contraxit cum huiuſmodi obligatione camerali; vnde contra eum non habebit locum iſta fa-
22 cultas, † cum pupillus non poſsit renunciare priuilegio *d.l.vnic.* Immò neque valeret expreſſa conuentio pupilli cum ſuis creditoribus, quod poſt moram eis liceat apprehendere bonorum ſuorum poſſeſſionem per viam priuatæ,
23 vel publicæ executionis, † prout neq; obeſſet, ſtatutum generaliter diſponens,quod pro debito liquido detur parata executio creditoribus, nam neutro caſu poſſet procedi executiuè contra pupillũ,& eius bona *Bart.in l. creditores.3.*
24 *n.5.& ibi Salic.n.26.C.de pignor.* † Quidquid aliud ſit in permiſſione nudi ingreſſus,& cuſtodiæ bonorum, quę eſſet licita contra pupillum, cum diſtractio, & venditio tunc differatur vſq; ad tempus pubertatis *l.apud iulianum. 3. in princ.§. contractum cum pupillo. & ibi gloſ.in verb. poſs.deri.& in verb.ſeruandum.ff.ex quib. cauſ.in poſseſs. eat. Neguſ. de pignor. p.4. princ. nu.18.col.6.in princ. verſ. aut creditor vult vti pacto ad executionem. Matth. Coler. de proceſſ. executiu.p.2.c.3.num.204.*

Quia quando defunctus expreſsè obligauit,& ſubmiſit ſe, & ſua bona,ac ſuorũ hæredum, & ſuos
25 hæredes dictæ obligationi,†tunc non conſideratur perſona pupilli,ideò neque poterit ſe tueri priuilegio *d.l.vnic. Cagnol. in l.1.nu.43.de iuriſd.omn.iudic. Galleſ. de obligat. camer.p.2.*
26 *q.2.nu.5.in fin fol.54.*† Nam defunctus poteſt dunare, ne dum obligare bona hæredum *Alex. conſ.173.nu.4.lib.2.& in l. ſi hæredis ſeruus.de leg.1.* Prout etiam auctoritate legis pupillus amittit priuilegium *d.l.vnic.* quando videlicèt
27 lis eſſet cępta cum defuncto † *Caſtr.in l. ſi hæres abſens. & in l. qui roma.de iudic.* Quidquid aliud ſit, quãdo ante litem cęptam perſona miſerabilis tanquam hæres non priuilegiati vellet frui priuilegio fori,quaſi tunc ei hoc permittatur *Carauit.rit.234.nu.2.& 3.Menoch de arbitrar.caſ.66.in addit.nu 44.verſ. extenditur no-*
28 *no.* † præſertim quia in hoc caſu non tollitur priuilegium pupillo in totum, ſed limitatur, & minuitur tantum in cauſa executionis, & obli-
29 gationis cameralis,quod eſt permittendũ,† cũ limitatio minus pręiudicet, quàm derogatio *Franc.in c.ſi duobus.7.§.deniq; n.5. verſ. & ad-*
30 *uerte.de appell.*vbi etiã concludit,† quod ſtatutum laicorum limitans tempus ad appellandũ ligabit clericum litigantem coram iudice ſęculari, quemadmodum ſi limitaret tempus inſtantiæ *Butr.in c.quod clericus.column.8.& ibi Imol.*

Digitized by Google

Imol.col.1. in fin.de for. compet. Et quando per
ſecundum priuilegium derogatur primo in ali-
31 qua parte, † non in totum,cenſetur facta dero
gatio, quamuis in ſecundo nulla mentio fiat de
primo *Menoch.praſumpt.40.nu.21.lib.6.*
Quæ autem exaduerſo dicta ſunt de nõ proceden
32 do executiné contra pupillum habent locum,†
quando idem pupillus conueniretur ex proprio
contractu,ſecus autem ex paterno, vel alterius
anteceſſoris *l. ex contractibus.49. de action. &*
obligat.l.1.C.vt act. ab hered. & contr. hered.
Quandocunq; enim verſamur in terminis obli-
gationis,vel contractus iam antea cõcluſi cum
perſona anteceſſoris,& cuius forma eſt abſolu-
33 ta, nec ampliùs eſt in pendenti , † tunc ex per-
ſona hæredis non debet mutari conditio eiuſ-
dem obligationis *l. 2. §. ex his. & ibi gloſ. in*
verb. immutatur. de verb. obligat. l. prætoria.
2.§.incertam.& ibi gloſ.in verb. diuerſam. de
prætor.ſtipulat.l.cui fundus.de condit.& demon
ſtrat.l.æmilius.§.largianus. ff. de minor. Non
enim eo minus ex contractu patris tenentur ,
quia pupilli ſunt,cum eorum pater,non ipſi cõ-
34 traxerint , † Ideò ætas debitoris hæreditarij
nõ debet infringere ius creditoris *l. ſub prætex*
tu.4. C. de hæreditar. action. & ita in ſpecie eſt
tex. in l. ſi intra. 8. in fin. & ibi gloſ. in verb.
etiam ſi.C. de non numer. pecun. l. ſi tibi. 8. vbi
etiam gloſ.in verb. pupillus.C.mand. & conclu-
dit quoque *Neguſ.de pignor.p.4.princ.col.5.in*
fin.verſ.ſexta concluſio eſt quod executio.nu.17.
Vbi quod ex contractu auctoris non eſt prohi-
35 bita executio parata in bonis pupillorum,†ſi-
ue illa deſcendat ex vi ſtatuti, ſiue ex conuen-
tione,& pacto executiuo,cum priuilegium hę-
redis ſuccedentis debitori non impediat ius
36 pacti executiui in bonis acceptis à defuncto †
Salic.in l.creditores.3.q.5.& 7.nu.22.& 24.C.
de pignor.Ang.in l.eum filiusfamilias. 14.§. in
*hac.& ibi Iaſ.nu.5.*qui de communi.*ff. de verb.*
obligation.Coler.de proceſſ. executiu. p.2.cap.3.
num.217.& 218.
Minus obſtat quod quamuis poſſit inſtitui proceſ-
ſus executiuus ex contractu defuncti in bonis
debitoris , tamen ille ceſſabit in bonis pupilli
tanquam perſonæ priuilegiatæ,ad quam eſt ha-
bendus reſpectus, cum enim verſemur in cauſa
executionis,& ſic in actu de futuro contingente
37 poſt mortẽ debitoris principalis,†nõ eſt conſi-
deranda conditio defuncti tanquam de præte-
ritò,ſed ſolùm qualitas pupilli, prout eſt de prę
ſenti *Bald.in auth.quas actiones.nu.11.C.de ſa-*
38 *croſ.eccleſ.Archid.in c. placuit.16.q.3.* † Exem-
plo eius quod dicimus de Fiſco ſuccedente pri-
uato , qui pro anterioribus temporibus vtitur
iure priuati , poſtquam autem ſucceſsit gaudet
ſuo priuilegio *l.fiſcus.6.& ibi gloſ.in verb. uti-*
tur.ff.de iur.fiſc. l.cum quidam.17. §. fiſcus. &
§.ſi debitores.de vſur.l.1.C.credit.euict.pignor.
39 *non deber.l.2.C.de fiſcalib.vſur.lib.10.*† Prout
etiam è contra videmus, quod quamuis Fiſcus
ſit immunis à pedagijs,tamẽ ſucceſſor illius nõ
eſt immunis,ſed vtitur iure ſuo,non autem pri-
uilegio Fiſci auctoris ſui *l. licitatio.9.§. fin.de*
public.& vectigalib. Et facit etiam *tex. in l.cũ*
filiusfamilias.50.§.in hac ff.de verb.obligat. vbi
promiſſio patris non committitur aduerſus hæ-
redem pupillum,quantumuis obligatio deſcen-
dat ex contractu defuncti .
Quia contrarium eſt verius, quod etiam executio
40 quamuis ſit actus de futuro, † tamen non poſ-
ſit impediri per priuilegiũ pupilli, quod in hoc
caſu non erit conſiderandum propter originem
debiti paterni , quod per filium non debet irri-
tari *l.ſucceſſores.10.C.de ſolution. l.ea quæ à pa-*
tre.7. & ibi gloſ.in verb. diſciplina. C. de reſtit.
milit.l.2. C.ſi aduerſ. vendition. pignor. Ruin.
conſ.152.nu.6 col.3.ad med.verſ. & quod etiam
exerceri potuit.lib.4. Et ita eſt intelligendus
tex.in allegata.l.cum filiusfamilias.50.§.in hac
ff.de verb. obligation. Quia ibi non tenetur pu-
pillus ex obligatione deſcendente ex contractu
defuncti , nam principaliter etiam ex ſuo facto
pupillus conueniebatur ad intereſſe commiſſæ
41 ſtipulationis propter impedimentum † per eun
dem pupillum datum , quod ei non poterat ob-
eſſe ſtante imbecillitate ſuæ ætatis,ſine iuſſu, &
mandato tutoris;Ideò non mirum ſi debet gau-
dere priuilegio pupillis cõceſſo:Quamuis enim
teneretur, tamen eſſet ei ſubueniendum, ne te-
neatur ; prout explicat *Gloſ. in d. §. in hac. in*
42 *verb. ſtetiſſe. ad med.* † Cum ſecus ſit in caſu
noſtro, in quo ſolùm tenetur ex contractu de-
functi , ipſo nihil faciente , & ſic exigitur
pupillus in illis tantum , in quibus non
ſolùm obligatio ſumpſit initium ab anteceſſo-
re , ſed etiam habuit totam perfectionem *gloſ.*
in l. ſi eum militaribus.6.in verb diſtraxerunt.
C.de reſtit. milit. Salic. in auth. quas actiones.
43 *nu.9.C.de ſacroſ.eccleſ.*† Quemadmodum idẽ
eſt in alijs contractibus , & ſolutionibus factis
per debitorem ipſi pupillo , non enim debitor
conſequitur plenam liberationem abſq; tutoris
auctoritate *l.cum quidam.§. ſi pupillo.de vſur.*
44 *l. ſancimus. 25. de adminiſtr. tutor.* † Cum
aliud ſit in ſolutionibus factis per pupillum
creditoribus auctoris ſui , tunc enim liberat
ſuam,& defuncti fidẽ ſine aſſenſu tutoris *l. ma-*
gis puto.5.§. ſi pupillus. C. quand. decret. opus
non eſt. latè *Coler. de proceſſib. executiu. p.2.*
c.3.nu.221.& 222.

EPITOME.

Pro computis recognitis per principalem , ſeu per Iudicem in illius contumaciam an ſit danda executio etiam in præiudicium anteriorum creditorum . Et quæ requirantur vt ſcriptura poſſit dici recognita . Appellatio an detur à calculatione . Promittens certam quantitatem , & plus , & minus,quod facto calculo debitum apparebit an poſſit conueniri executiuè ante liquidationem . Condemnatio ad ſoluendum quod per calculatorem liquidabitur an valeat,& mereatur executionem ſine noua ſententia . Inſtrumentum an debeat pronun-
ciari

ciari eſſe liquidum, vt pro eo competat executio.

SVMMARIVM.

1 *Executio datur pro computatione. Intellige vt nu. 2. 3. & 4.*
5 *Computa recognita coram tabellione non habent executionem, niſi etiam apud acta fiat approbatio. num. 6.*
7 *In omni contractu iudiciali proceditur executiuè. nu. 8. & 9.*
10 *Scriptura recognita habet vim confeſſionis, & pro ea conceditur executio. Declara vt nu. 11. & 12.*
13 *Executio datur pro calculis factis per nominatum à Iudice in contumaciam partis non eligentis. nu. 15. Intellige vt nu. 21.*
14 *Fraudibus eſt obuiandum.*
16 *Executio an detur facta recognitione ſigilli.*
17 *Calculus factus manu alterius quando habeat executionem. & nu. 18.*
19 *Quæ non proſunt ſingula multa iuuant.*
20 *Teſtes duo requiruntur ad probandam ſcripturam factam manu alterius.*
22 *Recognitio calculi an habeat executionem contra non habentem cauſam à debitore. & in præiudicium anteriorum creditorum. nu. 23. & 24. & quid in ſcriptura recognita per maritum de re dotali. nu. 25. 26 & 27.*
28 *Appellatio ſuſpendit executionem ſententiæ.*
29 *Appellatio admittitur a calculatione. Intellige vt num. 30.*
31 *Executio conceditur ante liquidationem contra eum, qui promiſit certam quantitatem, & plus, & minus, quod facto calculo debitum apparebit, & num. 32.*
33 *Condemnatio ad ſoluendum quod per calculatorem liquidabitur an valeat, & admittat appellationem, & poſsit exequi ſine noua ſententia. nu. 35 & 42.*
34 *Appellatio datur à quolibet grauamine.*
36 *Executio an competat pro inſtrumento antequam pronuncietur illud eſſe liquidum, & num. 48.*
37 *Articulus liquidationis habet ſe vt incidens in executionem.*
38 *Statutum vt ſtetur de damno iuramento damnum paſſo habet locũ etiam in emergentibus.*
39 *Verè & propriè dicitur quod habetur per relationem ad aliud.*
40 *Liquidandum de proximo habetur pro liquido.*
41 *Circuitus ſunt euitandi.*
43 *Sententia incerta valet ſuper petitione incerta.*
44 *Executio ſententiæ non liquidæ peti poteſt ſi liquidatio fieri intenditur in executione.*
45 *Petitio incerta valet ſuper intereſſe.*
46 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
47 *Sententia dicitur indiuidua.*
49 *Cautela pro debitore, vt ſoluat liquidum, & offerat ſoluere quod liquidabitur ad euitandam executionem.*

CAPVT CLXXXIII.

COmputationes factæ inter partes, quas
computum, ſeu ſaldum finale vocant non
1 ſolùm continent probationem, † ſed etiam executionem, poſtquam rationes fuerunt diſpunctæ, ideſt examinatæ, & diligenter, & in ſumma concluſæ *Rebuff. in tract. de liter. obligator. ar. 6. gloſ. 3. nu. 37. verſ. octauus caſus eſt. tom. 1. f. 142* vbi quod in Francia viſis rationibus, eiſque diſpunctis fit executio in eo, quod ſupereſt, niſi
2 error allegetur, † qui quando impediat executionem computationis, & infra quantum tempus latè docet *Idem Rebuff. in l. cognoſcere. 56. §. diſpungere. col. 1. & 2. ff. de verb. ſignificat. fol. 400.*

Iſta tamen ſunt intelligenda in computo recognito, quando videlicèt debitor fateretur compu-
3 putationem factã. † & ſcripturam reſidui, prout declarat *Boer. deciſ. 295. & primo præſuppono. column. 7. in princ. verſ. non tamen reperi aliquem. nu. 16.* vbi quod requiritur recognitio in iudicio, vel probatio per teſtes, vt ſit locus paratæ executioni computorum, quod etiam voluit *Bald. conſ. 134. lib. 3. Parlad. rer. quotid. lib. 2. c. fin. p. 1. §. 6. num. 1. Auil. in cap. prætor. c. 30. in gloſ. in verb. faza pagar.* quem refert, & ſequitur *Franciſ. Munnoz. de ratiocin. adminiſtrat. c. 31. num. 1.* prout etiam concludit *Matth. Coler. de proceſſ. executiu. p. 3.*
4 *c. 2. num. 34. & 35.* † Etenim iſta computa antequam recognoſcantur pertinent ſolùm ad probationem, quæ regulariter non habet executionem paratam *gloſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. 11. § ſi eum de hæreditate. in verb. probatum. ff. de iur. iur. Ang. ad Bar. in l. 2. num. 11. C. de iur. fiſc.*

Neq; ſufficiet huiuſmodi computa fuiſſe approba-
5 ta extra iudicium etiam præſente tabellione, † Quaſi tunc habeant ſolùm vim inſtrumenti, cui non datur fides, nec executio, donec fuerit recognitum in iudicio *l. minor vigintiquinq; annis. 41. ff de minor. Bald. in l. 1. in princ. C. de execut. rei iudic. Alex. conſ. 91. viſis narratis. in princ. lib. 7 Iaſ. in l. 2. num. 9. de iuriſd. omn. iud. Ruin. conſ. 144. nu. 7. lib. 4.* Niſi contractus
6 computationis eſſet geſtus apud acta, † tunc enim æquipararetur cõfeſſioni, quaſi habeat fomentum caloris iudicij, vnde etiam obtinebit executionem paratam, non ſolùm ſi pactum ſit de futuro iudicato ſoluendo, ſed etiam de præterito *Surd.* qui dicit notandum tanquam ſingulare *conſ. 271. nu. 45. lib. 2. & eſt gloſ. in auth. generaliter. in verb. conſcribat. C. de epiſcop. & cleric. Curt. Iun.* qui de communi *in l. tale pactum. 40. §. qui prouocauit. num. 27. ff. de pact. Alex. in l. eum pro quo. 17 de in ius vocand. Affl. deciſ. 387. num. 1. Coler. de proceſſ. executiu. p. 3.*
7 *c. 2. n. 23. vſq; ad n. 29.* † vbi quod ex omni contractu iudiciali oritur officium iudicis, ſuper quo proceditur executiuè, quando ſumus in iudice ordinario *Bald. in l. qui crimen. 3. nu. 14. C. qui accuſ. poſſ. Iaſ. in l. à diuo pio. in princ.*

ff. de

ſſ.de re iudic.Dec.in cap.ſi quando.col.3.de offic.
8 deleg. † vbi etiam Felin. n.4. ampliat ad acta
coram Delegato, vt ſaltem habeant executio-
nem coram Ordinario. Et quando detur pa-
rata executio per ſtipulationem apud acta,
9 vel coram iudice,† latè declarat Roder. Soarez.
in declarat.l.2.for.titul. de comperendinationib.
verſic. ſed pone quaſtionem. num. 13. cum ſeq.
fol.184.

Quibus adde idem eſſe non ſolum in computis re-
cognitis, vt habeant executionem paratam,
ſed etiam in alia qualibet ſcriptura priuata,
nam facta recognitione, ſeu habita pro reco-
10 gnita per iudicem, fit executio, † non ſecus ac
ſi adeſſet confeſſio debitoris l. plures. 18. C. de
fid.inſtrum.l.cum de indebito.25. §. fin. de pro-
bation.Rebuff.in ordinat.reg.gall.de chirograph.
recognit.num.17.Andr.Gail.obſeruat.80. num.
6.lib.1. Manſuer. in prax. de dilation. num. 9.
Corn.conſil.296.nu.9.& 10.lib.3. Matth Coler.
de proceſſ. executiu. par.3. cap.1.num.98.vſque
11 ad n. 103. † Dummodo tamen recognitio fiat
in iudicio etiam extrà locum ſeſſionis,& tribu-
nalis, cum in ſummarijs non requiratur iſta ſo-
lemnitas;ſicut in ordinatorijs iudicij Iaſ.in l.ſi.
12 n.4.C.de edict.diu.adrian.tollen.† Et dummo-
do ſimus in recognitione facta bona fide, & in-
teruen iãt alia requiſita,de quibus latè Coler.de
proceſſ.executiu.p.3.c.1.nu.123.127.129,& 132
cum ſeq.

Idem quoq; eſſet in calculis factis per nominatum
à iudice in contumaciam partis non eligentis,
13 pro quibus etiam dabitur executio, † non ſe-
cus,ac ſi idem principalis calculaſſet, quaſi fa-
ctum iudicis dicatur factum partis Bald. in l.ſi
ob cauſam.C. de euict.Doctor.in l. properandum
§.& ſi quidem.C.de iudic. Quia aliàs ſequere-
tur abſurdum, quod nunquam calculationes
debitum exitum haberent, cum ſemper partes
exiſterent contumaces in nominando peritum,
& ſic protraherent debitum in creditorum
præiudicium, quod non eſt permittendum,
14 vt fraudibus † occurratur l.in fundo.39. & ibi
gloſ.in verb.indulgendum. de rei vendic. l.2. in
princ. ſſ. ſolut. matrim. ſi eui. 9. ad med. & ibi
gloſ. in verb. detrimento. ſſ. de ſerui. Quare
dicendum eſt nihil referre, vt calculus reco-
gnoſcatur per principalem, vel habeatur pro
15 recognito in cõtumaciam ipſius, † cum vtroq;
caſu detur illius executio Coler. de proceſſ. exe-
cuti. p.3. c.1. n.101. & 102. vbi etiam ampliat
in ſigillo recognito, quando debitor inſtrumen-
tum,ſeu apocham fortè non ſubſcribens ſigilla-
16 uit, † cum ſigilli recognito plenam fidem fa-
ciat contra ſigillantem gloſ. in l.2. in verb.non
accomodaſti. C. de reb.alien. non alienand. Ro-
man.conſ.303.num.2.Gabr.de præſumption.con-
cluſ.4.Doct.in l.ſubſignatum.39. de verb.ſigni-
ficat.

Quę etiam procederent, quando calculus, & com-
putatio non eſſet ſcripta manu ipſiuſmet debi-
17 toris,ſed per alium,† tunc enim daretur quoq;
executio, facta tamen prius probatione, quod
calculus fuiſſet factus de conſenſu eius, qui re-
peritur obligatus, & ſufficiet recognitio à ſolis
teſtibus ad faciendum plenam fidem gloſ.in c.2
in verb.authentica.de fid. inſtrument. Dummo-
18 do ſint duo teſtes in contractibus, † & per eos
recognoſcatur ſcriptura, & fiat comparatio li-
terarum eius,qui talem apocham pro alio fecit
§.ſi igitur.auth.de inſtrum.caut.& fid.Bart. in
l.nuda.26.nu.6.in fin.de donation.Soc.conſ.274.
num.4.lib.2. Coler. de proceſſ.executiu.p.3.c.1.
nu.142.cum ſeq. vbi quod in ſcriptura priuata
non merebitur fidem ſcriptio,aut recognitio ſi-
ne comparatione literarum, neq; comparatio
ſufficiet abſq; ſubſcriptione, & recognitione,
19 ſed vnum indigebit alterius adminiculo, † vt
quæ non proſunt ſingula, multa iuuent l. 2. &
ibi gloſ.in verb.legitimis.de excuſat.tutor. l. ra-
tiones.6.C.de probation.l.inſtrumenta. 5.l. non
epiſtolis.13. cum ſeq. C.eod.titul. capit.præterea
20 de teſtib. † Et quod non credatur ſoli teſti di-
centi ſe de mandato alicuius ſcripſiſſe,cum duo
requirantur concludit Imol. conſ. 91.nu.1. verſ.
& ſic reſpectu inſtitutionis.Dec.conſ.510.Menoc.
conſ.98.n.17.lib.1. Ann.ſing.41. cum alijs per
Marſil.in prax.§.diligenter.n.39.Corn.conſ.58.
n.4.lib.3.

Ex iſtis patet bene fuiſſe actum pro executione
computorum, de quibus in caſu mihi poropoſi-
to,neque eſſe locum illius reuocationi, cum
executio fuerit commiſſa ſeruatis ſeruandis,
præuia probatione, quod computa ſunt ſcripta
de mandato eius,qui ſe in illis fecit debitorem
& præcedente decreto iudicis interloquentis
ſcripturas haberi pro recognitis in contuma-
ciam partis, cum alijs requiſitis ſupra allega-
21 tis; † Vltra confirmationem calculi factam à
iudice, quæ etiam erat neceſſaria,cum ante il-
lam debitor non efficiatur reliquatus Bart. per
illum tex.in l.inſtar.num.10.C.de iur.fiſc.Surd.
deciſ.216.nu.6. Franciſ. Munoz.de ratiocin.ad-
miniſtr.c.31.nu.9. Cum præſertim etiam fuerit
probatum reos conuentos eſſe hæredes, & ſuc-
ceſſores eius, qui ſe ſcripſit debitorem pro re-
22 liquo,† quaſi non ſufficiat recognitio calculi,
niſi etiam probetur illos habere cauſam à debi-
tore Bar.in l.per diuerſas.q.10.C.mandat.Alex.
conſ.95.lib.1.Boer. deciſ.10. ceſſionarius. Et in
ſpecie calculi ita declarat Idem Boer. deciſ.295.
col.7.in princ.n.16.

Magis autem prædicta habent locum in caſu, de
quo agimus, nam iſta computa quæ Iudex in
contumaciam mandauit haberi pro recognitis
concernunt habentes cauſam ab eo, qui tene-
batur recognoſcere, tanquam illius hæredes,
23 quo caſu probant,& merentur executionem;†
Quod ſecus eſſet ſi recognoſcerentur contra
tertium, tunc enim talis recognitio nullam fi-
dem faceret,cum per plenas probationes debe-
ret conſtare, quo tempore fuerint computa fa-
cta,& quomodo in illis remanſerit debitor; Nã
quemadmodum non poſſet idem debitor facere
per ſuam confeſſionem vnum ex ſuis creditori-
bus alijs anteriorem,ita neq; poſſet apocham
re-

recognoſcere,in eorum præiudicium aliàs enim
daretur locus fraudibus propter diem antici-
24 patum , † & repræſentationem temporis iam
elapſi , quod poſſet poni in huiuſmodi apochis,
& computis in præiudicinm anteriorum credi-
torum ; Ideò in illorum concurſu eſſet iudican-
dum contra eos creditores , qui de ſuo credito
ſolum fidem facerent per confeſſionem debito-
rum factam pendente iudicio per recognitio-
nem apocharum ,vel reſpondendo poſitionibus,
ſeu quando ſcripturæ priuatæ , vel poſitiones
habentur pro confeſſatis , & recoguitis ob con-
tumaciam debitoris , tali enim caſu iſti debe-
rent non ſolùm poſtponi habentibus hypothe-
cam, ſed etiam illis; qui haberent ſolam perſo-
nalem,& ad præiudicium tantum debitoris,nõ
autem aliorum ; prout in terminis concludir
Surd.conſ.547.nu.7.vſq.ad n.10.lib.4.& voluit
*Caſtr. conſ. 134. in princ. lib.1. Aim. de antiq.
tempor.p.1.§.viſo de verbis enunciatiuis.nu.16.
Rip.in l.admonendi.n.163.de iur.iur.* cum alijs
25 per *Maſq; concluſ.102.n.4.* † Prout idem eſſet in
marito recognoſcente ſcripturam priuatam ſu-
per re dotali, cuius recognitio , ſiue fiat ab eo-
dem viro , ſiue per iudicem in illius contuma-
ciam , non tamen haberet aliquam executio-
nem,neque obeſſet creditoribus,quidquid aliud
ſit in eius præiudicium *Bart. in l. poſt contra-
ctum. 15. ff. de donation. Socin. conſ. 78. viſis.*
26 *actis.nu.2.lib 4.* † Dummodo non ſimus in ſta-
tuto,aut conſuetudine,quæ poſt recognitionem
ſeu alio certo caſu tribueret creditoris ius hy-
27 pothecę; † Vel niſi ſcriptura priuata debitoris
eſſet roborata trium teſtium ſubſcriptione ,
ſecundum diſpoſitionem *l. ſcripturas.C.qui po-
tior. in pignor.habeant.* in iſtis enim caſibus iſta
recognitio haberet etiam paratam executio-
nem contra creditores,ne dum aduerſus ipſum
met debitorem,& habentes cauſam ab eo; pro-
ut multis comprobat *Coler.de proceſſ. executiu.
p.3.c.1.n.123.uſq;ad n.127.*

Non obſtat appellatio interpoſita per hæredes
eius , qui fuit declaratus debitor in prætenſis
28 computis † per quam debebat retardari execu
tio,quaſi illa interpoſita ſiuę admiſſa,ſiue non
recepta nihil ſit innouandum *l unic.ff.nihil.no-
uar.appellation.interpoſ. Franc. in c.conſtitutus
45.n.19.de appellation.Laneell de attent. appell.
pend.in præfat. n.110.* Cum præſertim de iure
debeat admitti appellatio eius,qui ſe grauatum
29 dicit in rationibus,& calculis,† & interim re-
tardetur executio , quando non ſumus in caſi-
bus ſpecialibus,& priuilegiatis , in quibus tan-
tum mandaretur executioni ſententia , prius
quam cognoſcatur de cauſa appellationis, cum
in alijs caſibus; pront eſt noſter,de quo agimus
etiam ad vtrunque effectum tam deuolutiuum
quam ſuſpenſiuum ſit deferendum appellationi,
prout in terminis concludit *Gloſ. in §. acono-
mos.in uerb.repetitionem.auth.de ſanctiſſim. epi-
ſcop.*

Quia prædicta procedunt quando grauatus appel
30 lauit quo ad omnes partitas , † ſecus autem,ſi
ſolum quo ad aliquas tantum quis grauamen
prætendat ; prout eſt in caſu , de quo agimus
tunc enim nõ impedietur executio quo ad alias
partitas,appellatio enim admittetur tantum in
illis,quaſi executio liquidi non debeat impedi-
ri propter illiquidum,maximè ſi reus acquieuit
reſpectu alicuius quantitatis *Socin. conſil. 24.
col.11.verſ.& primo.lib.1. & conſ.256. colu.3.*
31 *verſ.aliquando.lib.3.* † Prout dicimus de pro-
mittente certam pecuniæ , vel tritici quantita-
tem , & plus & minus quod facto calculo debi-
tum apparebit , executio enim dabitur pro illa
quantitate expreſſa in inſtrumento tanquam
liquida,non obſtante , quod poſſit alterari, aut
minui facto calculo,cum ſufficiat illam eſſe cer
tam ſecundum præſentem ſtatum , vnde mere-
bitur executionem , donec apparuerit rem ali-
ter ſe habere *Gloſ.in l.2. in verb. conditionalis.
verſ.quod enim.ff.de in diem adiectio.Socin.in l.
pecuniam.num. 9 ff.ſi cert.petat.Dec. conſil.618.*
32 *Surd.conſ.38. nu.25.* † *Et eſt tex.in l.hac ven-
dicto.7.§.fin.ff.de contrah.empt.Bald.in rub.C.
depoſ.n.6.Lancellot. de attentat.par.2. cap.4.li-
mit.28.nu.1.*& de magis vera,& communi opi-
nione,quidquid alij contrarium ſentiant teſta-
tur *Franciſc.Munnoz. de ratiocin. adminiſtr.c.
35.n.28.*

Nec facit prætenſa nullitas condemnationis, tan-
quã factę ad ſoluendum,quod liquidabitur per
33 calculatorem , † quo caſu non erat locus exe-
cutioni quaſi ſententia ſit incerta,neq;enim il-
la liquidatio poſtea facta debet retrahi ad tem-
pus condemnationis,Immo erit opus noua ſen-
tentia,vt habeat executionem illud,quod fuit li
quidatum , & debet appellatio admitti, quia
per declarationem eius,qui liquidauit, & dixit
tanta eſſe reliqua infertur nouum grauamen
*Felin.in c.quod ad conſultationem.15. n.3.de re
iudic.* vnde cum à quolibet grauamine poſſit ap
34 pellari † *l.ſi ab arbitro.10.ff.qui ſatisd. cogant.*
Erit etiam deferendũ appellationi,quando per
calculatores liquidatur *Vrſil.ad Affl.deciſ.35.
nu.2.& deciſ.175.n.1.Galleſ.ad formul.obligat.
cameral.titul.de liquidat.n.18.Menoch.de adipi-
ſcend. poſſeſſ. remed.5. q.10.* Quod etiam voluit
Ang. in l. ſi eum exception. §. hac actio.ff.quod
35 *met. cauſ.* † vbi quod talis liquidatio ſine noua
ſententia non poteſt exequi,& debet appellatio
admitti. Idq;etiam in ſimili concludit *Bal.in l.
2.nu.11. C.de execut.rei iudic.* vbi quod prius
pronunciandum eſt à Iudice inſtrumentum eſſe
36 liquidum antequam mandetur executioni,† vt
ſciatur an bene,vel malè fuerit liquidatum, ſe-
quitur *Soc.conſ.51.col.3.lib.1.*

Quia verior eſt contraria opinio,quod immò cõ-
demnatio ad ſoluendum,quod liquidabitur per
peritum, ſeu calculatorem electum à Iudice va-
37 lear , † quamuis ſit incerta,facto enim calculo
mandabitur executioni,quod liquidum videbi-
tur calculatori : Et ratio eſt nam articulus li-
quidationis habet ſe vt incidens in executionẽ
ſententiæ , quod aſſumit naturam principalis
*clem.diſpendioſam de iudic.Bar.in l.ſolet.colum.
fin.*

Digitized by Google

ſin.de alim. & cibar. legat. vbi quod ſtante ſta-
38 tuto,†vt de damno dato ſtetur iuramẽto dam-
num paſſi,ſtabitur etiam dicto iuramento ſuper
quæſtionibus emergentibus,& incidẽtibus *Rip.*
in l. damnum. col.2.ff. de damn. infect. vnde li-
quidatum per calculatorem mandabitur exe-
cutioni non ſecus, ac ſi in ipſa ſententia liqui-
39 datio expreſsè, ac virtualiter contineretur, †
quaſi etiam illud verè, & propriè intelligatur
quod per relationẽ ad aliud habetur *l. ait præ-
tor. §. ſi iudex. de re iudic. l. certum eſt . & ibi
Iaſ in princ.ff. ſi cert. petat.* & ſatis liquidum
poteſt appellari quod de proximo venit liqui-
40 dandum † *arg. l. penult. de milit. teſtam. Marſil.
ſing.106.* & eſt *tex. in l. aufertur. 46. §. qui com-
penſationem. & ibi* Bart. *de iur. fiſc. Alex. conſ.
93. lib.4. Felin. in c. ſuborte. col. 2. de re iudic. Ca-
ballin.* Milleloq.*iur.624.p.2.n.2.* Quod æquum
eſt ne ſuper quolibet articulo partes vexentur
nouo iudicio, ſed cauſa terminetur per appel-
41 lationem ſuper principali grauamine,† vt cir-
cuitus euitentur *l. dominus. de condict. indebit.
l. ne in arbitrio. in ſin. C. de arbitr. clem. auattor.
de reſcript.* Et ita in terminis liquidationis, de
42 qua agimus, latè concludit † *Oſaſc. deciſ. 129.
per tot.* & de veriori opinione teſtatur *Fanc.
Munnoz. de ratiocin. adminiſtr. c. 33. n. 21.*
Ex quibus apparet non obſtare incertitudinem
ſententiæ;Nam quando petitur incertum valet
43 etiam ſententia incerta, † cuius effectus erit
habere paratam executionem facta liquidatio-
ne; prout in ſpecie declarat Bart. *in l. 2. C. de
ſent. quæ ſin. cert. quant.* & multis comprobat
Roder. Soarez. *in l. poſt rem iudicatam. in decla.
rat. leg. regn. limit. 4. n. 5. 6. & 7. de re iudic. fol.
542.* Et paſſim admittunt Doctores executio-
44 nem ſentẽtiæ†non liquidæ peti poſſe, vbicumq;
liquidatio fieri intenditur in executione Bart.
& alij in l. 1. ff. de edend. Roman. *conſ. 76 nu. 5.
verſ ſecundo eſt præmittendum.* Comenſ. *conſil.
102. in ſin.* Cagnol. *in l. quatenus. in ſin. de reg.
iur.* Nam quemadmodũ admittitur petitio in-
45 certa ſuper intereſſe,† cum in poteſtate iudicis
ſit taxare *l. unic. C. de ſenten. quæ pro eo quod
inter.* Iaſ. *in §. curare. nu. 54. inſtit. de action* Ita
etiam erit valida ſententia incerta, quaſi de-
46 beat eſſe conformis libello † *l. vt fundus. ff.
comm. diuid.* Felin. *in c. licèt beli. de ſimon.* Cum
igitur valeat ſententia reſpectu incerti intereſ-
ſe, valebit etiam executio eiuſdem intereſſe,
ſuper quo fuit lata ſententia,quæ non poteſt in-
dicari, vt pro parte valeat, & pro parte irrite-
47 tur,† cum ſit indiuidua *l. in hoc iudicio. 28. &
ibi gloſ. in uerb. non ualere. ff. famil. herciſc. l. ſi
cum dies. 26. §. penult. in ſin. de recept. arbitr.
l. præſec. & ibi gloſ. in uerb. non haberi. C. de
ſent. & interlocut. omn. iudic.*
Prout neque obſtat requiri ſententiam Iudicis de-
clarantis rectè fuiſſe liquidatum ex *Bald. in l.
2. nu. 11. C. de execut. rei iudic. cum alijs ſupra*
48 *allegatis.* † Quia verius eſt hanc pronunciatio-
nem non requiri,immò nocere expeditioni exe-
cutionis,nam ſi appellaretur iudicium ſumma-
rium, & executiuum fieret ordinarium, quod
non eſt permittendum; prout in terminis ità
concludendum eſſe, quidquid alij contrarium
ſentiant docet Couarr. *lib. 2. uar. reſolut. c. 11.
col. 4. in princ. uerſ. primum ex his conſtat. poſt*
Roder. Soarez. *in l. poſt rem iudicatam. limit. 4.*
49 *ad leg. reg. de re iudic.* Ideo datur cautela,†quod
ſi aliquid fuerit liquidum, vt debitor illud ſo-
nat offerens ſe reſiduum ſoluturum facta liqui-
datione, tunc enim euitabit executionem, & ex-
penſas *l. ſtatu liberorum rationem. 4. ff. de ſtatu
liber. Socin. conſ. 80. in quæſtione. lib. 3. Bald.
Ang. Veron. & alij,* de quibus latè *Iaſ. in l. quod
te. in 5. notab. ff. ſi cert. pet.* Caball. *milleloq. 624.
n. 3. p. 2.* Vincent. *Hercul. in l. 4. §. ait prætor. in
ult. notab. ac. iudic.*

EPITOME.

Continuatio magiſtratuum in officio an permit-
tenda ſit vltra biennium, & an ſufficiat maior
pars conſilij, non obſtante vnius reclamatione,
& quid de conſuetudine ſeruetur. Leges an-
nales, ſeu annariæ quid contineant. Aduoca-
torum munus an eſſet olim perpetuum. Of-
ficialis an contrahat domicilium in loco offi-
cij, & an ibi poſſit conueniri, & de honore illi
debito in ſalutando, & præcedendo tanquam
ſit caput Ciuium, & de pæna præuaricantis in
officio,& pręmio bene ſe gerentis.

SVMMARIVM.

1. *Magiſtratus non ſunt continuandi, & de pæna procurantium continuationem. nu. 23. & 31. & quid in Cancellario. n. 4. & ſtante conſuetudine. n. 21. 24. 27. 38. & 43.*
5 *Sacerdotalis dignitas debet eſſe perpetua.*
6 *Officiales an poſſint confirmari ultra biẽnium. n. 7. 26. 29. 30. & 32.*
8 *Pactum quod quis ſit perpetuus Poteſtas non ualet.*
9 *Leges Romanorum prohibebant eundem magiſtratum capi intra decem annos.*
10 *Magiſtratum eundem accipere ſemel dicebat.*
11 *Tiberius iuriſdictionẽ, & imperia continuabat.*
12 *Leges annariæ circa tempus permanẽdi in magiſtratu, & nu. 13. & circa ætatem promouendorum n. 14.*
15 *Poteſtas prætorum erat annua, & de eorum annuis edictis.*
16 *Vnus de uniuerſitate poteſt impedire, ne quis magiſtratum continuet.*
17 *Factum à maiori parte dicitur ab omnibus fieri.*
18 *Aduocatorum certus erat numerus non perpetuus.*
19 *Feruor ſtudiorum ſub aliorum perpetuitate ſuccedentium euaneſcit.*
20 *Priuilegia aduocatorum quæ ſint.*
21 *Conſuetudo præſumitur ex iuſta cauſa præceſſiſſe. & eſſe rationabilis ſi à iure non reprobetur. nu. 23.*

Con-

25 Conſuetudo dat iuriſdictionem.
28 Conſiliarij poſſunt plures ijdem elegi.
33 Antoninus Pius nunquam dedit ſucceſſorem bono Iudici.
34 Iudices ſe bene gerentes habent præmium gratiarum actionis.
35 Iudex malè officium exercens qua pœna puniatur. nu. 37.
36 In officio quando dicatur quis delinquere.
39 In eccleſijs unitis magis principalis eſt illa, quæ retinet denominationem.
40 Eccleſia vnita alteri acceſſoriè vtitur eius priuilegio.
41 Annexum ſequitur ſtatum rei, cui annectitur.
42 Iudex perpetuus poteſt quis eſſe loci, de quo fuit inueſtitus cum mero. & mixto imperio.
44 Officialis cogitur idem officium ſuſcipere, ſi nõ adſunt idonei.
45 Officia duo poſſũt exerceri in eodem loco ſi ſint modici redditus.
46 Officialis finito officio habet adminiſtrationem donec nouus ceperit poſſesſionem. Intellige, vt num. 47.
48 Immunis compellitur officium gerere, ſi non adſunt idonei.
49 Inhabiles, & viles admittuntur ad officia ſtante hominum penuria.
50 Officialis dicitur caput ciuium.
51 Officialis an contrahat domicilium in loco officij, & quando ibi conueniri posſit. n. 52. & 54.
53 Scholares, & ſimiles, qui ex ſtatuto ſunt Ciues quomodo dicantur habere ciuilitatem.
55 Officialis debet honorari in ſalutando, & præcedendo. n. 59. & de pœna contrauenientium. num. 56.
57 Exemptus tenetur præſtare reuerentiam ei, à quo eximitur.
58 Princeps honorat ſuos officiales illis aſſurgẽdo.
60 Officiali in ſyndicatu debetur idem honor, qui debebatur in officio.

CAPVT CLXXXIV.

IN gerendis honoribus non promiſcua facultas eſt, ſed ordo certus adhibetur; Nam
neq; prius maiorẽ magiſtratũ quiſque, niſi minorem ſuſceperit, gerere poteſt, neq; omni æta-
1 ti permittitur, † neq; honorũ cõtinuatio datur
*l. vt gradatim. 11. in princ. l. l. honor municipal. 1.
13. §. gerendorum. ff. de mun. & honor.* Et quo
ad continuandos Magiſtratus, de quibus modo
agitur ratio illa eſt, ne ordinatione, frequentia,
& continuatione curæ, & per quandã machinationem illud ſemper renouando fiat aliquibus
infinita prædicta gubernatio *§. fin. verſ. ſi verò nondum biennium. auth. de defenſor. ciuitat.*
Vbi *gloſ. in uerb. frequentia.* explicat de bino
actu *l. nemo deinceps. 3. in fin. & ibi gloſ. in
uerb. conſuetudini. C. de epiſcop. audient.* Et
cum publicæ diſciplinæ ſemel geſta ſufficiant ſi
quis iam promotorum denuo ad munus etiam
2 per ſacras literas irrepſerit, † & cętera officia
repetere auſus fuerit, in legem ambitus incidit,
& pœnam legitimam ſubit, de qua in *l. 1. C. ad
leg. iul. de ambit. gloſ. in l. honor. §. gerendorum. in uerb. honoris. ff. de muner. & honorib.*
Et paſſim antiquitus interdicebatur, ne quis honorem, magiſtratum, aut officium continuet,
3 vel repetat † *l. æſtimationem. 15. in fin. ff. de
muner. & honor.* vbi defenſionem Reipublicæ
nemo amplius, quàm ſemel cogitur ſuſcipere,
niſi id fieri neceſſitas poſtulet *l. libertus. 17. §
præſcriptio. & l. diuus. 18. ff. ad municipal. l. 2.
C. de muner. & honorib. non continuand. lib. 10.*
vbi etiam ponuntur interualla temporum *l. ne-
4 mo in prouincijs. 5. C. de aſſeſſorib.* † vbi de officio, & miniſterio Cancellarij *l. nemo de domeſticis. 6. C. eod. tit. l. legato. de vacat. muner.
l. paulus. ff. de legation.* Quidquid aliud ſit in
dignitate Sacerdotali, quæ ſpeciali fauore po-
5 teſt eſſe perpetua † *gloſ. in l. ſponte. 16. ff de
muner. & honor.* cum aliàs officia ſecularia
debeât eſſe ad tempus; itaut neque generalis or
do Ciuitatum poſſet vltra biennium confirma-
6 re officialem † *l. neminem. 4. C. de ſuſceptor.
præpoſit. & arcar. lib. 10.* Martin. *laudent.
in tract. de offic. princip. §. 92. & 114.* cum
alijs per Boer. *deciſ. 149. nu. 4.* Mar. Mut. *ſu-
7 per conſuetud. panormit. c. 10. nu. 68.* † Nedum
in locis immediatè Principi ſubiectis, ſed etiã
infeudatis Sola. *in conſtit. pedemont. ſuper. 1.
decret. gloſ. 3. 3. n. 3.* Quaſi permiſſa officij continuatio det occaſionem peccandi *Abb. in c. fin.
8 nu. 9. de iudic. Surd. conſ. 261. nu. 5. lib. 1.* † immo neque valeret pactum, quod quis ſit perpetuus Poteſtas; cum enim Ciuitas non habeat
merum imperium, non poteſt illud alteri dare,
maximè præiudicando Principi; Nam ſolùm
conceditur Ciuitati, vt poſſit eligere Rectorem
confirmando vſque ad annũ, vel vſque ad ſecundum annum, vt in terminis de pacto concludit
Bald. in c. quoties. in fin. de pact.
Et olim apud Romanos ex lege non licebat eun-
9 dem Magiſtratum, † intra decem annos capere
*Liu. lib. 7. & 10. ab urb. condit. Flor. in epitom. lib. 50. & 56. Cicer. lib. 3. de legib. Appian.
lib. 1. bellor. ciuil.* & multis exemplis comprobat Tiraq. *in l. ſi vnquam. in præfat. n. 24. C. de
reuoc. donation.* Vbi quoque de legibus Thuriorum, & Lacedemoniorum quo ad iſta munerum
interualla, & officia non continuanda; Cum
etiam *Ariſt. lib. 6. polit.* inter multa popularium gubernationum documenta illud adij-
10 ciat, † non niſi ſemel eundem Magiſtratum ab
aliquo gerendum eſſe, vel perraro, & paucis:
Et *Demoſthenes* ſcribit lege ſancitum Athenis,
ne cui iterum ſyndicum fieri, creariq. à Populo liceret, ne id munus ob publicam vtilitatem
inuẽtum in quæſtum, compendiumq. priuatum
verteretur. Quod etiam Tiberio obiectum
ſcribit *Tacit. annal. lib. 1. in fin.* dum inquit:
Id quoq; morum Tiberio fuit continuare imperia, ac pleroſque ad finem vitæ in ijſdem exercitibus, aut iuriſdictionibus habere; Cauſæ va-
11 riæ traduntur. † Alij tædio nouæ curæ ſemel
placita pro æternis ſeruauiſſe, Quidam inuidia,
ne plu-

Digitized by Google

ne plures ſtucrentur : Sunt qui exiſtiment, vt callidum eius ingenium, ita anxium iudicium, neq; enim eminentes virtutes ſectabatur,& rurſum vitia oderat, ex optimis periculum ſibi, à peſſimis dedecus publicum metuebat, Qua hæſitatione poſtremo euectus eſt, vt mandauerit quibuſdam prouincias, quos egredi Vrbe non erat paſſurus.

Quemadmodum etiam erant leges annariæ, quæ verſabantur circa Magiſtratuum ſuſceptorum
12 durationem : † Iulius namq; Cæſar lege annaria ſanxit, ne Prætoriæ prouinciæ vltra annum, neue Conſulares plus biennio obtinerentur *Plutar. in eius uita.* & explicat *Marcell. Donat. ad Ael. Lamprid. in Alexandro Seuero.* Vbi etiam ex *Liu. Plutarc. Polib. & alijs* ſub-
13 dit inter leges annales eſſe illam, † per quam nulli liceret Magiſtratum Vrbanum petere, niſi per decem annos militaſſet, & ne quis ad eundem Magiſtratum intra decennium aſpiraret, ne duos Magiſtratus vno anno gereret, ne cui petere Preturam liceret, qui quæſtor non fuiſſet, neque Conſulatum, qui Prætor non extitiſſet, neceſſarioq; inter Curules Magiſtratus biẽnium interſtitij adfuiſſet, cum etiam illi petendi eſſent ordine, quaſi per honorem gradus documentum ſui dare tenerentur.

Licèt vt obiter hoc annotetur, Altera erat lex an-
14 nalis, † ſeu annaria ſic dicta, quia verſabatur circa ætatem promouendorum ad Magiſtratus Publicos, qua præfiniebantur anni Magiſtratus capiendi, de qua *Feſt. Pomp. lib. 1. Cicer. in Anton. 5. & 2. de orator. & 3. de legibus.* Et de Scipione meminit *Liu. lib. 25.* in hæc verba Huic petenti ædilitatẽ, cum obſiſterent Tribuni Plebis negantes rationem eius habendam eſſe; Si me inquit omnes Quirites Aedilem eſſe volunt, ſatis annorum habeo; Tanto deinde fauore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt, vt Tribuni repente incepto deſtiterint; Neq; enim ætas in legibus annalibus præſcripta ſemper obſeruabatur, vt ex multis docet *Cuiac. obſeruat. lib. 17. cap 34.*

Et de lege Annua, prout annua erat Prætorum poteſtas, & de Annuis eorum Edictis, quibus
15 calendæ Ianuariæ finem afferebant, † & quare poſtea perpetua dicta fuerint latè *Radulph. Forner. lib. 5. rer. quotidian. cap. 10. fol. 88.* Vbi etiam de ratione, ob quam ſtatim Prætores à principio edicerent, quo iure deinceps eſſent vſuri, nec poſt ab eo recederent iuxta *l. 2. §. eodem tempore. ff. de origin. iur.* de qua etiam *Dio Caſſius lib. 36. & Aſcon. Padian. in oration. Ciceron. pro Cornel. Theophil. in §. prætorum. inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.*

Quibus adde iſtam continuationem officiorum adeo interdictam, vt vnus tantum de vniuerſitate poſsit impedire, ne quis eundem Magiſtra-
16 tum continuet, † quamuis cæteri omnes conſentiant, Id enim fieri non poteſt, niſi cuncta Ciuitas cum elegerit nullo reluctante, prout eſt text. ſingularis *in §. vlt. auth. de defenſor. ciuitat. Bart. in l. omnes populi. q. 2. princ. ff. de* Diſceptation. forenſ.

iuſt. & iur. & in l. quod maior. poſt med. ff. ad municip. Bald. in c. quoties. in fin. de pact. Ang. Iaſ. & alij in l. & ſuum. §. boaie. ff. eod. tit. Roman. ſing. 95. & 665. Felin. in c. cum omnes. col. 12. verſ. quarto fallit. de conſtitut. Quod eſt ſpecialiter inductum in odium perpetuæ gu-
17 bernationis; † Quidquid aliàs dicatur fieri ab omnibus, quod fit per maiorem partem *l. plane. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin. Doctor. in cap. 1. de his quæ fiunt à maior part. cap. Lap. allegat. 85. Afflict. deciſ 1. num. 4.* itaut quamuis requiratur conſenſus omnium, tamen ſufficiat maior pars *Bald. in l. vbi reſcriptum ff. de pact. Alex. ad Bart. in l. quicunq; C. de omn. agr. deſert. in fin. lib. 11.* cum alijs quos adduxi *deciſ. 169. & 183.*

Idem ſeruabatur in Aduocatis, quorum olim erat certus numerus, & qui ex eo erant numero tem-
18 porarij, † non perpetui *l. cum aduocatio. 8. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.* Licèt deinde penuria, & paucitas iuriſperitorũ fecerit, vt perpetuarentur *Cuiac. obſeruat. lib. 16 cap. 22.* vbi ex Nouell. Theodoſij, & aliorũ hactenus nõ impreſſis id probat, ſubdens poſtea ius antiquum fuiſſe reſtitutum, vt Veteres Aduocati cederent nouis in gratiam multorum adoleſcentium iuriſperitorum, ne cohiberentur ſtudia iuris, ſi
19 perpetuò cauſis agendis inſiderent Veterani, † Nam ſub aliorum perpetuitate ſuccedentium ſtudiorum feruor euaneſcit; Itaut interdicentibus ſtudijs ipſa pariter officia conquieſcant. Dabatur tamen Veteranis eorum officio magno, ſancto, neceſſario certo tempore functis aſcenſus ad maiores honores, vt intelligerent finem quidem eſſe eum, quem quiſq; ſibi aduocatus fecerit, ſed non finem, quem ſequantur
20 priuilegia, & dignitates, † vt etiam tempore quietis fructum præteritum laborum cõſequerentur; Eorum enim fidem atq; induſtria erga clientes ſuos comprobata à priuatæ conditionis hominum multitudine ſegregati inter Clariſſimos connumerabantur *l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudicum.*

Quidquid tamen ſit de prędictis, in caſu de quo agebamus Dixi verius eſſe, quod non potuerit allegari nullitas confirmationis factæ per Ciuitatem de Officiali, ſeu Prætore, quem aliàs
21 pluries confirmauit : † Etenim fuit probata conſuetudo, ſecundum quam ſæpè, & diuerſis vicibus huiuſmodi officia per eandem Communitatem fuerunt prorogata, quæ conſuetudo eſt obſeruanda *l. minime. ff. de legibus l. fin. C.*
22 *quæ ſit long. conſuetud.* † cum præſumatur ex iuſta cauſa præceſsiſse *Bald. in l de quibus. verſ. ex prædictis apparet. ff. de legib. per tex. in l. cum*
23 *de in rem verſo. de vſur. c. illud. 12. diſtinct.* † Itaut ſi non reprobetur à iure cenſeatur rationabilis *gloſ. in c. fin. in verb. rationabilis. in princ. de conſuetud.* Et in terminis, quod valeat conſuetudo prorogandi Officiales, vt poſſint exercere iuriſdictionem vltra biennium, & aliud tempus à lege, vel ſtatuto determinatum,
24 concludit † *Purpur. conſ. 137. num. 3.* Natt. Stephani Gratiani.

conſ.58.num.2. Surd. conſ.261. num.14. & 15.
lib.2. Et eſt tex. *in l. neminem.4. in fin.C. de*
ſuſceptor. præpoſit. & archar. lib. 10. vbi quod
Officiales non debent eſſe perpetui, ſed anna-
les, aut biennales, dummodo aliter conſuetu-
do ciuitatis non diſponat, & explicat etiam
ibid. gloſ. in verb. conſuetudo. per tex. in l.1.
25 *C. de emancip. liber.* † vbi quod conſuetudo
poteſt etiam dare iuriſdictionem *l.item in prin.*
& ibi gloſ. in verb. vel perpetua. ff. quod cuiuſ-
que vniuerſitat. nom. Vnde multo magis po-
terit conceſſam prorogare, quando quis prius
habebat facultatem concedendi.

Et facit *tex.in § fin. auth. de defenſor. ciuitat.* vbi
diſponitur quod non licèt vltra biennium eli-
26 gere eum, qui defendat ciuitatem, † dummodò
eadẽ ciuitas nullo reluctante aliter nõ ſtatuat,
tunc enim poterit etiam vltra biennium confir-
mare *Felin.in c.cum omnes.nu.59. verſ. quarto*
fallit. de conſtitut. Non poterit igitur inualida
iudicari electio, & prorogatio, de qua agimus,
cũ ritè fuerit facta, & de omniũ cõſẽſu iuxtà di-
ſpoſitionẽ *d.auth.* vt notat *Surd.conſ.262.n.13.*
lib.2. Et prius voluit *Gloſ.in l.diuus.18.in verb.*
continuct.verſ.alius in defenſore. ff. ad municip.

Neq; obſtat *gloſ.in l.neminem.4.in verb. per bien-*
27 *nium.* C. *de ſuſceptor. & archar. lib.10.* † vbi
admittit conſuetudinem confirmandi per bien
nium, non vltra quamuis ordo velit. Quia eſt
contra *tex.in d.§. fin. auth. de defenſor. ciuitat.*
vbi quando omnes conſentiunt admittitur pro-
rogatio etiam poſt biennium, vt dictum eſt, &
explicat *Gloſ in l.diuus.in verb continuct.ff.ad*
municipal. Maximè quia hoc etiã eſt iuxtà di-
ſpoſitionem iuris communis, ſecundum quod
qui rectè cognitus eſt, non debet ob hoc ſolùm,
28 quod iam approbatus eſt improbari; † Ideò Iu-
dices poſſunt conſiliarios ſibi eoſdẽ, ſecundò, &
tertiò, ac ſæpiùs adiungere, prout in terminis
eſt *tex. in l. liceat.12. C. de aſſeſſoribus. & in l.*
ex agentibus. 4. C. de princip. agent. in re-
29 *bus lib.10.* † vbi permittitur habere eôs, quo-
rum fidem, induſtriamque probatam ſibi exi-
ſtimant, etiam ſi ſæpè eodem officio fuerint
antea perfuncti, ita vt ſi in d. officio per trigin-
ta annos ſeruire non poſſint corporis valetudi-
ne impediti iiſdem priuilegijs, & beneficijs po-
tiantur, prout notat *Bart.in d. l. ex agentibus.*
30 Et contraria procedunt, † quando Officialis in
primo anno malè adminiſtrauit, vt declarat
Gloſs in l.liceat.12.in verb.& ſæpius. C.de aſſeſ-
ſorib. Vel vbi eſſet magnus honor *Gloſ. in l. di-*
uus. 18. in verb. continuct. ad municipal. Vel
quando is, qui dignitate functus eſt per ambi-
31 tum ad eandem dignitatem aſpirat, † quo caſu
non ſolùm prohibetur confirmatio officialis,
ſed etiam procedendum eſt ad pœnas, de qui-
bus *in l.1.C. ad leg.iul. de ambit.* Ideò quando
eſſemus in officialibus eminentis ſcientiæ; &
induſtriæ, ac bonitatis ſingularis multò magis
32 daretur confirmatio, † cum ex hac cauſa poſ-
ſit recedi à iuris, ſeu ſtatuti diſpoſitione *Pariſ.*
de Put. Boniorn. & alij, de quibus per *Mar.*
Mut.ſuper conſuetud.panormit.c.68.n.10. Cum
etiam ſint danda præmia ijs, qui ſe bene in offi-
cio geſſerunt quorum præcipuum eſt confirma-
33 tio. † Quare laudatus Antoninus Pius, qui
ſucceſſorem viuẽti bono Iudici nulli dedit *Iul.*
Capitolin.in eius vita. Menoch. de arbitrar. lib.
1.q.55.n.12.in addit. Et antiquitus aderat prę-
mium gratiarum actionis, quod ſignificabatur
per literas, vel Legatos in teſtimonium admini-
34 ſtrationis benè geſtæ † vt per *Marcell. Donat.*
ad Tacit.lib.15.in illis verbis,vna vox eius vſq;
ad contumeliam Senatus penetrauerat. Quem-
admodum è cõtra delinquentibus in Magiſtra-
35 tu aderat pœna peculatus, † repetundarum, al-
terius criminis, confiſcationis bonorum, priua-
tionis officij cũ alijs, de quibus per *Io. de Plat.*
in l.ordinariorum.C.de cohortalib. lib.12. & in
l.iudices.C.de dignitat.eod. lib. Dec. in c. ut no-
ſtrum.nu.4.de appellat. latè *Farin. q.19. de de-*
lict.& pœn.n.42. vſq; ad n.49. vbi etiam quan-
36 do quis dicatur in officio delinquere † *Bald.in*
l.2.in fin.C. vbi de ratiocin.ag.oport. Et quo-
modo puniantur Iudices non rectè fungentes
iudicãdi munere, & peculiari in quoſdam odio,
vel gratia moti pleraq; gerentes adeſt ſentẽtia
37 Leonis, & Alexandri Imperatorum, † qui volue-
runt illos ſubiacere incorporeis poteſtatibus
Dęmonum, incommodis affici perpetuis, itaut
ipſorum ædium fundamenta ignis deuoret, &
illorum poſteritas eo redigatur inopiæ, vt pa-
nem hoſtiatim quæritet, cum alijs per *Menoch.*
de arbitr.iudic.lib.1.ante initium operis.

Magis prædicta procederent, quando eſſemus in
officio, quod principaliter non haberet iuriſdi-
38 ctionem, ſed acceſſoriè, prout eſt in Caſtel-
lanis, & ſimilibus habentibus curam caſtrorũ,
& terrarum, qui licèt exerceant officium iuſdi-
centis, Nihilominus illud venit tanquam anne-
xum, & conſequutiuum, quod non attenditur,
Quare facilius in talibus admittetur proroga-
tio *Natt.in ſpecie conſ.58.n.4. verſ. denique eſt*
39 *aduertendum.* † Exemplo duarum Eccleſiarum,
quæ vniuntur, quarum illa dicitur magis prin-
cipalis, quæ retinet denominationem *Gloſ.in*
clem. per literas. in verb. eccleſias. de præbend.
Anchar conſ. 114. pro impetrante in fin. Ideò
eccleſia, quæ acceſſorie alteri vnitur, debet vti
40 priuilegijs illius eccleſiæ, † ad quam fuit facta
vnio *Gloſ.in c.1. ne ſed.vacant.* Quod etiam eſt
in qualibet diſpoſitione, in qua annexum ſequi-
41 tur ſtatum eius rei, † cui principaliter annecti-
tur *l.peculium.in princ.de leg.2. Bald.in l.etiã.*
C.de iur.dot.

Quæ multò fortius haberent locum in ipſomet
42 principali, qui fuit inueſtitus cũ mero, † & mix
to imperio, gladij poteſtate, & omnimoda iu-
riſdictione; Nam cenſebitur conſtitutus Iudex
ordinarius locorum, de quibus fuit facta inue-
ſtitura *l.1 de iuriſd.omn.iudic. Abb.in cap.cæte-*
rum.de iudic. Oſaſc.deciſ.101.nu 5. Ideò poterit
perpetuò ius dicere in eiſdẽ locis per ſe ipſum
Alciat.Sola. & alij, de quibus per *Surd. conſ.*
261.n.8.& 9. Vbi *n.10.* ſubdit idem magis eſſe
quan-

quando officia ſunt parui redditus, & modici
43 emolumenti, † quo caſu licitum eſt per plura
tempora in eis continuare Gloſ.in l. unic.C.ad
leg.iul.de ambit.& in l.1.C.de muner.& bono-
rib.non continuand.lib.10. Natt.conſ.58. nu. 3.
Itaut poſſint cogi, qui iam munere functi ſunt
iterum ſuſcipere idem officium, ſi alijs nõ inue-
44 niantur † l.bonor.13.in fin & ibi gloſ.in verb.
creentur.ff.de munerib & honor.l.vt gradatim.
11.§.quoties.& ibi gloſ. in verb. infringitur.ff.
eod. tit. gloſ. in l.diuus.18. in verb.continuet.in
princ.ff. ad municipal. Prout etiam ſtante hu-
iuſmodi tenuitate eſſet permiſſum duplex offi-
45 cium exercere eodem tempore, † & ad eadem
Curia actuarium, & iudicem gerere Luc.de Pen.
in l.1.C.de primicer.lib.12.

Amplius ne dum permitteretur huiuſmodi expreſ
ſa confirmatio, ſed ſufficiet tacita prorogatio,
cum officialis finito anno, ſeu biennio ſuæ ele-
ctionis habeat adminiſtrationem, & eius geſta
valeant, donec nouus fuerit non ſolum electus,
46 ſed cęperit poſſeſſionem ſui officij, † quaſi apud
eum remaneat adminiſtratio cum titulo l.1. §.
adminiſtrationem. C. vt omn. iudic. tam ciuil.
quam milit. & in terminis ita concludit Guid.
Pap. deciſ.501. vacante. & conſil.168. ſequitur
Mar.Mut.ſuper conſuetud.panormit. c.68.n.21.
47 Intelligẽdo de Iudice ordinario, † quidquid ſe
cus ſit in delegato cum temporis præfinitione
Bald.in l.meminiſſe.col.2.verſ.extra quæro.ff.de
offic.proconſul.

Et cum Reipublicæ gubernacula ſicut nauis cre-
denda ſint tantum perſonis idoneis l.vt grada-
tim. 11.ff. de muner. & honorib. ſi non inueni-
rentur tales, magis continuatio officiorum de-
48 beret permitti: † Itaut qui iam munere functi
ſunt, quamuis eſſent ab illis iterum obeundis
immunes, tamẽ poſſent compelli denuo eodem
officio fungi, cum talis immunitas infringatur
ob eandem cauſam defectus idoneorum l.ho-
nor.13.§.fin.vbi gloſ.in verb. creentur. de mu-
ner.& honorib.l.vt gradatim.§.quoties. & l.æ-
ſtimationem.16.in fin.ff. eod.tit. gloſ.in l.liceat.
49 12.in verb.& ſapius. C. de aſſeſſorib. † Cum e-
tiam quod magis eſt ob penuriam hominum
idoneorum minus habiles quandoq. muneribus
obeundis admoueantur, quaſi vtilius ſit illos
honoribus præfeci, quàm omnino nullos l. 3. §.
ſpurios.de decurion.Et de vilibus hominibus, mi
noribus 25. annorum, & ſenibus immunibus, &
alijs ſimilibus non arcendis à dignitatibus in
defectum idoneorum multa adducit Radulph.
Forner.lib.5.rer.quotidianar.c.10.f.90.

Ex quibus ſequitur Prætorem, vt ſupra confirma-
tum habendum eſſe pro ciue, & debere frui pri-
uilegijs, & beneficijs ſtatutorum loci, cui præeſt
cum immo officialis donec in officio moratur
50 non ſolùm dicatur ciuis, † ſed etiam caput ci-
uium Bart.in l.municeps. §.fin.ff. ad municipal.
Io.de Plat.in l.ciues.C.de incol. lib.10. Surd.de-
ciſ.330.nu.14. verſ. & uidemus. Quidquid di-
xerit Aleiat.conſ.45.n.9. dum conſuluit Caſtel
lanum nullo tempore etiam mille annorum cõ-
trahere domicilium in loco, in quo ratione of-
51 ficij commoratur, † Cum contra cum ſit ve-
rior opinio, vt teſtatur Lancello.Gall.ſuper con-
ſuetud.Alexand.in uerb.maritus.q.6. nu.1.tom.
2.fol.300.Menoc.de arbitrar.caſ.86. Surd.conſ.
106.num.6. Intelligendo tamen quo ad multa,
52 non quo ad omnia: † Nam in loco officij
non poterit conueniri, niſi pro his, quæ geſſit
ratione eiuſdem officij, dummodo ex alio non
eſſet factus illius fori, quia videlicèt ibi cõtra-
xiſſet l.2.§.legatis.& §.omnes.de iudic. Bart.de
repreſal.q.5.prin.n.12. Vbi etiã, quod ſicut ſunt
limitate ciues, ita etiam habent limitatum ius
53 petendi repreſalias; † Quod etiam eſt in ſtipẽ-
diarijs, ſcholaribus, & alijs, qui ex ſtatuto, vel
lege habentur pro ciuibus; non enim ſunt in om
nibus ciues, ſed quo ad quid Sur.conſ.106. in fi.
54 n.39. Vbi etiam ex hoc concludit, † quod iſti
Gubernatores non poſſunt compelli coram præ-
tore pro his, quæ non geſſerunt in ea ciuitate,
& quod proinde Prætor non dicitur Ordinarius
iudex illorum, & conſequenter coram Prætore
non poſſet peti reductio.

Quemadmodum etiam ex prædictis ſequitur ho-
norandum eſſe talem Officialem tam in præce-
55 dendo, † quàm in ſalutando, & in aliis actibus
publicis, & priuatis prout antea, cum fuerit ritè
confirmatus ex ſuperius adductis. Ideò non eſ-
ſe excuſandos, illos qui ſolitum ei honorem de-
negabant; & de ſalutatione debita officialibus
eſt tex.in l.ex agentibus. 4. C.de princip. agent.
in reb.lib.12.Card.Alex.in capitul.duo ſunt.di-
ſtinct.96.c.certum. diſt.10. cum aliis per Mut.
56 ſuper conſuetud.panormit.c.8. num.13. † Vbi
etiam n.15. quod pœnam quaſi ſacrilegij incur-
runt contrafacientes Io.de Plat.in l.1.C.de do-
meſtic.& protector.lib.10.et in l.1.C.ut dignit.
ord.ſeruet. Itaut etiam exempti teneantur præ-
57 ſtare reuerentiam ei, † à quo eximuntur Caſ-
ſan.in catal.glor.mund.conſid.27. p.4.fol.110.
58 Cum enim ipſemet Princeps officiales ſuos, †
& conſiliarios honoret, & etiam illis aſſurgat
Gloſ.in l.1.C.de ſenten.paſſ.Fel. in rub.de maior.
& obedient.Barbat.de præſtant.Card.q.1.col.2.
Multo magis hoc faciendum eſt à ſubditis,
59 † qui debent eos honorare tanquam Princi-
pem repræſentantes Io.de Plat.in l.primicerium
C.de fabricenſ.lib.10.Luc. de Penn. in l.euectio-
num. uerſic. ueneratione. C. de curſ. publ. et l.
duoſ.C.de ſuſceptor. et archar. eod.lib. Signorol.
de Homod.conſ.108.col.1.uerſ.redeo ad primum
Cum etiam officiali finito officio tempore
60 ſindicatus idem honor ſit debitus † qui an-
tea præſtabatur propter reliquias pręcedentis
dignitatis Bald. in l. nec quidquam. §. profi-
ciſci.ff.de offic. proconſ.Iaſ.in l.1.n.7.C.ut omn.
iudic. tam ciuil. & tanquam notandum refert,
& ſequitur Surd.de aliment.tit.c. q.127. in fin.
num. 8.

Digitized by Google

EPITOME.

In locatione quando habet locum remedium.l.2. C.de reſcien.vendit.& pactum de mutuando an illam reddat illicitam. Locans operas tam fabriles,quam obſequiales etiam in perpetuum quando poſſit cogi ad illas pręcisè præſtandas an tranſeant ad hæredes,& valeat illorum ceſſio,& delegatio,& in eis læſio admittatur,& an valeat conuentio ſeruiendi in triremibus,& pactum operandi, donec debitum ſoluatur creditori. Artifices, & Tribuni voluptatum qui dicantur, & an eis debeatur merces non conuenta. Exceptio ceſſionis bonorum operarum an poſſit opponi.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l.2.C.de reſcind.vend.an habeat locum in locatione etiam illa finita.*
2 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
3 *Pactum de mutuando in locatione an reddat illam inualidam.*
4 *In locatione non cadit vſura.*
5 *Locatio officij cum onere,vt conductor illud expediat ſuis ſumptibus valet.*
6 *Societas mercium æſtimatarum, an valeat vt lucrum certum ex eis debeatur.& nu.7.*
8 *Læſio non habet locum in locatione operarum.& n.10.*
9 *Operarum cauſa non eſt vniformis.*
11 *Locatio operarum,an valeat,vt quis præcisè cogi poſſit ad illas præſtandas.nu.12.13. 14.24.& 29.*
15 *Promiſſio præciſa operarum quomodo intelligatur.n.16.& 17.*
18 *Opera in perpetuum an poſſint locari. Et quid in paupere.n.19.Fauore religionis.n.20.& pro Republica.n.21.*
22 *Conuentio ſeruiendi in triremibus valet.*
23 *Pactum ſtandi in perpetuis carceribus an ſit nullum.*
25 *Operæ obſequiales an poſſint in ſtipulationem deduci. n.26.& 27.*
28 *Obligatus ſemper ſtare cum aliquo ſatisfacit quamuis interuallum temporis adſit.*
30 *Operæ fabriles tranſeunt ad hæredes, & poſſunt delegari.n.31.Intellige.n.32.& 38.*
33 *Ciuium & caſtri alienatio quando permittatur domino.*
34 *Debitor an poſſit ſe obligare de operando creditori,donec ſatisfaciat,& an Iudex poſſit ad hoc condemnare non exiſtente aliquo pacto. n.35.& 36.*
37 *Operæ ſunt præſtandæ, prout conueniunt artificio vniuſcuiuſq.*
39 *Operæ quæ exhibentur ad exhilarationem per cantores,& ſimiles,poſſunt locari.*
40 *Artifices,& Tribuni voluptatum vocãtur Muſici,cantores iuculatores,& ſimiles,& an poſſint prætendere mercedem non conuentam.& n.43.*
41 *Hiſtriones domeſtici qui dicantur.*
42 *Voluptatis nulla æſtimatio datur.*
44 *Iniuria facta enſamibus vmbra viri debet emendari.*
45 *Iudicium contra Tabernarium poſcentem pecuniam ab ageno,qui panem ſuauius comedit ad odorem culinæ, & Mulieris exigentis aurum ab adoleſcente, qui in ſomnio imaginatus eſt rem cum ea habere.*
Auaritia in quolibet præſumitur & nõ eſt probanda.
46 *Hiſtriones, & ſimiles non referunt infamiam ad iniuriam.*
47 *Nero prohibitur conuicia ſibi facta puniri.*
48 *Exceptio ceſſionis operarum an poſſit opponi.*

CAPVT CLXXXV.

IN contractu locationis dicebatur eſſe locũ
1 remedio *l.2.C.de reſciend.vend.* † ſecundum
opinionem de qua per *Gabr.concluſ.1. n.30.de*
empt. & vendit. Etiam quando locatio fuiſſet
finita,vt latè concludit *Pinell. in d.l.2. p.1.* ad-
uerſus *Dec.conſ.575. n.* 8. qui voluit contrariũ
2 quaſi tunc effectus fuerit conſummatus, † cum
non entis nullę ſint qualitates *l.eius qui in pro-*
uincia.ff.ſi cert.petat. Et ob iſtam rationem,
quod conductor læſus habeat remedium reſciſ-
ſorium concludunt Doctores eſſe validum pa-
3 ctum de mutuando in locatione appoſitũ,†neq;
eam reddere illicitam *Abb.conſ.12. lib.1.* & eſt
deciſio *Rot.coram.Card.Millin.Rom.vineæ.16.*
nouembris.1597. quæ eſt inter impreſſas per *Fa*
rin. deciſ.119. vbi Add. ampliat quamuis pen-
ſio non ſit iuſta *Aym.conſ.145.n.10.*Cum etiam
4 in locatione non cadat vſura,†quaſi locans do
minum det vſum illius,&quodammodo videatur
mutare lucrum cum lucro *c.eijciens. in fi.verſ.*
primo quidem.88.diſt.latè Graſſ.decis.caſ.cõſciẽt.
p.2.lib.2.de vſur.c.24.n.29.& 30.ſequitur.Fa-
5 *rin.conſ.90.in fi.n.30.* † Vbi de locatione offi-
cij facta curſori,vt ipſe expediat idem officium
ſuis expenſis, ex quibus licèt conſtituatur ma-
ior penſio,non tamen erit vſura.Et de ſocietate
6 aromatariæ,† in qua dantur merces ęſtimatę,&
lucrum certum taxatum an ſit vſuraria eſt de-
ciſio *Rot.per Car.Millin.Ferrarien.ſocietatis.20*
decem. 1599. quæ eſt inter impreſſas per *Farin.*
deciſ.130. Et de pretio mercium non ſoluto, vt
7 aliquid certum debeatur † an ſit vſura *Rimin.*
Iun.conſ.277.L aderch.Imol.conſ.189.
In caſu tamen de quo agebatur Dixi prædicta nõ
habere locum etiam erannus in locatione ope-
8 rarum, † in qua non eſt conſideranda læſio, vt
poſſit competere remedium *l. 2. C. de reſciend.*
vendit. cum illarum æſtimatio emanet ab illis,
qui locant operas, quarum non eſt,vniformis
valor: Nam plerumq;robur hominis,ætas,tem-
poriſq; opportunitas naturalem cauſam ope-
9 rarum mutat † *l. ſi non ſortem. 26. §. libertus.*
ad med.& ibi gloſ.in verb.robur.de condict. in-
deb.auth. de inſtrum.caut. & fid.in princ. verſ.
non ita enim l.penult.& ibi gloſ. in verb. fabri-
les.ff.de præſcript.verb.l. nemo eſt qui neſciat.5.

& ibi

& ibi gloſ. in verb. eaſdem. de duob. reis. Corn.
10 *conſ.257.n.6.lib.4.* † Et in terminis ita conclu-
dit Rot coram R.P.D.*Oran. romana mercedis.*
23. ianuary. 1591.

Rectè igitur fuit actum ad operas præciſè exhi-
bendis, cum valeat promiſſio, & locatio ope-
11 rarum ad tempus, † ita vt quis poſſit ad factũ
prẹciſè compelli, neq; ſit locus ſolutioni inter-
eſſe, cum videatur electa induſtria perſonæ *l. in-*
ter artefices. de ſolution. & cõcludit *gloſ. in l. ſi ÿ.*
g.22. in verb. ſeruari. C. locat. vbi quod actor
eligit, an velit factum, vel intereſſe, & in con-
tumaciam partis, cum præciſè agitur ad factũ,
iurabitur in litem *l. ſi cui. in fin. & ibi gloſ. in*
verb. iuratum. ff. locat. vbi quod eſt bonæ fidei,
quarè permittitur iurari *l. in actionibus. ff. de*
in lit. iurand.

Neque obſtat *gloſ. in l. poſt certi temporis. 36. in*
12 *verb. ubi. in fin. C. de liber. cauſ.* † vbi quod
non poteſt cogi præciſè ad exhibendas operas,
qui illas locauit, cum ſimus in facto, ad quod
nemo præciſè tenetur *l. ſi fundum. l. cum ſtipu-*
latus ſum mihi. §. vlt. l. ſtipulationes non diui-
duntur. §. cenſus. ff. de verb. obligat. l. ſi quis
ab alio. 13. §. fin. & ibi gloſ. in verb. obligatio-
nibus. & Bart. in princ. ff. de re iudic. l. ſi ter-
13 *tius. §. officium. de aqu. pluui. arcend.* † Quia
contrarium eſt verius, quod non ſufficiat præ-
ſtatio intereſſe ob induſtriam perſonæ, quæ vi-
detur electa, & cũ non ſit vniformis valor ope-
rarum, vt dictum eſt, & concludit *Florian. in*
l. 3. §. conſtituitur. ff. de vſufr. Henric. Boic. in
c. reſcripto. n. 14. de iur. iur. poſt Azo. in ſumm.
C. locat. nu. 7. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 2. n. 23.
in fin. & eſt tex. *in l. ſtipulatio. qua eſt ante-*
penult. §. habet autem. in fin. vbi gloſ. in verb.
placuerit. ff. de nou. oper. nunciat. l. ſed & ha.
§. prætor. & §. vlt. & ibi gloſ. in verb. defen-
dere. in princ. de procurat. l. reſcriptum. §. 1.
14 *ff. de pact.* † Contraria autem procedunt quan-
do non adeſſet facultas faciendi, illa enim exi-
ſtente obligatus cogi poteſt præciſè ad factum
Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. la. 2. de
verb. obligation. Socin. conſil. 228. col. ult. in
fin. nu. 9. verſ. ſed contrarium. lib. 2. Surd. de-
ciſ. 304. per tot. dixi ſupra *c. 160.*

Verum eſſet quod non cogeretur promittens ope-
15 ras præciſè per ſupplicia, † & tormenta ad
operãdum, quia amplius exigeretur, quàm eſſet
debitum *l. in ſeruorum. §. fin. de pignor.* Sed in-
telligi debet præciſè, idest captis pignoribus,
mulcta indicta, Et tunc aut æquitas præciſè di-
cat cogi, quia alius neſciret, vel non poſſet ta-
les operas facere, vt quando eſſet ſolemnis
16 ſcriptor, † & tunc præciſè cogitur, ex natura
enim rei promiſſæ relata ad perſonam promiſ-
ſoris tacitè videtur hoc actum *gloſ. in l. ſtipu-*
latio. §. fin. de nou. oper. nunciat. Aut non in-
tereſt de perſona, ſed ſolùm de opere, quia à
multis fieri æquè bene, & æquè vtiliter poteſt,
17 & tunc ſatis eſt præſtari intereſſe, † vel pẹnam,
ſi pœna fuit promiſſa, quia tacitè hoc videtur
actum *l. ſtipulationes non diuiduntur. §. celſus.*
de verb. obligation. & ita in terminis diſtinguit
Bald. in l. ſi ÿ. 22. C. locat.

Amplius valebit etiam locatio operarum in per-
18 petuum, intelligendo tamen, † vt tunc non co-
gatur præciſè operari, ſed poſſit vel per ſuſti-
tutũ ſeruire, vel ſoluere intereſſe *gloſ. in §. vſus*
fructus. in verb. abſcendente. ad med. inſtit.
vſufr. per tex. *in l. ad ſimilitudinem. & l. quiſ-*
quis. C. de epiſ. & cleric. l. vnic. §. ne autem.
C. de caduc. tollend. l. nemo eſt. de duob. reis.
& voluit etiam *gloſ. in l. cum antiquitas. 14.*
in verb. nunquam. ad med. C. de vſufr. per tex.
in *l. 3. de vſufr. legat.* & notat *Bald. in d. l. cum*
antiquitas. vbi quod tenebitur præciſè ſi velit,
ſin minus cauſatiuè ſoluendo intereſſe *l. ſtipu-*
lationes nõ diuiduntur. § celſus & l. in operis. ff.
de verb. obligation. ſequitur *Ancbar. in cap. la-*
tor. num. 7. de pignor. Bart. Imol. & alÿ in l. ti-
tio centum. §. titio centum il 2. de condit. & de-
monſtrat. Roman. *ſing. 365. an ſi quis obliga-*
uerit. Burſat. qui de communi *conſ. 204. n. 21.*
lib. 2. Doct. in l. omnes. §. conſtituitur. de vſu-
19 *fruct.* † Quamuis in paupere poſſet defendi, vt
præciſè ſit compellendus, quando paupertate
oppreſſus operas ſuas in perpetuum locauit
pro alenda eius familia ſecundum *Caſtr. in*
l. cum antiquitas. C. de vſufr. Florian. in l. 3.
§. conſtituitur. nu. 3. eod. tit. licèt contrarium
ſequatur *Beat. de inop. debitor. cap. 1. num. 3.*
& Coler. de proceſſ. executiu. in cap. 6. p. 1. n. 28.
Prout etiam fauore religionis valebit locatio
20 operarum in perpetuum, † & compelletur lo-
cans ad illas præciſè præſtandas *Abb. in c. in-*
ter dilectos. num. 11. de donation. Roman. ſing.
365. Burſat. conſ. 204. nu. 22. & 23. lib. 2. vbi
ampliat in Republica, ad cuius fauorem ſi quis
ſe obligauerit non liberabitur præſtando inte-
21 reſſe † *l. fideicommiſſa. §. fin. de leg. 3.* Cum
Eccleſia, & Reſpublica æquiparentur *l. vlt. C.*
de ſacroſ. eccleſ. Et valebit quoque conuentio
delinquentis de ſeruiẽdo in triremibus ad tem-
pus in pœnam delicti, de quo eſt accuſatus,
22 prout promiſsio de exulando, † & exilium
fregerit de remigando per tot annos; Quemad-
modum etiam obligaretur qui accepta pecu-
nia operas locaret ad remigandum, itaut ſi hẹc
conuentio fiat cum Principe habente poteſta-
tem legis condendẹ valeat etiam in perpetuum
Bart. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de
pact. & declarat *Balthaſſ. Gomeſ. de poteſt. in*
23 *ſe ipſum. cap. 19. lib. 11. n. 12.* † Quidquid aliàs
non valeat pactum, per quod quis ſe obligat
ad carceres perpetuos *Henr. Boic. in cap. ex re-*
ſcripto. num. 16. de iur. iur. Couar. lib. 2. var.
reſolut. cap. 1. n. 7. Prout etiam interdicitur pœ-
na perpetui carceris, quaſi illius ſit improprius
vſus, qui non pœnæ, ſed diligentiori cuſtodiæ
cauſa haberi debet *l. ſi quis filio. 6. §. eius. de*
iniuſt. rup. teſtam. & explicat *Cuiac. lib. 14.*
obſeruat. cap. 34. & eſt tex. *in l. aut damnum.*
8. §. ſolent. ff. de pœn.

Non obſtat quod operum promiſſio ſiuè perpe-
tua, ſiue temporalis facta ab ingenuo non va-

leat, & nullam producat actionem, quamuis
24 adſit ſtipulatio, & iuramentum, † quidquid
aliud ſit in liberto, qui tenetur illas præſtare
patrono l. penult. & ibi gloſ. in verb. de filio.
ff. ſi quis à parent. fuer. manum. l. nullum. &
ibi gloſ. in verb. patrono. de obſeq. à liberis. &
libert. parentib. & patron. præſtand. gloſ. in l.
vt iuſiurandi. in verb. libertum. ff. de oper. li-
25 bertor. † Quia prædicta habet locum in ope-
ris obſequialibus Luc. de Penn. in l. cum ſci-
mus. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. Couar. in
cap. quamuis. p. 1. §. 2. nu. 5. de pact. in. 6. Qui
enim artificium non tenet non debet exhibere
operas, quæ ſint contra eius dignitatem, vide-
licet, quod cum Domino moretur, ſimul pere-
grè proficiſcatur, illum comitetur aut nego-
tium eius exerceat, vel obedientiam præſtet in
26 his, quæ iubentur, † & officio eius competunt,
quæ ſunt exempla operæ inhoneſtæ eius, qui in
dignitate exiſtit gloſ. in l. hæ demum. 36. in verb.
moretur. de oper. libert. & in l. penult. C. eod.
tit. cap. in ſumma. & c. ſi inimicus. diſt. 83. Niſi
27 eſſemus in perſona vili, † cuius quidem ope-
ris ad omnia etiam ſeruilia miniſteria vti poſ-
ſemus Vdalric. Zaſ. ſingular. reſponſ. lib. 1.
cap. 3. n. 19. per l. vlt. in fin. ff. de ſtipulat. ſer-
uor. l. huic. 5. ad fin ff. vſufruct. quemadmod.
cau. l. 2. §. 1. ad leg. aquil. ſequitur Coler.
28 proceſſib. executiu. p. 1. c. 9. n. 95. † Quamuis
etiam in iſtis non eſſet intelligendum, vt debe-
rent ſtare omni momento, licèt ſe obligaſſent
ſtare cum aliquo ſemper quotidie, & omni
tempore, cum iſta verba, & ſimilia debeant ac-
cipi ciuiliter, quamuis enim interuallum po-
natur poteſt dici quotidie Felin. in proœm.
Gregor. in verb. rex. pacificus. col. 1. in fin. n. 3.
29 Aliud eſt in operis fabrilibus, & † artificialibus
de quibus loquimur, quarum ſtipulatio valet
ex ſuperius allegatis, itaut etiam ad hæredes
30 tranſeant † l. fabriles. 6. de oper. libert l. 3. &
ibi gloſ. in verb. hominis. de vſufr. legat. Cuiac.
obſeruat. lib. 17. c 14. in fin. & poſſunt quoque
31 cuicunque delegari † Bart in l. ſi non ſortem.
26. §. libertus. n. 30. de condic. indeb. Bald. in
l. 1. nu. 5. C. de oper. libert. Zaſ. in ſuis ſingular.
reſponſ. lib. 1. c. 3. n. 50. Cum operarum merces
dicatur fructus laboris hominis l. cum duo-
bus. § in coeunda. ff. pro ſoc. Bald. in l. 2. nu. 1.
32 C. locat. † Dummodo talis operarum delega-
tio nihil noceat promiſſori ob ſæuitiam eius,
cui delegarentur, aut ob aliquam ſimilem cau-
ſam Idem Bald. in l. liberti. 10. nu. 14. de oper.
libertor. Coler. de proceſſib. executiu. p. 1. cap. 9.
33 n. 421. f. 246. † Exemplo ciuium, & caſtri, ſeu
ciuitatis, in quibus licet non permittatur alie-
natio Rimin. Iun. conſ. 601. per tot. Aim. conſ.
241. Franc. Marc. deciſ. 337. lib. 1. Tamen ſu-
ſtinetur quando alienatio fit in æquè idoneum,
& non inferiorem, & paratum facere eaſdem
conditiones vaſſallis, & in alijs caſibus; de qui-
bus per Gabriel. de iur. quæſit. non toll. concl. 8.
n. 63. vſque ad n. 19.
Quibus adde etiam debitorem poſſe per pactum
ſe obligare in caſu non factæ ſolutionis ad præ-
34 ſtandas operas tamdiu, † donec ſatisfactum
ſit creditori. cum operari, vel miniſteria libe-
ralia ſubire non ſit ſpecies ſeruitutis, ſed quidā
modus exoluendi debitum, adhibita tamen mi-
ſericordia, & moderamine, ne plus iuſto labo-
ribus grauetur debitor, prout in ſpecie conclu-
dit Ang. in auth. immo. nu. 2. C. de act. & ob-
ligat. Bald. in l. 1. nu. 9. C. qui bon. ceder. poſſ.
Peccius. Ziricaus. de iur. ſiſtend. cap. 4. num. 4.
Aret. in §. vſusfructus. nu. 1. inſtit. de vſufr.
Couar. de ſponſalib. p. 2. c. 7. n. 5. & de communi
poſt Eman. Soarez. Port. & alios quos alle-
gat, docet Matth. Coler. de proceſſ. executiu.
35 c. 9. p. c. n. 28. † vbi ampliat ad obligationem
operarum perpetuam, & ad caſum. in quo non
adeſſet pactum, quia etiam tunc creditor po-
terit inſtare apud Iudicem, vt compellat debi-
torem non ſoluentem ad præſtandum operas,
donec ei ſatisfaciat gloſ. in l. pro hærede. 22.
§. ſi quid tamen. in verb. maximè. in fin. &
ibi. Ang. n. 4. de acquir. hæredit. Bald. in l. vlt.
in fin. C. de captiu. & poſtlim. reuerſ. & in
l. 1. num. 5. C. de oper. libert. Firman. in verb.
36 debitor pauper. n. 18. † Dummodo tamen ſem-
per licitum ſit debitori etiam adiudicato per
Iudicem creditori ad præſtandum operas, do-
nec ſoluerit, offerre pecuniam, per quam pote
rit ſe quandocunq; à dictis operis liberare Zaſ.
in l. ſi inſulam. 84. nu. 15. de verb. obligation.
Coler. d. c. 9. n. 36. per l. ſi ſeruum. 91. § ſequitur.
verſ poſſe emendare morā. ff. de verb. obligation.
In prædictis tamen aduertendum eſt edendas eſſe
37 operas artificio vniuſcuiuſque conuenientes; †
itaut ſi promiſſor vacaret vno tempore pluri-
bus operis artificialibus, & diuerſi generis, iu-
dicandum ſit de eo ſecundum artem, in qua
plurimum verſabatur Bart. in l. ſi non ſortem.
26. §. libertus. de condict. indebit. Vnde Pictor
pinget, Scriptor ſcribet, Sutor, & Sartor ve-
ſtes parabit, & calceos, & ſic de ſimilibus l. eius
38 artificy. 16. l. nec audiendus. 17. de oper. libert. †
Adeo vt ſi creditor huiuſmodi operis non indi-
geat poſſit illas alteri locare, cedere, aut dele-
gare pro certa mercede l. 3. de vſufr. leg. l. ſi
libertus artem. 27. l. operum. 9. in fin. de oper.
libert. Dummodo non præiudicetur debitori
per talem mutationem, vt ſupra dictū eſt Bald.
in l. liberti. 10. n. 14. ff. eod. tit.
Iſta autem non ſolùm procedent in operis con-
cernentibus commodum perſonale Domini, &
39 rerum, & patrimonij ipſius, & † vt in Scribis,
Calculatoribus, Fabris, Pictoribus, & ſimilibus,
vt dictum fuit; Sed etiam in operis, quæ ex-
hibentur ad exhilarationem Dominorum, vt
in Cantoribus, Citharedis, Parabolanis, Athle-
tis, Muſicis, Gladiatoribus, Minis, Saltato-
ribus, & Hiſtrionibus, Iſti enim dicuntur quoq;
exhibere operas artificiales Iaſ. in l. ſi non ſor-
tem. 26. §. libertus. nu. 24. de condict. indeb. Co-
40 ler. de proceſſib. executiu. p. 1. cap. 9. nu. 8. † Et
quoniam tales iocando, canendo, & ſaltando
demulciunt, & deuinciūt ſibi aures Superiorum.
appel-

appellantur artifices voluptatum *l. vt iuriſiu-
randi. 7. §. dabitur. de oper. libert.* Vel tribuni
voluptatum, qui non ſolùm publicè qnondam
habiti ſnnt, ſed etiam domi alebantur, & dome-
41 ſtici hiſtriones vocabantur † *l. quiſquis. 5. &
& l. vlt.* C. *theodoſ. de ſcenic.* Caſſiodor. *lib. 5. var.
epiſt. 25. & lib. 6. in formula* Comitis Archia-
*trorum. & lib. 7. in formula tribuni volupta-
tum.* D. *Auguſt. lib. 2. aduerſ. academic. cap. 2.*
Lactant. Firmian. *lib. 6. cap.* 21. cum alijs per
Radulph. *Forner. lib. 5. rer. quotidian. cap. 29.*
Ex quibus ſequitur, quod talibus nulla debetur
merces, niſi fuerit in ſtipulatione deducta, cum
ſufficiat illos frui poculis, menſa, & veſtitu do-
42 minorum, quaſi nulla ſit voluptatis æſtimatio†
*l. fin. de oper. ſeruor. l. voluptaria. 7. & l. in
voluptarijs.* 11. *ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.*
Zaſ. reſponſ. ſingul. lib. 1. cap. 3. n. 44. Iden capi-
ant quid poſſunt, dum gratia Principis durat,
à qua ſi cadant, vel Princeps moriatur, nihil
poterunt exigere ab hæredibus Dominorum,
quamuis in eornm ſetnitio ſe collocauerint ex-
43 pectatione futuræ liberalitatis, † vt concludit
in terminis Coler. *de procesſib. executiu. par. 1.
cap 9. num.* 12.
Vbi etiam ſubdit illud notandum circa iniurias il
latas iſtis ioculatoribus, & hiſtrionibus, vt ſuf-
ficiat eas emendari vmbra viri, cùm ſint infa-
mes, & habeantur pro mortuis, & vmbris, Ideò
44 vmbra erit ęquiualens ſatisfactio. † Exemplo
illius Tabernarij petentis pecuniam ab egeno,
qui panem ſuauius comederat ad culinę ſuæ fu
45 mnm, & nidorem, † Iudicatum enim fuit ſatiſ-
faciēdum eſſe tabernario ex ſono denarij, Quod
qnidem iudicium licèt à fatuo datnm, non po-
tuit eſſe iſtius, itaut neque Cato magis ſapien-
ter iudicaſſet, vt referunt Io. *Andr.* Abb. *& alij
in cap. ad audientiam noſtram. 3. de conſuet.* Iaſ.
*conſ. 178. in cauſa matrimoniali. col. 2. verſ. con-
firmatur per illud. lib. 2.* Tiraq. *de legib. connu-
bial. l. 11. in princ. gloſ. 1. nu. 3. uerſ. non tenetur
igitur. ad med.*
Prout etiam ſimile iudicinm fuit Bocchoris, Cnm
enim quidam in Aegypto meretricem Thnni-
dem deperiret magnam anri qnantitatem exi-
gentem, deſije tandem ea concupiſcere ima-
ginatus in ſomnis ſe cum illa rem habere. Qua-
re mulier mercedem apud Iudices popoſcit;
Bocchoris Iudex cauſa cognita iuſſit quantum
auri poſtnlabatur in vaſe numeratum hinc inde
manu agitari, & eam vmbram ab ea apprehen-
di, iudicans imaginationem veritatis vmbram
eſſe *Plutarc. in Demetrio. col. 15. fol.* 91. Licèt
ibi ſubdat hoc iudicium nō vndequaque iuſtum
Lamiæ habitum, Quamuis enim iuueni amor
per inſomnium fuerit ademptus, non tamen
vmbra mulieri cupiditatem auri ademit, & re-
ctè quidem, Nunquam enim pecuniæ ſitis extin
guitur in mnlieribus præſertim, quarum genus
auariſſimnm eſt præcipuè talium inhoneſtè vi-
uentium; Cum etiam hoc auiditatis vitium pra
uitati naturæ hominis adeò inſideat, vt omniū
poſſit dici proprium, vnde non immeritò dica-
tur omnes præſumi auaros, itant hæc probatio
non ſit requirenda *Bertr. cōſ. 59. vol. 3. p. 2.* quem
ſequitur *Coler. de procesſib. execut. cap. 10. p. 1.
n. 148. verſ. ſeptimo iſta ſententia.*
Quibus adde magis eſſe ſatisfactum per ſupradictū
modum quo ad iniurias illis irrogatas, cum ta-
les non referant infamiam ad aliquam contu-
meliam, immò illam magnnpere concupiſcant;
46 vnde *Tacit. annal. lib. 11.* † Apud iſtos inquit,
noniſſima voluptas eſt infamia: *& Iuuen. ſa-
tir. 6.* Famam contempſerat olim, cuius apud
molles minima eſt iactura, ſequitur *Tiraq. de
pan. minuend. in præfat. n. 19.* vbi etiam de Ne-
47 rone, † qui conuicia in eum facta prohibuit
pœna affici, & id quidem contemptu omnino
infamiæ.
Vltimò adnotandum quod neque poterit opponi
exceptio ceſſionis bonorum contra hniuſmodi
48 exactionem operarum, † cum illud beneficinm
habeat locum in obligatione dandi, ſecus fa-
ciendi, ſeu operandi; Quare ad operas præſtan
das ſemper præſumetur debitor ſufficiens, &
habilis ad ſoluendum, itaut per dictam ceſſio-
nem non poſſit ſe liberate à præſtatione ſerui-
tij promiſſa *Salic. in l. 1. n. 6. verſ. quaro quinto
an obligatus. C. qui bon. ceder. poſſ.* Manſuer. *in
prax. forenſ. tit. de obligat. & renunciat. nu. 6.
verſ. tertio ſi eſt obligatus ad factum.* Et dicam
Deo dante, infra in capite particulari.

EPITOME.

Priuilegia Doctorum an competant Aduocatis, & Procuratoribus, ſicut actu legentibus, & quid in ignaris, & Doctoribus ex reſcripto, & non exercentibus, aut operam dantibus Mercaturę, & ſimilibns, qui malè in eorum mnnere ſe gerunt. Milites non militantes, ſed parati ad militiam an gandeant priuilegijs Militum. De lege Titia, & Cincia prohibente munere Aduocatis, Et quomodo intelligantur verſus Auſonij de ea loquentes contra Iuriſconſultum imperitum, Et de varijs nominibus quibus appellaban tur tam Doctores ignari, quàm malè ſe gerentes. Indoctus an poſſit eſſe Iudex. Ciues ex priuilegio an ſint propriè ciues. Impedientes ſtudia à quibus poſſint expelli.

SVMMARIVM.

1 *Doctorum priuilegia multa de conſuetudine non ſeruantur. & n. 2.*
3 *Priuilegia Doctorum competunt Aduocatis, eorum ſocijs, fratribus. vxoribus, & filijs. n. 4.*
5 *Patrocinium Doctoris filijfamilias dicitur peculium quaſi caſtrenſe.*
6 *Aduocatus docet iura, & appellatur preceptor. n. 7. & ſcbolaſticus. n. 8. & 9.*
10 *Facultas expellendi obſtrepentes, & dantes ſimilia impedimenta quando competant* Doctori. *nu. 12. 17. 18. & 19. Infirmis, & Eccleſiæ. num. 14.*

11 Scien-

11 *Scientia non eſt propter ſcire, ſed propter operari.*
13 *Studiorum cauſa eſt ad publicam utilitatem.*
15 *Appellatio nō datur à ſententia in cauſa ſtudij.*
16 *Contra impedientes ſtudia proceditur die feriato.*
20 *Procuratores quando gaudeant priuilegijs doctorum. n.21.*
22 *Lucrum procuratoris filijfamilias an ſit quaſi caſtrenſe.*
23 *Doctores qui non exercent & incumbunt mercatura non habent priuilegia. & n.24.*
25 *Mercatura quando deroget nobilitati.*
26 *Milites ob uitam inhoneſtam perdunt priuilegia.*
27 *Milites non militantes, ſed parati ad militiam an habeant priuilegia militum. n.28.*
29 *Ignari Doctores non gaudent priuilegijs doctorum, nec nobilium. n.30.*
31 *Approbatus an poſſit reprobari. n.32.*
33 *Reprobatus an iterum approbetur.*
34 *Bartolus laudatus à Baldo pro Doctore ſubſtantiali.*
35 *Baldi ſuſcriptio contra imperitos.*
36 *Seruius Sulpitius ob ignorantiam obiurgatus multum poſtea profecit.*
37 *Saturnini dicuntur doctores abſurdas ſententias proponentes.*
38 *Prouerbium indoctior Philonide Melitenſi.*
39 *Ciceronis dictum contra imperitum Doctorem.*
40 *Carmina contra iuriſconſultum ignarum.*
41 *Doctor neceſſitatis ideſt ſine lege.*
42 *Doctor moneta tonſa, ideſt ſine literis.*
43 *Declaratio carminum Auſonij contra Iuriſconſultum imperitum. n.45.*
44 *Lex Titia, & Cincia contra Doctores accipientes munera.*
46 *Scatinia lex quid contineat.*
47 *Imperitus an poſſit eſſe Iudex, Medicus, & Chirurgus. n. 49. & 52.*
48 *Illiteratus quis debeat dici.*
50 *Indignum promouens an peccet.*
51 *Inſufficientia an ſit cauſa remouendi officialem.*
53 *Peritorum penuria facit admitti minus idoneos.*
54 *Doctores bene ſe gerentes habent priuilegia.*
55 *Priuilegio abutens priuatur priuilegio.*
56 *Praeuaricator in officio perdit officium.*
57 *Priuilegiatus non habet priuilegium ceſſante cauſa ſtudij.*
58 *D. Bernardi exclamatio contra prauos Doctores.*
59 *Concinnatores & redemptores litium, rabulae moratores, latratores, & ueteratores qui ſint. n.61. 62. & 63.*
60 *Canina facundia de quibus dicatur.*
64 *Nulla cauſa mala, quam peritus non faciat bonam an debeat admitti hoc dictum. n.65.*
66 *Munus Aduocatorum dicebatur cauſidicina.*
67 *Aduocati qui inter clariſſimos ponebantur.*
68 *Doctor ex reſcripto, ſeu bulla an gaudeat priuilegijs doctorum n.70. 73. 74. 79. 80. & 82.*
69 *Requiſita ad doctorandum.*
71 *Gradus doctoratus non eſt dandus per ſaltum.*
72 *Priuilegia Militum S. Petri quo ad Doctores creandos.*
75 *Doctoratus à Principe gaudet priuilegijs doctorum. n.77.*
76 *Munus dicitur donum à maiore datum.*
78 *Legatum cum doctorabitur an habeat doctoratus à Principe.*
81 *Priuilegia Doctorum an dentur dignitati, vel ſcientiae. n.83.*
84 *Ciues ex priuilegio an ſint propriè ciues. n.85.*
86 *Filius arrogatus an veniat ſub ſtatuto prohibente filiumfamilias obligari.*
87 *Promotus corruptis doctoribus non gaudet priuilegijs.*
88 *Emens officium eius priuilegio non gaudet.*
89 *Doctor non habens libros non habet priuilegia.*
90 *Doctor indiget multis libris.*

CAPVT CLXXXVI.

MVlta priuilegia Doctorum tàm quo ad immunitates, quàm quo ad alia referun-
1 tur † per *Bart. & Caſtr. in l. medicos. 6. C. de profeſſor. & medic. lib. 10.* Bald. *in l. 1. in princ. col. fin. de iuſt. & iur. Cardin. in clem. 2. de magiſtr. Caſſan. in catalog. glor. mund. conſid. 12. p. 8. & conſid. 24. & 41. p. 10.* Doct. *in l. 1.* C. *de dignitatib. lib. 12.* Verum quia de conſuetudine aliqua priuilegia Doctoribus conceſſa non ad-
2 mittitur, † quae conſuetudo valet ſecundum *Gaſp. Beat. de inop. debitor. cap. 16. nu. 152.* Quo ad ea, quae adhuc ſunt in obſeruantia, cum contigiſſet de nonnullis dubitari Dixi infraſcripta eſſe annotanda.

Primo. Quamuis *Bart. in d. l. medicos.* concludat priuilegia Doctoribus conceſſa ſolùm com-
3 prehendere actu legentes † *Idem Bart. in l. unic.* C. *de mulierib. & in quo loc. lib. 10. cum alijs per* Iaſ. *in l. ad egregias. col. fin. de iur. iur.* Tamen verior eſt opinio etiam quo ad non legentes, dummodò exerceant officium aduocationis; Cum contraria procedant in his, qui nihil agunt, & otijs vacant, vt declarat *Alex. in l. centurio. nu. 17. ff. de vulgar. ſubſtit. & in l. 1.* C. *de dignitat. lib. 12.* Roland. *conſ. 66. n. 36. cum ſeq. lib. 2. Franciſ. Marc. deciſ. 638. p. 1. Felin. &* Anan. *in cap. 1. de magiſtr.* Guid. Pap. *q. 388.* Rip. *lib. 2. reſp.* 20. *in eſp. ciues & incola. Natt.*
4 qui de communi *conſ. 65. per tot.* † vbi etiam *in fin.* ampliat ad fratres, & ſocios bonorum, qui gaudebunt immunitate doctoribus aduocatis conceſſa, & latius *Idem* Natt. *conſ. 1. n. 10. et 11. poſt* Bald. *in addit. ad Specul. in tit. de magiſtr. in fin.* Et idem in vxoribus Aduocatorum, filijs, & eorum bonis concludit *Guid.* Pap. *deciſ. 389. & ibi* Petr. *Matth. in addit. Mar.* Mut. *ſuper conſuetud. panormit. c. 30. nu. 14. vſque ad num. 19. Franc.* Marc. *deciſ. 639. p.* 1. Quidquid aliud fit in caſu, de quo *per* Mandoſ. *conſ.* 100. vbi conſuluit quod lex de ſoluendis taxis per

Docto-

Doctores ſtatus Florentini non comprehendat
Doctores legentes.
Et facit quod dicimus de acquiſitis per filium fa-
5 milias Doctorem ex ſuo patrotinio, † quę ha-
bentur pro peculio caſtrenſi, non ſecus ac illa
quæ acquiruntur per lectorem ex ſuo publico
ſtipendio, & ſalario, *Bart. in l. fori tus. 4. C. de
aduocat. diuerſor. iudicior. Bald. in l. vlt. ad fine
num. 3. C. de inoffic. teſtam. contra Gloſ. in l. cum
opportet. C. de bon. quæ liber.* quam non eſſe ap-
probatam *ex Crot. Surd. Corraſ. & alijs dixi*
6 *ſupra c. 16. num.* 33. † Prędertim cum Aduocati
poſſint etiam dici docere iura inſtituendo cliē-
tulos; & de iure reſpondendo. Nam vt inquit
Cicer. 1. de orat. Domus vniuſcuiuſq; iuriſcon-
ſulti oraculum eſt ciuitatis, quia ciues de rebus
ſuis incerti per eos certi dimittuntur. *Et Bal.
in l. 1. in princ. col. fin. de iuſt. & iur.* appellat
7 quemlibet iuriſconſultum pręceptorem, † ſe-
quitur N*att. conſ. 1. n. 1.* Vbi etiam, quod, magis
debent dari iſta priuilegia Aduocatis cum
iura loquantur de profeſſoribus, quaſi tales
etiam dicantur conſulentes *l. 2. §. iuris ciuilis.
de orig. iur. & diuit. Caſſidor.* nil dignius aduo-
cationis officio, quod peregrinum negotium
ad ſuas trahit moleſtias, vt laboribus ſubueniat
8 alienis, † Ideò etiam ſcholaſtici pro aduocatis
apud iuriſtas accipiuntur, & forenſium cauſa-
rum actoribus *Marcell. Donat. ad Ammian.
Marcellin. lib. 26. fol. 590. per tex. in l. 2. C. de
9 lucr. aduocator. lib. 12.* † Et ſcholaſticus pro de-
clamatore *Plin. epiſt. 3. lib. 1.* Scholaſticus tan-
tum eſt, quo genere hominum nihil, aut ſimpli-
cius, aut ſyncerius, aut melius; nos enim qui in
foro veriſque litibus terimur multum malitiæ
quamuis nolentes addiſcimus.
Secundo cum Doctores, & Aduocati non differāt
in priuilegijs conſequendis, vt dictum eſt, ſe-
quitur vtriſq; concedendam eſſe facultatem ex-
10 pellendi artifices, † & alios eorum ſtudia im-
pedientes, ad quorum fauorem hoc priuilegiū
inductum eſt, cū magis ſe exerceat practicans,
quàm legens theoricas, quaſi finis Doctorum
ſit, vt adſint, qui iura exerceant, & Rēpublicam
regnat, vt in *probem. Inſtit. in fi.* quaſi ſcire in
11 legali ſcientia non ſit propter ſcire, † ſed pro-
pter operari *Bal. in l. 1. col. 1. de iuſt. & iur.* Et
rem ad praxim reducere nihil aliud eſt, quàm
de arbore fructum colligere, vt poſt *eūdem. Bal.*
dicit N*att. conſ. 1. n. 2. verſ. propterea.*
Et quamuis *Vacon. libro primo declarat. iur. ciuil,
capitul. 31.* defendat, quod non poſſint tales
artifices expelli per Doctorum, quaſi ille non
12 ſit pars ciuitatis; † ſicut eſt artifex, cuius
cauſa eſt vtilior; Tamen contraria opinio eſt
verior, quam latè comprobat reſpondens ratio
nibus *per* V*acon. adductit* I*acob. Ben. de priui-
leg. iuriſconſult. priuileg. 69. nu. 3. vſq. ad nu. 9.
& voluit* F*elin. in c. vlt. in in fin. de iudic. lo. de
Amic. conſ. 104. Horat. Luc. de priuileg. ſcholar.
priuil. 46. tom. 17. fol. 87.* I*oann. de Plat. &* L*uc.
de pen. in l. vnic. in fine.* C. *de ſtud. liber. vrb.*
13 *lib. 12. Franc.* M*arc. deciſ. 365. parte 1.* † Ne
per tales ſtrepitus diſtrahantur Doctores ab eo
rum ſtudijs, in quibus vertitur publica vtilitas
Alex. ad B*art. in d. l. vnic. §. itaut vnicuique*
14 *n. 3.* C. *de ſtud. liberal. vrb. lib. 10.* † Prout
etiam dicimus de infirmis, qui habent huiuſ-
modi priuilegium R*ip. in l. dotis. num. 129. ff. ſo-
lut. matrim.* Et de Eccleſia F*elin. in cap. vlt. in
fin. de iudic.* vbi etiam, quod in huiuſmodi
cauſis ob fauorem ſtudij non dabitur appella-
15 tio, † cùm ſtudium non patiatur dilationem
l. fin. de appellat. recipiend. & voluit B*ald. in l.
vnic.* C. *ſi moment. poſſeſſ.* cum alijs per M*ut. ſu-
16 per conſuetud. panormit. cap. 70. num. 27.* †
vbi etiam quod contra tales ſtrepitū facientes,
& malleantes proceditur tempore feriarum
F*ranc.* M*arc. deciſ. 368. n. 7. p. 1.* Quod etiam
eſt in ſimilibus impedimentis, vt in malis odo-
ribus, importuno ſono campanæ ſibilationibus
17 & vocibus infeſtis † A*bb. in c. cum inter. in vlt.
not. de conſuetud.* R*ip. in l. 1. num. 172. & ibi* A*l-
ciat. in fin. ff. ſolut. matrim. Idem.* A*lciat.* P*ererg.
lib. 1. c. 21. Beni. de priuil. iuriſc. p. 3. priuil. 69.
n. 12. & 13.*
Quæ tamen ſunt intelligenda, quando Doctor præ
18 uenit eum, quem vult expellere de vicinia, †
aliàs ſecus, cum cauſa præuentionis tanquam
potiſſima in iure ſit conſideranda A*bb. in c. vlt.
ad fin. de iudic.* M*enoch. de arbitrar. caſ.* 237.
*num. 7. & 17. per tex. in l. 2. §. ſi quis nemo. ff. ne
quid in loc. publi. l. qui balneum. 9. & l. qui po-
tior. 11. ff. qui potior. in pign. habeant.* & ita
practicari dicit C*oler. de proceſſ. exequut. par. 1.
c. 4. n. 8. in fin. verſ. quam theoricam* M*ar.* M*ut.
ſuper conſuetud. panormit. c. 33. nu. 53. poſt* R*ip.
in l. 1. ff. ſolut. matrimon.* Exemplo perſonæ ho-
neſtę, quæ domum conduxit in loco, in quo non
aderant niſi infames, cui non dabitur facultas
illos expellendi ratione eorum præuentionis,
19 vt per M*ut. ibid. n. 52.* † Quamuis in caſu, in
quo Doctor alibi commodè habitare non poſ-
ſet, expelleretur etiam faber, qui eundem Do-
ctorem præueniſſet, vt *per.* M*enoc. de arbitr. caſ.
237. n. 24.* vbi etiam multos alios caſus diſtin-
guit circa huiuſmodi expulſiones.
Tertio idem eſſet in procuratoribus de Collegio.
20 Quamuis enim † R*oland. conſ. 66. nu. 36. lib. 2.*
velit non dari priuilegia doctorū illis, qui exer-
cent officium procurationis, tanquam illud ſit
vile, & concedatur etiam infamibus I*aſ. in rub.
C. de procurator. l. vniuerſas. C. de decurion. li. 10.*
Tamen aliud eſt dicendum in Doctoribus pro-
21 curatoribus approbatis, † & admiſſis in Col-
legio requirente numerum certum perſonarum
vt in Curia Parlamenti, in Regno Caſtellæ,
& Luſitanię, & in Curia Romana, Principis,
& Regis, tales enim propter huiuſmodi mu-
nus non perdunt nobilitatem, & cenſentur
22 idonei moribus, & ſcientia; † Ideo etiam eo-
rum lucrum, & ſalarium dicitur peculium Ca-
ſtrenſe, quemadmodum eſt illud Aduocati filij-
familias, quidquid aliud ſit in cæteris procura-
toribus non de collegio vt ex R*imin.* T*iraquel.
Calder.* B*ertazol. & alijs dixi ſupr. c. 56. nu. 38.
& 39.*

Digitized by Google

& 39. vbi etiam de procuratoribus , & nota-
rijs Principis, & Illuſtrium perſonarum , cum
alijs *per Veſtr. in prax. lib. 2. tit. de procur.
cauſar. ſacr. palat.* Iacob. *Ben. de priuil. iu-
riſconſult. p. 2. in princ. n.* 12.

Quarto prædicta non habent locum in Doctori-
bus , qui nec actu legunt , nec munus aduoca-
23 tionis non exercent , † ſed ſua vocatione reli-
cta alienis negotijs , & rebus ad ſui gradus di-
gnitatem non pertinentibus ſe immiſcent, vt in
ſpecie concludit *Matth. Coler. de proceſſ. exe-
cutiu. p.* 1. *c.* 6. *n.* 151. Ideo ſi mercaturam exer-
cerent non eſſent eis d. priuilegia concedenda,
24 quaſi dignitas hoc nõ compatiatur † *l. ne quis
ex corpore.* C. *de aduocat. diuerſor. iudicior. l.* 3.
C. *de commerc. & mercator.* Sicut etiam mili-
tes negotiatores priuilegijs militaribus ſpo-
liantur *l. vnic.* C. *negotiator. ne militent. lib.*
11. Siue per ſe ipſos huiuſmodi exercitio vacent
A*lber. in l. humilem.* C. *de inceſt. nupt.* ſiue per
alios S*trac. de mercat. p. 1. n. 66. Iacob.* Ben.
de priuileg. iuriſconſ. p. 2. in princ. n. 14. verſ.
25 *declaratur ſexto.* † Et quando mercatura de-
roget nobilitati multa T*iraq. de nobilit.* A*im.
conſ.* 163. *n.*2. vbi quod non perditur in nego-
tiatione proprij frumenti , vini , & olei A*bb.
conſil.*6.*in* 2.*dub. lib.*1. D*ec.in c.*E*ccleſia* S.Ma-
riæ .col. pen. de conſtit. Dummodo tamen ad
vlteriora non procedatur miniſtrando victum ,
& alia, de quibus per A*im.d.conſ.* 163. *n.*3. Iſti
enim æquiparantur illis militibus,& nobilibus,
qui degenerando à virtutibus ſuorũ progenito-
rum pro Republica non occupantur , ſed tan-
tum ſua,& aliena diſſipando per plateas ambu-
26 lant tumultuando, † & alia inhoneſta commit-
tendo, qui ideo merito non gaudent priuilegijs
militum C*in. in l. 1. q.6. nu.* 11. C. *de iur. &
fact. ignor.* C*aſtr. in l. ſancimus.*8. *n.* 2. C. *de
reſtitution. milit.* A*lber. in l. militem. 7. n.* 1.
C. *de procurat.* Quaſi ob turpitudinem vitæ ,
quam elegerunt hoc eis ſit denegandum *arg.
l.quoties.*17.C.*de dignitatib.lib* 12.*l.ſi qua.*2.C.
de ſecund.nupt. B*ald. in l. ſenatoris filia.*47. *de*
27 *rit. nuptiar.* † Quamuis ſi vitam honeſtam
traherent ,licet non eſſent actu militantes me-
rerentur priuilegia militibus conceſſa , dum-
modo pro ſeruitijs militaribus obeundis,quan-
documq; requirantur , ſint parati ; Iſti enim,&
ſi non ſemper actu militent , tamen potentia,&
habitu milites ſunt,ac omnibus momentis,qui-
bus ſeruitia exiguntur, Domino militare co-
guntur , & ita quaſi in perpetuo ſedent procin-
ctu , & apparatu cum armis , equis , & famulis
ad ſeruiendum Domino , prout declarat B*ald.
in l.* 1.C.*de his qui ven. ætat.r.poſſ.* cuius opinio
eſt ſeruanda tanquam magis æqua , vt teſtatur
C*oler.de proceſſ.executiu. p.* 1. *c.* 6. *n.* 152. con-
tra B*art. in l. ex eo .*42. *de militar. teſtam. &*
28 B*run. de ceſſion. bonor.* 11.*q.* 4.*q. princip.* † cũ
non videatur eſſe differentia inter actu militã-
rem , aut eum , qui paratus eſt ad defenſionem
Regis quoties neceſſitas popoſcerit S*alic. in
l.* 3. *nu.*9. C. *de iur.& fact. ignorant.* Quæ an
habeãt locum in Doctoribus actu non exercen-
tibus,paratis tamen exercere,dicam infra Deo
dante in capite particulari , vbi etiam latius
de veritate dictæ opinionis quo ad milites po-
tentia , & habitu militantes .

Quinto Idem eſſet in Doctoribus ignaris , & qui
nomine tantum ſunt Doctores vulgò appellati
29 dottorelli,† illis enim etiam denegãtur ſupra-
dicta priuilegia D*octor. in c. clerici. de iudic.*
A*lciat. de verb. ſignific. lib.* 1. *fol.* 6. R*oland.
conſ.* 66. *n.* 40. *lib.*2. A*nchar. in c.* 1. *de paroch.*
F*elin. in rub. de magiſtr. in fin.*. M*enoch. de
arbitr. caſ.*379. *n.* 12. cum alijs per I*acob.* B*en.
de priuileg. iuriſconſult.p.*2.*in princ.n.*2. R*ebuff.
de nominat.q.*21.*nu.*12. *verſ. & talis doctor in-
doctus.* Cum tales neque gaudeant priuilegio
30 nobilium † N*att. conſ.* 65. *ad med. verſ. & ad
deriſionem .* cum requiratur in illis peritia , &
ſufficientia , nam Reipublicæ gubernacula per-
ſonis tantum idoneis ſunt credenda *l. vt gra-
datim.* 11.*§.*1. *ff.de muner. & honor.* Cum etiã
tales,quamuis ſint approbati,ex ſuperueniente
31 cauſa reperti indocti poſſint reprobari † B*ald.
in l. ſed & ſi reprobari.* 7. *in princ. de excuſat.
tutor.* R*ebuff. de nominat. q.* 21.*nu.*12. *ad med.*
B*oer. decis.*149. *nu.*16. propter publicam vtili-
tatem,ob cuius fauorem hoc permittitur, quã-
uis ſit illis ius quæſitum , exemplo Medici , &
aliorum de quibus dictum eſt *ſup. c.* 167. Et
refert N*icol. de* Neapol. *in d. l. ſed & reproba-
ri* . cuius lectura habetur poſt B*art. ibid.* quod
in Regno Archiepiſcopus Capuanus redeuntes
Doctores ad patriã iterum faciebat examina-
32 ri,† & inhabiles repertos reprobabat, q etiam
notat P*etr. Lenauderius de priuileg. doctor.p.*1.
*q.*9. *n.* 35. *tom.* 18. *f.* 5. M*ar.* M*ut. ſuper con-
ſuetud. panorm. c.* 68. *nu.* 22. Prout etiam ſunt
iſti Doctores ex reſcripto ſeu bulla vulgo dicti
de camera,qui neq; gaudent priuilegijs Docto-
rum A*lex. in l. centurio.* 15.*n.*10.20. *&* 21. *de
vulg. & pupill. ſubſt.* C*oler. de proceſſib. exe-
quut. p.*2.*c.*3. *nu.*135. quod quando , & quibus
caſibus procedat dicam latius infra in hoc eo-
33 dem capite in octaua concluſione . † Pote-
runt tamen iſti Doctores ob inſufficientiam re-
probati iterum approbari ceſſante ignorantia
quidquid aliud ſit in priuatis ex delicto F*el. in
c.ex literis. nu.*19. *de conſtitut.* I*aſ.in l. barba-
rius. n.*60.*de off. prætor.* D*ec. in c. vt noſtrum .
nu.*4.*de appellat.*cum alijs per I*acob* B*enium de
priuilegijs iuriſconſult. p.*2. *in princ.n.*4.

Curare igitur multum debent, qui huiuſmodi
Doctoratus gradum ſuſcipiunt , vt incumbant
ſtudijs , & proficiant , ne de tali imperitia no-
34 tentur , † prout contra iſtos doctorellos mul-
tum inuenit B*ald. conſ.* 42. *mirati ſunt aliqui.
& conſ.*44. *iſte dominus. lib.*2.Vbi etiam quod
debemus ſequi B*art.*qui non erat Doctor phan-
taſma , ſed ſubſtantialis, Et ibi eſt annotanda
eius ſubſcriptio ad d. conſ. dum dicit Baldus
35 de Perusio ignorantiæ inimicus , † alienæ ini-
miciſſimus , ſuæ paratus corrigi à quocunque,
& correctiones patiens libenti , ac humili ani-
mo,

mo, quia ignorare non eſt vitium, ſed natura
l.ſiubum.de legat.3.

Et Seruus Sulpitius obiurgatus à Quinto Mutio
36 tanquam ignorans ius, † in quo verſabatur, &
eum pluries eundem de iure reſpondentem non
intelligeret tactus ea contumelia dedit operam
iuri ciuili, & plurimum inſtructus euaſit, itaut
in cauſis orandis primum locum poſt Marcum
Tulliū obtinuerit *l. 2. §. ſeruius. ff. de orig. iur.*

Vnde *Vulpianus.in l.1.ff.de ſenator.* notat Saturninum quendam tanquam auctorem nuſquam
37 relatæ, nec receptæ ſententiæ: † Quare *Bald. in l.1.C. de ſacroſ. eccleſ.* eos qui opiniones abſurdas conſectantur Saturninos vocat. Et *Paulus in l.1.ff. ex quibus cauſ. pign. tacit. contrab.* Neruam iuriſconſultum deriſum ait, quod im-
38 peritè de iure reſponderit. † Et notum eſt illud prouerbium, indoctior Philonide Melitenſi, Is enim, cum magnus erat, tum indoctus, & porci inſtar *Suidas*. Et tales Doctores vocantur fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur, & aſinæ Balaam comparantur, doloreiq; dicuntur, vel doctores in culina ſecundum *Rebuff. de nominat.q.21.nu.12.*

Et C.Pupilius ſtupidus, & ignarus, cùm tamen iuris peritus videri vellet, citatus in quadam cōtrouerſia tanquam teſtis, reſpondit, ſe nihil ſci-
39 re, † Cui tunc Cicero. Putas fortaſſis te de iure interrogari.

Plutar. in Rom. apopb. Alij tamen hoc P. Conſæ reſponſum à Cicerone putant.

Quare Poeta ille in quendam Iuriſconſultum impe-
40 ritum ſic ludit. †

Quod voco te iuris doctorē vtriuſq; ſuperbis?
At de ſorbilibus iuribus ipſe loquor.

Idem de eodem mutatis numeris.

Quod iuris vtriuſq; te vocauerim
Peritum, honorem ne tibi dari puta,
Vnde inſoleſcas, atq; ſumas cornua,
Peritiorem cenſeo meam coquam,
Et iuſculorum, & plurimorum iurium,
Sint illa, ſiue carnium, ſeu piſcium;
Vorare tu tantum, illa, & apparare ſcit.

Vulgatum eſt etiam illud adagium, Doctor ne-
41 ceſſitatis; ideſt ſine lege, † cum neceſsitas non habeat legem, neque illi ſubijciatur *c.2.* & ibi *gloſ. in verb. puniendos. & in verb. neceſsitas. de obſeruat. ieiun. c. quod non eſt. 4. de regul.*
42 *iur.c quanto ad fin.de conſuet.* † Et aliud ſimile prouerbium, Doctor moneta tonſa, ideſt ſine literis, cum tales monetæ literas non habeant.

Et ad rem faciunt verſus illi Auſonij contra ſimi-
43 lem Doctorem imperitum, † In quorum explanatione quia multi varia, & diuerſa ſcripſerunt, requiſitus volui verum ſenſum annotare.

Iuriſconſulto cui nubit adultera coniux
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit;
Quæritis vnde ſit hæc diſtantia; ſemiuir ipſe
Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

Ludit autem Iuriſconſultum Poeta; Nam cum lege Papia propoſita eſſent præmia ijs, qui vxores duxiſſent, placuit hæc lex Doctori iuxta illius voluntatem nubenti; Sed è contra lex Iulia diſplicuit tanquam pœnam adulteris imponens, quaſi ipſe delectaretur vxoris adulterijs; Inſuper cum parum pudicè viueret erat obnoxius pœna legis Scatiniæ proſequentis eos, qui muliebria patiuntur, ideo eam timebat; Verum cum propter eius imperitiam nemo eo patrono vti vellet, non erat, quod metueret legem Titiam, quaſi cum nullus muneribus, & donis coleret, nam per eandem legem Titiam prohibebantur Aduocati munera accipere, & ita huiuſmodi carmina exponit *Vlricus Zaſius Brigantinus in catalogo legum antiquar. ad leg.*
44 *Cinciam de donis & munerib. tom.1.fol.255.* † Et quamuis aliqui exiſtiment legendum eſſe Cinciam, non Titiam, cum per legem Cinciam caueretur, ne ob cauſam orandam Patroni pecuniam, ſeu donum acciperent *Liu.lib.34.Tacit.lib.15.Cicer.de ſenect. & 2. de orat. & 1. ad Attic.* Tamen verius eſt vtramque fuiſſe latam ob eandem cauſam, cum verba Auſonij non poſsint ex Titia, in Cinciam mutari ob carminis rationem; Tum etiam quia de ea meminit *Tacit.lib.11.* Cōſurgunt, inquit, Patres, legemq; Titiam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam pecuniam, donumue accipiat, & ſequitur *Zaſ. in d. catalog. leg.antiq. ad d. leg. Cinciam.* & ibi etiam hoc notat *Ludouic. Charond. in addit.* & comprobat *Alciat.lib.10.Parerg.cap.6.& in annotat. ad Tacit. lib. 11. Marcell. Donat. ad Sueton. Tran-*
45 *quill. in Nerone cap.17.* † Vbi etiam eoſdem verſus Auſonij interpretatur, quos paucis mutatis ſimiliter exponit *Theatr.vit. human.num. 2171.poſt tit. proſtitutores, & lenones de maritis qui proprias vxores proſtituerunt. vol.7. lib.3. Alciat. lib.10. Parerg. cap.6. & in annotat.ad Tacit.lib.11.* & ſubtilius explicat etiam
46 *P. Pithæus. lib. 2. aduerſarior.* † Et de lege Scatinia, quæ aliàs Scantinia vocabatur *Quintil.lib.4. & 7. oratoriar. inſtit. Sueton. in Domitian. Iuuen. ſatir. 6. Cicer. in Epiſtol. Zaſ. in catalog. leg. antiq. ad leg. Scatiniam. tom.1. fol. 265.* vbi quod antea imponebatur pęna pecuniaria, cum poſtea ob magnitudinem ſceleris à Chriſtianis Imperatoribus ad vltimum ſupplicium fuerit ampliata, cum alijs de quibus *in l.cum vir.C.ad leg.iul.de adulter.*

De iiſdem carminibus Auſonij meminit *Cuiac. lib.6.obſeruat.cap.18.nu.25.* vbi tenet non fuiſſe aliam legem Titiam, quæ idem interdiceret oratoribus, quod ex lege Cincia, cum Auſonij locus ſit de Iuriſconſulto, non de oratore, de quo lex Titia non loquitur, ſubdēs etiam apud *Tacit. lib. 11.* non rectè legi Titiam, cum ſit reſpondendum Cinciam, Sed quoniam nihil aliud adducit, non eſſet à ſupra firmatis diſcedendū.

Sexto ex prædictis ſequitur veriorem eſſe opinio-
47 nem quod imperitus, † & illiteratus non poſſit obtinere munus iudicandi *auth. de iudicib. in princ.uerſ.non enim exiſtimauimus.* Vbi *Gloſ.in verb. habere.* intelligit tam in Ordinario, quàm in Delegato; Quidquid aliud ſit inter milites,

quibus

Digitized by Google

quibus tantum hoc permittitur, non inter alios
l. magiſterie. 6. C. de iuriſd. omn. iudic. Et licèt
poſtquam fuit multum anceps, & dubius cõtra-
rium ſequatur Menoch. conſ. 100. nu. 243. lib. 1.
Tamen non eſt diſcedendum à ſupradicta ſen-
tentia tanquam veriori ſecundum Bald. in l.
vlt. q. 26. C. de haredib. inſtit. Io. Fab. in §. ſimi-
liter. inſtit. de excuſat. tutor. Natt. conſ. 244. n. 3.
latè Corraſ. miſcellan. iur. lib. 5. c. 29 Doctor. in
l. certi iuris. C. de iudic. & in c. ſciſcitatus. de re-
48 ſcript. † Omiſſa illa interpretatione, quod illite-
ratus debeat intelligi de eo, qui omninò literas
ignorat, neque ſcit legere, aut ſcribere, cum ve-
rius ſit in ſpecie noſtra imperitum illum dici,
qui leges non didicit, & in eis non eſt verſatus
Menoch. conſ. 100. nu. 244. verſ. ſecundo admiſſo.
& probat tex. in auth. de iudicib. in princ. verſ.
49 non enim. & ibi gloſ. in verb. qui ex ſe. † vbi am-
pliat ad Medicum, Chirurgum, Aduocatum, &
ſimiles l. 2. de poſtul. l. illicitas. §. ſicuti. de offic.
prator. §. 1. auth. de ſanctiſs. epiſcop. l. ſi quis ex
argentarijs. §. prator. ff. de edend. Cum etiam
non habens peritiam, quæ in eo exigitur ſit in
50 culpa l. 2. ff quod quiſq; iur. † Itaut etiam pec-
cet, qui indignum promouet D. Thom. 2. 2. q.
63. Tiraq. de nobilit. c. 6. nu. 25. ad med. verſ. di-
cunt tamen. Et de indignis non eligendis, ſed
ſapientibus, & induſtrijs, & de illorum qualita-
tibus, & quãdo minus idoneus poſtponatur ma-
gis digno, & peccẽt eligentes cum ſimilibus la-
tiſsimè Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan. 33. vſque ad
51 deciſ. 40. n. 1. vſque ad nu. 392. † Et quod inſuf-
ficientia præbeat iuſtam cauſam remouendi of-
ficialem ab exercitio ſui officij eſt tex. in c. quã-
uis triſte. 7. q. 1. Boer. Alciat. Bellug. & alij per
Menoch. praſumpt. 86. lib. 2. & de arbitrar. in
addit. q. 55. lib. 1. n. 29. Et de Doctore ſemel ap-
probato, qui repertus inhabilis poteſt reproba-
ri propter publicam vtilitatem multa adducit
Petr. Lenauder. de priuileg. doctor. p. 1. q. 9. n. 35.
tom. 18. fol. 5. poſt Abb. & alios in c. 1. de magiſt.
Et faciunt quæ dicuntur de Epiſcopis, & ſimi-
libus, qui poſſunt cogi renunciare ob defe-
ctum ſcientiæ, quicquid alijs prohibeatur In-
noc. Hoſt. & Butr. in c. niſi. de renunc. Abb.
in c. vlt. in princ. de atat. & qualit. Felin. in
c. ſi quando. nu. 15. de reſcript. latè Pariſ. de reſi-
gnat. benefic. lib. 5. c. 3. nu. 83. cum ſeq. cum im-
peritia ſit maior cunctorum malorum c. igno-
rantia. diſt. 38. & ideo eſt vitanda Dec. in c. cum
in cunctis. nu. 11. de elect. Bald. in c. congregato.
col. vlt. eod. tit. Illiterati enim æquiparantur cę-
cis, animalibus, corpore diminutis, mortuis, &
ob id non poſſunt ordinari, & monſtrum, & op-
probrium in Eccleſia Dei reputantur, ſunt in-
capaces beneficiorum, & collatio eis facta eſt
nulla ipſo iure, Ideo ſunt exoſi magis, quàm ho-
micidæ, & ſunt irregulares, & non tolerandi:
Itaut indignè promoti mereantur decapitari,
vt omnia prædicta multis comprobat Pariſ. de
reſignat. benefic. lib. 5. cap. 3. n. 68. vſq. ad n. 101.
ſequitur Hieron. Gonzal. ad reg. 8. cancellar.
gloſ. 4. nu. 37. vſque ad nu. 60.

Excipietur tamen à prædictis caſus electionis fa-
52 ctę per Principem de indigno, & imperito; † ſua
enim iudicia Principes improbari nolunt, im-
mo ſacrilegij inſtar exiſtimant in dubium reuo-
care, an is dignus ſit, quem Imperator elegerit
l. ſacrilegij inſtar. 5. C. de diuerſ. reſcript. l. 2. C.
de crimin. ſacrileg. Vnde tales ex certa Prin-
cipis ſcientia poterunt ſubire munus iudicandi
quaſi Princeps de eorum legalitate confidat, po
terunt enim conſulere peritos, ſi in cauſa iudi-
care neſciuerint, & ſic tanquam habiles, & ido-
nei ſunt reputandi l. quidam conſulebant. de re
iudic. gloſ. in auth. de iudicibus in princ. in verb.
habere. & in d. l. 2. in verb. elegerit. C. de crimin.
ſacrileg. l. vniuerſis. 6. C. de precib. imper. offe-
rend. l. imperialis. 23. C. de nupt. Iaſ. in l. certi iu-
ris. nu. 5. C. de iudic. Menoch. conſ. 100. nu. 254. &
255. lib. 1 Tiraq. de nobilit. cap. 6. nu. 24. Cephal.
conſ. 103. nu. 165. Vldaric. Zaſ. in ſuis intellect.
ſingular. ad l. quidam conſulebant. de re iudic.
verſ. quod non minor. lib. . fol. 190.
Idem quoties Reſpublica, vel Eccleſia idoneorum
hominum penuria laborat, tunc enim etiam
minus idonei muneribus obeundis admouen-
53 tur; † Neceſſitas enim multa fieri ſinit, quæ
alioquin crimine non vacarẽt c. 4. de regul. iur.
Cum melius ſit præfici minus idoneos, quàm
omninò nullos l. 3. §. ſpurios. de decurion. Ideo
quamuis minores propter rerum imperitiam
à Reipublicæ gubernaculis arceantur l. 2. in
princ. de vacat. & excuſat. muner. Ariſt. 3. ethi-
cor. cap. 3. Tamen hoc remittitur ob penuriam
ciuium idoneorum l. 2. & ibi gloſ. in verb. non
eſt. C. qui atat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. l. vt
gradatim. 11. & ibi gloſ. in verb. infringitur. ff.
de muner. & honor. Dummodò non ſint impu-
beres, quibus nõ tantum tribuitur, vt ad hono-
res Reipublicæ poſſint admitti l. 2. in fin. ff. de
iur. immunit. & multis ſimilibus comprobat
Radulph. Forner. lib. 5. rer. quotidian. c. 10. fol.
89. vbi etiam de vilibus perſonis, & qui nego-
tiantur vtenſilia, quos inhoneſtum eſt eligi in
ordinem Decurionũ, niſi penuria aliorum hoc
ſuadeat l. eos. 12. & ibi gloſ. in verb. petere. ff.
de decurion. Cum etiam in locis paruis, & mi-
nimis præponantur non ſatis idonei, Itaut quã-
uis aliàs pro decreto Iudicis præſumatur, non
tamen ſit præſumendum pro eo, quod interpo-
nunt pedanei Iudices, & Magiſtratus minores,
vt notat Bald. in l. tutores. ff. de confirm. tutor.
Marſil. ſing. 438. Et referunt multi Iaſonem
deſtinatum fuiſſe à Duce Mediolani ad guber-
nium cuiuſdam pagi, quem ægreferẽtem, & ad-
mirantem talem iuſsionem, idem Dux per io-
cum monuit, vt quandoq; imperitos approba-
ret, quos ſimilibus locis poſſet præponere, Ia-
ſon enim tunc temporis reprobauerat quẽdam
ignarum fauore Ducis potius, quàm literis, &
præceptis iuris ciuilis imbutum.
Septimò requiritur, vt Doctores vtiliter, & bene ſe
54 gerant, † alioquin non eſſet locus huiuſmodi
priuilegijs Bart. in l. 1. n. 1. & 2. C. de profeſſor.
& medic. lib. 10. Felin. in c. 1. nu. 5. de maiorit. &

obe-

obedient. *Matth.Coler.de proceſſib.execut.cap.3.*
p.2 n 116.in fin.verſ.& illud. Cum iſta officia
debeant exerceri ad dilucidationem iuſtitiæ,
non ad ſubuerſionem veritatis *Mut. ſuper con-*
55 *ſuetud.panormit.c.68.nu.29.* † Idem in his quĕ
priuilegio abutuntur illo enim priuantur.*pla*
cuit.c.plerumq;c. priuilegium.11.q.3. ſaltem
pro ea parte, circa quam contra priuilegium
peccant *Felin.in c.cum acceſſiſſent n.29 de con-*
ſtitut.per l.voluntaria.12. C.de excuſat. tutor.
l.1.§.trebatius.de acq.quotid. æſtiu. *Tiraq.de*
56 *nobilit.c.33 n.4.* † Cum etiam prænaricatio in
offitio ſit cauſa,vt quis ab illo rmoueatur *Ro-*
man.conſ.467.in fin.Menoch.de arbitrar. lib.c.
q.55. in addit.nu.28. Idro meminerint omnes
priuilegiati ſe continere intra metas ſuæ voca-
57 tionis,† ne contraueniendo ſuis officijs,& ſtu-
dijs veniant deinceps aduerſus eorum priuile-
gia,quæ ceſſant deficiente cauſa ſtudij,& officij
Coler.de proceſſib.executiu p.2,cap.3; num.162.
Quare *D.Bernard.in lib.de conſiderat.* multum
contra tales exclamat dum inquit. Miror quē-
admodum aures diuinæ poſſunt huiuſmodi di-
ſputationes aduocatorum, & pugnas verborū
58 audire, † Corrige Deus prauum morem, præ-
cidè linguas vaniloquas,& labia doloſa claude;
Hi ſunt qui linguas ſuas docurrunt loqui men-
dacium,diſcreti aduerſus iuſtitiam,eruditi pro
falſitate,ſapienres, vt faciant malum, eloquen-
tes,vt impugnent verum, hi ſunt qui inſtruunt
à quibus fuerunt inſtruendi, aſtruunt non com-
perta, ſed ſuas ſtruunt calumnias, innocentiæ
deſtruunt veritatis ſimplicicatem.& obſtruunt
iudicis vias. Et multa de iuriſconſultorum er-
roribus,& aliorum *Tiraq.de nobilit.c.31.n.532*
vſq:ad n.541.

Et de iſtis concinnatoribus, & rrdemptoribus li-
59 tium † eſt *tex.in l.quidquam 9. §. circa.de off.*
proconſ. Qui etiam olim vocabantur tabulæ, &
moratores *Guiac.obſeruat.li.4.c.40.* Vbi etiam
poſt *Aſcon.* obturbatores interpretatur ſordi-
dos cauſidicos, & Aduocatos, qui adhibe-
bantur ad moram faciendam, ideo Moratores
60 dicti quorum caninam facundiam appellabāt†
Prudent. in Hamartigenia. Saluſt. Iul. Firmi.
Lactan.& aly.per Guiac.d.c.40. Et Gregem ra
bularum dixit *Varro.* auctore Nonio Mar-
61 *cello.* vel quod ſint parati † ad radendum quid
auferendumq;ſecundum *Feſtum*, vel à radendis
auribus, quod radant,& offendant aures,& vt
ait *Quintil.* nimia verboſitate feriant. Ideò
Cicer.in orat. Quaſi rabulæ, inquit, qui ſibi di-
ſerti non videntur,niſi omnia tumultu,& voci-
feratione concuſſerint *Et ibid.* Non enim Cau-
ſidicum neſcio, quem neque proclamatorem,
aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus.
62 Et latratorem,† & rabulam vocat etiam *Quin-*
til.lib.12.c.9. ſuper omnia perit illa,quæ pluri-
mum oratori, & authoritatis, & fidei affert
modeſtia, ſi à viro bono in rabulam, latrato-
remq; conuertitur, Hinc etiam *Cicer. de orat.*
monet non quærendum eſſe declamatorem ali-
quem de ludo, aut rebulam de foro, ſed doctiſ-
Diſceptation.forenſ.
63 ſimum,& perfectiſſimum.† Et veteratores etiā
dicebantur propriè ſecundum *Bud.* Aduocati
illi;qui profitentur eam ſe artem ſcire, atque
exercere,qua inferior ſuperior euadere, vel re-
clamantr æquo, bonoq; poſſit; Vnde vulgatum
64 illud dictum: † Nulla cauſa adeo mala, quam
peritus Aduncatus non poſſit bonam facere.
Gloſ.in l.quod ſi nolit § ſi mancipium.de edil e-
dict. Quod multum redarguendum eſſe dicit
Claud.ad Bertaz conſ.crim.in.406. ver.ſed quid
65 *dicemus lib.2.*† Cum non detur in iure iſta pe-
ritia, qua patronus hoc poſſit facere. Meritò
igitur deneganda ſunt iſtis priuilegia Doctorū;
cum neq;debeant appellari Aduocati,ſeu Cau-
ſidici.Patroni,vel Oratorrs,& Togati, quaſi ea
appellatione abutantur. Hæc enim nomina ſolū
66 conueniunt probè diſertis,† quorum munus e-
tiam cauſidicina dicebatur ab *Ammiano.lib.30*
& Theod.l.188.C.the.de de.ucion. Ea forma,qua
Tertul.lib.de pallio. dixit iuridicinam,& *Apul.*
li.7. iudicinam *Guiac.lib.4.obſeruat.c.40.* Idrò
comprobata fide aduocatorum dabatur illis a-
67 ſcenſus ad maiores honores, † connumerando
eos inter clariſſimos *l.1.C.aduocat.diuerſ.iudi-*
cior.dixi ſup.c.184.n.18.cum ſeq.

Octauo, & vltimo quo de priuilegijs Doctorum
dicuntur accipienda ſunt de promotis, & rece-
68 ptis legitimo modo, † ſecus in illis, qui non
ſunt inſcripti in matriculam alicuius facultatis
in Academia publica, vel habent gradum Do-
ctoratus ex reſcripto,ſeu bulla *Alex.in l. centu-*
rio.16.n.10.20.& 21. de vulg. & pupil. Matt.
Coler.de proceſſib.executiu.c.3.p.2.n.135.f.483.
vbi quoque ponit multa requiſita ad creandum
69 Doctorem, † de quibus etiam per *Mar. Mut.*
ſuper conſuetud.panormit.c.68. nu.23. vſque ad
n. 26. latè Petr. Lanauder. de priuileg. doctor.
p.1.q.3.4.tom.18.fol.4. Et quod iſti Doctores
ex reſcripto nō gaudent huiuſmodi priuilegijs
70 concludit † *Guid. Pap. deciſ. 88. ſed quæro an*
domin.in fin.nu.3. verſ.ſed an præmiſſa. & de-
ciſ.388.quo vero. n.10.verſ.ſed an recipiens per
tex.in l.ſi ita quis.§.fin.ff.de delegat.2. & voluit
etiam *Io. Fab. in §. reſponſa. inſt. de iur natur.*
71 *gent.& ciuil.* Doctor enim debet gradatim,
& non ſatyrice,ideſt per ſaltus promoueri,alias
non gaudet priuilegio *gloſ.in l.nemo.8.in verb.*
monſtrantur. C. de aduocat. diuerſor. iudicum.
Add.ad Guid.Pap.d.deciſ.388.in verb. ioannes.
Idem etiam ſequitur *Rebuff. de nominatíon.*
q.10. num. 4. verſic. ex quo infertur quod gra-
duatus. vbi quod aſini qui non poſſunt ſumere
gradum ratione ignorantiæ in vniuerſitatibus
famoſis, illum recipiunt à Comitibus Palati-
nis; Ideò tales bullati non ſunt maioris mo-
menti,quàm bulla,neque habentur pro Docto-
ribus,& tanquam cæci à cæcis ducuntur, cum
ſint ignari litterarū, & ſæpe neſciant ſcribere,
72 aut legere,† prout ſunt Milites multi S.Petri,&
S. Pauli qui habent etiam huiuſmodi faculta-
tem per priuilegia, quę continentur in officijs
per eos emptis, vt per *Mandoſ.reg.13.q.7.n 8.*
73 Quod etiam † voluit *Thom. Parpal. in repet.l.*
Stephani Gratiani.

placet. col. 20. *C. de ſacroſ. eccleſ.* *Iaſ. in l. ſi quis*
maior in fin. C. de transaction. *Dec. in c. clerici.*
de iudic. Rom. in repet. l. ſi uero. §. de viro. colum.
9. fall. 9. ff. ſolut. matrim. *Iacob. Ben. de priuileg.*
iuriſconſult. p. 2. in princ. nu. 6. verſ. declaratur.
tertio vbi etiam allegat conſtitutionem *fel. rec.*
Py V. ſuper promouend. ad doctor. per quam
tales nulla gradus prærogatiua frui poſſunt, aut
debent quo ad dignitates, ceteraq; beneficia ec-
cleſiaſtica, quaſi dicatur per abrupta aſcenſum
74 petere *c. ſicut. 48 diſt. c. legimus. 92 diſt.* † & in
Hiſpania prædictos non haberi pro graduatis,
prout neq; in Regno Franciæ docet *Rebuff. d. q.*
10 n. 4. de nomination.

Verum in illis, qui recipiunt gradum Doctoratus
75 à Papa, ſeu Principe aliud eſſe ſtatuendum, †
cum iſti gaudeant priuilegijs Doctorum, & præ
cedant etiam alios in quibuſcunq; collegijs gra
duatos *Martin. Laudenſ. de dignit. §. 20. Soc. in c.*
qualiter & quando. not. 3. de accuſ. Boer. de au-
ctor. magn. conſ num. 88. & 92. Mut. ſuper con-
ſuetud. panormit. c. 68. n. 26. Nam ad Principem
ſpectat dare gradus, & dignitates, ac erigere, &
reprimere *Bart. in l. magiſtros. C. de profeſſor. &*
medic. lib. 10. Bald. in capit. 1. quis dicat. dux vel
march. lo. Fab. in §. reſponſa. nu. 2. inſt. de iur.
nat. gent. & ciuil. Dec. conſ. 563. in caſu num. 1.
76 *Ang. in l. 1. C. de ſent. paſſ.* † Maior enim iſtis
debetur honor ratione electionis tanquam fa-
ctæ à maiore, cum etiam maius ſit donum, & ef-
ficacius à maiore datum *gloſ. in l. reſtituendæ.*
6. in verb. iudicati C. de aduocati. diuerſor. iudi-
cum. & in l. 2. in verb. conſecuti. & ibi Franc.
Trigin. & Alex. de alb. ſcrib. Dummodo cum
77 rigore examinis lauream fuerint adepti, † ſecus
ſi ſimplici Principis verbo *Caſſan. in catal. glor.*
mund. p. 10. conſider. 37. Socin. in cap. qualiter. il
2. in 3. notab. de accuſat. Exemplo legati facti
alicui cum doctorabitur, quod non debetur ei
78 qui ſolo Principis verbo Doctor crearetur, † cũ
intelligatur præcedẽte cõgruo examine *Iaſ. in*
l. ſi quis maior. n. 30. C. de tranſacti. Quæ tamen
quando habeant locum declarat *Rebuff. de no-*
min. q. 21. n. 17. verſ. duodecimo etiam procedit.
Felin. in c. clerici. de iudic. cum alijs per Benium
de priuileg. iuriſconſ. p. 3. in princ. nu. 17. vſque
ad n. 10.

Quemadmodum etiam quando quis propter pau-
pertatem non poſſet gradum doctoratus ſuſci-
79 pere in Collegijs, † & vniuerſitatibus tanquam
non valens ſuſtinere graues expenſas, quæ in il-
lis fiunt, non enim talis eſſet excludendus ab
huiuſmodi priuilegijs, quaſi tunc ceſſet cauſa
illa inſufficientiæ, potius in dubio præſumen-
dum ſit hoc fieri; vt euitentur ſumptus, quàm
ob cauſam fugiendi examen, vt late diſtinguit
Mandoſ. reg. 16. q. 20. n. 5. Vbi etiam, quod ho-
die ea eſt temporum nequitia, vt non deſint, qui
perueniant ad gradum Doctoratus etiam in
ſtudijs famoſis, qui adeo ſunt ignari, vt neque
ſciant prima legum elementa, nec rubricas Iu-
80 ris Canonici, & Ciuilis. † Quamuis iſta non
ſint multum conſideranda, quia etiam pauperes
poſſunt admitti ad gradum doctorátus in pu-
blicis ſtudijs ſine vlla expenſa, cum gratis hæc
dignitas etiam detur conſtito de paupertate,
vt paſſim hoc fieri in vniuerſitatibus omnes
ſciunt exemplo iudicum, & aliorum, qui à pau-
peribus nihil exigunt.

Neque obſtat quod *idem Mandoſ. d. q. 20. nu. 5. ad*
med. concludat etiam doctores ex reſcripto
imperitos gaudere priuilegijs doctoribus con-
81 ceſſis; † quaſi illa dentur dignitati *Dec. in c.*
clerici. nu. 13. de iudic. Petr. Lenauder. de priuil.
doctor. p. 1. q. 13. n. 51. verſ. ſed videtur. tom. 18.
fol. 5. Bald. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſ.
eccleſ. Cag. in l. ſi quis maior. n. 169. C. de tran-
ſact. Quia procedit præſuppoſitis terminis ha-
bilibus, dummodo ſcilicèt fuerint promoti præ
cedente examine, neque enim Princeps conce-
dendo alicui facultatem doctorandi cenſetur
voluiſſe concedere admiſſiones per vias inſoli-
82 tas, & abuſiuas, † ſed ſecundum conſuetudi-
nem, quæ ſeruatur in huiuſmodi gradibus, & ita
diſtinguit Mandoſ. *d. q. 20. in fin.* & voluit *Iaſ.*
in d. l. ſi quis maior. num. 31. C. de tranſact. Bar-
bat. in probem. clem. col. 14. Caſſan. in catalog.
glor. mund. p. 10. conſid. 37. Iacob. Ben. de priuil.
83 *iuriſconſult. p. 3. in princ. n. 19.* † Cum etiam
iſtæ prærogatiuæ non ſoleant concedi ob digni-
tatem tantum, ſed principaliter propter ſcien-
tiam *Bald. in l. 1. in princ. col. fin. de iuſt. & iur.*
Nat. conſ. 537. & declarat *Felin. in cap. clerici.*
de iudic. Quidquid aliud ſit in priuilegijs reſpi-
cientibus ſolum ordinem, & dignitatem, quæ
competunt etiam imperitis *Bar. in l. maximarũ*
in fin. C. de excuſat. mun. lib. 10. Felin. in rub. de
maior. & obed. n. 4. Rip. in l. centurio. nu. 17. ff. de
uulg. & pupil.

Minus obſtat quod debeant competere priuilegia
etiam doctoribus ex reſcripto, ſicut alijs exem-
plo ciuium per litteras, qui æquiparantur ori-
ginarijs, & gaudent prærogatiuis eorum, qui
84 nati ſunt in ciuitate, † quaſi propriè dicantur
ciues *Bartol. in l. ſi maritus. §. 1. de adulter. Pa-*
riſ. conſ. 71. nu. 9. lib. 1. Ceph. conſ. 451. lib. 4. Dec.
conſ. 252. viſo puncto. n. 3. Mut. ſuper conſuetud.
panormit. c. 30. n. 20. Boer. deciſ. 13. n. 20. Quia
ſupradicta intelliguntur, dummodò in creatio-
ne doctoris ex reſcripto interueniat examen
cum alijs requiſitis in huiuſmodi gradibus cõ-
85 cedendis, vt dictum eſt. † Vltra quod ſtricto
ſumpto vocabulo illi propriè appellantur ciues
qui origine ſunt ciues, & ex natiuitate non
autem ex priuilegio *Aret. conſ. 77. Bald. in l. ei-*
ues. C. de appellat. Mut. ſuper conſuet. panorm.
c. 86. n. 32. late Surd. conſ. 317. lib. 3. Quaſi na-
turalis cauſa ſit magis propria, quæ in materia
86 ſtricta ſolùm venit † prout latius Deo dante
dicam infra in capite particulari, dum agetur
de filio arrogato, qui non continebitur ſub ſta-
tuto prohibente filiumfamilias non poſſe obli-
gari, vt *per Rot. coram Card. Seraphino romana*
pecuniaria. 5. iunij. 1598. vbi loquitur, de ſtatu-
to vrbis *lib. 1. c. 152.* licet dicat nihil reſolutum
propter veritatem opinionum.

Et

Et hæc ſufficiant pro declaratione eorum, quæ mi
hi propoſita ſunt, omiſſis alijs, quibus dicta pri
87 uilegia non competunt, † prout eſt in illis, qui
corruptis Doctoribus ad gradum doctoratus
promouentur *Abb. in c. propoſuiſti. de probatio.*
88 *Rebuſ. de nominat. q. 5. n. 10.* † Exemplo emen-
tis officium, qui eius priuilegio non gaudet *l.*
vniuerſis. C. de legat. lib. 10. lo. de Plat. in l. eam.
C. de excuſat. mun. eiusd. eod. lib. Et in ijs qui li-
89 bros neceſſarios nõ habent † *Alex. ad Bart. in*
l. grãmaticos. la 2. in fin. C. de profeſſor. & me-
dic. lib. 10, Gemin. in c. quæ ipſis. 38. diſt. Cum
Dctor multis libris indigeat, vt ex illis verio-
90 ra eligat † *Oldrad. conſ. 84.* Et in cæteris caſi-
bus, de quibus latius per Doctores *in c. clerici.*
de iudic. & in alijs locis ſupra allegatis.

EPITOME.

In promiſſione dandi quod ab alijs ſoluetur quæ
ſumma debeat attendi, ſi diuerſimode fuerit ſo
lutum, & quando ſit facienda coaceruatio ſum-
marum diſcordantium, & illis diuiſis media eli-
genda. Inſtrumentum an præſumatur falſum
non reperto originali. Et quando illius in-
ſpectioni ſit locus productis duobus exemplis
contrarijs, ſeu diuerſis.

SVMMARIVM.

1 *Minor ſumma debet attendi in promiſſione dan*
di, quod ab alijs ſoluetur, ſi diuerſimodè fue-
rit ſolutum. nu. 4. & 5.
2 *Coaceruatio ſummarum quando fiat, & illis*
diuiſis media eligatur. n. 3. & 10.
6 *Sententia Arbitrorum diſcordans in quantita-*
te valet in minori ſumma.
7 *Minor ſumma quando ad minorem redigatur.*
8 *Diſpoſitio ambigua eſt declaranda contra eos,*
qui ſe in ea fundant.
9 *Liquidatio debet fieri ſecundum minorem ta-*
xam probatam à tempore ſequutæ euictionis.
11 *Inſtrumentum quando præſumatur falſum, ſi*
non reperitur originale. n. 15. 16. & 17.
12 *Exemplar non ſubſiſtit, ſi deficit exemplatum.*
13 *Exemplatio quando fiat ſine citatione, & ſuf-*
ficiat ad acquirendam poſſeſſionem, ex l. fin.
C. de edict. diu. hadr. toll. & n. 14.
18 *Producens duo exempla contraria, ſeu diuerſa*
an audiatur petendo inſpici originale. nu. 19.
21. & 23.
20 *Scripturæ pleniori ſtandum eſt.*
22 *Supplendum eſt ex originali quod vacillat.*
24 *Intellectus l. ſempronius. de leg. 2.*

CAPVT CLXXXVII.

PEr Inſtrumentum, de quo in caſu mihi pro-
poſito apparet fuiſſe conuentam mercedem
incertam, ſtante promiſſione dandi, quod ab
1 alijs ſoluetur; † Vnde cum diuerſimodè fuerit
ſolutum, quia alij octuaginta, alij centum, alij
centum, & viginti dederunt, Dubitatum fuit
quæ ſumma eſſet attendenda, Et quidem ſecun
dum opinionem nonnullorum Doctorum vide-
batur eſſe locus coaceruationi, & diuiſioni sũ-
marum, quæ omnes ſimul coaceruatæ aſcendũt
in totum ad ſcuta tercentum, Vnde diuidendo
illas in tres partes, pretium verum, quod debe-
2 bitur erit ſcutorum centum; † Iſtam practicam
docuit *Salic. in l. hac edictali. §. his illud.*
n. 10, C. *de ſecund. nupt. & in l. ſi fundum. ff.*
mand. vbi ampliat ad quatuor ſummas, tunc
enim fiet quoque diuiſio in quatuor, & quarta
pars pro iuſto pretio habebitur. Et quãuis con-
tra *Salic.* concludat *Alciat. in l. 1. §. ſi ſtipulãti.*
nu. 22. ff. de verb. obligation. & de eiuſdem *Sa-*
lic. opinione dubitet *Gerard. ſingul. 25. poſt*
Alex. ad Bart. in d. l. ſi fundum. ff. mand. Ta-
men non eſt diſcedendũ ab illius ſentẽtia, quam
vti veriorẽ defendunt *Rimin. Iun. Cott. Sirac.*
Firman. & alij quos adduxi *deciſ. 32. num. 11.*
vſque ad num. 14. & ſequitur *Franciſ. Munnoz.*
3 *de ratiocin. adminiſtrat. cap. 24.* † Vbi etiam
in ſpecie concludit debere attendi iſtam coa-
ceruationem in caſu pacti, de quo agimus, am-
plians illam quoque eſſe faciendam, quando te-
ſtes variè deponunt de pretio, & valore alicu-
ius rei venditæ, ſi agatur de illius reſciſſione
Petr. Sanz. de diuiſ bonor. lib. 1. c. 4. nu. 23. poſt
Aior. de partit. c. 5. p. 1. n. 5.
Veriorem tamen Dixi aliam opinionem, quod
immo ſolùm debeantur octuaginta ſecundum
4 minorem ſummam, † quam in terminis com-
probat *Din. in l. qui concubinam. 29. §. cum*
ita legatum. il 1. ff. de leg. 3. ſequitur *Guid. Pap.*
deciſ. 252. promiſi dare. Natt. conſil. 229. nu. 2.
5 *Mut. ſuper conſuetud. panormit. cap. 69. n. 16.* †
Cũ enim in minori ſumma omnes concordent,
illa attendi debet, quaſi in maiori adſit minor
quãdo ſumus in quantitate, prout eſt caſus no-
ſter, quidquid aliud ſit in ſpecie iuxta *l. 1. §. ſi ſti*
pulanti. ff. de verb. obligat. Exemplo eius quod
6 dicimus de arbitris, † quorum ſententia valebit
in minori, ſi tres in ſumma diſcordauerint *l.*
diem proferre. 32. §. ſi plures. de arbitr. cap. 1. eod.
tit. in 6. Præſertim quando non ſequitur inæ-
qualitas, aut aliud inconueniens, tunc enim nõ
7 eſſet æquum, † vt maior ſumma reduceretur
ad minorem *Bald. in l. 1. in princ. C. de ſentent.*
quæ ſin. cert. quant. & in l. ſi decem. ff. locat.
Franc. Salic. & alij quos adduxi *deciſ. 32. n. 17.*
Quæ procedunt non ſolùm in diuerſis ſummis,
in quibus minimum ſpectatur, vt dictum eſt *l.*
inter. ff. de re iudic. Sed etiam ſi iudices diuer-
ſis pœnis condemnent, quia ſemper in dubijs
humanitas inclinat in leniorem *l. ſi pars. de*
inoff. teſtam. Et non tantum ſi ſint diuerſæ ſen-
tentiæ, duæ pœnæ, & duæ ſummæ, ſed etiam ſi
fuerint tres iudices, quorum alter pœnam ca-
pitis pronunciet, alius exilij, alius pecuniariã,
quia ſemper minor præualebit, Idemq; multo
magis ſi ex ſeptem duo capite, duo exilio, tres
pecunia mulctent, vt omnes ſupradictos caſus
proſequitur *Guiac. obſeruat. lib. 12. c. 16.*
Confirmantur prædicta, quia cum agatur ex pro-

miſsiore ambigua, & obſcura propter varie-
tatem ſolutionum ſemper eſt facienda interpre
8 tatio contra eos, qui ſe in illa fundant, & ſic
vt minus eis debeatur *l. veteribus. de pact. l. ſti-
pulatio. §. in ſtipulationibus. ff. de verb. obligat.*
Natt. conſ. 229. *in fin.* Cum etiam in dubio
ſequamur quod minimum eſt *l. ſemper in ob-
ſcuris. de reg. iur. c. in obſcuris. & ibi Io. Andr.*
9 *in mercurial. eod. tit. in 6.* † Prout etiam liqui-
datio fit iuxta minorem taxam probatam per
teſtes à tempore ſequutæ euictionis, à quo in-
cipit intereſſe partis *Bald. in l. ſi traditio. q. 4.
C. de action. empt. Rot. coram Cardin. Seraphin.
Burgi S. Sepulchri. vlt. Ianuar.* 1597.

Vnde cum habeamus præciſas Doctrinas in ter-
minis, non eſt attendenda opinio ſupra allega-
ta de coacervatione ſummarum, quæ procedit
10 in Peritis diſcordantibus, † quando videli-
cet duo prius electi, & poſtea tertius aſſum-
ptus eſſent diſcordes, prout loquitur *Salic. in
l. hac edictali. §. his illud. num. 10. C. de ſecund.
nupt.* Quod non applicatur ad caſum noſtrum,
in quo propter ſolutionem diuerſimodè obſer-
uatam æquius eſt ſtandum eſſe ſummæ minori
contra eum, qui ſe in illa fundat, cum potuiſſet
clarius legem dicere ex ſuperius allegatis.

Nec facit non eſſe attendendam conuentionem,
de qua in inſtrumento, cum illud non probet,
11 immo falſum præſumatur, † ex quo origi-
nale non reperitur *§. fin. authen. de tabellion.
Bald. in l. caſtius. col 2. circa princ. verſ. item
est inſtrumentum. ff. de ſenator. Natt. conſ.*
*633 nu. 19. Couar. pract. quæſt. cap. 19. n. 3. verſ.
quarto erit obſeruandum. Maſquard. de probat.
in verb. exemplar. lib. 2. Menoch. de arbitr.
caſ. 187. num. 31. & de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4.*
12 *nu. 735. q. 86.* † Cum enim deficiat exemplar
deficit etiam exemplatum *Bald. in auth. ſi quis
in aliquo. C. de edena. per tex. in l. ex teſtamen-
to. la. 1. ff. de condit. & demonſtrat.*

Quia cum ſimus in inſtrumento authentico eiuſ-
dem notarij continente ſolemnitates requiſitas
illud habetur pro originali, & probat non ſecus
13 ac probaret idem originale, † cum talis exem-
platio poſsit fieri etiam ſine citatione, quaſi
vtrumq; inſtrumentum dicatur originale *Bart.
in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de
edend. Bald. in rub. C. de fid. inſtrum. Rot. de-
ciſ. 1. eod. tit. in nou. Rom. conſ. 105. viſo the-
mate. in fin. Cardin. conſ. 7. ſingulat. in ad ſin-
gula. in 3. dub. Aret. in §. nihil autem. nu. 3. in-*
14 *ſtit. de teſtam.* † Ideo etiam huiuſmodi exem-
pla extracta ab eodem notario rogato ſuffici-
unt ad acquirendam poſſeſſionem ex *l. fin. C.
de edict. diu. adri. toll. Caputaq. deciſ. 351. lib. 2.*
Quod etiam eſſet in ſumpto ex regiſtro notarij
mortui per habentem licentiam tranſumptan-
di illius inſtrumenta, quaſi habens huiuſmodi
facultatem videatur ſubrogatus in locum no-
tarij mortui, quo caſu non requiritur aliqua
citatio *Idem Caputaq. d. deciſ. 351.*

Neq; obſtat prædicta procedere quando reperire-
15 tur originale, † aliàs ſecus *Grammat. deciſ. 206.
in fin. Iacob. de S. Georgio, & alij per Menoch.
de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. q. 74. num. 655.* Quia
16 etiam ſi non reperiatur originale, † non tamen
eſt detrahenda fides inſtrumento authentico
eiuſdem notarij, cum ſolemnitatibus requiſitis,
quando tabellio eſſet legalis, vt in caſu, de quo
agimus, quaſi tunc illud ſit æque originale quē-
admodum protocollum, prout in terminis
concludit *Bald. conſ. 264. lib. 4. & in rub. C. de
fid. inſtrum. num. 20. verſ. ſecundo quæro. Alex.
conſ. 175. nu. 3. lib. 7.* latè *Surd.* qui de commu-
ni *conſ. 173. nu. 109. lib. 2.* vbi etiam reſpondet
ad *tex. in §. fin. auth. de tabellion.* quod con-
tinet particularem diſpoſitionem ad fauorem
Ciuitatis Conſtantinopolitanæ, cum in contra-
17 rium ſit ius cōmune, † & voluit etiam *Cagnol.
in l. ſi librarius. 81. de reg. iur. Felin. in c. cum
p tabellio. col. 1. de fid. inſtr. Curt. Iun. in authen.
ſi quis in aliquo. C. de edend. Sola. de protocoll.
exhib. gloſ. vnic. nu. 61.*

Minus facit non eſſe dandam fidem inſtrumento,
de quo agebamus, cum fuerint producta duo
18 exempla diuerſa ab eodemmet actore, † quo
caſu quamuis non ſint contraria, ſed ſolùm di-
uerſa non faciunt aliquam fidem, cum neutri
credatur, quaſi vnum aliud confundat, & im-
putandum ſit producenti, qui contraria alle-
gat *l. ſcripturæ. C. de fid. inſtrum. c. imputari.
eod. tit.* Itaut neq; tunc recurrendum ſit ad ori-
19 ginale, quamuis illud reperiretur, † quando
productio fit ab eodem, cum ſecus eſſet ſi fieret
à diuerſis, quaſi in eis magis tolleretur produ-
ctio ſcripturarum contrariarum, vnde etiam
tunc æquius videtur poſſe recurri ad originale,
prout in terminis ita diſtinguit *Ferrand. Gar-
gia. patrocin. 25. per tot.*

Nam prædicta nō applicantur ad caſum noſtrum,
cum per principalem actoré fuerit ſolùm pro-
ductum vnum exemplar authenticum, & aliud
quod prætenditur eſſe diuerſum non eſt in for-
ma probanti, neq; etiam exhibitum per procu-
ratorem habentem mandatum, vnde in eo nō eſt
20 facienda aliqua vis, † cum ſtandum ſit ſcripturæ
authēticæ, & pleniori *l. ſi ita ſcriptū fuerit titius
ff. de hæred. inſtit. Natt. conſ. 314. nu. 4. in fin.*

Immo neque eſt vera diſtinctio in contrarium al-
legata inter productionem factam ab eadem
perſona, ſeu à diuerſis; Nam ſemper eſt lo-
cus inſpectioni originalis, quando producun-
tur duo exempla contraria ſiue exhibeantur à
21 diuerſis, ſiue ab eodem, † & illi exemplo
ſtabitur, quod repertum fuerit conuenire,
cum originali *gloſ. in auth. de tabellion. ad med.
in verb. protocollum.* quam multum notandum
dicit *Ang. in l. ſi duobus. in fin. ff. quemad.
teſtam. aper. Bart. & Bald. in l. ſempronius
proculo. 42. ff. de leg. a.* Ratio eſt quia ex ſcrip-
tura originali verificatur inſtrumentum exten-
ſum, & videtur potius notarius in tranſcriben-
22 do erraſſe *l. ſi librarius. de regul. iur.* † Vnde
ſemper ſupplendum eſt, quod vacillat ex origi-
nali, & protocollo, aut imbreuiatura, ad quam
debet recurri *Felin. in c. cum p. tabellion. de fid.
inſtrum.*

inſtrum. Pariſ. conſ. 61. num. 2. l. 2. Et hanc
eſſe veriſſimam opinionem, & indiſtinctè ap-
probandam ſiue ab eodem, ſiue à diuerſis duo
exempla contraria producantur, vt ſemper
ſit inſpiciendum originale contra Gargiam
23 exaduerſo allegatum, † latiſſimè defendit
Surd. conſ. 142. per tot. lib. 1. Neque enim obſtat
l. ſempronius. 48. de leg. 2. in contrarium ad-
ducta, quia ibi erant duæ tabulæ teſtamenti,
quarum vna exhibita fuit ab hærede, altera à
legatario, & quia erant diuerſæ; non recurritur
ad originale, cum ambę tabulæ eſſent origina-
lia, non autē exempla ſcripta, & authenticata
ex originali, teſtator enim peregre profecturus
duas tabulas fecit, vt vnam penes ſe haberet,
24 alteram domi dimitteret, † cum aliud ſit in
exemplis ex originali deſumptis; Et ita com-
muniter declaratur diſpoſitio d. l. ſempronius.
vt per Couarr. pract. quaſt. c. 19. nu. 4. Socin.
conſ. 277. col. fin. verſ. tertio. lib. 3. Gomeſ. de
teſtam. c. 12. n. 58. & 53.

EPITOME.

Scriptura an requiratur in emphyteuſi. Dominium quomodo probetur quando agitur, tàm ad declarandam deuolutionem, quàm ad ſolutionem canonis, & an recognitio ſufficiat, cum alijs adminiculis, & qualia debeant eſſe. Cenſus potius an ſit præſumendus, quàm emphyteuſis. Caducitas quando habet locum in contractu cenſus. Emphyteuta an priuetur ob pacta non ſeruata. Et quando poſsit cogi edere inſtrumenta inueſtituræ, & indicare quę ſint bona emphyteotica, & an ſatis ſit confeſſio tacita reſultans ex ſolutione canonis, vel requiratur expreſſa fatendo ſe emphyteutam.

SVMMARIVM.

1 Contractus emphyteuſis requirit ſcripturam. n. 2. Intellige vt n. 3.

4 Scriptura requiſita ad ſubſtantiam differt ab ea, quæ debet interuenire ad probationem.

5 Recognitio ſola non concludit rem eſſe emphyteoticam. Fallit n. 8. & 9.

6 Res aliena poteſt locari, & concedi in emphyteuſim.

7 Dominium probatur per indicia, & coniecturas. Fallit quando agitur ad deuolutionem. nu. 10. & 13.

11 Dominium quomodo probetur.

12 Relatio ſola prætenſionis alienius non inducit confeſſionem.

14 Solutio præſumitur potius ex cauſa cenſus, quā directi dominij. Amplia in Eccleſia. n. 28.

15 Probatio leuior requiritur ad effectum ſolutionis canonis etiam contra tertium. Et quæ adminicula ſufficiant. n. 16. 17. 18. & 19.

20 Emphyteuta cadit ab emphyteuſi ob pacta non ſeruata ſicut ob non ſolutionem canonis. Intellige vt n. 21.

22 In Contractu nominato non admittitur pœnitentia ab inobſeruantiam conuentionum.

23 Hypothecans emphyteuſim contra pactum de non hypothecando quando ab illa cadat. n. 24.

25 Caducitas habet locum ſi dominium directum eſt penes unum, & vtile apud alium, ſecus ſi ſoluatur nullo habito reſpectu ad rem. amplia vt n. 26.

27 Laudemij ſolutio non ſufficit ad probandā rem eſſe emphyteoticam.

28 Cenſum non ſoluēs, aut alienans quando ab illo cadat. n. 29. & 30.

31 Dominus feudi emphyteuſis, vel cenſus quando poſsit petere ſibi edi inſtrumenta. & expellere non exhibentem. num. 32. 34. 35. 36. 45. & 46.

33 Editio eſt facienda inſtrumentorum communium tàm ratione proprietatis, quam vtilitatis.

37 Bona omnia præſumuntur emphyteotica, ſi non iudicantur per emphyteutam, quæ ſint talia. n. 39. & an ſufficiat oſtendere aliquod prædium, & cui incumbat probatio, quod ſint plura, & an ſtetur arbitrio iudicis. num. 41. 42. & 43.

38 Cōfeſsio vaſſalli probat, quæ bona ſint feudalia.

40 Sententia mandans mitti in poſſeſsionem bonorum exceptis feudalibus an poſsit exequi ante liquidationem, & quis probet eſſe feudalia.

44 Confeſsio tacita reſultans ex ſolutione canonis ſufficit, vt emphyteuta cogatur edere inſtrumenta.

46 Soluens canonem per 40. annos non poteſt expelli quamuis non oſtendat inſtrumentum inueſtituræ.

48 Appellatio non datur à præcepto de non exhibendo.

CAPVT CLXXXVIII.

IN Emphyteuſi requiri ſcripturam conclu-
dit Gloſ. in c. 1. §. poſtquam autem. in verb.
1 in ſcriptis. in princip. verſ. octauus. de cenſib. †
Guid. Pap. deciſ. 24. quiſpiam vendidit. ad med.
verſ. & pro hoc facit. Ang. in §. adeo. poſt gloſ.
ibi. in verb. neque ad locationem. in fin. inſtit. de
locat. & conduct. Bald. in l. teſtium. col. 2. de te-
ſtib. Et hęc ſententia eſt tenenda, quidquid con-
trarium ſequantur Rom. conſ. 103. viſo proceſſu.
col. fin. n. 6. & Curt. Iun. in l. pactum quod bona
fide. n. 3. C. de pact. cum alijs per Pari. de Put. de
reintegrat. feud. in c. pone quod fuit. col. 2. nu. 7.
2 fol. 86. † Quia contra eos eſt verior opinio &
magis communis, vt teſtatur Iacobin. § in l. re hy-
potheca. nu. 5. de fid. inſtrum. Eibert. Leouin. in
l. 1. n. 3. C. de iur. emphyt. latè Rutger. Rulandt.
in theſaur. iur. emphyt. q. 7. nu. 1. & 2. in fin.
verſ. veruntamen. Vbi intelligit iſtam ſcriptu-
3 ram exigi de neceſſitate probationis, † non de
ſubſtantia actus ſecundum Io. Andr. ad Speculat.
de locat. §. nunc aliqua. verſ. quinto. Imol. in c.
potuit. eod. tit. Bald. in auth. ſed nouo iure. n. 12.
C. ſi cert. petat. contra Salic. in rubr. C. de fid.
4 inſtrum. n. 3. & Iaſ. in l. 1. nu. 63. C. eod. tit †

Quod eſt notandum, cum plurimum referat, an ſcriptura requiratur de ſubſtantia, vel ad probationem tantum ex adductis per *Dec. in l.2. n.5. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* Doct. *in l. contractus. C. de fid. inſtrum. Alciat. par. c. 16. & 17.*

Quibus ſtantibus Dixi verius eſſe aſſertionem factam in inſtrumento, quod recognoſcatur res, & pendat ab Eccleſia non probare ius Eccle-
5 ſiæ, † cum iſta ſola recognitio non concludat rem eſſe emphyteoticam Aim. *conſ. 157. nu.7. Rip. in l. ſi rem aliquam. nu.40. de acquir. poſſ. Socin. conſ.92. n.22. lib.3.* Guid. *Pap. q.24. n.1.* Ideò dominus directus aliter debet probare ſuum dominium *Gul. Bened. in c. rainutius. in verb. & uxorē nomine adelaſiam. decis.5. n.444. Rebuff. in tract. de conſtit. reddit. art.2. in gloſ. unic. n.6. in ſuis commentat. conſtit. regni, poſt Specul. de locat. §. nunc aliqua verſ. ſeptuageſimo quarto quæritur per tex. in l. vlt. in fin. ff. de contrab. empt.* Domina enim non pendent ex aſſertione concedentis rem emphyteoticam,
6 aut recipientis, † cum etiam aliena res poſſit concedi in emphyteuſim, & locari *l. ſi vrbana prædia. de condict. indeb. l. rem alienam. de contrab. empt.* quamuis ab alio ſit poſſeſſa *l. nemo. C. locat.* Io. *Rimin.* in ſpecie *conſ.93. n.25. lib.1. & conſ. 410. n.4. lib.3. & eſt tex. in l. ad probationem. C. de probat. c. cum venerabilis. vbi gloſ. in verb. locauiſſet. de relig. domib.* & voluit etiam *Claud. Marmer. in repet. l. naturaliter. §. nihil commune. n.25. de acquir. poſſeſſ.* Alex. qui de communi *conſ. 12. viſo proceſſu. col.1. n.4. lib.4.* Ruin. *conſ. 91. n.17. & 18. lib. 1.*

Verum quia dominium tanquam difficilis proba-
7 tionis probatur per indicia, † & coniecturas *Bald. in l. indicia. 19. C. de rei vendic. Pariſ. conſ. 103. n.100. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 42. in princ.* Ideò licèt ſola confeſſio, ſeu recognitio
8 non probet, vt dictum eſt, † Tamen iunctis alijs adminiculis faceret plenam probationem dominij *Surd. decis. 10. num. 14.* vbi ita declarat *Guid. Pap. & Specul. ſupra allegatos*; ſubdens validam eſſe coniecturam illam, quando quis ſuſcipit onus ſoluendi canonem enunciatum *Roman. conſ. 311. n. 1. Aim. conſ. 217. n.7. Steph. Ranebin. in addit. ad Guid. Pap. decis. 24.*
9 † vbi quod adiuuabitur dominus ex tali declaratione cum adminiculis, probando videlicet venditorem cōſueuiſſe ſibi eum cenſum ſoluere, & quod ipſemet venditor antea ſibi rem cognouerat tanquam cenſualem, ex his enim ſimul cumulatis dominium directum probabitur *l. cenſualis. C. de donation. Gulielm. Bened. in c. rainutius. in verb. & uxorem nomine adelaſiam. decis. 5. n. 444. fol. 129. de teſtam.*

Licèt quando ageretur de deuolutione eſſet pro-
10 bandum dominium plenè *Aim. conſil. 157. n.7. in fin. Rot. coram Card. Pamphil. Roman. proprietat. vineæ. 18. iunij. 1601.* Vnde locatio, ſolutio, confeſſio, & alia adminicula non probarent *Rot. coram Cardin. Millin. Roman. domus. 14 maij. 1592. in fin. & per* R. P. D. *Oran. Roman. domus S. Agnetis. 19. iunij. 1589. Caputaq.*
11 *decis. 280. p. 1.* † Probaretur tamen dominium ſi pars dixerit ſe ſoluere Rectori, dummodò non adſit reſeruatio, quando videlicet dictum eſſet
12 Rectori, qui prætendit ſe proprietarium; † Quia ſola relatio prætenſionis alicuius non inducit confeſſionem *Alex. conſ.49. nu.10. lib.1. Gab. de confeſſ. concluſ. 4. n.27.* Ideo etiam ſimplex aſſertio Rectoris non probaret dominium ad
13 effectum deuolutionis † *Caputaq. decis. 280. p.1. Rot. per Card. Millin. d. roman. domus.* Prout etiam excluderetur tacita approbatio, quæ reſultat ex acceptatione quietantiarum Rectoris, & earum productione, cum illa enunciatio Rectoris in eis non tendat ex profeſſo ad probationem proprietatis *Bald. Salic. Alex. & alij. in l. ſi certis annis. C. de pact.* Rot. *per Cardinal. Pamphil.* Roman. *proprietatis vineæ. 18. iunij. 1601.* Vbi etiam quod ſolutio, vt minus præ-
14 iudicet † præſumitur potius ex cauſa cenſus, quàm directi dominij *Creſcent. decis. 3. de præſcr.*

Quo ad effectum tamen ſolutionis canonis leuior
15 probatio requireretur, † quàm in caſu deuolutionis, & ex ſolutionibus factis eliceretur argumētum dominij, & locatio quoque ſufficeret ad illius probationem etiam in præiudicium tertij concurrentibus adminiculis Ang. *in l. ad officium. de rei vendic.* Dec. *conſ.146. n.14.* Rot.
16 *coram Card. Millin. rom. domus. 11. maij. 1592.* vbi conſideratur pro adminiculis confeſſio filij ex perſona matris, à qua habuit cauſam, quod domus erat ad tertiam generationem, prout etiam ſolutio canonis *Alex. conſ.8. nu.1.*
17 *lib.2.* † Et quando cum inſtrumento locationis concurrerent aliqua adminicula, quod tūc probetur dominium, & poſſeſſio locatoris, ſeu emphyteuticantis ne dum contra recipientes, ſed etiam aduerſus alios latè concludit *Rutger. Rulandt. in theſaur. iur. emphyteot. q. 9. n.16.* & voluit *Bart. in l. ad probationem. C. locat. Alex. conſ. 2. viſo proceſſu. n. 4. lib.4. Dec. conſ. 140. pro tenui. n. 14. Felin. in c. inter dilectos. n.8. verſ. item ſecus. de fid. inſtrum. Socin. conſ. 106. n.1. & 2. lib.3.* Ideo ſufficiet adminicu-
18 lum perceptionis fructuum, † vel vox, & fama publica, cum libris cenſualis eccleſiæ, ſeu inſtrumentis locationum enunciatiuis *Pariſ. conſ. 104. n.82. lib.1. cum alijs per* Rutger. *d.q. 9. n. 17.* vbi etiam quod probabitur directum
19 dominium, † quamuis non oſtendatur inſtrumentum emphyteuſis cum his adminiculis, ſed ſolùm probetur ſolutio emphyteotica longo tēpore alicui facta *Dec. conſ. 14. col.3. in princ. poſt Bald. in l.1. n. 15. C. de fideicommiſſ. Abb. conſ. 64. lib. 1.*

Ex prædictis apparet non potuiſſe agi ad prætenſam deuolutionem, cum non fuerit probatum dominium cum adminiculis, & requiſitis ſuperius allegatis; Et quatenus etiam de illis con-
20 ſtaret neque poterat declarari deuolutio; † Nā licèt emphyteuta cadat ab emphyteuſi ob pacta non ſeruata, non ſecus ac propter non ſolutum canonem *Bald. in l. fin. in 2. lect. in vlt. notab.*

Digitized by Google

*notab.C.de iur.emphyt.Ruin.conſ.*110.*n.*1.*lib.*1.
21 *& conſ.* 167. *n.* 18. *eod. lib.* Tamen intelligitur
in pactis, quæ concernunt rei vſum, † vel ip-
ſam rem conceſſam in emphyteuſim, videlicet
in ſoluendis melioramentis, aut renouatione
emphyteuſis, & ſimilium, ſecus in pactis extra-
neis non reſpicientibus rem conceſſam, prout
in caſu, de quo agebamus, in iſtis enim emphy-
teuta propter inobſeruantiam non cadit in cō-
22 miſſum; † Ratio quia non eſt locus reſciſſioni,
aut pænitentiæ in contractibus nominatis ob
pacta nō ſeruata *l.*1.*C.de act.emph.Bald.in l.in*
ciuile. C.de rei vendit. & ita in ſpecie concludit
*Aleiat.conſ.*250.*n.*3.*&* 14. quē refert, & ſequi-
tur *Corbul. de priuation. ob alienat.limit.*33.*n.*
5.*Surd. deciſ.*180. *n.*2. *& per tot.* Vbi quod ſit
condēnatio in id, quod domino intereſt prop-
ter inobſeruantiam conuentionis etiam cum
iuramento, loquens de eo, qui promiſit ſoluere
pecunias pro inueſtiente, & de illo, qui iurauit
non imponere onus rei; Neque enim eſt par ra-
tio priuandi non ſoluentem canonem; prout eſt
in non ſeruante pactum, cum ſolutio concernat
rem ipſam, cuius dominium videtur negare is
qui non ſoluit, quod non eſt in pacto extraneo
non obſeruato, in quo ſufficit, vt inobſeruans
condemnetur in eo, quod intereſt ſecundum
communem opinionem Doctor. in *l. ſi quis ita.*
23 *§.ea lege.de verb.obligat.* † prout idem eſſet in
emphyteuta hypothecante rem emphiteoticam
contra pactum expreſſum de nō hypothecando,
nam ſi contrafaciat non per hoc cadit à iure
ſuo, cum ſatis ſit eſſe nullum pignus impoſitum
*Aleiat. d.conſ.*258.*n.*34. *per tex.in l. ſi creditor.*
24 *§.fin.de diſtr. pignor.* † Dummodò non ſit pro
ea quantitate hypothecata, vt non ſit amplius
ſpes luitionis, quia tunc dicetur alienatio ob
quam cadet ab emphyteuſi *Corbul.de cauſ. pri-*
*uation.ab alienat.limit.*33.*in fin.*

Quæ magis habebant locum in caſu, de quo agi-
mus, cū non plenè conſtaret, an eſſemus in con-
tractu emphyteuſis, vel cēſus, tunc enim quam-
uis ageretur de caducitate ob non ſolutum ca-
nonem, ne dum ob inobſeruantiam pactorum,
quæ non concernunt vſum rei, vt dictum eſt, nō
25 poſſet declarari aliqua deuolutio; † Etenim
caducitas ſolùm procedit, quando dominium
directum eſt penes vnum, vtile verò apud aliū,
non autem ſi aliquid ſoluatur nullo habito re-
ſpectu ad rem recognitam ab alio directo do-
mino, quaſi tunc fieri poſſit, quod tāquam cen-
ſuarius ſoluerit, qui ex ceſſatione ſolutionis
nunquam ius ſuum amittit *Alber.in l.*2. *nu.*13.
*C.de iur.emphyt.Natt.conſ.*3.*nu.*1. *Socin.conſil.*
67.*nu.*6. *lib.*2.& multum notandum dicit *Cor-*
*bul.de cauſ. priuat.ob non ſolut.canon.limit.*34.
& reſoluit *Rot. coram* R. P. D. *Oran.* *Roman.*
*vineæ.*22. *iun.* 1592. † Vbi etiam quod ſufficit
poſſe dubitari, an ratione cenſus, vel emphyteu-
ſis ſit ſolutum, quamuis mero iure eſſet emphy-
teuſis *Burſ. conſ.* 26. *n.*29. Itaut neque operetur
ſolutio laudemij, quæ tanquam probatio præ-
27 ſumptiua non ſufficit † niſi coadiuuetur inſtru-
mentis emphyteoticis *Siluan. conſ.* 53. *nu.* 43.
*Maſq.concluſ.*545.*n.*10. *Rot. per* R. P. D. *Oran.*
d. roman. vineæ. Vbi etiam quod confeſſio ge-
neralis, quo ad effectum conſequendi canonem
non operatur, cum debeat eſſe in ſpecie pro ca-
ducitate, & ſic requiritur probatio dominij
concludens & certa *Aim. conſ.*116. Cum etiam
in concurſu coniecturarum hinc inde potius ſit
28 præſumenda res cenſualis, † quàm emphyteo-
tica non ſolùm in priuato, ſed etiam in eccleſia;
prout contra *Bero. q.* 14. reſoluit *Rot. coram*
Card.Blanch.roman. domus. 13. *iuny.* 1575. &
teſtatur *Corbul. de cauſ priuat.ob non ſolut. ca-*
*non. limit.*34. *in fin.* vbi etiam allegat *Creſcen.*
*deciſ.*33. *lib.*2.*Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. q.*
32. *& ibi* Rutger.*Ruland. n.* 35. *verſ. item ſi in*
ea prouincia. vbi etiam multa quando præſuma-
tur potius cēſus, quàm emphyteuſis, & in quàm
partem ſit iudicandum.

In caſu tamen in quo cenſus ſolueretur pro re-
29 cognitione dominij, non pro re ſua, † tunc
etiam cenſuarius non ſoluens caderet ab omni
iure ſuo, & conſolidaretur domino *Bald.de pac.*
*conſtant.§.pactiones.in fin.Surd.conſ.*337.*n.*11.
*lib.*4. Vbi quod *Bulla Py V.* non loquitur in cē-
ſu, qui ſoluitur pro re conceſſa à domino, & ſic
pro recognitione rei alienæ, ſed ſolùm pro re
30 propria; † Prout etiam talis cenſuarius alie-
nans inſcio domino cadit à iure ſuo *Aret. in §.*
*adeo.in fin.& ibi Io.Fab. col.*2.*verſ. ſcio.inſtit.*
de action. Cum aliud ſit in ſoluente non pro re-
cognitione rei alienæ, ſed propriæ iuxtà diſpo-
ſitionem d.Bullæ, ſecundum quam ſufficit, vt cre-
ditor cenſus præferatur, quando res cenſuata
per imponentem cenſum alienaretur, & ſic alie-
natio, aut venditio non præiudicat.

Quo ad ſecundum verior eſt opinio, quod domi-
nus feudi, vel emphyteuſis poteſt petere ſibi edi
31 inſtrumenta a vaſſallo, † ſeu emphyteuta, quos
tales eſſe conſtat, ex quibus poſſit apparere,
quæ ſint bona feudalia, vel emphyteotica *Spe-*
*cul. de locat.§.nunc aliqua.verſ.*141. *Bald.conſ.*
225.*quæſtio eſt de terra. lib.*1.*& in l.inſtrumen*
ta. C. de fideicommiſſ. Dec. conſ. 61. *col.* 3. *latè*
Rutger. *Rulandt. in theſaur. iur.emphyteot. q.*8.
32 *n.*2. *vſque ad n.*5.† Vnde poterit expelli emphy
teuta non oſtendens inſtrumentum inueſtituræ,
quaſi tunc præſumatur finita emphyteuſis *Bald.*
in l. prætor ait §. 1. *de edend.* Cum enim inſtru-
mentum emphyteoticum ſit commune ratione
communis vtilitatis, quæ vtrinque verſatur, de-
bet exhiberi *d.l.prætor ait.§.* 1. *de edend. Innoc.*
33 *in c.*1. *de probat.* † Quaſi editio inſtrumento-
rum ſit facienda non ſolùm, quando ſunt com-
munia ratione proprietatis *l. ſi qua cautiones.*
4. *ff. famil. hercisc.* Vel ex natura negotij, vt in
libris rationū *l. quædam. ff. de edend.* Sed etiam
quando ſunt communia ratione communis vti-
litatis, vt declarat *Rutger. d. quæſt.* 8. *colum.*3.
34 *verſ.ſed quia vt dixi.n.*5.† Itaut etiam cenſua-
rius teneatur domino, cui ſoluit oſtendere titu-
lum, & inſtrumentum non ad probandum ius
ſuum, ſed vt certior reddatur dominus de con-
ditio-

Digitized by Google

ditionibus contractus Surd. conſ. 537. n. 12.
Prædicta tamen ſunt declaranda, vt non procedant
niſi prius Dominus iuret ſe petere hanc editio-
35 nem non propter calumniam, & in caſu, † in
quo vaſſallus habet facultatem edendi, cum ſe-
cus eſſet, ſi illam non haberet, dummodò tamen
dolo non deſierit habere Iaſ. in l. ſi legatum. n. 8.
de edend. Menoch. de arbitr. caſ. 449. in addit. n.
126. & 127. vbi latiſſimè declarat totam mate-
riam editionis n. 1. vſque ad n. 138.
Secundo intellige quando emphyteuta, & Vaſſal-
36 lus fatentur † ſe eſſe tales, vel aliter conſtat de
emphyteuſi, & feudo, tunc enim editio inſtru-
mentorum eſt facienda Alciat. in l. 1. nu. 6. C. de
edend. poſt gloſ. in c. 1. §. illud. in verb. niſi requi-
ſitus. de prob. bit. feud. alienat. per feder. & in
l. 2. §. in exigendis. in verb. iurata. C. quand. &
quib. quart. pars debeat. lib. 10. Imò etiam
vaſſallus, & emphyteuta hoc caſu poſſunt cogi
oſtendere, quæ ſint bona feudalia, & emphyteu-
37 tica, ſi non conſtat, quæ ſint talia, † Nam iſtis
non indicatis omnia bona per eos poſſeſſa præ-
ſumentur eſſe feudalia, & emphyteutica Bald. in
l. inſtrumenta. col. 1. verſ. quæro an feudatarius.
C. de fid. inſtrum. Roland. conſ. 66. num. 5. lib. 3.
38 Menoch. de arbitrar. cent. 6. caſ. 554. nu. 1. † Et
iſta confeſsio vaſſalli probabit, quæ bona perti-
neāt ad feudum Alex. conſ. 19. n. 14. in fin. lib. 5.
Quod adeò verum eſt, vt etiam procedat quan-
do idem vaſſallus ſuſcipiendo inueſtituram
dixit bona omnia eſſe feudalia, quæ poſsidet
in tali loco, exceptis his, quæ ſui anteceſſo-
39 res acquiſiuerunt, † quia ex hoc fundatur in-
tentio Domini, itaut vaſſallus debeat iſtam ex-
ceptionem probare Surd. in ſpecie conſ. 180. per
tot. lib. 2. vbi etiam de ſententia mittente in poſ-
ſeſſionem filiam in bonis paternis exceptis feu-
40 dalibus, † quorū eſt incapax, an mittatur exe-
cutioni ante liquidationem, & quid ſi fuerit di-
ctum quatenus non ſint feudalia, vel quādo re-
ſeruatur ius alicui loquendo limitatē Idē Surd.
conſ. 186. lib. 2.
Tertiò declara ſatis eſſe demonſtrare prædium
aliquod, ex quo commodè poſſit præſtari ca-
41 non, † ſeu ſeruitium Affl. in c. 1. §. illud. n. 22.
de probib. feud. alien. per feder. Rol. conſ. 66. n. 2.
lib. 3. Menoch. de arbitr. caſ. 554. nu. 7. verſ. ca-
terum obſeruandum. Quaſi tunc emphyteuta
ex parte ſua adimpleuerit indicando aliqua
42 prædia, vnde ſi dominus replicat eſſe plura, †
tunc ad eum huiuſmodi probatio ſpectabit So-
cin. conſil. 167. n. 21. in fin. lib. 2. vbi etiam quod
eſſet arbitrarium iudici hoc definire ex conie-
43 cturis, † aut veriſimilitudinibus, de quibus per
Bald in c. vaſſallus. el 1. ſi de feud. fuer. cont. int.
domin. & agnat.
Quarto vt ſit locus editioni inſtrumentorum, &
indicationi bonorum per emphyteutam licèt
requiratur expreſſa illius confeſſio, quod ſit ta-
44 lis, vt dictum eſt, † Tamen ſufficiet etiam taci-
ta, quando videlicet ſoluit penſionem, vel vaſ-
ſallus aliquo tempore ſeruitia præſtitit; Quam-
uis enim Specul. de empby. §. nunc aliqua. q. 59.
n. 75. dubitet de tacita confeſſione; Nihilomi-
nus verior eſt opinio, quod ſoluendo tandiu
penſionem confeſſus eſt ſe emphyteutam, vnde
eccleſia eſt in quaſi poſſeſſione, & emphyteutæ
incumbit onus probandi, quæ bona ſunt emphy
teotica, & vnde illa acquiſierit, alioquin omnia
præſumuntur eſſe eccleſiæ Socin. conſil. 167.
n. 21. col. penult. verſ. vnde omnibus rectè penſa-
tis. lib. 2. Menoch. præſumpt. 91. lib 3. n. 47.
Quinto prædicta ſunt intelligenda, dummodo non
45 ſimus in emphyteuſi antiqua, † & quæ per mul
torum manus iuit, quaſi tunc videatur eſſe
probabilis ignorantia, quæ debet excuſare ab
huiuſmodi indicatione bonorum feudalium,
ſeu emphyteuticorum Roman. conſ. 70. nu. 5.
Rolad. conſ. 66. n. 9. lib. 3. Natt. conſ. 3. n. 11.
Menoch. de arbitrar. cent. 6. caſ. 554. n. 6. verſ.
declaratur. poſt Iacob. de Beluiſ. in c. 1. §. vaſ-
ſallus. el 1. ſi de feud. fuer. cont. int. dom. &
agnat. Vaſal. de iur. emphyt. q. vltim. nu. 6.
Sexto ſi emphyteuta probaret ſolutionem cano-
nis per triginta annos, non teneretur oſtendere
46 inſtrumentum ſuæ inueſtituræ, † quaſi tunc
præſumatur emphyteuſis perpetua Ang. in l.
prætor ait. §. huius edicti. n. 1. de edend. Abb.
conſ. 74. n. 1. lib. 1. Socin. conſ. 50. n. 14. lib. 4.
Vbi quod quando quis ſolùm nititur conceſſio-
ne emphyteuſis, quam non oſtendit, videtur la-
borare ſiniſtra doli ſuſpitione, ſecus ſi ſe fun-
daret in præſcriptione, maximè quia in dubio
præſumitur quod emphyteuſis ſit perpetua, ſi
non apparet illam eſſe ad tempus, ſequitur Cor-
neul. de cauſa priuation. ob non oſtenſ. inſtrum.
renouat. verſ. quod tamen. Vbi in fin. quamuis
dicat contrarium ſequi Iaſ. in l. legatum. n. 10.
de edend. Nihilominus Iaſ. defendit opinio-
47 nem Abb. d. conſ. 74. † dum voluit ſoluentem
per quadraginta annos non poſſe expelli, ſi non
oſtendat titulum inſtrumenti, & eſt verior opi-
nio, vt per Rutger. in theſaur. iur. emphyt.
q. 8. n. 11. Io. de Plat. in l. 1. in fin. C. de admi-
niſtr. reipubl. lib. 11. & voluit Specul. de locat.
§. nunc aliqua. q. 142. Ang. in l. qui aliena. in
princ. de acquir. heredit. Bald. in l. 2. col. 2.
verſ. quæro quando per præſcriptionem. C. de
iur. emphyt.
Stantibus igitur ſupradictis declarationibus non
potuit recuſari petita editio inſtrumentorum,
cum fuerit iuratum de calumnia, nō adſit cau-
ſa, ex qua reus non debeat illa exhibere, neque
prætendatur aliqua præſcriptio, itaut ex ſo-
lutionibus quadraginta annorū ſit concluden-
dum pro emphyteuſi perpetua, & nō fuerit ne-
gata emphyteuſis, & concurrant alia requiſita
ſuperius adducta, cum etiam in iſtis editioni-
bus multum deferatur arbitrio iudicis Socin.
48 conſ. 267. n. 21. in fin. lib. 2. † Itaut ab huiuſ-
modi præceptis nō admittatur appellatio Bart.
in l. fin. §. iuſſus. in princ. ff. de apellat. Nicell.
in concordant. gloſar. n. 206. verſ. ſexageſimoſex-
to fallit. gloſ. 6. tom. 18. f. 195. quod quomodo
procedat dixi deciſ. 97. n. 9. vſq; ad nu. 14.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

Ornamenta, & munera quæ dantur ſponſæ, & vxori per virum, & conſanguineos cui acquirantur. Et an valeat conſuetudo illis donandi, & viro concedatur facultas vendendi. Et quid in donatis filio arrogato, & Oratoribus. De dono matutinali, ſen Morgengab, vel Hypobolon quod dabatur ſponſæ mane poſt concubitum. Er muneribns quæ dabantur ab inuitatis in conuiuio ſponſæ, ſen puero recenter nato. Facere nomen quid ſignificet. Exiſtenti in Magiſtratu qnando poſſit donari per vxorem, & affines. Separatio thori an æquiparetur cum diuortio, itaut debeatur augmentum dotis, & an facta illius reintegratione veniat eadem dos, & donatio.

SVMMARIVM.

1 *Munera an acquirantur ſponſæ ſeu hæredibus viri, ſi dentur à conſanguineis, tàm vxoris, quam mariti. n.2. 3. & 4.*

5 *Donata filio arrogato ab amicis patris acquiruntur patri.*

6 *Maritus legans vxori ea, quæ ſui cauſa comparata ſunt, an intelligatur legaſſe quæ ſocer ei comparauit.*

7 *Legati, ſeu Oratores an acquirant quæ illis donantur. & n.9.*

8 *Remunerari debent Legati.*

10 *Iocalia data à marito vxori an cenſeantur donata. Diſtingue vt num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*

19 *Inter nobiles præſumitur donatio iocalium, ſi adſint diuitiæ cum amplitudine fructuum dotis. Intellige vt n. 20.*

21 *Conſuetudo valet, vt cenſeantur donata iocalia vxori tam per maritum, quàm per eius conſanguineos. nu. 22. 26. Quamuis ſit in vna parte ciuitatis. n. 25.*

23 *Conſuetudo mittendi iocalia non arguit donationem.*

24 *Actum dubium interpretamur à conſuetudine.*

27 *Conſuetudo donandi ſponſæ mane poſt concubitũ valet, & quando ad hæredes mulieris tranſeat. nu. 28. & vocatur donum matutinale, ſeu Morgengab, vel Hypobolon. n. 29.*

30 *In Conuiuio donabatur ſponſæ ab inuitatis, ſicut in ſolemnitate pueri recenter nati.*

31 *Facere nomen quid ſignificet. & n. 32.*

33 *Iocalia quando poſſint vendi per virum, & retractetur executio ſuper eis facta. n. 34.*

35 *Dona data exiſtẽti in magiſtratu per vxorem, & conſanguineos an valeat. n. 36.*

37 *Reintegrato thoro an ueniat eadem dos dos, & donatio.*

38 *Separatio thori, & diuortij æquipararantur, & in utroque caſu debetur augmentum dotis, & donatio propter nuptias.*

CAPVT CLXXXIX.

MVnera data Sponſæ, ſeu Vxori tàm ab
eius conſanguineis, quàm ab attinenti-
bus mariti dicebantur eſſe acquiſita eidem vxo
1 ri, ſecundum opinionem † *Ang. in l. penult.*
§. 1. num. 1. ſolut. matrim. Rom. *conſ. 172. col. 2.*
in fin. uerſ. ſed ſecundum. per tex. quem dicit
nouum, & ſingularem *in l. ſeruus communis.*
de donat. int. uir. & uxor. Quando maximè
2 eſſent ornamenta, † quæ conuenirent mulieri-
bus *Caſtr. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato.* quẽ
legit cum *§. ad ſubſtituto. n. 4. de uulg. & pu-*
pill. Rimin. Iun. *conſ. 42. n. 83. & 84. lib. 1.*
Huiuſmodi tamen opinionem, cum de illius ve-
3 ritate diſceptaretur Dixi debere intelligi, †
quãdo appareret cõſanguineos mariti voluiſſe
donare vxori, itaut ei donata acquirãtur, Nam
in dubio eſſent potius mariti, quaſi eius con-
templatione moti fuerint ad donandum vxori.
Quidquid aliud ſit in his, quæ dantur eidem
vxori ab illius conſanguineis, quæ ad eam ſpe-
4 ctant: † Iſta eſt communis diſtinctio Doctorum
in l. ſed ſi plures. 10. §. in arrogato. de uulg. &
pupill. & ibi Iaſ. *colum. fin.* Aret. *in §. fuerat.*
num. 26. inſtit. de action. Auffr. Thob. Cagnol. &
alij de quibus per *Bertazzol. conſil. ciuil. 59.*
nu. 36. vbi de magis communi *Roland. conſ. 10.*
num. 11. lib. 1. Mandoſ. *ad* Roman. *conſ. 172. in*
uerb. teneo. in fin. vbi etiam de magis recep-
ta opinione teſtatur. *Butr. conſil. 31. in 2. dub.*
Corn. conſil. 82. col. penult. in fin. lib. 1. *Biſign.*
5 *deciſ. 1. de donat. int. uir. & uxor.* † Exemplo
eorum, quæ dantur filio arrogato ab amicis, &
conſanguineis patris, quæ cenſentur donata
contemplatione patris, & perinde eſt, ac ſi à
patre profecta eſſent *d. §. in arrogato. ubi gloſ.*
in uerb. beneficio. Et in ſimili ex tex. in *l. ſi ue-*
ro. 65. & ibi gloſ. in uerb. quaſi. ff. ſol. matr.
l. profectitia. §. 1. de iur. dot. l. qui proprio. §.
procurator. ubi gloſ. in uerb. nomine. de procu-
6 *rat. l. ſi debitor. §. fin. ad trebell.* † Et facit
etiam tex. notabilis *in l. ſi quid earum. uerſ. in*
quibus. de leg. 3. Vbi ſi maritus legauit vxori,
quæ ſui cauſa ſunt comparata venient etiam
ea, quæ ſocer nurus nomine comparauit, ergo
colligitur, quod illa non erant vxoris, ſed ma-
riti, quod menti tenendum dicit *Rol. conſil. 10.*
n. 11. uerſ. idem ceſſante. lib. 1. poſt Lup. in rub.
de donat. int. uir. & uxor. §. 44. & 45. col. 2.
Non obſtat quod immò iſta donata etiam à con-
ſanguineis viri cenſeantur acquiſita mulieri,
7 Exemplo eorum, quę dãtur Legatis, † ſeu Ora-
toribus, quæ præſumuntur data, vt tranſeant
in eorum dominium, non vt acquirantur eis, à
quibus fuerunt miſſi *Caſtr. in l. dotalem. ff.*
ſol. matr. Bald. *conſ. 194. col. 2. lib. 2.* Brun. *de*
8 *legation. c. 6.* lib. *4.* † Quia cum Legatos con-
ueniat remunerari *l. diuus. de bon. damnat.*
præſumendum eſt eorum intuitu fuiſſe dona-
tum, ideo merito illis acquiritur: Quod etiam
eſſet in vxore; ſi aliquo modo appareret, quod
datum fuerit eius contemplatione, non mariti,

vt di-

vt dictum eſt Butr. conſil. 37. in 2. dub. Corn.
conſil. 81. col. penult. in fin. lib. 1. Hoc autem
ceſſat, quando ſumus in dubio, tunc enim quã-
uis dentur ad ornatum vxoris, tamen præ-
ſumuntur dari contemplatione mariti, & ad
eius vtilitatem, vt minus grauetur in prouiden
do vxori ſimilia ornamenta, vnde æquius eſt
9 illi acquiri; † Cum etiam in Legatis idem ſer-
uaretur nam in eorum dominium non tranſi-
rent, quæ illis dantur ſi poſſet colligi, quod fue-
rint data contemplatione mittentium; quo ca-
ſu eis acquirerentur non Legatis Menoch. præ-
ſumpt. 27. lib. 3. poſt Alex. in l. ſed ſi plures. §.
in arrogato. n. 12. de vulg. & pupill. ſubſt.

Cæteris quæ obijciuntur contra huiuſmodi opi-
nionem ſatisfacit latè Roland. conſ. 10. n. 1. vſq;
ad n. 12. lib. 1. Vbi etiam reſpondet ad tex. in l. ſi
ſeruus communis. de donat. int. vir. & vx. &
l. ſi conſentiente. C. de donat. ant. nupt. & l. ſi
mater. C. eod. tit. quibus etiam reſpondet Lup.
in rub de don. int. vir. & vxor. §. 44. & 45.
col. 2. Itant non opus ſit eorum dicta tran-
ſcribere.

Quo vero ad ſecundam dubitationem de iocali-
bus, & ſimilibus ornamentis quæ dantur pee
10 maritum vxori, † Dixi magis veram, & com-
munem eſſe Doctorum diſtinctionem, quod
ſponſus tradens gemmas ſponſæ animo donan-
di, vel illas mittens per Nuntium habentem
commiſſionem ad donandum cenſetur voluiſſe
illas acquiri vxori, & nõ datur repetitio ab hæ-
redibus viri l. mater. C. de donation. ant. nupt.
Bald. in auth. ex teſtamento. C. de collat. Nulla
habita conſideratione, quod ſint pretioſæ, quia
etiam in illis tenet donatio irreuocabiliter l.
adipiſcenda. & l. nuper. de donat. int. vir. &
11 vx. † Siue ſint datæ ante matrimonium, ſiue
poſt, quia morte viri illarum donatio cōfir-
matur Ang. conſ. 139. in princ. Corn. conſil. 65.
nu. 1. lib. 3. Alex. Barbat. & alij per Bertazz.
12 conſil ciuil. 59. nu 27. † Aut conſtat ſponſum
voluiſſe ſolùm dare illas ad vſum, & repetun-
tur l. mortis ſua cauſa. in fin. de donat. int. vir.
13 & vxor. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. †
Aut ſumus in dubio, & tunc Iudex arbitrabitur
an ſint pretioſæ Affl. deciſ. 315. nu. 15, Menoch.
de arbitr. caſ. 218. num. 5. Et conſtito quod
ſint tales non cenſentur donatæ, ſed conceſſæ
in vſum l. ſi vt certo. §. interdum. & ibi
Bart. ff. commod. l. penult. §. ſeruis. ff. ſolut.
14 matrim. † Tam in traditis à marito vxori,
quàm à ſponſo ſponſæ, quia in vtroque caſu vi-
dentur datæ ad vſum l. hoc legatum. in fin. de
leg. 3. Corn. conſ. 114. num. 3. lib. 4. Dummodo
nõ ſimus in perſonis nobilibus, tunc enim idem
15 iudicandum eſt de pretioſis, † prout de non
pretioſis, & præſumentur donatæ Loffr. conſil.
42. in princip. cum alijs per Surd. deciſ. 166.
n. 31. & voluit Bald. in c. qui iurauit. nu. 12. de
probat. Maximè ſi fructus dotis id patiantur
16 Bertaz. conſ. ciuil. 59 nu. 31. & 32. † Aut fue-
runt traditæ in recompenſationem munerum
datorum per vxorem marito, & tunc acquirun-
tur vxori in vim donationis remuneratoriæ
Roman. conſil. 146. col. fin. verſic. in hoc tamen
articulo. per tex. in l. ſi vero non remunerandi.
17 §. item papinianus. ff. mandat. † Hoc eſt com-
munis diſtinctio Doctorum quam ſequuntur
Bart. Bald. & alij in l. ſi vt certo. §. interdum
ff. commod. Alex. conſil. 155. in fin. lib. 7. Rol.
conſ. 10. nu. 12. vſque ad n. 18 lib. 1. Doct. in l. pe
18 nult. §. ſeruis. ff. ſolut. matrim. † & ita ſeruat
Rot coram R. P. D. Manzaned. Ferrarien. lu-
cri dotis. 13. martij. 1606 & latè declarat Surd.
deciſ. 166. per tot Honded. conſil. 30. lib. 2. Ber-
tazzol. conſil. ciuil. 59. nu. 27. vſque ad 33. Me-
noch. de arbitr. caſ. 218. Rom. conſil. 146. cum
alijs ibi latè per Mandoſ. in verb. iſta quæſtio.

In prædictis tamen aduertendum eſt quod quam-
uis inter nobiles præſumatur donatio iocalium
19 etiam magnis valoris † ex Surd. d. deciſ. 166.
cum alijs ſupra allegatis: Tamen ſola nobilitas
non ſufficiet, niſi etiam adſint diuitiæ, & con-
currat amplitudo fructus dotis Lup. in rubr. de
donat. int. vir. & vxor. §. 11. num. 19. verſ. &
quod plus eſt. Petr. Pecch. de teſtamen. coniug.
lib. 2. cap. 6. n. 4. verſ. ſane hac ita. Rot. coram
R. P. D. Manzaned. d. Ferrarien. lucri dotis.
& voluit latè Honded. conſil. 30. n. 19. Bertaz-
20 zol. conſ. ciuil. 59. nu. 31. in fin. † Licèt quando
ignobilis dixiſſet ignobilem, aut ſenex iuuenem
præſumeretur potius donatio in recompenſa-
tionem iuuentutis, ac nobilitatis ſponſæ, & illi
eſſent acquiſita, quamuis non fuerint expreſsè
donata, quaſi præcedens meritum faciat præſu-
mi donationem Aim conſ. 443. n. 12. lib. 3. Lup.
in rub. de donat. inter uir. & vxor. §. 10. Doct.
in l. ſi voluntate. C. de dot. promiſ. Surd. deciſ.
166. num. 22.

Secundò eſt etiam notãdum, quod quidquid ſit in
prædictis caſibus Aliud dicendum eſſet ſtante
21 conſuetudine, † ſecundum quam alias in caſu
mihi propoſito Dixi verius eſſe, quod iſta ioca-
lia cenſeantur donata vxori, & illi debeant
acquiri; Quamuis enim Affl. deciſ. 315. nu. 11.
concludat non valere huiuſmodi conſuetudi-
nem; Tamen contra eum eſt verior opinio,
quam ſequitur Loffr. conſ. 42. n. 6. poſt Bart. in
l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commod. Roland.
conſ. 10. num. 12. in princ. uerſ. tene menti hunc
22 caſum. lib. 1. † Exemplo eius quod dicimus de
donatis vxori a conſanguineis mariti, quæ præ-
ſumuntur data eidem vxori contemplatione
viri, ideo illi acquiruntur non mulieri, dum-
modo aliter conſuetudo non diſponat, vt tran-
ſeant in dominium vxoris Salic. in l. ſicut. in
fin. C. de donat. int. uir. & uxor. Bertr. conſil.
158. num. 3. lib. 7. Bald. in l. cum te. num. 3. C. de
donat. ant. nupt. Bertazzol. conſ. ciuil. 59. nu. 36.

Quæ ſine dubio procedũt in caſu, de quo agimus,
23 nam fuit probata conſuetudo donandi, † non
autem ſolùm mittendi iocalia ad ſponſam, qua-
ſi exiſtente conſuetudine donandi mittens cen-
ſeatur donare, quamuis non expreſſerit, cum
actum dubium interpretemur ſecundum con-
ſuetudinem l. ex empto. C. locat. l. ſemper. in
ſtipu-

24 *ſtipulationibus. de reg. iur.* † & conſequenter
iſta donatio tanquam dubia debet ſumere in-
terpretationem à conſuetudine, ſeu iure com-
muni, ſi illa non extaret *Natt. conſ.195. nu.3.*
Cephal.conſ.328.n.43. & ita in ſpecie concludit
Surd. deciſion.166.num.35. vbi etiam *num.32.*
quod huiuſmodi conſuetudo non ſolum poterit
25 induci in vna ciuitate, † ſed etiam in vna par-
te ciuitatis *Loffr. conſ. 42. nu. 6.* Nam aliàs ſi
probaretur ſola conſuetudo mittendi non ſuf
ficeret, cum illa potius tollat præſumptionem
donationis *Ancbar. conſ.181. num.1. & 2. Rol.*
26 *conſ. 10. n. 13. lib.1.* † Quaſi tunc præſumatur
ſponſus iſta iocalia miſiſſe, non vt acquireren-
tur vxori, ſed vt ſe conformaret cum conſue-
tudine patriæ, & regionis, ne redarguatur apud
alios de illius inobſeruantia, vnde ſtante huiuſ-
modi cauſa pudoris, & verecundiæ præſumetur
potius actus neceſſarius, per quem excluditur
donatio *l. rem legatam. de admin. legat. l. donari
de reg. iur.*

Ex quibus etiam ſequitur valere illam conſuetu-
dinem, quod ſponſus poſt concubitum mane ſo
lemni nuptiarum die torquem auream donet
27 vxori, † quæ donatio vulgo dicitur Morgen-
gab, de qua *in vſibus feud. tit. de filijs nat. ex ma
trim. ad morganaut. contract.* prout declarat
Hartman. Pittor. quaſt. iur. roman. ſaxonic.
q. 44. vbi etiam quod vocatur donum matuti-
nale, ſubdens eſſe antiquiſſimam conſuetudinē,
vt vir donet vxori die nuptiarum licèt tales do-
nationes non tranſmitterentur ad hæredes vxo
28 ris, † ſi ipſa decederet ante virum, cum debeāt
confirmari morte mariti, vt iudicentur validæ
tot. tit. ff. & C. de donat. int. vir. & vxor. Caſtr.
in ſpecie *conſ.328. col. 1. verſic. idem videtur di-
cendum. lib.2.* cum alijs per *Surd. deciſion. 166.
nu. 13.* Quamuis non confirmarentur diuortio
*Cuiac. in l. 1. in princ ff. pro donat. in commen-
tar. ad var. tit. digeſtor.* Et de huiuſmodi dono
matutinali poſt *Albert. Argentinenſ. in chro-
29 nic. & Gregor. Turonenſ.* † meminit etiam
*Cuiac. de feud. lib. 4. titul. 32. quand. fil. in feud.
non ſucced.* vbi quod apud Germanos diceba-
tur Morgengab, ſiue Morgangheba, & à Græcis
hypobolon; vnde etiam apud Mediolanenſes,
cum in matrimonio interuenit hypobolon ap-
pellabant matrimonium ad morganatum ſiue
morganaticam, ideſt dato hypobolo, ſeu mor-
30 gangheba, † & vltra ea quæ donabantur à ſpō-
ſis; idem mos erat in conuiuijs, vt inuitati do-
narent aliquid ſponſæ; prout in ſolemnitate
pueri recenter nati *Marcell. Donat. ad Iul. Ca-
pitol. in Clodio Albino in illis verbis, cum rarum
eſſet aquilas in his locis videri. fol. 637.* dum in-
31 quit, conuiuæ nomina faciebant, † ideſt cum
ſe conſtituerent debitores muneris, quod puero
ſeu nuptæ aſſignabant; vel potius quia donando
videbantur ſibi facere eos debitores, cum hoc
etiam ſignificet nomina facere, vt notat *Bud.*
vnde Cic. Gallo. lib. 7. Accepi Auiani literas, in
quibus hoc erat liberaliſſimum nomina ſe fa-
32 cturum, qua ego vellem die; † Ideſt pecuniam
crediturum in eam diem ſoluēdam, qua ego po
ſtulaſſem. & *Senec. de benef. lib. 1.* ſed nomina
facturi diligenter in patrimonium, & vaſa debi-
toris inquirimus. *Idem lib. 1. de vit. beat.* Nun-
quam magis nomina facio, quàm cum dono, &
& nomen facere etiam apud iuriſconſultos vſi-
tatum eſt, vt *in l. 2. ff. de proxenet.*

Prout etiam ex prædictis colligitur, quod iſta io-
calia, quæ tranſeunt in dominium vxoris non
33 poſſunt alienari per maritum, † cui neque per-
mittetur eorum venditio, quamuis fuerint ſim-
pliciter data vxori pro ornatu, & vſu tantum,
Alciat. conſ. 34. lib. 5. Itaut mulier poſſit etiam
retractare executionem factam ſuper iſtis io-
calibus per eam datis executoribus pro debitis
34 filij, ſeu mariti, vt dixi *deciſ. 118.* † Dummodò
de conſuetudine non ſeruetur contrarium, quia
tunc poſſet maritus bona vxoris mobilia, ve-
ſtes, & iocalia, ſiue annulos ipſius alienare, illa
etiam inuita *Boer. in §. 5. de conſuetud. iur. &
ſtat. perſon. in conſuetud. bituricenſ.* Et ita paſ-
ſim ſeruari in Regno Franciæ docet *Rebuff. in
l. alienatum. 67. §. donationis. col. vlt. verſ. hodie.
ff. de verb. ſignific.* vbi dicit eſſe graue vxoribus
quamuis ſi maritus iſta iocalia non alienauerit
cenſerentur eis donata ſoluto matrimonio ſe-
cundum morem eiuſdem regni.

Alia de muneribus, & donis datis ab vxore, & cō-
35 ſanguineis exiſtenti in magiſtratu † & poteſta-
te dicam infra in cap. particulari: Et quod ei
permittatur illa ab eiſdem accipere eſt *tex. in l.
1. & l. iulia. 7. ff. ad leg. iul. repetund.* Quod mo-
ribus Populi Romani non aduerſatur, quibus
prohibita eſt donatio inter virum, & vxorem;
cum alia ſit munerum cauſa, alia donationum;
36 Non enim permittuntur immodica munera,
iſta enim prohiberentur, quaſi potius dona ſint
quæ inter coniuges non fiunt *l. ſed ſi vir. §. ſi
vir. de donat. int. vir. & vx.* & declarat *Cuiac.
obſeruat. lib. 6. c. 18.* Prout etiam quid dicendum
ſit facta ſeparatione thori, & poſteà illo rein-
37 tegrato, tam de dote, quàm de donationibus, †
quaſi dos eadem ſit, & idem matrimonium,
quod reintegratum eſt, & tacitè dos debeat rein
tegrari, ſi aliud non conuenerit, de quo per
*Cuiac. ad Affrican. tract. 8. in interpretatione
l. 23. ff. rer. amotar. fol. 566.* & dicam etiam in-
38 fra in capite particulari, vbi etiam quod æqui-
parantur caſus ſeparationis thori, & diuortij
Iaſ. in l. 1. C. vnd. vir. & vx. Gabr. conſ. 161. lib 1
vnde debetur donatio propter nuptias, & aug-
mentum dotis ſtante ſeparatione thori ob ſæui-
tiam, & adulterium viri, cum ſit factus locus di
cto lucro, prout in diuortio *Rolan. conſ. 50. n. 4.
lib. 2. Franc. deciſ. 244. Rot. coram. Card. Seraph.
Biſuntin. augmēti & donationis propter nuptias
24. maij. 1599.*

EPITOME.

Iudex ſecularis procedens contra clericum quan-
do ipſo facto incurrat pœnam excommunica-
tionis, & Epiſcopus poſſit illum vexare, &
non

Digitized by Google

non vendicando puniatur. Non incedens in habitu,& tonſura quo caſu perdat priuilegium fori,&controuerſia,an quis ſit clericus,per quẽ iudicem debeat cognoſci, & quid in habitu & veſtibus illius. Delegatio cauſæ criminalis clericici an fiat laico. Clericus an condemne tur in expenſis differẽs proponere exceptionem clericatus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet vendicare clericum à Magiſtratu ſeculari, nu.2. & punitur ſi negligeat vendicare.n.8.*

3 *Priuilegio clericorum non poteſt clericus renunciare.*

4 *Epiſcopus vendicando clericum à laico debet citare partem.*

5 *Iudex laicus procedendo contra clericum an incurrat ipſo facto excommunicationem. n.6.*

7 *Clericus punitur non declinans forum ſeculare.*

9 *Clericus non perdit priuilegium fori incedens ſine habitu, & tonſura, & an vtraq; requiratur copulatiuè.n.10.11. & 12.*

13 *Cõtrouerſia quis ſit clericus an cognoſcatur per eccleſiaſticum,vel ſecularem, & quid in habitu & veſtibus.n.14. & 15.*

16 *Clericus an ſit detinendus in carceribus Iudicis ſecularis donec cognoſcitur cauſa clericatus num.17.*

18 *Clericus condemnatur in expenſis differens declinare forum ſeculare, & per quem Iudicem condemnetur. n.19.*

20 *Iudex ſacularis non poteſt mulctare clericum ratione contumacia.*

21 *Cauſa criminalis clericorum an poſſit delegari laico.*

22 *Dominus feudi quando cognoſcat de cauſa vaſſalls clerici.*

CAPVT CXC.

CLericus quamuis conſentiat litigare coram iudice ſeculari,& fateatur ſe laicum,
1 & non incedat in habitu, & tonſura, † tamen
cum de hoc dubitaretur Dixi quod non poſſit
puniri per eundem iudicem laicum, ſed Epiſcopus debet illum vendicare à Magiſtratu
ſeculari,ne detur occaſio fraudandi iuriſdictionem eccleſiaſticam *Bald. in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.& cler.Franc.in c. ſi iudex lai-*
2 *cus. 12. in 2. notab.de ſent. excommunic.in 6.* †
& ita etiam reſoluit *Sacra Congregatio Concily*,& veriſimam opinionem,& multum notandam dicit *Diaz.in prax.crimin.c.64. n.4.verſ. immo quod ſumme. in 2.editione*. Cum enim
priuilegium clericorum ſit inductum in fauorem totius ordinis clericalis non poterit illi
3 per vnum præiudicari,†nec tacitè,nec expreſsè
gloſ.in c.ſignificaſti. de for. compet. Doctor *in c. ſi diligenti. eod.tit. Alex.conſ.8. col.1.lib.6.Roland.conſ.4.n 9. lib.1.* Ideò non mirum ſi iudex
eccleſiaſticus non poſſit impediri illum repetere à curia ſeculari non obſtante dicta renunciatione *Couar.pract.queſt.c.33. n.2. poſt Innoc.in c.vt fama.de ſent.excommunic. Cepol.cõſ.11.n.7*
4 † Agitur enim de intereſſe Epiſcopi, quo ſtante ei conceditur declinare iuriſdictionem laici,
& clericum reuocare, licèt in huiuſmodi reuocatione teneatur citare partem *Fel. in c. eccleſia S.Maria.n.72.col.26.in fin.ver.ſecunda cautela eſt de conſtit.*

Immo ſi iudex ſecularis vellet procedere contra clericum incurreret ipſo facto ſententiam ex-
5 communicationis † ſecũdum opinionem *Guid. Pap. deciſ. 77. per tex. in c.penult.de immunit. eccleſ.in 6.* Quæ tamen ſententia non eſſet admittenda,cum verius ſit illum non eſſe ipſo iure excommunicatum,ſed debere compelli deſiſtere per cenſuras eccleſiaſticas *c. ſeculares. de*
6 *for.compet.in 6.* † Et contraria procedunt quãdo Iudex laicus vellet impedire Eccleſiaſticum
iam procedentem prohibendo, quominus litigans coram Eccleſiaſtico non poſſit iuſtitiam obtinere, quaſi tunc id faciat tanquam priuatus nullam prætendens iuriſdictionem *Decian. in prax.c.12.lib.4. n.11.Add. ad Clar. q.36.in prine.*

Amplius non ſolùm clericus punitur non decli-
7 nans forum iudicis ſecularis † tanquam tranſgreſſor canonum *Boer.* qui de communi *ſuper conſuet.bitur.tit. de iuriſd. §.21. in fin.Clar.q. 46.verſ.ſecundo infertur.* Sed etiam Epiſcopus poteſt criminaliter puniri, ne dum ab adminiſtratione deponi,ſi habita notitia carcerationis clerici illum repetere neglexerit adhibitis cen-
8 ſuris, † & alijs iuris remedijs, quaſi ad eum pertineat cuſtodire huiuſmodi fori priuilegium *Caſſan.conſ.28. Ignat.Lopez. ad Diaz. in prax. crimin.c 62.n.17.& 15.Farin.q.8. n.46.verſic. amplia decimo octauo.*

Ex quibus colligitur bene fuiſſe actum per D.Epiſcopum ad repetitionem clerici,de quo agimus cum non potuerit ei præiudicari ex ſupra allegatis; Præſertim quia neq; clericus perdit priuilegium fori,quãuis fuerit captus cum armis
9 ſine habitu, & tonſura, ſi aliàs probaretur, †
quod eſſet ſolitus illam deferre, vt preſupponitur, cum requiratur perſeuerantia in non deferendo habitum, & vnicus actus non ſufficiat *Decian.in tract.crimin.tom.1. lib.4.c.9.nu.109. Caſtellion.conſ.5.nu.9.* Quem refert, & ſequi-
10 tur *Farinac.q.8. n.67. & 68.* † Itaut ſufficiat,
quod deferat, vel habitum, vel tonſuram, vt gaudeat priuilegio fori, quidquid aliud ſit in clerico coniugato,in quo requiritur vtrunq; copulatiuè *Idem Farin.d.q.8.nu.64. & 65.* & voluit *Rol conſ.4.n.26.li.1.poſt Car.in c.perpendimus. de ſent. excommunic.* quem ſequitur *Vronenſ.conſ.c 1.col.pen.verſ.nam aloiſius.n.42.Capr.concluſ.97.n.74.& 81.*

Accedat quod neq; Clericus incedens ſine habi-
11 tu, & tonſura perdit priuilegium fori, † niſi
præceſſerit trina monitio ſpecialis, nominatim, & perſonam facta, itaut nec vnica, nec generalis ſufficiat *clem. 1. vbi gloſ. in verb.ter-*

tiu.de

Digitized by Google

tio. de vit. & honeſt. cleric. Felin. *in c.*Eccleſia
S. Maria. *col.24. in princ. verſ. ſecundo ſeque-
retur. de conſtit. in 6.* cum alijs latè per *Farin.
q.8.nu.60. vſq; ad 63.* Licèt hoc non ſit tutum
cum hodie poſt Concilium Tridentinum ſit de-
rogatum iuri communi, vt nõ requiratur trina
monitio, cum contraria procedant ante dictum
Concilium, prout concludit *Menoch. conſ.912.*
12 *n.34. lib.*10. † vbi quod in iſtis clericis primæ
tonſuræ non eſt facienda d. monitio, & incorri-
gibilitas, & voluit *Nauar.* declarando *Concil.
Trid. conſ. vlt. n.6. de priuileg.* Et faciunt conſti-
tutiones *Clem. vij. & Paul. iij.* per quas ſancitũ
eſt Clericos primæ tonſuræ beneficijs carentes
priuari beneficio fori eo ipſo, quod non ince-
dunt in habitu, & tonſura, de quibus *Menoch.
d. conſ.912. nu.35. poſt Vrſil. ad Affl. deciſ. 24.
n.7. Clar. q.36 verſ. hac autem.*
Verũ eſſet quod dum cõtrouertitur an quis ſit cle
ricus, & habeat requiſita, de quibus in Cõcilio
13 Tridentino † debet hoc dirimi per Iudicem ec
cleſiaſticum, non autem per ſecularem *c. ſi iu-
dex laicus. de ſent. excom. in 6.* Rot. *deciſ. 202.
alias 3. eod. tit. in nou. Rol conſ.4. nu.20. lib.*1.
Cum enim agatur de ordine, & ſic de re eccle-
ſiaſtica, & ſpirituali, talis cauſa non poteſt co-
gnoſci per Iudicẽ laicum *c. quãto. de iudic. auth.
caſſa. C. de epiſ. & cler. Vant. de nullit. ex de-*
14 *fect. iuriſd. n.54.* † Præſertim quia in concurſu
iuriſdictionum propter maiorem auctoritatẽ,
quam habet eccleſiaſticus ſit illi deferendum in
cognitione cauſæ per ſæcularem *Felin. in c. pa-
ſtoralis. de reſcript. Couar. pract. quæſt. c. 31.
n.1. verſ. primum illud Iaſ. in l.2. col.2. ff. ſi quis
in ius vocat. non ier.* Quæ etiam procedunt non
ſolùm quando agitur ſuper clericatu, ſed etiam
15 ſuper veſtibus, & habitu clericali, † de quo ſi
adſit controuerſia etiam eccleſiaſticus debet
definire *Domin. in c.1. §. fin. de cler. coniug. in
6. Ignat. Lop. ad Diaz in prax. c.62. num.14.
Maſq. concluſ.689. nu.8.* & de magis vera, & re-
cepta ſententia teſtatur *Farinac. q.8. nu.34.* vbi
etiam *n. 36.* quod interim donec pendet cauſa
16 clericatus † reus detinendus eſt in publicis car
ceribus à Iudice eccleſiaſtico; Dummodò ſecu-
laris non ſit in poſſeſsione, vt quia clericus fuit
captus in habitu laicorum, tunc enim carcera-
tus debet remanere penes eundem Iudicem ſe-
cularem *Anchar. conſ.234. caſus talis eſt.* De-
cian. in prax. lib.4. c.12. n.5. † & interim donec
cauſa clericatus cognoſcitur per eccleſiaſticum
citantur Iudices ſeculares, & alij intereſſe ha-
bentes *c. ſi iudex laicus. de ſent. excommun. in 6.
Cæpoll. conſ.11. n.2. Boſſ. in prax. tit. de for. com-
pet. n.151.*
Idem quoq; dixi cõcludendum eſſe in expenſis, in
quibus clericus poterit cõdemnari, ſi diſtulerit
allegare exceptionem clericatus vſq; ad ſenten
18 tiam, † ſeu executionem *Bellam. deciſ.226. in-
cip. in cauſa mea. Couar. pract. quæſt. c.33. nu.2.
verſ. clericus vero. Felin. in c. exceptionem. in
princ. de except. Dec. conſ. 241. Aſin. in prax.*
19 *§.32. ampl.61. nu.1.* † Dummodò tamen iſta
condemnatio non fiat à Iudice laico, cum ſit fa-
cienda ab eccleſiaſtico; etenim ſicut laicus non
poteſt cognoſcere cauſam clerici principali-
ter, neq; etiam poterit incidenter, Ideo non eſt
ei permittenda condemnatio expenſarum pro-
uenientium ex cauſa principali *Abb. in c. ſi dili-
genti. col. pen. de for. compet.* Bald. *in l. ſi ex alie-*
20 *na. col.2. C. de epiſc. & cler.* † Quidquid contra
rium ſequantur *Bart. in l. non videtur. la 1. in
princ. ff. de iudic. & Auffr. deciſ.165. & Gram-
mat. uot.27. in princ.* Quia contra eos eſt magis
vera, & tuta opinio, vt poſt *Cauen. ſuper rit.
magn. cur.215. n.11. Clar. Couar. & alios* per
eũ allegatos teſtatur *Farin. q.8. n.17.* vbi etiã
ampliat, quod neq; ratione contumaciæ poterit
ſæcularis clericum mulctare *Ignat. ad Diaz. in
prax. c.62. n.6. & 7.*
Ex prædictis etiam ſequitur non eſſe tutum, quod
quærebatur circa delegationem faciendam per
Epiſcopum de huiuſmodi cauſa eidem Iudici
21 laico, † cum per eum non poſsint delegari cau-
ſæ crimiuales clericorum ſæculari *Rip. in c. de-
cernimus. nu.34. de iudic.* Quamuis etiam dele-
gatio fieret laico ſimul cum clerico *Roland.
conſ.4. n.14. lib.1. Clar. in §. fin. q.41. uerſ. quæ-
ro nunquid. Dec. in d. c. decernimus. n.5. in fin.*
22 *Farinac. q.8. n.4. uerſ. ſublimita & declara.* †
Cum nullus laicus poſsit habere cognitionem
de criminibus clericorum, licèt eſſemus in Do-
minio feudi, qui poteſt priuare clericum, cum
duæ cauſæ pertineant ad legem feudi etiam cõ-
tra clericum, videlicet illius conſtitutio, & pri-
uatio, dummodò tamen non agatur contra eum
ad priuationem ex delicto, prout multum no-
tandum dicit *Surd. conſ.193. n.15. lib. 2. poſt
Soccin. in c. ex tranſmiſſa. col.10. in princ. uerſ.
quinto limitatur. n.32. de for. compet.*

E P I T O M E.

Reſignans beneficium quando poſsit pœnitere, vel
cogatur ad renunciandum. Effectus quis ſit
paruæ datæ, ſeu parui conſenſus, & quo caſu fa-
ciat actum perfectum. Intimatio renocatio-
nis voluntatis quando debeat fieri procuratori
conſtituto ad reſignandum, vt principalis poſ-
ſit pœnitere, & cui ſit facienda. Epiſcopo an
poſt acceptationem alternatiuæ liceat mutare
voluntatem, & ab ea recedere.

S V M M A R I V M.

1 *Parua data quæ ſit, ac illius effectus. & n.3.*
2 *Stilus facit ius, & habetur pro lege. & n.15.*
4 *Sex menſes dati ad publicandam reſignationem
quando currant.*
5 *Reſignatio non ualet niſi expreſſus conſenſus
præſtetur in cancellaria, neque alius conſen-
ſus ſufficit.*
6 *Reſignans poteſt pœnitere quamuis præſtauerit
paruum conſenſum, donec alius in camera præ-
ſtetur. n.7.*
8 *Parua data non facit actum perfectum.*

9 *Coſenſus ſemel præſtitus quando poſſit reuocari.*
10 *Variatio admittitur re integra.*
11 *Clericus an poſſit cogi ad renunciandum beneficium ſi petijt, & obtinuit licentiam ad renunciandum, & quando ſit locus pænitentiæ. nu. 15. 16. & 18.*
12 *Paria ſunt cedere, & velle cedere.*
13 *Auctoritas ſuperioris non debet illudi. n. 14.*
19 *Beneficium quando vacet per obitum poſt reſignationem.*
20 *Reſignatio facta per procuratorem in Curia quo caſu noceat domino, vt non poſſit pænitere, & quando requiratur intimatio voluntatis reuocatæ, & cui ſit facienda. n. 21. 22. & 23.*
24 *Epiſcopus poſtquam acceptauit alternatiuam an poſſit pænitere. nu. 25.*
26 *Reuocatio procuratoris non valet, ſi non fuit intimata.*

CAPVT CXCI.

STilus Curiæ circa paruam datam eſt notiſſimus omnibus, qui in ea verſantur, Verum
quia agitur in caſu de partibus mihi propoſito, vt conſulatur etiam illis, qui in eis exiſtunt
in percipiendo veritatem eorum, quæ reſoluentur,
1 Sciendum eſt effectum paruæ datæ eſſe, † vt
ſecuta Signatura Papæ in ſupplicatione apponatur illa parua data, quamuis Signatura longo poſt tempore ſecuta fuerit; Gratia enim, quæ per eandem Signaturam recipit perfectionem fingitur obtenta ea die, qua parua data facta fuit; Itaut non detur probatio in contrarium, tamquam contra fictionem, aduerſus quam illa non admittitur; Ideo reijciuntur articuli tendentes ad probationem, quod gratia alio die facta ſit, Et omnia quæ poſt paruam datam geſta ſunt, ſubſecuta Signaturæ Papæ, retrotrahuntur ad diem, quo obtenta eſt parua data, & per inde eſt ac ſi ſub eadem die cuncta fuiſent, cum etiam ſolum inſpiciantur literæ, quæ ſub eadem data ſunt expeditæ, & ſecundum eas iudicatur, neque aliud inquiritur, prout latè omnia ſupradicta explicat Gabr. *conſ. 193. n. 1. vſq; ad n. 8. lib. 2. poſt Caſſad. deciſ. 1. & 2. de renunciat.* Rot. *per* Cardin. *Paleott. deciſ. 72.*
2 *in fin.* † Et huiuſmodi ſtilus facit ius, & habetur pro lege etiam contra diſpoſitionem iuris communis Abb. *in c. ex litteris. nu. 6. de conſtitut. Felin. in c. 2. num. 16. de reſcript.* Aim. *conſ. 201. n. 59. vſq; ad n. 23.*

Secundo eſt animaduertendum, quod in reſignatione facienda datur ſupplicatio, & ſi reſignans eſt præſens ipſe præſtat conſenſum, aliàs ipſo abſente procurator cum eius ſpeciali manda-
3 to, † quem conſenſum notarius non extendit
ſed ſolùm annotat à tergo mandati diem, in quo conſenſus præſtatur, qui dies vocatur paruus cōſenſus, vel parua data, Si reſignatio procedit extenditur conſenſus ſub eadem die dicti parui conſenſus, vel de nouo præſtatur, & donec iſte paruus conſenſus non eſt extenſus, reſignās poteſt pœnitere, & ſit intimatio procuratori reuocationis mandati, quia aliàs ſemper procurator poſſet præſtare conſenſum, & faceret eſſe locum reſignationi Itaut iſta extenſio conſenſus fiat etiam poſt mortem reſignantis, cum retrotrahatur ad diem parui conſenſus, vt dictum eſt, & latius omnia declarat Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 1. q. 12. per tot. & lib. 8. q. 8.* Et facta reſignatione dantur ſex menſes ad il-
4 lam publicandam, † qui quando currant, cum
alijs caſibus, in quibus conceditur prorogatio ſecundum formam *Conſtitutionis* Greg. XIIII. *de public. reſignat ponit Idem* Pariſ. *de reſignat. q. 7. lib. 11.*

Tertio notandum eſt, quod per *Regul. Cancell. 43.*
5 prohibentur expediri reſignationes, † niſi prius
expreſſus conſenſus fuerit præſtitus in Camera, ſeu Cancellaria, in qua cum non adhibeatur paruus conſenſus, ille non ſufficiet, ſed iterum eſt dandus, Papa enim non admittit reſignationem, niſi conſtet de mente reſignantis, & Signatura Papæ habet tacitam conditionem, quatenus ſupplicantes perſiſtant in eadem voluntate, quo caſu gratia trahitur ad diem paruæ datæ, cum præſertim Papa, non Datarius concedat gratias, & conſenſus ſuper parua data nullum ius tribuit, & res eſt adhuc integra, & eſt locus pœnitentiæ, Vnde de ſtilo Curiæ etiam huiuſmodi paruus conſenſus, vt plurimum remanet apud ipſas partes, non apud notarium, & interim licet vnicuiq; res pro arbitrio ſuo tractare, quod non concederetur, ſi iſte paruus
6 conſenſus eſſet irreuocabilis, † Cum etiam
iuxta eundem ſtilum Curię poſt porrectam ſupplicationem, & ſolutam compoſitionem Datario, ante extenſum conſenſum poſſit reſignans pœnitere; Vltra quod etiam ſecundum *regulam de præſtando conſenſu* Papa denegat extenſionem poſt quindecim dies à tempore miſſæ ſupplicationis ad regiſtrandum propter fraudes, quæ fiebant dum differebatur extenſio conſenſus, cum interea ſtatus beneficiorum eſſet in incerto, quod ideo contingebat, quia interim in arbitrio cedentis erat an valeret reſignatio neue, prout omnia prædicta colligũtur ex Caſ*ſad.* Put. *Mobedan. & alijs, de quibus in deciſione* Rot. *coram Cardin.* Paleott. *compoſtellan. archidiaconatus. 21. Octobris. 1557.* quæ eſt inter *deciſ.* Rot. *diuerſ. 458. num. 1. vſq; ad nu. 8. p. 3. lib. 3.*

Ex iſtis colligitur in caſu mihi propoſito veriorem eſſe opinionem, quod reſignans potuerit non obſtante reſignatione facta per eius procuratorē in Curia, reſignare ſecundo loco in ma-
7 nibus Ordinarij; † Nam ante extenſionem par-
ui conſenſus, & paruæ datæ, ſub quibus prima reſignatio fuit facta, licuit reſignanti mutare voluntatem, & alteri reſignare, vt dictum eſt ſupra, & eſt etiam *deciſio* Rot. *coram Cardin. Lancellott. Barchinonen. parochialis. de corneliano. 13. Decembris. 1571.* poſt *Mohed. deciſ. 186. & alios ibi allegatos.* Illa enim parua data,
8 non facit actum perfectum, † niſi ſuper ea ſit

exten

extenſus conſenſus,vnde non mirum ſi eſt licita
pœnitentia *Caputaq. deciſ.* 237. *p. e.* Cum con-
ſenſus formalis, & perfectus ſit ille, qui datur
in Cancellaria, per quem abdicatur ius à reſi-
gnante, non per alium latè *Pariſ. de reſignat.*
9 *lib.*8. *q.*8. *n.*40. *&* 41. *cum ſeq.* † Vnde quam-
uis conſenſus ſemel præſtitus non debeat reuo-
cari *c. quod ſemel. de regul. iur. in* 6. Tamen
iſte non dicitur præſtitus tanquam ſolùm adhi-
bitus ſuper parua data, & ſic ſuper actu infor-
10 mi, & non perfecto, † quo caſu res dicitur in-
tegra,& poteſt admitti variatio Iaſon. *In l. fin.
de pact. Alex. in l. ſi pecuniam. de cõdic. ob cauſ.*
Rot. *diuerſ.* in ſpecie *deciſ.*458. *n.*9. *p.*3.
Non obſtat quod Clericus poſſit cogi ad renun-
ciandum beneficium, quando petijt, & obti-
nuit licentiam renunciandi *c. quidam* 12. *de*
11 *renunciat.* † Cum variatio in iure ſit prohibi-
tum *clem. vnic. eod. tit.* Maximè perſonis Ec-
cleſiaſticis *Felin. in c. cum olim. n.* 5. *de re iu-*
12 *dic. Silu. de beneſic. q.* 16. † Præſertim quia pa-
ria ſunt cedere, & cedere velle poſt obtentam
licentiam *Anchar. in d. c. quidam. & ibi Anan.
n.*2. Vbi etiam *Abb. & Butr. nu.*10. quod hoc
non permittitur, quamuis ſolum quis petierit
præambulum ad aperiendum viam cedendi, cũ
13 non debeat illudi auctoritas Superioris, † in
qua ratione fundatur potiſſimum *tex. in d. c.
quidam.* vt ibi notat Hoſt. *& Egid. in princ.
Card. in* 1. *&* 2. *appoſ. n.*5. *Idem Hoſt. in ſumm.
de renunciat. n.*6. *verſ. non poteſt.* Petr. Rauen.
*in compend. iur. canon. part.*3. *tit. de renunciat.
col.*8. *verſ. & nota pulchrum.* Summ. Anton. *p.*3.
*tit.*19. *c.*5. *§.*1. *in fin. Silueſt. in verb. renun-*
14 *ciatio. & ibid.* Tabien. *num.* 11. † Quamuis
etiam non fuerit ius tertio quæſitum, cum Do-
ctores ſolùm ſe fundent, vt euitetur illuſio Su-
perioris,& variatio *Ceuall. q.* 283. *nu.* 6. *poſt
Pariſ. de reſignat. lib.*3. *q.*18. *n.*64.
Quia prædicta procedunt de rigore iuris, quæ de
15 ſtilo Curiæ non ſeruantur, † qui ſtilus facit ius
c. quam graui. de crim. falſ. Felin. *in c. ex par-
te. il* 1. *nu.*16. *de reſcript. Dec. conſ.*699. *nu.*5.
etiam contra diſpoſitionem iuris communis
16 *Gabr. conſ.*193. *nu.*1. *lib.*2. † Et ita in ſpecie
concludit *Put. deciſ.* 204. *lib.* 2. *Aebil. deciſ.*1.
de renunciat. Mohed. deciſ. 11. *&* 189. *Ant.
Auguſt. Cott. Accorambon.* & alij, de quibus per
*Pariſ. de reſignat. beneſic. lib.*3. *cap.*18. vbi de
recepta, & communi obſeruantia atteſtatur,
& latius *lib.*1. *q.*12. *n.*14. *Ceuall. q.*283. *in fin.*
Rot. *coram* Cardinal. Lancellott. *Barchinonen.
parochialis de* Corneliano. 13. *Decembris.* 1571.
17 Qui ſtilus fundatur in illa ratione, † nam ad-
miſſio, & Signatura gratiæ, quæ perficit reſi-
gnationem habet tacitam conditionem, qua-
tenus ſupplicantes perſiſtant in eadem volun-
tate, & ob id conſenſus retrotrahitur ad diem
datæ ſupplicationis, & litteræ ſub eodem die
expediuntur, Vnde ante præſtitum dictum con-
ſenſum reſignatio non dicitur in totum perfe-
cta ex ſupra allegatis, & declarat latè *Burſat.*
18 *conſ.* 393. *per tot. lib.*4. † Ideo ante præſtitum
conſenſum in Camera ſemper licitum erit pœ-
nitere, nedum poſt porrectam ſupplicationem,
ſed poſt admiſſam reſignationem à Sũmo Pon-
tifice, & manu eius Signatam per verbum fiat
vt petitur, vel fiat motu proprio, & illam re-
giſtratam, & poſt ſolutam compoſitionem, etiã
quod interuenerit iuramentum, ſiue quis pœ-
niteat, vt alteri reſignet, ſiue vt velit pro ſe reti
nere, ſiue reſignatio ſit ſimplex, ſeu ex cauſa
19 permutationis, † Itaut ſi poſt prædicta moria-
tur reſignans ſemper dicatur vacare beneficiũ
per obitum, non per reſignationem, cum requi-
ratur conſenſus præſtandus in Camera, ſeu Cã-
cellaria, Quidquid aliud ſit in reſignatione fa-
cta coram Ordinario, quæ ſtatim admiſſa ope-
ratur, vt beneficium vacet, & res non dicatur
amplius integra, neq; per conſequens ſit locus
pœnitentiæ, prout omnes ſupradictos caſus
multis comprobat *Pariſ. de reſignat. q.*18. *lib.*3.
*n.*15. *&* 26. *vſq; ad n.*55.
Infertur etiam ex prædictis quo ad ſecundam du-
20 bitationem; † Idem eſſe quando reſignatio fuit
facta in curia per procuratorem, & per eum
præſtitus paruus conſenſus, Nam quemadmo-
dum quis poteſt pœnitere in reſignatione fa-
cta per ſe ipſum, multo magis per alium, cum in
vtroq; caſu militet eadem ratio *Gabriel. conſil.*
198. *nu.*3. *lib.*1. Burſat. *conſil.*394. *lib.*4. *Put.
deciſ.* 206. *lib.* 3. *& eſt tex. in clemen. vnic. de
renunc.* vbi *Card. & alij* intelligunt tam de ex-
preſſa, quàm de tacità reuocatione conſtituen-
do alium procuratorem ad renunciandum pro-
pter generalitatem verbi quomodolibet, vt per
Card. Lancell. d. Barchinonen. parochialis.
Quæ tamen ſunt declaranda dummodo huiuſmo-
di mutatio voluntatis fuerit intimata procu-
21 ratori prius conſtituto ad reſignandum, † Nam
aliàs non præcedente iſta intimatione, procu-
rator poterit conſentire reſignationi, & valida
erit reſignatio, etiam ſi conſenſus fuerit præſti-
tus poſt mortem conſtituentis *Caputaq. deciſ.*
224. *p.*1. *& deciſ.* 110. *p.*2. Vbi quod *d. clemen.
vnic.* dum loquitur de reuocatione procura-
toris multo magis militat in mutatione volun-
tatis re non integra, cum iam ante mutatam
voluntatẽ procurator porrexerit ſupplicatio-
nem ipſius reſignationis, & ſupplicatio dotata
22 fuerit, † & ſic actus reſignationis eſt quaſi per-
fectus, & procurator incepit tractare negotiũ
reſignationis. Etenim ille ſtilus Curiæ, per quẽ
in reſignante licita eſt pœnitentia ante extẽſum
conſenſum, eſt exorbitans à regulis iuris, vnde
eſt intelligendus facta ſcilicet intimatione re-
quiſita per *clem. vnic. de renunciat.* prout de-
clarat Rot. *coram Cardin. Lancellot. Barchi-
nonen. parochialis de cornelian.* 28. *Ianuar.* 1572.
23 Itaut iſta intimatio ſufficiat † non ſolùm ſi fiat
procuratori, vt dictum eſt, ſed etiam ſi fuerit
facta in Camera, ſeu Cancellaria, vel ipſimet
reſignatario, aut per litteras ſcriptas ipſi pro-
curatori, & in alijs caſibus de quibus per *Pa-
riſ. de reſignat. q.*25. 26. 27. *&* 28. *lib.*9.
Et facit quod dicitur de Epiſcopo, qui poſtquam

Digitized by Google

tranſmiſit literas patentes circa acceptatio-
24 nem alternatiuæ poteſt pœnitere , † & dicere
quod non vult illam acceptare ante quam
D. Datarius dictas literas recipiat , & appro-
bet, cum actus ad hoc non ſit perfectus , & ac-
ceptatus , Dummodo tamen fiat intimatio pę-
nitentiæ , & reuocationis vel illi,ad quem fue-
runt tranſmiſſæ literæ, vt deferret ad Datariũ ,
vel ipſimet Datario ante recognitionem dicta-
25 rum literarum, † Cum etiam in hoc caſu mili-
tet ratio *clem. 1. de renunciat.* euitandi ſcilicet
variationem , & illuſionem , pront illuderetur
Sũmmus Pontifex ſub prætextu dictæ reuoca-
tionis non intimatæ, Vltra quod multa incon-
uenientia poſſent oriri , qnia Papa prouidebit
in menſibus Martij , & Septembris credens eſſe
reſeruatos , & deſinet facere prouiſionem in
menſibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Octo-
bris putans eſſe ordinarios ; Cum etiam ſit tol-
lenda occaſio committendi fraudes , quæ poſ-
ſent facilè fieri per Epiſcopos modo dicentes
quod gaudent alternatiua tanquam illam ac-
ceptarint , modo negando quaſi eandem reuo-
cauerint , prout in ſpecie concludit Mandoſ.
conſ. 18. n. 18. & 19. cum alijs per *Gonzal. ad
reg. 8. cancellar. gloſ. 63. n. 22. & 36. vſque ad*
26 *nu. 54.* † Exemplo reuocationis procuratoris ,
quæ non releuat , ſi oon fuit intimata *Salic. in
l. 1. n. 3. verſ. oppono quod iudicium. C. de ſatiſ-
dat. Felin. in c. ex parte decani. 33. col. 11. de
reſcript.* cum alijs de quibus ſupra *c. 18. nu. 37.
cum ſequen. & per* Monter. *deciſ. 43. num. 24.
& per tot.*

EPITOME.

Depoſitio ſubornati quando probet contra ſu-
bornantem , & faciat inditium ad torturam.
Teſtes reprobantes inſtrumentum an debeant
eſſe omni exceptione maiores , & quo caſu hæc
qualitas ſit probanda tàm in teſtibus inſtru-
mentarijs , quàm in alijs oon deſcriptis in in-
ſtrumento .

SVMMARIVM.

1 *Teſtis non probat dicens ſe ſubornatum contra ſubornantem . Amplia vt n. 9. & 10.*

2 *Teſtis fatendo ſe corruptum declarat ſe inhabilem ad teſtificandum .*

3 *Probatio leuior requiritur in crimine falſi, & & ſubornationis . Intellige vt n. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Mandatarius non facit fidem contra mandantem delictum .*

11 *Teſtis deponens falſum per pecuniam quando probet .*

12 *Teſtes minus idonei admittuntur in caſu difficilis probationis . Declara vt n. 13.*

14 *Tortura non datur niſi teſtis ſit omni exceptione maior .*

15 *Teſtis dicens ſe corruptum etiam in tortura non probat .*

19 *Periurium, & infamia teſtis non purgatur per torturam in cauſa criminali .*

17 *Semel periurus non admittitur amplius ad iurandum .*

18 *Periurium duplex magis adimit fidem teſti.*

19 *Aſſertio teſtis corrupti cum adminiculo fugæ facit inditium ad torturam .*

20 *Comparitio ſpontanea arguit innocentiam , & tollit inditium fugæ .*

21 *Depoſitio ſocij criminis tollitur per probationem bonæ vitæ, & famæ .*

22 *Teſtes reprobatorij inſtrumenti debent eſſe omni exceptione maiores, & hæc qualitas eſt probanda . Intellige vt n. 24. & 27.*

23 *Probatio maior requiritur ad impugnandum inſtrumentum .*

25 *Ex rogatione partium , & notarij inhabiles habilitantur .*

26 *Teſtes plures requiruntur ad reprobandum inſtrumentum quando non ſunt in eo deſcripti .*

28 *Duo teſtes quando ſufficiant ad reprobandum publicum inſtrumentum . & n. 29.*

30 *Teſtes deponentes contra inſtrumẽtum quomodo debeant deponere .*

CAPVT CXCII.

TEſti deponenti ſe falſitatem perhibuiſſe
corruptum ab aliquo, cum de hoc quære-
retur in caſu mihi propoſito Dixi credendum
1 nõ eſſe, † Etenim ſubornatio tanquam materia
criminalis , & odioſa eſt probanda per proba-
tiones concludentes, & aliunde , quàm per te-
ſtes, qui dicunt ſe corruptos *c. ſicut nobis 9. de
teſtib. Natt. conſ. 198. n. 1. Aim. conſ. 6. n. 16.
Bertazzol. conſ. crimin. 456. n. 8. lib. 2.* cum
alijs latè per *Farinac. quæſt. 45. de indic. & tor-*
2 *tur. n. 1.* † Et eſt ratio , quia cum teſtis fatetur
ſe corruptum , in conſequentiam quoq; ſe de-
clarat inhabilem ad teſtificandum , quaſi per
ſuam confeſſionem ſe ipſum condemnet *gloſ.
in l. 3. §. lege iulia. in verb. conuictus. de teſtib.
per tex. in l. 1. ff. de confeſſ.*

Neq; obſtat quod ſit credendum vnico teſti dicẽti
3 ſe ſubornatum in odium corrumpentis , † &
quia crimen ſubornationis , & falſi ſecretò cõ-
mittitur , ideo tanquam difficilis probationis
leuior probatio debet ſufficere ſecundum opi-
nionem *Marſil. ſingul. 12. & conſ. 61. n. 1. &
in l. 1. §. ſed & ſi quis. n. 3. ad leg. cornel. de falſ.
poſt* Bald. *in c. 1. ſi de inueſtit. int. domin. &
vaſſal. lis oriat. col. 2. in fin. n. 7. verſ. vel præ-
mio.* vbi dicit notandum tanquam mirabile
Idem Bald. in c. fin. nu. 3. de teſtib. cogend. cum
alijs per *Surd. deciſ. 107. num. 6. & conſ. 132.
n. 3. lib. 1.*

Quia prædicta opinio non eſt approbanda cum
4 *Bald.* ſuper quo omnes ſe fundant , † non agat
de adhibenda fide vnico teſti dicenti ſe ſubor-
natum, ſed de adhibenda fide teſti ſubornato, ſi
inducatur per eum, contra quem fuit ſuborna-
tus, quod eſt ſingulare, cum *in l. 3. §. iulia. de
teſtib.* arceatur à teſtimonio, qui pecuniam ac-
cepit, vt diceret, vel non diceret teſtimonium,
& ita

Digitized by Google

5 & ita Bald. interpretatur † Roman. ſing. 330.
tu ſcis textum. Felin. in cap. licet cauſam. n.7. in
ſin. de probat. Bero. q.59. nu.5. vbi quod prius
debet conſtare de corruptione, vt teſtis qui di-
citur corruptus admittatur contra corrum-
6 pentem, † quod eſſet fruſtatorium, ſi ei ſoli di-
centi ſe corruptũ eſſet fides adhibenda Gram.
vat. 10. & 11. & ita etiam declarat Rot. co-
ram Cardin. Seraphin. Parmen. ſtatus. 16. iu-
nij. 1597. & voluit latè Honded. conſ.106.n.48.
vſque ad n.55. lib.1. poſt Rimin. Iun. conſ.723.
lib.6. per tot. ſequitur Farinac. q.45. nu. 8. vbi
quod Doctores contrarium ſequentes non lo-
quuntur in teſte, qui iã corruptus depoſuit fal-
ſum, prout in caſu, de quo agimus, ſed in teſte
qui corruptus ad non deponendum non fuit ad
7 huc examinatus, † iſte enim poterit produci
per aduerſarium. contra quem fuerat corrup-
tus, & admittitur cõtra corrumpentem, & pro-
bat, cum magis ſit quando teſtis falſum depo-
ſuit, tunc enim non ſolùm dicitur corruptus,
ſed etiam falſus, & periurus ideo minus debet
probare in eo caſu, quã in alio Natt. conſ. 298.
8 n.9. Bero. q. 58. num.5. † Exemplo mandatarij
qui ſi depoſuit de mandato non facit fidem cõ-
tra mandantem quando mandatum accepta-
uit, & crimen commiſſum eſt executus Bald.
conſ. 429. lib. 3. cum alijs per Honded. conſil.
106. n.49. et 50. lib.1.

Et regulare eſt, vt non credatur teſti aſſerenti ſe
9 falſum depoſuiſſe ad inſtantiam alicuius Curt.
Iun. conſ.170. num.4. & 5. latè Ruin. conſ.147.
num.1. cum ſeq. lib.5. vbi quod tales teſtes aſſe-
rentes ſe depoſuiſſe falſum tanquam corruptos
non faciunt aliquod indicium, ſiue id dixerint
vt participes eiuſdem criminis, interrogati à
iudice, ſiue ſponte, vt accuſatores, aut denun-
10 tiatores, ſiue vt teſtes, † ſubdens multo magis
hoc procedere, quando deponerent ſe falſum
dixiſſe per pecuniam, quo caſu indiſtinctè tali
dicto non creditur in criminalibus Roland.
Plot. Cephal. & alij, de quibus per Surd. conſil.
132. num.27. lib.1. vbi teſtatur de magis com-
11 muni opinione, † quidquid aliud ſit, quando
ageretur ciuiliter ad repetitionem pecuniæ da-
tæ, de qua quæſtione Paris de Put. de ſyndic.
verſ. probatio contra officialem. col. 2. Boer. de-
ciſ.319. n.5.

Nec facit quod in his, quæ ſunt difficilis proba-
12 tionis, vt eſt ſubornatio † adhiberi poſſit fides
teſtibus minus idoneis l. conſenſu. C. de repud. c.
veniens. il 2. in ſin. de teſtib. Dec. conſ.163. n.14.
Aim. conſ.56. n.12. et conſ.178. num.2. Decian.
conſ.4. n.47. lib. 3. Quia procedit quando ſim-
pliciter deponunt de geſtis per tertium, non de
13 delicto cum eis commiſſo, † tunc enim nullam
fidem faciunt, & in totum repelluntur Marſil.
ſing.102. n.7. Grat. conſ.59. n.40. lib.2. Honded.
conſ.106. n.55. & 56. lib.1. Vbi etiam quod al-
legata in contrarium habent locum, ſi ex alia
cauſa teſtis eſſet minus idoneus, ſecus quando
eſt periurus, & deponit falſum, tunc enim nihil
probat Pedam. deciſ.72. n.7.

Ex quibus etiam ſequitur non eſſe locum torturę,
14 ad quam non facit aliquod indicium teſtis, †
qui non ſit omni exceptione maior Ruin. conſ.
147. nu.3. lib.5. prout non eſt talis teſtis corru-
ptus, qui falſum ſe depoſuiſſe fatetur, cum in
conſequentiam dicat ſe periurum, vnde ſem-
per præſumitur talis c. ſicut nobis. de teſtib. c. te-
ſtimonium. eod. tit. Quamuis teſtis corruptus
15 deponat in tortura, † eum nihil probet contra
corrumpentem Dec. conſ.189. n.10. ad ſin. verſ.
nec obſtat. Rol. conſ.16. num.9 & 11. in ſin. lib.1.
Quaſi in cauſa criminali periurium, & infamia
teſtis non purgetur per torturam, quidquid ſit
16 in cauſa ciuili † latè Honded. conſ.106. nu.29.
lib.1. vbi quod tortura nullam fidem tribuit te-
ſtibus periuris Aim. conſ 6. nu.16. col.4. ad med.
cum alijs per Thob. conſ.99. n.5. Menoch. de ar-
17 bitr. caſ.108. n.15. & hoc eſt, quod iura volunt †
vt ſemel periurus amplius ad iuramentum non
admittatur c. paruuli. vbi gloſ. in verb. cauſa.
21. q.5. c. non poteſt. 2. q.7. c. literas. de præſump.
Bald. in auth. ei qui iurat. in princip. C. de bon.
auct. iudic. poſſid. Dec. in c. quæſtioni. col. ſin. de
appellat. Præſertim quia in caſu noſtro teſtis fuit
varius, cum primò negauerit ſubornationem,
18 & poſteà illam faſſus fuerit, † & ſic adeſt du-
plex periurium, quod magis officit Dec. conſil.
189. poſt nu.6. & 10. verſ. ſecundo principaliter.
Ceph. conſ.234. nu.1. & 6. Bertaz. conſ. crimin.
156. n.12. lib.1.

Neque aduerſatur adminiculum fugę, quo caſu aſ
19 ſertio teſtis corrupti † facit inditium ad tortu-
ram Natt. conſ.298. n.3. lib.2. Quia adminicula
debent eſſe multa, & talia, vt iudicis animum
moueant Vulpel. conſ.10. n.1. & conſ.103. n.13.
Immò neque adminicula poſſunt aliquid ope-
rari, cum teſtis reddatur inhabilis, & omni fide
carens Bertaz. conſ. crim.61. nu.14. lib.1. Maxi-
mè ſtante comparitione ſpontanea poſtea ſub-
20 ſeruta, † quæ eſt ſignum innocentiæ Rim. Iun.
conſ.88. n.48. Et tollit inditium fugæ Bertazol.
conſ. crimin.156. n.19. lib.1. Cum præſertim prę-
tenſus corrumpens ſit bonæ famæ, quæ opera-
tur, vt teſtis corruptus contra eum non faciat
21 aliquod inditium etiam in caſu excepto; † Pro-
ut dicimus de inditio ex depoſitione ſocij cri-
minis, quod tollitur per probationem bonę vi-
tæ, & famæ Ruin. in ſpecie conſ.147. nu.6. lib.5.
Roland. conſ.73. n.35. lib.1. Bertazzol. d. conſil.
156. n.17. lib.1.

Quo ad aliud dubium de reprobatione inſtrumen
ti, quæ prætendebatur Dixi nihil ex depoſitio-
ne teſtium colligi potuiſſe, ex qua intentio acto
22 ris fuerit probata; † Nam teſtes reprobatorij
inſtrumenti debent eſſe omni exceptione maio-
res Prob. ad Monac. in c.1. nu.11. de teſtib. in 6.
Quod eſt ſpeciale in hoc caſu, cum in alijs hæc
qualitas non requiratur, vnde non erit articu-
landa, neque probanda, niſi in caſu prædicto
Felin. in c. cum ioannes. n.44. col. antepenul. verſ.
quinto declara. de fid. inſtrum. Couar. in c. rela-
tum. il 1. num.7. de teſtam. Rot. coram Card. Se-
raph. Parmen. ſtatus. 5. iunij. 1596. & coram

Card. Pamphil. Roman. pecuniaria 3. decembris. 1593. & multum notandum in practica latè dicit *Bertazzol. de clauſul. inſtrum. clauſ. 2. n. 27.* 23 *gloſ. 2.* † Cum enim magna præſumptio ſit pro inſtrumento *l. cum precibus. C. de probat.* ad elidendam iſtam probationem requiruntur validiores probationes *l. ult. ff. quod met. cauſ.* & in ſpecie declarat *Menoch. de arbitrar. caſ. 105. num. 34.*

Quæ magis habent locum in caſu, de quo agimus cum ſimus in teſtibus non deſcriptis in inſtru- 24 mento, † in quibus requiritur iſta qualitas, quod ſint omni exceptione maiores *Curt. Sen. conſ. 56. col. 2. in fin. Corn. conſ. 232. col. 3. verſ. nec etiam obſtat quod teſtes. lib. 1.* Quod ſecus eſt in inſtrumentarijs, qui non indigent probatione d. qualitatis, cum poſſint eſſe etiam aliàs 25 inhabiles, † quaſi ex rogatione partium, & notarij ſint habilitati *Gloſ. in §. & licèt dudum. in finan verb. & ſupplicijs. auth. de teſtib. Iaſ. in l. 1. col. 3. de fur. & in l. 1. §. fin. col. 4. de verb. obligat. Aim. conſ. 56. n. 10. Bertaz. clauſ. 2. gloſ. 2. n. 32.* Etenim diuerſa eſt ratio quando inſtrumentum reprobatur per teſtes non inſtrumentarios, Nam tunc habet maiorem præſumptionem, quaſi ſuſtineatur ex teſtibus in eo deſcriptis ideo maior probatio requiritur cum adſit præſumptio contra partem. *Abb. in c. quia veriſimile. in 2. notab. de præſcription.* Quod non eſt in reprobatione per teſtes deſcriptos in inſtrumento, quia tunc eliditur præſumptio, quæ 26 pro eo faciebat, † prout dicimus de numero teſtiũ, qui debent eſſe plures, quando non ſunt inſtrumentarij ad reprobandũ inſtrumentũ, quod non eſt in teſtibus in eo deſcriptis *Caſtr. conſil. 21. in quæſtione quæ vertitur inter ſopranam. col. fin. lib. 2. Doctor. in c. cum Ioannes eremita. de fid. inſtrum.* Quamuis ſi eſſemus in vno tan- 27 tum teſte inſtrumentario, † qui deponeret contra inſtrumentum, requireretur etiam probatio quod ſit omni exceptione maior, cum ſupradicta militent ſolùm in pluribus teſtibus inſtrumentarijs deponentibus contra inſtrumentum, tunc enim in eis non eſſet neceſſaria d. qualitas *Bald. conſ. 166. proponitur quod ex quodam inſtrumento. col. 2. verſ. in contrarium. lib. 1.*

Quare etiam dicimus, quod neque ſufficient duo teſtes ad reprobandum inſtrumentum publi- 28 cum, † Nam eſſet æqualis probatio, & ſic potius deberet credi tabellioni, quando agitur in ciuilibus *Alexan. conſil. 70. & 74. in fin. lib. 1. Aim. conſ. 74. n. 3.* Dummodò tabellio viuat, & deponat pro inſtrumẽto, & probetur bona eius 29 opiniõ, & fama, ſecus eo mortuo, † & non deponente pro inſtrumento, quia tunc per teſtes deſcriptos, vel non deſcriptos poſſet inſtrumentum impugnari *Mier. Gregor. & alij, de quibus per Cenall. q. 43. n. 11.* vbi dicit eſſe ſingulare, & menti tenendum, In quo tamen multum operaretur arbitrium Iudicis *Menoch. de arbitrar. caſ. 105. n. 41.* & latè ſequitur *Bertazzol. clauſ. 1. gloſ. 2. n. 45. cum ſeq.*

Vlterius quamuis etiam eſſet probata iſta qualitas quod teſtes ſint omni exceptione maiores, 30 Tamen eorum probatio † non concludit cum non deponant de eodem tempore, & loco, in quo inſtrumentum aſſeritur celebratum fuiſſe, & quod confici non potuiſſet, niſi ipſi vidiſſent, quæ probatio requirebatur, vt officeret inſtrumento, cum aliàs nihil releuet, cum alio tempore celebrari potuerit *Bart. in l. 1. §. ſi quis neget ff. quemadm. teſtam. aperiant. Alex. conſil. 93. n. 12. lib. 5. Aim. conſ. 56. n. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 105. n. 34. & 35.*

EPITOME.

Poſſidens rem melioratam an habeat retentionem melioramentorum, abſque eo quod probet ſe melioraſſe. Vſufructuarius quando repetat modicas expenſas factas in vſufructu. Poſſeſſor bonæ fidei quo caſu compenſet fructus cum melioramentis. Denunciatio de non meliorando quando operetur malam fidem, & excludat ſumptus factos repeti, & an requirat ſpeciale mandatum. Reſtituta re non deductis melioramentis an competat actio ad illorum recuperationem. Condictio incerti quando detur ad retradendũ rem traditam ad effectũ retinẽdi pro expenſis, & quid in vendente rem ſeruituti obnoxiam, & poſtea tradente illam tanquam liberam, & hærede qui ſoluit legatum, aut reſtituit hæreditatem non deducta falcidia. Emens ſcienter rem ſubiectam fiddeicommiſſo quando perdat melioramenta.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta non debentur probata ſola poſſeſſione rei melioratæ, ſed requiritur probatio quod fuerint facta à poſſidente.*

2 *Succeſſor ſingularis non retinet impenſas factas ab eius auctore ſine ceſſione iurium.*

3 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur compenſare fructus cum melioramentis. Intellige, ut num. 4. & 5.*

6 *Vſufructuarius quando repetat impenſas modicas factas in vſufructu. & n. 7.*

8 *Emens cum pacto retrouendendi deducit expenſas.*

9 *Denunciatio non faciendi melioramenta quando conſtituat malam fidem, itaut non poſſint repeti ſumptus facti. & n. 10. 11. 14. & 15.*

12 *Denunciatio judicialis non eſt ſpernenda.*

13 *Cautela denunciandi, ut non fiant melioramenta eſt utilis.*

16 *Denunciatio de non meliorando debet fieri à procuratore ſpeciali.*

17 *Reſtituens bona non retentis melioramẽtis non poteſt illa repetere. Fallit de æquitate. nu. 18. 19. & 20.*

21 *Diſpoſitio l. ſi me & titium. ff. ſi cert. petat. quando habeat locum.*

22 *Actio ad repetendum melioramenta quando detur poſſeſſori bonæ fidei. n. 23. 24. & 27.*

25 *Condictio incerti competit reſtituenti rem non dedu-*

Digitized by Google

deductis expenſis, & facit vt recuperetur res ipſa ad effectum retinendi pro melioramentis,

26 *Condictio incerti quid operetur, & eius effectus.*

28 *Seruitus in re ſua non poteſt imponi.*

29 *Vendens rem ſeruituti obnoxiam, & illam liberam tradens repetit condictione incerti rem traditam, vt retineat pro ſeruitute.*

30 *Condictio incerti an concurrat cum actione exempto.*

31 *Libellus quomodo formetur in condictione incerti.*

32 *Condictio incerti an ſit ſubſidiaria.*

33 *Emens ſcienter rem ſubiectam fideicommiſſo perdit melioramenta reſpectu venditoris, non euincentis. et n. 34.*

35 *Heres ſoluens rem legatam non deducta falcidia quando illam repetat condictione incerti vt retineat donec deducatur. n. 36.*

37 *Heres reſtituens totam hæreditatem non facta retentione ſui crediti quando agat condictione incerti. n. 38. et 39.*

40 *Expenſæ neceſſariæ repetuntur ex diſpoſitione l. domum. C. de rei vendic.*

41 *Condictio incerti competit etiam pro melioramentis neceſſarijs.*

42 *Remedium extraordinarium an ceſſet, ſi competat ordinarium.*

43 *Electio vnius remedij alterum tollit.*

44 *Remedia duo extraordinaria ſe ad inuicem non impediunt.*

CPVT CXCIII.

DE probatione melioramentorum in caſu, de quo agebamus, non fuit dubitatum, cum teſtes non ſolùm deponant fundos melio-
1 ratos detineri ab his † qui meliorationes prætendunt, ſed etiam illas factas eſſe tam ab ipſis, quàm ab eorum auctoribus, quibus ijdem ſucceſſerunt titulo vniuerſali, & hæreditario, vel titulo ſingulari cum ceſſione iurium, quo caſu dicitur plenè de illis conſtare, cum non ſufficeret probatio poſſeſsionis prædij meliorati ſecundum opinionem magis veram, de qua per *Bart. in l. 3. ff. quod met. cauſ. Caſtr. conſil. 270. n. 4. verſ. ad vnum. lib. 2. Burſat. conſ. 330. n. 96.*
2 *lib. 3. Hond. conſ. 83. num. 41. lib. 1.* † Neque enim valet conſequentia, eſt in poſſeſſione melioramentorum, ergo poſſidens meliorauit, cum melioramenta poſſine eſſe facta ab eo, à quo non habet iura ceſſa, ſine quibus nihil ei acquireretur *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 567. Rot. conſ. 28. col. ult. lib. 1.*

Solùm dubitabatur an eſſet locus repetitioni melioramentorum, & omiſſis multis quæ poſſent adduci Dixi breuiter opinionem affirmatiuam
3 veriorem eſſe; † Nam licèt poſſeſſor bonæ fidei teneatur compenſare impenſas, & melioramenta cum fructibus *l. ſumptus. 49. de rei vendic.* Tamen hoc eſt intelligendum in eo, qui non eſt dominus, non autem quando ſumus, prout in caſu noſtro, in illo, in quem fuit translatum dominium, licèt aliquo modo reuocabile, tunc
4 enim debet habere fructus præcipuos, † & non tenetur compenſare cum melioramentis *Gloſ. in l. emptor. 66. in verb. ſuperfluum. in fin. de rei vendic.* quam ſingularem dicit *Boer. deciſ. 44. præſuppono pro iſtius. col. 10. ad med. n. 20. et 21.* vbi extendit quamuis grauatus quis eſſet ſub conditione rem ipſam reſtituere *Ruin. conſ. 84. in fin. n. 16. lib. 1. Felin. in c. cum cauſa. col. ult. de re iudic. Doctor. in l. deducta. in princ. ad tre-*
5 *bell.* † Non habita conſideratione quod ſit proprium, & plenum dominium, ſiue vtile, vt in feudatario, emphyteuta, & ſimilibus latè concludit *Peregrin. de fideicom. art. 50. p. 3. nu. 64.* Et multum notandum dicit *Surd. conſil. 155. n. 10. lib. 2.* Vbi ex hoc cõcludit, quod licèt vſufructuarius teneatur facere de ſuo modicas impenſas quamuis concernant perpetuam rei vti-
6 litatem, † Tamen quando vſufructum ex pacto reſtituit poteſt repetere, ſeu retinere omnes impenſas; Quia Doctores qui dicunt eſſe deducenda melioramenta vtilia, & neceſſaria non diſtinguũt inter magna, ſeu parua, & quamuis parua pertineant ad vſufructuarium, verum eſt quando non tenetur vſufructum reſtituere, ſed vbi illum debet reuendere, tunc detrahit impenſam
7 etiam modicam, † dummodò concernat perpetuam rei vtilitatem, & non ſit facta ſolùm pro quærendis, & cuſtodiendis fructibus *Tiraq. de retract. conuent. gloſ. 1. §. 7. nu. 4. in fin.* cum ſit regulare, quod dominus obligatus ex pacto, ſeu lege rem reſtituere poſſit neceſſarias & vtiles impenſas repetere *l. diuortio. §. impendia ff. ſo-*
8 *lut. matrim. Cephal. conſ. 188. n. 37.* † Et in eo qui emit cum pacto de retrouendendo *Bald. conſil. 303. ad euidentiam. in 2. dub. lib. 1. Cagnol. in l. 2. num. 17. C. de pact. int. empt. & vendit. Surd. d. conſ. 155. num. 14. lib. 2. latè. Peregr. d. art. 50. n. 64. cum ſeq.*

Amplius obligatus ad retrouendendum puta infra biennium poteſt facere melioramenta, & il-
9 la repetit, quamuis ei fuerit intimatum, † quod emptor volebat redimere, neque enim poſt dictam denunciationem conſtituitur in mala fide Quamuis enim *Boer. deciſ. 47. nu. 2.* contrarium teneat; Tamen loquitur in caſu, in quo licebat ſtatim retrahere, & non aderat pactum expreſſum, vt poſſet emptor meliorare, cum præſertim ibi non ſolùm præceſſerit denunciatio de non reparando domum, ſed etiam conſignatio pretij in manibus iuſtitiæ, ex quibus fuit acquiſitum ius retrahere volenti, itaut à tempore dictæ cõſignationis fecerit fructus ſuos *Idem Boer. d. deciſ. 47. num. 2. per text. in l. 2. C. de*
10 *pact. inter empt. & vendit.* † Aliud eſt ſi nondũ competebat ius redimendi, tunc enim denunciatio ante biennium nihil operatur tanquam præmatura, quæ non conſtituit in mala fide, & per conſequens non facit vt non poſſint recuperari melioramenta facta poſt talem denunciationem, prout in terminis declarat *Rot. coram* R. P. D. *Manganel. terracinen. domus. 7. aprilis. 1606.*

Neque obſtat quod emptor efficiatur malæ fidei poſ-

poſſeſſor poſt denunciationem, vt non fiant me-
11 lioramenta † Io. Fab. in §. ex non ſcripto. in-
ſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. per l. ingenuus.
C. de murileg. lib. 11. l. 2. vbi gloſ. C. de ſeruit.
& aqu. l. aut ſi ante denunciatum. C. de rei
vendic. Felin. in cap. 2. verſ. fallit ſexto. de præ-
12 ſcript. † Ideo non debet eſſe locus repetitioni
melioramentorum, cum non debeant ſperni ſi-
miles denunciationes maximè factæ in iudicio
Alber. de Roſ. in l. intra vtile. §. vendentibus.
in fin. ff. de minor. vbi quod eſt vtile adhibere
hanc cautelam denunciandi emptori, vt nullas
13 impenſas faciat † Cagnol. in l. 1. num. 70. C. de
ſent. quæ pro eo quod inter. vbi inſtruit fidei-
commiſſarios, quod proteſtentur emptoribus,
ne ædificent, nam ſi contraueniant poſt cogni-
tum fideicommiſſum tanquam poſſeſſores ma-
læ fidei perdent melioramenta Marzar. de fi-
deicomm. q. 66. in fin. & ita practicaſſe dicit
Peregrin. eod. tit. art. 50. n. 63.

Quia prædicta nō procedunt in impenſis neceſſa-
rijs, quæ tunc abſque dilatione, & auctoritate
iudicis ſunt faciendæ, quia ſorte mora eſſet pe-
14 riculum allatura, † vnde denunciatione nō ob-
ſtante poterunt fieri, & repeti l. de pupillo. §. ſi
quis riuos. ff. de nou. oper. nunciat. l. 1. §. ſi
quis purgatis. de cloac. Idem in ædificio minan-
te ruinam ſecudum gloſ. in l. 1. §. ſi quis ædi-
ficium. de nou. oper. nunciat. quia tunc time-
tur de damno inſecto, prout declarat Boer. de-
15 ciſ. 47. in princ. n. 3. verſ. ideo illas vtiles. † Vbi
etiam n. 4. requirit, quod denunciatio fiat an-
te reparationem inchoatam l. ſi fundum. C. de
rei vendic. Vnde ſi quis iam habebat emptas
materias, & neceſſaria ad ædificandum, tunc
proteſtatio domini tanquam ſerotina non pro-
ficiet Bart. in l. ait prætor. §. ſi quis particepi.
ff. quæ in fraud. credit. per tex. in l. ſi pecuniā.
§. item ſi quis. de condict. ob cauſ. Rip. in c. cum
m. num. 148. de conſtit. Rutger. Rulandt. in the-
ſaur. iur. emphyt. q. 25. n. 10. in fin. Vbi etiam
addit non nocere denunciationem, quando ille
cui denunciatur tractat de damno vitando, &
alius de lucro captando Bart. in d. §. ſi quis
particepi. arg. l. 2. ff. quod falſ. tut. Cum etiam
requiratur, vt denunciatio non fiat ante tem-
pus, quo caſu non conſtitueret in mala fide, vt
dictum eſt ex ſupra allegatis.

Quæ magis procederent ſi denunciatio nō fuiſſet
16 facta à procuratore, † cum illa non ſolùm fiat
ad inducēdam notitiam, ſed etiam ad certiora-
tionem negotij, & impediendum ædificium, vn-
de non ſufficiet ſimplex ſcientia, Quare eſt fa-
cienda à Domino, ſeu à procuratore docente
de mandato, quaſi non debeat aſtringere illum
cui denunciatur, quando fit notificatio ab eo,
qui nullum ius habet in re, de qua agitur l. ſi
maior. C. de reſcind. vendit. l. tutor. vrgenti-
bus. de minor. latè Tiraqu. de retr. lignag. §.
36. gloſ. 2. n. 4. vſque ad n. 15. vbi etiam multos
adducit, qui requirunt in hoc mandatum ſpe-
ciale gloſ. in l. de pupillo. §. qui procuratorio.
in verb. merui. de nou. oper. nunciat. & in
clem. cauſam. in verb. ſpecialiter. de elect. Alex.
conſ. 78. lib. 6. alijs conſ. 26. colum. 3. verſ. &
idem in ſpecie. lib. 6.

Non obſtat quod fuerint reſtituta bona abſque re-
17 tentione melioramētorum, † quo caſu qui rem
melioratam tradidit, nec quicquā dixit de me-
lioramentis non poteſt amplius agere ad illorū
recuperationem l. ſi in area. ff. de condict. in-
deb. vbi nullo alio modo, quàm per retentio-
nem poſſunt ſeruari expenſę, quę verba tanquā
præciſa, & iuris rigorem inducentia actionem
excludūt, vt declarat Gomeſ. in l. taur. 46. num.
20. Neguſ. de pignor. 4. m. 5. p. nu. 9. vbi admo-
net poſſeſſorem, ne reſtituat rem, niſi prius ſo-
lutis melioramentis, nam alijs illa admitteret
Corn. conſ. 222. & 243. lib. 2.

Quia quidquid ſit de rigore iuris eſt ſuccurrendū
ei qui reſtituit rem abſque deductione meliora-
18 mentorum actione in factum, † ex æquitate
l. ſi me & titium. ff. ſi cert. petat. Secundum
quam poterit impenſas repetere, ne ſequatur
maxima iniquitas, vt ex illis dominus fiat locu-
pletior cum iactura eius qui melorauit, vt in
terminis concludit Caſtr. in l. ſi in area. ff. de
condict. indeb. Cuius opinionem quamuis non
admittat veluti ab eo repertam Feder. Scott.
conſ. 8. num. 4. lib. 1. quem refert Peregr. de fidei-
comm. art. 50. num. 56. ad fin. verſ. verum illam.
19 Tamen non eſt ab ea recedendum, † prout ſe-
quitur Ruin. conſil. 24. ſuper his de quibus quæ-
ritur. num. 12. verſ. & dicit. col. vlt. in fin. lib. 1.
Balduin. in §. certe. inſtit. de rer. diuiſ. cum
20 alijs per Aluar. Valas. de emphyt. q. 25. n. 25. †
vbi quod ita eſt iudicandum apud tribunalia,
quæ veritatem ſequūtur reiecta illa iuris ſub-
21 tilitate. † Et quando ſit locus diſpoſitioni d.
l. ſi me & titium. ne quis locupletetur cum al-
terius iactura plura adducit Menoch. de re-
cup. poſſ. remed. 4. per tot.

Præterea quamuis non daretur actio ad repeten-
22 da melioramenta iuxta d. l. ſi in area. † Ta-
men illud procedit in bonæ fidei poſſeſſore, qui
meliorationes fecit in re aliena, quam putabat
eſſe ſuam iure perpetuo, irreuocabili, & nun-
quam reſoluendo, talis enim non habuit ani-
mum aliquem obligandi quando meliorauit,
cum nullum negotium, cum altero geſſerit, quā
cum ſe ipſo, Vnde non mirum ſi ei non poteſt
ſubueniri per actionem, ſed ſolùm per retentio-
nem, per quam velut magis fauorabilem mul-
ta conceduntur, quæ per actionem non con-
23 cederentur. † quod ſecus eſt in eo, qui non te-
net rem, vt ſuam, neque illam poſſidet, vt talem,
ſed eam recognoſcit tanquam alienam, prout
in caſu de quo agimus, ſi enim iſte impendit ne-
ceſſariò, vel vtiliter domino pro futurus in to-
tum, vel in parte negotium illius gerit, vnde
eum ſibi obligat actione ex eo contractu, vel
quaſi, ſeu ex negotio vtiliter geſto, ideoque
etiam actio illi datur, nam ex ſcientia eius,
qui ſcit rem eſſe reſtituendam, & ex bona
fide meliorantis colligitur animus obligandi,
& gerendi rem vtilem futuro domino, & ſi-
bi pro

bi pro tempore quo poſſidet *l. qui exceptio-
nem. §. ſi pars. de condict. indeb. l. domos. de*
4 *leg. 1.* † ſiue ſimus in emphyteuta, ſeu feuda-
tario, marito, vſufructuario grauato per fidei-
commiſſum, retrahente rem ex pacto vel lege,
ſeu in alijs ſimilibus caſibus, de quibus latè *Pe-
regrin. de fideicomm. art. 50. n. 58. vſq; ad n. 64.
Tiraq. de retr. conuent. gloſ. 1. §. 7. n. 7.* Garz. *de
expenſ. & meliorat. c. 7. n. 3. verſ. ex de merito iu-
lianus. tom. 17. fol. 276. Valaſ. de emphyt. q. 25.
n. 25.* Gomeſ. *ad leg.* Taur. *46. n. 2.* Ruin. *conſ. 24.
n. 16. lib. 1.*

Quibus adde quod etiam rebus traditis nulla re-
tentione facta meliorationum non ſolum com-
petit actio, & petitio ex ſupra allegatis, ſed etiã
5 incerti condictio, † per quam recuperantur nõ
impenſa & melioramenta, ſed res ipſæ traditæ,
quaſi earũ traditio fuerit facta pinguius, quàm
oportebat, & ſic repetentur ea, quæ poterant
retineri, vt facta recuperatione illa poſtea re-
tineantur pro impenſis, donec ſuper eis iudice
tur, Et quia hæc actio continet factum nudum
5 retradendi, quod eſt omnino incertum, † ideo
appellatur condictio incerti, per quam non ac-
quiritur poſſeſſio, ſeruitus, aut dominium, ſed ſo
lum nuda detẽtio rei pinguius traditæ propter
melioramenta, quæ non erant ſoluenda, vt de-
nuo re mihi de facto retradita conſtituamus an
ſit iterum retinenda pro dictis melioramentis,
quorum non datur recuperatio directa, quia
tunc eſſet condictio certi, cum enim poſſint cer
tificari per ſententiam non dicuntur incerta, vt
intereſſe, & ſimilia, ſed competit condictio in-
certi ad differentiam condictionis indebiti, quę
licèt denegetur in caſu, in quo nullum negotiũ
geſtum ſit, ex quo illa poſſit oriri, nõ tamen de-
7 bet excludere iſtam incerti condictionẽ, † quæ
ſemper datur, vbi nulla alia actio ordinaria
prodita eſt, cum factum merum contineat, ideſt
nullam aliam rem, quàm retraditionem ad effe-
ctum retinendi, ita in ſpecie declarat *Caſtr. in
l. ſed & ſi me putem. 22. §. cum iter. nu. 2. & 3.
de condic. indeb. poſt gloſ. ibi in verb. condicam.*
vbi dicit mirabile, & tanquam rem nouam po-
nit *Aluar. Valaſ. de emphyt. q. 25. nu. 25. & ibi*
Rutger. Ruland. *in theſaur. iur. emphyt.* & vo-
luit etiam *Gloſ. in l. qui exceptionem. 40. §. ſi
pars. in verb. condic. in princ. & in verb. incer-
ti. ff. de condic. indeb. & in l. quod ſi nulla. 63. in
verb. incerti. de leg. 1. Garz. de expenſ. & melio-
rat. c. 6. n. 7. Ang. in d. §. cum iter. col. vlt. nu. 2.
& in d. §. ſi pars. in fin. poſt Iacob.* Butrig. *ibid.
in fin. verſio. modo ita eſt.* Herman. Barenſ. *de
libell. formand. libel. 34. n. 2.*

Iare dicimus, quod dominus licèt non poſſit im-
ponere ſeruitutem in re ſua † *Bart. in l. & qui
duas areas. 33. ff. de ſeruit. Vrban. prædior.* Ta-
men ſi binas ædes vẽdiderit tanquam ſeruituti
obnoxias, & poſtea in illarum traditione ex in-
teruallo facta nullam mentionem fecerit ſerui-
tutis, eas velut liberas conſignando poterit age
re, vel ex empto, vel incerti condictione, † vt
res retradatur ad effectum retinendi, & ſeruitu
tem imponendi iuxta diſpoſitionem *d. l. ſed &
ſi me putem. de condict. indeb.* prout in ſpecie
declarat *Gloſ. in l. ſi binarum. 34. in verb. incer-
ti ff. de ſeruit. Vrban. Prædior. & in l. ſi tibi li-
berum. 8. in verb. incerti. de action. empt.* Her-
man. Barenſ. *de libell. formand. libell. 34. n. 1. &
2. tom. 3. tract p. 1. fol. 93.* Itaut in hoc caſu con-
dictio incerti non concurrat in idem cum actio
ne ex empto, iſta enim competit vt ſeruitus im-
30 ponatur, † cum condictio incerti detur, vt res
retrodetur retinenda donec ſeruitus ſit impo
ſita nõ quo ad translationẽ dominij, ſed quo ad
ſimplicem traditionem facti, prout concludit
*Caſtr. in d. l. ſi binarum. n. 2. Bart. in d. l. ſed &
ſi me putem. §. cum iter. col. vlt. verſ. unde in ca-
ſu propoſito. de condict. indeb. & ibi Ang. in fin.*
31 *verſ. ultima theorica.* † vbi etiam docet quo-
modo formandus ſit libellus *Bald. in d. §. cum
iter.* vbi quod in hoc caſu petitur vnum ob con-
ſecutionem alterius, non enim condicitur poſ-
ſeſſio reſpectu veræ poſſeſſionis conſequendæ,
ſed reſpectu alterius vtilitatis *Iaſ. in d. §. cum
iter.* quem reperit ſub *l. ſi pænæ cauſa. n. 2. & 9.*
32 *de condict. indeb.* † vbi etiam tenet quod iſta
condictio incerti non ſit ſubſidiaria, ſed etiam
competat, vbi datur alia actio nominata, con-
tra *Bart.* qui voluit illam dari in ſubſidium, in
qua quæſtione diſtingue vt per *Caſtr. in d. l. ſi
binarum. n. 2. & per* Doctor. *in d. §. cum iter.*

Idem eſt in eo, qui ſcienter emit rem ſubiectam
33 fideicommiſſo etiam conditionali, † qui vtiles
expenſas non repetit, neq; deducit quidquid ſit
in neceſſarijs *l. fin. §. emptor. & ibi gloſ. in uerb.
melioratione.* vbi etiam *Angel. Caſtrenſ. Iaſon.
& alij* de communi teſtantur *C. commun. de
legat.* Neguſ. *de pignor. 4. m. 5. p. nu. 19. Cagnol.*
34 *in l. 1. nu. 70. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* †
Quod tamen eſt intelligendum, vt non poſſit
agere contra venditorem, cum ſecus ſit aduer-
ſus eum qui rem illam euincit, in quo non mili-
tat eadem ratio, quæ in vendente, ideo non pro-
hibebitur vti remedijs ſibi de iure competen-
tibus, vel per retentionem melioramentorum,
vel illis non retentis per actionem ad retraden
dum, & condictionem incerti *Garz. in ſpecie de
expenſ. & meliorat. c. 7. n. 10.* & voluit *Me-
noch. de recuper. poſſeſſ. rem. 15. q. 39. verſ. exten-
ditur ſecundo. in fin. n. 507. & 508. Peregr. de
fideicom. art. 50. n. 63. ad med.*

Quod etiam videmus eſſe in creditore, qui cum in
cumberet pignori, ſi illud reſtituat debitori, &
non retinuit pro pecunia chirographaria, repe-
tet per condictionem incerti facta reſtitutione
ei, qui reſtituit plus debito, cum retinere po-
tuiſſet, & non retinuerit, & hoc modo recupe-
rabit poſſeſſionem pignoris, & ei incumbet pro
pecunia chirographaria *arg. d. l. qui exceptio-
nẽ. §. ſi pars. de condict. indeb. Bal.* in terminis *in
l. unic. n. 2 C. etiam ob chirographar. pecun.* Pro-
ut etiam è conuerſo ſi debitor prudens incum-
beret rei pignoratæ, & diſſoluto pignore trade-
ret rem creditori pro pecunia chirographaria,
repetet debitur per eandem condictionem in-
certi

certi *Bald.* poſt *Butrig.* per eum allegatum . *in d.l. vnica. n.2. per tex. in d. l. ſed & ſi me. putem. §. eum iter. de condict. indeb.* Quemadmodum etiam competet dicta condictio incerti creditori pro re ſibi pignori tradita ſubtracta, cum eius interſit rem ſaluam fore & habeat ius in re, quamuis non ſit dominus *l. & ideo. 12. §. neratius. & ibi gloſ. in verb. incerti. de condict. furt. l. ſi pignore. 22. & ibi gloſ. in verb. conditione. de pignor. & hypothec. Hermand. Barenſ. de libell. formand. libell. 34. n. 2. Placētin. de perſonal. actio. tit. 2. n. 3. tom. 3. tractat. p. 2. fol. 39.*

Et idem in commodatario, depoſitario, & ſimilibus qui licèt non habeant, nec ius in re, nec poſſeſſionem, ſed ſolam detentationem, tamen non deſtituuntur eadem incerti condictione ſecundum Hug. quem refert *Accurſ. in d. l. & ideo. §. neratius. in verb. incert. in fin. de condict. furt. Hermand. d. libell. 34. num. 2. in fin. arg. d. l. ſi me putem. §. eum iter. ff. de condict. indeb.* Et quando, & quomodo conſulatur creditori, & debitori ad recuperandam rem pignoratam ſubtractam dixi ſupra *cap. 174.*

Simile eſt in hærede ſoluente per errorem integrũ
35 legatum abſque deductione falcidiæ † cui non
datur certi condictio ex cauſa indebiti, cum obſtet *l. ex quibus. de condict. indeb.* ſed competit condictio incerti, per quam hæres repetit, quod retinere poterat, & condicit factum reſtitutionis, vt ſic poſtea macrius reſtituat, quod pinguius tradidit verè, vel fictè in legatarium *Iacob. Butrigar. in l. qui exceptionem. 40. §. ſi pars. in fin. verſ. ſed ſi ex perſona hæredis. de condict. indeb. Cuiac. obſeruat. lib. 8. c. 2. col. 2. verſ. itaq; hærede.*

Et licèt *gloſ. in l. 1. ſi legatarius. in verb. actio. ff. ad leg. falcid.* velit dari condictionem indebiti, tamen hoc eſt verum, quando hæres præ-
36 ſtitit rem tanquam rem ipſius hæredis, † & putauit ſe obligatum ad illam tradendam, ſecus ſi tradidit rem tanquam ex toto legatarij, quia tunc non tranſtulit dominium reſpectu patris, quam reſecat lex falcidia *l. 3. §. ſubtilius. de condict. ob cauſ.* & ideo tunc non poſſet habere locum condictio indebiti, cum non eſſet translatum dominium *l. fin. vſufr. quemadm. caue.* Ita declarat *Alex. in d. §. ſi legatarius. n. 2. & 3. in fin.* vbi etiam quod ſecũdum alios poſſet dari condictio indebiti, quo ad poſſeſſionem *l. indebiti. §. ſed ſi nummi. de condict. indeb.* de quo tamen modò non eſt quæſtio.

Quemadmodum etiam eſt in hærede, qui ſolidam
37 hæreditatem reſtituit, † cùm non deberet illam reddere, qui per incerti condictionem repetit poſſeſſionem *l. hæres. 20. ff. ad trebellian.* Quando tamen ſoluit errore facti ignorans vires hæreditatis credendo illam eſſe ampliorem, cum ſecus ſit, quãdo per ignorantiam iuris hoc
38 fecit, † vt quia putabat ſe non poſſe vti falcidia, dummodò non ſit minor, talis enim non ſibi præiudicaret *l. error. 9. & ibi gloſ. in verb. ignorauerit. C. ad leg. falcid. l. indebiti. & ibi gloſ. in verb. iuris. l. fideicommiſſum. 7. C. de condict. indeb. Gloſ. in l. hæres in verb. repetere. ad*
39 *trebell.* † Et quando poſt reſtitutionem factam detur actio hæredi aduerſus fideicõmiſſariũ pro creditis ſuis, quæ non retinuit *Rom. conſ. 276. viſis dubijs. in 7. dub.* vbi quod datur iſta repetitio *Aim. conſ. 16. in princ. verſ. eſt verum. cum alijs per Peregrin. de fideicommiſſ. art. 35. n. 3.*

Vltimo adde quod licèt pro melioramentis neceſ-
40 ſarijs ſit conſultum melioranti, † vt illa poſſit repetere ex diſpoſitione *l. domum 5. C. de rei vendic.* Tamen non videretur excludendum eſſe hoc remedium condictionis incerti tanquam vtilius, & breuius; Cum præſertim tendat ad diuerſa; Nam actio competens ex *d. l. domum.* per-
41 tinet ad conſequendas ipſas expenſas, † Condictio autem incerti ad retraditionem, quæ ex ipſo facto vberior eſt, & vtilior, vnde ex illo tanquam diuerſo non debet tolli iſtud remedium *l. ordinarij. 13. C. de rei vendic.* Garz. in ſpecie *de expenſ. & meliorat. c. 7. n. 21.* Quamuis enim remedium extraordinarium ceſſet quando cõ-
42 petit ordinarium *l. in cauſæ. la 2. ff. de minor.* † Tamen aliud eſt, quando extraordinarium eſt cauſa adiuuandi ordinarium *Bart. in l. de vſu. ff. de var. extraordin. cognit. Iaſ. in l. in prouinciali. §. 1. col. vlt. verſ. limita primo. de oper. nou. nunciat. Coraſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. p. 2. n. 124. de acquir. poſſeſſ. Menoch. de recu-*
43 *per. remed. 17. n. 12.* † Licèt quando vnum remedium eligeretur, alterum ceſſaret, cum ex multis actionibus competentibus ad vnum finem, vna tantum ſit eligenda *l. nemo. §. quoties. de reg. iur. l. quod in hæredem. §. eligere. de tribut. act. Bart. in l. edita. n. 14. C. de edend.* Maximè ſi eligatur remedium pinguius, quo caſu ſuperfluum eſſet aliud cumulare *Menoch. de recu-*
44 *per. remed. 15. num. 380.* † Quidquid aliud ſit quando adeſſent duo remedia extraordinaria, quæ ad inuicem ſe non impedirent *Iaſ. in l. in prouinciali. §. 1. ff. de nou. oper. nunciat.*

EPITOME.

Ex pluribus tutoribus an ſufficiat vnum citari, & actor illum eligat, & quando detur reſtitutio ignoranti, quod non adeſſent alij tutores. Ignorantia in facto alieno quo caſu excuſet. Citatio poſſeſſoris quando ſit facienda per eum qui petit ſe immitti in poſſeſſionem. Emens cenſum pro nominando an debeat intimare nominationem, & valeat extinctio cenſus ſi ſoluatur ementi. Tutela quando per vnum ſit adminiſtranda, & an diuiſio illius operetur, vt vnus tutor poſſit conueniri pro altero. Adminiſtratores plures, ſeu actores, & procuratores cõſtituti à tutoribus quãdo cenſeatur cõſtituti inſolidũ.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia in facto alieno nõ excuſat eum, qui tenetur inueſtigare. n. 11. 12. & 18. Etiam in pœnalibus, & ſtatutis. n. 19. Tam in conditione perſonarum, quàm rerum. n. 20.*

2 Igno-

Digitized by Google

2 *Ignorans non adeſſe plures tutores non excuſatur.n.4.*
3 *Incertitudo perſonæ citandæ non releuat, ſi poteſt certificari perquirendo.*
5 *Citatio vnius ex tutoribus quando ſufficiat, & an actor eligat, quem velit ex pluribus citare n.25.35.36 & 38.*
6 *Poſſeſſor ſi eſt citandus antequam aliquis mittatur in poſſeſſionem an incertitudo excuſet.*
7 *Actor ignorans quis poſſideat non præiudicat vero poſſeſſori.*
8 *Curator bonis vacantibus non datur, ſi non præcedat inueſtigatio poſſeſſoris.*
9 *Citatio facienda per ſtatutum per proclamata intelligitur de incertis perſonis.*
10 *Emens cenſum pro nominando an debeat intimare nominationem, & quando venditor liberetur ſi ſoluat ementi, non nominato.*
13 *Intimatio non requiritur, niſi in caſibus expreſſis.*
14 *Ignorantia debet eſſe probabilis, vt competat reſtitutio.*
15 *Reſtitutio ceſſat vbi militat præſumptio ſcientiæ contra abligatum perquirere.*
16 *Prætendens non citaſſe tutores, quaſi eorum deputationem ignorauerit, non reſtituitur.*
17 *Debitores hæreditarij ſoluentes falſo hæredi non liberantur.*
21 *Scientia partis quando inferat notitiam totius. n.21.& 23.*
24 *Tutorum quilibet habet officium inſolidum.*
26 *Negotium quod omnes tangit ab omnibus eſt approbandum. Intellige. vt n.27. & 30.*
28 *Tutela non debet per plures adminiſtrari. Declara vt n.29.*
31 *Diuiſio tutelæ facta per Iudicem, vel teſtatores, ſeu tutores an operetur, vt contra omnes non poſſit agi.*
32 *Aes alienum non reſpicit certi loci facultates.*
33 *Tutor vnius prouinciæ, ſeu fori, quando poſſit conueniri pro ære contracto in alia prouincia & foro n 34.*
37 *Defenſio non debet ſcindi. per plures perſonas.*
39 *Accuſator magis idoneus ex pluribus admittitur.*
40 *Adminiſtratores, & procuratores plures quando cenſeantur conſtituti inſolidum, & quid ſtante clauſula cum libera.n.41. Et in adminiſtratione vniuerſali.n.42. Et acceſſoria, ſeu delegata, vt in actoribus tutorum. num. 43. & 44.*

CPVT CXCIV.

IGnorantia in facto alieno non excuſat, vbi
1 quis tenetur inueſtigare, † & quando facilè poteſt reddi certior, cum paria ſint ſcire, vel ſcire debere *l. regula.9.§.ſi facti. & ibi gloſ.in verb. inquirendo. de iur. & facti ignor. l. quod te.5.ff. ſi cert. petat.* Doct.*in l. quandiu.*C.*qui admitt. Rol. conſil.42. num.3. lib.3. latè* Surd.
2 *conſ.50.n.22.vſq; ad n.30. lib.1.* † Quare Dixi acta, de quibus in caſu mihi propoſito fuiſſe nulla, tanquam geſta contra vnum tutorem, cum tamen alter etiam eſſet citandus, Neque enim excuſatur agens, quod ignorauerit adeſſe alterum tutoré, niſi probet inueſtigaſſe, an allij exiſterent, quia per talem inueſtigationem de hoc facile fuiſſet certioratus, ideo non excuſat
3 incertitudo perſonæ nominatim citandę, † quæ poteſt certificari Ancbar. *in cap.fin. de elect.in 6.Alex.conſ.5.colu.1. lib.2.* Et ita in ſpecie de tutore concludit Aim.*conſ.225.num.3.cum ſeq. per tex. in l. hac autem. 5. §. non defendi. ff. ex quib. cauſ. in poſſ.eat.* vbi lex mandat tutores
4 citari, quibus non extantibus affines, † & cognatos pupilli, vnde etiam in conſequentiam colligitur, quod agens debet perquirere, an adeſſent alij tutores, præter dictos affines quando præſertim tutor citatus non comparuit, quo ca
5 ſu magis hoc erat inueſtigandum, † Licet enim ſufficiat citatio vnius ex pluribus tutoribus *l.fin. & ibi gloſ. in verb. ſufficere.* C. *de auctor. præſtand.* Tamen hoc procedit, quando citatus venit ad iudicium, & cauſam pupilli defendit, illo enim non comparente alij ſunt citãdi *Gloſ. in l.2.in verb.bis tantum.*C.*ſi ex plurib. tutor. & curator.*

Ideo etiam dicimus, quod ſi lex mãdat citari poſſeſſorem antequam alius in poſſeſſionem mit-
6 tatur, † debet inueſtigari, quis poſſideat, neq; excuſatur miſſus, quod ignorauerit poſſeſſorem licèt enim perſona ſit incerta, nunquam tamen excluditur diligentia in perquirendo *Alex.conſ. 83.col.4.li.2.Sapia in l.de ætate.n.21. de minor. Franciſ.Hercul.de negat.prob.n.241. Menoc.de*
7 *recuper. rem. 8. n. 103.* † Vbi etiam quod talis ignorantia actoris, quis poſſideat nullum affert detrimentum poſſidenti *Bald.in l. vlt.q.4.C.de edict.diu.adr.toll.& ibi Zuccard.n.129.& 316.* Itaut etiam ſint nominatim citandi illi, quorũ quis eſt hæres *Fel.in c.exhibita.n.1.vir.ſecundo limita.de iudic.*

Prout etiam idem eſt; quando agitur de curatore
8 † dando bonis vacantibus *Alex.conſ.137.n.11. lib.2.* Quamuis per ſtatutum eſſet facienda citatio per proclamata, intelligitur enim, quando
9 eſt incerta perſona, † quæ poteſt contradicere, ſecus ſi aliquo modo poteſt certificari *Alex cõſ. 5.n.2.verſ.& ſtatutum etiam.lib.2. Menoch. de recuper.remed.8.n.105.& 106. & de adipiſ. remed. 4.n.464.cum ſeq.*

Simile eſt quod dicimus de emente cenſum cum declaratione, quod illum emit pro perſona nominanda in actis talis notarij, quam interim
10 pro ſufficienter nominata haberi voluit, † non enim poſtea requiritur alia intimatio, ſi aliquis nominetur; Ideo ſi venditor cenſus illum extinguat, & ſoluat eidem, qui cenſum emit, male ſoluit Rot. *coram R. P. D. Caualer. Rauennaten.cenſus.16.iunij.1607.* Cum enim vendens ſciret ex eodem contractu cenſus illum non inſeruiſſe pro emente, ſed pro nominando, præſumitur ſcientia in eo, qui tenetur inueſti-
11 gare † *Innoc. in cap.veniens. de fil.presbyt.gloſ. in c. innotuit. 20. in verb. ignorantiam. de electi.*

ction. Abb. in c.penult. de reg.iur. Pariſ.conſil.
93. n.53. lib. 1. Put. deciſ.268. n. 3. lib.1. Vn-
de qui tenetur ratione officij,ſeu alterius reſpe-
ctus inquirere etiam in facto alieno præſumi-
11 tur ſcire † Roman. conſ. 481. n. 8. Rot. coram
R. P. D. Cantucc. Roman. pecuniaria de Zam-
beccarijs. 20. Maij. 1580. Præſertim quia inti-
matio nunquam eſt neceſſaria, niſi exprima-
tur † Card. in clem. 1. nu.27. de appellat. Dec.
conſ.168.n.4. cum alijs de quibus per Rot.corā
R.P.D.Caualer.d.Romana cenſus.

Amplius neq; iſta ignorantia quod non adeſſent
alij tutores præberet iuſtam cauſam reſtitutio-
14 nis in integrum, † cum ad effectum reſtituendi
debeat eſſe ignorantia probabilis Felin. in cap.
vigilanti. col.2. de præſcript. Alexand.in l.1.ff.
ex quib. cauſ. maior. Semper enim ceſſat reſti-
tutio,quando militat aliqua præſumptio ſcien-
15 tiæ eius,qui petit ſe reſtitui† Balb.de præſcript.
4. p. q. 29. 4. part. princ. num. 4. latè Martin.
Laudenſ. in ſua diſputat. poſita in tit. de prin-
cip. in 3. & vlt. dub. quem refert, & ſequitur
Matth. Coler. in c. vigilanti. n.13.de præſcript.
16 Iſta autem ignorantia, † quod non extent alij
tutores non eſt probabilis, cum remoueri po-
tuiſſet perquirendo, & diligenter inueſtigando,
de qua inquiſitione debebat conſtare, Vnde nō
præbet excuſationem, quaſi tunc talis ignoras
& non remouens impedimentum quod poterat
remouere dicatur in lata culpa Caſtr.conſ.295.
viſo ſupraſcripto puncto. col.1. poſt med. lib.1.
& conſ. 168. in fin. lib. 2. Et in ſpecie quod
non concedatur reſtitutio ex prætenſa igno-
rantia tutoris, concludit Aim. conſil.225. n.8.
cum ſeq. col.3.& 4. per tex. in l.3. §. ſed ſi ſic.
ff. de in rem verſ. l. qui hominem. 34. §. ſi nul-
lo. de ſolution. & facit tex. in l. cum fundus.
31. §. 1. & ibi gloſ. in verb. mihi traditus. ad
med. ff. ſi cert. petat. cum alijs per Iaſ. in l. vr-
bana.55.nu.5. in vlt. notab. & nu.7.& 8. col.
17 penul. de condict.indeb. † Vbi de debitoribus
hæreditarijs, qui non liberantur ſoluendo fal-
ſo hæredi,cum deberent inueſtigare, quis ſit hæ
res verus, & de ſimilibus impedimentis, quæ
non excuſant eum, qui poterat inueſtigando il-
la remouere Bart. in l.3. §. vſuras. de contr.iu-
dic. tutel. per tex. in l. ſed & ſi per prætorem.
§. 1. ex quib. cauſ. maior. Alex. conſ.62. col.2.
aliàs.225. lib.6. Felin. in cap.cum inter.col.10.
verſ. quæro vtrum. de exception. Peregrin. de
fideicommiſ. art.41. nu.9.

Non obſtat ignorantiam facti alieni excuſare,
18 cum in eo prudentiſsimi quoq; fallantur † l.2.
de iur. & fact. ignor. latè Surd.conſil.150.nu.
41. lib.1. Bertaz. clauſ.11. gloſ.4.nu.2. Nam
quando ratione alicuius cauſæ quis tenetur in-
ueſtigare etiam in facto alterius nulla excuſa-
tio admittitur, cum ſcire, & ſcire poſſe, ſeu de
bere paria ſint Bald. in l. quicunq; C. de ſeru.
fugit. Creſc. deciſ. 9. nu. 10. de dol. & contum.
cum alijs per Coſt. de ignor. fact. & iur. in-
19 ſpect.65.nu.7. † Ita vt talis ignorantia habeat
vim ſcientiæ etiam in ſtatutis,& pœnalibus c.1.
de poſtul. prælat. Tiraq. de retr. lignag. §. 35.
gloſ. 4. nu. 35. Siue ſimus in conditione perſo-
20 narum,ſiue rerum,† cum in vtroq; caſu ſit ne-
ceſſaria inueſtigatio, & diligentia Surd. conſil.
150.n.37. lib.1. contra Ceph. conſ.393. nu.99.
qui aliud concludit reſpectu rerum.

Minus debebat excuſare allegata ignorantia in
caſu, de quo agimus, cum fuerit citatus vnus
21 ex tutoribus datis in teſtamento, † vnde ori-
tur præſumptio ſcientiæ aliorum contutorum,
qui ſimiliter fuerunt dati in eodem teſtamento,
ex notitia enim vnius partis infertur ad ſcien-
tiam totius,quando tractatur de ſcriptura con-
tinente totum contractum, ſeu diſpoſitionem
tam vltimæ voluntatis,quàm inter viuos l. non
eſt ferendus. de tranſact. Bart. in l.cum hæres.
de liber. legat. Menoch. conſ.71. num.5. Quam-
uis non conſtet, quod quis habuerit perfectam
notitiam cōtentorum in ſcriptura,quia ſemper
22 præſumitur ſcientia totius, † tam circa qua-
litates, quàm alia accidentia ipſius diſpoſitio-
nis Cephal. conſ.218.nu.14.Surd.conſ.150.nu.
31. lib. 1. vbi teſtatur de veriori opinione con-
tra Aim. conſ.193.nu.7. in fin. Quicquid aliud
ſit quando eſſemus in caſu diſtincto, & in quo
23 non teneretur quis reliqua videre, † vt in ha-
bente notitiam mandati reſpectu traditionis
poſſeſſionis, in quo non præſumitur ſcientia
quoad effectum appellandi Put. deciſ. 405. nu.
3. & 4. lib.3.

Nec facit, quod quilibet tutorum habeat officiū
inſollidum tanquam vniuerſale cum plenitudi-
24 ne poteſtatis † gloſ. in l. licet. 4. in verb. non
poteſt. verſ. ſed quæ eſt ratio. C. in quib. cauſ.
tutor. hab. Bald. in l.vlt. nu. 1. in fin. verſ. in
textu ibi ſufficere. C. de auctor. præſtand. Vn-
de vnus poterit agere, & conueniri, & erit in
electione actoris vnū eligere, ne inuitus in plu-
25 res diſtinguatur,†prout in ſpecie notat Barbat.
in addit. ad Bart. in l. decreto. §. ſi duobus. in
verb. quæro ſi ſunt. ff. de adminiſtr. tut. vbi
etiam quod idem tenet Nicol. de Neapol. ibid.
quem refert etiam Salic. in l.1. nu.2.verſ.qui-
dam doctor. C. ſi ex plurib. tutor. vel curat. per
tex. in l. iam tamen. §. ſi plures. ff. iudic. ſolu.
Quaſi tunc cum illo ſolùm videbatur actor con-
trahere in iudicio, quando tutor vnus conue-
nitur Salic. in d. l. 1. in fin. verſic. non obſtat
prædictis.

Quia verius eſt omnes eſſe conueniendos,cum ne-
gotium tangat ſingulos tutores, ideo ab omni-
26 bus eſt approbandū ratione officij,† & pericu-
li communis Bald. in l. vlt. in princ. C. de au-
ctor.præſtand.Contraria autem procedunt quā
do alter tutorum eſſet impeditus, prout de-
clarat Din. poſt gloſ. in l. decreto. 25. §.fin.in
27 verb.nō poſſunt. ff. de admin.tutor. † vbi quod
ita intelligitur ille tex.dum voluit quod duo ſi-
mul agere non poſsint, reſpectu ſcilicet impo-
tentiæ facti, non iuris arg. §. 1. inſtit. de iur.
codicillor. Neq; enim obſtat l.3. §. apparet. de
28 adminiſtr. tutor. † Vbi Prætor debet curare,
ne per plures tutela adminiſtretur, quaſi faci-
lius

lius vnus tutor,& actiones exerceat,& exeipiat
29 ne per multos tutela aſpergatur. † Quia in-
telligitur, quando tutores conſentiunt Prætori,
nam aliàs ſi omnes volunt gerere tanquam non
habeant fidem electo,nec velint eſſe ſuccedanei
alieni periculi, permittet Prætor eis omnibus
gerere, prout in terminis ita declarat Iuriſcō-
ſultus in d. l. 3. §. planc. de adminiſtr. tutor.
Sed quoniam hoc non videtur æquum ſecundum
ſententiam Cin. poſt Iac. de Rauen. in l. 1. C.
ſi ex plurib. tutor. ob illam rationem ne in
plures aduerſarios quis diſtinguatur, quaſi ſuf-
ficiat hoc expediri per vnum, cum alter poſſit
aſſiſtere, ne fiat colluſio,& ſequitur Salic.in d.
l. 1. n. 3. verſ. aut pupillus non eſt ille. Ideo ſe-
cundo reſpondetur, quod tunc ſufficiet citari
30 vnum ex tutoribus, † quando citatus compa-
ret, & defendit cauſam pupilli,ſi enim nō com-
pareat,prout in caſu de quo agimus,erunt alij
citandi gloſ. in ſpecie in l. 2. in verb. his tan-
tum. C.ſi ex plurib. tutor. quam ſequitur Aim.
conſ.225. num.3. & ita loquitur text. in d. l.2.
dum mandat intimandum eſſe omnibus,quibus
fuit diuiſa adminiſtratio tutelæ ſiuè à iudice,
31 ſeu à teſtatore, † Iſta enim diuiſio non exclu-
det citationem faciendam de pluribus tuto-
ribus, quibus fuit data vna ſpecies admini-
ſtrationis in vna prouincia, vel loco, quia ſi
vnus vel duo fuerint, omnes erunt conuenien-
di; Operabitur enim illa diuiſio, vt vnus non
debeat conueniri pro rebus ſpectantibus ad al-
terius adminiſtrationem; Intelligendo quando
reali ageretur l. ſi duo. de adminiſtr. tutor. ſe-
32 cus ſi perſonali, † quia æs alienum non reſpi-
cit certi loci facultates, ſed totum patrimo-
nium l. fideicommiſſum. §. tractatum. de iudic.
l.1.§.ſi hæres. ad trebell. l. ex facto. de hæredib.
inſtit. Quare diuiſio à quocunq; fiat ſiue à Iu-
dice,ſeu à teſtatore, ſiue ab ipſiſmet tutoribus
præiudiciabit eis,vt non poſſint agere, non au-
33 tem extraneis,† vt non poſſint eos conuenire,
Ideo tutor vnius prouinciæ poterit conueniri
pro ære contracto in alia prouincia l. titium.
§. fin. de adminiſtr. tutor. & ita in ſpecie de-
clarat Bart. in l. inter tutores.37. col.1.num.2.
verſ. non obſtat ſupra eodem ff. de admin. tut.
vbi quod iſta eſt verior opinio, & poſt Azon.
34 ſequitur Salic. in l. 2. C. ſi ex plurib. tutor. †
vbi etiam, quod ſi omnes tutores ſunt eiuſdem
fori, poteſt vnus pro alio actione perſonali cō-
ueniri, ſi autem ſunt diuerſi fori,ſi volo vnum
conuenire in foro adminiſtrationis ipſius con-
uenti pro alio,poſſum, ſecus ſi extra forum il-
lius, non enim potero, vt ille qui eſt in vna re-
gione cogatur ire ad aliam regionem non ſuæ
adminiſtrationis Bart. in d. l. inter tutores.
col.1. poſt med. n. 2. verſ. tu dicas quod ſi tuto-
res. de adminiſtr. tutor.
Accedat quod licèt vnus ex tutoribus poſſet con-
ueniri, non tamen eſt in arbitrio actoris elige-
35 re,& citare quem velit, ſed Iudex ad illius re-
quiſitionem coget tutores in vnum concorda-
re, prout in pluribus hæredibus, & actoribus
qui tenentur facere vnum procuratorem Doct.
in l. iam tamen. §. ſi tamen. ff. iudic. ſolu. Bart.
in l. ſi quis procuratoris. §. vnius. de procur.
dixi deciſ. 107. cum multis ſimilibus ibid. ad-
ductis in addit. & in ſpecie hoc voluit Cin. in
l. ſenatus conſulto. 5. q. vlt. in fin. C. de ijs qui
accuſ. non poſſ. vbi quod debet præferri tutor
magis idoneus arg. l. fin. de colluſ. deteg. Nam
ſi ambo admitterentur impedirent ſe cōcurſu,
quia vnus forte negaret,alius fateretur. Quare
colligitur quod ſi eſt eligendus magis idoneus,
iſtud non debet definiri ab ipſomet, qui petit,
ſed à Iudice. Quod etiā ſequitur Ang. in l. 1. C.
36 ſi ex plurib. tutor. † Vbi ſi tutores nō poſſunt,
vel non volunt defendere pupillum, vnus ex
contutoribus poterit hoc facere, & ſi omnes
volunt venire, ne in multos aduerſarios diſtin-
guatur, eſt eligendus magis idoneus,quod etiā
ampliat Ang. ibid. ad adminiſtratores ciui-
37 tatum, qui tenentur facere ſyndicum,† ne de-
fenſio per plures perſonas ſciſſa afficiat aliquo
incommodo actorem l. 4. de fideicommiſ. libert.
bert. Bald. in l. ſi familia. ff. famil. herciſcund.
Doct. in l. non poteſt. la 1. de reg. iur. & ita
etiam declarat Bart. in l. decreto. §. ſi duobus.
38 de adminiſtr. tutor. † Vbi ſi reus non conque-
ritur,poſſunt plures tutores contra eum agere,
aliàs eo poſtulante, vt vnus tantū agat,æquius
eſt, vt alter eligatur per rationem poſitam in
l. iam tamen. §. vlt. ff. iudic. ſolu. cum concor-
dantibus de quibus ibi per gloſ. in verb. per plu-
39 res. † Et de pluribus, qui veniunt ſimul ad ac-
cuſandum,quod admittatur magis idoneus eſt
text. in l. ſi plures. 16. de accuſationil. 3. de po-
pul. act. cum diſtinctionibus de quibus latè
Iacob. de Aren. in l. qui de crimine. col. 2. ad med.
verſ. quando autem plures. C. de accuſation.
Magis prædicta procederent in pluribus admini-
ſtratoribus, quorum vnus non poſſet ſine alte-
ro gerere, prout cum aliàs de hoc quæreretur
Dixi verius eſſe; Tales enim accipiuntur pro
procuratoribus,quamuis dentur pupillis,non
40 pro tutoribus, aut curatoribus, † ideo non
cenſentur conſtituti in ſolidum,niſi hoc expreſ-
sè dictum fuerit, vt latè concludit Aret. conſil.
66. viſo quæſito & dubijs. col. 3. in princ. verſ.
ſed tamen his non obſtantibus. n. 3. vbi etiam
vol. 4. ampliat quamuis eſſent deputati cum
41 clauſula cum libera adminiſtratione. † Quid-
quid contrarium ſequatur Bald. in rub. C. de
exercit. & inſtit. act. in fin. quaſi non poſſit
dici adminiſtratio libera, quæ non poteſt ſine
altero expediri; Quia eius opinio non eſt ap-
probanda, cum ſolùm debeat intelligi, quod
ambo ſimul poſſint adminiſtrare, vbi aliàs eis
hoc non concederetur ſine dicta facultate l.
procurator tutorum. de procurat. l. procurator
cum libera. ff. eod. tit.
Quod etiam haberet locum licet plures admini-
ſtratores eſſent cōſtituti ad vniuerſalem admi-
42 niſtrationem, † Quamuis enim talibus videa-
tur commiſſa adminiſtratio in ſolidum l. 1. §.
ſi plures. ff. de exercit. action. Bart. & Bald.

in pluribus de procurat. Tamen procedit in inſtitore, aut ſimilibus, qui ob publicam vtilitatem ex natura nominis cenſentur habere totam rei adminiſtrationem, quod non eſt in alijs procuratoribus, quorum vnus nihil poteſt ſine altero, niſi fiat deputatio inſolidum latè *Art. conſ. 66. col. 3.in fin. verſ. non obſtat textus. nu. 4.* Quidquid aliud ſit in procuratoribus datis ad iudicia ſpiritualium cauſarum; aut in ſimilibus de quibus per *Doct. in cap. ſi duo. 6. in princip.* vbi *gloſ. in uerb. admitti. & in §. ſane.in verb. idoneiorem. de procurat. n.6. & in l. pluribus.32. ff. eod. tit.*

Quibus adde quod licet in adminiſtratione principali, & ordinaria quilibet in ſolidum cenſeatur deputatos, vt in tutoribus, & curatoribus *l. fin.* C. *de auct. præſtand. l.* 1. C. *ſi un.*
43 *ex plur.* † Tamen aliud eſt in adminiſtratione acceſſoria, & quodam modo delegata, vt in pluribus actoribus vnius tutoris, tales enim nõ intelligentur in ſolidum, niſi expreſſum ſit, argumento eius, quod dicimus de iudicibus quibus ſi conceditur iuriſdictio delegata nõ competit cuilibet in ſolidum *l. duo ex tribus. de re iudic.* Niſi forte tales eſſent delegati, qui pro ordinarijs haberentur *l. pomponius ſcribit ſi*
44 *uni. ff. eod. tit.* † & ita in ſpecie de actoribus tutorum concludit *Bart. in l. 1. §. ſi plures. col. 2. in fin. uerſ. aut eſt adminiſtratio acceſſoria. de exercit. action.*

E P I T O M E.

Conductor molendini aquarum impetu deſtructi quando poſſit petere remiſſionem penſionis. Et an ei obſtet, quod damnum potuerit præuideri. Renunciatio omni legum auxilio, & omnibus caſibus fortuitis an comprehẽdat non præuiſos. Augmentum penſionis an fiat locanti propter vbertatem inſolitam, quemadmodum fit remiſſio conductori propter ſterilitatem inopinatam. Emphyteuta quando liberetur à refectione, & canone ob interitum rei, & caſus ſimiles.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſioni non eſt locus ſi damnum potuit præuideri in fructibus non in ſubſtantia rei. num. 2.*
3 *Conductori molendini ui fluminis deſtructi datur remiſſio penſionis.*
4 *Laudum condemnans ad rem non extantem dicitur iniquum.*
5 *Conuentio ſoluendi penſionem etiam non habita poſſeſſione operatur, ut non fiat remiſſio quamuis nulli fructus percipiantur.*
6 *Renunciatio omni legum auxilio excludit remiſſionem damni in fructibus, non in ſubſtantia rei.*
7 *Renunciatio omnium caſuum fortuitorum non comprehendit inſolitos, quamuis de eis fuerit facta mentio. num. 8. 9. & 10. Etiam ſtante iuramento. num. 12.*
11 *Iudex arbitratur quis ſit caſus inſolitus.*
13 *Conductor poteſt petere remiſſionem ob caſum inopinatum, & locator augmentum ob vbertatem inſolitam fortuitò prouenĩẽtem non per diligentiam coloni. n. 14. & 17.*
15 *Aequalitas eſt ſeruanda inter contrahentes.*
16 *In contractibus ſolum veniunt, quæ per partes præſumuntur fuiſſe cogitata.*
18 *Emphyteuta quando liberetur à reædificando, & à ſolutione canonis propter interitum rei, poſſeſſionem amiſſam, & fundum ab aquis demerſum, & ſimiles caſus. n. 19. & 20.*
21 *Tiberis inundatio anni* 1598. *& de alijs inundationibus. n. 23. & 28.*
22 *Incendium, & inundatio frequens vrbi malũ.*
24 *De curatore* Tiberis.
25 *Domus ædificanda in altitudine ſexaginta pedum ob* Tiberis *inundationes.*
26 *Traianus pater patriæ dictus ob remedia contra inundationes* Tiberis *adhibita.*
27 *De quinque* Senatoribus *ad curam* Tiberis.
29 *Litania originem habuerunt ob pericula inundationum, & ob alias cauſas. vt n. 30. & 31.*
32 *Supplicationes ſæpe* Romæ *adhibitæ ad inundationes euertendas.*
33 *Tractata ab alijs iterum non ſunt tractanda.*

C A P V T CXCV.

DAmnum potuiſſe præuideri conſtabat in caſu Angeli mihi propoſito; Vnde ex hoc dicebatur non eſſe locum remiſſioni penſio-
1 nis † quaſi tunc ſit imputandum illi, qui ſciuit ſtatum, & rei conditionem vnde non excuſatur *l. qui bona. §. de illo. de damn. infect. l. habitatores. §. fin. locat. Bald. in l. ſi ea lege. 17. ante fin. n. 3. verſ. in contrarium videtur rationibus.* C. *de vſur. Roland. conſ. 9. nu. 25. cum ſeq. lib. 1. Alex. conſ. 112. videtur in præſenti. in fin. nu. 4. lib. 1. Natt. conſ. 66. n. 7. lib. 1.*

Contrarium tamen declaraui, quia prædicta procedunt, quando damnum contingit in fructi-
2 bus, † ſecus autem, quando ſumus circa ſubſtantiam rei, tunc enim non conſideratur, quod illud damnum potuerit præuideri, prout erat in caſo, de quo agimus, cum eſſemus in conductione molẽdini poſtea vi fluminis deſtructi; Quamuis enim conductor ſcire debuiſſet naturam fluminis, & vitium loci mobilis, tanquam collocati in arena, & ad ruinam apti, Tamen non ex hoc debet excludi remiſſio, Etenim chaſma eſt in ſubſtãtia rei conductæ, vnde pro re, quæ non extat nõ debetur penſio, ſeu merces, cum etiam partes cenſeantur voluiſſe contrahere ſub conditione, quod ſubſtantia rei ſalua remantat, quaſi porteat præſtari rem conductori, vt illa frui poſſit, prout eſt *tex. in l. ſi ex conductori. 16. ad fin. verſic. ſed ſi ager terremotu. ff. locat. Bart. in l. ſi vno. 17. §. vbicunque tamen. poſt med. verſ. quandoq; allegat fundi, & in l. ſi merces. 28. §. vis maior. col. vlt. in princip. nu. 6. verſ.*
3 *quandoq; colonus allegat. ff. eod.* † Et in ſpecie de con-

conductore molendini ita concludit Bald. in l.
licèt 8.col.1.n.4.q.2. & ibi Add.in verb. molen-
dinum. C. locat. ſequitur Iaſ. in l. quominus.
col.10.in fin.q.24.verſ.nec prius tenetur molen-
dinarius.n.150.ff.de flum. Surd. conſ.197. n.16.
4 verſ. tamen procedit. lib. 2. † Itaut laudum di-
catur iniquum, ſi quis condemnetur ad ſolutio-
nem rei, quæ non extat Pancirol.conſ.147.nu.1.
Carroc.de locat.p.2.tit. de reb.dub. nu.8. fol.32
Licèt conuentio quod conductor ſoluat penſio-
nem quamuis non haberet poſſeſſionem rei lo-
5 catæ operaretur, † quod non fiat remiſſio etiã
ſi nullos fructus perciperet, quaſi illa poſſeſſio
excepta per conductorem conſideretur reſpectu
perceptionis fructuum, qui mediante poſſeſſio-
ne percipiuntur Dec.conſ.311. licèt hactenus re-
cuſauerim. col. pen. ad med. verſ.quarto. & vlti-
mo.nu.5.

Non obſtat clauſula renuncians omni legum au-
xilio, Quia per eam ſolùm excluditur remiſſio
6 quo ad damnum datum in fructibus, † videli-
cet quando conductor impediretur vti re con-
ducta Socin.Iun.conſ.130. nu.24. lib.3. Roland.
conſ.13.n.8. lib.1. non autem quo ad damnum
contingens in ſubſtantia rei non extantis, & de-
ſtructæ, ad quod illa clauſula non extenditur
Surd.conſ.197.n.18 in fi.lib.2.

Prout neque obſtant renunciationes caſuum for-
tuitorum, cum alijs, de quibus in inſtrumento,
& obligatione camerali; Quia vltra quod non
comprehendunt caſum damni contingentis in
ſubſtantia rei, ex ſupra allegatis; Verior eſt opi-
7 nio, † quod generalitas renunciationis huiuſ-
modi caſuum fortuitorum non intelligatur de
caſibus inſolitis, & raró contingentibu, prout eſt
in caſu, de quo agimus, cum propter inunda-
tionem inſolitam molendinum cum alijs mul-
tis ædificijs fuerit deſtructum; Ideo cum acci-
derit præter veriſimilitudinem, & cogitatio-
nem viri prudentis, dicitur caſus inſolitus, quã-
uis à prudentiſſimo excogitari potuerit, neque
comprehenditur ſub dicta generali renuncia-
tione Aim. qui de commani conſ.95. nu.2. poſt
Bartol. in l.ſed & ſi quis. §. quæſitum. vbi Iaſ.
n.35 ff.ſi quis caut. Alex.conſ.28. viſis & accu-
ratè ponderatis.nu. 10. lib.1. Etiam ſtante iura-
mento Roland. conſ.45. nu. 18. lib.3. Quicquid
contrarium ſequatur Bald. in d. §. quæſitum.
ad fin.verſ.iuxta prædicta forma hanc quæſtio-
nē, & Pinell.in l.2.p.1.nu.34.C.de reſcind.ven-
8 dit.Cuter.de iuram.confirmat. c.24.p.1.nu.6. †
Quia contra eos eſt verior ſententia, vt teſtatur
Cauall.q.702. n.4. vbi quod fuit ita iudicatum
in cauſa aquarum, quæ inſolitè creuerunt, itaut
conductores receſſerint à domibus ante fini-
tum tempus non ſoluta penſione non obſtante,
quod renunciaſſent caſibus fortuitis opinatis
& non opinatis per tex.in l.fiſtulas.78. §. fru-
menta.ff. de contrahen. empt. Corn. conſil. 128.
9 nu.12.lib. 2. † vbi de conductore gabellarum
Socin.conſ.123.circa præſentem conſultationem.
lib.4. vbi de conducente prata publica, & ita
etiam ſeruat Rot.per Cardin. Millin. Romana.

remiſſionis affictus.15.decembr.1595. vbi quod
eſt verior opinio, cum alijs per Gomeſ. de locat.
& conduct. tom.2.c.3. num 19. in fin. Bertaz.
clauſ.21.gloſ.12.late Surd conſ.61. n 65.& de-
10 ciſ.326.n.52. † Vbi quod hæc eſt magis vera
ſententia, quamuis fuerit promiſſum de omni-
bus caſibus, qui imaginari poſſunt, & pro qua-
cumque cauſa, quæ poſſet dici, vel excogitari,
& licèt adſint verba apta includere caſus ino-
11 pinatos, & maiores expreſſis, † Itaut ſit in ar-
bitrio Iudicis quis dicatur caſus inſolitus Becc.
conſ.82.n.13.verſ.ſiue etiam contendimus. Me-
12 noch.de arbitrar.caſ.80.n.8. † Quæ etiam pro-
cedũt quamuis fuerit interpoſitũ iuramentum
Seraph.priuil.iuram. 106.nu. 10.15.& per tot.
quicquid aliàs habeat vim expreſſi, & præciſè
obliget latè Menoch.conſ.27.n.9.iuncto.n.18.&
19.lib.1.

Et quemadmodum iſte caſus inſolitus non cenſe-
tur præiudicare conductori, vt non poſſit pe-
tere remiſſionem; quaſi de illo non cenſeatur co-
13 gitatum, † ita è contra caſus inopinatus non
præiudicat locatori, vt non valeat petere au-
gmentum penſionis; Vnde ſi quis conduxit mo-
lendinum tenebitur augere reſponſionem pro-
miſſam, ſi alia molendina vicina impetu aquoſo
fuerint deſtructa, itaut illis remotis multò ma-
gis lucretur, cum etiam de hoc caſu non fuerit
cogitatum per locatorem tanquam inopinato,
quaſi par ratio debeat eſſe lucri, vel damni
Bart.in l.ſi merces.§. vis maior.in princip. n.2.
in 2.notab.& col.vlt.in fin.n.8. verſ.aut lucra-
tur multum. ibi. aut propter diligentiam. ff.lo-
cat.Gomeſ.eod. tit.tom.2.c.3. num.19. in princ.
verſ.quod ſi quis cõduxit. Anchar. in c.propter.
col.3.n.16.locat. Redoan.de rebus eccleſ.non alie-
nand.q.13.n.9.ad fin. fol. 393. Sebaſt.Medic. de
caſib.fortuit.q.10. n.36. tom.7.fol.220. Firman.
de gabell.p.3.q.21.verſ.ſed tene mẽti ſingulari-
14 ter. nu.39. tom.12.fol.57. † Quemadmodum
enim eſt de natura contractus, vt propter ſteri-
litatem, & alios caſus ſimiles fiat remiſſio mer
cedis l.ex conducto.§.1.ff.locat. Alex.conſ.107.
perſpectis verbis inſtrumenti. nu.5. lib.3. Ita
etiam magna, & in ſolita vbertas eueniẽs caſu
fortuito non per diligentiam coloni debet ope-
rari augmentum penſionis ad fauorem locan-
tis, vt contrariorum eadem ſit diſciplina l.& ſi
contra.in fin. de vulg. Bald.in l. penult. in fin.
C. de ſolut.Natt.conſ.442.nu.8. Tiraq.ceſſ.cauſ.
15 p.1.nu.17.ad med. Surd.conſ.458.nu.15.lib.4. †
Et vt æqualitas ſeruetur inter contrahentes l.
penult. in fin. C. commun. diuidun. Aim. conſ.
70.n.1. Cum etiam in contractibus veniant illa
ſolùm, de quibus veriſimiliter credendum eſt
16 partes cogitaſſe † Doct. in l.fin. C.quæ res pi-
gn.oblig.poſſ. Vnde iſtud inſolidum augmentum
ab inopato caſu proueniens tanquam à con-
17 trahentibus non præuiſum debet eſſe exceptũ †
Iaſ.in l.1.num.79. col.15. in fin.verſ.iſtam licèt
communem concluſionem.C. de iur. emphyt.

Idem etiam dicimus in emphytheuta, qui liberabi-
tur à ſolutione canonis propter totius rei inte-

18 ritum caſu fortuito contingentem † *Natt. conſ.*
377. n. 2. vbi intelligir dummodò non ſuperſit
area,quę cenſebitur maxima pars domus *l. ret.*
§. aream. ff. de ſolut. tunc enim tenebirur ne-
dum ad præſtarionem integram cononis, ſed
etiam ad reficiendum ædificium *Iaſ. in l. 1. col.*
3. in fin. verſ. ego autem in hoc vltimo. n. 15. C.
de iur. emphyt. Surd. conſ. 197. n. 12. lib. 2. Prout
eſt in aliis caſibus quando emphyteuta non po-
teſt vti re, vel eius poſſeſſionē perdidit propter
19 bellum, ſeu incurſum hoſtium, † quia rnnc ha-
betur, ac ſi non extaret *Alex. & alij in l. inter-*
dum. §. quod ex naufragio. de acquir. poſſeſſ. cum
declarationibus, de quibus *per Natt. cons. 49.*
n. 25. & latè *per Corbul. de cauſ. priuat. ob non*
ſolut. canon. limit. 18. per tot. Quemadmodum
etiam quando fundus emphyteoticus fuit ab
20 aquis ſubmerſus † quia rune non renetur ſol-
uere canonem qnaſi dicatnr illo anno perem-
rus, ſeu eo tempore, quo durauit inundatio
l. cum vnus. §. fin. de pericul. & commod. rei ven-
dit. Alex. conſ. 112. videtur in præſenti. n. 1. lib. 1.
Dummodò inundatio non ſir ſolita, cum
alijs declarationibus de quibus *Idem Corbul. de*
cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit. 16. nu. 2.
cum ſeq.

Ex quibur declaraui ad fauorem conductoris,eum
de prædictis dubitaretur ob præfatum molen-
dinum deſtructum cum multis alijs,& ſimilibus
ædificijs propter magnum diluuium aquarum
anni 1598. in diuerſis Italiæ partibus & præſer-
rim in Vrbe,qnàm nono calendas Ianuarij eiuſ-
dem anni Tiberis adeo ſubita, & improuiſa in-
21 nundatione occupauit, † vr ob immenſum au-
ctum aquarum maximum detrimentum omni-
bus atrulerit prorupto ponte Palatino, ſeu Se-
natorio, hodie Sanctæ Mariæ, corruptis ſta-
gnantibus aquis æditum fundamentis, deinde
remeante flumine dilapſis, non ſine hominum
ſtrage, animalium, rernm, mercium, & orna-
menrorum Vrbis, & præcipuo cum præſenti
exitio, panore etiam futuri.

Et frequens fuit olim Vrbi malum inundatio, pro-
22 ut etiam incendium,† vr per *Tacit. lib. 5. ad fin.*
impe. Tiber. Cæſar. & Dio. prope eadem tempo-
23 *ra. & lib. 57.* †. Et de ſimilibus Vrbis inunda-
tionibus, quæ diuerſis temporibus occurrerunt
Idem *Tacit. lib. 1. ad fin. initio imperij Tiberij. &*
lib. 17. in fin. aliàs 1. ab exceſſu Neronis. in Gal-
ba. Ammian. Marcellin. lib. 29. ad fin. in Valen-
tinian. & Valent. Platina in vita Adriani, &
Nicolai Tertij. quem refert etiam *Menoch. de*
recuper. poſſeſſ. rem. 12. n. 28. Blondus. decad. 2.
lib. 1. Lycoſtenes de prodigijs. Sabellic. lib. 5.
anead. 8. & lib. 1. anead. 10. Bonfid. lib. 8. de-
cad. 1. Leander lana in deſcriptione Italia. in
verb. teuere & fiumi. fol. 84. Franciſ. Sanſouin.
in Cronic. vniuerſali Orbis. p. 2. lib. 14. fol. 51.
24 *Sueton. in Auguſt.* † vbi etiam *c. 37.* de Cura-
rore Tiberis, quem idem Auguſtus præfecerar;
Et de foſſa, quàm, duxir Nerua, ſiue Traianus
ad arcẽdos fatales Tiberis, & nõ ſine omine au-
tus *Plin. lib. 8. epiſt.* de qua *Lipſ. ad Tacit. lib. 1.*
25 *ad fin.* † Et de domibus extruendis quarũ alti-
tudo non ſuperaret ſexaginta pedes ob ruinas
faciles, & ſumptus, ſi quando talia contingerent
exitioſos, prout ſtatuit Traianus, qui etiam
per exquiſita remedia huiuſmodi inundationi-
26 bus opitulatus eſt, † vnde pater patriæ dictus
Sexto Aurel. Victor. in Traiano. in fin. Er de
cauſa inundationis Tiberis ex continuis imbri-
bus *Tacit. lib. 1. & Dio. lib. 57.* vbi etiam de
quinque Senatoribus ſorte ductis, qui curarent,
27 ne flumen aut æſtate minueretur, † aut hieme
ſupra modum excreſceret, ſed ſemper æquale
ferretur. Et de alijs inundationibus in diuerſis
vrbibus tam Italiæ, quàm Galliæ, & aliorũ loco-
rum *Strab. lib. 12. Nicephor. lib. 10. c. 35. Gre-*
gor. Turonenſ. lib. 5. c. 35. & lib. 6. c. 25. Aimonis.
lib. 3. c. 31. de geſtis Francor. Simonet. lib. 4. c. 30.
Fulgoſ. lib. 1. c. 6. Bemb. lib. 2. hiſtor. Venet. Iou.
lib. 12. & 29.

Et inter alias inundationes mira fuit illa, de qua,
in vita B. Catherinæ filiæ S. Brigidæ. c. 16. tem-
28 pore Greg. XI. anni 1371. † Cum enim Ti-
beris nimium excreſceret, iraur pontem Late-
ranenſem, & Monaſterium B. Iacobi, & multa
alia circumiacentia ædificia inundatio aqua-
rum ſupergrederetur: Romani rimentes Vrbis
excidium D. Catherinam educentes de domo,
obiecerunt eam obuijs aquarum inundationi-
bus. Mira res· Antiquum redire miraculum,
Ioſue namq; tempore Iordanis conuerſus eſt
retrorſum; Ipſa pedibus profluuium tangente
redit retrorſum cum omni velocitate petens
alueolum ſuum, fugitq; aqua inundationis ad
introitum ſanctæ mulieris. Stupent vniuerſi,
laudaturq; immenſæ potentiæ Dominus, qui
etiam in aquis per ſanctos ſuos mirabilia facit.

Hinc etiam originem habuerũt Litanię anno enim
590. Dira aquarum alluuio Romam, & om-
29 nem penè Italiam obruit; † Inde fames ſequu-
ta, & peſtilentia orta, quam Inguinariam appel-
lant: Gregorius igitur ſeptiformem litaniam
fieri ordinauit, ſic dictam, quod omnis Vrbis
populus in ſeptem partibus deprecaturus Do-
num eſt diuiſus, mandauitq; vt is litaniarum
modus ſeruaretur *Sabell. & Diacon. lib. 18. Po-*
30 *lidor. lib. 6. c. 11.* † Er de litanijs etiam fit men-
tio in concilio Aurelianenſi *c. rogationes. diſt.*
3. & Aleiat. lib. 9. parerg. c. 11. concludit quod
Mamercus Viennenſis Epiſcopus primum illas
inſtituerit ad expianda prodigia, cum terra mo
uiſſet, cum Lupi, aliæq; feræ per Vrbes aberra-
31 rent, damnoq; & terrori mortalibus eſſent, † cu
ius rei diſperſa per prouincias fama cæteros
Antiſtites inuitauit, vt exemplum ſequerentur,
adeò vt in Italia quoque religiosè celebrentur
Gregor. Turon. hiſtor. lib. 11. c. 34. Licèt alij pu-
tent aduerſus peſtilitatem, vel imminentes ho-
ſtes Deum implorari.

Er ita etiam ſæpè Romæ ſupplicatum ob iſtas cau
ſas dicit *Platina*, Nam ſub Theodoſio Tertio
Tiberis alueum ſuum egreſſus vſq; ad Pontem
Miluium à Vaticano aquas emiſit, magnamq;
Romanæ Vrbi cladem intulit ſeptem diebus
eum

32 cum fœda domorum, & animalium ſtrage; † ſub
ſecuta ſunt, & alia prodigia cæleſtia; Nam Luna
per eos dies tenebrata eſt à prima ad tertiam
vigiliam noctis ſanguineo colore ſuffuſa; Appa-
ruit & crinita ſtella terrifico aſpectu cauda ad
Arctum obuerſa; Quibus terroribus ſæpè eſt
Romæ ſupplicatum Greg. Papæ II. edicto ad ma
las has tempeſtates auertendas *Cuſpinianus
ex Paul. Diacono. lib. 6. c. 12. de geſtis Longobar-
dorum. Liber Pontificalis, & Platina. Sigibertus
& Beda lib. 2. de tempore.*
Alia multa quę collegeram omiſi cum percepe-
33 rim luculenter ab alijs tractata, † Ideo iterum
ea ſcribere ad prudentiam non pertinet, vt do-
cet *Plutar. in Nicia, & Artoxerſe.*

EPITOME.

Syndici, & Magiſtratus perpetui, & temporales an habeant adminiſtrationem cum libera & poſſint obligare Ciuitatem, & ſingulos inſolidum, & executiuè ex mutuo per eos recepto, & in ſimilibus contractibus. Debitum communitatis contractum per anteceſſores quando grauet ſucceſſores, & forenſes. Per clauſulam cum libera an quis poſſit trãſigere, & alia facere, quæ poſſet ipſemet principalis, & quid quando eſt poſita in mandato procuratoris ad lites.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus temporales non obligant vniuerſitatem & collegia ex mutuo per eos recepto. n. 2. 4. & 5.*
3 *Negotium commune ab omnibus eſt tractandum.*
6 *Eccleſia quando teneatur ex mutuo eius nomine contracto. & n. 7.*
8 *Contrahens cum eccleſia an debeat docere verſionem in illius vtilitatem.*
9 *Vendens pannum Abbati pro veſtiendis monachis poteſt agere cõtra Monaſterium, quamuis Abbas illos non veſtierit.*
10 *Reſpublica, Ciuitas, & Eccleſia æquiparantur.*
11 *Venditio bonorum Ciuitatis debet fieri à maiori parte Conſilij cum decreto iudicis.*
12 *Priores ciuitatum an habeant adminiſtrationem cum libera. & n. 16.*
13 *Clauſula cum libera dat facultatem tranſigendi, & vt quis poſſit omnia facere, quæ principalis, & an idem ſit in mandato procuratoris, n. 14. & 15.*
17 *Communitates recognoſcentes ſuperiorem nihil faciunt ſine illorum conſenſu.*
18 *Magiſtratus noſtri temporis non habent aliam facultatem, quam datum à ſtatutis.*
19 *Magiſtratus perpetui obligant ex mutuo Ciuitatem. n. 21. & 22. & particulares, & cum clauſula inſolidum, & executiuè & eorum geſta habent vim legis. n. 26. 27. & 28. & habentur loco tutorum. n. 23.*
20 *Factum Præpoſitorum dicitur factum ſingulorum ciuium.*
24 *Populus eligens Præpoſitos videtur probare eorum geſta.*
25 *Dominus tenetur ex facto magiſtri nauis per eum præpoſiti etiam ſi non probetur verſio.*
29 *Debitum communitatis afficit ciues pro rata & per as, & libram.*
30 *Syndicus deputatus à publico poteſt ſingulos obligare.*
31 *Ciuitas debet conſeruare indemnes ciues pro ea ſoluentes ex obligatione facta per adminiſtratores perpetuos.*
32 *Debitum communitatis contractum per anteceſſores grauat ſucceſſores, & forenſes.*
33 *Vniuerſitas quomodo ſit cogenda pro ſolutione debitorum.*

CAPVT CXCVI.

Circa primum dubium, de quo agebatur in
caſu mihi propoſito Dixi breuiter verio-
1 rem opinionem eſſe affirmatiuam, † quod Ma-
giſtratus temporales accipiendo pecuniam mu
tuo nomine ciuitatis illam non obligant, niſi
communicato conſilio cum omnibus ciuibus,
vel cum conſiliarijs repreſentantibus totum
publicum, vel niſi probetur mutuum verſum
fuiſſe in vtilitatem ciuitatis *l. ambitioſa 4. ff. de
decret. ab ordin. faciend. gloſ. in l. 1. in verb. fiſci
in fin.* C. *de vendend. reb. ciuit. lib. 11. & in l.
vnic. in verb. doceatur.* C. *de ſolution. & liber. de-
bitor ciuitat. eod. lib. & ett tex. vbi* Bartol. *Iaſ.
Ang. & alij* communiter *in l. ciuitas. 29. ff. de
2 reb. credit. ſi cert. petat.* † Vbi *gloſ.* extendit ad
omnia collegia; Cum enim hoc negotium ſit
commune, & tangat omnes non debet tractari
3 ab vno; vel ab altero † *l. fin ff. commu. prædior.
c. quod omnes. de reg. iur. in 6.* Cum præſertim
potius præſumendum ſit, quod mutuum fuerit
conuerſum in vtilitatem propriam adminiſtra-
4 torum † non communitatis *gloſ. in l. qui fun-
dum. 7. §. ſi tutor. in verb. expoliat. ff. pro emptor.
& in l. præſes. 12. in verb. non finet.* C. *de tran-
ſaction. Bart. in l. 3. num. 1. ff. quod vi aut clam.*
5 Neque enim danda eſt occaſio abutendi pecu-
nijs, quas ſub nomine Reipublicæ poſſent ad-
miniſtratores accipere, Ideo non probata oc-
caſione, non eſt æquum ciuitatem teneri, cum
ſufficiat creditori habere regreſſum ad pręfa-
tos adminiſtratores *l. vnic.* C. *de ſolut. & libe-
rat. debitor. ciuitat. lib. 11. Doctor. in l. ciuitas.
6 ff. ſi cert. petat.* † Prout dicimus de contractu
mutui celebrato nomine Eccleſię, qui tenet quo
ad contrahentem cum Eccleſia, ſi fuit ſeruata
forma, non tamen vt præiudicetur Eccleſiæ, ſi
non docetur verſum in eius vtilitatem, ſed vt
prælatus contrahens per ſe, & ſuos hæredes te-
neatur *Cardin. in c. ex præſentium. oppoſ. 2 colu.
1. verſ. & hoc vult. n. 2. de pignor.* vbi dicit ſin-
gulariter notandum, & communiter non ſerua-
ri, quia neſcitur, ſubdens eſſe valde æquum, vt
teneatur Prælatus, ac ſi contractus, valeret;
nã quo ad ſui præiudicium nõ eſt audiendus di
cens contractum non tenere, quem ipſe fecit

7 c.ex diuerſis.de cleric. coniug, † & Ita intelligi-
tur Innoc. qui idem tenet in c. grauius. depoſ.
cum quo tanſeunt Butr. & Imol. ſecundum
Cardin.in d. c. ex præſentium. & ſequitur Bar-
bat.ad Bald.in auth.hoc ius porrectum.ſub nu.7.
in littera E. & F. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi quoq;
dicit ſingulare, & communiter ignorari, quod
etiam voluit Bald.in d. auth. hoc ius porrectum.
n.6. verſ. item dicit Vbi ſequendo Innoc. ponit
8 tres caſus, † in quibus contrahens cum eccle-
ſia debet eſſe ſollicitus de conuerſione in eius
vtilitatem ſcilicet mutuo,depoſitio,& venditio
ne facta pro debito eccleſiæ,cum in alijs libere
tur debitor ſi ſoluat, & non fuerit verſum in
vtilitatem eccleſiæ, dando exemplum de drap-
9 pario, † qui vendens pannum Abbati pro Mo-
nachis veſtiendis poteſt agere contra monaſte-
rium,quamuis Abbas non conuerterit in illius
vtilitatem,& eſt communis opinio, de quo per
Dec.conſ.36.pro tenui.col.6.ad med verſ.tertio.
principaliter.Surd.decif.156. in fi. cum alijs de
10 quibus ſupra c. 45. † Quæ omnia ſunt intelli-
genda tàm de contractibus cum eccleſia geſtis,
quàm cum Republica,& Communitate cum æ-
quiparentur l.reſpublica.C.ex quib.cauſ.maior.
non ſecus ac ſi eſſent pupilli,& minores Bar.in
l.1.§.ult.n.1.ff.quod cuiuſq;vniuerſ.nomin.Me-
noc.conſ,80.n.14.lib.1.

Idem eſt in ſimilibus actibus præiudicialibus, qui
non poſſunt geri à Prioribus, ſeu Magiſtratibus
temporalibus,prout de venditione bonorum
11 ciuitatis, † quæ debet fieri à maiore parte con
ſilij etiam cum decreto Iudicis, & præcedente
cauſæ cognitione, præuio iuramẽto conſiliarijs
præſtando, cum expreſſione nominum ſingulo-
rum de vniuerſitate, & cum alijs requiſitis,de
quibus in l.fin C.de vendend. reb. ciuit.lib.11.
& ibi Io.de Plat.num.1.Bart.in l.vlt.C.de præd.
decur.lib.10.Ruin.conſil.41.lib.1,Roland.conſ.
90.num.19.& per tot.lib.1. Capic. deciſion.93.
nu.1. vbi etiam nu.3. quod idem eſſet in caſtro
Menoch.conſ.80.num.21. lib.1.Aim.conſil.142.
n.25.Bald.conſ.400.in princip.lib.2.Dec.in cap.
cum omnes in prima lect.n,72.de conſtit. Alex.
conſ.1.col.2.lib.4.

Non obſtat quod iſti Magiſtratus,& Priores Ciui-
12 tatum poſſint præiudicare Vniuerſitati, † cum
habeant adminiſtrationem generalem cum libe
ra Caſtr.in l. reſcriptum.11.§. plerumque.in fi.
& ibi Alex.etiam in fin. ff. de pact. Et virtute
iſtius clauſulæ cum libera ſiue a lege,ſeu ab ho-
mine conceſſæ omnia poſſunt fieri, quæ ipſe-
13 met principalis poſſet agere, † quaſi omnis
poteſtas tunc fuerit translata in adminiſtrato-
rem Bart. in l. creditor. §. huius.ff. mandat.&
in l.procurator.cum libera.ff. de procurat. Ang.
in auth. de collat. §. ad hoc prohibemus. Gutier.
14 de iuram.confirm.par.1.c.50.num.13. † Quid-
quid aliud ſit quando dicta clauſula ponitur in
procuratore dato ad lites, quaſi tunc reſtrin-
gatur ſolùm ad adminiſtrationem litis, & in-
ſtantiæ,non cauſæ; Vnde tunc non eſſet licita
tranſactio, liberatio, obligatio, remiſſio, aut
quid ſimile in præiudicium mandantis Bart. in
l.qui roma.§. callimachus.n.2. de verb. obligat.
Franc.Munnoz.de ratiocin. adminiſtr. cap. 19.
n.28. Dummodo ex verbis mandati non appa-
15 reret,† quod d.clauſula eſſet poſita etiam cau-
ſæ, non ſoli inſtantiæ,vt latè declarat Roderic.
Soarez.in l.poſt rem iudicatam. in declaratione
legis regni.ver.quia ſupra viſum eſt contra quos
poteſt inſtrumentum mandari.n.22.col.7. in fi.
f. 574.poſt Bal.in c.decani.in fi.de reſcript.Doct.
in d.§.callimachus.

Quia verior eſt opinio, quod Magiſtratus tempo-
16 rales nõ habeant liberam adminiſtrationem †
gloſ. in l. item magiſtri. de pact. quam ſequitur
Caſtr.in l.præſes.12. n.3. et ibi Iaſ. num.8.C.de
tranſact.Alex. conſ. 135. viſo proceſſu. lib. 7. et
conſil. 17. in cauſa in princip. lib. 6.Vant. qui
de communi de nullit.ex defect. mandat. num.
17 127. dixi deciſ.93. num.14. † Cum etiam vni-
uerſitates recognoſcentes ſuperiores, prout eſt
iſta de qua agimus, nihil faciant niſi Rectores
illarum præbeant authoritatem negotijs,& de-
liberationibus per eos faciendis Caſtr. in l. 3.
num.6.col.1.uerſic.aut.recognoſcebat.ff.quod cu-
iuſq, uniuerſit. nomin. Non enim iſti Priores
ciuitatum ſunt hodie, prout erant olim Decu-
18 riones Rom.conſ.501.ad fi.† & Magiſtratus no-
ſtri temporis non habent aliam poteſtatem,quã
eam, quæ illis datur per ſtatuta locorum Dec.
conſ.5.ante n.1.

Ex quibus ſequitur reſolutio ſecundæ dubitatio-
nis, quod quando ſumus in Magiſtratibus non
19 temporalibus,† ſed perpetuis non erit proban-
da per mutuantem verſio in vtilitatem Ciuita-
tis,quaſi ſufficiat cum illis contraxiſſe,iſti enim
repreſentant totam vniuerſitatem, & habent li-
beram adminiſtrationem Bart. in l. præſes.12.
C.de tranſact. Nam cum iure adminiſtrent bo-
na Reipublicæ poſſunt illam etiam ex mutuo
obligare l.ſi is qui bona. 11. in princip.ff. de pi-
gnor.& hypoth l. 3. uerſ. ordo dedit.ff.quod cu-
20 iuſq;uniuerſit.nomin. † Quia factum Præpoſi-
torum habetur pro facto ſingulorum Ciuium
gloſ.in rubr.C.quæ ſit long.conſuetud. poſt med.
uerſ.uerum eſt ſi populo.Bart.in l.ſicut.7.nu.2.
ff.eod.tit. Bald.in l. etiam. 5.nu.15. C.de execut.
21 rei iudic.Alex.in l.4.n.24.de re iudic. † Vnde
rectè creditor poterit agere tam contra bona
communia,quam contra ipſam Ciuitatem Dec.
in l.ciuitas. 27.n.4. ubi Iaſ.nu.3.ff.ſi cert.petat.
Subdens nu. 12. neq; probandam hoc caſu per
mutuantem verſionem in vtilitatem Eccleſiæ,
22 & ſequitur ibi Bologn. n. 15. † Quidquid dicat
gloſ.in l.ſi is qui bona.11.in uerb. obligare.ff.de
pignor.& in l.3.in uerb.accipiat. C.ſi alien.res
pign. Quia contraria opinio eſt magis vera,
& communis,vt teſtatur Coler.de proceſſib.exe-
cut p.2.c.3.nu.366. per tex.in l.1.C.de ſolut.&
liber.debit.ciuitat.lib. 11. Et eſt ratio quia iſti
tanquam ab vniuerſitate præpoſiti totam Ciui-
23 tatem repreſentant,† & dominorum quaſi loco
habentur nõ ſecus ac tutores,& curatores l.tu-
tor. 33. de fur. & ibi gloſ. in uerb. non datur,l.
inter-

interdum. 58. in fi. uers. qui tutelam. et ibi gloſſ.
in uerb. tranſigere. ff eod. tit. l. qui fundum. §. ſi
24 *tutor. ff. pro pra empt.* † Quaſi populus illos eli-
gendo cenſeatur approbare eorum geſta *Abb.*
in c. ſignificauit. n. 2. poſt gloſſ. ibi de appellat. In
noc. in c. 1. de fid. inſtrum. per quam electionem
quicquid per eos præſtabitur eligentium peri-
culo cadet *l. 2. an princ. de iudic. l. 1. § proinde.*
25 *ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* † Prout dicimus de
Exercitore præpoſito nauis, qui ex mutuò tene-
tur exercitoria, quamuis pecuniam in vſum ſuũ
non conuerterit, quaſi imputandum ſit Domino
quod talem præpoſuerit *l. 1. §. non autem ex om*
ni cauſa uerſ. unde quærit officius. et ibi gloſſ. in
uerb. eum talem ff. de exercit. action.

Amplius iſti perpetui Adminiſtratores, & repre-
ſentantes populum non ſolùm poterunt obliga
26 re bona Ciuitatis, † ſed etiam bona particula-
rium, & ſingulorum ſine alia conuocatione, &
conſenſu illorum, & cum clauſula executiua; cũ
contractus celebrati per tales adminiſtratores.
quibus cura perpetua, & generalis reipublicæ
cõmiſſa eſt tranſeant in vim legis, non ſecus ac
ſi ab Impeatore geſti fuiſſent *Bart. in l. 4. §.*
actor. nu. 4. de re iudic. et in l. ſicut 5. num. 2 ff.
quod cuiuſq. uniuer nomin. & in l. penult. C. de
donat. int. vir. & vxor. & in l. cæſar. ff. de publi-
can. & vectigal. Iaſ. in l. ciuitas. num. 4. & ibi
Bolognin. num. 27. & 29. ff. ſi cert. pet. Quic-
qnid contrarium ſequantur *gloſ. in l. 2 in verb.*
aut legem poſt med. verſic. item & ad hoc quod
vniuerſitas. C. quæ ſi long. conſuetud. & Alex.
conſil. 44. nu. 5. lib. 1. Bald. in l. 1. nu. 2. C. ne fil.
27 *pro patr.* † Quia contra eos eſt verior opinio,
prout concludit *Idem Bald. in l. penult. num. 2.*
C. de donat. int. vir. & vxor. Hartiman. Piſtoris
quæſt. 37. num. 17. p. 1. & de magis vera opi-
nione reſtatur latè *Coler. de proceſſ. exequt. p. 2.*
28 *c. 3. n. 376.* † Vbi etiam *n. 380.* ampliat d. obli-
gationem afficere ſingulos pro tota ſumma,
quando fuit facta cum clauſula inſolidum, quã
poterunt etiam apponere d. Magiſtratus per-
petui; Itaut eo caſu vnus ſoluendo partem ſuam
non liberetur, cum totum teneatur ſoluere tã-
quam in ſolidum obligatus *Bart. in dict. l. 4. §.*
29 *actor. num. 10. in fin. de re iudic.* † Quidquid
aliàs ſine iſta clauſula cenſerentur ſolùm parti-
culares obligati pro rata facta computatione
per æs, & libram, non autem ſecundum nume-
rum perſonarum in ciuitate exiſtentium *Bald.*
in l. ſicut. §. quod ſi nemo. ff quod cuiuſq. uniuerſ.
30 *nomin. Rip. in d. l. 4. n. 43. de re iudic.* † Cum etiã
Syndicus à publico deputatus poſſit ſingulorũ
bona obligare, quando negotium eſt principa-
liter vniuerſorum, & ſecundario ſingulorum
Bald. in l. 2. nu. 6. vol. 3 C. quæ ſit. long. conſuet.
Alex. conſ. 44. viſo themate. col. fi. n. 5. verſ. reſtat
videre lib. 1.

Adde tamen quod Ciuitas debebit conſeruare
indemnes iſtos particulares, qui ſoluerunt pro
31 ea, † vel ex communi ærario, ſi adſit, vel ex
collecta, quæ imponetur per æs & libram ſecun-
dum quantitatem patrimonij, ita vt deficien-
tium vices ſuppleantur per alios de Vniuerſitate
l. 1. C. de omni agr. deſert. lib. 11. Bartol. in l. 1.
num. 18. C. de mulier. & in quo loco. & in l. 1.
§. diſcretiones. C. de operib. public. lib. 10. Saliect.
in l. omnes prouinciarum. 12. in 1. notab. C. de
operib. public. Alex. in l. 4. num. 15. & 16. de
32 *re iudic.* † Itaut ad tales collectas teneantur
etiam venientes de nouo ad habitandum, cum
debitum anteceſſorum grauet etiam ſucceſſores,
Guid. Pap. quæſt. 279. per tex. in l. proponebatur.
76. ad med. de iudic. contra Affl. in rub. de con-
tumac. lib. Rebuff. de litter. obligat. num. 2. gloſ.
1. num. 10. Quæ etiam ampliantur ad foren-
ſes poſſidentes bona in loco, in quo imponitur
huiuſmodi collecta, quia etiam iſti tenentur
Bart. in l. libertus. 17. §. ſola. num. 2. ad municip.
Curt. Iun. conſil. 61. in princip. Remig. de charit.
ſubſid. titul. an eccleſiæ vel clerici teneantur.
33 *Guid. Pap. d. quæſt. 279.* † Et quomodo impo-
nantur collectæ per vniuerſitatem debitricem,
quando nihil poſſidet *Specul. de execut. ſentent.*
§. ſequitur. col. 1. in fin. verſ. quid ſi vniuerſitas
Bald. in l. etiam. n. 13. col. 3. verſ. item non puto.
C. de execut. rei iudic. Fel. in c. cum omnes. n. 16.
fall. 6. de conſtitut. cum alijs, quos adduxi *de-*
ciſ. 217. n. 2.

E P I T O M E.

Statutum quod maritus lucretur totam dotem,
decedente vxore liberis extantibus, quàm de-
beat conſeruare filijs communis matrimonij an
deroget l. hac editali. C. de ſecun. nupt. Et an di
ſpoſitio dicti ſtatuti ſit odioſa, vel fauorabilis
exemplo alterius excludentis fœminas à ſucceſ-
ſione propter maſculos. Legitima an poſſit in
totum tolli per ſtatutum.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitioni l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. an*
ſit derogatum per ſtatutum, quod maritus lu-
cretur totam dotem ſi ſuperuiuat vxori libe-
ris extantibus, quibus debeat illam conſerua-
re. n. 2. & 3. Et quid in dote præſumpta. n. 10.
12. 13. & 14.

4 *Derogatio d. l. hac edictali in dubio non præſu-*
mitur, & an illi poſſit derogari. nu. 5. & 11.

6 *Interpretatio eſt facienda, vt filij primi matri-*
monij non excludantur à legitima.

7 *Statuta non poſſunt in totum excludere filios à*
legitima. n. 8.

15 *Statutum tribuens lucrum dotis viri eſt fauo-*
rabile reſpectu vxoris, & odioſum quo ad fi-
lios. n. 16.

17 *Statuta excludentia fœminas propter maſculos*
an ſint fauorabilia.

CAPVT CXCVII.

PEr ſtatutum, de quo in caſu mihi propoſito
diſponitur, quod ſi vxor poſt conſummatum
tum matrimonium decedat marito ſuperuiuen

te

te liberis extantibus, vir totam dotem lucre-
1 tur, † quam tamen debeat conſeruare ſecun-
dum iuris diſpoſitionem filijs communis matri
monij. An per huiuſmodi ſtatutum cenſeatur
derogatum *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.* Cũ
de hoc diſceptaretur omiſſis multis, quæ per
Doctores latè adducuntur Dixi veriorem opi-
nionem eſſe negatiuam, & magis æquam. Licèt
enim reſeruetur in ſtatuto lucrum filijs commu
nis matrimonij, ideo nullo modo videbatur per
tinere ad alios filios alterius mariti, Tamen ſta
tutum debet intelligi in caſu ſimplici, quando
ſcilicet ſolùm adſunt filij ex illo matrimonio,
quaſi ſtatuentes non conſiderarint ſuperexiſtẽ-
2 tiam liberorum ex duobus matrimonijs; † Vnde
cum ſit caſus omiſſus debet remanere in diſpo-
ſitione iuris communis, prout in ſpecie ſimilis
ſtatuti concludit Soc. Sen. *conſ. 79. col. 5. verſ. ſed
ponamus. poſt* Bald. *conſ. 16. incip. talis caſus eſt.
quondam minutia. lib. 5. aliàs. 11. lib. 3.* Pract. pa.
*plen. inform. libelli quo agitur pro legat. rei ſin-
3 gul. in gloſ. 1. n. 57. verſ. quid autem.* † Cum ſta-
tuta iuris correctoria ſint interpretanda ſtrictiſ
ſimè, maximè quando agitur de præiudicio al-
terius, prout in caſu noſtro *l. 2. vbi Salicet. C. de
noxal actio.* Iaſ. *conſ. 50. n. 2. lib. 1.* Aim. *conſ. 197.
n. 6. & conſ. 259. n. 2.*

Præſertim quia nunquam præſumitur derogatum
4 d. l. hac edictali † *Dec. in auth. præterea. n. 7. C.
vnde. vir. & vxor.* Rot. *diuer. deciſ. 432. n. 3. & 4
p. 1.* Immo ſemper ſtatuta de lucro dotis reci-
piunt interpretationem ſecundum *d. l. hac edicta
li.* Soc. *conſ. 52. col. 1. verſ. hoc igitur præſuppoſito.
5 lib. 3.* Cur. Iun. *conſ. 122. n. 10.* Dec *conſ. 19. n. 2.* †
Quicquid aliàs quando conſtaret de mente ſta-
tuentium cenſeretur derogatum *d. l. hac edictali.*
cum illius diſpoſitio tanquam iuris poſitiui
poſſit tolli, & in totum obrogari Ruin. *conſ. 61.
n. 14. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 91. n. 10. lib. 3.* Rol. *conſ. 72.
n. 3. lib. 1.* Boer. *decis. 113. n. 9. col. 2 in princ. vers.
nam aliquando ſtatutum aut conſuetudo.* vbi de
communi.

Præterea in dubio ſumenda eſt interpretatio, ne
filij primi matrimonij amittant legitimam illis
6 debitam in bonis maternis † *Bal. in l. illam. n. 3
C. de collat & in conſ. 273. ſtatuto ciuitatis de tor
re. lib. 5.* Cum etiam ſtatutum non poſſit in to-
7 tum tollere legitimam filiorum † *Bart. in auth.
de hæred. et falcid. in fi.* Alex. *conſ. 75. nu. 2. lib. 1.
late* Roder. Soarez. qui de communi & veriori
opinione teſtatur *in l. quoniam in prioribus. in
declarat. leg. regni. verſ. ſecundo limitabis. n. 6. f.
417. C. de inoff. teſtam.* Quicquid contrarium ſe-
quantur Alex. *in l. quod de bonis. §. fi. n. 3. ad leg.
falc. & Dec. conſ 19. n. 3.* Menoc. *conſ. 4. n. 41. li. 1.*
8 cum alijs per *Aim. conſ. 236. n. 2.* † Quia contra
cos eſt verior opinio quatenus legitima eſt ne-
ceſſaria ad filiorum alimenta, quaſi tunc ex le-
ge naturali debeatur non ex aliquo iure poſiti-
uo prout teſtatur latè Ludou. Molin. *de Hiſpan.
primogenit. lib. 2. c. 1. n. 14. vſq; ad n. 17 poſt* Imol.
*in l. titio centum. §. titio genero. col. 3. de condit.
et demonſtrat.* quatenus nulla adſit cauſa Aim.
d. conſ. 236. n. 2. ad med. Spin. *de teſtam. gloſ. 17.
princ. n. 24.*

Verum eſt quod Menoc. *conſ. 4. per tot.* concludit
contrarium; quod immo cenſeatur derogatum
9 *d. l. hac edictali.* in caſu ſimilis ſtatuti, † quod e-
tiam prius voluit Curt. Iun. *in auth. præterea. C.
vnd. vir. et vxo. n. 14. et ibi* Pic. *n. 44. in fi.* Alciat.
reſponſ. 88. Quod etiam ampliant vt non ſolùm
maritus acquirat in totum veram dotem in præ
10 iudicium filiorum primi matrimonij, † ſed e-
tiam præſumptam, quando videlicet mulier nu-
bit ſecundo viro nulla facta mentione dotis,
quo caſu præſumitur dediſſe eandem dotem,
quàm primo dederat, cum iſta dos præſumpta
æquiparetur expreſſæ, quaſi fundata ſit in præ-
ſumptione legis, & iuris, quæ dicitur probatio
aperta, & plena veritas, prout in ſpecie latiſſimè
defendit Menoc. *conſ. 5. per tot. lib. 1. poſt* Raph.
Comenſ. conſ. 109. col. 1. Ruin. *conſ. 90. n. 5. lib. 4.*

Non eſſet tamen recedendum à prima opinione
per ſuperius allegata; Cum etiam Menoc. loqua-
tur in caſu ſtatuti, per quod magis conſtabat
11 fuiſſe derogatum *d. l. hac edictali.* † quaſi tunc
ſit permiſſa acquiſitio dotis ſecundo marito in
præiudicium filiorum primi matrimonij ſecun-
dum mentem ſtatuentium Rol. *de lucr. dot. q. 84
n. 2.* Pariſ. *cons. 91. n. 10. lib. 1.* Boer. *deciſ. 113. n. 4.
12 Ruin. conſ. 6 c. n. 14. lib. 3.* † Et quicquid Menoc.
et alij concludant, contra eos eſt verior opinio,
& ab ea non eſt recedendum, prout etiam ſer-
uat Rot. *coram* R. P. D. Cordub. *Roman. pratenſi
lucri dotis. 21. decembris. 1594.* vbi ita declaras
ſtatutum Vrbis *c. 131. lib. 1.* prout idem ſenſit in
eadem facti ſpecie Card. Seraph. *in eius voto in
cauſa inter hæredes Ferra contra Gaſparum Am
13 broſinum* † & voluit Curt. Sen. *conſ. 79. n. 6. ver.
et poſito ſine veri præiudicio.* Iaſ. *conſt. 50. lib. 1.*
Bertrand. *in repet. l. hac edictali. in princ. n. 49.
C. de ſecund. nupt.* qui etiam multo magis con-
14 cludunt idem eſſe in dote præſumpta † Aim. *de
antiquit. tempor. 1. p. 4. part. princip. n. 48.* Alex.
conſ. 12 c. n. 4. lib. 7. cum alijs per Pariſ. *conſ. 66.
15 n. 33. lib. 4.* Cum etiam huiuſmodi ſtatutum †
quamuis ſit fauorabile reſpectu mulierum, vt
citius viros inuenire poſſint propter lucrum eis
delatum Dec. *conſ. 19. n. 6.* Rol. *de lucr. dot. q. 14.
n. 8.* Tamẽ reſpectu filiorum primi matrimonij
16 eſt odioſum, † & correctorium iuris communis
tanquam tollens eis legitimam; Prout dicimus
de ſtatutis excludentibus fœminas propter ma
ſculos, quæ cenſenda ſunt odioſa, & reſtringun-
tur quoties de fęminarum dotibus, ſeu alimen-
tis agitur, ideo contra maſculos erit pronunciã
dum donec dotes, & alimenta competentia eis
17 ſubminiſtrentur; † Quicquid alias cenſeantur
fauorabilia reſpectu agnationis conſeruandæ,
cum etiam vnum, & idem ſtatutum poſſit con-
tinere odium, & fauorem, & in hoc ſeparationẽ
recipiat latè Ludouic. Molin. *de hiſp. primog. li.
1. c. 18. n. 7. verſ. hæc namq; opinio. et verſ. aut a-
gimus de portione. col. 3. et 4.*

EPI-

EPITOME.

Legitima, & eius ſupplementum an debeatur contra voluntatem teſtatoris, & quo ad hæredem an ſit debitum neceſſariũ, itaut ſit cenſendum relictum animo compenſandi quod per illum relinquitur ei, cui teſtator legauit. Pactum ingrediendi propria auctoritate an tribuat aliquam poſſeſſionem, & executionem antequam ſit liquidatum, & an talis ingreſſus detur pro legitima, & eius ſupplemento. Et quando pro eis competat retentio, & hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an ſe voluntariè obliget ex additione ad debita hæreditaria, & ad ſupplementum legitimæ. n.2.3.& 5.*

4 *Legatum per hæredem ei, cui defunctus legauit an ſit compenſandum.*

6 *Supplementum legitimæ an debeatur contra voluntatem teſtatoris. n.7.8.9. & 17. & an ſit debitum neceſſarium quo ad hæredem. num.10.& 11.*

12 *Cauſa originalis eſt attendenda.*

13 *Maritus & eius hæres an ſit debitor dotis ex cauſa neceſſaria. n.14.*

15 *Legitima debetur tacitè ex teſtamẽto defuncti.*

16 *Pro ſupplemento legitimæ non datur actio ex teſtamento, ſed condictio ex lege.*

18 *Retentio, & hypotheca an competat pro legitima, & eius ſupplemento. & n.19. 20, & 22.*

21 *Exceptio ſupplementi legitimæ non impedit immiſſionem ex Saluiano.*

23 *Ingreſſus poſſeſſionis propria auctoritate non datur eis, quibus debetur quarta.*

24 *Pactum ingrediendi propria auctoritate non tribuit aliquam poſſeſſionem. Intellige vt nu. 25. & 26.*

27 *Ingreſſus propria auctoritate non datur in illis, quæ admittunt liquidationem. Fallit. n.29.& 30.*

28 *Debitum quando dicatur conſtare.*

31 *Executio an poſſit fieri ante liquidationem per pactum capiendi propria auctoritate.*

CAPVT CXCVIII.

HAeres quamuis ex aditione ſua videatur
ſe voluntariè obligare ad debita hæredi-
1 tatis, † ex quo adire non cogebatur *l. apud Iu-*
lianum. 3. §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.
& ibi gloſ. in verb. contrahere. l. quæ legata.
de reg. iur. l. ex maleficijs. §. hæres. de act. &
obligation. Ideo ex hoc habendus eſt pro debi-
tore voluntario, itaut ſi aliquid legatarijs re-
linquat non cenſeatur relinquere animo com-
penſandi, vt in ſpecie concludit *Cornel. conſ.*
292. lib. 1. quem ſequitur *Cacher. conſ. 55 nu. 4.*
Tamen in caſu mihi propoſito, in quo de ſup-
2 plemento legitimæ agebatur, † Dixi contrariũ
verius eſſe, cum enim ſimus in obligatione de-
ſcẽdente ex perſona defuncti, qui ad illud ſup-
plementum neceſſariò tenebatur *l. omnimodo.*
& l. ſcimus. C. de inoff. teſtam. l. cum ratio ff.
de bon. damnat. §. 1. auth. de hæred. & falcid.
non poteſt conſiderari in hærede iſta obligatio
3 voluntaria, † in ea enim hæres eſt eiuſdem iuris
cum ſit in illum transfuſa cum ijſdem condi-
tionibus, & qualitatibus, itaut per quaſi con-
tractum hæredis ortum ex aditione hæredita-
tis non poſſit cenſeri diuerſa obligatio ab ea,
ad quam defunctus tenebatur, quaſi ex perſona
hæredis non mutetur qualitas, & conditio ob-
ligationis *l. cum fundus. de condit. & demon-*
ſtrat. Bartol. *in l. 2. §. ex his igitur. de verb. ob-*
ligat.

Non obſtant adducta per *Corn. d. conſ. 292. lib. 1.*
Quia procedunt in obligatione, quæ non erat
in defuncto, & ab eo non deſcendebat, videli-
cet in legatis, fideicommiſſis, & ſimilibus, ad
quæ præſtanda hæres ſe ſua ſponte obligat per
4 aditionem hæreditatis; † Vnde hæres, ſi quid
legauerit ei, cui iam defunctus legauit, non
erit compenſandum cum legato, quaſi tunc ſi-
mus in debitore voluntario, prout in ſpecie
diſtinguit *Gabr. conſ. 106. nu. 6. lib. 1.* & voluit
Anchar. conſ. 26. in quæſtione ſupradicta viſis
5 *ſubtiliter. in 2. dub. col. 2.* † vbi quod debitum
neceſſarium in perſona defuncti ſemper eſt ne-
ceſſarium in perſona hæredis quamuis ſponte
adeuntis *Caſtrenſ. conſil. 35. videtur dicendum*
quod vtrunque legatum. col. 2. ad med. verſ. ſed
ad hoc reſpondetur. lib. 2. ſequitur latè *Aim.*
conſil. 331. nu. 14. ad med. col. 5. verſ. circa vlti-
mum dubium. Et quidquid dicat *Cornel.* con-
tra eum eſſe veriorem opinionem docet *Surd.*
conſ. 112. nu. 64. 67. & 71. lib. 1. Peregrin. *de*
fideicommiſſ. art. 33. nu. 41. verſ. & in propoſi-
to. obiter. poſt Dec. in l. hæredem. de regul. iur.

Nec facit ſupplementum legitimæ deberi ex vo-
luntate teſtatoris ſecundum *Bald. in l. hac edi-*
6 *tali. C. de ſecund. nupt.* † Vbi quod in relicto
patris ineſt etiam, quod legitimæ deeſt, & ſic
tota legitima cenſetur relicta, quaſi plus fuerit
dictum, & minus ſcriptum, & ſequitur *Fulgoſ.*
conſ. 84. Bonaccurſius. Dec. conſ. 235. col. penult;
Neguſ. de pignor. 4. m. 2. p. nu. 164. cum alijs
per *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 35. n. 148.*

Quia contraria opinio eſt verior, quamuis enim
7 teſtator non poſſit minuere legitimam, † tamẽ
ſi minus relinquat, apparet, quod voluit illam
diminuere *Alex. in l. quod de bonis. §. cum fi-*
deicõmiſſum. ff. ad leg. falcid. Vnde hac ratione
ſupplementum legitimæ dicitur peti contra
voluntatem teſtatoris *Bart. in l. liberto. §. fi-*
lium. in fin. de ann. leg. & conſ. 13. Rimin. Iun.
conſ. 539. n. 9. lib. 5. vbi idẽ dicit de falcidia *l. ſi*
8 *ita ad l. falcid.* † & ita etiam concludit *Alex.*
in l. ſi in teſtamento. de vulg. et pupill. et conſil.
139. lib. 1. Ruin. conſil. 57. n. 7. lib. 2. et conſil.
27. nu. 16. lib. 3. Caſtren. in l. ſcimus. col. 1. C.
de inoff. teſtam. Soccin. in l. ſi ex toto. de leg. 1.
Curt. Sen. conſil. vlt. nu. 4. Rip. in l. in quartam.
nu. 115. ad leg. falcid. Put. deciſ. 137. Rot. co-
ram R. P. D. *Lancellott.* Roman. *Saluiani in-*
terdicti.

interdicti. 3. *Iulÿ* 1600. *Peregrin. de fideicom.*
*art.*36. *nu.*8. *verſ. in ſupplemento.* & *n.*151. *in*
9 *fin.* † Quando præſertim prohibetur plus pe-
tere, tunc enim ſupplementum dicitur deberi
contra voluntatem teſtatoris *Gabr. conſil.*137.
*nu.*40. & 41. *lib.* 2. vbi quod ita ſeruat Rota
poſt *Alex. in l. ex teſtamento. in fin. de vulg.*
& *pupill. Salic. in l. ſcimus. in princ. in vlti-*
mis verbis. C. de inoff. teſtam.

Cum igitur ſupplementum legitimæ non debea-
tur ex voluntate patris, ſed ex ſola legis diſpo-
10 ſitione; † dicendum eſt etiam hæredem quo ad
illud eſſe debitorem neceſſarium. Nam licet
hæres adeundo videatur quaſi contrahere, &
obligari in his, quæ procedunt ex voluntate
teſtatoris *§. hæres. inſtit. de oblig. quæ ex quaſ.*
11 *contract.* † Tamen hoc non eſt in ſupplemento
legitimæ, ad quod tenetur quidem ex perſona
defuncti quia hæres, nihilominus non eſt volun
tarius debitor, ſed neceſſarius tanquam per
ſolam legem obligatus ad illud præſtandum;
Ideo non debet cōſiderari eius additio, cum il-
la non ſit in cauſa, vt lex eum obliget *Aim. in*
ſpecie *conſil.* 131. *nu.* 14. ſequitur *Gabr. conſil.*
107. *nu.*8. & 9. *lib.* 1. Etenim prima, & origi-
12 nalis cauſa eſt attendenda † *l. tutor datus.* 70.
& *ibi gloſ. in verb.* & *non titulus. cum gloſ. ſeq.*
ff. de fideiuſſorib. l. qui id quod. 33. *in princ. ff.*
de donation. cum à primordio tituli poſterior
formetur euentus. *l.* 1. *ad fin. C. de impon. lu-*
crat. deſcript. lib. 10. *l. ſi hæres teſtamento. ff.*
de action. empt. Bartol. in l. in diem. ff. de aqu.
pluu. arcend.

Et facit quod è conuerſo dicimus de marito, qui
dicitur debitor dotis ex cauſa voluntaria non
13 neceſſaria † *Bart. in l. huiuſmodi. §. cum pa-*
ter. de leg. 1. *Rol. conſ.*65. *n.*18. *lib.*2. Vbicunq;
enim aliquis eſt debitor ex contractu, & ex cau
ſa à principio voluntaria non poteſt dici debi-
tor neceſſarius, prout maritus, qui non tene-
batur ducere vxorem, & per conſequens neq;
promittere reſtitutionem dotis, cuius debitum
dicetur voluntariò contractum *Alex. conſil.*7.
*col. fin. nu.*16. *lib.*6. *Aim. conſ.*149. *nu.*2. *verſic.*
14 *ſecundo facere videtur.* † Et idem erit in hære-
de mariti, qui etiam dicetur debitor volunta-
rius *Surd. conſ.*112. *nu.*67. *lib.*1. Quaſi non ſit
conſiderabilis additio hæredis, cum debeat ſo-
lùm ſpectari initium obligationis ex perſona
defuncti *Cuman. conſil.*176. *col.* 1. *in fin. verſ.*
etiam forſan dixeris. dixi *ſupra cap.*134.

Minus obſtat quod quemadmodum legitima de-
betur tacitè ex teſtamento teſtatoris, ita etiam
15 ſupplementum † *Anan. conſil.*67. *Bald. in l. ſ.*
*col.*3. *verſ.* & *primo quæro. C. de ſecund. nupt.*
poſt Bart. in l. ex facto. nu. 20. *de vulg.* & *pupill.*
Nā magis vera, & cōmunis opinio eſt, quod ſup-
pletio fiat ipſo iure ex legis diſpoſitione abſ-
que ordinatione teſtatoris etiam tacitè præ-
ſumpta; Ideo pro eo datur condictio ex lege,
16 quæ eſt remedium extraordinarium, † nō actio
ex teſtamento, quæ eſt ordinaria *Salic. in l.*
*ſcimus. col.*1. *C. de inoff. teſtam. Ruin. conſ.*55.
*nu.*7. *lib.*2. *Put. deciſ.*137. *nu.*3. *lib.*1. Rot. per
R. P. D. *Lancell. Roman. Saluiani interdicti.* 3.
Iulÿ 1600. Et Doctores contrarium ſequen-
tes, dum volunt, quod filius videatur tacitè in
tota legitima inſtitutus, cum poſſit agere ad
ſupplementum, debent intelligi, vt hoc permit-
17 tatur ex legis auctoritate, † non autem ex li-
beralitate, & iudicio teſtatoris, cum vt dictum
eſt, ſupplementum detrahatur contra volun-
tatem illius, prout declarat *Peregrin. de fidei-*
*com. art.*36. *in fin. n.*151.

Ex quibus etiam colligitur veritas ſecundæ du-
bitationis, quod pro ſupplemento legitimæ nul-
18 la competat retentio, † cum illud debeat capi
de manu hæredis; nam cum debeatur deducto
ære alieno *l. papinianus. §.* 3. *de inoff. teſtam.*
non poteſt conſtare quanta ſit legitima, & quid
eius ſupplementum niſi citatio hærede, & li-
quidato ære alieno, Vltra quod etiam legitima
eſt incerta ratione loci tanquam portio pro in-
diuiſo, & ratione quotæ fundi, quia neſcitur
quota pars fundi debeatur, vnde propter incer
titudinem nulla poſſeſſio acquiritur filio, qui
propria auctoritate non poteſt retinere, neque
ingredi poſſeſſionem alicuius rei vacantis, aut
ſibi aliquo modo ius dicere *Bart. in l.*2. *C. quā-*
do & *quib. quart. pars debeat. lib.* 10. & ita in
ſpecie latè concludit *Alex. conſil.* 134. *attentis*
*narratis. nu.*2. & 3. & *per tot.* & *ibi Natt. in*
*addit. in verb. item dicit ipſe. Iaſon. in l.*3. *§. in-*
certa. col. penult. ff. de acquir. poſſeſ. Rot. co-
ram R. P. D. *Lancellot. Roman. Saluiani inter-*
dicti. 3. *Iulÿ.* 1600. vbi quod *d. conſ. Alex.* fuit
19 per Rotam approbatum, † Subdens quod quic-
quid ſit in legitima, pro qua datur hypotheca,
& competit retentio, antequam cætera bona
filius grauatus reſtituat fideicommiſſario *Ca-*
*ſtr. conſ.*292. *n.*7. *lib.*1. *Gabr. conſ.* 36. *nu.*10.
20 *vſq; ad* 14. *lib.* 2. † Aliud eſt in ſupplemento,
pro quo non datur actio hypothecaria, neque
petitur actione ex teſtamento, ſed condictione
ex lege; Ideo iſta exceptio ſupplementi legiti-
mæ non impedit immiſſionem ex Saluiano in-
21 terdicto, † tanquam recipiens altiorem inda-
ginem, quæ in Saluiano non attenditur *l. fin. C.*
quor. bonor. Quamuis quod neq; pro legitima
22 competat hypotheca, † multa adducat *Pere-*
*grin. de fideicommiſ. art.*36. *in fin. n.*149. *Alex.*
*conſ.*78. *clariſſime doctor. n.*3. *lib.*3. *Dec. conſ.*
235. *col. penult.* Rot. *Auenion. per Laurent. de-*
ciſ. 52. vbi de communi *Rip. in l. in quartam.*
*n.*114. *ad leg. falcid.*

Et regulariter omnes, quibus debetur quarta pro-
hibentur ingredi poſſeſſionem auctoritate pro-
23 pria rei vacantis † *l.* 2. *in princip. verſic. quo-*
niam nimiam licentiam. & *ibi gloſ. in verb. de-*
negamus. C. quand. & *quib. quart. pars de-*
*beat. lib.*10. *l. prohibitum.* 5. & *l. defenſionis.*7.
*C. de iur. fiſc. cod. lib. Alexand. d. conſ.*134. *n.*3.
lib. 3. Vbi etiam ampliat ad legatarios *l.* 1. *in*
princ. ff. quor. legat. l. 1. *C. eod. l. non dubium.*
24 *C. de legib.* † Itaut neq; pactum de ingrediendo
bona debitoris propria auctoritate tribuat oc-
cupanti

cupāti aliquam poſſeſſionem, cum aliud ſit eſſe
in poſſeſſione, aliud poſſidere iuxta *gloſ. in l.
creditores. 3. in verb. debent. C. de pignor. &
ibi Bart. in 2. repetit. nu.4. & Salic. n.19.* latè
Coler. de proceſſ. exequut.cap.12.p.3.n.4.& 10.
Quicquid aliud ſit, quando vna cum pacto in-
grediendi propria auctoritate interuenit etiam
Iudicis auctoritas, quo caſu efficitur verus
25 poſſeſſor, † & habet interdictum vti poſſidetis,
ſi moleſtetur, & interdictum vnde vi, ſi expel-
latur *Bald. in l.conſentanum. 8. nu.30. C. quo-*
26 *mod. & quand. iud.* † Dūmodo immiſſio Iudi-
cis fiat parte citata *Bart.in d.l.creditores.n.25.
Bald. in l. nec quicquam. 9. §. vbi decretum.
in 1. repetit.num.5.& §.ſed dubitatur. de offic.
proconſ. & leg. Coler. de proceſſ. execut. par. 3.
c.12.n.62. vſque ad 67.*
Quibus adde quod quemadmodum non datur in-
greſſus poſſeſſionis pro legitima, niſi liquidato
27 ære alieno per ſuperius allegata; † Ita idem
eſt in alijs, quæ requirunt liquidationem, nam
in eis nulla competit actio, & executio, niſi
prius de illa appareat, cum talis exceptio ſem-
per remoretur paratam executionem *Iaſ. in §.
ſuperest. num.88. inſtit. de action. poſt Bart. in
l. proinde. 25. §. notandum. ff. ad leg. aquil.*
latè *Coler. de proceſſ. executiu. par.3. cap.1.n.2.*
28 *vſque ad num. 18.* † Vbi multa quomodo, &
quando dicatur conſtare de debito *Roder. Soa-
rez. in l. poſt rem iudicatam. in declarat. leg.
Reg. in verb.ſecutus veſtigia.num.8.& 15.de re
iudic. poſt Salic. & alios in l. creditores. C. de
pignorib.*
Quæ tamen notabiliter ſunt declaranda nō habe-
re locum in promiſſione de reſtituendō cum
29 obligatione omnium bonorum, † & pacto de
ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate,
& ſine licentia Iudicis, cum clauſula conſtitu-
ti; Nam ex quo tunc eſt translata in credito-
rem ciuilis, & naturalis poſſeſſio, licitum eſt
propria auctoritate ingredi poſſeſſionem, & in
ea inſiſtere, quamuis naturalis eſſet per alium
occupata, & etiam negotio non liquidato *Go-
zad. conſ. 28. nu. 15.* quod eſſe multum notan-
dum, quia alij contrarium ſentirent, dicit latè
Surd.conſ.216.nu.36.lib.2. Vbi *nu.37. verſ.ve-*
30 *rum reſpondeo.* † ampliat procedere quamuis
non adſint illa verba ſine Iudicis licentia, cum
ſufficiat conſtitutum, quo ſtante vna cum pa-
cto capiendi poſſeſſionem propria auctoritate
31 non requiritur liquidatio, † Vnde magis eſ-
ſet ſi vltra prædicta fieret conuentio capiendi
etiam ſine licentia Iudicis, quia multo minus
non requireretur liquidatio, Nam illa non fit,
niſi Iudςx adeatur, vnde in neceſſarium conſe-
quens cenſetur remiſſa, quia ſi remittitur ne-
ceſſitas adeundi Iudicem, etiam dicendum eſt
eſſe ſublatam neceſſitatem liquidandi *Soc. Iun.
conſ.82.n.7. Surd.d. conſ.216.nu.38.* vbi etiam
n. 43. quod iſtud pactum poterit exerceri con-
tra Eccleſiam ſuccedentem debitori, pro vt
quoque aduerſus pupillum, ita vt neque neceſſe
ſit dare tutorem, quia in reali priuilegiatus
ſuccedens non priuilegiato non gaudet priui-
legio *Bald. in auth. quas actiones. num.9. verſ.
primo caſu. C. de ſacroſanct. eccleſ. Menoch.conſ.
321 num. 52. lib.4.* de quo tamen dicam latius
infra in capite particulari.

EPITOME.

Remiſſoria in quibus caſibus ſit concedenda, &
quid ſi tendat ad impugnādam rem iudicatam
ex diuerſa cauſa, & quando dicatur talis.
Et an ab illius denegatione, & conceſſione poſ-
ſit appellari. Sententia, Teſtamentum, & alia
vltima voluntas, & ſimiles actus an valeant de
nocte ſine tribus luminaribus. In codicillis
an requiratur conſpectus teſtatoris, prout in
teſtamentis.

SVMMARIVM.

*1 Remiſſoria ad examinandum teſtes quādo con-
cedatur.
2 Appellatio an detur à conceſſione, ſeu denega-
tione remiſſoria. n.3. & 4.
5 Suſpitio fraudis, & calūnia facit, vt denegetur
remiſſoria, & debet probari aliquis fumus,
quod illa non exiſtat.n.6.
7 Remiſſoria poſt rem iudicatam quando detur,
& quid ſi eſt dubia. nu 8. & quando petitur
ex diuerſa cauſa. Et qua dicatur talis.n.9.
10 Separatio thori, & diuortium æquiparantur.
11 Donatio propter nuptias, & augmentum dotis
datur vxori ob ſeparationem thori propter ſæ-
uitiam, & adulterium mariti.
12 Remiſſoria non datur ſi probandū non releuat.
13 Teſtamentum, & alia vltima voluntas an va-
leat de nocte ſine tribus luminibus. num. 15.
17. 19. & 20.
14 Teſtamentum requirit conſpectum teſtatoris,
quod ſecus eſt in codicillis.n.23. 24. & 25.
16 Inſpectio ventris requirit tria lumina. Et de
ratione n. 22.
18 Sententia non poteſt ferri de nocte ſine tribus
luminibus.
21 Teſtamentum factum de nocte quando ſit ſu-
ſpectum.*

CAPVT CXCIX.

REmiſſio ad examinandum teſtes quando,
& in quibus terminis à Iudice cauſæ alte-
1 ri fieri poſſit tā in ciuilibus, † cauſis quā in cri-
minalibus ponitur latè per *Felin. & alios in c.
cum cauſam. de teſtib. Doctor. in l. ſi quis teſtium.
eod. tit. Seuerol. de remiſſion. Virgin. Boccac. de
litteris remiſſor. Farinac. de oppoſit. contr. dict.
teſt. q.77. nu. 1. vſque ad n.174. Menoch. de recu-
per poſſeſſ. remed. 15. q. 26. n.336. vſque ad n.363.*
& latius *in tract. de arbitr. in addit. ad caſ.250.
n. 1. vſque ad n.28.*
Circa illud tamen, de quo quærebatur, an à dene-
gatione dimiſſoriæ detur appellatio, verior eſt
2 ſententia affirmatiua, † quod petenti remiſſo-
riam debeat ſuccurri remedio appellationis,
ſeu

Google

ſeu reſtitutionis in integrum *Benint. deciſ.* 74.
col. 1. cum alijs per *Farinac. de oppoſit. contr.*
dict. teſt. q. 77. *nu.* 4. Quicquid aliud ſit in con-
3 ceſsione remiſſoriæ,† quam pars prętendit non
eſſe concedendam, quia ab iſto decreto non da-
retur appellatio in ciuilibus, prout de vſu, &
ſtilo Romanæ Curiæ teſtatur *Seuarol. de remiſ-*
ſor. cap. 21. *n.* 3. Quamuis in criminalibus huiuſ-
modi appellationes recipiantur, vt per *Mon-*
ticul. de teſtib. in verb. examinatio teſtium an
delegabilis in ciuilibus. col. 2. *n.* 3.

Contrarium tamen Dixi in caſu mihi propoſito,
quia nulla cauſa aderat, cur huiuſmodi remiſſo-
4 ria eſſet concedenda,† quaſi tunc debeat eſſe lo
cus appellationi, quãdo Iudex moueretur ad il-
lam denegandã ſine aliqua iuſta cauſa, qua non
exiſtente nõ debet ſtari eius arbitrio *Felin. in c.*
cum cauſam. n. 31. *ante med. verſ. & quamuis. de*
teſtib. Afflict. in conſtit. 1. *de inuc. tit. int. domin.*
& vaſſall. n. 64. *Seuerol. de remiſſor. c.* 18. *n.* 3.

Quod autem nulla adeſſet cauſa concedendi re-
miſſoriam faciebat, nam teſtes, qui petebantur
examinari fuerunt in loco iudicij de eo tempo-
re, quo fieri poterat examen, vnde non erat ex-
pectandum, quod ijdem teſtes aliò ſe conferrẽt,
tunc enim oritur ſuſpicio fraudis, & calumniæ,
5 quæ facit,† vt remiſſoria iuſtè denegetur *Ang.*
in l. de die. §. tutor. num. 10. *qui ſatiſd. cogant.*
Aſin. in prax. iudic. §. 21. *c.* 5. *verſ. quintus ca-*
ſus. Menoch. de arbitr. in addit. ad caſ. 250. *n.* 18.
6 Ideo antquam remiſſoria concedatur † ad eui-
tandam huiuſmodi calumniam ſolent Iudices
adhibere remedium, vt petens remiſſionem, vel
iuret de malitia, & calumnia, vel probet ali-
quo modo ſe iuſtè illam petere, quod in Curia
Romana appellant dare fumum, vt notat *Me-*
noch. de arbitr. in addit. caſ. 250. *n.* 17. *Veſtr. in*
prax. lib. 6. *c. fin. n.* 2. *verſ. quod ſi natura cauſa.*
& n. 4. *& ibi Grauat. Mandoſ. commiſſ.* 19. *in*
verb. remiſſoriam. latè Bocaec. de liter. remiſſor.
cap. 3. *n.* 46. *&* 47.

Secundò quia fuit petita remiſſoria poſt rem iu-
dicatam, quo caſu denegatur, quando tendit ad
7 illam impugnandam † *Iaſ. in l. patre furioſo.*
num. 22. *de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Mohed.*
deciſ. 199. Quaſi tunc videatur calumnioſa pe-
titio, quæ facit eſſe locum denegationi *Capu-*
taq. deciſ. 63. *p.* 3. Et quia poſt rem iudicatam
non ſolùm eſt præcluſa via vlterioribus proba-
tionibus, ſed etiam eſt impoſitus finis liti *c. cum*
8 *bertoldus. de re iudic.* † Sed quoniam iſta præ-
tenſa res iudicata erat dubia, & obſcura ideo
ſuper hoc non eſt inſiſtendum, quaſi tunc poſſit
concedi remiſſoria, prout declarat *Boccac. de*
litter. remiſſor. c. 3. *n.* 10. *cum ſeq.*

In quo tamen eſt etiam aduertendum, quod vbi
adeſſet diuerſa cauſa, nõ deberet negari remiſ-
ſoria, quamuis tenderet ad impugnandam rem
9 iudicatam † iuxtà deciſionem *Rotæ per Card.*
Seraphin. Biſuntina ſeparationis. 22. *martij.*
1599. Vbi etiam fuit declaratum non eſſe di-
uerſam cauſam, ſi per tres conformes adeſſet
res iudicata ſuper ſeparatione thori, licèt po-
ſtea ageretur ad probandam reconciliationem
inter coniuges ad effectum excludendi vxorem
à lucro dotali; Stãte enim iſta re iudicata venit
in conſequentiam augmentum dotis, & lucrum
dotale *Decian. conſ.* 52. *num.* 51. *lib.* 1. *Franc. de-*
10 *ciſ.* 244. *lib.* 2. † Et caſus ſeparationis thori, &
diuortij æquiparatur *Iaſ. in l.* 1. *C. vnd. vir &*
vxor. Gabr. conſ. 161. *lib.* 1. Vnde debetur dona-
tio propter nuptias, & augmentum dotis ſtante
ſeparatione thori obtenta propter ſæuitiam,
11 ſeu adulterium viri, † cum ſit factus locus d.
lucro, quemadmodum in diuortio *Roland. conſ.*
50. *lib.* 4. *Franc. deciſ.* 244. *Rot. per Card. Seraphi.*
Biſuntin. augmenti & donationis propter nup-
tias. 24. *maij.* 1599.

Tertiò quia illud, quod fuit petitum probari non
releuabat, quamuis probaretur, quo caſu remiſ
12 ſoria non conceditur † *Roman. conſ.* 356. *ſi quis*
beneficij. Seuerol. de remiſſor. c. 5. *n.* 8. *&* 9. Licèt
quando eſſet dubia releuantia probationis da-
retur remiſſoria ſine retardatione proceſſus
Boccac. de liter. remiſſor. c. 4. *n.* 46. *Farinacc. de*
oppoſit. contr. exam. teſt. q. 77. *n.* 46. *in fin.*

Prout etiam concederetur remiſſoria quamuis ar
ticuli eſſent non releuantes, quando alij releua-
rent *Rot. coram* R. P. D. *Caualer. Nerſtonen.*
penſionis. 19. *nouembris.* 1607. Vbi etiam quod
ſufficit, vt aliquo modo directè, vel indirectè fa
ciant ad cauſam *Bald. in c. licèt cauſam. nu.* 44.
verſ. dicitur tamen. de probat.

Quod autem non releuaret probatio petita fa-
ciebat, quia licèt teſtamentum, de quo ageba-
tur fuiſſet factum de nocte ſine tribus lumina-
13 ribus,† vt prætendebatur probari, non tamen
ex hoc poterat dici nullum, cum enim prǽſup-
ponerentur teſtes vidiſſe, & cognouiſſe teſtato-
rem ex vnico lumine exiſtente in camera, vbi
ipſe in lecto iacebat, eſt ſatisfactũ diſpoſitioni
14 legis mandantis valere teſtamentum,† ſi teſtes
conſpexerint teſtatorem *l. ſi non ſpecial. C. de*
teſtam. l. ſi vnus. verſ. coram teſtatore. C. eod.
Imol. in l. 1. *nu.* 23. aliàs in *l. in ſumma. §. idem*
habeo ff. de aqu. pluu. arced. Felin. in cap. præte-
rea. n. 4. *de teſtib.*

Neque obſtat quod teſtamentum factum de nocte
15 ſit nullum † *Iaſ. conſ.* 50. *placet conſultatio. n.* 1.
lib. 3. *Dec. conſ.* 354. *Decian. conſ.* 65. *n.* 20. *lib.* 2.
in 1. *dub.* Ideo datur cautela, vt notarij non fa-
ciant de nocte inſtrumenta, quia erunt ſuſpecta
16 *Bald. in c.* 1. *n.* 5. *de fid. inſtrum.* † Et vt valeant
iſti actus debent accendi tria luminaria *arg.*
tex. in l. 1. *tria luminaria. de ventr. inſpic.* vbi ſi
dubitatur de ſubiectione partus illa requirun-
17 tur, Vnde multò magis in teſtamento,† in quo
pariter vnus pro alio poteſt ſupponi ad teſtan-
dum *Decian. conſ.* 65. *num.* 20. *lib.* 2. *Durand. de*
art. teſtand. caut. 8. *n.* 3. *tit.* 2. *de teſtam. ordinan.*
tom. 8. *p.* 1. *fol.* 114. *Addit. ad Matheſil. not.* 124.
nota quod licèt regulariter. in verb. teſtes debent.
n. 2. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 12. *Rimin. Iun. conſ.*
269. *nu.* 17. *Ludouic. deciſ. peruſin.* 116. *n.* 4. *p.* 2.

Prout etiam dicimus de ſententia, quæ non eſt fe-
18 renda de nocte, † niſi tria lumina adhibeantur
Angel.

Angel. Aret. in §. *omnis. nu.* 8. *inſtit. de verb. obligat. poſt* Bart. *in l. non minorem. in fin. C. de tranſact.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 62. latè Polidor. Rip. *de noctur. tempor. c.* 34. *n.* 16. & *c.* 147. *n.* 1. & in ſpecie de teſtamentis latius Idem Polidor. *c.* 141. *per tot.*

Quia verius eſt teſtamenta confici poſſe de nocte
l. ad teſtium. §. *ſignum autem. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Roman. *in l. oratione. n.* 8. *verſ. vltimo. ff. de*
19 *ferijs.* † Prout idem eſt in omnibus vltimis voluntatibus, & cæteris actibus Felin. Dec. & *alij in c. conſuluit. de offic. deleg.* Nauarr. *conſ.* 2. *de elect. lib.* 1. Et licèt Doctores exaduerſo allegati requirant tria lumina, tamen hoc eſt ad maiorem cautelam per modum conſilij, non quod ſint neceſſaria, vt ſcilicet faciliùs cognoſcantur, & videantur à teſtibus illi, qui conficiunt teſtamentum, vnde cum in caſu noſtro non dubitetur de iſta cognitione, & viſu teſtatoris ni-
20 hil refert, quod adfuerint duo, vel tria lumina, †
Et ideo *Angel. in l. non minorum. C. de tranſact.* loquitur de lumine in ſingulari, Et omnes doctores dum præſupponunt non valere teſtamentum de nocte dicunt, ſi abſq; luminaribus fiat, cum ſine illis non poſsit videri, & conſpici teſtator Cardin. *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib* 2. *tit.* 8. *n.* 3. & voluit Dec. *conſ.* 134. *in princ.* dum requirit lumina propter eandem rationem con-
21 ſpectus teſtatoris; † Ideo teſtamenta facta de nocte licèt ſint ſuſpecta Bald. *in c.* 1. *col. penult. de fid. inſtrum.* Tamen intelligitur ſi non interuenerint ea, quæ requiruntur circa viſum, & conſpectum teſtatoris, & circa alias ſolemnitates Rip. *de noctur. tempor. c.* 141. *n.* 3. & ita eſſe tenendum poſt *Galiag. Rip. & alios* latiſsimè cõcludit Surd. *conſ.* 158. *per tot. lib.* 2. Vbi etiam *n.* 16. reſpondet ad tex. *in l.* 1. §. *tria lumina. ff.*
22 *de ventr. inſpic.* † quod continet ſpecialem diſpoſitionem fraudis in inſpiciendo ventre, quæ non ita militat in teſtamentis, in quibus non requiruntur lumina, ſi fiant de die, cum tamen in inſpectione ventris debeant adeſſe tria luminaria ſiue ſimus in nocturno, ſiue in diurno tempore *d.* §. *tria lumina.* *Idem* Surd. *d. conſ.* 159. *n.* 16. *verſ. ſecundo quod ille. lib.* 2.

Quæ magis procedunt ſtante clauſula codicillari, de qua in teſtamento, cuius clauſulæ effectus
23 eſt, vt diſpoſitio valeat iure codicillorum, † in quibus non requiritur quod teſtes videant teſtatorem, aut ab eo videantur, ideo neque erunt adhibenda tria lumina, quicquid iſte conſpectus in teſtamento requiratur, prout concludit Iaſ. *in l. ſi non ſpeciali n.* 8. *limit.* 2. *poſt* Alex. *ibi. n.* 9.
24 *in fin.* C. *de teſtam.* † Vbi quod eſt notandum tanquam ſingulare, ſubdens ita in practica ſeruari, quamuis videatur dubitabile *Matheſ. not.* 124. *nota quod licèt regulariter. Dilect. de art. teſtand. tit.* 2. *de teſtam. ordin. caut.* 8. *n.* 3. Quicquid contrarium ſeqãtur Dec. *conſ.* 354. *in caſu propoſito. per tot. & Menoch. conſ.* 288. *n.* 29. *ad med. Corn. Alciat. & alij, de quibus per Polidor.*
25 Rip. *in tract. de noctur. tẽpor. c.* 142. *n.* 9. † Quia contraria opinio eſt verior; prout latè teſtatur *Surd. conſ.* 158. *n.* 14. & 20. *lib.* 2. de quo tamen dicam latius infra in capite particulari.

EPITOME.

Amicitia qualis debeat eſſe, vt repellat teſtem, & an illius appellatione inteligendum ſit de magna, ſeu parua, & an idem operetur, quod coniunctio ſanguinis. Sine virtute an poſsit dari aliqua amicitia, & qualiter interpretari debeamus dictum illud ſenſum diligendi, & beneuolentiæ à natura gigni, itaut non ſit quærenda alia ſignificatio probitatis, & virtutis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio amicitiæ non repellit teſtem, & iudicem, niſi ſit magna. n.* 2. *Quod relinquitur arbitrio iudicantis. n.* 3.
4 *Amicitia magna idem operatur, quod coniunctio ſanguinis.*
5 *Diſpoſita in conſanguineis trahuntur ad amicos intimos.*
6 *Amicus ſingularis venit apellatione amici.*
7 *Legatum* Rectori *eccleſiæ amico præſumitur relictum contemplatione amicitiæ.*
8 *Legatum amico debetur ex teſtamento minus ſolemni, & in eo intelligitur clauſula codicillaris.*
9 *Donatum amico non reuocatur ex l. ſi vnquam.* C. *de reuoc. donat.*
10 *Amicitia præfertur conſanguinitati.*
11 *Societas nulla firmior, quàm cum viro prædito virtute, & bonis moribus.*
12 *Amicitia magna eſt maioris ponderis, quàm fraternitas.*
13 *Vtilitates & effectus amicitiæ remiſſiuè.*
14 *Interpretatio in dubio eſt facienda contra probantem.*
15 *Circumſtantiæ amicitiæ quomodo probentur.*
16 *Teſtes dicentes ſe eſſe amicos producentis debent intelligi de amicitia magna ad excludendum eos à probando. Contrarium eſt verius. nu.* 20.
17 *Teſti dicenti ſe amicum detrahitur.*
18 *Amicitiæ appellatione an veniat magna, & charitatiua potius, quàm carnalis. n.* 23. & 24.
19 *Febris. leuis non dicitur febris. Idem de vulnere, & debito.*
21 *Teſtis non repellitur dicens ſe adeo amicum, vt exponeret pro eo corpus ſuum.*
22 *Anima eſt pretioſior corpore.*
25 *Senſus diligendi, & beneuolentiæ à natura naſcuntur. Intellige facta ſignificatione probitatis. n.* 48.
26 *Amicitia nulla perfecta, & vera datur ſine virtute. nu.* 27. & 28.
29 *Sapiens non poteſt ſtare in habitu ſuæ mentis niſi amicos ſui ſimiles admittat. n.* 30.
31 *Amici cenſentur qui ſtudio compari ad virtutem contendunt.*
32 *Virtus nihil aliud eſt, quàm ſapientia, & ſapientia eſt diuinorum cognitio.*

33 *Amicitia eſt duorum animorum ſumma, & caſtigata concordia, in Deo colendo.*
34 *Amicitia propter opus virtutis firma eſt, & ſtabilis.*
35 *Virtus eſt vitium fugere.*
36 *Amicus propter vitia dicitur inimicus.*
37 *Actio omnis virtutis bonum.*
38 *Vitia omnia ſunt in omnibus, non omnia in ſingulis.*
39 *Amici amitus nemo.*
40 *Amicitia perpetua qualis ſit.*
41 *Amicitia quando dicatur negotiatio.*
42 *Amicitiam parans ad bonos caſus illius maieſtati detrahit.*
43 *Diligendum eſt cum iudicaueris, non iudicare cum dilexeris. n. 45.*
44 *Errat qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat.*
45 *Rationes quæ ſint, cur non poſſit quis pluribus eſſe amicus. n. 47.*
49 *Qui amicus eſt amat, qui amat non eſt amicus, cum amicitia ſemper proſit amor noceat.*
50 *Probitatem diligimus in eo, quem numquam vidimus, & etiam in hoſte.*
51 *Beneuolentia mutua unde naſcatur. nu. 52. 53. & 54.*
55 *Mandatorum obſeruatio eſt amicitiæ conſeruatio.*
56 *Vera charitas eſt diligere amicum in Deo, & inimicum propter Deum.*

CAPVT CC.

AMicitia debet eſſe magna, vt operetur ef-
1 fectum repellendi teſtem à teſtificando †
Gloſ. in c. accuſatores. il 1. in verb. beſternum. ad
med. verſ. nam quilibet amicus. 3. q. 5. Florian. in
l. teſtium fides. 3. in princip. n. 1. verſ. item nota
textum. ibi. vel amicus ff. de teſtib. Butr. in c. acce-
dens. il 2. in fin. n. 26. verſ. oppono quod non re-
2 *pellatur. vt lit. non conteſtat.* † Vbi quod ad re-
pellendum tam Iudicem, quàm teſtem amicitia
debet eſſe maxima *Bald. in c. 1. in fin. n. 3. verſ.*
quæro nunquid teſtis. de teſtib. vbi quod eſt pro-
bandum eſſe immoderatam *Rimin. Sen. conſ. 45.*
3 *in fin. n. 29. lib. 1.* † quod arbitrio Iudicis re-
linquitur *l. 3. §. ideoq; diuus. verſ. tu magis ſci-*
re potes. de teſtib. Salic. Felin. & alij per Maſ-
quar. concl. 86. n. 16. lib. 1.

Ratio eſt quia illud, quod operatur coniunctio ſan
4 guinis, idem operatur amicitia non leuis, † ſed
magna *Abb. in c. requiſiti. 15. col. fin. ad med.*
n. 24. verſ. & vide ad idem. de teſtam. Crot. conſ.
3. reperitur. n. 7. Ideo iſta amicitia debet repel-
lere teſtem, quemadmodum coniunctio ſangui-
nis *l. lex corneliæ. de iniur. Alex. conſ. 24. ani-*
maduerſis. col 6. ant. med n. 16. verſ. non obſtat
quod ipſemet. lib. 2. poſt Bald. & alios in l. 1. C.
de rapt. virg. Doctor. in l. qui teſtamento. 20. §. 1.
ff. de teſtam. Natt. conſ. 65. n. 13. verſ. vlterius
5 *quod propter amicitiam. lib. 1.* † Et quæ diſpo-
nuntur in conſanguineis cenſentur diſpoſita in
amico intimæ amicitiæ coniuncto *Alex. in l.*
cum alienan. & ibi Iaſ. C. de legat. Idem *Iaſ. in*
l. titia. in princ. ff. de verbor. obligat. Menoch.
præſumpt. 124. lib. 3. nu. 28. & de arbitr. caſ.
88. n. 59. Farinace. de accuſat. q. 13. n. 31. vſque
ad nu. 35. cum alijs, de quibus per *Alciat.*
6 *præſumpt. 28. reg. 1. n. 18. & ibi latè Add.* † Vbi
quod appellatione ſuorum venit ſingularis ami-
cus; Itaut legatum relictum Rectori alicuius ec
cleſiæ amico cenſeatur potius relictum cõtem-
7 platione ipſius, † non eccleſiæ *Surd. de alim. tit.*
5. q. 4. n. 10. & tit. 8. priuil. 2. n. 13. & 14. Cum
etiam legata relicta amico intimo debeantur
ex teſtamento minus ſolemni quaſi in eo intel-
8 ligatur clauſula codicillaris, † ſicut in teſta-
mento inter liberos *gloſ. in l. in teſtamento. 37.*
in verb. debuiſſe. de fideicommiſſ. liberat. Roman.
ſing. 79. col. fin. Iaſ. in l. non dubium. in fin. C. de
9 *teſtam. Alciat. præſump. 28. reg. 1. n. 2.* † Prout
etiam donatio facta amico maxima amicitia
coniuncto nõ reuocatur beneficio *l. ſi vnquam.*
C. de reuocand. donat. ſecundum *Soccin. conſ.*
39. col. vlt. lib. 3. cum declarationibus de quibus
per *Sard. de alim. tit. 6. q. 21. n. 11.*

Amplius maxima amicitia præferenda eſt con-
10 ſanguinitati † *Cic lib. 1. offic.* vbi quod ſanguinis
coniunctio, & beneuolentia deuincit charitate
homines, magnum eſt enim habere eadem mo-
numenta maiorum eiſdem vti ſacris, ſepulchra
habere cõmunia, ſed omnium ſocietatum nul-
11 la præſtantior, nulla firmior, † quàm cum viri
boni moribus ſimiles ſunt familiaritate con-
iuncti, & *Valer. Maxim. c. 7. lib. 4. in princip.*
contemplemur nunc inquit amicitiæ vinculum
potens, & præualidum, neque vlla ex parte ſan-
guinis viribus inferius, & quæ ſequũtur; Et hoc
eſt quod voluit *Albert. de Roſat. in l. ſed & hæ*
12 *perſonæ. ff. de procurat.* † vbi quod magna ami-
citia eſt maioris ponderis, quàm fraternitas,
prout eſt tex. notabilis in *l. cum allegas. 4. C. de*
caſtr. pecul. milit. lib. 12. l. penult. in princ. ff.
eod. Surd. de alim. tit. 6. q. 21. n. 4. latè *Tiraq.*
in l. ſi vnquam. in verb. libertis. n. 98. C. de re-
uoc. donat. Et multa in materia amicitiæ *Guliel.*
Bened. in c. rainutius. in verb. teſtamentum.
il 3. n. 47. de teſtam. Tiraq. in d. verb. libertis.
n. 92. cum ſeq. & de pænis temper. cauſ. 22. Vbi
13 *n. 85.* † dicit, quod plura ipſe congeſſit de ami-
cis, & amicitia ex autoritate legum, quàm an-
te ab aliquo fuerit factum, cum alijs per *Rebuff.*
in l. latæ culpæ. 223. §. amicos. ff. verbor. ſignific.
& de priuil. ſcolaſtic. cap. 104. vbi vigintiqua-
tuor vtilitates amimitiæ adducit *Io. de lignan.*
in ſuo tract. de amicitia.

Ex quibus Dixi in caſu Alberti mihi propoſito
non eſſe repellendos teſtes reſpectu prætenſæ
amicitiæ, cum nõ fuerint probatæ circumſtan-
tiæ, & qualitates illius, prout opus erat, ad hoc
vt per Iudicem cognoſceretur an eſſet leuis
amicitia, vel magna, & talis quæ diminueret de
fide teſtium, cum enim poſſit eſſe parua, vel ma-
14 xima, eſt dubia probatio, quę non releuat, † qua-
ſi illa potius ſit interpretanda contra proban-
tem *c. in præſentia. de probat. Bart. & alij in*

l. inter

l.inter ſtipulantem.§.1.de verbor.obligat. quam-
uis ſimus in cauſa fauorabili *Alexand.conſ.152*
viſo proceſſu cauſa. nu.1. verſ. nec dicatur quod
dictum ambiguum lib.3. Aim. conſ.276. diuino
15 *ſubſidio.nu.4 col.2.verſ. tertio reſpondeo.* † Ec
de huiuſmodi qualitatibus, & circumſtantijs
amicitiæ probandis *Natt.conſ.95.num.13. poſt*
Bald.Fels.& alios. in c.1.de teſtib. Roman.conſ.
420.in propoſita quæſtione.col.1.ad med.num.2.
verſ. primo quia eius ſolicitatio.

Neque obſtat quod teſtes in interrogatorijs dicãt
ſe eſſe amicos producentis, vnde confitẽdo ami
citiam videntur etiam fateri eam eſſe cum illis
16 circumſtantijs, † ſine quibus ſtare non poteſt
l.2.de iuriſ.omn. iudic. prout ità in ſpecie con-
cludit *Alex.conſ.93.repetitus in cauſa. col.3. in*
prin.verſ.& poſito quod ſecundum nu.10.lib.3.
Vbi etiam quod per huiuſmodi confeſſionem
17 ſaltem eſt detrahendum de fide teſtium, † itaut
illis minus credatur *gloſ. in §. cogitandum. in*
verb. teſtes. in fin. & ibi Ang. auth. de monac.
Quaſi appellatione amicitiæ veniat magna,
18 cum leues amici non dicantur propriè amici †
l.labe. 223.§.amicos. ff. de verb. ſignific. Quod
etiam voluit *Alex.conſ.186. viſo proceſſu inter.*
in princ. nu.1.lib.7. vbi quoque adducit ſimile
de febri, vulnere, debito, & ſimilibus, quorum
19 appellatione non veniunt modica debita, † le-
ues febres, aut vulnuſcula *l.1.§. ſed ſciendum.*
de edil. edict. gloſ. in auth. minoris debitor. in
princ. C.qui tutor. dar. poſſ. Bald. in l.data ope-
ra.col.2.C.qui accuſ.non poſſ.

Quia vltra quod *Alex.* loquitur in teſtibus depo-
nentibus de amicitia antiqua, & ſic de magna,
20 & non leui; † Verius eſt quod per confeſſio-
nem amicitiæ non cenſeatur probata talis, quæ
reddat inualidam depoſitionem teſtis, aut de il-
lius fide detrahat, cum potius debeamus ſume-
re interpretationẽ de amicitia charitatiua, quæ
non repellit teſtem à teſtificando, prout conclu
dit *idem Alex. conſ. 88. quoniam omne datum.*
col.3.in fin.n.13.verſ.non obſtat quod teſtis di-
21 *cat.lib.5.* † Vbi amplius reſoluit, quod neque
repellitur teſtis, quamuis diceret ſe eſſe amicum
producentis, itaut pro eo exponeret corpus
ſuum, licèt enim ex huiuſmodi verbis oſtenda-
tur maxima beneuolentia, Tamen non per hoc
ſequitur, vt vellet exponere animam deponen-
22 dò falſum, † cum anima ſit pretioſior corpore
c.cum infirmitas.de pœnit.& remiſſ.l.ſancimus.
C.de ſacroſ.eccleſ. & de vno ad aliud nõ rectè in-
fertatur; Quod etiã ſequitur *Farinac.de oppoſit.*
contr.perſon.teſt. q.55. inſpect.3. num.256. poſt
Aemilian.in verb teſtis amicus.n.17.fol.159. Et
cum duplex ſit amicitia charitatiua videlicet,
23 & carnalis, † In dubio potius eſt intelligendum
de ea, quæ prouenit ex charitate, ſecundum
quam diligimus proximum, non propter no-
ſtras vtilitates, ſed ſolùm quia eſt naturæ noſtrę
24 particeps, & veræ virtutis cuſtos, † non autem
de illa, quæ corruptionem inducit, ſicut eſt car-
nalis *Abb.in c.quoties 3.col.2.verſ.eſt enim du-*
plex.nu 5.de teſtib.Alex.conſ.78.in cauſa, & lite
vertente.n.3.col.2.ad med.verſ.non obſtat etiam
ſi dicatur.lib.1. & conſ.4. viſo proceſſu inquiſi-
tionis col.vlt.poſt med.nu.8.lib.6.

Horum occaſione cum dixiſſem nullam poſſe dari
amicitiam ſine virtute, viſum eſt quibuſdam
nimis generale hoc dictum, & non tutum, quaſi
25 omnes concludant † ſenſum diligẽdi, ac bene-
uolentię à natura gigni, vnde non erit quæren-
da alia ſignificatio probitatis, & virtutis; Quid-
quid tamen dicatur firmanda eſt cõcluſio prę-
dicta, quod ſola virtus amicitiam gignit, & con-
26 tinet, & ſine virtute nulla perfecta, † & vera
amicitia eſſe poteſt, & quamuis in re ſatis ex
ſe clara nihil eſſet addendum, Tamen quia au-
ctoritates, & rationes deſiderantur in gratiam
amici hoc poſcentis infraſcripta ſubijciam; &
omiſſo quod hoc docuit *Ariſt.8.ethic.c.3. & 4.*
cum ſeq. id etiam explicat *Cicer.in Lelio fol.13.*
Cum adſunt inquit honeſtas, gloria, tranquilli-
tas animi, atque iucunditas beata vita eſt, & ſi-
27 ne his eſſe non poteſt; † Quod cum optimum,
maximumque ſit, id volumus adipiſci, virtuti
opera danda eſt, ſine qua neque amicitiam, ne-
que vllam rem expetendam cõſequi poſſumus.
Ea vero neglecta, qui ſe amicos habere arbitrã-
tur tam ſe deniq; erraſſe ſentiant, cum eos gra
uis aliquis caſus experiri ſolet *Idem Cic. ibid.*
28 Vos autem hortor, † vt ita virtutem locetis,
ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta
nihil præſtabilius amicitia eſſe putetis *Idem*
ibid fol.9. Nulla eſt igitur excuſatio peccati ſi
amici cauſa peccaueris; nam cum conciliatrix
amicitię virtutis opinio fuerit, difficile eſt ami-
citiam manere, ſi à virtute defeceris, *& ibid.*
fol.4. Sed hæc ipſa virtus amicitiam gignit, &
continet, nec ſine virtute amicitia eſſe vllo pa-
29 cto poteſt *Seneca epiſt. 110. lib.19.* † Sapiens
non poteſt in habitu ſuæ mentis ſtare, niſi ami-
cos aliquos ſimiles ſui admiſit, cum quibus vir-
tutes ſuas cõmunicet. Adijce nunc quod omni-
bus inter ſe virtutibus amicitia eſt; Itaq; pro-
deſt qui virtutes alicuius pares ſuis amat, amã-
dasq. inuicem pręſtat, ſimilia delectant, Vtique
vbi honeſta ſunt, & probare, & probari ſciunt.
Idem de vita beata cap.7. omne boni principium
eſt ex virtute, ex huius radicibus oriuntur etiã
ea, quæ vos amatis, & expetitis *& lib.1.epiſt.9.*
30 Sapiens etiam ſi contentus eſt se, † tamẽ habe-
re amicũ vult, ſi non ob nihil aliud, vt exerceat
amicitiam, ne tam magna virtus iaceat *& epiſt.*
35.lib.4. cũ te tàm obnixè rogo, vt ſtudeas, meũ
negotiũ ago, habere amicũ volo, quod cõtingere
mihi, niſi pergas excolere te vt cepiſti, nõ poteſt.
Vnde inquit *Gellius cap. 4. lib.23.* ex platonicis
31 scholis † Amicos præcipuè cenſeri eos qui
ſtudio compari ad virtutem contendunt, ſtu-
dioq; mutuo ad procinctum feſtinant, ac animi
cultum, hic autem virtute conſtat ſola. Virtus
32 vero non aliud, quàm ſapientia eſt, † ſapientia
diuinorum cognitio creditur, quã ſanè lux no
bis diuina exuberans latius infundit. Proinde
ſic collige. Cultum animi Dei ipſius eſſe cul-
Fideiuſſor & tertius veniens ad cauſam, an poſſit appellare, & admittatur tam in prima,quàm in ſecunda inſtantia. Mandatum generale quando comprehendat futura. 149. 58.

Beneplacitum Apoſtolicum an præſumatur ſpatio 30 annorum, & quando illius defectus faciat actum corruere, ſi ex conuentione partium debeat adhiberi quamuis alias non requireretur. Scientia Principis, & eius Officialium an ſufficiat quo ad ſolemnitates, & titulum vitioſum longo tempore obſeruatum. Attentata per procuratem ſine mandato an reuocetur priuilegio attentatorum. Obligatio purgandi attentata cum depoſito pro non liquidis quando ſufficiat. 150. 58.

Solutio decem annorum quando probet titulum, & an præſtatio alimentorum de tribus annis obliget in futurum. Præſumptio ſolutionis an æquiparetur vere ſolutioni,itaut exceptio ſolutionis de qua conſtat præſumptiuè impediat executionem. 152. 60.

Litterarum recognitio an ſufficiat quamuis teſtes dicant non vidiſſe ſcribere,& quando ſit reddenda cauſa recognitionis ad effectum l. ſcripturas.C.qui potior.in pign.habeant. 156. 60.

Verba confidentes de fide tua, & conſcientiam oneramus an inducant induſtriam perſonæ, & excludant ſubſtitutionem. Epiſcopus an poſſit committere diſpenſationem,& iniunctionem pænitentiæ ſibi delegatam. Subſtitutio an admittatur de eo, qui non habet eaſdem qualitates ſubrogantis. Officialis impeditus quando poſſit ſubſtituere. 157. 61.

Penſio an poſſit extingui nudo conſenſu penſionarij ſine auctoritate Superioris, & an veniat nomine beneficij Eccleſiaſtici. Pœna de confidentijs, & ſimonia in beneficijs an habeat locum in penſione. Habens penſionem an gaudeat priuilegio fori, & canonis ſi quis ſuadente diabolo. 158. 62.

Dolus locatoris aſſerentis locationem fuiſſe pro minori tempore an præponderet culpæ conductoris non inueſtigantis dictum tēpus. 159. 63.

Promittens ſoluere ante menſem Februarij an intelligatur ante inceptum,vel finitum. Concordia teſtium quando ſit facienda. 160. 63.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit perpetuò opponi. Recognoſcens chirographum quando ſibi præiudicet, vt non poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Excluſa exceptione an ſit ſublatata probatio ex delatione iuramenti. 164. 63.

Abſolutio iuramenti an requiratur quamuis ſtatutum annullet iuſiurandum interpoſitum in actu ſine certis ſolemnitatibus. 165. 64.

Notarius an debeat ſubſcribere inſtrumentum, vel ſufficiat ſubſcriptio ſubſtituti. Et an illius ſignum ſit de ſubſtantia. 167 65.

Legatum mulieri ſi peruenerit ad viduitatē quando amittatur,& fructus debeant reſtitui quamuis matrimonium non durauerit. Relictum quandiu vixerit, & in domo teſtatoris habitare voluerit an ſit debitum, ſi mulier nubat infra annum luctus,& ducat maritum ſecundum primi. 168. 65.

Venditio rei alienæ an preiudicet Domino, & Socio ſi præſens ſit, & non contradicat. Locatio rei communis iuuito ſocio quando valeat, & an vnus habens minorem partem poſſit impedire venditionem rei cõmunis factam à pluribus. 169. 66.

Conſeruator an ſit Iudex ordinarius, vel Delegatus,& an poſſit eſſe Canonicus. Et de quibus cauſis cognoſcat. Clerici ſeculares aut regulares an conueniantur coram Conſeruatore. 170. 67.

Reſtitucio an retardet executionem iam ceptam, & quando dicatur cepta. 172. 68.

Tempus compromiſſi, & tractatus compoſitionis an ſubducatur ad impediendum executionem. 173. 68.

Emptor an conſequatur fructus pendentes etiam reſpectu partis coloni. 176. 68.

Statutum reducens ætatem ad viginti annos an valeat,& an requirat confirmationem Superioris. 177. 69.

Contrahens cum vno ex ſocijs quando præſumatur habuiſſe animum obligandi ſocietatem. Actio realis datur contra poſſeſſores bonorum, ſi ſocius expreſſe obligauit bona ſocij. Obligatio bonorum facta per ſocium an extendatur ad bona extra ſocietatem. 170. 69.

Adminiſtrans bona ſui debitoris an poſſit ſibi ſoluere & non ſoluens dicatur eſſe in culpa. 179. 70.

Ratio adminiſtrationis in quo loco ſit reddenda, & cuius expenſis libri ſine aſportandi,& quid in miſerabili perſona, & quando ſemel reddita iterum debeat reddi. Incompetentia Iudicis an poſſit opponi per eum, qui ſe obligauit, vt conueniatur vbiq; locorum. 180. 70.

Maior pars an diſponat de rebus ſingulorum, & an minor pars præualeat, ſi eſt ſanior, & poſſit appellare, & an ſit conſideranda pro modo debiti,vel reſpectu perſonarum. 183. 72.

Fiſco quando liceat miſcere corrupta cum bonis in victualibus, & quid in alijs. Frumentum prauum quando ſit diſtribuendum inter Ciues. Statutum præferens creditorem in re propria an procedat in farina redacta ex frumento vendito. 184. 72.

Matri interficienti maritum an denegetur ſucceſſio filij. Indignus quo ad aliqua an reputetur Indignus quo ad alia. Hæreditas quæ aufertur ab indigno quibus applicetur. 185. 73.

Lex non recepta an liget,& quid ſi adſit decretum irritans. 186. 73.

Conditio ſi non nupſerit an reijciatur in legato facto puellæ luxurianti. 187. 74.

Permutatio beneficij an poſſit fieri ſine conſenſu Superioris quando ad eius titulum quis fuit promotus. 189. 74.

Expenſæ per vnum ex fratribus viuentibus in communi an poſſint repeti. 190. 74.

Probatio ſemiplena, & vnicus teſtis an ſufficiat in poſſeſſorio, & an appellatio in eo ſuſpendat executionem tam de iure ciuili, quàm canonico. 192. 74.

Scientia venditoris an ſufficiat,vt poſſit emens apprehendere poſſeſſionem rei emptæ, & ſolutio pretij quid in hoc operetur. 191. 75.

Filius an excludatur ſi agat ad reſtitutionem dotis contra patrem dilapidantem, ſi offeratur ei cautio. Pecunia relicta ad alimenta an debeat intelligi quo ad proprietatem,& penes quem ſit collocanda. 194. 75.

Palinodiam recantare an ſit pœna ignominioſa, & quibus poſſit infligi quibus verbis recantetur, in quo loco,& quid ſignificet verbum ſatisfacere. Conuentus actione iniuriarum an debeat iurare ſe iniuriam non feciſſe,& quando recantet palinodiam, & an hoc iuramentum ſit dandum actori. Iniurians in ſatisfactionibus an deprecari debeat in caput ſuum recidere, quæ male contra iniuriatum dixit,& quid ſit deprecatio. 195. 75.

Sententia ſecunda an valeat contra primam in iudicatum tranſactam. In iudicio finium regundorum quis ſit actor, & reus. Menſura predij venditi cuius expenſis ſit facienda. 197. 77.

Qualitas ſuperueniens in cauſa appellationis conualidet ſententiam latam contra eum,qui illam qualitatem non habebat. 198. 77.

Appellationem factam ad Summ. Pont. proprio nomine an poſſit quis proſequi coram ſucceſſore. 199. 78.

Solutio monetarum quando ſit facienda de minima, & quando debeatur æſtimatio ob difficultatem reperiendi monetam auream, frumentum, aut quid ſimile. 201. 79.

Statutum de reficiendo expenſas,& cautione præſtanda an intelligatur ſi fuerit petita fideiuſſio. Admiſſio appellationis cum clauſula ſi, & in quantũ quando faciat perſeuerare Iudicem in iuriſdictione. 202. 80.

Apoca priuata ſine tribus teſtibus quo caſu attendatur in præiudicium poſteriorum creditorum habentium ius ex publico inſtrumento. Libri Mercatorum quando probent contra tertium, & an illis poſſit concedi executio, & hypotheca. 203. 80.

Aegidiana an habeat locum quamuis appellatio fuerit admiſſa. 204. 80.

Negatiua quod non fuerit adimpletum per quem ſit probanda. 205. 81.

Fæmina, & Hermafroditus an poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter liberos. Hæreditas quando detur vel adimatur in condicillis. Solemnitas Statuti an ſit remiſſa quando per illud prohiberetur teſtamentum fieri fauore alterius ob priuilegium piæ cauſæ. 206. 81.

Alimenta quomodo ſint præſtanda, & quando in eis Iudex recedat à voluntate teſtatoris,& conuentione partium. 207. 82.

In oblatione de ſoluẽdo quid requiratur, vt agens excludatur Saluiano. 208. 82. & deciſ. 214. 86.

Auocatio cauſæ per Principem an dicatur facta ſine clauſula motu proprio. Renunciari quando poſſit reſcripto per aliquem impetrato, quamuis contineat commodum tertij. 209. 82.

Argumenta Additionum

Vxor an habeat vſufructum, ſeu alimenta ſi fuerint inſtituti tranſuerſales etiam extantibus filijs non inſtitutis, & quid ſi inſtituatur mater, vel alius aſcendens. 210. 83.

Notarius an debeat ſubſcribere inſtrumentum quamuis illud ſcripſerit, & an ſubſcriptio poſſit fieri in principio, & quando clauſula actum æquipolleat ſubſcriptioni. 212. 84.

Debitor augmenti dotis an teneatur ad vſuras, ſicut debitor dotis. Legatum pro dote alicuius an debeatur ſi mulier iam erat nuptui tradita in vita legantis, & quid in ſimilibus diſpoſitionibus. Conditio impoſſibilis nuptiarum an vitiet legatum factum mulieri, vt matrimonium contrahat, & quid ſi iam erat monialis, & profeſſa. 213. 84.

Poſſeſſor malæ fidei an poſſit offerendo excludere agentem Saluiano. Beneficia Curialium non acceptata an cadāt ſub reſeruatione. 214. 86.

Creditor ſoluens, vel offerens ſoluere pro debitore quando poſſit cogere creditorem ad cedendum iura, & an ſufficiat cedi iura talia qualia. 215. 86.

In fratribus iuratis an habeat locum querela inofficioſi, & cadat inceſtus, aut aliud impedimentum matrimonij. 216. 87.

Pactum quotæ litis in quibus caſibus, & perſonis reprobetur. 218. 88.

Reuocata Sententia iam executa an concedatur etiā reuocatio executionis, & quid ſeruetur in Curia Romana, & quando vulnerato inſtrumento competat executio. 220. 88.

Emphyteuta, & conductor non ſoluens penſionem an poſſit expelli. Conducens rem propriam an opponat exceptionem dominij. Teſtis ſingularis quando probet contra producentem. 221. 89.

Remiſſio in quibus locationibus habeat locum. Executio an competat pro intereſſe promiſſo in inſtrumento guarantigiæ. 222. 89.

Impedimentum vt excuſet quale eſſe debeat. 223. 91.

Cenſus an ſit nullus, ſi conſtituatur per vnum in ſuo prædio cum obligatione plurium, qui omnes habuerunt pretium. Et an ſit validus quamuis non interueniat pecunia, ſi conſtat illam perueniſſe ad manus emptoris, vel ſi pro pretio detur in ſolutum quantitas prius debita ex mutuo, ſeu depoſito. In alienatione cenſus an debeat interuenire pecunia prout in illo creando. 224. 90.

Executio an impediatur per exceptionem melioramentorum, & an ſufficiat cautio, & illorum æſtimatio ſecundum quod tempus ſit facienda. Res quando dicatur derelicta ob impenſas exceſſiuas. 225. 91.

Notario an debeatur merces reſpectu totius ſummæ, de qua in inſtrumento, & teſtamento, vel ſolum pro ea qua quis vellet vti, & an tantum pro legato, vel tota hereditate. 226. 92.

Verbum numerauit an excludat confeſſionem quamuis pecunia adfuerit in ſacculo. 226. 92.

Subdelegatus à Delegato Principis an poſſit procedere cum clauſula appellatione remota conceſſa delegato. Priuilegium Epiſcopi, vt ab eius ſententia non appelletur an competat Vicario. Appellato an detur à ſententia de exequendo. Clauſula appellatione remota quem effectum habeat. 229. 93.

Statutum deferēs lucrum dotis an intelligatur de promiſſa, & quando per hypothecam dos habeatur pro ſoluta. Per aſſignationem dotis an tranferatur dominium. Iudex quando debeat iudicare ſecundum obſeruantiam probatam. 230. 94.

Sublata actione an tollatur officium iudicis, & exceptio. 231. 95.

Compromiſſum an poſſit fieri ſuper cauſa præcedentiæ ſine conſenſu Epiſcopi per Eccleſias Collegiatas. Ius reuerentiale an præſcribatur, & pacto tolli poſſit. 232. 95.

Priuilegium fori conceſſum Dominis an extendatur ad famulos. 233. 96.

Petens pretium rei venditæ an dicatur renunciare nullitati. Mulier, Minor, & Prælatus an poſſint recipere annuos redditus ſine ſolemnitatibus. 234. 96.

Ius excludendi fœminas ſtante maſculo an tranſmittatur ad heredes. Et quid in beneficio reſcindendi contractum. Deuoluta ad filium infantem ex ſucceſſione non agnita an poſſint capi per heredem extraneum. 235. 96.

Inſtrumenta vt probent obſeruantiam contra ſtatutum quot eſſe debeant, & quid in eis requiratur. Præſentia quando requiritur an faciat vt præſens poſſit appellare quamuis eius conſenſus non requiratur. 237. 97.

Statutum, vt nullus notarius poſſit conficere inſtrumenta niſi ſit de Collegio an valeat, & quos tabelliones comprehendat. 238. 97.

Inſtitutus an concurrat cum vſufructuario qūdo adſunt verba pleno iure. 239. 98.

Mediatori teſti vnico, & notario deponenti de facto proprio quo caſu ſit fides adhibenda. 340. 98.

F I N I S.

STEPHANI GRATIANI
ROMANI V. I. D.
ADDITIONES
AD EIVS DECISIONES ROTAE PROVINCIAE MARCHIAE.

SVMMARIVM.

1 P*ACTVM nudum præmiſſa imploratione Diuini auxilij producit actionem.*
2 *Inuentarium an vitietur per omiſſionem venerabilis ſigni Crucis.*
3 *Conſuetudo non debet plus operari, quàm lex.*

DECISIO I.

¶ N. 4. *poſt uerb.* in nomine.

QVOD etiam in primis ſolemne fuit *Platoni lib. 4. de legib.* Et idẽ Soloni fuiſſe conſilium refert *Plutar. in eius vita.* Et *Cic. lib. 2. de legib. in princ. & Plin. initio Panegyrici* quem Traiano dixit, Bene, ac ſapiẽter à Maioribus inſtitutum ait, vt omnium rerum initium à precationibus ſumeretur, quod nihil ritè, nihilq; prouidenter ſine diuino ope, conſilio, & honore auſpicarẽtur; Et multis comprobat *Rodulph. Forner. lib. 6. rer. quotidian. c. 1. in fin.* vbi addit illud notandum de pacto nudo,
1 quod † erit ratum, ac firmum, ſi implorato Dei Nomine factum fuerit, Quidquid aliàs illud tãquam nudum non producat actionem *l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact.*

¶ N. 8. *poſt uerb.* opinio.

Idem dicimus de inuentario, quod non vitiatur per omiſſionem venerabilis ſigni Crucis; Cum
2 reſpectu illius actus † ſit leuis ſolemnitas *Dec.* qui de communi *conſ. 633. n. 7. col. 2. in fin. Roland. conſ. 73. n. 5. lib. 2. Vaſq.* qui de magis cõmuni *de ſucceſſ. creat. §. 9. num. 12. lib. 1.* vbi quod in iudicando non eſt recedendum ab hac opinione *Cephal. conſ. 327. n. 17. lib. 3.* vbi quod omiſſio iſtius leuis ſolemnitatis non vitiat; Et quamuis contrariam ſententiam tutiorem dicat *Graſſ. in §. inuentarium. q. 10. nu. 1. in fin.* Tamen prima opinio eſt ſeruanda tanquam magis communiter recepta, vt teſtatur *Bertazzol. de clauſul. in præem. n. 5. poſt med. verſ. ex quibus videtur.*

¶ N. 16. *poſt verb.* adducit.

Et veriorem opinionem dicit *Bertazz. de clauſul. in prooem. n. 5. ad fin. verſ. nec videtur etiam verum.* ob illam rationem; Nam licèt de iure eſſet de ſubſtantia talis inuocatio, tamen non debet

debet vitiare actum, cum ſit leuis ſolemnitas,
vt dictum eſt ſupra, Vnde idem dicendum eſt,
quando eſſet de ſubſtantia vigore conſuetudi-
3 nis, Ne ſequatur abſurdum, † quod plus ope-
retur conſuetudo, quę eſt lex non ſcripta in ca-
ſu non ſcripto, quàm lex ſcripta in caſu ſcrip-
to, quod eſſe non debet, cum Conſuetudo ſit al-
tera Lex, & pro Lege ſeruetur in non ſcriptis
l. de quibus. 31. & l. diuturna 33. de legib.

SVMMARIVM.

1 *Aſsignatio termini facta per iudicem procuratori ad proſequendũ appellationem an præiudicet* Domino, *itaut cauſa dicatur deſerta, ſi in tempore præfixo non fuit proſequutus.*

DECISIO II.

¶ N. 35. in fin. *poſt verb.* deſertionem.

QVæ magis Dixi habere locum, quia aſsi-
gnatio termini, de quo agimus fuit
datus ipſimet principali appellanti
qui poteſt proſequi appellationem, cum aliud
eſſet ſi daretur procuratori habenti mandatũ
in prima inſtantia ſine clauſula proſequendi ap
1 pellationẽ, † Tunc enim præfixio iſtius termini
non poſſet arctare procuratorem in præiudi-
cium ipſius domini tanquam actus ſecundæ in-
ſtantiæ, cum tali procuratori ſolùm conceda-
tur appellatio, non proſequutio, quæ non eſt
de appenditijs primæ cauſæ, & ita declaratur
tex. *in c.* Romana *de appellat. cum alijs ſupra adductis*. prout in ſpecie concludit *Mandoſ. form. 17. commiſſ. in princ. col. 2. verſ. ex ijs quæ ſupra tetigi*. & dixi latius *Diſceptat. forenſ. c. 155. in vlt. dub.*

SVMMARIVM.

1 In *renunciatione requiritur ſpeciale mandatum, & expreſsio iuris, cui renunciatur.*
2 *Vſufructuarius an faciat fructus ſuos antequam præſtet cautionem, & an requiratur petitio. n. 5. 6. & 7.*
3 *Emptor non tenetur offerre pretiũ, niſi petatur*
4 *Vſufructuarius non admittitur ad cautionem iuratoriam, & interim dantur bona adminiſtratori.*
8 *Interdictum quorum legatorum an competat hæredi, antequam offerat cautionem de ſoluendo legatum.*
9 *Vſufructuario an poſsit remitti cautio per teſtatorem.*
10 *Cautio an cenſeatur remiſſa vſufructuariæ per promiſsionẽ hæredis de illam non moleſtando.*

DECISIO III.

¶ N. 9. *poſt verba.* C. de pact.

Et regulare eſt vt renunciatio etiam generaliſ-
ſima non comprehendat ius futurum *Alex. conſ. 90. lib. 2.* Quamuis dictum ſit omnibus iuribus
quæ haberi ſperantur *Arct. conſ. 3. Socin. conſ. 73. lib. 3. Ann. ſing 439.*

¶ N. 14. *in fin. poſt uerb.* vſq; ad n. 23.

Ideo in renunciatione non ſolũ requiritur man
1 datum ſpeciale ad renunciandum, † ſed etiam
expreſsio iuris, cui debet renunciari *Roland. conſ. 11. n. 18. lib. 1. Put. deciſ. 100. n. 1. lib. 2. Rot. coram* R. P. D. Litta *Romana cenſus. 5. iunij. 1600. in fin.*

¶ N. 21. *in fin. poſt verb.* n. 99. lib. 3.

Quamuis enim vſufructuarius teneatur offerre
cautionem de vtendo, & fruendo *l. 1. vbi gloſ. in verb. vtendi.* C. *de vſufr. l. & ſi poſſeſſori. 11. §. ſed & ſi rerum. de iur. iur.* Tamen ſatis eſt
ſi non faciat moram, quando petitur à proprie-
tario; Et ante petitionem non ſolùm non eſt
2 in mora, † ſed etiam facit fructus ſuos bona
fide perceptos *Bart. in l. vſufructu. in fin.* C. *de vſufr. Dec. conſ. 607. viſo puncto. col. 2. uerſ. & concluſio ſupradicta. n. 3. Surd.* qui multis ſimi-
libus comprobat *de alim. tit. 7. q. 19. n. 17.* Exẽ-
3 plo emptoris, † qui tenetur offerre pretium, in-
telligitur tamen ſi petatur *Bal. in l. 1. in fin.* C. *de his quæ ſub mod.* Quamuis eſſemus in verbis
præciſis, & neceſsitatem importantibus *Butr. in c. ult. de iudic. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudiciũ. in princip. n. 2. de damn. infect. per tex. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit.*

¶ N. 23. *poſt verb.* n. 6. lib. 2.

Quæ adeo vera ſunt, vt ſi non inueniatur cautio,
non ſufficiat iuratoria, ſed bona tradetur ad-
4 miniſtratori, † vel prouidebitur alijs modis,
de quibus per *Bald. in l. 4. q. 2. n. 4. & 8.* C. *de vſufruct.* vbi etiam extendit ad pauperem,
in quo neq; ſufficiet cautio iuratoria, cum di-
ſtinctionibus ibi per eum adductis, *& per Iaſ. in auth qui relictũ. C. de indict. viduit. toll. Ceuall.*
5 *q. 66.* latè *Surd. deciſ. 141. per tot.* † Ad exem-
plum patris habentis vſufructum in re donata,
qui tenetur ad cautionem de vtendo, & fruen-
do arbitrio boni viri, aliàs non facit fructus
ſuos *Socin. conſ. 131. in fin. nu. 16. lib. 1. poſt gloſ. in l. ſi homo. ff. de uſucapion.* cum alijs per *Ceuall. q. 408. nu. 5.* Qui licèt *nu.* 10. teneat quod
tunc vſufructuarius non facit fructus ſuos non
præſtita cautione, quando poſt petitionem ma-
litiosè differt cauere, aliàs ſecus, ſubdens hanc
eſſe communem diſtinctionem poſt *Abb. in c.*
6 *cum non conſtet. de pignor.* † Tamen prima
opinio eſt verior, quod non requiratur petitio
per ſupradicta; quam etiam tenet *Azo. in l. uxori. de vſufruct. legat. Alber.* qui de com-
muni *in l. fructus. n. 12. de rei uendic. Sim. de Præt. de interpretat. ultim. uoluntat. dub. 1. interpret. 2. n. 23. poſt med. fol. 501. Bald. in l. 1. nu. 3.*

num. 3. C. *de his quæ ſub mod. legat. vel fideicom.*
relinq quia inquit ordinatur obligatio ad ori-
ginem petitionis, quo caſu debet cautio præce-
dere *l. ex placito. de rer. permut. Surd. deciſ.* 57.
nu. 11. *Socin. conſ.* 131. *in præſenti conſultatione.*
7 *in fin. lib.* 1. † Vbi quod vſufructuarius non
facit fructus ſuos ante præſtitam cautionem,
occupando vſufructum hærede inuito, vel igno-
rante, aut non conſentiente, ſecus ſi hæres ſciat,
aut non contradicat, vel patiatur, ſeu quia tra-
didiſſet non petita cautione; & ibi teſtatur hāc
eſſe communem diſtinctionem poſt *Bald. in l.*
1. *C. de vſufruct. leg. & Bart. in l. vxori ff. eod.*
8 *tit.* † Et de eo qui vult recuperare poſſeſſionē, vt
teneatur cautionem offerre coram honeſtis, &
publicis perſonis, ſi nemo ſit qui illam recipiat
Mar. Mat. ſuper conſuetud. panormit. cap. 1.
num. 52. & eſt tex. *in cap. paſtoralis.* 11. *§. vlt. de*
offic. ordin. l. ſtipulatio. §. 1. *vbi Bart. de nou.*
oper. nunciat. ideo etiam hæredi non compe-
tit interdictum quorum legatorum, niſi offerat
cautionem de ſoluendo legatum, quamuis illa
non fuerit petita *Corn. conſ.* 37. *col. antepenult.*
verſ. quod & videtur. lib. 3. iuxta diſpoſitio-
nem *l.* 1. *§. quod ait prætor. ff. quor. legator. &*
l. 1. *C. eod. tit.* Licet *Surd. conſil.* 256. *in fin.*
lib. 2. teneat ſufficere petenti moram non fa-
cere *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. rem.* 2. *num.* 97.
Amplius neq; dicta cautio poterit remitti per te-
9 ſtatorem † *Bart. in l.* 1. *C. de vſufruct. Socin.*
conſ. 131. *col. penult. num.* 14. *lib.* 1. *Vaſq. de ſuc-*
ceſſ. creat. §. 7. *num.* 33. *ad fin.* Itaut etiam vſu-
10 fructuaria teneatur ad huiuſmodi cautionē, †
quamuis hæres promiſerit illam non moleſtare
in vſufructu; Etenim per illa verba non cenſe-
tur remiſſa cautio, neque acceptata pro vſufru-
ctuaria, cum non dicatur inferri moleſtiā, quæ
venit ex natura actus *Bald. in l.* 1. *nu.* 13. *in fin.*
verſ. ſed pone quod verba. C. de vſufr. cuius
opinionem approbatam eſſe in iudicijs teſtatur
Surd. de alim. q. 26. *tit.* 9. *num.* 23. *in fin.* con-
tra quam licet multa adducat, tamen dicit non
eſſe tutum ab ea diſcedere.

¶ N. 25. in fi. *poſt uerb.* me vertente.

In hac eadem cauſa cum de prædictis iterum fuiſ-
ſet dubitatum in Sacra Rota Romana præua-
luit opinio ſupra firmata ad fauorem D. Fede-
rici, prout in deciſione coram R. P. D. *Lancel-*
lotto. Anconitana fideicommiſſi. 1598.

SVMMARIVM.

1 *Legitima continetur ſub generali hypotheca*
bonorum, & publicatur per delictum filij an-
tequam illam petat.
2 *Præſcriptio contra compatronos nō præſentan-*
tes quando procedat cum mala fide.
3 *Fructus à quo tempore debeantur tam in lega-*
to conditionali, quàm puro.
4 *Gratia Principis ſi pro alijs non fuit ſcriptum*
eſt nulla, ſi pro uno fuerit ſcriptum.
5 *Statutum puniens producentem falſos teſtes ha-*
bet locum in uno teſte.
6 *Singularis numerus trahatur ad plura in ul-*
timis uoluntatibus, ſecus in contractibus. &
num. 7.
8 *Iuſiurandum an habeat executionem.*
9 *Scriptura nulla præter laudū habet uiam exe-*
cutiuam.

DECISIO. IV.

¶ N. 3. *in fin. poſt uerba.* vbi de communi.

latè *Menoch. conſil.* 77. *num.* 8. vbi ex hoc con-
cludit, quod ſi tranſmittitur, ergo eſt eo tem-
pore debita, cum non tranſmittatur, quæ debi-
ta non ſunt, prout iura conditionalia, & ideo
ius petendi legitimam eſt in bonis noſtris, etiā
antequam illa ſit petita, quaſi ad eius acquiſi-
tionem non ſit neceſſaria petitio, cum ſufficiat
1 ſola agnitio; † Quare legitima continetur ſub
generali hypotheca bonorum, & publicatur,
quando filius ſtatim deliquit mortuo patre,
priuſquam illam petat *Idem Menoch. d. conſ.* 77.
n. 3. 28. *& per tot. lib.* 1.

¶ N. 16. *poſt uerba.* & etiam ſub n. 25.

Et multa quod non obſtet mala fides quando ſu-
mus in quærendis adduxi *c.* 118. *diſceptat. n.* 19.
uſque ad n. 40. *& eſt deciſio* Rot. *coram* R. P. D.
Manzaned. Viterbien. cappella. 12. *iunij.* 1606.
2 vbi ex hoc concludit, † quod ſi antiquior de fa-
milia, & Conſules mercatorum debeant præ-
ſentare, ſi antiquior ſolus præſentauit ſine con-
ſulibus per quadraginta annos eſt præſcriptum
contra alios compatronos *cap. de quarta.* 4. *de*
præſcript. Rot. *diuerſ. deciſ.* 229. & 407. *num.* 7.
p. 1. etiam abſque bona fide, cum ſimus in quæ-
rendis *Anchar. in d. cap. ſine poſſeſſione. de reg.*
iur. Itaut neque poſſeſſio Conſulum poſſit dici
præſeruata per compatronos, cū ipſi nunquam
præſentauerint, & exinde non habeant poſſeſ-
ſionem, quæ illis valeat præſeruari à compa-
trono *Dec. conſil.* 129. *nu.* 5. *uerſ. non obſtat quod*
electio facta. Put. deciſ. 398. *lib.* 1. *Rot. in d. cau-*
ſa Viterbien. cappella.

¶ N. 35. *poſt uerba.* in relicto.

Licet in legato conditionali deberentur fructus
3 purificata conditione, † & in re purè legata à
die aditæ hæreditatis *Iaſ. in l. ſi tibi homo. §.*
cum ſeruus. nu. 3. *& 9. de leg.* 1. cum diſtinctio-
nibus de quibus per *Peregrin. de fideicommiſſ.*
art. 49. *num.* 103. *& per tot.* Intelligendo in le-
gato particulari, ſecus vniuerſali, vel aliàs in-
certo, quid ſit futurum in ſolutione *Caſtr. in*
l. ſi quis bonorum. 23. *in princip. ff. de leg.* 1. &
eſt deciſio *Rot. coram* R. P. D. *Orano. Arimi-*
nen. legati. 18. *aprilis.* 1580. vbi de legato tri-
ginta tornaturarum, quas quilibet legata-
rius habere debeat de terrenis aratiuis arbi-

trio petitorum eligendorum, in illo enim tanquam incerto quid futurum eſſet in ſolutione
non venient fructus à die aditæ hæreditatis, ſed
motæ litis, quaſi tunc dominium non tranſiue-
3 rit ſtatim in legatariũ;† Quod ampliatur etiam
ſtante abſentia eiuſdem legatarij, Quidquid
dixerit Rip. *in l. fideicommiſſariam. nu. 10. ad
trebell.* Quia eius opinio non approbatur, vt *ibi*
concludunt *Doctores.* & ſequitur *Coſt. in cap. ſi
pater. p. 3. verſ. obliqua. nu. 54. de teſtam. in 6.*
Rot. coram R. P. D. Oran. *in d. cauſa Arimi-
nen. legati.*

¶ N. 53. *poſt verba.* per eum adductis.

& per Tiraq. *in l. ſi vnquam. in verb. ſuſcepe-
4 rit liberos. num. 255. C. de reuocand. donation.* †
Vbi de gratia Principis ſi pro alijs non fuerit
ſcriptum, quæ erit nulla, ſi pro vno ſit ſcriptum
*Bald. in cap. mandatum. n. 4. col. 1. in fin. de re-
5 ſcript.* † Quamuis ſimus in materia ſtricta, vt
in ſtatuto puniente eum, qui producit falſos
teſtes, nam habet locum etiam in vnico teſte
Bald. in d. cap. mandatum. num. 5. Et idem etiam
6 dicimus è contra, † de ſingularitate, quæ reſol-
uitur in pluralitatem *Menoch. præſumpt. 5.
lib. 4. nu. 23.* Dummodo non eſſet data pro for-
ma, vel quando ſequeretur abſurdum, aut mens
diſponentis repugnaret, vel niſi eſſemus in re-
bus indiuiduis, aut in ſimilibus, de quibus per
Euerard. in loco à vi numeri. & latè per *Man-
doſ. reg. 3. q. 3. per tot.* Maximè in vltimis vo-
luntatibus, in quibus numerus ſingularis tra-
7 hitur ad plura, † quamuis ſecus ſit in contracti-
bus latè *Surd. conſil. 369. num. 5. lib. 4.* vbi de
emente pro nominando, qui non poterit plures
nominare.

¶ N. 68. *poſt verba.* inſtrumentum.

Quamuis adſit iuſiurandum, quia quidquid ſit
8 in litis deciſiuo delato à patre, † promiſſorium
ſimpliciter appoſitum non habet executionem
*Iaſ. in l. 2. n. 20. de iur. iur. Seraphin. priuileg.
iuram. 77. num. 32.* ſequitur *Rot. coram* R. P. D.
Lancellott. *Bononien. bonorum. de loſignanis.* 21.
9 *aprilis.* 1600. poſt *Theſaur. deciſ. 26 num. 7.* †
Prout etiam nulla ſcriptura, præter laudum ha-
bet viam executiuam *Ang. in l. cum antea. n. 4.
verſ. nota bene.* C. *de recept. arbitr. Rot. coram*
Reu. P. *D.* Penia *Anconitana pecuniaria.* 23.
iunij. 1603.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ in honorem* DEI *an obſtent in cauſa damni dati in ſegetibus. & n. 2. & 5.*
3 *Poteſt procedi diebus feriatis in honorem* DEI *quando ſumus in re, quæ eſt tempore peritura.*
4 *Feſtinatio bona permittitur* Iudici.
6 *Proclamata quando in ſubhaſtationibus prohibeantur fieri diebus feſtiuis.*

DECISIO V.

¶ N. 8. *poſt verba.* ſeru. fugit.

Roman. conſ. 42. nu. 6. cum alijs per *Gonzal. de
alternat. gloſ. 4. num. 22. vſque ad n. 44.* vbi mul
tis ſimilibus comprobat poſt *Menoch. de arbi-
bitrar. lib. 1. q. 80. num. 122. Felin. in c. ſedes.
col. fin. n. 6. de reſcript.*

¶ N. 20. *poſt verba.* col. 2. in fin.

ſequitur *Surd. conſ. 228. nu. 12. lib. 2.*
Ob prędictam rationẽ euitandæ morę in actu, qui
celeritatẽ deſiderat Dixi aliàs cum de hoc quę-
retur non obſtare ferias in honorẽ DEI in cau-
1 ſa damni dati in ſegetibus, † & in frumentis,
cum dicto tempore poſſint eligi periti, & tran-
ſmitti ad viſionẽm loci, & damni illati; Niſi
enim ſtatim aſpiciatur damnum ſuperueniente
pluuia, cum difficultate poſſet diſcerni quale,
& quantum fuerit, & quid propterea reſarcien-
dum: Nam quemadmodum conceditur exer-
cere opera ruralia, ne occaſione momenti pe-
reat commoditas cæleſti prouiſione conceſſa
2 *l. omnes iudices. 3. C. de ferijs.* † Ita etiam de-
bet concedi diſcuſſio, & inueſtigatio per in-
ſpectionem, & ſimilia remedia, ne ob moram
3 pereat probatio partis; † Prout regulariter po-
teſt procedi diebus feriatis in honorem DEI,
quando res eſt tempore peritura, vel ipſum, de
quo agitur, cito corrumpitur *Bart. in l. 1. in
princ. de gland. legend. & ibi Add. in verb. de-
bet. Idem Bart. in l. ſi prius. q. 10. de nou. oper.
nunciat. Bald. in l. 1. num. 1. verſ. ſed nunquid.*
C. *de tempor. appellat.* Rom. *in l. ſi uero. §. de
uiro. ff. ſolut. matrim. Doct. in cap. fin. de re iu-
dic. Abb. in cap. licet. de ferijs.* Felin. *in cap. eccle-
ſia* Sancta Maria. *col. 13. not* 8. *in fin. num. 32.
4 de conſtitut.* † Iſta enim dicitur bona feſtinatio,
quæ Iudici permittitur Bart. *in cap. 2. de re iu-
5 dic.* Et ita in ſpecie de damnis datis notat †
Mandoſ. form. 13. commiſſion. quæſt. 11. ſequitur
*Mar. Mut. ſuper conſuet. panormit. cap. 70. n. 13.
poſt Petr. de Vreno. in prax. notarior. in tit.
de benefic. ne quis uocet. in ius die feriat. n. 6.*
Et quemadmodum permittuntur actus iudiciales
diebus Feſtiuis ratione temporis non patientis
dilationẽ, vt dictũ eſt; Ita etiã hoc permittetur
ratione loci; Prout aliàs dixi in ſubhaſtationi-
bus, quarũ proclamata licet prohibeantur die-
bus Feriatis in honorem DEI ad inſtar alio-
rum actuum iudicialiũ *l. 1. §. dominicam diem.*
6 C. *de ferijs.* † Tamen hoc non habet locum in
pagis, in quibus poſſunt fieri dictis diebus, & in
Eccleſia loci illius, vbi res ſunt ſitæ ſtatim
ſub exitum Miſſæ; Etenim ruſtici non niſi tem-
pore Feſtiuo, & rarò in alio loco, quàm in Ec-
cleſijs, aut tabernis frequentius conueniunt
*Rebuff. ad ordinat. reg. gall. de præcon. artic. 7.
gloſ. unic. num. 1.* Et ita ſeruari dicit *Coler de
proceſſ. exequut. cap. 9. p. 3. num. 103.* Vbi quod
per ſacrificulos cuiuſque pagi hoc intimatur
quod

quod tamen an conueniat Eccleſiaſticis remittit ſe ad titulum *ne cleric. ſecular. negot. ſe immiſc.*

SVMMARIVM.

1 *Pro legato alimentorum facto religioſo, ſeruo, & perſonæ incapaci non datur actio, ſed competit officium iudicis. & n. 2.*

DECISIO VII.

¶ N. 4. *poſt illa verba* . regularis & ſecularis .

Prout dicimus de legato alimentorum , pro quo
1 licet detur actio, † Tamen ſecus eſt quando fuit
factum alicui Religioſo, & ſic perſonæ incapaci,
quia cum habeatur pro mortuo , non poteſt
exercere actionem; Exemplo ſerui, qui eſt etiam
incapax actionis , Vnde datur officium iudicis
in quo illud reſidet , ita ut poſſit quandocunq;
velit exercere Rip. *in l. 1. num. 47. column. 11. in princ. verſ. vltimo fallit. ff. de leg. 1.* Iaſ. *in l. 1. col. 3. in princ. n. 9. verſ. adde quod fratres. C. qui admitt. Doctor. in l. ſeruos ad cuſtodiam vbi Bart. num. 3. in fin. de alim. & cibar. leg. Gomeſ. de teſtam. tit. de legat. c. 12. num. 46.* Surd. *de alim. tit. 3. q. 4. num. 12. vſq; ad num. 14. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 3. titul. 14 verſic. duodecima concluſio. per tex. in c. exyt. qui ſeminat. colu. 11. verſ. ita tamen quod ab omni. & colu. 14. in fin. verſ. in hoc caſu illud in omnibus. de verb. ſignif.*
2 *in 6:* † Et in ſeruo , qui non poteſt agere tamen
intentat officium iudicis pro alimentis etiam
contra Dominum *eſt tex. in l. ſeruus ad cuſtodiã templi. de alim. & cibar. leg. l. quidam. §. illo. C. de neceſſ. ſer. hæred. inſtit. latè* Surd. *de alim. priuil. 7. tit. 8. n. 2.*

¶ N. *10. poſt verba* & ſunt qui conſtanter .

Et de retr. lign. §. 1. gloſ. 8. n. 20. Et ab hac opinione non eſſe recedendum tam in iudicando , quàm conſulendo teſtatur *Hieron.* Ceual. *q. 192 in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Renuncians liti an videatur fateri aduerſariũ ius fouere , itaut per talem renunciationem poſſit actor obtinere ſententiam, quamuis aliter non probet. n. 2.*

3 *Committens falſum perdit cauſam, non tamen aduerſarius obtinet, ſi non probat.*

4 *Ad obtinendum non ſufficit probare non ius alicuius, niſi probetur ius actoris.*

5 *Condemnatio in fructibus perceptis , & percipiendis quando fiat. & n. 6.*

7 *Obligatus ad fructus percipiendos non tenetur ad eos quos poſſet percipere ex ſuis meliorationibus.*

8 *Taxatio fructuum percipiendorum quomodo ſit facienda.*

DECISIO IX.

¶ N. *6. poſt verba* . remed. 1. n. 170.

ADdebatur quod renuncians liti videtur
1 etiam fateri aduerſarium ius fouere, † ſe-
cundum opinionem *Bald. in l. poſtquam liti. nu. 9. vbi Curt.* Fulgoſ. *& Alex.* dicunt communem C. *de pact.* Quamuis hoc non ſit tutum;
Nam verior eſt opinio contraria , quod per talem renunciationem factam a reo , non poſſit
actor obtinere ſententiam , ſi actio ſibi non
competit, vel aliter probet ſuam intentionem ,
quando ſcilicet actoris intentio non eſt funda-
2 ta, † licèt ſecus ſit in caſu, in quo erat fundata,
ſed exceptione ſublata B*artol. in d. l. poſtquam liti. num. 7. Surd. deciſ. 282. nu. 21. & 22.* vbi teſtatur de magis communi . Exemplo committentis falſitatem , qui perdit cauſam , non tamen aduerſarius obtinet , niſi plenè probet ſuã
3 intentionem ; † ſufficit enim , quod reus perdat, & non poſſit vti defenſione, quam deduxit
ex proprio ſuo iure , non autem quod excludatur ex alia defenſione ſibi competente ex non
iure actoris, qui ſi probabit obtinebit , & reus
condemnabitur *cap. olim. 25. in fin. de reſcript.* V*bi Fel. col. 3.* docet quod ad obtinendum non
4 ſufficit probare non ius aduerſarij, † niſi etiam
probetur ius actoris *Alex. ad* Bart. *in l. in fraudem. §. quoties. de iur. fiſc. Ruin. conſ. 15. n. 4. lib. 5. Surd. deciſ. 282. n. 23.*

¶ N. *12. in fin. poſt verba* . attent. n. *96.*

p. 3. c. fi. Vbi etiam quod fit condemnatio in
5 fructibus tam perceptis , † quam illis, qui percipi potuerunt Rot. *deciſ. 5. de reſtit. ſpoliat. in nou,* Mandoſ. *form. 14. commiſſ. in verb. fructuſq;* Prout quando agitur contra ſpoliatorem violẽtum B*iſignet. deciſ. 11. de reſti. ſpoliat.* Rot. *diuer.*
6 *deciſ. 552. p. 1.* † Cum aliàs iſta condemnatio
in fructibus, qui percipi potuerunt non fiat, niſi
ad fauorem Pupilli, Minoris, & Eccleſię *Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gloſ. 1. n. 28. Creſcent. deciſ. 8. de cauſ. poſſeſ. & propriet. & voluit gloſ. in l. patri. 28. §. item. ex diuerſo. in verb. cum fructibus. de minor.* Ro. *conſ. 454. in re præſenti. col. fi. verſ. cæterum. dico. n. 28. vbi* Mandoſ. *in verb. ſingularis.* dicit multum notandum allegando *d. deciſ.* Creſcent. *Idem* Rom. *ſing. 534. tu habes textum.* Iaſ. *in l. apud iulianum. §. fructus. in 3. notab. de lig. 3.*
In caſibus tamen in quibus teneretur quis ad fru-
7 ctus percipiendos, non venirent illi , † quos ex
ſuis meliorationibus poſſet percipere A*ng. in l. cæterum. §. improbe. de rei uendic.* Ro. *ſing. 336. mala fidei. Surd. deciſ. 294. n. 11. & deciſ. 282. n. 30.* vbi quod eſt multum notandum Rot. *diuerſ.*
8 *deciſ. 294. n. 1. p. 1.* † Et quomodo ſit facienda
iſtorum fructuum taxatio A*lex. conſ. 72. in fin. lib. 1. Maſq; concluſ. 817. n. 6. Surd. deciſ. 282. n. 26. vſq; ad n. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Colonus antequam eÿciatur de fundo, ſi illum conducat ab expellente non acquirit ei poſſeſſionem. & n.2.*
3 *Executores deponentes conſignaſſe fundum vacuum, & liberum faciunt præſumi fuiſſe omnes colonos expulſos.*
4 *Executoribus creditur in ſpectantibus ad eorũ officium.*
5 *Eiectio bonorum inquilini non requiritur, vt dicatur amiſſa poſſeſſio.*
6 *Promiſſio de ſoluendo penſionem, & conductio facta per colonum an operetur idem quod expulſio ad acquirendam poſſeſſionem. & n.7.*

DECISIO X.

¶ N. *15. in fin. poſt verba.* mih i commiſſa.

Ex prædictis etiam colligitur veriorem eſſe opinionem, quam aliàs in caſu mihi propoſito Dixi ſeruandam non obſtantibus his, quę in contrarium opponebantur, quod colonus eiectus de domo, ſi antequam expellatur ex fundo conducat illum ab expellente, non facit ei acquiri poſſeſſionem; Expulſio enim videtur ficta, & non
1 vera, † Ideo magis præſumendum, eſt quod inquilinus voluerit ſtatim poſſeſſionem recuperare, quàm interuertere per calumniam poſſeſſionem domini, cui huiuſmodi ficta traditio non debet nocere *l. fin.* C. *de acquir. poſſeſſ.* Et quam-
2 uis † *Bero. conſ. 45. in fin. lib. 3.* voluerit contrarium, quod ſcilicet ammittatur poſſesſio, Tamen à priori ſententia non eſt recedendum, cum coloni debeant eijci de fundo actualiter, itaut difficilis ſit reditus ad poſſesſionem *Gozad. conſ. 86. num.* 10. *poſt* Aret. *in l. quod meo. §. fin. de acquir. poſſeſſ.*
Quod magis habebat locum in caſu noſtro, quia in depoſitionibus executorum nulla fit mentio, quod fuerit conſignara domus, ſeu fundus li-
3 bet, & vacuus, † tùc enim cenſeretur tota familia expulſa, cum aliàs non potuiſſet hoc fieri ſine dicta expulſione omnium, & ſic eſſet amiſſa poſſesſio *l. 2. §. vacua. & ibi gloſ. in verb. pertinet. ff. de action. emph.* Bald. *in l. fin. n. 42. verſ. ſexto opponendo.* C. *de edict. diu. adr. toll.* & eſt deciſio Rot. *coram* Cardin. Seraphin. *Spo-*
4 *letan. domus. 30. ianuarij.* 1581. † Vbi etiam quod executoribus in hoc eſſet credendum, cũ ſimus in his quæ ſpectant ad eorum officium *Salic. in l. ob maritorum. in princ. verſ. iuxta dictum.* C. *ne vx. pro mar. Tiraq. de retr. lignag. §. 8. gloſ. 9. nu. 22. poſt.* Bald. *in l. 1.* C. *de priuil. fiſc.*
Non tamen requireretur eiectio bonorum inquilini, quia ſuper illis non reſidet ciuilis poſſeſ-
5 ſio, † quæ eſt penes dominum, ſed ſupet naturali, quæ eſt apud colonum, ſeu inquilinũ, quidquid contrarium dicat Benint. *deciſ. 93. nu. 3.* cum eius opinio nõ ſit admittenda, vt per Rot. *coram* Car. *Seraph. Spolet. domus. 30. ianu.* 1582.
Neq; obſtat quod ſimplex recognitio coloni pri-
6 uet dominum poſſeſſione, † quaſi promiſſio de ſoluendo penſionem, & conductio idem operetur, quod expulſio circa acquirendam poſſeſſionem *Natt. conſ. 538. n. 10. Cephal. conſ. 19. n. 1* Quia contrarium eſt verius, vt concludit *Dec. conſ. 410. n. 9. Surd. conſ. 117. n. 15. lib. 1.* Et eſt
7 ratio, † nam requiritur actus facti inducendo in poſſeſſionem cum receſſu coloni, neque enim ſufficit ſolum verbum, cogitatio, ſeu deſtinatio *Bald.* in ſpecie *in l. 1. in fin. uerſ. quæro nunquid colonus. C. commun. de vſucap.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex habet ritè, et rectè procedere, vt priuet aliquem poſſeſſione non expulſis colonis, et num. 3.*
2 *Manutentio poſſeſſionis eſt danda quando executio eſt iniuſta, et poſſidens non habet ſe pro ſpoliato.*
4 *Appellatio datur à decreto declarationis competentia iudicis.*
5 *Creditor ingreſſus poſſeſſionem debitoris prauia licentia data per ſtatutum ſeu pactum quando dicatur cuſtos, ſiu verus poſſeſſor. num. 6. 7. et 8.*
9 *Licentia data à iudice creditori ingrediendi poſſeſſionem non citato debitore non eſt prætoria, nec facit incurrere in pœnam edictinevis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, et num. 10.*
11 *Spoliatus de mandato* Principis *non debet reintegrari ad ſuam poſſeſſionem. Declara vt nu. 12. & 13.*

DECISIO XI.

¶ N. *20. poſt uerb.* ſupra allegati.

Et quod index debeat ritè ptocedere, vt priuet
1 aliquem poſſesſione nõ expulſis colonis † ſæpè fuit in Rot. deciſum *vt per Cardinal. Seraphin. nullius ſeu theatina beneficij. 5. iulij 1599. et coram* R. P. *D. Lancellott. romana deuolutionis domus. 5. decembris.* 1599. Vnde cum executio eſt iniuſta, & poſſidens non habnetit ſe pro ſpoliato debet manuteneri in ſua poſſeſſione
2 *Put. deciſion. 419. lib. 2.* Rot. *coram.* R. P. *D. Ludouiſio Salutiarum iurispatronatus. 1. iulij.* 1602. Vbi de executione facta in caſu, in quo licebat appellare, tunc enim immiſſio poſt appellationem eſt nulla, & ideo quamuis facta
3 de mandato iudicis non ſufficit, † neque illius auctoritas operabitur expulſionem *Rot. coram* R. P. *D. Decan. Spoletan. domus. 29. decembris. 1580. et coram* Cardinal. *Pamphil. Lucan. capellania. 17. iunij. 1599. et coram* R. P. D. *Caualerio. Liuien. beneficiorum. 6. iunij.* 1607.
2 † vbi de Iudice immittente in poſſeſſionẽ poſtquam fuerat appellatum à pronuncia, in qua declatauerat ſe competentem, quæ tanquam nulla, & attentata non priuat poſſeſſione, cum

ab

ab iſto decreto detur appellatio Bart. *in l. 2.*
n.13. de appellat. recip. Roland. *conſ.* 33. *lib.4.*
Prout etiam dicimus, quod creditor habens li-
5 centiam per ſtatutum, † ſeu per pactum in-
grediendi poſſeſsionem bonorum debitoris poſt
ingreſſum ſubſequutum ſit tantum cuſtos re-
rum, quas apprehendit, nihil aliud conſequen-
do, niſi nudam detentionem, quam vocant aſi-
ninam *Bart. in l. creditores. 3. n. 4. C. de pi-*
gnor. Salic. *in auth. qui iurat. n. 22. & 54. C.*
de bon. auctor. iud. poſſid. & de veriori opi-
nione teſtatur latè contrarijs reſpondens *Co-*
ler. de proceſſ. execut. c. 12. p. 3. n. 11. Quod
6 tamen Dixi intelligendum, † quando propria
auctoritate ingreditur, ſecus ſi id faciat ex per-
miſsione iudicis, tunc enim efficitur verus poſ-
ſeſſor, Ideo habebit interdictum vti poſſidetis
ſi moleſtetur, & interdictum vnde vi, ſi expella-
tur *Bald. in l. conſentaneum. 8. n. 50. C. quo-*
7 *mod. & quand. iud.* † Dummodo iſte ingreſ-
ſus, vel immiſsio iudicis non ſit nulla, ſed fiat
parte citata, cum aliàs omiſsio citationis fa-
ceret, quod ingreſſus non haberetur pro poſſeſ-
ſore, non ſecus ac, ſi propria auctoritate acci-
peret poſſeſsionem, neq; enim illa facultas per
Iudicem data tamquam nulla aliquid adderet,
aut operaretur, nec poſſeſsionem transferret
8 *Bart. in l. creditores. n.25. C. de pignor.* † Ra-
tio eſt quia tunc talis licentia habita à Iudice
omiſſa citatione non dicitur prætoria, cũ potius
tunc Iudex debeat reputari merus executor con
tractus, non Iudex, ita vt neq; poſſit tunc mul-
ctari ille, contra quem fit immiſsio, ſi miſſum
9 non admittat, † nec teneatur edicto, ne vis fiat
ei, qui in poſſeſsionem miſſus eſt *Bald. in l. nec*
quidquam. 9. §. vbi decretum. in 1. lect. nu. 5.
verſ. ſed dubitatur ſi poſſum ingredi. ff. de offic.
proconſ. & legat. & veriorem opinionem dicit
Coler. de proceſſ. execut. c. 12. p. 3. nu. 65. vbi
10 etiam *nu. 66.* † non ſolum requirit citatio-
nem, ſed etiam libellum poſt *Bart. in l. credi-*
tores. n. 27. C. de pignor. Menoch. de adipiſ. poſ-
ſeſſ. remed. 15. n. 155.

¶ N. 22. *poſt verba*. & c. 2. n. 97. p. 3.

Quemadmodum etiam eſſet quando conſtaret de
enixa Principis voluntate, tunc enim ceſſat
11 diſpoſitio *l. meminerint. 6. C. vnd. vi.* † Ideo
ſpoliatus de mandato Principis non eſt rein-
tegrandus ad ſuam poſſeſsionem *Dec. conſ. 125.*
n. 4. Aff. deciſ. 361. n. 12. Intelligendo quan-
do Principi notoriè conſtitit de iniuſta alicu-
12. ius poſſeſsione, † Secus in dubio, & parte non
audita, tunc enim huiuſmodi ſpoliatio æqui-
paratur ſpoliationi factæ per iudicem, & debi-
tur reintegratio, quamuis vigore commiſsionis,
vel reſcripti Principis aliquis ſpoliaretur *Ru-*
13 *in.* in ſpecie *conſ. 46. n.6. lib.1.* † & ita diſtin-
guendo concordat opiniones *Claud. ad Berta-*
zol. conſ. crimin. 366. in princ. lib. 2. dixi di-
ſceptat. c. 167. n. 52.

SVMMARIVM.

1 Dos *promiſſa in certa quantitate cenſetur da-*
ta tali æſtimatione, quæ facit emptionem. In-
tellige vt n.2.3.& 4.
5 *Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto in actio*
nibus realibus intra annum an poſſideat, ſeu
detineat. n.6. 7. et 8.

DECISIO XII.

¶ N. 2. *poſt verb.* conſ. 52. nu. 2.

Bero. conſ. 63. num. 6. lib. 3. & conſ. 165. n. 39. lib. 2.
Prout regulare eſt, quod quando fuit promiſſa
dos incerta quantitate cenſetur data tali æſti-
1 matione, quæ facit emptionem *l. in dotem. C.*
de iur. dot. Bald. *in l. ex conuentione.* C. *de pact.*
Soccin. conſ. 57. ſtantibus ſupraſcriptis. in princ.
lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. gloſ. 14. nu. 20. §.
1. Couar. pract. quæſt. c. 28. Rot. *coram* Cardin.
Plat. interamnen. fundi dotalis. 29. febrar. 1589.
& coram Cardin. Seraphin. *spoletana. legitima*
2 *15. nouembr. 1596.* † Vbi quod procedit, quam-
1 uis non appareat de æſtimatione, nam nihilo-
minus cenſetur facta pro pretio, quod tunc va-
lebat *Affl. deciſ. 270.* Riminal. *inſtit. quib. alien.*
lic. vel non. in princ. n. 79.
Quod magis eſt in caſu noſtro, quia huiuſmodi aſ
ſignatio eſt facta in eodẽ inſtrumento tempore
3 conſtitutionis dotis, † cũ ſecus eſſet, ſi fieret ex
interuallo, quia tunc non faceret emptionẽ. Ete
nim non eſt veriſimile, quod contrahentes vo-
luerint recedere à primo contractu, ne induca-
tur alienatio rei dotalis, quæ ſequitur ex hac
æſtimatione Bald. *in l. ex conuentione. C. de pact.*
Couarr. pract. quæſt. c. 28. Rot. *coram.* R.P.D.
4 *Lãcell. rom. ſaluiani. 5. decem. 1603.* † Quaſi tunc
præſumatur facta æſtimatio ob probandum va-
lorẽ rei, vel vt ſciatur quantitas bonorum, quæ
conſignatur in dotem, & ſic tunc non deſinit
eſſe fundus dotalis Roland. *conſ. 92. nu. 6. lib. 2.*
Doct. *in l. ex conuentione. vbi* Bald. *oppoſ. 3. C. de*
pact. Rot. *coram* R.P.D. *Penia. spoletan. bonorum*
16. aprilis. 1602. et coram Card. Lancel. Romana
fundi dotalis. 6. iunij. 1578.

¶ N. 12. *poſt verb.* formam ſtatuti.

Pront neq; in actionibus realibus miſſus in poſſeſ-
ſionem ex primo decreto intra annum poſſi-
5 det, † ſed detinet ſecundum communem opi-
nionem, de qua per Iaſ. *in l. 3. §. genera. n. 21. de*
acquir. poſſeſſ. poſt gloſ. in c. quoniam frequen-
ter. §. fin. ve lit. non conteſt. & in c. contingit. de
6 *dol. et contum.* † quam ita ſeruandam poſt *Ne-*
guſ. et alios, quos allegat dicit *Ceual. q. 176.*
ante fin. Et quamuis *Azo. in l. ſi quis. 8. §. ſed et*
ſi quis. C de præſcript. 30. annor. et in l. conſen-
taneum. C. *quom. et quand. iud.* teneat contra-
7 rium, † quod immo miſſus in reali ex cauſa
contumaciæ conuenti transferat in ſe poſſeſsio-
nem bonorum, itaut reus conſtituatur petitor
Spe-

Specul.de prim.decret.§.iam de effectu. nu.3. &
8 19. † Tamen prior opinio eſt magis communis
ſecundum Canoniſtas, vt teſtatur *Coler. de proceſſ.executiu. c.12. p.3. n.53.* quidquid ipſe dubitet, & videatur adhærere opinioni contra communem.

SVMMARIVM.

1 *Pretium ſoluere, aut habere fidem de eo idem eſt quo ad dominij translationem.*
2 *Vendens rem vni, qui non ſoluit pretium quando poſſit vendere alteri. n.3.*
4 *Vſura non committitur ſi locetur res vendita cum reſeruatione dominij.*
5 *Poſſeſſor cenſus dicitur poſſidere immobilia, & non poteſt collectari. n.6.*
7 *Ceſſionarius ſuccedit cedenti etiam in priuilegio obligationis cameralis.*

DECISIO XIII.

¶ N. 4. *poſt verb. §.* 1. n. 43. & 44.

ET licèt paria ſint pretium ſolutum eſſe, aut de eo habitam fidem quo ad dominij tranſ-
1 lationem † *§. vendita. inſtit. de rer. diuiſ.* Tamen quando aduenit dies, vel emptor eſt in mora ſoluendi pretium res habetur pro inempta, & contractus pro infecto; Ideò qui vendit vni poteſt citra ſuſpitionem falſi vendere alteri, ſi
2 primus non ſoluit pretium † *Bald. in l. quoties. n.2. C.de rei vendic. Menoch.de arbitr. cap.381. n.18. Surd. deciſ.220. nu.16. vbi. nu.17.* intelligit dari reſciſſionem contractus non per viam
3 actionis, ſed exceptionis † *Bric.conſ. 45.nu.38.* Dummodò non deficiat illud, quod principaliter mouit ad contrahendum, quia tunc etiam per viam actionis daretur reſciſſio *Aim. conſ.*
4 *192. nu. 22.* Et multa de reſeruatione dominij *Claud. ad Bertazol.conſ.crimin.540. lib.2.* † vbi etiam quod dominus vendens rem reſeruato dominio, & poſtea illam locans emptori non committit vſuram, & de cautela, vt fiat promiſſio vendendi, itaut ſoluto pretio conficiatur inſtrumentum venditionis, & interim locetur *Idem Claud.d.conſ.540.*

¶ N. 9. *poſt verb.* l. ſciendum. in princ. ff. qui ſatiſd. cog.

Cum dicatur poſſidere immobilia *l.fi.C.de uen.*
5 *reb.ciuit.lib.11. Feder. conſ.12. col.2. nu.7.* † & tanquam poſſeſſor bonorum immobilium poſſit collectari *Auendan.reſp.23. nu.2.* Quidquid aliter ſentiat *Abb.in c.nulli.col.3. uerſ.quid autem.de reb.eccleſ.non alien. cum alijs per Tiraq.*
6 *de retr.conſang.§.1.gloſ.6.n.3.* † Quia contraria opinio eſt verior; vt teſtatur *Surd.deciſ.204. per tot.Gabr.conſ.145.lib.2.* vbi etiam *num.15.* ampliat venire appellatione immobilium, quamuis locus circumſcribatur.

¶ N. 41. *poſt uerb.* C. de nouat.

Itaut ceſſionarius ſuccedat cedēti etiam in pri-
7 uilegio guarantigiæ, † ſeu obligationis cameralis Rot.*coram Car.Seraph.Rom.ſocietatis officij.29.nouem.1596.poſt* Bart.*in l.1.n.22.de act. & oblig.*Rom.*conſ.38.in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio minoris partis populi non facit aliquid dici uſu receptum, prout neq; per paucas uices. n.2.*
3 *Non probato uſu cenſetur probatus contrarius non uſus.*
4 *Clauſula prout hactenus obſeruatum fuit ſtat conditionaliter. & n.6.*
5 *Dictio prout quando ſtet limitatiuè, conditionaliter, & cautatiuè. n.7.*
8 *Iudex habens facultatem procedendi extraiudicialiter non tenetur publicare proceſſum, vel teſtes comparare.*
9 *Per non uſum quando quis amittat ius ſuum, & quid ſi non uenit occaſio utendi. & nu.10.*
11 *Priuilegium an amittatur ob non uſum per decem, ſeu quadraginta annos. & n.12.*

DECISIO XIV.

N. 8. *poſt uerb.* probationem conſuetudinis.

NOn tamen dicetur vſu receptum, quando per allegantem probatur illud ratificatū
1 a minori parte populi, † ob illam rationem, quia actus aliquorum non poteſt præiudicare omnibus *Bal.in c.fi.col.6.in prin.n.3 uerſ.deinde quæro de conſuetud. Fel.in c.1. col.6.in princ.*
2 *n.11.de treug.& pac.Caputaq. deciſ.192. p.3.* † vbi etiam quod non ſufficit probari vſum per paucas vices, cum hoc eſſet probare exemplo,
3 † itaut eo ipſo quod non probetur vſus, cenſeatur probatus contrarius non vſus *Aim. conſ. 1. n.10. Caput.decis.203.n.4.p.3.*

¶ N. 11. *poſt uerb.* conditionem.

l.ſtichum qui meus erit.de leg.1.Bar.in l.1.col.6 in prin.uerſ.quæro de aduerbijs.n.19. de condit. & demonſtrat.caput.decis.343.p.3.

¶ N. 12. in fin. *poſt uerb.* l. ambitioſa. col. fin. num. 32.

Quemadmodum etiam dicimus de confirmatione cum clauſula, prout hactenus obſeruatum fuit,
4 quæ ſtat conditionaliter, † non diſpoſitiuè, cum dictio prout, denotet qualitatem *l. prout. de ſolut Bart.in extrauag.ad reprimendum. in uerb. prout. & in l.edita. poſt gloſ. ibi in uerb. prout. C.de edend. Alex.cons.179.n.9.lib.5.* Et ſtet limitatiuè *Felin. in c.2. col.5. nu.10. de reſcript. Dec. conſ.362. n.1. Rom.conſ.294.* & in ſpecie de ſtatutis confirmatis cum huiuſmodi clauſu-

la

6 la † *eſt deciſio Rot. coram* R. P. D. *Cantuc.*
Moutis Faliſci hareditatis. 19. martij. 1584.
Quidquid aliâs, quando præceſſit certa diſpoſi-
tio, dictio, prout ſtet cauſatiuè non conditio-
7 naliter † exponatur pro quia *Natt. conſil.* 40.
in fin. Decian. *conſ.* 58. *num.* 61. *lib.* 2. *Menoch.*
conſ. 791. *n.* 32. *lib.* 4.

¶ N. 14. *poſt verb.* Non obſtat dum ſucceſſiuè.

Prout idem, eſſet, quando Iudex haberet faculta
8 tem procedendi extraiudicialiter, † tunc enim
format motum animi ſui ex ijs, quæ in præſen-
tia illius proponuntur, itaut in iſta informatio-
ne extraiudiciali non teneatur publicare pro-
ceſſum, vel teſtes comparare *Abb. conſ.* 41. *Sal-
natoris. col.* 2. *verſ. ex quibus verbis clarè patet.
num.* 1. *in fin. lib.* 1. cuius doctrina ſeruatur per
Rot. diuerſ. deciſ. 160. *num.* 8. *p.* 2. *& per.* R. P. D.
Oran. Leodien. pratenſi cenſus. 20. *ianuar.* 1596.

¶ N. 16. *in fin. post verba* verſ. ſecũdo limita.

Et regulare eſt, quod nemo amittat ius ſuum per
9 non vſum, † ſi non euenit occaſio vtendi; Vn-
de Dominus, qui non exegit longiſſimo tem-
pore ſeruitium à Ciuitate debitum belli tempo
re nõ perdit ius ſuum, ſi nunquam contigit bel-
lum, vnde illo eueniente poterit petere *Felin.
in cap. cum acceſſiſſent. col.* 9. *de conſtit. Surd.
conſ.* 323. *num.* 50. *lib.* 3 *poſt Iaſ. in. l. fin. col. an-*
10 *tepenult. de conſt. pecun.* † vbi multa quando
per nõ vſum amittatur priuilegium *Ruminald.
Iun. conſ.* 56. *nu.* 67. vbi quod priuilegium non
perditur per non vſum etiam mille annorum,
ſi non fuit præſtita occaſio vtendi latè *Fab.
Ann. conſ.* 129. *num.* 9. *& in addit. ad Io. Vinc*
11 *Ann. ſingul.* 400. † Quamuis aliâs non vſus
per decennium ſufficeret ad amittendum priui-
legium, licet. in locis pijs requireretur ſpatium
quadraginta annorum *Innoc. in cap. accedenti-
bus. de priuileg. Abb. in cap. pro illorum de pra-
bend. Doctor. in l. imperium. de iuriſd. omn. iud.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca dotalis quanto tempore præſcribatur
contra mulierem, et à quo tempore currat. n.* 2.
& quid in Eccleſia. n. 3.
4 *Præſcriptio à quô tempore incipiat in tertio
poſſeſſore habente bona hypothecata. & num.* 5.
6. *&* 7.
8 *Habens cauſam à poſſeſſore titulo vniuerſali
an præſcribat ſpatio decem annorum hypothe-
cam, ſicut is qui habet titulo particulari, &
num.* 9.

DECISIO XV.

¶ N. 3. *poſt verba.* limit. 11.

QVæ etiam procedunt in hypotheca dota-
li, quæ preſcribitur contra mulierem
per tertios poſſeſſores ſpatio decem annorum
1 inter preſentes, † & viginti inter abſentes *Burg.
in cap. peruenit nu.* 23. *de empt. & vendit.* Itaut
illa præſcriprio incipiat currere mulieri ab eô
2 tempore, quo maritus vergit ad inopiam, † &
diſſipat bona *l. in rebus. §. omnis.* C. *de iur.
dot.* Et ſi per dictum tempus mulier non petat
ſibi reſtitui dotem, non poterit agere contra
tertios poſſeſſores bonorum hypothecatorum
3 *Cuman. conſ.* 93. *viſo ſubſcripto caſu. nu.* 1. † Vbi
etiam quid contra maritum, cum alijs per
Marquard. concluſ. 1153. *num.* 11. Licèt contra
Eccleſiam non præſcriberetur hypothecaria
4 decennio, † etiam à tertio poſſeſſore *Rot. co-
ram Card. Seraphin. Roman. Salutani.* 11. *may.
1590.*

¶ N. 7. *in fin. post verba.* deciſ. 139. n. 2.

Itaut huiuſmodi præſcriptio currat ab eo die,
quo tertius poſſeſſor cepit poſſidere bona hy-
5 pothecata † ſecundum opinionem *Felician. de
ſolis.* qui alios refert, & multis rationibus com
probat *de cenſib. cap.* 4. *lib.* 3. *nu.* 12. *verſ. cui re-
ſolutioni coniuncta eſt.* Quamuis videatur ma-
gis tuta ſententia, vt incipiat à die, in quo de-
bitor ceſſauit in ſolutione, & creditor ſciens eſ-
ſe alienata bona hypothecæ ſubiecta ceſſauit in
6 petitione † *Parlador. lib.* 1. *rer. quotid. §.* 16.
cap. 1. *per tex. in l. ſicut. §. non videtur. ff. quib.
mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* quem dicit ſingu-
larem *Cuall. q.* 3. *num.* 10. vbi quod non poteſt
currere præſcriptio contra creditorem igno-
rantem alienationem rerum hypothecatarum,
7 & tertium poſſeſſorem, † & ſoluente debitore,
quaſi abſque eius damno pignus ſuum vbique
duret *d. l. ſicut.* Aliud enim eſſet ſi creditor ſci-
uerit, tacuerit, & permiſerit labi tantum tem-
pus, quo caſu eſſet inducta præſcriptio; quæ
ignorantia in dubio eſſet præſumenda *l. verius.
de probation.*

¶ N. 9. *poſt verba.* q. 3. n. 2.

Neguſ. de pignor. 6. *p. m.* 2. *num.* 1. *Rot. coram*
R. P. D. *Lancellott. Romana ſaluiani.* 19. *de-
cembris.* 1599. *in fin.* vbi allegantur concor-
8 dantes deciſiones; † Intelligendo quando ha-
bet cauſam à poſſeſſore titulo vniuerſali, vt
in caſu de quo agimus, nam ſi haberet titulo
particulari præſcriberet decem annis, prout
loquitur *text. in l. cum notiſſimi §.* 1. C. *de
præſcript.* 30. *annor. Rot. corãm* R. P. D. *Iu-*
9 *ſto. Roman. ſaluiani.* 5. *decembris.* 1601. † vbi
ita declarat *Rip. in rubr. de pignor.* dum vult
quod tertius habens cauſam à poſſeſſore non
præſcribat ſpatio decem annorum.

¶ N. 11. *poſt verba.* non directa actio.

Niconit. in rub. de nou. oper nunciat n. 184. vbi
de communi poſt *gloſ. in l. actio. de negot. geſt.*

¶ d. N. 11.

¶ d. N. 11. *poſt uerba*. ſi quadrup. pauper feciſ. dicat.

Alex. in l. ſi quis id quod. nu. 20. *de iuriſd. omn. iud.* Ceuall. qui de communi *q.* 665. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicus qui præuenit in apprehendēda poſſeſſione an præcedat alios quamuis priores in prouiſione. n.* 2. 4. 5. *&* 6.
3 *Præheminentiæ ſunt fructus poſſeſſionis, & dantur propter ſeruitia præſtita Eccleſijs.*
7 *Dolus nemini debet patrocinari.*

DECISIO XVI.

¶ d. N. 1. *poſt verba.* & obedien.

Caputaq. deciſ. 357. *n.* 2. *lib.* 2.

¶ N. 9. *in fin. poſt verba.* ff. de leg. 1.

ALiàs quo ad huiuſmodi præcedentias ſeruatur, quod Canonicus qui præuenit in
1 apprehendenda poſſeſſione, † & antiquiori receptione debeat alios præcedere *cap.* 1. *de maiorit. & obed. Bald. in cap. cum olim. in princ. de conſuetud.* Rot. *deciſ.* 2. *eod. tit. in nou.* *Caput. deciſ.* 357. *num.* 1. *lib.* 2. Quamuis alij ſint
2 priores in prouiſiones, † & poſteriores in poſſeſſione, etiam ſi per eos non ſteterit, vt poſſeſſionem prius non ceperint propter aliquod im-
3 pedimentum litis, vel alterius cauſæ. † Ratio eſt, quia iſtæ præheminentiæ ſunt fructus poſſeſſionis, & dantur propter onera, & ſeruitia præſtita Eccleſijs, prout ita paſſim ſeruari tàm in Collegio, quàm in Eccleſijs dicit Rot. *coram* R. P. D. *Gipſio Vicen. præcedentia.* 27. *aprilis.* 1594. *& coram* R. P. D. *Litt. Burgen. de velorado.* 30. *aprilis.* 1599.
Neque obſtat quod de iure communi attendatur
4 prioritas priorſionis, † quamuis ſit poſterius recepta latè Gonzal. *q.* 14. quaſi ſecunda receptio retrotrahatur, ex quo primus impetrans erat recipiendus, cum non ſteterit per eum *Biſign. deciſ.* 6. *in fin. verſic. aliquibus videtur. de conſuetud. in antiquior.* quem ſequitur Rocc.
5 *eod. tit. ſect.* 4. *nu.* 11. † Quia prior opinio eſt verior, & in praxi ſeruatur, vt multis comprobat Hier. Gonzal. *ad reg.* 8. *de alternat. in pro-*
6 *œm. §.* 3. *n.* 24. *vſque ad nu.* 41. † Dummodo non ſimus in eodem qui dedit impedimentum, ne ex ſua culpa commodum conſequatur, eum
7 dolus nemini debeat patrocinari † *l. ſi quis in ſuo.* 33. *§. legis autem. vbi gloſ. in verb. prægrauetur. C. de inoffic. teſtam. cap. ſedes.* 15. *in fin. de reſcript. Tiraq. de retract. conſanguin. §.* 1. *gloſ.* 9. *n.* 68. *Aim. conſ.* 100. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas perſonarum eſt conſideranda in taxatione dotium.*
2 *Pater tenetur dotare filiam etiam diuitem, & contrahentem matrimonium ſine denunciationibus.*
3 *Excipiens non videtur fateri non facta expreſſa confeſſione.*
4 *Confeſſio præiudicat confitenti, nec requiritur acceptatio, aut præſentia partis.*
5 *Ius Canonicum conſiderat ſolùm mentem non apices.*

DECISIO XIX.

¶ N. 5. *poſt verba.* onus fideicommiſſi.

IMmo etiam poterit mulier hoc facere de bonis fideicōmiſſo ſubiectis vltra quātitatem
1 patrimonij, † ſi conditio perſonæ hoc requireret, quæ eſt conſideranda in iſtis taxationibus dotium *l. cum poſt.* 70. *§. gener. de iur. dot. Abb. conſ.* 115. *videtur primo. n.* 1. *lib.* 1. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 10. *n.* 21.

N. 8. *in fin. poſt verba.* ad trebell.

Et multa de obligatione patris dotandi filias
2 *Ceuall. q.* 5. † vbi quod cogitur iure actionis, quamuis filia ſit diues, & nupta ſine voluntate patris, etiam abſque promiſſione dotis, & in matrimonio, in quo fuerunt omiſſæ denunciationes, quod eſt validum, quamuis ſit clādeſtinum, *Spin. in ſpecul. teſtament. gloſ.* 15. *num.* 19. *Nauar. in Manual. cap.* 22. *n.* 70. *verſ. tertio aduertendum. Menoch. conſ.* 69. *n.* 70.

¶ N. 21. *in fin. poſt verb.* concluſio. 348. n. 48.

Nam tunc excipiens non videtur fateri non
3 facta expreſſa confeſſione, † aliàs ſecus *Iaſ. in l. iulianus verum. num.* 13. *de condict. indeb. Hieron.* Ceuall. *quæſt.* 362. *in princ.* vbi multa de excipiente ſimpliciter, vel conditionaliter, & quando eſt præſumptio contra illum, & ſumus in eo, quod à principio inerat nec ne, & ſi quis primo negat, & poſtea excipit, cum alijs ibi per eum poſt *Alber. in l. quadam. §. nummularium. num.* 2. *ff. de edend. Boer. deciſ.* 243. *Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante. col.* 4. *inſt. de action.*

¶ N. 26. *in fin. poſt illa verba.* conſ. 57. n. 33.

Et confeſſio præiudicat confitenti, ita vt non
4 requiratur acceptatio partis † *Socin. conſ.* 218. *in cauſa gabriæ. col.* 2. *in fin. nu.* 6. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 26. *nu.* 19. *lib.* 1. *Guter. de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 54. *num.* 20. *per tex. in l. publia meuia. ff. depoſ.* Neque illius præſentia de iure canonico,
5 quod conſiderat ſolùm mentem, † non apices iuris *Felin. in c. ſi cautio. num.* 27. *col.* 6. *ad med. verſic. fallit ſecundo. de fid. inſtrum.* *Maſq. concluſ.* 348. *n.* 58.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria debet opponi ante litem conteſtatam.*
2 *Exceptio oppoſita per verba, generalia contra, an releuet.* & *nu.* 3.
4 *Iudex per proceſſum ad vlteriora videtur exceptionem reijcere.* Intellge *vt n.* 5.
6 *Iudex non poteſt recedere ab opinione approbata per conſuetudinem, quamuis ſit magis communis in contrarium.* & *n.* 7.
8 *Saluianum requirit diſcuſſionem quando agitur per creditorem habentem ſpecialem hypothecam in re particulari,* & *generalem in alijs bonis,* & *quid ſtante obligatione cameralis. nu.* 11.
9 Hypotheca *ſpecialis præſumitur ſufficiens ad debiti ſatisfactionem.*
10 *Per obligationem cameralem creditor eliget rem magis ſibi viſam.* & *nu.* 12.
13 *Exceptio diſcuſſionis non opponitur ſi agatur contra principalem debitorem, vel vnum ex eius hæredibus. nu.* 14. 15. 16. & 17.

DECISIO XXV.

¶ N. 5. *poſt. verba.* obſeruat. 27.

Dec. Corn. Alciat. Strace. & alij per *Berta-*
1 *zol. clauſ. 40. gloſ. 4. n. 3. in fin.* † Dummo-
do apponatur ante litem conteſtatam, cum ſit
exceptio dilatoria *Aret. in §. in fraudem. col.* 4.
verſ. aduerſus. inſtit. de action. Alex. conſ. 32.
in cauſa executionis. nu. 2. & *conſ.* 34. *lib.* 4.
Gabr. de fideiuſſor. concluſ. 1. *n.* 12. *Surd. de-*
2 *ciſ.* 44. *n.* 20. † Et dummodo etiam opponatur
in ſpecie, non autem per oppoſitionem, generalia contra, prout concludit *Neguſ. de pignor.*
m. 1. *p.* 8. *n.* 35. *Alex. conſ.* 29. *clariſſime doctor. col. antepenult. nu.* 30. *in princ. verſ. item*
beneficium. lib. 7. *poſt.* Bart. *in l.* 1. *poſt oppoſ.* 2.
n. 7. *verſ. quero video quod iſta concluſio. ff. de*
except. & *præſcription.* Licet eſſe dubitabile
dicat *Rot. coram Card. Seraphin. Roman. do-*
3 *mus.* 29. *martij.* 1574. † Quaſi ſub dicta oppoſitione generali cenſeantur oppoſitæ omnes ex-
ceptiones. Et dummodo non fuerit proceſſum
ad vlteriora per iudicem, qui videretur tunc
4 illam reijciſſe † *Caſtr. in l. fin. in princ. nu.* 7.
col. 2. *verſ. ego dixi. ff. ſi cert. petat.* Quando
tamen in continenti non procederet, itaut veriſimiliter præſumatur cognouiſſe de excep-
5 tione oppoſita † *Corn. conſ.* 85. *col. penult.*
lib. 4. *Gabr. concluſ.* 1. *n.* 57. *de fideiuſſor.* Cum
alijs, quæ requiruntur, vt huiuſmodi exceptio
admittatur, vt per *Neguſ. de pignor. m.* 1. *p.*
8. *num.* 35.

¶ N. 6. *poſt verba.* infertur 26.

Anchar. conſ. 178. *viſis* & *diligenter. col.* 1. *n.* 2.
verſ. quinto allegatur. Bald. in l. illud. de excuſ.
tutor. Itaut iudex illius fori non poſſit recede-
re ab opinione approbata per conſuetudinem,
6 quamuis communis ſit in contrarium † *Mattheſ. de elect. opin. Alciat. præſumpt.* 30. *reg.* 2.
n. 3. *Gomeſ. ad l.* 1. *taur. n.* 8. *Ceual. in specul.*
comm. opin. in præfat. vbi multa quando, & in
quibus caſibus iudicandum ſit ſecundum communem opinionem, & quæ ſit potius attenden-
7 da. † Et adeo obſeruantia ſubſecuta declarat,
& interpretatur, vt ſit admittenda, quamuis ſtatutum diſponat, quod contra ius ſcriptum non
attendatur conſuetudo *Dec. conſ.* 11. *n.* 10. *Surd.*
deciſ. 129. *nu.* 19.

Quamuis autem ſaluianum interdictum non requirat diſcuſſionem *Rot. diuerſ. deciſ.* 444. *n.* 7.
8 *p.* 1. cum alijs ſupra allegatis, † Tamen debet
intelligi de ea, quæ ſit in bonis principalis debitoris, ad effectum, vt deueniatur ad bona per
eum obligata, & à tertijs poſſeſſa; Vnde ſecus
eſſet ſi ageretur per creditorem habentem ſpecialem hypothecam in re particulari, & generalem in alijs bonis; tunc enim requireretur excuſſio, ad hoc vt poſſit agere contra ſecundum
9 habentem in alijs hypothecam, † quia illa præſumitur ſufficiens pro ſui debiti ſatisfactione
l. 2. C. *de pignor. Couar. lib.* 3. *var. reſolut. c.* 18.
Ideo datur cautela ponendi clauſulam, vt ſpecialis hypotheca non deroget generali, nec è
contra, quo caſu ſpecialis non impediret generalem *Rol. conſ.* 36. *nu.* 8. *in fin. lib.* 4. & ita
in ſpecie concludit *Surd. deciſ.* 44. *nu.* 14. vbi
quod eſt veriſſima opinio, licèt à nemine ſic declaratum inuenerit.

Amplius neq; obſtaret obligatio cameralis, per
10 quam licitum quidem † eſt creditori eligere
viam magis ſibi viſam *Pariſ. conſ.* 103. *n.* 3. *lib.* 3.
Socin. conſ. 24. *n.* 48. *lib.* 1. Tamen intelligitur re-
11 ſpectu ordinis procedendi, non iurium, † quæ
concernunt ſubſtantiam iudicij, & merita cauſæ, ſicut eſt priuilegium, quod ſpeciale pignus
excutiatur, Cum enim creditor ita conuenerit,
debet ſtare legi, quam ſibi tulit, & ſic prius excutere illud, quod prouidit eſſe ſufficiens ad ſuum
creditum, prout in ſpecie concludit *Surd. deciſ.*
44. *n.* 14. Licèt quæ dicta ſunt de obligatione
camerali patiantur difficultatem, quaſi propter
eam poſſit creditor eligere tã ſpeciale pignus,
quàm generale ex *Pariſ. conſ.* 103. *nu.* 3. *verſ. ſe-*
lib. 3. & alijs de quibus per *Coſt. de remed. ſubſidiar. priuil.* 11. *nu.* 7.

Nec facit quod creditor poteſt eligere ex bonis ſi-
12 bi obligatis, quæ voluerit, † ita vt quælibet res
dicatur inſolidum obligata *l. moſchis. de iur.*
fiſc. l. 1. C. *ſi vnus ex plurib. hæred. credit.* Specialis enim hypotheca eſt inducta ad fauorem
creditoris, vnde non debet retorqueri in eius
13 odium *l. quod fauore. de legib.* † Quia iſta procedunt, quando ageretur contra ipſummet debitorem, cuius non intereſt, vt ſolutio potius
fiat in vna re, quàm in alia; & quando agitur
contra debitorem non opponitur exceptio ex-
14 cuſſionis † *Couar. lib.* 3. *var. reſolut. c.* 18. *n.* 2.
verſ. ſexto à proximo. Quod ſecus eſt quãdo agitur contra poſteriorem creditorem, cuius fauo-
re

re eſt introductum, vt ſpecialis hypotheca prius
excutiatur, antequam ſit deueniendum ad ge-
neralem *l.* 2. *C. de pignor. Bartazzol. clauſ.* 39.
15 *gloſ.* 5. *n.* 10. † Prout idem eſſet quando agere-
tur contra vnum ex hæredibus debitoris prin-
cipalis, qui neq; auditur opponendo, quod ex-
cutiantur alij hæredes Bart. qui dicit notan-
dum *in l. mulier. ff. qui pot. in pignor. habeant.*
16 † Etenim iſte vnus hæres eſt vnus ex debitori-
bus, ideo ſi poſſidet conuenitur ante diſcuſſio-
nem Bald. *in auth. ſed hodie. ante. nu.* 1. C. *de
action. & obligat.* vbi multum commendat,
ampliando ad tertium conuentum, qui poſſidet
nomine debitoris, ſubdens, quod nullus hoc an-
notauit, præter eum, quia effectus iudicij funda-
tur in debitore *l.* 2. *C. ubi in rem act. l. etiam.
§. ſi quis abſentis. de petit. hæredit. l. officium.
de rei uendic. l. properandum. §. ſin autem reus.
uerſ uel aly perſonam eius ſolam prætendent.* C.
17 *de iudic.* † Cum enim incipat obligatio in per-
ſona vnius promiſſoris datur inſolidum actio
pro vna re, quod etiam tamquam ſingulare
multum extollit Roder. Soar. *in l. quoniam in
prioribus. ampl.* 7. *n.* 8. *C. de inoff. teſtam. & in
l. poſt rem iudicatam. poſt* 8. *ampliat. n.* 14. *de
re iudic. Surd. conſ.* 209 *nu.* 8. *lib.* 2.

S V M M A R I V M.

1 *Cappella, & qualibet eccleſia poteſt ex conſue-
tudine habere ius funerandi quamuis non ſit
parochialis, & curam non habeat.*
2 *Mora ſemper poteſt purgari de æquitate cano-
nica, etiam quando fuit oppoſitum de non
adimplemento.*

D E C I S I O XXVI.

¶ N. 17. *poſt verb.* per eum viſitata.

Et qualibet Cappella, vel Eccleſia quamuis
1 non ſit parochialis, † & curam non habeat po-
teſt ex conſuetudine habere cæmeterium, &
ius funerandi Feder. *conſ.* 135. *nu.* 2. *Cardin.
in c. quia nonulli.* 3. *q.* 11. *de cleric. non reſid.*
Rot. *diuerſ. deciſ.* 52. *n.* 27. *p.* 2. *Maſquar con-
cluſ.* 469. *nu.* 10. *Gomeſ. de idiomat. q.* 11. *n.* 8.

¶ N. 18. in fin. *poſt uerb. d. §. ne eius nomine.*

Latè Lambertin. *de iur. patron. lib.* 3. *art.* 4. *q.* 5.
nu. 5. *&* 6. *folio.* 22.

¶ N. 26. *poſt uerb.* paruum tempus.

Quamuis etiam adſit iuramentum Caput. *deciſ.*
230. *n* 3. *&* 231. *p.* 2. *poſt* Innoc. *in c. dilecti. col.*
2. *de arbitr.* Gozad. *conſ.* 66. *n.* 13. Rot. *coram*
Cardin. *Seraph. Roman. de mannell.* 19. *nouemb.*
1582. *& coram eod.* Peruſina *executionis.* 11.
maij. 1582 Et quod ſemper ſit locus purga-
2 tioni moræ de æquitate canonica, † quando
non eſt factum deterius ius Eccleſiæ Alex. *in l.
ſi quis maior nu.* 7. *C. de tranſact.* Rot. *coram*
Card. *Millin.* Roman. *hæreditatis* 9 *nouembr.*
1595. Vbi allegantur concordantes deciſiones,
ampliando etiam quando fuit oppoſitum de
non implemento *Aſſi. deciſ.* 280.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo non opponendi locum in inſtru-
mentis dicitur iniqua.*
2 *Incertitudo inducitur ex non appoſitione loci
in contractibus.*
3 *Decretum cuius Iudicis requiratur quando bo-
na exiſtunt in diuerſa prouincia. & nu.* 4.

D E C I S I O XXVIII.

¶ N. 4. *poſt. uerb.* conſuetudini.

Oroſ. in l. ſi quis. §. tabularum. n. 51. *de edend.
Caput. deciſ.* 98. *n.* 1. *p.* 2. vbi quod in Hiſpania
non ponitur locus loci.

¶ N. 6. *poſt uerb.* de conſuet. in antiq.

Rol. *conſ.* 38. *n.* 8. *lib.* 1. *couarr. pract. quæſt. c.*
1 20. *nu.* 3. *uerſ. quinto neceſſarium eſt.* † vbi
quod iniqua diceretur conſuetudo non appo-
nendi locum Corn. *conſ.* 60. *nu.* 4. *lib.* 4. vbi
quod non valet huiuſmodi conſuetudo; Nam
appoſitio loci eſt vna de perfectionibus inſtru-
2 menti propter incertitudinem, † quæ induce-
retur ex loco nõ appoſito Bald. *in l. contractus.
nu.* 13. *C. de fid. inſtrument.* Rot. *coram* Card.
Seraph. *parmen. ſtatus.* 24. *maij.* 1591.

¶ N. 13. *poſt uerb* gloſ. 8. nu. 219.

Itaut etiam quo ad bona exiſtentia in diuerſa
prouincia, vel diœceſi requiratur decretum
3 † non ſolum Ordinarij, vbi res de qua agitur
conſiſtit, ſed etiam ordinarij domicilij Collect.
in c. nulli. col. 2. *de reb. eccleſ. non alien. per
tex. in l. iuris peritos. §. nunc oriundus. de
4 excuſat. tut.* Quamuis ſecundum alios † ſuffi-
ciat vnicum decretum Felin. *in c. dilectus. il* 2.
nu. 9. *concluſ.* 9. *col.* 5. *uerſ. ſeptimo fallit. de re-
ſcript.* Tiraq *de retract. lignag. §.* 36. *gloſ.* 3. *n.*
22. Redoan. *de reb. eccleſ. non alien. c.* 27. *n.* 40.

S V M M A R I V M.

1 *Suffraganei quando portent rochettum dete-
ctum coram Archiepiſcopo.*
2 *Regibus ſolis licuit manus extra manicas por-
tare.*
3 *Manus accipitur pro poteſtate.*
4 *Per ſuperuenientiam maioris magiſtratus mi-
nor iuriſdictio ceſſat. n.* 5. *&* 6.
7 *Perſona miſerabilis poteſt eligere an uelit con-
ueniri coram Principe, uel coram magiſtratu
inferiori.*

8 *Ele-*

8 *Electio competit reo non actori quando habet plures iudices ex priuilegio.*

DECISIO XXIX.

N. 7. *poſt verb.* contrarium teneat.

Idem in ſuffraganeis, qui non poſſunt coram Archiepiſcopo portare Rocchettum detectum
1 propter maximam reuerentiam, † & obedientiam, quam debent præſtare ipſi Metropolitano, cum dicatur Pater Epiſcoporum, vt in *Concil. Prouinc. Mediolan. 1. in tit. de epiſcop.* Licèt ſecus ſit in Concilio Prouinciali, in quo dum Epiſcopi ſedent etiam coram Archiepiſcopo poſſunt portare Rocchettum detectum ob illam rationem, quia tunc omnes ſunt Coniudices, vt dicitur in Ceremoniali Romano.

Et quoniam maiori poteſtati debet cedere minor,
2 vt hoc obiter annotetur † ſolis Regibus extra manicas manus perferre licuiſſe teſtatur *Zenoph. lib. 2. rer. grecar.* ſubdens Cirum occidiſſe Antobiſaeen, & Metreum filios Dariæ ſororis Xerſis patris Darij, quod ſibi occurrẽtes manus intra manicas non contraxerint *Cell. Rhodig. lect. antiq. lib. 7. cap. 15.* Quod etiam refert *Marcell. Donat. ad D. Iul. Capitol. in Maximin. duob.*
3 *in verb. fuit igitur maximinus ſub homine.* † Et manus accipitur pro poteſtate, vnde illud *Ouid. in epiſtol.* An neſcis longas Regibus eſſe manus. & *Senec. in Thieſt.* Qui vult regnare languida regnet manu. Prout dicimus in manu vxoris eſſe, ideſt in poteſtate, Et manumiſſio, ideſt liberatio à poteſtate, *& eſt tex. in l. 2. in princ. verſ. omniaq; manu regis gubernabantur. ff. de orig. iur.*

¶ N. 14. in fin. *poſt uerb.* & aliarum prouinciarum,

Prædictis adde dum dicebatur per ſuperuenientiam maioris magiſtratus ceſſare minorem iuriſdictionem *l. potioris. 5. C. de offic. rector. pro-*
4 *uinc.* † Quod debet intelligi in conceſſione temporalis iuriſdictionis, quæ vel quandoeunque reuocabilis eſt ad beneplaeitum concedentis, prout eſt iuriſdictio delegata *l. & quia. 6. de iuridſ. omn. iud.* Vel quando inferiori datur iuriſdictio pro coadiuuando imperium ſuperioris, vt inter eos ſit quaſi ſocietas muneris *l. 1.*
5 *C. de off. præfect. vrb.* † In iſtis enim, vel ſimilibus caſibus verum eſt, quod minor iuriſdictio ceſſat ſuperueniente maiore *d. l. potioris.* Et quod in vnoquoq; loco ſui territorij poteſt maior Magiſtratus exercere iuriſdictionem *c. cum epiſcopus. 7. de off. ordin. in 6. l. pupillus. 239. §. territorium. de verb. ſignific.* prout declarat *Matth. Coler. de proceſſ. execut. cap. 1. p. 2. n. 161.*
6 *vſque ad n. 165.* † Cum aliàs iuriſdictio minoris iudicis non expiret per aduentum ſuperioris *Doct. in c. 2. de offic. deleg. Auffr. ad deciſ. Cappel. Tholoſ. 431.* & facit *tex. in c. peruenit. in fin. d. q. 1. c. eccleſia. diſt. 95. l. in hac ſacratiſſima. 30. C. de donation. Bart. & alij. in l. 3. C. de metat. & epidem. lib. 12.* latè *Coler. d. c. 1. n. 161. cum ſeq.*
7 Ideo quando in eadem Ciuitate, † vel oppido adeſt Princeps cum iudice inferiori electio eſt perſonæ miſerabilis, vt conueniatur coram quo velit, cum ob prẽſentiam, Principis non ceſſet iuriſdictio minoris magiſtratus *Couar.* in ſpecie *pract. quæſt. c. 7. n. 5. col. pen. verſ. ſextò deinde. Menoch. de arbitrar. in addit. caſ. 66. nu. 45. verſ.*
8 *extenditur decimo.* † Cum etiam competat electio reo, non actori, quando reus habet plures iudices ex priuilegio *Bald. in l. eum clericis. C. de epiſc. & cler. Socin. conſil. 94. colum. 2. lib. 3.* Quidquid aliud ſit in reo habẽte plures iudices ex iure communi, quo caſu actor eligit *Couar. lib. 15. var. reſolut. c. 18. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio non datur eius quod non eſt.*
2 *Prorogatio an poſſit fieri in ultimo momẽto primi termini. & n. 3.*
4 *Iuriſdictio expirat per deſertionem cauſæ, itaut poſſit opponi etiam vtraque parte proſequente.*
5 *Sententia ſecunda nulla, non poteſt impedire executionem primæ tranſactæ in iudicatum.*
6 *Iudex poteſt confirmare, non infirmare ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum.*

DECISIO XXXI.

¶ N. 10. in princ. *poſt verb.* ſecus autem poſt.

1 Non enim poteſt prorogari illud quod non eſt † *Caſtr. in l. 1. ante fin. C. de dilation. Felin. in cap. de cauſis. col. 1. poſt med. uerſic. dicunt hic. de offic. deleg. Dec. conſil. 93. pro tenui Mandoſ. reg. 34. de annal. q. 76. n. 2.*

¶ N. 11. *poſt verb.* onus conſ. 101. n. 13.

Itaut ſufficiat prorogationem fieri in vltimo
2 momento primi termini † *l. ſed ſi manente. 5. de precar. Bald. in c. de cauſis. col. 3. uerſ. quid ſi prorogatio. de off. deleg.* vbi *Felin. in 2. declarat. col. 2. in fin. Tiraq. Caſſan. Salicet. Dec. & alij, de quibus per Mandoſ. reg. 34. de annal. q. 77. nu. 2. & 3.* Vbi quod eſt cõmunis opinio, quando fu-
3 mus in termino per legem ſtatuto, † quidquid dicat *Pariſ. conſil. 49. ad primum uidetur. n. 33. lib. 4.*

¶ N. 14. *poſt verb.* lib. 5.

Et adeo iuriſdictio expirat poſt deſertionem cauſæ *Doctor. in clemen. ſi appellationem. de appel-*
4 *lat.* † Vt poſſit quoque opponi de nullitate iuriſdictionis etiam vtraq; parte proſequente *Felin. in cap. cum contingat. nu. 7. cum ſeq. de off. deleg. Alex. conſ. 59. uiſo titulo quæſtionis præmiſſa. col. 3. num. 7. uerſ. dico quod prima ſententia trãſiuiſſe. lib. 4.* Vbi quod ſi poſt tempus datum ad proſequẽdum appellationem feratur ſenten-

5 tia infirmans primam eſt nulla, † itaut appellans poſſit petere executionem primæ, cui non obſtabit ſecunda, quæ tanquam nulla non poteſt impedire tranſitum primæ in iudicatum. *Hoſt. & alij. in c. ex ratione. de appeſtat. Bald. in c. ſancimus. ad fin. quo tempor. mil. & in auth. ij qui. de tempor. appellat.* Quidquid aliud ſeruetur quando iudex confirmaret ſententiam, quæ ob
6 deſertionem tranſiuit in iudicatum, † cum hoc poſſit facere, licèt prohibeatur infirmare, prout de huiuſmodi ſtilo teſtatur *Vital. in clem. ſi appellationem. de appellat.* & ita paſſim ſeruari dicit *Mohed deciſ. 293. Rot. coram* R. P. D. *Robuſter. Seguntin. Canonicatus & præbendæ 11. octobris. 1563. & coram* R. P. D. *Graſſ. Pampilonen. augmenti ſeruitij. 28. maij. 1574.*

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens monaſterium intra annum profeſſionis habitur pro perſona Eccleſiaſtica quoad euitandam iuriſdictionem ſecularem.*
2 *Nouitius egreſſus monaſterium quando habeatur pro præſente, & poſſit adimplere annum probationis reuertendo ad illud.*
3 *Annus probationis debet eſſe continuus.*

DECISIO XXXV.

¶ N. 15. in fin. *poſt verb.* alijs ſupra allegatis.

ET facit quod dicitur de ingrediente Mo-
1 naſterium intra annum profeſſionis. † qui habetur pro ingreſſo, & pro perſona eccleſiaſtica quo ad euitandam iuriſdictionem ſecularem *Iaſ. in l. eum quadam puella. n. 13. verſ. & quod dicitur in religioſo. de iuriſd. omn. iudic. Marſil. ſing. 534. ad fin. Caball. reſolut. crimin.*
2 *caſ. 108. in fin. nu* 20. † Quemadmodum etiam eſt in Nouitio, qui de licentia ſuperiorum exiuit de monaſterio propter malam valetudinem, habetur enim pro præſente, ac ſi nunquam fuiſſet egreſſus, & poteſt adimplere annum probationis coniungendo primum tempus cum ſequenti, quaſi non eſt per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, Ideo debet iudicari, & haberi pro impleta *Gonzal. Mendez. vaſconcell. lib. 2. var. iur. argum. cap. 15.* vbi teſtatur ita reſolutum *per* Sacram Congrega-
3 *tionem Concilij. dixi diſceptat. c. 109.* † Quamuis aliâs iſta tempora non coniungantur, cum annus probationis debeat eſſe continuus *Abb. & Anchar. in c. ad apoſtolicam. de regular. Silueſt. in verb. religio. 5. q. 4. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſuppletorium in cauſa magna non datur niſi probatio ſit pluſquam ſemiplena.*
2 *Domnius non tenetur pro famulo in facto momentaneo. & n. 3.*
4 *Scientia ſola domini an illum obliget. vt teneatur pro delicto famuli.*

DECISIO XXXVI.

¶ N. 5. *poſt verb.* col. 2. in fin. n. 6.

Quæ magis procedunt, cum ſimus in cauſa infra centum, Nam aliâs ſi eſſet maior, non ſolet de-
1 ueniri ad iſtud iuramentum, † quaſi tunc requiratur probatio pluſquam ſemiplena *Abb. in in cap. mulieri. col. 4. de iur. iur. Alex. conſ. 122. viſo proceſſu. n. 7. col. 2. ad med. verſ. & licet dictum iuramentum. lib. 2. & conſil. 42. in cauſa & lite. in fin. lib. 7. Marſil. ſingul. 27. iuramentum. Boer. deciſ. 85. nu. 3. Put. deciſ. 43. num. 3. lib. 2.* & paſſim hoc ſeruari in omnibus cauſis dicit *Rot. coram Card. Seraphin. Roman. dohanæ Salis. 15. martij. 1582.*

¶ N. 19. *poſt verba.* & §. 1. de noxal. action.

Cum regulariter Dominus non teneatur pro
2 facto ſerui, vel familiæ, † præcipuè quando factũ eſt momentaneũ, non ſucceſſiuum, & nullum commodum afferens Domino *Iaſ. in l. ciuitas. num. 4. ff. ſi cert. pet. Alex. in l. pupillo. §. ſi quis prætori. de noui oper. nunciat.* Ratio quia vbi cauſa eſt ſucceſsiua, tunc Dominus non prohibendo præſumitur accomodare eius
3 conſenſum † *cap. dilectus. de ſent. excommunic. in 6. Abb.* in ſpecie *in cap. cum cauſam. 37. poſt gloſ. in verb. tempore. num. 19. verſ. ſed an ex facto amiſes. & in cap. conſtitutus. 45. in fin. verſ. no-*
4 *ta vltimo. de teſtib.* † Neque etiam ſola ſcientia Domini eum obligaret, quando prohibere non poſſet, ſecus ſi adſit voluntas ipſius, itaut illa præſumatur *Bart.* & alij *in d. §. ſi quis prætori. n. 19. Roman. conſ. 68. in princ. num. 2.* In caſibus tamen Domino commodum afferentibus *Alexan. conſ. 69. viſa facti. col. 2. verſ. fortificantur. num. 5. lib. 2. Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. num. 117.*

SVMMARIVM.

1 *Interpreatio concilij ad quem ſpectat.*
2 *Diſpoſitio Concilij quo ad renunciationes faciendas per ingredientes monaſterium habet locum etiam in donationibus. Secus in teſtamentis. num. 3. & 4.*
5 *Præſentia parochi in matrimonio an ſufficiat ſi fuerit caſualis & repentina. n. 7. & 8.*
6 *Inſpiciendum eſt quod principaliter agitur, non quod incidenter.*
9 *Matrimonium an valeat coram parocho, & teſtibus ambulantibus, vel coram parocho inuito. n. 10. & 11. nolente intelligere. n. 12.*

DE-

DECISIO XXXVII.

¶ *N. 3. in fine poſt uerba.* quod alijs prohibetur.

Cum illius inrerpretatio ſpectet ad Summum
1 Pontificem, † & Illuſtriſſimos Cardinales ab eo
deputatos *Ant.Cuce.lib.2.inſtit. tit. 3.de concil.*
*œcumen n.60.*Quia interpretatio canonum cō-
ceditur habenti facultatem illos condendi *cap.*
cum veniſſent.de iudi.l.in prætorijs.9.de prator.
ſtipulat.

¶ N.9. *in fin. poſt illa uerb.* p. 1. lib. 3.

Et reſolutionem Sacræ Congregationis Conci-
lij latiſſimè defendit *Menoch.de arbitr.in addit.*
caſ.436.num.3.vſq; ad num.10.vbi num.5.dicit
ſatis mirandum de *Nauar.* qui contrarium
concludit, prout etiam de *gudouic. Molin. de*
2 *iuſt. & iur. diſput. 139.col. 8. verſ. ambiget.* †
Et quemadmodum Concilium loquitur in re-
nunciatione, Ita etiam habebit locum in dona-
tione, quæ in effectu non diſtat à renunciatione
Dec. in l. poſt qu m liti. num. 16. C. de pact. &
in ſpecie Concilij reſoluit *Menoch. d. caſ. 439.*
num.10.

Non tamen diſpoſitio eiuſdem Concilij, & illis
3 ſolemnitas procedet in teſtamentis, † cum lo-
quatur ſolum in renunciationibus, & contra-
ctibus *Zened.collect.50.par.1. num.3.Gracian.*
neg.456.nu.7. quidquid dixerit *Spin. in specul.*
teſtam. gloſ.12.de legat. relict.mon. num.30.&
dubitet Guter. in cap. quamuis. in verb. dum
4 *nuptui.nu.4. de pact.in 6.* † Cum contrarium
ſit verius, vt per *Menoch. d. caſ. 436. in addit.*
nu. 16. Ideo ingrediens Monaſterium poterit
facere teſtamentum ſine dicta ſolemnitate, quod
non rumpetur per ingreſſum religionis, ſiue
cogitauerit de ingreſſu, ſiue non *Aretin. Abb.*
& alijs per *Couarr. in c.2. nu. 5. verſ. ipſe vero*
de teſtam. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 20. requiſ.
29. lib.2.par.2. num.29. declar.2. fol.83. Craſſ.
in §. teſtamentum. quaſt. 34. verſic. ſed & hoc
caſu. num. 3. Licet intelligat, quando non
cogitauit de ingreſſu poſt *Clar. & alios ibi per*
eum allegatos.

In caſibus tamen, in quibus requireretur iſta ſo-
lemnitas præſentiæ, conſenſus, ſeu interuentus
alicuius pro fama tàm in ingrediente Mona-
5 ſterium, quàm in alijs ſimilibus actibus, † non
ſufficeret, ſi caſualiter, & repentinè huiuſmodi
præſentia adeſſet, cum non dicatur abeſſe, vel
adeſſe, qui cauſaliter abeſt, vel adeſt *l. quæſi-*
tum.78.de leg.3.Mando.conſil.18.num.13.Abb.
in c.rodulphus.n.9. de reſcript.Boer.deciſion.13.
num. 51. Ratio eſt, nam debet attendi, quod
6 principaliter fit, † non quod incidenter, & à
caſu *Iaſ.in l.ſi quis nec cauſam. in princ. verſic.*
& ex his habes nu.3.ſi cert. petat. & ita fuit de-
claratum, *per Sacram Congregationem Concilij*
quo ad intellectum eiuſdem *Concilij. Trid.cap.1*
7 *de reformat.matrim.ſeſſ.24.* † dum dixit, quod
Parochus debet eſſe præſens matrimonio, vt
appareat adhibitum fuiſſe à contrahentibus,
ſecus ſi præſens caſu interueniſſet; Nam ſi con-
trahatur matrimonium per verba de præſenti
coram Parocho, & cum alijs requiſitis de qui-
bus in Concilio, ſi tamen parochus non fuit
formaliter adhibitus; ſed dum forſan adeſſet
cauſa, conuiuij, confabulationis, aut ſimilis,
poterit ab huiuſmodi contractu recedi ratione
iſtius defectus: Intelligendo tamen dummodo
alia non interuenerint, quæ arguant parochum
adhibitum fuiſſe à contractibus ad actum ma-
trimonij, quamuis ex alia cauſa eſſet vocatus,
prout *eadem Sacra Congregatio Concilij decla-*
rauit cuius verba refert *Gonzal. ad reg.8. can-*
8 *cel. gloſ.48. num.35.* † Cum etiam valeat ma
trimonium coram parocho ad alia vocato, vel
cauſaliter exiſtente, ſi poſtea adhibeatur ad il-
lum actum *Nauarr. conſil. 11. de clandeſt. de-*
ſponſat. lib. 4. Ignat. Lopez. ad Diaz. in prax.
c.75. verſic. tertio licet. & verſic. quintum du-
bium. in tit. clandeſt. nupt. intereſſent. Spin de
teſtam.gloſ.15.num.48.Medin.in ſumm.cap.16.
9 *§. 13.* † Prout etiam valet coram teſtibus, &
parocho ambulantibus, & tranſeuntibus, in-
telligentibus tamen verba contrahentium *Le-*
deſm.de matrim.quaſt.45.art.5.verſic.ex dictis
ſequitur *Ceual. q.604. num.69. dub. 46.* Que-
madmodum etiam eſſet validum matrimoniū
10 coram Parocho, † licet non conſentiat con-
tractui matrimonij, vel etiam ſi inuitus trahe-
retur, vt præſens ſit illi actui *Gundiſal.Mendez.*
Vaſcontel.lib.1.diuerſ.iur.argum. cap.10. nu.1.
Quaſi non ſit actus, in quo requiratur auctori
tas Parochi *Nauar. conſil.47. & 52.de ſponſal.*
11 *lib. 4.* Sed tamen præſentia, † Sicut dicimus
de emancipatione ſecundum *Angel. in l.ſi con-*
ſul.num.3. de adoption. Et facit *tex. in l.coram*
in verb. ſignif. vbi quod iuſſum eſt etiam illo
inuito rectè fit; Prout magis valeret matrimo-
12 niū ſi parochus data opera nollet audire, † vel
intelligere, quia cum data opera faciat ne au-
diat cenſetur audire, & intelligere *l. cum filia*
ff.ſolut.matrim. l.cum ita.33. in princ. de leg.1.
& ita reſoluit *Sacra Congregatio Concilij vt per*
Ignat.ad Diaz. in prax.c.73. Nauar.conſil.20.
lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Obijciens marito non adhibuiſſe medicum in infirmitate vxoris quid teneatur probare.*
2 *Tutor non conuertens pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum non obligatur, ſi non probentur extare prædia.*
3 *Alimenta an debeantur filio, qui poteſt ſeruire Principi, vel ire ad bellum, & habere ſtipendia. & n.4.*
5 *Teſtamentum, in quo non fuerunt adhibiti teſtes Mantuani, vt requirebatur, valet ſi non probetur illos potuiſſe interuenire.*

DECISIO XXXVIII.

¶ N. 2. *in fin. poſt verba* . gloſ. 3. n. 127.

PRout dicimus de eo, qui objjcit marito,
1 quod non habuerit medicum, † tenetur
enim probare medicos extare, & quod facile
fuiſſet marito illos adhibere Bart. *in l. ab hoſti-
bus. §. ſi vir. ff. ſolut. matrim. Alex. conſ.* 123. *n.* 3.
lib. 7. *Rol.* qui de communi *de lucr. dot. q.* 64.
num. 18.
Idem in objjciente tutori, quod pecuniam pupi-
2 larem non conuerterit in vſum prædiorum, †
nam eſt probandum in eo loco tunc extitiſſe
prædia venalia *Bartol. in l. tutor. qui reperto-
rium. §. ſi poſt depoſitionem. in fin. de adminiſtr.
tut. Surd. de alim. titul.* 9. *quæſt.* 28. *num.* 10.
Vbi ex hoc infert deberi alimenta filio, qui po-
3 teſt ſeruire Principi, vel ire ad bellum, † & ha-
bere ſtipendia ſecundum ſuam conditionem,
Quidquid contrarium ſequatur *Curt. Iun. conſ.*
148. *num.* 15. Cuius opinio quamuis eſſet vera
procederet, dummodo probaretur extare ali-
4 quem Principem, † qui libenter, & facile illius
opera eſſet vſurus, Et multis ſimilibus compro-
bat *Surd. conſ.* 39. *n.* 14. *Burſat. conſ.* 307. *nu.* 37.
vbi de allegante nullitatem teſtamenti, quia
non fuerunt adhibiti teſtes Mantuani ſecun-
dum diſpoſitionem ſtatuti, nam debet probari
5 quod exiſterent tales teſtes in loco, † qui adhi-
beri facile potuiſſent, cum forſan temporis
breuitas non pateretur illos eccerſiri *Roland.
conſ.* 30. *lib.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio requiritur in actionibus qui depen-
det à voluntate duorum.*
2 *Pænitentia eſt locus antequam actus ratifice-
tur licet notarius pro abſente acceptauerit.*
3 *Acceptatio abſentis probatur per ſigna, & con-
iecturas, & per ſolam ſcientiam cum tacitur-
nitate. n.* 4.
5 *Scientia probatur per coniecturas, & per vnum
teſtem. n.* 6.
7 *Conſenſus qui poteſt actum annullare ſatis eſt
vt quandocunq; interueniat.*
8 *In donatione facta duobus abſentibus ſufficit
acceptatio vnius, vt ſuffragetur alteri Condo-
natario. Intellige vt n.* 9.

DECISIO XXXIX.

¶ N. 8. *poſt verb.* niſi acceptanti.

l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. 1. *l. nemi-
1 nem. de leg.* 2. *gloſ. in c. ſi tibi. de præb. in* 6. †
Prout regulare eſt in omnibus actibus qui de-
pendet à voluntate duorum, vt requiratur ac-
ceptatio *l. ædiles. de ædil. edict.* & latè multos
ſimiles caſus adducit *Ludou. Molin. de pri-
2 mogenit. lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 58. † Ideo ante ratifica-
tionem abſentis ſemper erit locus pænitentiæ,
quamuis notarius acceptauerit nomine illius
Couar. lib. 1. *var. reſol. c.* 14. *n.* 12. cum alijs per
Tiraq. de iur. conſt. p. 3. *lim.* 20. *n.* 49.

¶ N. 10. *poſt uerb.* conſ. 474. nu. 20. lib. 3.

Ideo acceptatio abſentis non ſolum probatur per
verba, facta, ſigna, coniecturas, & adminicula
3 latè † *Roland. conſ.* 19. *num.* 34. *cum ſeq. lib.* 1.
Rot. diuerſ. deciſ. 690. *lib.* 3. *p.* 3. ſed etiam per
ſolam ſcientiam, cum taciturnitate *Couar. in
rub. de teſtam. par.* 3. *num.* 13. *poſt med. verſ. ve-
rum ſi donatarius. Rot. diuerſ. deciſ.* 663. *num.* 2.
p. 1. *& coram* Cardin. Seraph. Rauennaten. *do-
nationis.* 29. *aprilis.* 1596. *& coram* R. P. D.
Robuſterio. Roman. *fideiuſſionis.* 28. *ianuar.*
1587. Ratio eſt quia ex quo actus affert vti-
4 litatem præſumitur † ex ſola ſcientia accepta-
tio *Cephal. conſil.* 33. *nu.* 19. *Burſat. conſil.* 118.
num. 4. Rimin. Iun. *conſ.* 108. *num.* 13. *lib.* 1. *Dec.*
Socc. Menoch. *& alij de quibus per* Surd. *deciſion.*
206. *in fin.* Itaut d. ſcientia probetur per con-
5 iecturas † *Ruin. conſ.* 42. *proponitur. num.* 21.
lib. 11. *Dec. in l. eius qui in prouincia. §. quod ſi
ſtipulatus. num.* 9. *ſi cert. pet.* Bart. *in l. qui roma.
6 §. duo fratres. quæſt.* 3. *de verb. obligation.* † im-
mo etiam per vnum teſtem, quia ſufficiunt con-
iecturæ, multo magis vnicus teſtis *Natt. conſ.*
231. *num.* 2. *Surd. deciſ.* 221. *num.* 11. Vbi etiam
quod admittuntur teſtes ſingulares *Aim. conſil.*
77. *nu.* 33. *in fin.* Itaut etiam ſufficiat quando-
7 cunq; conſtare, † quod donatarius velit, cum
conſenſus, qui poteſt actum annullare, ſatis ſit
quod quandocunq; ſuperueniat etiã poſt mor-
tem donantis, per quam donatio euaneſcit latè
Surd. d. deciſ. 206. *n.* 7. 8. *&* 9.
Amplius in donatione facta duobus abſentibus
8 ſufficeret acceptatio vnius, † ſuffragetur al-
teri Condonatario, & non ſit locus pœnitentiæ
l. quoties. C. de donation. quæ ſub. mod. Rot. *co-
ram* Cardin. Seraphin. Vrbeuetan. *hæreditatis.*
15. *iunij.* 1580. *& deciſ. diuerſ.* 683. *num.* 8. *p.* 1.
quam refert, & ſequitur *Gonzal. ad reg.* 8. *can-
cell. gloſ.* 26. *n.* 26. Dummodo per ſtatutum in
9 acceptatione forma aliqua non requiratur, †
prout in actu illius regulæ, de cuius acceptatio-
ne *Idem Gonzal. ibid. gloſ.* 38. *cum ſeq.* Quia o-
miſſio formæ reddit actum nullum *Fel. in c. in
nomine domini. in prin. de teſtib. Aim. conſ.* 170.
col. fin. nu. 11. *poſt gloſ. in clem.* 1. *de iur. patron.
Abb. conſ.* 66. *in fin. lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Supplementum congruæ dotis non datur mo-
niali, ſeu monaſterio ſi fuit data dos ſolita,
quamuis ſit exigua reſpectu quantitatis pa-
trimonij, & dotium datarum ſororibus nup-
tis. n.* 2. *&* 9.
3 *Impenſa maior requiritur in nubente, quàm in
eo, qui ingreditur monaſterium.*
4 *Redditus dotis non ſolent ſufficere pro ſuſten-
tatione vxoris, & familiæ.*

5 *No-*

5 *Nobilitas non perditur per ingreſſum mona-
ſterij.*
6 *Inter moniales non fit diſtinctio nobilitatis.*
7 *Moniales non egent niſi alimentis non pompa
requiſita in nuptijs.*
8 *Dos dicitur competens quæ datur ſecundum
conſuetudinem monaſtery.*
10 *Legatum de ſcutis mille ſi mulier nubat, & de
ducentũ ſi monacha efficiatur an valeat. n. 11.*
12 *Renunciatio hæreditatis paternæ facta per mo-
niales an præiudicet monaſterio quando fuit
data dos competens. n. 13.*

DECISIO XL.

¶ N. 7. in fin. *poſt verb.* Matth. c. 6.

IDeo aliàs Dixi non dari ſupplementum con-
1 gruæ dotis moniali, ſeu Monaſterio, † in
quod illa eſt ingreſſa, ſi fuerit ſoluta dos cõſue-
ta dari, quamuis ſit nimis exigua, & modica at-
tenta dignitate familiæ, & quantitate patrimo-
nij, & habito reſpectu ad dotes ſororibus nup-
tis aſſignatas *Salic. in auth. ſed quãuis. n. 4. verſ.
ad rationem.* C. *de rei vxor. act. Dec. conſ. 26.
2 n. 4. verſ. ſi vero mulier.* † Cum naturalis æqui-
tas, & communis obſeruantia ſuadeat minus
dari ingredienti monaſterium, quàm nubenti
*Bald. in auth. niſi rogati. n. 1. verſ. hac ratione.
C. ad trebell. Iaſ. conſ. 43. col. 4. in fin. lib. 3. &
in auth. ſi qua mulier. n. 10. col. 2. verſ. ſed con-
3 trariam opinionem. C. de ſacroſ. eccleſ.* † vbi in
nubente quod requiritur magna impenſa, vt ido-
neum maritum condecentem, cum pro minori
reperiat monaſterium *Couar. lib. 1. var. reſolut.
c. 19. n. 10. in fin. Vrſill. ad Affl. deciſ. 348. n. 21.
verſ. ſed tamen audio.*

Immò redditus dotis non ſufficiunt regulariter
4 pro ſuſtentatione vxoris, † & expenſarum,
quæ fiunt pro victu, decore, & ornatu ipſius
*Purpur. conſ. 330. num. 7. verſ. ex cuius dictis
patet reſolutio. lib. 1. Surd. de alimen. titul. 9.
q. 37. num. 20. & q. 43. nu. 40. Monter. deciſ.
Aragon. 29. num. 27. in fin. & deciſ. 13. nu. 58.*
Et in monialibus non conſideratur dignitas fa-
5 miliæ, † Quamuis enim per eius ingreſſum non
perdatur nobilitas *Rom. ſing. 17.* Tamen diſtin-
6 ctio nobilitatis nõ fit inter eas, † cũ omnes ſint
æquales *c. fin. de ſtat. regul. Abb. in c. dudũ. 22.
il 1. n. 2. verſ. in religioſis vero. de electio*n.

Prout neque conſideratur quantitas patrimonij
ob paupertatem electam *cap. nimis el 1. de ex-
ceſſ. prælat.* Nec dos alijs ſororibus conſti-
tuta, cum de carnali matrimonio ad ſpiritua-
lem non bene arguatur, quaſi Moniales non
7 egeant niſi alimentis, & ſuffragio vitæ, † non
pompa, honoribus, & alijs, quæ pro liberis, &
familia requiruntur in nuptis *Socc. conſ. 222. in
fin. lib. 2. Menoch. conſ. 69. nu. 16. in fin. & n. 2.
verſ. nam ſi agitur.* Et competenter dicitur do-
tata, quæ habuit dotem iuxtà conſuetudinem
8 Monaſterij, † ita vt per eam ſatisfiat etiam ſta-
tuto excludenti à ſucceſſione dotatam *Corn.
conſ. 316. nu. 6. verſ. hoc ſemper mihi placuit.
col. 4. in fin. Ancbar. conſ. 107. n. 2.* & iſta eſt ve-
rior opinio, quidquid dicat *Affl. deciſ. 348.*
prout teſtatur, & ſequitur *Rot. coram* R. P. D.
9 *Ludouiſio. Romana dotis. 21. Iunij. 1603.* † vbi
fuit iudicata dos congrua ſcutorum 500. tan-
quam ſolita dari Monaſterio pro filia moniali,
quamuis ſoror fuiſſet nupta cum dote ſcuto-
rum 14000. non obſtante dignitate familiæ, &
quantitate patrimonij, & ſtatuto Vrbis exclu-
ſiuo fœminarum, dummodò ſint dotatæ, & non
obſtante *deciſ. 2. Mohed.* vbi quod filia debet ha
10 bere mille tàm monachando, † quàm nubendo
ſi fiat legatum de mille, ſi nupſerit, & de cẽtum
ſi ingrediatur monaſterium, quia Rota non ſe-
quitur dictam opinionem, ſed potius cõrrariã,
quam dicit magis communem *Caſtr. in l. titia
ſi non nupſerit. nu. 2. de condit. & demonſtrat.
Dec. conſ. 419. n. 2. verſ. ſed capio ſecundum du-
bium. col. 2. Iaſ. conſ. 43. col. 4. in fin. verſic. non
obſtat quarto deciſio. lib. 3. latè Menoch. conſil.
169. n. 18. & 20. in fin. lib. 2.* vbi de veriori opi-
nione teſtatur, & de communi obſeruantia to-
11 tius Italiæ; † Et quatenus alia opinio proce-
deret; prout illam dicit veriorem *Roland. conſ.
35. n. 26. lib. 3. Surd. conſ. 192. n. 10. lib. 2.* Ideò
admittitur, quia ſumus in diſpoſitione hominis
habente particularem rationem, vt non admit-
tatur conditio nuptiarum reſpectu volentis in-
gredi religionem tanquam turpis *Felin. in cap.
in præſentia. n. 37. verſ. ſed propter hoc non eſt
recedendum. col. 16. in fin. de probat.*

Non obſtat quod renunciatio paternæ hæreditatis
12 factæ per Moniales † non præiudicet Monaſte-
rio *Ruin. conſ. 204. lib. 1. Corn. conſ. 272. lib. 3.*
Quia contrarium eſt magis verum, & commu-
ne quando Monialis eſt competenter dotata,
quamuis læſio probaretur, quæ in ea non conſi
deratur propter vitam pauperem, quam elegit
*Bart. in l. fin. n. 8. C. de pact. Alex. conſ. 33. n. 4.
lib. 4. late Aldobrand. conſ. 26. nu. 38. cum ſeq.
Rot. coram* R. P. D. *Penia* qui de magis commu-
ni *Vlixbonen. legitima. 27. Nouemb. 1595. poſt
Dec. conſil. 31. col. fin. verſic. vltimo non obſtat.
13 Aim. conſ. 160. in princ.* † Maximè quando quis
proximus, & diſpoſitus ad actum ingrediendi
tale pactum facit *Purpur. in l. fin. n. 193. verſic.
tertius caſus. de pact.* licèt *ibid. n. 194.* dicat tu-
tius eſſe renunciationem fieri cum conſenſu
Monaſterij *Gaſp. Beat. de non melior. dot. c. 14.
num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus ab ingrediente monaſterium
habebit hæreditatem ante mortem naturalem
monachi ſtatim facta profeſſione. Et quid in
Monaſterio capace bonorum. n. 2. & 3.*
4 *Vſufructus redit ad filium facta profeſſione
patris quamuis monaſterium ſit capax bono-
rum. Intellige, vt n. 5. & 6.*

DECISIO XLI.

¶ N. 6. in fin. *poſt verb.* l. fin. C. de pact.

IDeo hæres inſtitutus ab ingrediente Mona-
ſterium habebit hæreditatem ante mortem
1 naturalem Monachi † ſtatim facta profeſſione,
ex quo enim Monachus vult profiteri non vide-
tur velle, quod hæreditas tranſeat ad monaſte-
rium, & ſufficit mors ciuilis, quæ fit per pro-
feſſionem Dec. *in c. in præſentia. nu.61. col.34.*
ad med. verſ. ſed tamen pro opinione. de probat.
Couarr. in c.2. n.5. uerſ. qua ratione. de teſtam.
Rip. *in l. ſi unquam. n.94. q.35. C. de reuoc. don.*
Neque obſtat, quod ſi monaſterium eſt capax bo-
norum non pertinet hæreditas ſtatim ad hære-
2 dem, † ſed poſt eius mortem, & interim viuen-
te monacho bona erunt monaſterij, & ſi hæres
viuente monacho decedat iure caduci ad mo-
naſterium perueniet hæreditas, prout intelligit
Couarr. d.c.2. nu.6. de teſtam. Soarez. *alleg. 20.*
3 *n.21. cũ ſeq.* Gratian. *reg.456. n.5.* † Quia con-
trarium eſt verius; cum ſtatim facta profeſſione
bona ad illum hæredem perueniant Imol. *in l.1.*
n.23. de teſtam. Gozad. *conſ. 41. quæritur an*
frater. n.11. Quæ procedunt in voluntate Mo-
nachi tam expreſſa, quàm tacita, & in caſu du-
bio, prout contra *Couarr.* dicit veriorem opi-
nionem C*euall. q.63. n.5. poſt Angul.* per eum
allegatum *de meliorat. gloſ.5. n.29.*
Idem in vſufructu, qui redit ad filiũ facta profeſ-
4 ſione per patrem, † non ad monaſterium quam-
uis capax bonorum, Iſte enim vſusfructus con-
ceditur à lege propter patriam poteſtatem, quę
ceſſat facta profeſſione Doct. *in l. à patre furio-*
ſo. ff. qui ſunt ſui uel alien. iur. Abb. *in c.2. n.2.*
de regular. Ergo debet ceſſare acquiſitio *Salic.*
5 *in auth. ingreſſi. in fin. q.7. C. de ſacroſ. eccleſ.* †
Secus ſi pater vſufructum aliunde haberet non
ex perſona filij; tunc enim tranſit ad monaſte-
rium, neq; conſolidatur cum proprietate, quia
requiritur mors naturalis, vt vſufructus finia-
tur Couar. *in c.2. n.8. ad med. uerſ. qui denique*
accuſatores. de teſtam. Alber. *in auth. idem eſt.*
C. *de bon. quæ liber.* Marſ. *ſing. 668. ingreſſus*
religionis qui de cõmuni C*euall. q.64. in fin.* qui
6 ita in iudicando, & conſulendo dicit tenendũ †
Licèt ſit quæſtio, quæ potius indiget Cęſarea
deciſione, & voluit Alex. *conſ.139. viſo themate*
ſupraſcripto. n.5. col.2. ad med. uerſ. pro hoc fa-
cit. lib.2. Ratio quia monachus non habetur
pro mortuo quo ad comedendum, ſeu quo ad
alimenta Gl*oſ. in auth. excipitur. uerſ. idem eſt*
in ijs. in uerb. ex l. iu prin. C. *de bon. quæ liber.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur ad profeſſionem remiſſiuè.*

DECISIO XLII.

¶ N. 26. *poſt verb.* quis tacitè profiteri.

Et quo ad profeſſionem ſeruanda eſt diſpoſitio
1 *Concil. Trident.* † *c.15. & 16. ſeſſ.25.* de qua
Menoch. de arbitr caſ.436. Guter. *canonic. quæſt.*
c.26. & conſ.5. nu.24. & pract. quæſt. lib.3. c.
36. & in c. quamuis. in verb. dum nuptui. n.4. de
pact. in 6. & in auth. ſacramenta puberum. n.6.
C. *ſi adu. vendit.* Mandoſ. *conſ.22.*

SVMMARIVM.

1 *Verba dantes vices noſtras poſita in delegatio-
ne nihil addunt.*

DECISIO XLIV.

¶ N. 10. *poſt verb.* per eum allegatos.

PRout quando in delegatione adſunt verba
1 dantes vices noſtras, † quæ nihil addunt,
quaſi Delegatus perſonam Delegantis ipſo iure
ſuſtineat, & poſſit idem quod delegans *Me-*
noch. conſ.180. n.5. lib.2. poſt Boſſ. de Princip.
& eius priuileg. nu.89. Aſin. *in prax. iudicior.*
§.3. c.3. num.6.

SVMMARIVM.

1 *Inductum in fauorem non debet in odium re-
torqueri.*
2 *Mulier contrahens per procuratorem tenetur
ſeruare ſolemnitates ſtatuti.*
3 *Mandatum factum per mulierem requirit con-
ſenſum propinquorum.*
4 *Procurator conſtitutus cum ſolemnitatibus ad
vendendum rem eccleſiæ poteſt validè poſtea
ſine illis contrahere.* Declara. *vt n.5.*
6 *Mulier forenſis faciens mandatum ad ratifi-
candum debet ſeruare ſolemnitates loci vbi
procurator ratificat. n.7. & 8.*
9 *Mulier patrona conſtituens procuratorem ad
præſentandum non tenetur ſeruare ſolemni-
tates ſtatuti.*
10 *Vacatio Eccleſiæ non debet permitti.*

DECISIO XLV.

¶ N. 2. *poſt uerba.* ff. de pact.

Idem ſequitur *Iaſ. in l. more. col.5. de acquir. hæ-*
1 *redit. Bertazol. clauſ.7. gloſ. 19. n.32.* † ob il-
lam rationem, ne quod inductum eſt in fauo-
rem mulieris in eis damnum retorqueatur *l.*
quod fauore. C. *de legib.*

¶ N. 17. *poſt verba.* ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.

Ideo etiã mulier contrahens per procurato-
2 rem tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti † *Iaſ.*
in l. 1. §. item acquirimus. n.16. col.12. in fin.
verſ. quarto pro iſta parte. de acquir. poſſeſſ.
Pariſ. conſil.98. n. 46. lib.1. Bertazol. qui de
magis communi *clauſ. 7. gloſ.19. n.7.*

¶ N. 19.

¶ N. 19. *poſt verba*. concluſ. 38. illat. 26.

Et de huiuſmodi praxi teſtatur *Lambertin. de iur. patronat. art. 9. q. 4. princ. lib. 2. part. 1.*
1 *n. 4. in fin. fol. 34.* † Vbi quod inoleuit practica, vt in mandatis expediendis per mulieres requiratur conſenſus propinquorum, & ibi etiam citat *Chriſtophorum Albericum Papienſ. in ſuo tract. Padua edito. quod mulier non poſſ. contrah. ſin. conſ. propinq.* quem poſuit *in l. tranſactionem. limit. 19. C. de tranſact. poſt* Bauer. *Aret. & alios ibi per eum allegatos*, qui omnes concludunt, quod mulier, aut minor, vt poſſit conſtituere procuratorem, debet adhibere conſenſum proximiorum.

¶ N. 24. *poſt verb.* cum alijs ibi per cum adductis.

Quidquid contrarium dicat *Soccin. conſil. 112. col. penul. in fin. n. 17. lib. 1. & conſil. 172. lib. 2.* Quia contra eum eſt verior opinio, vt teſtatur
4 *Bertaz. clauſ. 7. gloſ. 19. n. 10.* † Exemplo procuratoris conſtituti cum ſolemnitatibus ad vendendam rem eccleſiaſticam, non enim erit neceſſaria alia ſolemnitas in contractu, quem procurator facit *Feder. conſ. 100. col. 3. Bald. in l. per retentionem. ad med. verſ. ſolutio. C. de vſur. Affl. deciſ. 285. nu. 21.* Dummodo tamen non fuerit conſtitutus ſimpliciter, & generaliter ad contrahendum cum ſolemnitatibus, nam in particularibus contractibus eſſet neceſſaria
5 ſolemnitas, † Tunc enim non eſſet ſatisfactum ſtatuto, quod exigit huiuſmodi ſolemnitatem, vt appareat de vtilitate mulieris, de qua non poteſt conſtare, niſi adhibeatur plena diſcuſſio in ſingulis ſpeciebus, & contractibus *Soccin. in l. 1. §. item acquirimus. col. 3. in fin. concluſ. 8. nu. 19. de acquir. poſſeſſ. Alciat. Tiraq. & alij, de quibus per Bertaz. clauſ. 7. gloſ. 19. n. 10. in fin.*

¶ d. N. 24. in fin. *poſt verb.* ſeu conſtitutionem de qua agimus.

Amplius mulier forenſis faciens mādatum ad ratificandum in Ciuitate Anconæ in conſtitutio
6 ne procuratoris † debet ſeruare ſtatutum eiuſdem Ciuitatis *lib. 2. c. 43. de contract. mulier.* per quod diſponitur, vt in quolibet contractu mulieres debere contrahere cum conſenſu viri, & duorum conſanguineorum proximiorum ſub pœna nullitatis, ob illam rationem, quia in reſpicientibus formam, & ſolemnitatem forēſes debent ſeruare Statuta loci, in quo contractus celebratur *Bart. in l. ſi fundus. de euiction.*
7 *Oſaſc. deciſ. 114.* † & ita in ſpecie reſoluit *Rot. coram R. P. D. Oran. Romana fideicōmiſſi de Vrſinis. 11. Ianuar. & 15. Martij. 1585. & coram R. P. D. Penia. Peruſin. executionis. 17. Nouembris. 1597.* Vbi quod maximè procedit in cōſtitutione procuratoris facta per mulierem nō
8 ſolum ad lites, † ſed ad actus, in quibus poteſt lædi, tunc enim etiam in conſtitutione procuratoris requiruntur ſolemnitates, quæ in ipſo actu *Put. deciſ. 162. fuit dubitatum. lib. 1.*; Quibus adde, quod quidquid ſit in conſtitutione procuratoris in caſibus ſupra allegatis, Aliud
9 dicendum eſſet, † quando mulier patrona conſtitueret procuratorem ad præſentandum, tunc enim huiuſmodi ſtatuta requirentia cōſenſum propinquorum non haberent locum, & valeret mandatum etiam ſine dicto conſenſu, cū ſimus in materia annexa ſpiritualitati, & ſit contrahendum cum clerico præſentando, magis quam cum procuratore, & verſemur in creando Rectorem Eccleſiæ, quę omnia ſunt ſub foro Eccleſiaſtico *c. quanto. de iudic. c. cum iur. de iur. patron.* Cum præſertim in hoc verſetur
10 fauor Eccleſię, † ne diutius vacatio extendatur tanquam periculoſa, prout in terminis hāc eſſe veriorem opinionem concludit *Lambertin. de iur. patronat. art. 9. quaſt. 4. p. 1. lib. 2. num. 6. fol. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores, & eorū hæredes non præſcribunt ſpatio triginta annorum actioni ad reddendum rationem tutelæ.*
2 *Statum vt lapſis tot annis creditor non audiatur non valet ſtante mala fide.*
3 *Maritus non petendo vſuras dotales per decennium an videatur illas remiſiſſe, uel requirantur triginta anni. nu. 4. 5. & 6. Et quid in hæredibus ipſius. n. 7.*
8 *Vſura debita ex titulo lucratiuo cenſentur remiſſa ſi non petantur per decennium, ſecus in intereſſe ex cauſa onerum matrimonij.*
9 *Diuiſio probatur ex poſſeſſione cum fructuum perceptione, ſi accedat ſuſtentatio onerum, & ſpatium decem annorū inter præſentes, & viginti inter abſentes.*

DECISIO XLVI.

¶ N. 5. *poſt uerb.* Gabr. conſ. 148. lib. 1.

Amplius neque tutor, aut eius hęres præſcribit ſpatio triginta annorum actioni
1 ad reddendum rationem tutelę, † quaſi videatur eſſe in mala fide, cum habeat in manibus inuētarium, & libros rationum, ex quibus poteſt facile habere ſcientiam rei alienę, vt latè concludit *Surd. cons. 296. per tot.* dixi *c. 52. diſcept. forenſ.* vbi etiam quod non obſtabit ſtatutum
2 diſponens, † vt lapſis quindecim annis continuis creditor non audiatur, & ipſo iure, & facto ſit ſtatim excluſa omnis obligatio iuxta deciſionem *Rot. coram R. P. D. Gipſio, auximan. tutelæ. 23. Ianuar. 1593. cū alijs in d. c. 52. allegatis.*

¶ N. 10. ad med. *poſt illa uerb.* præſumpt. 125.

Ideo dicimus maritum, qui longo tempore tacuit non petendo vſuras dotales videtur illas remi
3 ſiſſe, † ita vt excludatur ab illarum petitione

l. cum

l.cum quidam.§.diuus.de vſur. *Bald.conſil.464.*
poſt biennium.lib.3. *Iaſ.in §.fuerat. n.20.col.5.*
ad med. verſ. ſupraſcripta omnia.inſt. de action.
qui licèt contrarium ſequatur, tamen dicit ſin-
gulariſſimum, & ſupra omnium æſtimationem,
& literis aureis ſcribendum, quia vtile, & quo-
tidianum. *Alex. conſ.74. viſo titulo quæſtionis.*
col.3. verſ. ſecundo principaliter.n.8.lib.5. *Ceph.*
4 *conſ.85.n.13.* † Quod magis eſt in caſu noſtro,
cum ſimus in ſpatio viginti annorum, & tamen
in marito dicunt Doctores ſufficere curſum de-
cennalem *l. vir uſura. ubi gloſ. de donat. int.*
uir. & uxor. *Rom.conſil.517.in caſu propoſita.*
col.6.n.14.verſ.ſecundo tamen. *Alex.conſ.56.in*
praſenti conſultatione.n.6.col.1.in fin. uerſ.ſed
an alimenta.lib.4.

¶. N. 1. *poſt verb.* cum alijs ſupra allegatis.

Nec facit quod dicebatur de marito. Quia verior
eſt opinio neque in eo ſufficere curſum decem
annorum, vt excludatur à petitione vſurarum
5 dotalium, † quæ ſiue debeantur iure actionis, ſi-
ue officio iudicis non tolluntur niſi ſpatio tri-
ginta annorum; Etenim diſpoſitio *d.l.cum qui-*
dam §.diuus.de uſur. inducens præſumptionem
tacitæ remiſſionis ob curſum decem annorum
non ſufficientis ad præſcribendum procedit in
vſuris odioſis, quod non eſt in caſu noſtro, cum
non tractetur de lucro; prout neq; in marito
Aret.in §.fuerat.n.9.inſt. de action. *Bart. in l.*
quæ dotis. n.4.ſolut.matrim. *Surd de alim.tit.1.*
6 *q.42.n.94.& 95.* † vbi etiam latè diſputat, &
concludit in marito requiri tempus triginta an
norum, cum *Bald.* & alij ex aduerſo allegati cō-
trarium tenentes non ſint approbati *Lup. in c.*
per veſtras.in 3.notab.§.1.in fin. col.2. uerſ. ad
idem facit. & uerſ. communiter tamen. fol.311.
de donat.int.uir.& uxor. *Natt.conſ.495. nu.3.*
Oſasc. decis.132.per tot. Vbi intelligit viuente
7 viro, † ſecus in hæredibus ipſius *Rol.conſil.65.*
lib.4. qui ita iudicauit cum *Bece.* in Senatu Mō
tisferrati conſulente *Surd.* vt ipſe teſtatur *de*
alim.tit.1.q.42.n.110.& 121. *Aret.* *Dec.* *Gram-*
mat. & alij de quibus per Mandos.ad Rom.conſ.
517.in verb. conſilium. & eſt deciſio *Rot.coram*
R. P. D. *Oran. Roman. fructuum dotis de Ce-*
8 *ſis.19.Octobris.1594.* † Vbi quod vſuræ debi-
tæ ex titulo lucratiuo cenſentur remiſſæ ſpatio
decem annorum, cum ſecus ſit in intereſſe debi
to ex cauſa onerum matrimonij latè *Surd.con-*
ſil.290.n.13.lib.2.

¶. N. 13. in fin. *poſt verb.* vſque ad n. 105.

Alex.cons.56.col.ult.lib.4. *Iaſ.in §. fuerat.n.21.*
inſtit. de action. *Rot. coram* R. P. D. *Oran. Ro-*
man. fructuum de Ceſis.19.Octobris.1594.

¶ N. 15. in princ. *poſt verb.decis.103.n.39.*ad fin.

Ideo etiam ex poſſeſſione cum perceptione fru
9 ctuum probabitur diuiſio, † quando accedit
onerum ſuſtentatio *glos.in l. penult. in uerb. ſi*
maior.C.comm.diuid. Intelligendo in exactione
longi temporis ſpatio decem annorum inter
præſentes, & viginti inter abſentes *Menoch. pra*
ſumpt.60.n.31.lib.3. & fuit deciſum *per Rot.co-*
ram Card.Seraphin.Romana de Rouilijs.7.Iunij
1599. & ita loquitur *glos.in d. l.penul.arg.tex.*
in l.cum de in rem uerſ.de uſur.l.1.§.fin. de aq.
pluu.arc.l.minus.C.de acquir.poſſeſſ.

SVMMARIVM.

1 *Mulier circa dotem an poſſit facere conditionē*
ſuam deteriorem tàm constante, quàm ſoluto
matrimonio.n.2.
3 *Doti an poſſit præiudicari ſine cauſa, & quan-*
do mulier remanet penitus indotata.

DECISIO XLVII.

¶. N. 29. *poſt verb.* onere non com-
prehenduntur.

ADdebatur quod mulier circa dotem non
poteſt facere conditionem ſuam deterio-
1 rem ob publicam vtilitatem, † quæ verſatur
ne remaneat indotata *l.2.ff.de pact.dotal.auth.*
ſiue à me.C.ad uelleian. Quod procedit etiam
ſoluto matrimonio, tunc enim licet non aga-
tur de præiudicio viri, tamen ob rationem ne
ſit abſq; dote, non valet pactum vxoris ſuper
ea damnum afferens *Bart. in l. attilicinus. de*
pact. dotalib. *Castrens.in l. de fideicommiſſo. de*
transact. *Afflſ. decis.154.* *Ruin.conſil.53.nu.11.*
2 *lib.2.* † Licèt iſta non ſint tuta, cum procedant,
quando mulier diſponit de dote conſtante ma-
trimonio, etiam ſi conferat pactum, & diſpo-
ſitionem in tempus ſoluti matrimonij, ſecus
quando illo diſſoluto contraheret, tunc enim
valet pactum, quamuis præiudicium afferat
vxori *glos. in l. cum dos. in uerb. nocebit. de*
pact. dotal. *Bart. in l. haredes. §.filia familias.*
3 *de pact.* *Surd. cons.112. num.33. lib.1.* † Vbi
etiam addit prædicta eſſe intelligenda quando
mulier faceret huiuſmodi pactum in dotis præ
iudiciū nulla cauſa ſubſiſtente, ſecus ſi adſit ra-
tio legati, ſeu vſufructus, quem videtur vxor
plus æſtimare, quàm dotem, ſeu quando mulier
remaneret penitus indotata, vel ſi ei nihil da-
retur in recompenſationem dotis, videlicet in
pacto gratuito, & in alijs caſibus, de quibus
Surd. ibid. n.34. uſq; ad n.37. *Eugen.conſil.93.*
num.18.

SVMMARIVM.

1 *Remedium quorum legatorum ceſſat quando*
non eſt locus falcidiæ.
2 *Fideiuſſio non datur occaſione legis falcidiæ*
vbi illa non debetur.
3 *Falcidia nō detrahitur ex legato alimentorum*
facto pauperi quando non eſt in pecunia.
4 *In legato vſufructus reſtricto ad alimenta, an*
uxor

vxor poſſit illa capere propria auctoritate.
5 *Trebellianica, & falcidia an perdatur non confecto inuentario.*

DECISIO XLVIII.

¶ N. 4. *poſt verb.* remed. 2. n. 67. in fin.

Vnde cum eſſet ratio falcidiæ debet etiam ceſ-
1 ſare remedium quorum legatorum † *Caſtr. cõſ. 291. n. 7. dub. 6. lib. 2. poſt* Cin. *in l.* 1. C. *quor. legat. latè* Surd. *conſ. 265. n. 12. lib. 2. Vbi n. 37.* intelligit, quando ſumus in claris, ſecus ſi eſt dubium, an ſit detrahenda *Corn. conſ. 37. in vlt. dub. lib. 3. Rip. in l. 1. in prin. vbi de communi ff. quor. legat.*

Prout etiam neq; erit neceſſaria cautio, quam lex requirit à legatario de reſtituendo quidquid
2 accepit, † vltra quam capere deberet ex computatione legis falcidiæ *l. 3. ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid.* cum enim non debeatur in huiuſmodi legato falcidia, neq; eſt danda fideiuſſio, quæ illius cauſa præſtatur Surd. *de alim. tit. 8. priuil.* 18. *n. 9.* Ad exemplum legati ali-
3 mentorum facti pauperi, & egeno, † de quo non detrahitur falcidia; etiam ſi excedat dodrantem hæreditatis, dummodo non ſimus in legato pecuniae ad alimenta, quod ſubijcitur falcidiae *l. 4. de alim. & cibar. legat. l. diui. ad leg. falcid.* & tam in vno, quàm in alio caſu ita declarat Surd. *d. priuil. 18. n. 2. & q. 40. titul. 9. num. 3.*

Immo quamuis legatum vſufructus eſſet reſtrictũ
4 ad alimenta ex conſuetudine Bulgari, † de qua per Doctores *in auth. hoc locum. C. de ſecund. nupt.* Tamen legataria etiam non agena poſſet capere alimenta propria auctoritate; Ratio eſt quia tunc illud dicitur legatum vſufructus, quo caſu ex iuris diſpoſitione licitum eſt capere fructus manu propria; Neq; enim obſtat limitatio ad fauorem filiorum quo ad alimenta, quia non ex hoc perditur illud priuilegium datum legato inſpecta propria ſignificatione, & primæua illius natura, quia eſt ſpecies quædam vſufructus limitata vſq; ad perceptionem alimentorum, licèt eſſet relictus ſimplex vſusfructus abſq; clauſula domina, & maſſaria *Aret. conſ. 40. col. 2. ad med. verſic. fatendum tamen.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 16. n. 6. & voluit* Dec. *conſ. 418. n. 3. & conſ. 476. concluſionem. col. fin. n. 4. Peregr. de fideicom. art. 47. n. 50. & 51. ad med.*

¶ N. 6. *poſt uerb.* relicto. n. 225.

Immo etiam perditur trebellianica, ac etiam
5 falcidia non confecto inuentario † *Cin. & Bal. in auth. ſed cum teſtator.* C. *ad leg. falcid.* & de magis communi, & veriori opinione teſtatur *Add. ad Alex. conſ. 67. uiſis & ponderatis. in uerb. trebelleanica. lib. 4.* Dec. *conſil. 480. in caſu qui contingit. col. fin. num. 16.* Quamuis in praxi contrarium ſeruetur latè *Ceual. quaſt. 26 poſt Aim. conſ. 17. col. 2. ad med. verſ. quid tenendum.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur vbi non poteſt purgari mora.*
2 *Oblatio ſufficit ad purgandam moram etiam ſi pecunia non oſtendantur.*
3 *Dictio cenſus comprehendit etiam canonem.*
4 *Cenſus nomine quid veniat.*
5 *Alimenta ſi petantur per coniunctum tanquã curatorem, ſi non apparet de cura, proceſſus eſt nullus.*
6 *Procurator quando iuuetur ex mandato ualido, ſi egit vigore inſufficientis. n. 7.*
8 *Alimenta debentur patri per filium de bonis caſtrenſibus.*
9 *Pater non habet vſufuctum in bonis, in quibus clericus filius fuit inſtitutus. Intellige vt num. 10.*

DECISIO XLIX.

N. 8. *poſt uerb.* conſ. 19. n. 240. lib. 2.

Caputaq. deciſ. 230. n. 3. p. 2. Itant neque detur
1 reſtitutio in integrum, † vbi de iure non poteſt mora purgari *Alex. in l. in lege. §. inſulam. col. 11. verſ. vltimo fallit. de uerb. obligat. idem Caputaq. deciſ. 96. p. 3.*

¶. N. 9. *poſt uerba* priuil. iuram. 48. n. 11.

Menoch. de arbitr. in addit. caſ. 232. num. 2. vbi
2 quod ſufficit ſola oblatio, † etiam ſi pecuniae non oſtendantur ad morae purgationem. Ideo datur cautela, vt creditor non conſtituatur in mora, quod idem dicat ſum paratus accipere *Alex. in l. ſi mora. n. 6. uerſ. omnes tamen. ff. ſolut. matrim.* Natt. *conſ. 631. n. 3. Surd. conſ. n. 29. li. 1. Menoc. d. caſ. 232. n. 2.*

¶ N. 15. *in fin. poſt uerb.* Hond. conſ. 51. n. 28. lib. 1.

Burſat. conſ. 252. n. 4. Surd. deciſ. 29. n. 12.

¶ N. 21. *poſt uerba.* deteriorat. n. 6.

Bero. Burſat. & alij de quibus per Surd. deciſ. 29. num. 11.

¶ N. 24. *poſt uerba.* ad defenſorem Eccleſiae.

Neq; obſtat quod quietatio fuerit pro cenſu, non
3 pro canone; † Quia dictio cenſus eſt apta comprehendere etiam canonem *c. ad aures. de reb. eccleſ. non alien.* Vnde quamuis dicatur pro annuo cenſu, vel canone nihil refert *Rota per Cardinal. Seraphin. Papien. tenuta. 27. iunij.* 1597. cum nomen cenſus accipiatur pro eo, quod annuatim praeſtatur etiã inferiori à Prin-

cipe

4 eipe † ſiue in recognitionem ſubiectionis *r. recipimus. de priuil.* Siue ratione fundationis *cap. preterea. de iur. patron. c. quoniam. eod. tit.* Siue ex aljs iuſtis cauſis, vel pro tributo, functione, collatione, aut ſimilibus, de quibus latè *per* Rut *ger.* Rulant. *in theſaur. iur. emphyt. q. 32. num. 1. vſq. ad n. 8.*

¶ N. 39. *in fin. poſt verba. §. 10.*
in gloſ. vnica. n. 6.

Quod etiam procedit in materia priuilegiata
5 *Caputaq. deeiſ. 24. lib. 1.* † vbi de alimentis, quæ
licet poſſint peti per coniunctos, ſi tamen fuerunt petita per coniunctum non vt talem, ſed vt procuratorem, ſi appareat illum eſſe nulliter deputatū proceſſus erit nullus *Caſſad. deeiſ. 7. n. 5. de appellat.* Et de procuratore, quod non iuuetur ex mandato valido, ſi egit vigore inſufficientis *eſt deeiſ.* Mobed. *101. & 204.* de qua
6 latè Monter. *deeiſion.* Aragon. *41.* † Intelligendo in procuratore ignorante mandatum validum, quaſi ex iſta ignorantia non habeat fundamentum ſuæ intentionis Aim. *conſil. 171. num. 18. Idem* Monter. *d. deciſ. 41. num. 87.* vbi etiam, quod procedit in procuratore ſe reſtrin-
7 gente ad illud mandatum inualidum, † ſecus
ſi de dicta reſtrinctione non appareret, quia tunc cenſeretur quis facere ex vi mandati vtilioris Put. in ſpecie *deeiſ. 383. num. 7. lib. 2. & deciſ. 332. lib. 3.* Riminald. *Iun. conſ. 561. nu. 11. lib. 5.*

¶ N. 42. *poſt uerb.* caſtrenſis, vel quaſi.

Roland. *conſ. 90. lib. 2. & conſ. 54. n. 7. lib. 3.* Coraſ. *in l. frater. à fratre. n. 103. de condict. indeb.* Et ideo in huiuſmodi peculijs pater nullum ius habet *l. 3. C. de caſtr. peeul. lib. 12. l. 2. ad macedon.* Bal. *in fi. C. de inoff. teſta.* Aff. *deeiſ. 183. n. 4.*
8 *Spin. de teſt. in rub. gloſſ. 4. n. 22.* † Præterquam
ratione alimentorum, quorum præſtatio eſt facienda patri de donis caſtrenſibus, cum filius ex legis diſpoſitione ad illa teneatur *Gloſ. in ſi quis à liberis. §. & ſi impubes. de liber. agnoſe.* quam ab omnibus approbari dicit *Surd. de alim. tit. 4. q. 11. n. 20.*

¶ N. 48. *poſt verb.* tit. 1. caut. 1. in fin.

Ideo Clericus filius familias hæres inſtitutus ha-
9 bebit bona ſibi relicta, † itaut in illis pater nul-
lum habeat vſufructum, vnde poterit liberè de eis teſtari nulla facta diſtinctione an acquiſierit de bonis intuitu clericatus, vel alijs etiam quod ſi clericus primę tonſuræ latè *Surd.* qui dicit ſingulare & notandum *cons. 259. n. 8. 21.*
10 *& 26. lib. 2.* † Quamuis hodie vt talis clericus
in minoribus conſtitutus, & primæ tonſuræ poſſit vti iſta poteſtate clericali debeat habere requiſita, de quibus in *Concilio Tridentino ſeſſ. 23 de reformat.* vbi Clericus primę tonſuræ, vt gaudeat priuilegio clericali debet eſſe deputatus auctoritate Epiſcopi alicui Eccleſię, vel Seminario, & deferre habitum, & tonſuram, quia alids non habebit dictam prærogatiuam, & præheminentiam, vt poſſit liberè teſtari, prout etiā notat *Spin. de teſtam. in rubr. glos. 4. num. 23. ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia comprehēdunt maiora expreſſis etiam in odioſis.*
2 *Proceſſus non eſt nullus, ſi fiat à iudice reuocato neſciente reuocationem, niſi adeſſet decretū irritans, aut clauſula motuproprio.*
3 *Supplicatio prohibetur, quando interdicitur appellatio ad abbreuiandum lites.*

DECISIO LI.

¶ N. 17. *poſt vern.* & partem. n. 14.
C. de reuoc. donat.

Et de retract. linguag. glos. 8. §. 1. nu. 20. Mandos. *ad Rom. cons. 31. in verb. quaeunq;* vbi multa
1 de huiuſmodi verbis generaliſſimis, † quæ ſunt
apta comprehendere maiora expreſſis etiam in materia odioſa Abb. *in c. ſolitæ. in uerb. nihil excipiens. col. 2. in fi. de maiorit: & obed.* Fel. *in c. de quarta. n. 15. col. 5. ad med. vers. adde etiam prædictis. de præser.* Gomes. *de triennal. q. 2.* Creſcen. *deeiſ. 1. de priuileg:*

¶ N. 20. *poſt uerb.* de conſtitutio.

Et ligat etiam ignorantes, Ideo licèt quando
aufertur iuriſdictio iudici, non ſit nullus proceſ
ſus factus ab eo non ſciente auocationem iuriſ-
2 dictionis † *Gemin. cons. 47. ſupplicatur. in prin.*
Tamen ſecus eſt, ſi in commiſſione auocatoria adeſſet decretum irritans, aut clauſula motu proprio *Mandos.* qui de magis communi *form. 6. commiſſ. in fi.*

¶ *N.* 27. *poſt verb.* conſ. 54. n. 38. lib. 3.

Quidquid dicat *Aret. cons.* 20. Quia verior eſt
3 opinio, quod etiam ſupplicatio prohibeatur, †
quādo ad abbreuiandū lites, vel ex natura cauſæ non datur appellatio *glo. in l. fi. C. ut lit. pen.* Ias. *in auth. qua ſupplicatio. n. 6. in 5. notab. C. de praeib. imper. offer.* & late comprobat & de communi oppinione atteſtatur Surd. *cons. 277. n. 20. & per tot. lib. 2. & decis. 36. n. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio ſecunda nominis debitoris impeditur, ſi per primam creditor eſt ſatiſfactus.*
2 *Variatio non datur poſt executionem factam ſuper una re, per quam eſt conſultū creditori.*
3 *Satiſfactionis uerbum eſt generale comprehendens quemcumq; modum ſolutionis.*
4 *In ſaluiano non requiritur condemnatio damnorum.*

Digitized by Google

norum & intereſſe, & illa non extante ſit liquidatio.

DECISIO LII.

¶ N. 4. ad med. poſt uerba. eadem re & eodem credito.

1 Ang. in l. reſtituere. ff. de rei vendic. † Prout
dicimus de adiudicatione nominis debitoris
ſemel conceſſa, nam ſecunda impeditur, quando
per primam creditor eſt ſatisfactus Dec. conſil.
558. in princ. nu. 2. Ideo ſemel executione facta
vno modo, vel ſuper vna re non poteſt quis va-
2 riare, † quando per illam ei conſultum eſſet Be-
ro conſ. 107. n. 2. lib. 3. Natt. conſ. 496. n. 17. &
18. lib. 3. Itaut ſufficiat quocunque modo fuerit
ſatisfactum, dummodo iſtum modum creditor
elegerit, cum verbum ſatisfactionis ſit generale
3 comprehendens quodcunq; creditor voluerit †
quamuis verè ſolutum non eſſet l. 1. qui ſatiſd.
cogant. l. item liberatur. 6. §. 1. quib. mod. pign. vel
hypoth. ſolut. l. ſi rem alienam. la 1. §. omnis. de
pignor. act.

¶ N. 8. in fin. poſt verb. maij 1596.

Quo vero ad damna & intereſſe an debeant illa
liquidari, cum de eis nulla ſit facta mentio in
4 ſententia videndum eſt particulariter; † Quam
uis potuiſſet concedi, cum in ſaluiano interdi-
cto non requiratur, quod fiat huiuſmodi con-
demnatio damnorum, & intereſſe, nam etiam il-
la non extante deuenitur ad dictam liquidatio-
nem Rot. coram R. P. D. Bubalo ſi: nogalien. prædij
24. octobris. 1586.

SVMMARIVM.

1 In cauſa ſalarij per pauperem petiti non ſeruā-
tur feria etiam in honorem Dei.
2 Solemnitas iuris diuini relaxatur propter ne-
ceſſitatem.
3 Appellatio quando ſit deneganda in cauſa mer-
cedis.
4 Alimentorum cauſa an admittat appellationē.
5 Salarium an debeatur famulo infirmo, conſan-
guineo ſcholaris, & ſimilibus. n. 6. & 8.
9 Dies feſtiui non attenduntur in cauſa alimen-
torum de futuro.

DECISIO LIII.

¶ N. 2. poſt uerba. gloſ. 7. n. 1.

Angel. in l. quiſquis. C. quor. appell. non recip.
1 Ann. ſing. 42. Ita vt neque ſeruentur feriæ, †
quando per pauperem ſalarium petitur Bald. in
l. eadem. in 1. lect. ad med. verſ. in textu ibi. de fe-
rijs. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 2. num. 7. in fin.
Vbi n. 10. ampliat ad ferias in honorem Dei,
2 quæ non ſeruantur cauſa pietatis †, cum con-
currat quoq; neceſſitas, propter quam relaxa-
tur etiam ſolemnitas iuris diuini Abb. in c. licet
de ferijs. Felin. in c. vlt. in fin. num. 8. verſ. nam
poſſet ſtatuere. de maior. & obedient. Et regula-
re eſt, vt cauſa mercedis non admittat appella-
3 tionem Rot. Florent. deciſ. 12. nu. 11. † Quan-
do merces debetur pauperi, cum ſuccedat loco
alimentorum Rot. diuerſ. deciſ. 764. par. 1. Aliàs
paupertate ceſſante appellatio deberet concedi
Rot. per R. P. D. Sacratum. Anconitan. mercedis.
20. decembr. 1602. & coram R. P. D. Cantuccio.
roman. mercedis. 16. nouembr. 1583. & per
Cardinal. Mantic. roman. mercedis. 14. februar.
1594. & coram R. P. D. Robuſterio roman. mer-
cedis artis furnariæ. 9. iunij 1579. Exemplo ali-
4 mentorum, quæ à diuite petunt, † quia tunc
ceſſat cauſa, propter quàm alimenta requirunt
celeritatem executionis, ideo etiam in illis eſ-
ſet deferendum appellationi Corduben. in l. ſi
quis à liberis. §. ſi vel parens. n. 31. de liber. ag-
noſ. poſt Bart. in l. fin. num. 1. de appell. recipien.
quidquid ſecus ſit quādo petuntur propter ino-
piam Rot. coram R. P. D. Oran. Anconitana ali-
mentorum 4. decembr. 1585.

¶ N. 8. poſt uerba. debeat reſtitui.

Prout ſi conſtaret eum eſſe infirmum, cum illo
5 tempore non debeatur † Bart. in l. op ræ. de
uſufr. leg. Auffr. ad deciſ. cap. tholoſ. 269. Couar.
lib. 3. uar. reſolut. c. 13. nu. 8. poſt princ. uerſ. ex
quibus tandem vbi de veriori opinione teſtatur
Surd. qui de magis communi de alim. tit. 4. q.
23. n. 35. in fin. Quidquid ſit in cibaris, & me-
6 dicis expenſis, † quę famulo ægrotanti debent
ſubminiſtrari per Dominum Bar. in l. ſi eum do-
tem. §. ſin autem. ff. ſol. matr. & in l. in rebus. §.
poſſunt. ff. commod. idem ſi probaretur eſſe fa-
mulos ſcholaſticorum, quibus non debetur ſala
7 rium, † quaſi cōmodius eis permittatur audire
lectiones Rebuff. priuil. ſcholar. 167. tom. 18.
fol. 61. vbi quod eſt ſpeciale in iſtis, & alijs, de
quibus in l. 1. ff. de uar. & extraord. cognit. Dū-
modo conſiderata cōditione famuli, & Domini
non conſtaret, quod vnus eſſet ſolitus locare, &
alter conducere, quia tunc deberetur Feder. cōſ.
218. in fin. Quemadmodum etiam de famulo
8 cōſāguineo, † cum nec ipſe, nec dominus ſoleat
locare operas huiuſmodi perſonarum Ceuall. q.
288. nu. 6. cum diſtinctione de ſolito locare, &
cōducere, vt dictū eſt. Et in alijs caſibus in qui-
bus non eſt debitum ſalarium, ita vt ſit neceſſa-
ria dicta cautio iuratoria ſi contingat retracta
ri ſententiam Rebuff. de ſent. prouiſ. gloſ. 12.

¶ N. 11. poſt verb. deciſ. 264. p. 1.

Contar. in l. unic. lim. 3. n. 56. C. ſi de mom. poſſeſ.
Lancel. de attent. lim. 24. p. 2. c. 12. n. 8. to 5. f. 372.
9 Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. n. 16. † Quo caſu in
huiuſmodi alimentis tanquam futuris poterit
agi diebus feſtiuis cum in præteritis ſecus eſ-
ſet Spin. de teſtam. gloſ. 16. n. 113. Ceuall. 112.
in fin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dolus excluditur in alienãte ſi adſit cauſa detractionis legitima & trebellianica.*
2 *Venditio rei ſubiecta fideicommiſſo quando dicatur doloſa. n.3.*
4 *Variatio permittitur ſi fiat ſine damno alterius.*
5 *Domus aſſignata ei, cui debentur alimẽta quando poſſit in aliam mutari.*
6 *Confeſſio tacita contentorum in iſtrumento facta per procuratorem an præiudicet domino, & quid ſi fiat per compulſum. n.7.*
8 *Confeſſio non poteſt diuidi.*
9 *In contractu nominato non eſt locus pænitẽtia ob inobſeruantiam.*
10 *Adimplere quando poſſit per æquipollens venditor qui præcisè non poteſt factum præſtare.*
11 *Alienatio rei ſubiecta fideicommiſſo non conualidatur per conſenſum vocatorum in eo in caſu mortis.*
12 *Dominium non transfertur ſtante prohibitione non alienandi.*
13 *Scientia emptoris de fideicommiſſo non præiudicat, ſi vendatur cum aſſertione quod res ſit libera. n.14.*

DECISIO LIV.

¶ N. 5. *poſt verb.* de legitim. n.3. & 11.

Itaut per huiuſmodi cauſam detractionis legi-
1 timæ, & trebellianicæ excludatur dolus, † qui
ad effectium *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* debet
eſſe manifeſtiſſimus, vt ibi concludit *Curt. n.17.*
Alex. conſ. 92. perſpectis his quæ in themate. col.
2 *fin. in princ. n.13. lib.1.* † Cum aliàs ceſſante dicta
cauſa, vel ſimili vendẽs bona pleno iure ad ſe
ſpectantia detecto fideicommiſſo dicatur periurus,
& in dolo ante cauſam contractui, per quẽ
dolum, vel annullabitur contractus *l. & eleganter.
3 de dol. ſi quis. maior. C. de trãſact.* † Vel erit
locus redhibitorię, cum aliter emptor nõ emiſ-
ſet *l. ſi is qui hæres. §. eſt poteſtate. de except.
rei iudic.* Rot. coram Card. Seraphin *camerinen.
caſtri orbis. 24. aprilis. 1598.* cum alijs diſtin-
ctionibus quas adduxi *diſceptat. c. 175.*

¶ N. 8. *poſt uerb.* :: in §. trebellianica. q. 9. n.7.

Et regulariter eſt licita variatio, ſi fiat ſine dã-
4 no, & † incommodo alterius *Roland. conſil. 22.
num. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 62. n. 11. lib. 1. Affl. in
conſtit. regn. incip. comitibus. in fin. n. 25. rubr.
18. p. 2. per tex. in l. ſi ſterilis. 22. §. vlt. de action.
5 empt.* † Vbi loquuntur de domo aſſignata per
debitorem ei, cui ſunt præſtanda alimenta, quo
caſu permittitur variari ſubrogando aliã *Surd.*
qui multis ſimilibus comprobat *de alim. tit. 4.
q. 4. n. 7. & 10. poſt* Tiraq. *in l. boues. §. hoc ſermone.
limit. 23. de verb. ſignificat.*

¶ N. 16. *poſt uerb.* deciſ. 270. lib.2.

Præſertim quando actus, qui principaliter con-
6 tinetur in inſtrumento eſſet validus, † tunc enim
confeſſo tacita contentorum in inſtrumento
præiudicat *Caputaq. deciſ. 187. & 199. p. 1.* Im-
mò iſta tacita confeſſio, quæ oritur ex iurium
productione præiudicat, quãuis ſit facta a pro-
curatore, quidquid ſecus ſit in confeſſione ex-
preſſa, per quàm procurator non obeſt domino
7 *Idem Caputaq. deciſ. 193. num. 3. p. 1.* † Dummo-
dò non ſit productio per compulſum, quæ non
præiudicat producẽti, quando tamen ſumus in
iuribus alienis, ſecus in ſuis, quia tũc etiam per
compulſum obeſſet *Rot. deciſ. 3. alias. 282. de fid.
inſtrum. in nou. Caputaq. deciſ. 193. in fin. p. 1.*

¶ N. 17. *poſt verba.* conſ. 40. n.24. lib.1.

Neq; enim diuiditur confeſſio partis, ſed debet
8 vel in totum reijci, † vel in totum admitti *Bart.
in l. aurelius. §. idem quæſijt. de liber. leg.* Ca-
put. qui ita ſeruari teſtatur *deciſ. 186. p. 1. di-
xi diſcept. c. 130.* cum alijs per Rot. *coram* R.P.
D. *Manzaned. Terdonen. dotium de Aptis. 23.
ianuarij. 1606.*

¶ N. 30. *poſt uerba.* memb.1. n.34. & 35.

Ratio eſt quia cum ſimus in contractu nomi-
9 nato non eſt locus pęnitentiæ † ob inobſeruan-
tiam alterius partis *l. inciuile. 12.* vbi *Bald.
in princ.* C. *de rei vendic. Natt. conſ. 171. n. 1.*
Ideo agendum eſt ad implementum, vel inte-
reſſe, maximè quando contractus fuit perfectus
per traditionem rei venditæ *Alexan. in l. cum
proponas. la 2. num. 4.* C. *de pact.* Si enim vendi-
10 tor non poteſt factum præcisè præſtare, † ſuffi-
cit quod adimpleat per æquipollens, itaut em-
ptor reddatur ſecurus *Bald. in l. 2. ad med. n. 7.
verſ. modo quæro de eo.* C. *de ſent. quæ ſin. cert.
quant.* & ibi *Salic. ad fin. num. 3. verſic. quærit
etiam ſi tutor. Affl. deciſ. 171. in fin. Alex. conſ.
65. omiſſis argumentis. in fin. lib. quinto* Rot. *co-
ram* Reu. P. *D.* Penia. *Roman. cenſus. 17. apri-
lis.* 1598. cum ſimilibus deciſionibus allega-
tis per *Card. Seraphin.* Camerinen. *caſtri or-
bis. 24. aprilis. 1598.* cum diſtinctionibus quas
adduxi *diſceptat. c. 175. & deciſ. 13. n. 23.*
Quibus adde quod ceſſante cauſa detractionis le-
gitimæ, & trebellianicæ, cum alijs ſupra allega-
11 tis, adeo eſt prohibita alienatio, † vt neque ſit
conſultum emptori per conſenſum uocatorum
in fideicõmiſſo in caſu mortis, cũ alij poſſint na
ſci, qui poterunt vendicare domum, & quia
adeſt expreſſa prohibitio de non alienando, quę
operatur, vt non ſit ſatisfactum obligationi de
tradendo rem liberam, quamuis mille cautio-
nes præſtarentur *Alex. in l. iulianus. §. qui cum
fundum. col. 2. in princ. verſic. tamen vno modo
poteſt limitari. ff. de verb. obligat.* Rot. *coram*
Reu. P. D. *Peregrino* Roman. *domus de alieo-
12 nis 2. martij. 1598.* † Præſertim quia domi-
nium

nium non poteſt tranferri ſtante prohibitione alienandi *l. filius familias. §. diui. de leg. 1.* Rot. *coram* R. P. *D.* Decan. Roman. *Cenſus de Cup-*
131. *pis. 15. martij.* 1577. † Itaut ſcientia emptori de fideicommiſſo non operetur Rot. *diuerſ. deciſ. 43. p. 2. & coram* R. P. D. *Peregrin. d.* Roman. *domus.* eum præualeat dolus venditoris aſſerendo rem eſſe liberam culpæ
14 emptoris † in non perquirendo *Aldobrand. conſ. 19. n. 55.* Rot. *coram* R. P. D. *Oriolien. Romana vinea. 5. iunij.* 1579. quæ eſt in impreſſis *diuerſor. deciſ. 281. n. 3. p. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Conſtitutio Aegidiana habet locum etiam in decreto de euacuando.*

D E C I S I O LV.

¶ N. *7. poſt verba.* deciſ. 20. n. 21. p. 1.

Dec. *conſ. 28. nu. 5.* vbi de communi Diaz.
1 *reg. 36. Caputaq. deciſ. 227. p. 2.* † Ideo etiam in decreto de euacuando erit locus Aegidianæ *Grammat. deciſ. 58. nu. 2.* Rot. *coram* Cardin. *Pamphil.* Romana *domus. 4. iuly.* 1603. contra Menoch. *de adipiſ. remed. 4. n. 863. & 866. q. 100.* Pedam. *deciſ. 25.* Contard. *in l. vnic. limit. 21.* C. *ſi de moment. poſſeſſ.* Nicell. *concordant. gloſ. 6. nu. 31.*

S V M M A R I V M.

1 *Aliud eſt damnum pati aliud vero lucrum non facere.*
2 *Futura non ſunt conſideranda.*
3 *Iudicium prudens non eſt ſuper præſenti ſtatuere ex eo, quod in futurum poteſt contingere.*
5 *Status præſens, non futurus debet attendi.*

D E C I S I O LVII.

¶ N. *7. poſt verba.* quod intereſt. c. 1. n. 9.

Et aliud eſt damnum pati, aliud lucrum non fa-
1 cere † *l. fin. §. licentia.* C. *de iur. delib. l. quamuis.* C. *de iur. & fact. ignor.* Fulgoſ. *conſ. 61. col. fin. verſ. ad legem plane.*

¶ N. *9. poſt verba.* gloſ. in verb. damnum.

Futura enim, quæ poſſunt abeſſe, & adeſſe non
2 ſunt conſideranda † *l. ſciendum. §. ſi futurum. ff. qui ſatiſd. cog.* Felin. *in c. in noſtra. col. 12. n. 15. coroll. 7. de reſcript.* Nam propriè non poteſt dici præiudicium, quod non imminet de præſenti Gomeſ. *in reg. de iur. quæſit. non*
3 *toll. q. 4. in princ.* † Nec prudens eſt iudicium ſuper re præſenti ſtatuere ex eo, quod in futurum poteſt contingere, cum tamen incertum ſit *Alex. conſ. 39. col. 2. verſ. ergo cum poſſibile fuerit lib. 5.* & iudicia non poſſunt eſſe ſuper futuris *l. non quemadmodū. de iudic. gloſ. in l. niſi ſtipulatus. §. cum ſtipulemur. de verb. obligat.*
4 *Caſſad. deciſ. 16. n. 3. de præbend.* † Et ſemper debet attendi præſens ſtatus, non futurus *c. 2. de iur. iur.* Tiraq. *in l. ſi vnquam. in præfat. n. 166.* C. *de reuoc. donat.*

¶ *N. 10. in princ. poſt verba.* col. 2. lib. 21

Aret. *Aſſl.* & alij de quibus per Monter. *deciſ. 17. in princ.* licèt ipſi contrarium teneant poſt *Girond. de Gabell. p. 7. §. 1. n. 7. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Tempus ad proſequendum iniuriam computatur à die ſcientiæ.*
2 *Pœnitentia quando habeat locum in actione iniuriarum.*
3 *Actio iniuriarum an tranſmittatur ante conteſtationem litis.*
4 *Damna, & intereſſe an conſeantur remiſſa quando iniuria condonatur. n. 5. & 6.*
7 *Maritus licèt remiſerit vxori iniuriam ob adulterium, non cenſetur remiſiſſe pœnam ex ſententia acquiſitam, & poteſt conuenire de reducendo eam ad domum ſalua dicta pœna.*
8 *Remiſſio iniuriæ per confeſſionem peccatorum reſpicit rancorem animi, non damna, & actionem iniuriarum. Intellige vt nu. 9.*
10 *Sacerdos poteſt pro abſente acceptare remiſſionem iniuriæ.*

D E C I S I O LVIII.

¶ N. *9. poſt verba.* delict. c. 6. in fin.

Vel verius ſecundum aliam opinionem à die ſcientiæ *Natt.* qui de comuni *conſ. 225. nu. 2.*
1 *Ceuall. q. 676. & q. 679.* † vbi exemplificat in iniuria contra abſentem, maximè in extu hominum, Et idem in iniuria adulterij, quæ durat quinquennio computando à die ſcientiæ *Queſ-ſad. q. 18. verſ. ſecundus.* Et idem in eo, qui tenetur ad denunciandum delictum *Bart. in l. eū qui. §. in popularibus. ff. de iniur.*

¶ N. *12. poſt verba.* q. 27. n. 10.

Et eſt verior opinio, vt teſtatur *Claud. Bertazzol. ad conſ. Barthol. Bertazzol. 307. in princ. lib. 2. Andr. Gail. obſeruat. 106. n. 3. verſ. & ſic*
2 *notandum. lib. 2.* † vbi quod in actione iniuriarum non habet locum pœnitentia, neque ceſſat actio, quamuis reuocetur *Neuiz. Clar. & alij per farinac. q. 105. n. 152.* Quando præſertim iniuria eſt talis, quæ etiam per pœnitentiam reuocata non aufert damnum, & iniuriam illatam nec reducit rem ad priſtinum ſtatum, tunc enim neq; iracundia excuſaret, vt in iniuria, per quam apud bonos viros quis reperitur diffamatus, & in ſimilibus caſibus adductis per Fa-

5 tia infirmans primam eſt nulla, † itaut appel-
lans poſſit petere executionem primæ, cui non
obſtabit ſecunda, quæ tanquam nulla non po-
teſt impedire tranſitum primæ in iudicatum.
Hoſt. & *alij. in c. ex ratione. de appellat.* *Bald. in c. ſancimus. ad fin. quo tempor. mil.* & *in auth. ij qui. de tempor. appellat.* Quidquid aliud ſeruetur
quando iudex confirmaret ſententiam, quæ ob
6 deſertionem tranſiuit in iudicatum, † cum hoc
poſſit facere, licèt prohibeatur infirmare, prout
de huiuſmodi ſtilo teſtatur *Vital. in clem. ſi appellationem. de appellat.* & ita paſſim ſeruari
dicit *Mohed deciſ. 293.* *Rot. coram* R. P. D. *Robuſter. Seguntin. Canonicatus* & *præbendæ 16. octobris. 1563.* & *coram* R. P. D. *Graſſ. Pampilonen. augmenti ſeruitij. 28. maij. 1574.*

S V M M A R I V M.

1 *Ingrediens monaſterium intra annum profeſſionis habetur pro perſona Eccleſiaſtica quoad euitandam iuriſdictionem ſecularem.*
2 *Nouitius egreſſus monaſterium quando habeatur pro præſente, & poſſit adimplere annum probationis reuertendo ad illud.*
3 *Annus probationis debet eſſe continuus.*

D E C I S I O   X X X V.

¶ N. 15. in fin. *poſt verb.* alijs ſupra allegatis.

ET facit quod dicitur de ingrediente Mo-
1 naſterium intra annum profeſſionis. † qui
habetur pro ingreſſo, & pro perſona eccleſiaſtica quo ad euitandam iuriſdictionem ſecularem *Iaſ. in l. cum quædam puella. n. 13. verſ.* & *quod dicitur in religioſo. de iuriſd. omn. iudic.* *Marſil. ſing. 534. ad fin.* *Caball. reſolut. crimin.*
2 *caſ. 108. in fin. nu 20.* † Quemadmodum etiam
eſt in Nouitio, qui de licentia ſuperiorum exiuit de monaſterio propter malam valetudinem, habetur enim pro præſente, ac ſi nunquam fuiſſet egreſſus, & poteſt adimplere annum probationis coniungendo primum tempus cum ſequenti, quaſi non eſt per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, Ideo debet indicari, & haberi pro impleta *Gonzal. Mendez. vaſconcell. lib. 2. var. iur. argum. cap. 15.* vbi
teſtatur ita reſolutum *per* Sacram Congrega-
3 *tionem Concilij. dixi diſceptat. c. 109.* † Quam-
uis aliàs iſta tempora non coniungantur, cum annus probationis debeat eſſe continuus *Abb.* & *Anchar. in c. ad apoſtolicam. de regular.* *Silueſt. in verb. religio. 5. q. 4. n. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum ſuppletorium in cauſa magna non datur niſi probatio ſit pluſquam ſemiplena.*
2 *Dominus non tenetur pro famulo in facto momentaneo. & n. 3.*
4 *Scientia ſola domini an illum obliget. vt teneatur pro delicto famuli.*

D E C I S I O   X X X V I.

¶ N. 5. *poſt verb.* col. 2. in fin. n. 6.

Quæ magis procedunt, cum ſimus in cauſa infra
centum, Nam aliàs ſi eſſet maior, non ſolet de-
1 ueniri ad iſtud iuramentum, † quaſi tunc requiratur probatio pluſquam ſemiplena *Abb. in in cap. mulieris. col. 4. de iur. iur.* *Alex. conſ. 122. viſo proceſſu. n. 7. col. 2. ad med. verſ.* & *licet dictum iuramentum. lib. 2.* & *conſil. 42. in cauſa* & *lite. in fin. lib. 7.* *Marſil. ſingul. 27. iuramentum.* *Boer. deciſ. 85. nu. 3.* *Put. deciſ. 43. num. 3. lib. 2.* & paſſim hoc ſeruari in omnibus cauſis dicit *Rot. coram Card. Seraphin. Roman. dohana Salis. 15. martij. 1582.*

¶ N. 19. *poſt verba.* & §. 1. de noxal. action.

Cum regulariter Dominus non teneatur pro
2 facto ſerui, vel familiæ, † præcipuè quando
factū eſt momentaneū, non ſucceſſiuum, & nullum commodum afferens Domino *Iaſ. in l. ciuitas. num. 4. ff. ſi cert. pet.* *Alex. in l. pupillo. §. ſi quis prætori. de noui oper. nunciat.* Ratio quia vbi cauſa eſt ſucceſsiua, tunc Dominus non prohibendo præſumitur accomodare eius
3 conſenſum † *cap. dilectus. de ſent. excommunic. in 6.* *Abb.* in ſpecie *in cap. cum cauſam. 37. poſt gloſ. in verb. tempore. num. 19. verſ. ſed an ex facto amici.* & *in cap. conſtitutus. 45. in fin. verſ. no-*
4 *ta vltimo. de teſtib.* † Neque etiam ſola ſcientia Domini eum obligaret, quando prohibere non poſſet, ſecus ſi adſit voluntas ipſius, itaut illa præſumatur *Bart.* & alij *in d. §. ſi quis prætori. n. 19.* *Roman. conſ. 68. in princ. num. 2.* In caſibus tamen Domino commodum afferentibus *Alexan. conſ. 69. viſa facti. col. 2. verſ. fortificantur. num. 5. lib. 2.* *Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. num. 117.*

S V M M A R I V M.

1 *Interpretatio concilij ad quem ſpectat.*
2 *Diſpoſitio Concilij quo ad renunciationes faciendas per ingredientes monaſterium habet locum etiam in donationibus. Secus in teſtamentis. num. 3. & 4.*
5 *Præſentia parochi in matrimonio an ſufficiat ſi fuerit caſualis & repentina. n. 7. & 8.*
6 *Inſpiciendum eſt quod principaliter agitur, non quod incidenter.*
9 *Matrimonium an valeat coram parocho, & teſtibus ambulantibus, vel coram parocho inuito. n. 10. & 11. nolente intelligere. n. 12.*

DECISIO XXXVII.

¶ *N. 3. in fine post uerba.* quod alijs prohibetur.

Cum illius interpretatio ſpectet ad Summum
1 Pontificem, † & Illuſtriſſimos Cardinales ab eo
deputatos *Ant.Cuec.lib.2.inſtit. tit.3.de concil.*
*œcumen n.*60.Quia interpretatio canonum cõ-
ceditur habenti facultatem illos condendi *cap.*
cum veniſſent.de iudi.l.in prætorijs.9.de prætor.
ſtipulat.

¶ N.9. *in fin. poſt illa uerb.* p. 1. lib. 3.

Et reſolutionem Sacræ Congregationis Conci-
lij latiſſimè defendit *Menoch.de arbitr.in addit.*
caſ.436.num.3.vſq;ad num.10.vbi num.5.dicit
ſatis mirandum de *Nauar.* qui contrarium
concludit, prout etiam de *gudouie. Molin. de*
2 *iuſt. & iur. diſput. 139.col. 8. verſ.ambiget.* †
Et quemadmodum Concilium loquitur in re-
nunciatione,Ita etiam habebit locum in dona-
tione,quæ in effectu non diſtat à renunciatione
Dec. in l. poſt qu m liti. num. 16. C. de pact. &
in ſpecie Concilij reſoluit *Menoch. d. caſ. 439.*
num.10.

Non tamen diſpoſitio eiuſdem Concilij, & illis
3 ſolemnitas procedet in teſtamentis, † cum lo-
quatur ſolum in renunciationibus, & contra-
ctibus *Zened.collect.50.par.1. num.3.Gracian.*
neg.456.nu.7. quidquid dixerit *Spin. in specul.*
teſtam. gloſ.42.de legat. relict.mon. num.50.&
dubitet Guter. in cap. quamuis. in verb. dum
4 *nuptui.nu.4. de pact.in 6.* † Cum contrarium
ſit verius, vt per *Menoch. d. caſ. 436. in addit.*
nu. 16. Ideo ingrediens Monaſterium poterit
facere teſtamentum ſine dicta ſolemnitate,quod
non rumpetur per ingreſſum religionis, ſiue
cogitauerit de ingreſſu, ſiue non *Aretin. Abb.*
& alijs per *Couarr. in c.2. nu. 5. verſ. ipſe vero*
de teſtam. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 20. requiſ.
29. lib.2.par.2. num.29. declar.2. fol.83. Graſſ.
in §. teſtamentum. quæſt. 34. verſic. ſed & hoc
caſu. num. 3. Licet intelligat, quando non
cogitauit de ingreſſu poſt *Clar. & alios ibi per*
eum allegatos.

In caſibus tamen, in quibus requireretur iſta ſo-
lemnitas præſentiæ, conſenſus,ſeu interuentus
alicuius pro fama tàm in ingrediente Mona-
5 ſterium, quam in alijs ſimilibus actibus, † non
ſufficeret, ſi caſualiter, & repentinè huiuſmodi
præſentia adeſſet, cum non dicatur abeſſe, vel
adeſſe, qui cauſaliter abeſt, vel adeſt *l. quæſi-*
tum.78.de leg.3.Mando.conſil.18.num.13.Abb.
in c.rodulphus.n.9. de reſcript.Boer.deciſion.13.
num.51. Ratio eſt, nam debet attendi, quod
6 principaliter fit, † non quod incidenter, & d
caſu *Iaſ.in l.ſi quis nec cauſam. in princ. verſic.*
& ex his habes nu.3.ſi cert. petat. & ita fuit de-
claratum,*per Sacram Congregationem Concilij*
quo ad intellectum eiuſdem *Concilij.Trid.cap.1*
7 *de reformat.matrim.ſeſſ.24.* † dum dixit, quod
Parochus debet eſſe præſens matrimonio, vt
appareat adhibitum fuiſſe à contrahentibus,
ſecus ſi præſens caſu interueniſſet; Nam ſi con-
trahatur matrimonium per verba de præſenti
coram Parocho, & cum alijs requiſitis de qui-
bus in Concilio, ſi tamen parochus non fuit
formaliter adhibitus; ſed dum forſan adeſſet
cauſa, conuiuij, confabulationis, aut ſimilis,
poterit ab huiuſmodi contractu recedi ratione
iſtius defectus: Intelligendo tamen dummodo
alia non interuenerint, quæ arguant parochum
adhibitum fuiſſe à contractibus ad actum ma-
trimonij, quamuis ex alia cauſa eſſet vocatus,
prout *eadem Sacra Congregatio Concilij decla-*
rauit cuius verba refert *Gonzal. ad reg.8. can-*
8 *cel. gloſ.48. num.35.* † Cum etiam valeat ma
trimonium coram parocho ad alia vocato, vel
cauſaliter exiſtente, ſi poſtea adhibeatur ad il-
lum actum *Nauarr. conſil. 11. de clandeſt. de-*
ſponsat. lib. 4. Ignat. Lopez. ad Diaz. in prax.
c.75. verſic. tertio licet. & verſic. quintum du-
bium.in tit. clandeſt. nupt. intereſſent. Spin de
teſtam.gloſ.15.num.48.Medin.in ſumm.cap.16.
9 *§. 13.* † Prout etiam valet coram teſtibus, &
parocho ambulantibus, & tranſeuntibus, in-
telligentibus tamen verba contrahentium *Le-*
deſm.de matrim.quæſt.45.art.5.verſic.ex dictis
ſequitur *Ceual. q.604. num.69. dub. 46.* Que-
madmodum etiam eſſet validum mattimoniũ
10 coram Parocho, † licet non conſentiat con-
tractui matrimonij, vel etiam ſi inuitus trahe-
retur,vt præſens ſit illi actui *Gundiſal.Mendez.*
Vaſcontel.lib.1.diuerſ.iur.argum. cap.10. nu.1.
Quaſi non ſit actus, in quo requiratur auctori
tas Parochi *Nauar. conſil.47. & 52.de ſponſal.*
11 *lib. 4.* Sed tamen præſentia, † Sicut diximus
de emancipatione ſecundum *Angel. in l.ſi con-*
ſul.num.3. de adoption. Et facit *tex. in l.coram*
in verb. ſignif. vbi quod iuſſum eſt etiam illo
inuito rectè fit; Prout magis valeret matrimo-
12 niũ ſi parochus data opera nollet audire, † vel
intelligere, quia cum data opera faciat ne au-
diat cenſetur audire, & intelligere *l. cum filia*
ff.ſolut.matrim. l.cum ita.33. in princ. de leg.1.
& ita reſoluit *Sacra Congregatio Concilij vt per*
Ignat.ad Diaz. in prax.c.73. Nauar.conſil.20.
lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Obijciens marito non adhibuiſſe medicum in in-firmitate vxoris quid teneatur probare.*

2 *Tutor non conuertens pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum non obligatur, ſi non probentur extare prædia.*

3 *Alimenta an debeantur filio, qui poteſt ſeruire Principi,vel ire ad bellum, & habere ſtipen-dia.& n.4.*

5 *Teſtamentum, in quo non fuerunt adhibiti te-ſtes Mantuani, vt requirebatur, valet ſi non probetur illos potuiſſe interuenire.*

DECISIO XXXVIII.

¶ N. 2. *in fin. poſt verba*. gloſ. 3. n. 127.

PRout dicimus de eo, qui obijcit marito,
1 quod non habuerit medicum, † tenetur
enim probare medicos extare, & quod facile
fuiſſet marito illos adhibere *Bart. in l. ab hoſti-
bus. §. ſi vir. ff. ſolut. matrim. Alex. conſ.* 123. *n.* 3.
lib. 7. *Rol.* qui de communi *de lucr. dot. q.* 64.
num. 18.

Idem in obijciente tutori, quod pecuniam pupi-
2 larem non conuerterit in vſum prædiorum, †
nam eſt probandum in eo loco tunc extitiſſe
prædia venalia *Bartol. in l. tutor. qui reperto-
rium. §. ſi poſt depoſitionem. in fin. de adminiſtr.
tut. Surd. de alim. titul. 9. quæſt.* 28. *num.* 10.
Vbi ex hoc infert deberi alimenta filio, qui po-
3 teſt ſeruire Principi, vel ire ad bellum, † & ha-
bere ſtipendia ſecundum ſuam conditionem,
Quidquid contrarium ſequatur *Curt. Iun. conſ.*
148. *num.* 15. Cuius opinio quamuis eſſet vera
procederet, dummodo probaretur extare ali-
4 quem Principem, † qui libenter, & facile illius
opera eſſet vſurus, Et multis ſimilibus compro-
bat *Surd. conſ.* 39. *n.* 14. *Burſat. conſ.* 307. *nu.* 37.
vbi de allegante nullitatem teſtamenti, quia
non fuerunt adhibiti teſtes Mantuani ſecun-
dum diſpoſitionem ſtatuti, nam debet probari
5 quod exiſterent tales teſtes in loco, † qui adhi-
beri facile potuiſſent, cum forſan temporis
breuitas non pateretur illos eccerſiri *Roland.
conſ.* 30. *lib.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio requiritur in actionibus qui depen-
det à voluntate duorum.*
2 *Pænitentiæ eſt locus antequam actus ratifice-
tur licet notarius pro abſente acceptauerit.*
3 *Acceptatio abſentis probatur per ſigna, & con-
iecturas, & per ſolam ſcientiam cum tacitur-
nitate. n.* 4.
5 *Scientia probatur per coniecturas, & per vnum
teſtem. n.* 6.
7 *Conſenſus qui poteſt actum annullare ſatis eſt
vt quandocunq; interueniat.*
8 *In donatione facta duobus abſentibus ſufficit
acceptatio vnius, vt ſuffragetur alteri* Condo-
natario. Intellige vt n. 9.

DECISIO XXXIX.

¶ N. 8. *poſt verb.* niſi acceptanti.

l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. 1. *l. nemi-
1 nem. de leg.* 2. *gloſ. in c. ſi tibi. de præb. in* 6. †
Prout regulare eſt in omnibus actibus qui de-
pendet à voluntate duorum, vt requiratur ac-
ceptatio *l. ædiles. de ædil. edict.* & latè multos
ſimiles caſus adducit *Ludou. Molin. de pri-
2 mogenit. lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 58. † Ideo ante ratifica-
tionem abſentis ſemper erit locus pænitentiæ,
quamuis notarius acceptauerit nomine illius
Couar. lib. 1. *var. reſol. c.* 14. *n.* 12. cum alijs per
Tiraq. de iur. conſt. p. 3. *lim.* 20. *n.* 49.

¶ N. 10. *poſt uerb.* conſ. 474. nu. 20. lib. 3.

Ideo acceptatio abſentis non ſolum probatur per
verba, facta, ſigna, coniecturas, & adminicula
3 latè † *Roland. conſ.* 19. *num.* 34. *cum ſeq. lib.* 1.
Rot. diuerſ. deciſ. 690. *lib.* 3. *p.* 3. ſed etiam per
ſolam ſcientiam, cum taciturnitate *Couar. in
rub. de teſtam. par.* 3. *num.* 13. *poſt med. verſ. ve-
rum ſi donatarius.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 663. *num.* 2.
p. 1. *& coram* Cardin. *Seraph.* Rauennaten. *do-
nationis.* 29. *aprilis.* 1596. *& coram* R. P. D.
Robuſterio. Roman. *fideiuſſionis.* 28. *ianuar.*
1587. Ratio eſt quia ex quo actus affert vti-
4 litatem præſumitur † ex ſola ſcientia accepta-
tio *Cephal. conſil.* 33. *nu.* 19. *Burſat. conſil.* 118.
num. 4. Rimin. Iun. *conſ.* 108. *num.* 13. *lib.* 1. Dec.
Soc. Menoch. *& alij de quibus per Surd. deciſion.*
206. *in fin.* Ita ut d. ſcientia probetur per con-
5 iecturas † *Ruin. conſ.* 42. *proponitur. num.* 21.
lib. 1. Dec. *in l. eius qui in prouincia. §. quod ſi
ſtipulatus. num.* 9. *ſi cert. pet.* Bart. *in l. qui romæ.*
6 *§. duo fratres. quæſt.* 3. *de verb. obligation.* † im-
mo etiam per vnum teſtem, quia ſufficiunt con-
iecturæ, multo magis vnicus teſtis *Natt. conſ.*
231. *num.* 2. *Surd. deciſ.* 221. *num.* 11. Vbi etiam
quod admittuntur teſtes ſingulares *Aim. conſil.*
77. *nu.* 33. *in fin.* Itaue etiam ſufficiat quando-
7 cunq; conſtare, † quod donatarius velit, cum
conſenſus, qui poteſt actum annullare, ſatis ſit
quod quandocunq; ſuperueniat etiã poſt mor-
tem donantis, per quam donatio euaneſcit latè
Surd. d. deciſ. 206. *n.* 7. 8. *&* 9.

Amplius in donatione facta duobus abſentibus
8 ſufficeret acceptatio vnius, † ſuffragetur al-
teri Condonatario, & non ſit locus pœnitentiæ
l. quoties. C. de donation. quæ ſub. mod. Rot. *co-
ram Cardin. Seraphin. Vrbeuetan. hæreditatis.*
15. *iunij.* 1580. *& deciſ. diuerſ.* 683. *num.* 8. *p.* 1.
quam refert, & ſequitur *Gonzal. ad reg.* 8. *can-
cell. gloſ.* 26. *n.* 26. Dummodo per ſtatutum in
9 acceptatione forma aliqua non requiratur, †
prout in actu illius regulæ, de cuius acceptatio-
ne Idem *Gonzal. ibid. gloſ.* 58. *cum ſeq.* Quia o-
miſſio formæ reddit actum nullum *Fel. in c. in
nomine domini. in prin. de teſtib. Aim. conſ.* 170.
col. fin. nu. 11. *poſt gloſ. in clem.* 1. *de iur. patron.
Abb. conſ.* 66. *in fin. lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Supplementum congruæ dotis non datur mo-
niali, ſeu monaſterio ſi fuit data dos ſolita,
quamuis ſit exigua reſpectu quantitatis pa-
trimonij, & dotium datarum ſororibus nup-
tis. n.* 2. *&* 9.
3 *Impenſa maior requiritur in nubente, quàm in
eo, qui ingreditur monaſterium.*
4 *Redditus dotis non ſolent ſufficere pro ſuſten-
tatione vxoris, & familiæ.*

5 *No-*

5 *Nobilitas non perditur per ingreſſum monaſterij.*
6 *Inter moniales non fit diſtinctio nobilitatis.*
7 *Moniales non egent niſi alimentis non pompa requiſita in nuptijs.*
8 *Dos dicitur competens quæ datur ſecundum conſuetudinem monaſtery.*
10 *Legatum de ſcutis mille ſi mulier nubat, & de ducentū ſi monacha efficiatur an valeat. n. 11.*
12 *Renunciatio hæreditatis paternæ facta per moniales an præiudicet monaſterio quando fuit data dos competens. n. 13.*

DECISIO XL.

¶ N. 7. in fin. *poſt verb.* Matth. c. 6.

1 IDeo alias Dixi non dari ſupplementum congruæ dotis moniali, ſeu Monaſterio, † in quod illa eſt ingreſſa, ſi fuerit ſoluta dos cōſueta dari, quamuis ſit nimis exigua, & modica attenta dignitate familiæ, & quantitate patrimonij, & habito reſpectu ad dotes ſororibus nuptis aſſignatas *Salic. in auth. ſed quāuis. n. 4. verſ. ad rationem.* C. *de rei vxori. act.* Dec. *conſ. 26.*
2 *n. 4. verſ. ſi vero mulier.* † Cum naturalis æquitas, & communis obſeruantia ſuadeat minus dari ingredienti monaſterium, quàm nubenti *Bald. in auth. niſi rogati. n. 11. verſ. hac ratione,* C. *ad trebell.* Iaſ. *conſ. 43. col. 4. in fin. lib. 3. & in auth. ſi qua mulier. n. 10. col. 2. verſ. ſed con-*
3 *trariam opinionem.* C. *de ſacroſ. eccleſ.* † vbi in nubente quod requiritur magna impenſa, vt inueniat maritum condecentem, cum pro minori reperiat monaſterium *Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 19. n. 10. in fin. Vrſill. ad Aff. deciſ. 348. n. 2. verſ. ſed tamen audio.*
Immò redditus dotis non ſufficiunt regulariter
4 pro ſuſtentatione vxoris, †. & expenſarum, quæ fiunt pro victu, decore, & ornatu ipſius *Purpur. conſ. 330. num. 7. verſ. ex cuius dictis patet reſolutio. lib. 1. Surd. de alimen. titul. 9. q. 37. num. 20. & q. 43. nu. 40. Monter. deciſ. Aragon. 29. num. 27. in fin. & deciſ. 13. nu. 58.* Et in monialibus non conſideratur dignitas fa-
5 miliæ, † Quamuis enim per eius ingreſſum non perdatur nobilitas Rom. *ſing. 37.* Tamen diſtin-
6 ctio nobilitatis nō fit inter eas, † cū omnes ſint æquales *c. fin. de ſtat. regul.* Abb. *in c. dudū. 22. il 1. n. 2. verſ. in religioſis vero. de electione.*
Prout neque conſideratur quantitas patrimonij ob paupertatem electam *cap. nimis il 1. de exceſſ. prælat.* Nec dos alijs ſororibus conſtituta, cum de carnali matrimonio ad ſpiritualem non bene arguatur, quaſi Moniales non
7 egeant niſi alimentis, & ſuffragio vitæ, † non pompa, honoribus, & alijs, quæ pro liberis, & familia requiruntur in nuptis *Soc. conſ. 222. in fin. lib. 2. Menoch. conſ. 69. nu. 16. in fin. & n. 2. verſ. nam ſi agitur.* Et competenter dicitur dotata, quæ habuit dotem iuxtà conſuetudinem
8 Monaſterij, † ita vt per eam ſatisfiat etiam ſtatuto excludenti à ſucceſſione dotatam *Cora. conſ. 316. nu. 6. verſ. hoc ſemper mihi placuit. col. 4. in fin. Anchar. conſ. 107. n. 2.* & iſta eſt verior opinio, quidquid dicat *Aff. deciſ. 348.* prout teſtatur, & ſequitur Rot. *coram* R.P.D.
9 *Ludouiſio. Romana dotis. 21. Iuny. 1602.* † vbi fuit iudicata dos congrua ſcutorum 500. tanquam ſolita dari Monaſterio pro filia moniali, quamuis ſoror fuiſſet nupta cum dote ſcutorum 14000. non obſtante dignitate familiæ, & quantitate patrimonij, & ſtatuto Vrbis excluſiuo fœminarum, dummodò ſint dotatæ, & non obſtante *deciſ. 2. Mohed.* vbi quod filia debet ha-
10 bere mille tàm monachando, † quàm nubendo ſi fiat legatum de mille, ſi nupſerit, & de cētum ſi ingrediatur monaſterium, quia Rota non ſequitur dictam opinionem, ſed potius cōtrariū, quam dicit magis communem *Caſtr. in l. titia ſi non nupſerit. nu. 2. de condit. & demonſtrat. Dec. conſ. 419. n. 2. verſ. ſed capio ſecundum dubium. col. 2. Iaſ. conſ. 43. col. 4. in fin. verſic. non obſtat quarto deciſio. lib. 3. latè* Menoch. *conſil. 169. n. 18. & 20. in fin. lib. 2.* vbi de veriori opinione teſtatur, & de communi obſeruantia to-
11 tius Italiæ; † Et quatenus alia opinio procederet; prout illam dicit veriorem Roland. *conſ. 35. n. 16. lib. 3. Surd. conſ. 192. n. 10. lib. 2.* Ideò admittitur, quia ſumus in diſpoſitione hominis habente particularem rationem, vt non admittatur conditio nuptiarum reſpectu volentis ingredi religionem tanquam turpis *Felin. in cap. in præſentia. n. 37. verſ. ſed propter hoc non eſt recedendum. col. 16. in fin. de probat.*
Non obſtat quod renunciatio paternæ hæreditatis
12 factæ per Moniales † non præiudicet Monaſterio, *Ruin. conſ. 204. lib. 1. Corn. conſ. 272. lib. 3.* Quia contrarium eſt magis verum, & commune quando Monialis eſt competenter dotata, quamuis læſio probaretur, quæ in ea non conſideratur propter vitam pauperem, quam elegit *Bart. in l. fin. n. 8. C. de pact. Alex. conſ. 33. n. 4. lib. 4. late Aldobrand. conſ. 26. nu. 38. cum ſeq. Rot. coram* R.P.D. *Penia* qui de magis communi V*lixbonen. legitima.* 27. Nouemb. *1595. poſt* Dec. *conſil. 31. col. fin. verſic. vltimo non obſtat.*
13 *Aim. conſ. 160. in princ.* † Maximè quando quis proximus, & diſpoſitus ad actum ingrediendi tale pactum facit *Purpur. in l. fin. n. 193. verſic. tertius caſus. de pact.* licèt *ibid. n. 194.* dicat tutius eſſe renunciationem fieri cum conſenſu Monaſterij *Gaſp. Beat. de non melior. dot. c. 14. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus ab ingrediente monaſterium habebit hæreditatem ante mortem naturalem monachi ſtatim facta profeſſione. Et quid in Monaſterio capace bonorum. n. 2. & 3.*
4 *Vſufructus redyt ad filium facta profeſſione patris quamuis monaſterium ſit capax bonorum. Intellige, vt n. 5. & 6.*

DECISIO XLI.

¶ N. 6. in fin. poſt verb. l. fin. C. de pact.

IDeo hæres inſtitutus ab ingrediente Mona-
ſterium habebit hæreditatem ante mortem
1 naturalem Monachi † ſtatim facta profesſione,
ex quo enim Monachus vult profiteri non vide-
tur velle, quod hæreditas tranſeat ad monaſte-
rium, & ſufficit mors ciuilis, quæ fit per pro-
feſsionem Dec. in c. in præſentia. nu. 61. col. 34.
ad med. verſ. ſed tamen pro opinione. de probat.
Couarr. in c. 2. n. 5. uerſ. qua ratione. de teſtam.
Rip. in l. ſi unquam. n. 94. q. 35. C. de reuoc. don.
Neque obſtat, quod ſi monaſterium eſt capax bo-
norum non pertinet hæreditas ſtatim ad hære-
2 dem, † ſed poſt eius mortem, & interim viuen-
te monacho bona erunt monaſterij, & ſi hæres
viuente monacho decedat iure caduci ad mo-
naſterium perueniet hæreditas, prout intelligit
Couarr. d. c. 2. nu. 6. de teſtam. Soarez. alleg. 20.
3 n. 21. cũ ſeq. Gratian. reg. 456. n. 5. † Quia con-
trarium eſt verius; cum ſtatim facta profesſione
bona ad illum hæredem perueniant Imol. in l. 1.
n. 23. de teſtam. Gozad. conſ. 41. quæritur an
frater. n. 11. Quæ procedunt in voluntate Mo-
nachi tam expreſſa, quàm tacita, & in caſu du-
bio, prout contra Couarr. dicit veriorem opi-
nionem Ceuall. q. 63. n. 5. poſt Angul. per eum
allegatum de meliorat. gloſ. 5. n. 29.
Idem in vſufructu, qui redit ad filiũ facta profeſ-
4 ſione per patrem, † non ad monaſterium quam-
uis capax bonorum, Iſte enim vſusfructus con-
ceditur à lege propter patriam poteſtatem, quę
ceſſat facta profesſione Doct. in l. à patre furio-
ſo. ff. qui ſunt ſui uel alien. iur. Abb. in c. 2. n. 2.
de regular. Ergo debet ceſſare acquiſitio Salic.
5 in auth. ingreſſi. in fin. q. 7. C. de ſacroſ. eccleſ. †
Secus ſi pater vſufructum aliunde haberet non
ex perſona filij; tunc enim tranſit ad monaſte-
rium, neq; conſolidatur cum proprietate, quia
requiritur mors naturalis, vt vſufructus finia-
tur Couar. in c. 2. n. 8. ad med. uerſ. qui denique
accuſatores. de teſtam. Alber. in auth. idem eſt.
C. de bon. quæ liber. Marſ. ſing. 668. ingreſſus
religionis qui de cõmuni Ceuall. q. 64. in fin. qui
6 ita in iudicando, & conſulendo dicit tenendũ †
Licèt ſit quæſtio, quæ potius indiget Cæſarea
deciſione, & voluit Alex. conſ. 139. viſo themate
ſupraſcripto. n. 5. col. 2. ad med. uerſ. pro hoc fa-
cit. lib. 2. Ratio quia monachus non habetur
pro mortuo quo ad comedendum, ſeu quo ad
alimenta Gloſ. in auth. excipitur. uerſ. idem eſt
in ijs. in uerb. ex l. in prin. C. de bon. quæ liber.

SVMMARIVM.

1 Quæ requirantur ad profesſionem remisſiuè.

DECISIO XLII.

¶ N. 26. poſt verb. quis tacitè profiteri.

Et quo ad profesſionem ſeruanda eſt diſpoſitio
1 Concil. Trident. † c. 15. & 16. ſeſſ. 25. de qua
Menoch. de arbitr caſ. 436. Guter. canonic. quæſt.
c. 26. & conſ. 5. nu. 24. & pract. quæſt. lib. 3. c.
36. & in c. quamuis. in verb. dum nuptui. n. 4. de
pact. in 6. & in auth. ſacramenta puberum. n. 6.
C. ſi adu. vendit. Mandoſ. conſ. 22.

SVMMARIVM.

1 Verba dantes vices noſtras poſita in delegatio-
ne nihil addunt.

DECISIO XLIV.

¶ N. 10. poſt verb. per cum allegatos.

PRout quando in delegatione adſunt verba
1 dantes vices noſtras, † quæ nihil addunt,
quaſi Delegatus perſonam Delegantis ipſo iure
ſuſtineat, & poſſit idem quod delegans Me-
noch. conſ. 180. n. 5. lib. 2. poſt Boſſ. de Princip.
& eius priuileg. nu. 89. Aſin. in prax. iudicior.
§. 3. c. 3. num. 6.

SVMMARIVM.

1 Inductum in fauorem non debet in odium re-
torqueri.
2 Mulier contrahens per procuratorem tenetur
ſeruare ſolemnitates ſtatuti.
3 Mandatum factum per mulierem requirit con-
ſenſum propinquorum.
4 Procurator conſtitutus cum ſolemnitatibus ad
vendendum rem eccleſiæ poteſt validè poſtea
ſine illis contrahere. Declara. vt n. 5.
6 Mulier forenſis faciens mandatum ad ratifi-
candum debet ſeruare ſolemnitates loci vbi
procurator ratificat. n. 7. & 8.
9 Mulier patrona conſtituens procuratorem ad
præſentandum non tenetur ſeruare ſolemni-
tates ſtatuti.
10 Vacatio Eccleſiæ non debet permitti.

DECISIO XLV.

¶ N. 2. poſt uerba. ff. de pact.

Idem ſequitur Iaſ. in l. more. col. 5. de acquir. hæ-
1 redit. Bertazol. clauſ. 7. gloſ. 19. n. 32. † ob il-
lam rationem, ne quod inductum eſt in fauo-
rem mulieris in eis damnum retorqueatur l.
quod fauore. C. de legib.

¶ N. 17. poſt verba. ff. ex quib. cauſ.
in poſſ. eat.

Ideo etiã mulier contrahens per procurato-
2 rem tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti † Iaſ.
in l. 1. §. item acquirimus. n. 16. col. 12. in fin.
verſ. quarto pro iſta parte. de acquir. poſſeſſ.
Pariſ. conſil. 98. n. 46. lib. 1. Bertazol. qui de
magis communi clauſ. 7. gloſ. 19. n. 7.

¶ N. 19.

¶ N. 19. *poſt verba*, concluſ. 38. illat. 26.

Et de huiuſmodi praxi teſtatur **Lambertin.** *de iur. patronat. art. 9. q. 4. princ. lib. 2. part. 1.*
1 *n. 4. in fin. fol. 34.* † Vbi quod inoleuit practica, vt in mandatis expediendis per mulieres requiratur conſenſus propinquorum, & ibi etiam citat *Chriſtophorum Albericum Papienſ. in ſuo tract. Padua edito. quod mulier non poſſ. contrah. ſin. conſ. propinq.* quem poſuit *in l. tranſactionem. limit. 19. C. de transact. poſt Bauer. Aret. & alios ibi per eum allegatos*, qui omnes concludunt, quod mulier, aut minor, vt poſſit conſtituere procuratorem, debet adhibere conſenſum proximiorum.

¶ N. 24. *poſt verb.* cum alijs ibi per eum adductis.

Quidquid contrarium dicat *Soccin. conſil. 112. col. penul. in fin. n. 17. lib. 1. & conſil. 172. lib. 2.* Quia contra eum eſt verior opinio, vt teſtatur
4 *Bertaz. clauſ. 7. gloſ. 19. n. 10.* † Exemplo procuratoris conſtituti cum ſolemnitatibus ad vendendam rem eccleſiaſticam, non enim erit neceſſaria alia ſolemnitas in contractu, quem procurator facit *Peder. conſ. 100. col. 3. Bald. in l. per retentionem. ad med. verſ. ſolutio. C. de vſur. Aſſl. deciſ. 285. nu. 21.* Dummodo tamen non fuerit conſtitutus ſimpliciter, & generaliter ad contrahendum cum ſolemnitatibus, nam in particularibus contractibus eſſet neceſſaria
5 ſolemnitas, † Tunc enim non eſſet ſatisfactum ſtatuto, quod exigit huiuſmodi ſolemnitatem, vt appareat de vtilitate mulieris, de qua non poteſt conſtare, niſi adhibeatur plena diſcuſſio in ſingulis ſpeciebus, & contractibus *Soccin. in l. 1. §. item acquirimus. col. 3. in fin. concluſ. 8. nu. 19. de acquir. poſſeſſ. Alciat. Tiraq. & alij, de quibus per Bertaz. clauſ. 7. gloſ. 19. n. 10. in fin.*

¶ d. N. 24. in fin. *poſt verb.* ſeu conſtitutionem de qua agimus.

Amplius mulier forenſis faciens mãdatum ad ratificandum in Ciuitate Anconæ in conſtitutio
6 ne procuratoris † debet ſeruare ſtatutum eiuſdem Ciuitatis *lib. 2. c. 43. de contract. mulier.* per quod diſponitur, vt in quolibet contractu mulieres debere contrahere cum conſenſu viri, & duorum conſanguineorum proximiorum ſub pęna nullitatis, ob illam rationem, quia in reſpicientibus formam, & ſolemnitatem forẽſes debent ſeruare Statuta loci, in quo contractus celebratur *Bart. in l. ſi fundus. de euiction.*
7 *Oſaſc. deciſ. 114.* † & ita in ſpecie reſoluit *Rot. coram* R. P. D. *Oran. Romana fideicõmiſſi de Vrſinis. 11. Ianuar. & 15. Martij. 1585. & coram* R. P. D. *Penia. Pernſin. executionis. 17. Nouembris. 1597.* Vbi quod maximè procedit in cõſtitutione procuratoris facta per mulierem nõ
8 ſolum ad lites, † ſed ad actus, in quibus poteſt lędi, tunc enim etiam in conſtitutione procuratoris requiruntur ſolemnitates, quæ in ipſo actu *Pnt. deciſ. 161. fuit dubitatum. lib. 1.*

Quibus adde, quod quidquid ſit in conſtitutione procuratoris in caſibus ſupra allegatis, Aliud
9 dicendum eſſet, † quando mulier patrona conſtitueret procuratorem ad præſentandum, tunc enim huiuſmodi ſtatuta requirentia cõſenſum propinquorum non haberent locum, & valeret mandatum etiam ſine dicto conſenſu, cũ ſimus in materia annexa ſpiritualitati, & ſit contrahendum cum clerico præſentando, magis quam cum procuratore, & verſemur in creando Rectorem Eccleſiæ, quę omnia ſunt ſub foro Eccleſiaſtico *c. quanto. de iudic. c. cum iure. de iur. patron.* Cum pręſertim in hoc verſetur
10 fauor Eccleſię, † ne diutius vacatio extendatur tanquam periculoſa, prout in terminis hãc eſſe veriorem opinionem concludit *Lambertin. de iur. patronat. art. 9. quaſt. 4. p. 1. lib. 2. num. 6. fol. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores, & eorũ hæredes non præſcribunt ſpatio triginta annorum actioni ad reddendum rationem tutelæ.*

2 *Statum vt lapſis tot annis creditor non audiatur non valet ſtante mala fide.*

3 *Maritus non petendo vſuras dotales per decennium an videatur illas remiſiſſe, uel requirantur triginta anni. nu. 4. 5. & 6. Et quid in hæredibus ipſius. n. 7.*

8 *Vſuræ debitæ ex titulo lucratiuo cenſentur remiſſa ſi non petantur per decennium, ſecus in intereſſe ex cauſa onerum matrimonij.*

9 *Diuiſio probatur ex poſſeſſione cum fructuum perceptione, ſi accedat ſuſtentatio onerum, & ſpatium decem annorũ inter præſentes, & viginti inter abſentes.*

DECISIO XLVI.

¶ N. 5. *poſt uerb.* Gabr. conſ. 148. lib. 1.

AMplius neque tutor, aut eius hęres pręſcribit ſpatio triginta annorum actioni
1 ad reddendum rationem tutelę, † quaſi videatur eſſe in mala fide, cum habeat in manibus inuetarium, & libros rationum, ex quibus poteſt facile habere ſcientiam rei alienę, vt latè concludit *Surd. cons. 296. per tot.* dixi *c. 52. diſcept. forenſ.* vbi etiam quod non obſtabit ſtatutum
2 diſponens, † vt lapſis quindecim annis continuis creditor non audiatur, & ipſo iure, & facto ſit ſtatim excluſa omnis obligatio iuxta deciſionem *Rot. coram* R. P. D. *Gipſio, auximan. tutelæ. 23. Ianuar. 1593. cũ alijs in d. c. 52. allegatis.*

¶ N. 10. ad med. *poſt illa uerb.* pręſumpt. 125.

Ideo dicimus maritum, qui longo tempore tacuit non petendo vſuras dotales videtur illas remi
3 ſiſſe, † ita vt excludatur ab illarum petitione *l. cum*

l. cum quidam. §. diuus. de vſur. Bald. conſil. 464. poſt bienniũ. lib. 1. Iaſ. in §. fuerat. n. 20. col. 5. ad med. verſ. ſuprascripta omnia. inſt. de action. qui licèt contrarium ſequatur, tamen dicit ſingulariſſimum, & ſupra omnium æſtimationem, & literis aureis ſcribendum, quia vtile, & quotidianum. *Alex. conſ. 74. viſo titulo quæſtionis. col. 3. verſ. ſecundo principaliter. n. 8. lib. 5. Ceph.*
4 *conſ. 85. n. 13.* † Quod magis eſt in caſu noſtro, cum ſimus in ſpatio viginti annorum, & tamen in marito dicunt Doctores ſufficere curſum decennalem *l. vir vſura. ubi gloſ. de donat. int. uir. & uxor. Rom. conſil. 517. in caſu propoſita. col. 6. n. 14. verſ. ſecundo tamen. Alex. conſ. 56. in præſenti conſultatione. n. 6. col. 1. in fin. verſ. ſed an alimenta. lib. 4.*

¶ N. 11. *poſt verb.* cum alijs ſupra allegatis.

Nec facit quod dicebatur de marito, Quia verior eſt opinio neque in eo ſufficere curſum decem annorum, vt excludatur à petitione vſurarum
5 dotalium, † quæ ſiue debeantur iure actionis, ſiue officio iudicis non tolluntur niſi ſpatio triginta annorum; Etenim diſpoſitio *d. l. cum quidam §. diuus de uſur.* inducens præſumptionem tacitæ remiſſionis ob curſum decem annorum, non ſufficientis ad præſcribendum procedit in vſuris odioſis, quod non eſt in caſu noſtro, cum non tractetur de lucro, prout neq; in marito *Aret. in §. fuerat. n. 9. inſt. de action. Bart. in l. quæ dotis. n. 4. ſolut. matrim. Surd. de alim. tit. 1.*
6 *q. 42. n. 94. & 95.* † vbi etiam latè diſputat, & concludit in marito requiri tempus triginta annorum, cum *Bald.* & alij ex aduerſo allegati contrarium tenentes non ſint approbati *Lup. in c. per veſtras. in 3. notab. §. 1. in fin. col. 2. verſ. ad idem facit. & verſ. communiter tamen. fol. 311. de donat. int. uir. & uxor. Natt. conſ. 495. nu. 3. Oſasc. decis. 132. per tot.* Vbi intelligit viuente
7 viro, † ſecus in hæredibus ipſius *Rol. conſil. 65. lib. 4.* qui ita iudicauit cum *Becc.* in Senatu Mõtisferrati conſulente *Surd.* vt ipſe teſtatur *de alim. tit. 1. q. 42. n. 110. & 121. Aret. Dec. Grammat. & alij de quibus per Mandos. ad Rom. conſ. 517. in verb. conſilium.* & eſt deciſio *Rot. coram* R. P. D. *Oran. Roman. fructuum dotis de Ce-*
8 *ſis. 19. Octobris. 1594.* † Vbi quod vſuræ debitæ ex titulo lucratiuo cenſentur remiſſæ ſpatio decem annorum, cum ſecus ſit in intereſſe debito ex cauſa onerum matrimonij latè *Surd. conſil. 290. n. 13. lib. 2.*

¶ N. 13. in fin. *poſt verb.* vſque ad n. 105.

Alex. conſ. 56. col. ult. lib. 4. Iaſ. in §. fuerat. n. 21. inſtit. de action. Rot. *coram* R. P. D. *Oran. Roman. fructuum de Ceſis.* 19. *Octobris.* 1594.

¶ N. 15. in princ. *poſt verb. decis.* 103. *n.* 39. ad fin.

Ideo etiam ex poſſeſſione cum perceptione fru-
9 ctuum probabitur diuiſio, † quando accedit onerum ſuſtentatio *glos. in l. penult. in verb. ſi maior. C. comm. diuid.* Intelligendo in exactione longi temporis ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes *Menoch. præſumpt. 60. n. 31. lib. 3.* & fuit deciſum *per Rot. coram Card. Seraphin. Romana de Rouilijs. 7. Iunij 1599.* & ita loquitur *glos. in d. l. penul. arg. tex. in l. cum de in rem uers. de uſur. l. 1. §. fin. de aq. pluu. arc. l. minus. C. de acquir. poſſeſſ.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier circa dotem an poſſit facere conditionẽ ſuam deteriorem tàm constante, quàm ſoluto matrimonio. n. 2.*
3 *Doti an poſſit præiudicari ſine cauſa, & quando mulier remanet penitus indotata.*

DECISIO XLVII.

¶ N. 29. *poſt verb.* onere non comprehenduntur.

Addebatur quod mulier circa dotem non poteſt facere conditionem ſuam deterio-
1 rem ob publicam vtilitatem, † quæ verſatur ne remaneat indotata *l. 2. ff. de pact. dotal. auth. ſiue à me. C. ad vellean.* Quod procedit etiam ſoluto matrimonio, tunc enim licet non agatur de præiudicio viri, tamen ob rationem ne ſit abſq; dote, non valet pactum vxoris ſuper ea damnum afferens *Bart. in l. attiliçinus. de pact. dotalib. Castrens. in l. de fideicommiſſo. de tranſact. Afſl. decis. 154. Ruin. conſil. 53. nu. 11.*
2 *lib. 2.* † Licèt iſta non ſint tuta, cum procedant, quando mulier diſponit de dote conſtante matrimonio, etiam ſi conferat pactum, & diſpoſitionem in tempus ſoluti matrimonij, ſecus quando illo diſſoluto contraheret, tunc enim valet pactum, quamuis præiudicium afferat vxori *glos. in l. cum dos. in uerb. nocebit. de pact. dotal. Bart. in l. hæredes. §. filia familias.*
3 *de pact. Surd. cons. 112. num. 33. lib. 1.* † Vbi etiam addit prædicta eſſe intelligenda quando mulier faceret huiuſmodi pactum in dotis præiudiciũ nulla cauſa ſubſiſtente, ſecus ſi adſit ratio legati, ſeu vſufructus, quem videtur vxor plus æſtimare, quàm dotem, ſeu quando mulier remaneret penitus indotata, vel ſi ei nihil daretur in recompenſationem dotis, videlicet in pacto gratuito, & in alijs caſibus, de quibus *Surd. ibid. n. 34. uſq; ad n. 37. Eugen. conſil. 93. num. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Remedium quorum legatorum ceſſat quando non eſt locus falcidiæ.*
2 *Fideiuſſio non datur occaſione legis falcidiæ vbi illa non debetur.*
3 *Falcidia nõ detrahitur ex legato alimentorum facto pauperi quando non eſt in pecunia.*
4 *In legato vſufructus reſtricto ad alimenta, an vxor*

vxor poſſit illa capere propria auctoritate.
5 *Trebellianica,& falcidia an perdatur non confecto inuentario.*

DECISIO XLVIII.

¶ N. 4. *poſt verb.* remed. 2. n. 67. in fin.

Vnde cum eſſet ratio ſalcidiæ debet etiam ceſ-
1 ſare remedium quorum legatorum † *Caſtr.cõſ.
291.n.7.dub.6.lib.2.poſt* Cin.*in l.* 1. C.*quor. legat.latè* Surd.*conſ.265.n.12.lib.2.* Vbi *n.37.* intelligit, quando ſumus in claris, ſecus ſi eſt dubium, an ſit detrahenda *Corn. conſ. 37. in vlt.dub.lib.3.*Rip.*in l.1.in prin.vbi de communi ff.quor.legat.*
Prout etiam neq; erit neceſſaria cautio,quam lex requirit à legatario de reſtituendo quidquid
2 accepit, † vltra quam capere deberet ex computatione legis falcidiæ *l. 3. ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid.* cum enim non debeatur in huiuſmodi legato falcidia, neq; eſt danda fideiuſſio, quæ illius cauſa præſtatur *Surd. de alim. tit. 8. priuil.* 18. *n.9.* Ad exemplum legati ali-
3 mentorum facti pauperi, & egeno, † de quo non detrahitur falcidia; etiam ſi excedat dodrantem hæreditatis, dummodo non ſimus in legato pecuniae ad alimenta, quod ſubijcitur falcidiae *l.4.de alim.& cibar. legat. l. diui. ad leg.falcid.* & tam in vno, quàm in alio caſu ita declarat Surd.*d.priuil.18. n.2. & q.40. titul.9. num.3.*
Immo quamuis legatum vſufructus eſſet reſtrictũ
4 ad alimenta ex conſuetudine Bulgari, † de qua per Doctores *in auth. hoc locum.* C. *de ſecund. nupt.* Tamen legataria etiam non agena poſſet capere alimenta propria auctoritate; Ratio eſt quia tunc illud dicitur legatum vſufructus, quo caſu ex iuris diſpoſitione licitum eſt capere fructus manu propria; Neq; enim obſtat limitatio ad fauorem filiorum quo ad alimenta, quia non ex hoc perditur illud priuilegium datum legato inſpecta propria ſignificatione, & primæua illius natura,quia eſt ſpecies quædam vſufructus limitata vſq; ad perceptionem alimentorum, licèt eſſet relictus ſimplex vſusfructus abſq; clauſula domina, & maſſaria *Aret. conſ. 40. col. 2. ad med. verſic. fatendum tamen. Surd.de alim.tit.8.priuil. 16.n.6.& voluit* Dec. *conſ.418.n.3.& conſ.476. conclusionem. col.fin. n.4. Peregr. de fideicom. art.47. n.50. & 51.ad med.*

¶ N. 6. *poſt uerb.* relicto. n. 225.

Immo etiam perditur trebellianica, ac etiam
5 falcidia non confecto inuentario † *Cin. & Bal. in auth. ſed cum teſtator.*C.*ad leg. falcid.* & de magis communi, & veriori opinione teſtatur *Add. ad Alex. conſ. 67. uiſis & ponderatis. in uerb. trebelleanica. lib. 4. Dec. conſil. 480. in caſu qui contingit.col.fin.num.16.* Quamuis in praxi contrarium ſeruetur latè *Ceuat.quaeſt.26 poſt* Aim.*conſ.17.col.2.ad med.verſ.quid tenendum.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur vbi non poteſt purgari mora.*
2 *Oblatio ſufficit ad purgandam moram etiam ſi pecunia non oſtendantur.*
3 *Dictio cenſus comprehendit etiam canonem.*
4 *Cenſus nomine quid veniat.*
5 *Alimenta ſi petantur per coniunctum tanquã curatorem, ſi non apparet de cura, proceſſus eſt nullus.*
6 *Procurator quando iuuetur ex mandato ualido, ſi egit vigore inſufficientis. n.7.*
8 *Alimenta debentur patri per filium de bonis caſtrenſibus.*
9 *Pater non habet vſufuctum in bonis, in quibus clericus filius fuit inſtitutus. Intellige vt num. 10.*

DECISIO XLIX.

N. 8. *poſt uerb.* conſ. 19. n. 240. lib. 2.

Caputaq. deciſ.130. n.3.p.2. Itaut neque detur
1 reſtitutio in integrum, † vbi de iure non poteſt mora purgari *Alex.in l.in lege.§. inſulam.col. 11.verſ.vltimo fallit.de uerb. obligat. idem Caputaq.deciſ.96.p.3.*

¶. N. 9. *poſt uerba* priuil. iuram. 48. n. 11.

Menoch. de arbitr.in addit. caſ. 232. num.2. vbi
2 quod ſufficit ſola oblatio, † etiam ſi pecuniae non oſtendantur ad morae purgationem. Ideo datur cautela, vt creditor non conſtituatur in mora, quod idem dicat ſum paratus accipere *Alex.in l.ſi mora.n.6.uerſ.omnes tamen.ff.ſolut. matrim.*Natt.*conſ.631.n.3.Surd.conſ.n.29.li.1. Menoc.d.caſ.232.n.2.*

¶ N. 15. *in fin. poſt uerb.* Hond. conſ. 51. n. 28. lib. 1.

Burſat.conſ.252.n.4.Surd.deciſ.29.n.12.

¶ N. 21. *poſt uerba.* deteriorae. n.6.

Berò.Burſat.& alij de quibus per Surd.deciſ.29. num.11.

¶ N. 24. *poſt uerba.* ad defenſorem Eccleſiae.

Neq;obſtat quod quietatio fuerit pro cenſu, non
3 pro canone; † Quia dictio cenſus eſt apta comprehendere etiam canonem *c. ad aures. de reb. eccleſ. non alien.* Vnde quamuis dicatur pro annuo cenſu, vel canone nihil refert *Rota per Cardinal. Seraphin. Papien. tenuta.27. iunij. 1597.* cum nomen cenſus accipiatur pro eo, quod annuatim praeſtatur etiã inferiori à Principe

4 cipe † ſiue in recognitionem ſubiectionis *c.reci-*
pimus. de priuil. Siue ratione fundationis *cap.*
preterea. de iur.patron.c. quoniam.eod.tit. Siue
ex alijs iuſtis cauſis,vel pro tributo , functione,
collatione,aut ſimilibus,de quibus latè *per* Rut
ger.Rulant.in theſaur. iur.emphyt.q.32.num.1.
vſq.ad n.8.

¶ N. 39. *in fin. post verba. §. 10.*
in gloſ. vnica. n. 6.

Quod etiam procedit in materia priuilegiata
5 *Caputaq.deciſ.24.lib.1.* † vbi de alimentis,quæ
licet poſſint peti per coniunctos , ſi tamen fue-
runt petita per coniunctum non vt talem , ſed
procuratorem , ſi appareat illum eſſe nulliter
deputatū proceſſus erit nullus *Caſſad. deciſ. 7.*
n.5.de appellat. Et de procuratore, quod non
iuuetur ex mandato valido , ſi egit vigore in-
ſufficientis *est deciſ.*Mobed.101. *&* 204.de qua
6 latè *Monter. deciſion. Aragon. 41.* † Intelli-
gendo in procuratore ignorante mandatum
validum, quaſi ex iſta ignorantia non habeat
fundamentum ſuæ intentionis *Aim. conſil.171.*
num.18.Idem Monter. *d. deciſ.41. num.87.* vbi
etiam,quod procedit in procuratore ſe reſtrin-
7 gente ad illud mandatum inualidum , † ſecus
ſi de dicta reſtrinctione non appareret , quia
tunc cenſeretur quis facere ex vi mandati vti-
lioris Put. in ſpecie *deciſ.383. num.7. lib.2. &*
deciſ.332.lib.3. Riminald. *Iun. conſ.561.nu.11.*
lib.5.

¶ N. 42. *post uerb.* caſtrenſis, vel quaſi.

Roland.conſ.90.lib.2. & conſ. 54. n.7.lib.3.Co-
raſ.in l.frater.à fratre.n. 103.de condict. indeb.
Et ideo in huiuſmodi peculijs pater nullum ius
habet *l.3.C.de castr.pecul. lib. 12.l.2. ad mace-*
*don.*Bal.*in fi.C.de inoff.teſta.Aff.deciſ.183. n.4.*
8 *Spin.de teſt.in rub.gloſſ.4. n.22.* † Præterquam
ratione alimentorum, quorum præſtatio eſt fa-
cienda patri de donis caſtrenſibus,cum filius ex
legis diſpoſitione ad illa teneatur*Gloſ.in ſi quis*
à liberis.§.& ſi impubes.de liber. agnoſc. quam
ab omnibus approbari dicit *Surd.de alim.tit.4.*
q.11.n.20.

¶ N. 48. *post verb.* tit.1. caut. 1.in fin.

Ideo Clericus filius familias hæres inſtitutus ha-
9 bebit bona ſibi relicta,† itaut in illis pater nul-
lum habeat vſufructum, vnde poterit liberè de
eis teſtari nulla facta diſtinctione an acquiſie-
rit de bonis intuitu clericatus , vel alijs etiam
quod ſi clericus primę tonſuræ larè *Surd.* qui
dicit ſingulare & notandum *conſ. 259. n. 8. 21.*
10 *& 26.lib.2.* † Quamuis hodie vt talis clericus
in minoribus conſtitutus,& primæ tonſuræ poſ
ſit vti iſta poteſtate clericali debeat habere re-
quiſita,de quibus in *Concilio Tridentino seſſ.23*
de reformat. vbi Clericus primę tonſuræ,vt gau
deat priuilegio clericali debet eſſe deputatus
auctoritate Epiſcopi alicui Eccleſię , vel Semi-
nario,& deferre habitum , & tonſuram, quia
aliàs non habebit dictam prærogatiuam, & præ
heminentiam,vt poſſit liberè teſtari, prout etiā
notat Spin. *de teſtam. in rubr. glos.4. num.23.*
ad fin.

SVMMARIVM.

1 Verba generalia comprehēdunt maiora expreſ-
ſis etiam in odioſis.
2 Proceſſus non est nullus,ſi fiat à iudice reuoca-
to neſciente reuocationem, niſi adeſſet decretū
irritans,aut clauſula motuproprio.
3 Supplicatio prohibetur, quando interdicitur ap-
pellatio ad abbreuiandum lites.

DECISIO LI.

¶ N. 17. *post vern.* & partem. n. 14.
C. de reuoc. donat.

Et de retract.liguag.glos.8.§.1.nu.20. Mandos.
ad Rom.cons.31.in verb. quæcunq; vbi multa
1 de huiuſmodi verbis generaliſſimis , † quæ ſunt
apta comprehendere maiora expreſſis etiam in
materia odioſa Abb.*in c.ſolitæ.in uerb.nihil ex*
*cipiens.col.2.in fi. de maiorit: & obed.*Fel.*in c.de*
quarta.n.15.col.5.ad med.vers. adde etiam præ-
*dictis.de praeſcr.*Gomes.*de triennal.q.2.*Creſcen.
deciſ.1.de priuileg:

¶ N. 20. *post uerb.* de conſtitutio.

Et ligat etiam ignorantes , Ideo licèt quando
aufertur iuriſdictio iudici,non ſit nullus proceſ
ſus factus ab eo non ſciente auocationem iuriſ-
2 dictionis † *Gemin.cons.47.ſupplicatur. in prin.*
Tamen ſecus eſt , ſi in commiſſione auocatoria
adeſſet decretum irritans , aut clauſula motu
proprio *Mandos.* qui de magis communi *form.*
6.commiſſ.in fi.

¶ *N. 27. post verb.* conſ. 54. n. 38. lib. 3.

Quidquid dicat *Aret. cons.* 20. Quia verior eſt
3 opinio, quod etiam ſupplicatio prohibeatur , †
quādo ad abbreuiandū lites,vel ex natura cau-
ſæ non datur appellatio *glo.in l.fi.*C.*ut lit.pen.*
*Iaſ.in auth.qua ſupplicatio. n.6.in 5. notab.*C.
de pracib. imper. offer. & late comprobat & de
communi oppinione atteſtatur Surd. *cons.277.*
n.20.& per tot. lib.2.& decis.36.n.22.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio ſecunda nominis debitoris impedi-*
tur, ſi per primam creditor eſt ſatisfactus.
2 *Variatio non datur post executionem factam*
ſuper eina re,per quam eſt conſultū creditori.
3 *Satisfactionis uerbum eſt generale comprehen-*
dens quemcumq;modum ſolutionis.
4 *In ſaluiano non requiritur condemnatio dam-*
norum,

norum & intereſſe, & illa non extante ſit liquidatio.

DECISIO LII.

¶ N. 4. ad med. *poſt uerba.* eadem re & eodem credito.

1 *Ang. in l. reſtituere. ff. de rei vendic.* † Prout
dicimus de adiudicatione nominis debitoris
ſemel conceſſa, nam ſecunda impeditur, quando
per primam creditor eſt ſatisfactus *Dec. conſil.*
558. in princ. nu. 2. Ideo ſemel executione facta
vno modo, vel ſuper vna re non poteſt quis va-
2 riare, † quando per illam ei conſultum eſſet *Be-*
ro conſ. 107. n. 2. lib. 3. Natt. *conſ. 496. n. 17. &*
18. *lib.* 3. Itaut ſufficiat quocunque modo fuerit
ſatisfactum, dummodo iſtum modum creditor
elegerit, cum verbum ſatisfactionis ſit generale
3 comprehendens quodcunq; creditor voluerit †
quamuis verè ſolutum non eſſet *l. 1. qui ſatisd.*
cogant. l. item liberatur. 6. §. 1. quib. mod. pign. vel
hypoth. ſoluit. l. ſi rem alienam. la 1. §. omnis. de
pignor. act.

¶ N. 8. in fin. *poſt verb.* maij 1596.

Quo vero ad damna & intereſſe an debeant illa
liquidari, cum de eis nulla ſit facta mentio in
4 ſententia videndum eſt particulariter; † Quamuis
potuiſſet concedi, cum in ſaluiano interdi-
cto non requiratur, quod fiat huiuſmodi con-
demnatio damnorum, & intereſſe, nam etiam il-
la non extante deuenitur ad dictam liquidatio-
nem Rot. *coram* R.P.D. Bubalo *ſ: nogaiten. prædij*
24. octobris. 1586.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa ſalarij per pauperem petiti non ſeruātur feriæ etiam in honorem* Dei.
2 *Solemnitas iuris diuini relaxatur propter neceſſitatem.*
3 *Appellatio quando ſit deneganda in cauſa mercedis.*
4 *Alimentorum cauſa an admittat appellationē.*
5 *Salarium an debeatur famulo infirmo, conſanguineo ſcholaris, & ſimilibus. n. 6. & 8.*
9 *Dies feſtiui non attenduntur in cauſa alimentorum de futuro.*

DECISIO LIII.

¶ N. 2. *poſt uerba.* gloſ. 7. n. 1.

Angel. in l. quiſquis, C. *quor. appell. non recip.*
1 *Ann. ſing.* 42. Ita vt neque ſeruentur feriæ, †
quando per pauperem ſalarium petitur *Bald. in*
l. eadem. in 1. lect. ad med. verſ. in textu ibi. de fe-
rijs. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 2. num. 7. in fin.
Vbi n. 10. ampliat ad ferias in honorem Dei,
2 quæ non ſeruantur cauſa pietatis †, cum con-
currat quoq; neceſſitas, propter quam relaxa-
tur etiam ſolemnitas iuris diuini *Abb. in c. licèt*
de ferijs. Felin. in c. vlt. in fin. num. 8. verſ. nam
poſſet ſtatuere. de maior. & obedient. Et regula-
re eſt, vt cauſa mercedis non admittat appella-
3 tionem *Rot. Florent. deciſ. 12. nu. 11.* † Quan-
do merces debetur pauperi, cum ſuccedat loco
alimentorum Rot. *diuerſ. deciſ. 764. par. 1.* Aliàs
paupertate ceſſante appellatio deberet concedi
Rot. *per R.P.D. Sacratum.* Anconitan. *mercedis.*
20. decembr. 1602. *& coram* R.P.D. Cantuccio.
roman. mercedis. 16. *nouembr. 1583. & per*
Cardinal. Mantic. *roman. mercedis. 14. februar.*
1594. & coram R.P.D. Robuſterio *roman. mer-*
cedis artis furnariæ. 9. iunij 1579. Exemplo ali-
4 mentorum, quæ à diuite petunt, † quia tunc
ceſſat cauſa, propter quam alimenta requirunt
celeritatem executionis, ideo etiam in illis eſ-
ſet deferendum appellationi *Corduben. in l. ſi*
quis à liberis. §. ſi vel parens. n. 31. de liber. ag-
noſ. poſt Bart. *in l. fin. num. 1. de appell. recipien.*
quidquid ſecus ſit quādo petuntur propter ino-
piam *Rot. coram* R. P. D. *Oran. Anconitana ali-*
mentorum 4. decembr. 1585.

¶ N. 8. *poſt uerba.* debeat reſtitui.

Prout ſi conſtaret eum eſſe infirmum, cum illo
5 tempore non debeatur † *Bart. in l. op ra. de*
uſufr. leg. Auffr. ad deciſ. cap. tholoſ. 269. Couar.
lib. 3. uar. reſolut. c. 13. nu. 8. poſt princ. uerſ. ex
quibus tandem vbi de veriori opinione teſtatur
Surd. qui de magis communi *de alim. tit. 4. q.*
23. n. 35. in fin. Quidquid ſit in cibaris, & mo-
6 dicis expenſis, † quę famulo ægrotanti debent
ſubminiſtrari per Dominum *Bar. in l. ſi cum do*
tem. §. ſin autem. ff. ſol. matr. & in l. in rebus. §.
poſſunt. ff. commod. idem ſi probaretur eſſe fa-
mulos ſcholaſticorum, quibus non debetur ſala
7 rium, † quaſi cōmodius eis permittatur audire
lectiones *Rebuff. priuil. ſcholar.* 167. *tom. 18.*
fol. 61. vbi quod eſt ſpeciale in iſtis, & alijs, de
quibus in *l. 1. ff. de uar. & extraord. cognit.* Dū-
modo conſiderata cōditione famuli, & Domini
non conſtaret, quod vnus eſſet ſolitus locare, &
alter conducere, quia tunc deberetur *Feder. cōſ.*
218. *in fin.* Quemadmodum etiam de famulo
8 cōſāguineo, † cum nec ipſe, nec dominus ſoleat
locare operas huiuſmodi perſonarum *Ceuall. q.*
288. nu. 6. cum diſtinctione de ſolito locare, &
cōducere, vt dictū eſt. Et in alijs caſibus in qui-
bus non eſt debitum ſalarium, ita vt ſit neceſſa-
ria dicta cautio iuratoria ſi contingat retracta
ri ſententiam *Rebuff. de ſent. prouiſ. gloſ.* 12.

¶ N. 11. *poſt verb.* deciſ. 264. p. 1.

Contar. in l. unic. lim. 3. n. 56. C. ſi de mom. poſſeſ.
Lancel de attent. lim. 14. p. 2. c. 12. n. 8. to 5. f. 372.
9 *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. n. 16.* † Quo caſu in
huiuſmodi alimentis tanquam futuris poterit
agi diebus feſtiuis cum in præteritis ſecus eſ-
ſet *Spin. de teſtam. gloſ. 16. n. 113. Ceuall. 112.*
in fin.

SVM-

nium non poteſt tranferri ſtante prohibitione
alienandi *l. filius familias. §. diui. de leg.* 1. *Rot.*
coram R. P. D. *Decan*. *Roman*. *Cenſus de Cup-*
13 1. *pis.* 15. *martij.* 1577. † Itaut ſcientia em-
ptori de fideicommiſſo non operetur *Rot. di-*
uerſ. deciſ. 43. *p.* 2. *& coram* R. P. D. *Pere-*
grin. *d.* Roman. *domus.* cum præualeat dolus
venditoris aſſerendo rem eſſe liberam culpæ
14 emptoris † in non perquirendo *Aldobrand.*
conſ. 19. *n.* 55. *Rot. coram* R. P. D. *Oriolien.*
Romana vineæ. 5. *iunij.* 1579. quæ eſt in im-
preſſis *diuerſor. deciſ.* 281. *n.* 3. *p.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Aegidiana habet locum etiam in decreto de euacuando.*

DECISIO LV.

¶ N. 7. *poſt verba*. deciſ. 20. n. 21. p. 1.

Dec. conſ. 28. *nu.* 5. vbi de communi *Diaz.*
1 *reg.* 36. *Caputaq. deciſ.* 227. *p.* 2. † Ideo etiam
in decreto de euacuando erit locus Aegidianæ
Grammat. deciſ. 58. *nu.* 2. *Rot. coram Cardin.*
Pamphil. *Romana domus.* 4. *iulij.* 1603. con-
tra *Menoch. de adipiſ. remed.* 4. *n.* 863. *&* 866.
q. 100. *Pedam. deciſ.* 25. *Contard. in l. vnic.*
limit. 21. *C. ſi de moment. poſſ. ff.* Nicell. *con-*
cordant. gloſ. 6. *nu.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt damnum pati aliud vero lucrum non facere.*
2 *Futura non ſunt conſideranda.*
3 *Iudicium prudens non eſt ſuper præſenti ſtatuere ex eo, quod in futurum poteſt contingere.*
5 *Status præſens, non futurus debet attendi.*

DECISIO LVII.

¶ N. 7. *poſt verba*. quod intereſt. c. 1. n. 9.

Et aliud eſt damnum pati, aliud lucrum non fa-
1 cere † *l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. l. quam-*
uis. C. de iur. & fact. ignor. *Fulgoſ. conſ.* 61.
col. fin. verſ. ad legem plane.

¶ N. 9. *poſt verba*. gloſ. in verb. damnum.

Futura enim, quæ poſſunt abeſſe, & adeſſe non
2 ſunt conſideranda † *l. ſciendum. §. ſi futurum.*
ff. qui ſatiſd. cog. *Felin. in c. in noſtra. col.* 12.
n. 15. *coroll.* 7. *de reſcript.* Nam propriè non
poteſt dici præiudicium, quod non imminet
de præſenti *Gomeſ. in reg. de iur. quæſit. non*
3 *toll. q.* 4. *in princ.* † Nec prudens eſt iudicium
ſuper re præſenti ſtatuere ex eo, quod in futu-
rum poteſt contingere, cum tamen incertum ſit
Alex. conſ. 39. *col.* 2. *verſ. ergo cum poſſibile*
fuerit lib. 5. & iudicia non poſſunt eſſe ſuper
futuris *l. non quemadmodũ. de iudic. gloſ. in l. niſi*
ſtipulatus. §. cum ſtipulemur. de verb. obligat.
4 *Caſſad. deciſ.* 16. *n.* 3. *de præbend.* † Et ſemper
debet attendi præſens ſtatus, non futurus *c.* 2.
de iur. iur. *Tiraq. in l. ſi vnquam. in præfat.*
n. 166. *C. de reuoc. donat.*

¶ *N.* 10. *in princ. poſt verba*. col. 2. lib. 2.

Aret. Aſſl. & alij de quibus per *Monter. deciſ.*
17. *in princ.* licèt ipſi contrarium teneant poſt
Girond. de Gabell. p. 7. *§.* 1. *n.* 7. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad proſequendum iniuriam computatur à die ſcientiæ.*
2 *Pœnitentia quando habeat locum in actione iniuriarum.*
3 *Actio iniuriarum an tranſmittatur ante conteſtationem litis.*
4 *Damna, & intereſſe an cenſeantur remiſſa quando iniuria condonatur. n.* 5. *&* 6.
7 *Maritus licèt remiſerit vxori iniuriam ob adulterium, non cenſetur remiſiſſe pœnam ex ſententia acquiſitam, & poteſt conuenire de reducendo eam ad domum ſalua dicta pæna.*
8 *Remiſſio iniuriæ per confeſſionem peccatorum reſpicit rancorem animi, non damna, & actionem iniuriarum. Intellige vt nu.* 9.
10 *Sacerdos poteſt pro abſente acceptare remiſſionem iniuriæ.*

DECISIO LVIII.

¶ N. 9. *poſt verba*. delict. c. 6. in fin.

Vel verius ſecundum aliam opinionem à die
ſcientiæ *Natt.* qui de comuni *conſ.* 225. *nu.* 2.
1 *Ceuall. q.* 676. *& q.* 679. † vbi exemplificat in
iniuria contra abſentem, maximè in cætu ho-
minum, Et idem in iniuria adulterij, quæ durat
quinquennio computando à die ſcientiæ *Queſ-*
ſad. q. 18. *uerſ. ſecundus.* Et idem in eo, qui te-
netur ad denunciandum delictum *Bart. in l. eũ*
qui. §. in popularibus. ff. de iniur.

¶ N. 12. *poſt uerba*. q. 27. n. 10.

Et eſt verior opinio, vt teſtatur *Claud. Bertaz-*
zol. ad conſ. Barthol. Bertazzol. 307. *in princ.*
lib. 2. *Andr. Gail. obſeruat.* 106. *n.* 3. *uerſ. & ſic*
2 *notandum. lib.* 2. † vbi quod in actione iniuria-
rum non habet locum pænitentia, neque ceſſat
actio, quamuis reuocetur *Neuiz. Clar. & alij*
per farinac. q. 105. *n.* 152. Quando præſertim
iniuria eſt talis, quæ etiam per pænitentiam re-
uocata non aufert damnum, & iniuriam illa-
tam nec reducit rem ad priſtinum ſtatum, tunc
enim neq; iracundia excuſaret, vt in iniuria,
per quam apud bonos viros quis reperitur diffa
matus, & in ſimilibus caſibus adductis per Fa-

rinae. q. 95. n.31 poſt Cin. *in l. ſi non conuiēj. verſ. quid dicemus. n.3.* C. *de iniur.* Felin. *in c. cum te. n.7. de re iudic.* Duen. *reg. 292. limit.1. in fin.*

¶ N. *14. poſt verb.* noniſſimè autem. lib.4.

Cum ante litem conteſtatam non tranſmitte-
3 retur † latè Surd. *deciſ.89. n.15. poſt Gloſ. in l. fin. in verb. introducere. C. de hæredit. vel act. vendit.* Quidquid aliud ſit in parte, & domino, qui poſſunt agere mortuo iniuriato, cum ſecus ſit in alijs Gomeſ. *de delict. c. 6. n. 14. in fin.* Crot. *conſ. 216. n. 4.*

¶ N. 30. in fin. *poſt verb.* particulariter
eſt videndum.

Fuit facta remiſſio iniuriæ, poſt quam contigit dubitari an per eam eſſent remiſſa damna, &
4 intereſſe, & verior eſt opinio negatiua, † cum quis teneatur ſolùm remittere odium, & rancorem, & ea quæ ſalutem animæ poſſent impedire, non autem intereſſe *gloſ. in c. ſi quis contriſtatus. 10. in verb. ſatisfaciente. 90. diſt. & in c. & qui emendat. 11. in verb. dimittis. 45. diſtinct. & in c. 1. in verb. à temeritate. de maledic.* Iaſ. qui de communi *in l. ſi tibi decem. §. quidam. ff. de pact.* Dummodo non eſſet
5 plena remiſſio, † per quam etiam damna cenſerentur ſublata, cum omni intereſſe ſecundum *Ang. de maleſ. in verb. nec ad querelam. n. 90.* Guald *de art. teſtand. caut 34. tit. 6.* Farinac. *q. 105. n. 169. poſt* Rimin. *Iun.* qui latè comprobat *conſ. 134. inter crimin. diuerſor. n. 41. lib. 1.* Licet contrariam opinionem tanquam veriorem ſequatur Ceuall. *q. 386. in fin.* dicens ita practicari Surd *de alim. tit. 7. q. 16.*
6 *n. 84.* † Vbi ampliat etiam ſi facta ſit remiſſio omnium iniuriarum, expulſionum, & deuaſtationum, & ideo in inſtrumento pacis deberent exprimi damna, & intereſſe, vt illa intelligantur Bald. *in l. domus. de ſeruit. verb. prædior. & in l. ſi tibi. §. 1. ff. de pact.* Alex *conſ. 168. n. 7. lib. 2.* Io. *de amic. conſ. 88. n. 14* Couar.
7 *lib 2. var. reſolut. c.10. n.6.* † Quare dicimus maritum per remiſſionem iniuriæ vxoris ob adulteriū non cenſeri pœnā ex ſententia acquiſitam remiſiſſe, immo poſſe ſuper hoc conueniri per contractum de reducendo ad domum vxorem ſalua dicta pœna, & intereſſe, cum hæc non ſit concordia venalis prohibita inter coniuges, ſed retentio eius, quod fuit ſibi adiudicatum per ſententiam, & ſic non militat diſpoſitio *l. ſi quis liberis. de pact. dotal.* de qua *per* Roman. *ſing. 682.* Lup. *in rub. de donat. int. vir. & uxor. §. 34.* & in terminis ita concludit Surd. *de alim. tit. 7. q. 16. n. 86.*

Idem eſt in remiſſione, quæ fit confitendo pec-
8 cata, nā reſpicit ſolùm rancorem animi, † cum ad ſalutem nemo cogatur remittere actionem iniuriarū Abb. *in c.1. in fin. de maledic.* Bart. *in l. non ſolum. §. 1. n. 3. de iniur.* Aret. *in §. ult. n.4. inſt. eod. tit.* Alex. *in l ſi tibi. §.1. de pact.* vbi de communi, ideo non inducitur remiſſio
9 ingratitudinis, † nec reconciliatio ex eo, quod pater confitendo peccata ſua remiſerit iniuriam filio in foro animæ Surd. *de alim. tit. 7. q. 1. n. 50.* Licet quando eſſet plena remiſſio, & prægnantibus verbis prodeſſet etiam in foro
10 exteriori, † quia Sacerdos poteſt pro abſente acceptare Felin. *in c. de his. col. fin. de accuſat.* Menoch. *præſumpt. 114. n. 6. lib. 3.* & in ſpecie ita declārant. Anan. Bald. Alex. Maſq. *& aly per* Farinac. *q. 105. num. 378.* & voluit Surd. *de alim. tit. 7. q. 1. n. 52.*

S V M M A R I V M.

1 *Detractio utriuſq; quartæ facilius admittitur de æquitate iuris canonici.*
2 *Pater grauatus reſtituere hæreditatem an poſſit duas quartas detrahere ſicut filius. num. 3. & 4.*
5 *Priuilegium conceſſum deſcendentibus non extenditur ad aſcendentes in materia ſtricta.*
6 *Diſpoſitio correctoria non ampliatur ex identitate rationis.*

D E C I S I O LIX.

¶ N. *13. in fin. poſt uerba.* trebellianicæ
deductio.

1 QVæ magis procederent non extante ſtatuto, quod attendatur ius ciuile, † cum propter æquitatem iuris canonici facilius admittatur deductio vtriuſq; quartæ; In hoc enim fuit mitigatus rigor iuris ciuilis *per tex. in c. raynutius. de teſtam.* Old. *conſ. 60. nu. 18.* Ceuall. *q. 74. num. 1. in fin.* vbi ita ſeruari teſtatur.

Idem dicebatur eſſe in parte grauato à filio re-
2 ſtituere hæreditatem, † qui poteſt deducere duas quartas, cum ſint correlatiui, & diſpoſitum in vno ad aliū extendatur Ant. *conſ. 110.* qui de comuni *n. 1. uerſ. quibus non obſtantibus. poſt* Ang. *&* Cuman. *in l. miles. §. fin. de teſtam. milit.* latè Graſſ. *in §. trebellianica. q. 4. in fin.* vbi quod non eſt diſcedendum ab
3 hac opinione, † cum æquiſſimum ſit parentes ſimiles filijs releuari per portionem hæreditatis ob mortem filiorum Andr. Gail. *obſeruat. 121. nu. 11. lib. 2.* cum alijs latè adductis *per* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 3. nu. 53.* licet ipſe relinquat cogitandum.

Quāuis iſta nō ſit tuta opinio cū contrariam dicat
4 eſſe veriorē † Iaſ. *in l. filium quem habebat. col. 3. n. 9. uerſ. limita ſingulariter. C. famil. herciſ.* Alex. *in l. ratione. §. quod uulgo. col. 6. in princ. n. 11. uerſ. poteſt dubitari. ff. ad leg. falcid.* Socin. *in l. cum auus. 101. n. 14. col. 4. poſt med. uerſ. ſeptimo adduc t. de condit. & demoſtrat.* Caſtil. Cott. *in memor. in uerb. filius grauatus à patre. ad med.* & hanc opinionem etiam approbat tāquam vltimo loco relatam Couar. *in c. raynutius.*

Digitized by Google

tius.§.11.nu.6.de teſtam.Roland.Gomeſ.Padill.
5 & alij per Ceual.q.665.n.8. † Et eſt ratio, quia in materia ſtricta priuilegium conceſſum deſcendentibus non extenditur ad aſcendentes l. filiusfamilias.18.ad leg.falcid.Rol.conſ.39.n.10 lib.3.cum alijs adductis per Peregr.de fideicom.
6 art.49.n.44. † Et diſpoſitio c.raynutius. & cap. raynaldus. tanquam correctoria iuris ciuilis non debet ampliari ex identitate rationis ad notata in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 Correſpectiua non debent diuerſo iure cenſeri, et dicuntur quando vnum ſit contemplatione alterius.n.2.
3 Sententia declarans domum deuolutam, & talem reintegrandum continet mixturam, & admittit appellationem. n.3.
4 Per clauſulam propterea reintegrandum dicitur principaliter actum ſuper caducitate.

DECISIO LX.

¶ Ante n.1.poſt uerba. immiſſus in poſſeſſionem.

Mandoſ.reg.34.de annal.q.86.n.6.col.2. in fin. per tex.in l.2.poſt princ.et §.ijsdem temporibus. de origin.iur.

N.9. poſt uerb. conſ 1. n. 22.

Iſta enim correſpectiua non debent diuerſo iure
1 cenſeri † l. etiam. §.ex cauſa. de minor.l.fin.de acceptil. Aim.conſil.16 n.4. itaut poſito, vel ſublato vno ponatur, & tollatur alterum l. alumnæ.§.seia.de alim.leg.Aim.conſ.179. nu.13.Me-
2 noch.praeſump.12. n.6. lib.1. † Vbi etiam quod correſpectiua dicuntur, ſi vnum fiat contemplatione alterius. Felin.in cap.cum inter.n.7.de re iudi. Tiraq.in l.ſi vnquam. n.118. in verb.donatione largitus.C.de reuocand.donat.

¶ N. 16.poſt verba. appellationi petitę.

Exemplo eius, quod dicimus de ſententia de-
3 clarante domũ eſſe deuolutam, & talem reintegrandum, quæ ratione mixturæ admittit appellationem, vt in ſpecie eſt deciſio Rot. coram R.P.D.Lancellot.roman.deuolutionis. domus.5.
4 decembr.1599. † iuxta conſ.Iaſ.187.nu.3. lib.1. quod licèt procedat, quando principaliter fuit actum ſuper caducitate, Tamen ſi in ſententia dicatur propterea reintegrandos dicitur prin-
5 cipaliter actum, vt latius in dicta deciſione. † Quamuis ad hunc effectum ſufficeret etiam ex primi cauſam, quæ habeat complicationem cum petitorio Rot.coram Sanctiſſimo Tiburtina caſtri ſambuci.1.iulij.1587.et coram Gar. Pamphil. Recanaten. bonorum.27. iunij.1587. et per R.P.D.Lancel.d.roman. deuolutionis. domus.5. decembris.1599.

SVMMARIVM.

1 Subſtitutus pupillaris in foro conſcientiæ an teneatur reſtituere legitimam, quæ matri competebat.

DECISIO LXI.

¶ N. 5. poſt verb. excluſa mater.

De qua per gloſ.in l.precibus. in verb.omnimodo.C.de impub.et alijs ſubſtit.Dec.in l.expreſſa. de reg.iur.Couar.in c.raynutius.§.4.nu.6.et 7. de teſtam.Gomeſ.in c.1.num.136.de conſtit in 6.
1 Ceuall.q.70.n.4. † vbi etiam n 6. quod ſubſtitutus pupillaris in foro conſcientiæ tenetur reſtituere legitimam, quæ matri cõpetebat; Quaſi lex poſitiua, quæ obligat, & contradicit naturali æquitati non arctet in foro conſcientiæ Archid.in c.ſi pater.n.6.de teſtam. quem dicit cõmuniter approbari Dec.conſ.210.ſubtilis.eſt caſus.in fi. Quamuis contrarium ſequatur Rip. in l.moribus.col.12.in fi.n.45.de vulg.Vaſq.de ſucceſ.creat.lib.1. nu.25. vers.quid dicendum.cum alijs per Spin.de teſtam.gloſ.20.n.49.

SVMMARIVM.

1 Appellatio ſuſpendit præſumptionem ſententiæ quo ad impediendum effectum illius, non quo ad alia, intellige, vt n.2.
3 Laudum habet præſumptionem quod fuerit rectè latum.
4 Oppoſitio nullitatis non admittitur in ſummarijs, nec ad retardandum executionem, aut mandatum de manutenendo n.5.
6 Decretum ſequeſtri non eſt definitiuum, nec impeditur per appellationem.

DECISIO LXIII.

¶ N. 13.poſt verba. concl. 963. n. 5. de probat.

Neq; obſtat præſumptionem ſententię ſuſpendi
1 pendente appellatione † Felin.in rub. de appel. n.1.Couarr.pract.quæſt.c.23.n.1. Quia intelligitur ſuſpenſio quo ad impediendum effectum ſententiæ, non autem quo ad alia, nam etiam pro iudice præſumitur non obſtante appellatione; licèt iſta præſumptio non ſit ita vrgens, prout ſi nõ eſſet appellatum Dec. in c.quoniam contra nu.33. de probat.Alciat.et alij.de quibus
2 per Surd.de alim.tit.1. q.120.n.1e. † Quamuis de iure ciuili appellatio extinguat in totum iudicatum, & eius effectus, ac ſi non fuiſſet prolata ſententia, quod ſecus eſt de iure canonico Iaſ.in l.1.n.9.de re iudic.Manaoi.form.20.comniſſ.q.4.in prin.

¶ N. 21. poſt. verb. concluſ.32. n. 42. & n. 60.

Et regulariter laudum habet præſumptionem
3 pro ſe, quod ſit ritè, † & rectè latum Dm. conſ.

19. *Dec. conſ. 389. col. 3. in fin.* Et ita exequendum, præſertim cum habeat executionem paratam ex obligatiune, & iuramento appoſito in compromiſſo *Anan. conſ. 50. n. 8.* Rot. *per Card. Pamphil. romana. executionis laudi. 26. octobris. 1594.*

¶ N. 27. *poſt uerb.* incontinenti probari.

Iſtæ enim oppoſitiones nullitatis non admittũ-
4 tur in iudicijs ſummarijs, † prout neqne ad retardandam executionem *Put. deciſ. 245. num. 4. lib. e. Caſar. de Graſſ. deciſ. 20. num. 5. de probat.* Quemadmodum neqne etiam ad impediendum
5 mandatum de manutenendo † *Menoc. de retinen. poſſeſſ. remed. ult. n 36. Rot. diuerſ. deciſ. 27. n. 11. p. 1. Couar. pract. q. c. 17. n. 4.*

¶ N. 28. *poſt verb.* de ſequeſtr, poſſeſſ.

Vbi tenet opinionem negatiuam, prout etiam *Veſtr. in prax. lib. 7. c. 2. nu. 5. Lancell. de attent. p. 2. c. c2. limit. 12. n. 2.* Tale enim decretum non
6 eſt ſententia difinitiua, † ſed interlocutoria *l. ante ſententiam.* C. *quor. appell. non recip. Caſſad. deciſ. 5. n. 4. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* cum declarationibus, de quibus *per* Lancel. *d. limit. 12. Marant. de ordin. iudic. p. 6. act. 2. nu. 296. limit. 15.*

S V M M A R I V M.

1 *Pactum & ceſſio requiritur, vt emptor repræſentet perſonam primi creditoris. Intellige, vt num. 2.*

D E C I S I O LXVI.

¶ N. 7. *poſt uerb.* C. de his qui in prior. loc. ſucced.

Itaut etiam requiratur ceſſio prioris creditoris
1 quæ ſufficiet, † quamuis ſit ceſſio tacita, quia lex fingit creditorem hoc velle, quando ſibi ſoluit Bar. *in l. ariſto. nu. 7. verſ. gloſa hic ſoluit. ff.*
2 *qua res pignor. oblig. poſſ.* Franc. *deciſ. 97. n. 2.* † Qnod procedit, quando primo creditori fuit notificatum pecuniam ſecundi creditoris fuiſſe hoc pacto traditam, & ſub eodem pacto eidem numeratam aliàs ſi nihil ei dicatur, non cenſeretur conſentire pacto, nec ſecũdum ſuccederet in locum primi *Salic. in d. l. ariſto. n. 3. ver. quod ſatis puto. ſequitur* Rot. *coram* R.P.D. Penia *neapolit. cenſus. 25. octobr. 1593.*

S V M M A R I V M.

1 *Verba breuiter, & ſummariè non excludunt concludentem probationem, ſed ſolum modum probandi.*
2 *Exceptio spolÿ non admittitur ad impediendum proceſſum ſtante clauſula, ſummariè &c.*

D E C I S I O LXVIII.

¶ N. 15. *poſt verb.* de exceptionibus. n. 14.

Ideo dicitnr quod illa verba breuiter, & sũma-
1 riè poſita in breuibus ſummorum Pontificum † non excludunt concludentem probationem, ſed ſolùm reſpiciunt modum probandi, & breuitatem procedendi Rot. *coram* R.P.D. *Robuſterio. Giennen. canonica. 4. Maij 1587. & per* R.P.D. *Oran. Placentina canonicatu. 1. mar. 1599. cum alijs per* Gonzal. *ad reg. 8. cancella. de alternat. §. 7. in probem. n. 1c8.*

¶ N. 19. *poſt uerb.* Honded. conſ. *94. n. 65.*

Pront etiam in ſpolio, cuins exceptio non ad-
2 mittitur ad impediendum proceſſum † ſtãtibus dictis clauſulis ſummariè &c. *Dec. conſ. 419. n. 21. col. 4. Aim. conſ. 299. col. penul. ver. quarto reſpondeo. n. 8. Surd.* qui de veriori opinione teſtatur *conſ. 166. n. 8. lib. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Minor ætas non excuſat notarium qnia tenetur parti læſæ, etiam pro delicto ſui ſubſtituti. n. 2*
3 *Conferens beneficia illiteratis tenetur ad damnum eccleſiæ reſultans.*
4 *Recurſus datur contra nominantem fideiuſſorē pro idoneo.*
5 *Approbatio fideiuſſoris quando præiudicet, & an ſit facta per verba ſtateuene ripoſato, ebe ui aſſicuro, &c. n. 6. & 7.*
8 *Approbatio eſt nulla ſine citatione partis.*
9 *Approbatio fideiuſſoris poteſt fieri poſt tempus datum ad præſtandum fideiuſſionem.*
10 *Gerentes publica officia tenentur de leui culpa.*
11 *Hæredes Magiſtratus non tenentur niſi de dolo, & eius culpa, quando minus idoneum ſuſcepit. n. 12.*
13 *Vſus non admittit, vt conueniatur amplius Magiſtratus.*

D E C I S I O XLIX.

¶ N. 5. *poſt verba.* l. 1. C. de magiſtr. conuen.

Itaut neq; minor ætas excuſet notarium, qnia
1 teneatnr parti læſæ † *Bal. in l. 1. n. 4. col. 1. verſ. item facit ad quaestionem. C. qui & aduerſ. quos. in integr. reſtit. Bertaz. in probem. clauſul. nu. 1. col. 1. in fin.* Ex quo enim in illa arte eſt approbatus tanquam ſapiens, deſiderium ſuum repugnat profeſſioni *l. profeſſio. C. de muner. patrim.*
2 *lib. 10.* † Immo etiam tenetur pro delicto ſui ſubſtitnti tàm de iure communi, quàm ſecundũ formam *Conſtitutionis Pij* IV. *quæ eſt 85. in bullar. p. 2. f. 774.* de qua per Rot. *coram Car.* Sera. *rom. releuationis indemnitatis. 9. iunij. 1581. et 3 iulij. eiuſdem anni. et 14. ianu. et 7. maij* 1582. in eadem cauſa, quarum deciſionũ tenorẽ inſerit *Farina. de delict. et pan. q. 24. n. 61. vſq; ad n. 86.*

Idem

Digitized by Google

Idem eſt in alijs, qui conferunt beneficia illitera-
3 tis, & non idoneis, † nam tenentur reſarcire
damnum reſultãs Eccleſiæ ex mala collatione,
exemplo Magiſtratus committẽtis tutelam mi
nus idoneis *l. 1. C. de peric. nomin. lib. 11. Ancha-
ran. in elem. 1. in fin. num. 5. de ætat. & qualit.
Prob. in c. eum ex eo. n. 2. de elect. in 6. Rebuff. in
cõcord. rubr. de collation. §. præfati ordinary. in
verb. idonei. & in prax. tit. de pæn. contr. collat.
num. 8.*

N. 22. *poſt verb.* ff. qui ſatiſd. cog.

Prout eſt in eo, qui aliquem fideiuſſorem nomi
4 nauit in iudicio pro idoneo, † quia contra illũ
poteſt haberi recurſus *Fulgoſ. in d. l. ſi vero. §.
qui pro rei.* vbi dicit ita eſſe intelligendum *tex.
in d. l. cum oſtendimus. §. fin.*

¶ N. 25. *poſt verb.* conſ. 437. n. 43.

Ex quo *Alexan. & Iaſ. in d. l. ſi vero. §. qui pro
rei.* intelligunt *tex. in d. l. cum oſtendimus. §. fin.*
5 ſolùm procedere in eo, † qui pro ſuo officio
fuerat conſtitutus ad approbandos fideiuſſores
talis enim tenebitur, ita vt etiam approbatio
fiat coram Iudice, & illo auctore *Menoch. conſil.
179. n. 2. lib. 2. per tex. in l. 1. §. diuus. de magiſt.
conuen.* Secus in alio, niſi doloſe affirmaſſet il-
lum eſſe idoneum *l. & eleganter. §. fin. de dol.
Peregr. de priuil. fiſc. tit. 5. lib. 6. nu. 38.* & eſt
deciſio *Rot. coram* R. P. D. *Bubalo* Camerinen.
pecuniaria. 28. Februar. 1586. Vbi etiam, quod
illa verba ſtateuene riposato, ch'io vi aſſicuro
6 important promiſſionem, & obligationem, † &
cenſetur facta approbatio *l. c. qui ſatiſd. cogant.*
Tũc enim quia laudator vlterius proceſſit pro-
mittendo ſe præſtaturum, quod laudando dixe-
rat obligatur iuxta *d. conſ. Ceph. 437. num. 36.*
Quaſi approbatio perſonarum tunc præiudicet
7 approbanti, † quãdo perfecte approbauit *Aim.
conſil. 157. col. vlt. verſ. poſtremo conſidero. Me-
noch. conſ. 119. n. 13. lib. 2.*

¶ N. 26. *poſt uerba.* vel arbitratorum.

*Bald. in l. tutores. in fin. C. de confirm. tut. Surd.
deciſ. 91. num. 5.*

¶ N. 27. *poſt uerba.* de ſatiſd.
tut. in fin.

8 Aliàs approbatio fideiuſſionis eſſet nulla † *Rom.
conſ. 720.* per notata *in l. arbitro. qui ſatiſd. co-
gant. Peregr. de priuil. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 39.*
Itaut in caſu, in quo requireretur præſtatio fi-
deiuſſionis idoneæ per ſtatutum infra aliquod
tempus ſufficeret dare fideiuſſionem in tempo-
9 re, † quamuis approbatio eſſet facta extra il-
lud, quaſi ſit declaratio, quæ poteſt fieri poſt ter-
minum, cum nihil de nouo agat, ſed iam factũ
aperiat *l. hæredes palam. §. ſed & ſi. de teſtam.
Ruin. conſ. 215. nu. 6. lib. 1.* & ita in ſpecie per
multa concludit *Rot. Genuenſ. per Carthar. de-
ciſ. 16 per tot.*

¶ N. 28. *poſt verb.* tom. 3. p. 2. fol. 89.

Latè *Menoch. conſ. 246. nu. 67. lib. 3.* vbi etiam
10 *n. 61. vſq; ad n. 68.* † de generibus publica of-
ficia, qui tenentur de leui culpa ciuiliter, ſi non
criminaliter.

¶ N. 29. *poſt. verb.* vbi ſup. n. 24.

Ita tamen, quod licèt Magiſtratus teneatur ad
11 omne damnum, non tamen hæredes, † qui ſo-
lùm de dolo, & lata culpa tenebũtur *l. non ſimi-
liter. de magiſtr. conuen.* Quando enim Magi-
ſtratus in ea fuit negligentia, vt omnem cautio
nem remitteret, æquum eſt eum haberi loco fi-
deiuſſoris, & hęredem eius teneri, Neq; enim in
illius hęredem actio iſta datur, niſi Magiſtratus
euidenter eum minus idoneis fideiuſſoribus cõ
traxerit *l. quod ad hæredem. de magiſt. conuen.
Silueſt. in §. 1. in 9. notab. n. 19. inſtit. de ſatiſd.
12 tut.* † Iſta enim actio naſcitur, quaſi ex delicto,
& quod ſoluitur habet ſpeciem pœnæ, Ideo re-
gulariter non datur contra hæredem, niſi vt in
ſupradicto caſu *Idem Silueſt. in d. §. 1. num. 25.
verſ. ſecunda concluſio. inſtit. de ſatiſd. tut.*

¶ N. 31. in fin. *poſt verb.* C. de tranſact.

Eug. conſ. 19. n. 79. vbi quod vſus non admittit
amplius, vt excutiatur Magiſtratus, cum imme-
13 diatè conueniantur ipſi tutores, † licet de iure
contutores non adminiſtrantes non poſſint cõ-
ueniri, niſi prius excuſſo magiſtratu *l. 1. §. vſq;
adeo. de tuttel. & ration. diſtrah.* Et de iſta con-
ſuetudine teſtatur etiam *Guter. de tutor. c. 15.
n. 17. p. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium attentatorum eſt magis priuilegia-
tum, quam illud nullitatis.*

DECISIO LXX.

¶ N. 13. in fin. *poſt uerb.* gloſ. 10. n. 8. art. 7.

Et regulariter non obſtante pendentia ſuper
nullitate ante omnia attentata reuocãtur, cum
iudicium attentatorum ſit magis priuilegia-
1 tum, † quàm illud nullitatis *Mandoſ. form. 14.
commiſſ. in verb. in primis & ante omnia.*

¶ N. 19. *poſt uerb.* col. 6.

*Mandoſ. form. 14. commiſſ. in verb. in primis et
ante omnia. q. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta rei immutat eius naturam.*

2 *Contractus ſi ex conuentione ſimplici partium debet redigi in ſcriptis poterit probari aliter quàm per ſcripturam.*

DECISIO LXXI.

¶ N. 8. *poſt verba*. & 40. lib. 4.

Itaut qualitas adiecta rei immutet eius natu-
1 ram † *Alex. conſ. 19 n. 2. lib. 1. Affl. deciſ.* 248.
n. 8. Et facit illam diuerſæ ſpeciei *Aim. conſil.*
24. *n.* 54. *Natt. conſ.* 139. *n.* 6. Menoch. *de arbitr.*
q. 11. *nu.* 13. latè *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1.
gloſ. 18. *n.* 55.

¶ N. 11. *poſt uerb.* limita niſi.

Et ita etiam diſtinguit Theſaur. *deciſ.* 197. *n.* 7.
vbi teſtatur hoc ſeruari reiecta opinione *Caſtr.*
quam etiam cõmuniter reijcit dicit *Put. deciſ.*
43. *lib.* 3. Rot. *diuerſ deciſ.* 271. *p.* 2. latè *Bertaz-
zol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 30. *gloſ.* 3. *n.* 15. *vſq;
ad nu.* 21. Et ita etiam practicari docet *Curt.
Iun. conſ.* 348. *n.* 12. & 22. *lib.* 3. *Soccin. conſ.* 32.
2 *n.* 5. *lib.* 3. † Ideo ſi partes ſimpliciter conue-
niant, quod contractus redigatur in ſcriptis, po-
terit probatio rei geſtæ aliter fieri, quàm per
ſcripturam *Bald. in auth ſed nouo iure. n.* 11. C.
ſi cert. petat. Brun. de form. col 3. *verſic. ad idem
facit. fol.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Vidua dicitur perſona miſerabilis.*
2 *Pro dote ſua poteſt agere etiam coram iudice eccleſiaſtico.*

DECISIO LXXII.

¶ N. 3. *poſt verb.* & vxor. fol. 234.

Quando enim eſt vidua, & dos ab ea petitur di-
1 citur perſona miſerabilis habitu, † & dotis pri-
uatio reddit eam oppreſſam, & per conſequens
miſerabilem actu *Bald. Nouell. de dot. p.* 9. *pri-
uil.* 16. *Guter. pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 41. Itaut ex
hoc poſſit per eam agi etiam principaliter pro
2 dote coram Iudice Eccleſiaſtico, † cum æqui-
paretur cauſæ piæ *l. cum hi.* §. *ſi in ea. de condic.
indeb. Felin.* qui de communi *in c. licet de for.
compet. Gomeſ. in c. fin. n.* 22. *de conſtit. in* 6. latè
Auffr. de poteſt. eccleſ. caſ. 27. *n.* 21. vbi etiam de
recepta opinione teſtatur.

SVMMARIVM.

1 *Adultus non habens curatorem poteſt citari, & conſtituitur in mora per talem citationem. num.* 2
3 *Minor ſi non defendatur non debet ligari quo ad effectum condemnationis.*

DECISIO LXXIII.

¶ N. 6. *poſt verba*. de eo qui mitt. in poſſ.

Et iſta eſt verior, & magis recepta ſententia,
1 quod adultus poſſit citari, † quando non habet
curatorem generalem, & vbi non agitur de alie
natione rerum, quæ ſine decreto alienari non
poſſunt, prout latè teſtatur *Claud. ad Bertazol.
conſil. crimin.* 428. *verſic. contra tamen. lib.* 2.
Vbi etiam, quod per talem citationem liga-
2 tur, † & conſtituitur in mora loquendo tàm in
actibus extraiudicialibus, quàm iudicialibus,
itaut etiam illi præiudicetur quo ad contuma-
ciam, quamuis quo ad effectum condemnandi,
3 ſi minor non defendatur, † non ligetur *Dec.
conſil.* 549. & ita procedit *tex. in l. ſi cui.* §.
ceſſatum. ff. vt in poſſ. leg.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad lites admittitur ſine cautione de ſtilo in vrbe.*
2 *In ordinatorijs attenditur locus iudicij, vbi cauſa agitur.*

DECISIO LXXV.

¶ N. 6. *poſt uerba*. inuentarium.

Et ita etiam ſeruatur in Sacra Rota Romana,
in qua admittitur curator ad lites ſine cautio-
1 ne, † etiam inter Romanos, non obſtante ſta-
tuto, prout teſtatur *Mandoſ. form. 4. commiſ.
in verb. curatorem ad lites.* Vbi dicit multum
notandum, & nouum, cum potius inter Roma-
nos eſſet ſeruandum eorum ſtatutum omiſſo
præfato ſtilo, cum enim idem ſtatutum ſit or-
2 dinatorium iudicij, † deberet attendi in ordi-
natorijs locus iudicij, vbi cauſa agitur *gloſ. in
c. quod clericis. de for. compet.* Rip. qui de com-
muni *reſp.* 4. *n.* 4. *lib.* 1. *de legib.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibitiones alienandi, & onera appoſita in legitima vſq; ad certum tempus valent, non tamen oberunt filijs, ut non poſſint alienare.*
2 *Fiſcus & ſucceſſor filij non poteſt impugnare onus adiectum in legitima ſi idem filius non impugnauit. n.* 3 & 4.
5 *Detractio trebellianica non poteſt prohiberi filijs primi gradus ſecus illorum hæredibus.*

DECISIO LXXVI.

¶ N. 50. in fin. *poſt verb.* conuenire. de pact. dotal.

Et quatenus huiuſmodi prohibitiones valerent,
in legitima, eſſet clarè probandum illam eſſe
vtilem filijs, itaut non ſtaretur in hoc aſſertio-
1 ni patris *Menoch. conſil.* 57. *n.* 12. & 16. † vbi
etiam quod huiuſmodi prohibitiones alienan-
di, & ſimilia onera appoſita in legitima quãuis
valeant vſq; ad annum 25. aut ad ſummum 30.
non tamen oberunt filijs, vt non poſſint aliena-
re, cum enim ſint ad illorum vtilitatem, non
faciunt, vt quis non poſſit fauori ſuo renuncia-
re,

re *l. fin.* C. *de pact.* & per conſequens valebit alienatio quo ad legitimam *Bald.* qui ita declarat *in l. ſi pater. in 3. oppoſ.* C. *de inſtit. & ſubſtit. Soccin. Iun. in l. filius familias. §. diuus. notab. 7. de leg. 1. Menoch. d. conſil. 57. num. 15.*

Verum eſſet quod ſi filij non impugnarunt teſta-
mentum patris, in quo eſſet adiectum onus in
2 legitima, † non poſſet poſtea fiſcus, aut alius
ei ſuccedens allegare, quod dictum onus non
poterat iniungi, cum ſit particulare, & perſo-
nale priuilegium filij, quod ad alium non tran-
ſit, & præcipuè ad fiſcum tanquam hæredem
anomalum; Quamuis enim filius tranſmittat
ius adeundi non tamen tranſmittit hoc priui-
legium ſibi competens ratione legitimę *Soccin.*
conſil. 126. numer. 19. in fin. colum. 1. Alciat.
conſil. 525. num. 5. verſic. ſed quia ultra. Cuce.
de legitim. in uerb. nec uſufructu defraudari
liberi. num. 21. & 22. fol. 336. Rolan. conſil. 98.
nu. 29. lib. 2. latè *Surd. conſil. 570. n. 6. uſq. ad*
num. 10. lib. 4. Et voluit *Bald. in l. cum patro-*
4 *nus. de leg. 2.* † Vbi quod grauamen appoſitum
legitimæ eſt nullum reſpectu eius, cui defertur,
eſt tamen validum quo ad illum, cui accreſcit,
Vnde erit pro non ſcripto in fauorem filij, per
cuius repudiationē, ſi legitima accreſcat cohe-
redi, mutatur nomen legitimæ, mutata perſo-
na filij; Et onus iniunctum erit adimplendum,
ſequitur *Roder. Soarez.* dicens ſingulare, &
multum notandum *in l. quoniam in prioribus.*
limit. 1. num. 19. & limit. 4. C. *de inoff. teſtam.*
5 Prout eſt in trebellianica, † cuius detractio, li-
cet non poſſit prohiberi filijs primi gradus, ta-
men hæredibus illorum poteſt iniungi onus re-
ſtituendi abſq; detractione trebellianicæ *Alex.*
conſ. 67. nu. 4. lib. 1. Dec. conſil. 480. nu. 14. Ga-
liagul. in l. centurio. nu. 409. & 412. ff. de uulg.
Caſtr. Ceph. Petr. & alij per Surd. conſil. 570.
nu. 9. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Veriſimilitudo transfert onus probandi in aduerſarium.*

2 *Probatio uerisimilis admittitur in caſibus, in quibus alias non admitteretur.*

DECISIO LXXVII.

¶ N. 9. in fin. *poſt uerba.* per dominum. prætenſo.

Quæ veriſimilitudo militans pro vna parte
1 transfert onus probandi in aduerſarium † *gloſ.*
in l. ex perſona. C. *de probation. Bald. in l. ſiue*
poſſideris. C. *eod. tit.* Et valet argumentum à
veriſimili *l. cum acutiſſimi.* C. *de fideicommiß.*
l. ſi ex facto. §. ſi quis autem ſuſceperit. ff. ad
2 *trebell.* † Itaut probatio veriſimilis admitta-
tur in caſibus, in quibus aliàs non admittere-
tur, & in omni negotio ſuſtineat probationem,
quæ aliàs non ſufficeret *Alex. in l. edita. in fin.*
C. *de edend. Surd. conſil. 489. nu. 9. lib. 4. Tiraq.*
in l. ſi unquam. in præfat. n. 51. & in uerb. donatione largitus. n. 100. C. *de reuoc. donat.*

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio in cauſa appellationis ualet ſi appellans prouocat ad ſuperiorem iudicis, à quo appellatur, quamuis ad ipſum tanquam mediatum non eſſet appellandum. Amplia ut num. 2.*

3 *Omnes præſentes poſſunt citari Romæ, & non habent ius reuocandi domum.*

DECISIO LXXVIII.

¶ N. 34. *poſt verba.* deciſ. 419. n. 10. p. 1.

Quod etiam voluit *Soccin. in cap. ſignificaſti.*
col. 16. in fin. num. 35. q. 9. artic. 5. princip. de
1 *for. compet.* † vbi quod valet prorogatio etiam
in cauſa appellationis, quando appellans pro-
uocaret ad Superiorem ipſius iudicis, à quo ap
pellatur, licèt fortè ad ipſum tanquam media-
tum non eſſet appellandum, Quamuis enim
propter errorem non poſſet forſan dici valere
prorogationem iuriſdictionis, Tamen valebit
ex diſpoſitione *l. 1. §. penult. verſic. ſi vero. &*
verſic. ſi quis ergo. de appellat. Prout etiam ſi
2 partes ſciuerunt, † & non oppoſuerunt poſſet
dici valere appellationem *argum. d. l. 1.* quod
multum cogitandum cum non repererit tactum
dicit *Soccin. in d. c. ſignificaſti. n. 35. in fin.*

¶ N. 52. *poſt. verb.* de offic. deleg.

Quo vero ad cōſenſum partium circa iuriſdictio-
nis prorogationem notandum eſt Romæ ma-
3 gis illum operari, † etiam in caſibus, in quibus
alibi non operaretur, cum Roma ſit patria
communis *l. ſed & reprobari. §. fin. de excuſ.*
tut. l. Roma ad municipal. Ideo ibi poterunt
omnes præſentes citari, & non habebunt ius re
uocandi domum *Mandoſ. reg. de idiom. q. 10.*
n. 2. & form. 4. commiſſ. in verb. de ſui natu-
ra. in fin. cum declarationibus, de quibus latè
Soccin. in c. ult. de for. compet.

SVMMARIVM.

1 *Ex clauſulis generalibus non reſultat mandatum cum libera. n. 3. & 4.*

2 *Procurator cum libera an poſſit præiudicare domino.*

5 *Clauſulæ generales in mandato intelliguntur reſpectu præmiſſorum, non immutando principalem diſpoſitionem.*

DECISIO LXXIX.

¶ N. 9. in fin. *poſt uerb.* lib. 1.

Prædicta magis procederent, ſi in mandato abſque clauſula cum libera adeſſent clauſulæ quan

tumuis

Digitized by Google

1 tumuis generales,& multum prægnantes,† Nã
ex illis non reſultat mandatuoi cũ libera,quid-
quid dixerit Bart. in l. procurator. cui pro cui-
tione.n.3.de procurat. quem latè ſequitur mul
tos alios adducens Monter. deciſ. 38. n. 37. vbi
2 etiam n. 38. tenet † poſſe præiudicari domino
per mandarum cum libera renunciando appel-
lationi, dummodo non ſimus in magna læſione
ex propoſito, & animo procuratoris volentis
3 domino ſtudioſè nocere; † Cum opinio con-
traria ſit magis vera,& recepta, vt teſtatur Be-
ro. q.25. nu.5. & ſeruat Rot. coram Sanctiſſimo
Valentin. beneficij. 17. Decembris. 1581.& per
Card. Seraph. Roman.50.mill.21. April. 1595.
Vbi loquitur in clauſulis generaliter ad omnia
quæ ipſe conſtituens faceret, aut facere poſſet,
4 quamuis ſpeciale mandatum requirerent, † &
ad gerendum omnia, & ſingula negotia, & res
tanquam perſona propria cum obligatione om
nium bonorum,Itaut omnes clauſulæ intelligã-
tur reſpectu præmiſſorum non immutando prin
5 cipalem diſpoſitionem † Bart. & Alexan. in l.
qui romæ.§.calliebanus. nu.6. de verb. obligat.
Idem Alex. conſ.22. viſo inſtrumento.in fin.lib.
1.Ruin.conſ.67.n.7.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione quando cenſeantur grauati.n.2.& 3.*
4 *Iura, & actiones non veniunt appellatione bonorum mobilium,& immobilium vbicunq; ſitorum.*
5 *Liquidatio non eſt facienda,ſi quis mittatur in poſſeſſionem talium,& talium rerum, & ab huiuſmodi decreto non appellatur.*
6 *Liquidatio quæ fit ad effectum poſſeſſorij non admittit appellationem. Prout nullitas,ex qua deducitur ſpolium.n 7.*
8 *Fructuum liquidatio à quo tempore ſit facienda,& in cauſa reſtitutionis in integrum.n.9.*
10 *In taxatione fructuum media via eligitur,& quomodo illi probentur. n.11.*

DECISIO LXXXI.

¶ N. 8. *poſt verba.* conſ. 59. n.8. vol.2.

*Peregr.de fideicom.art.*28.*n.*2.vbi teſtatur fuiſ-
1 ſe pluries iudicatum, † quod etiam ſi filij ſint à
teſtatore grauari poſiti in conditione non ex eo
cẽſeantur tacitè ſubſtituti, cum alijs de quibus
latè Clau. *Chiſſetius. de iur. fideicom. cap.* 14.
f. 941. Niſi ex coniecturis contrarium appare-
ret, quia tunc poſiti in condirione cenſereotor
2 vocati † Rot. *coram Card. Seraph. interamnen.
bonorum ſeu fideicommiſſ.* 15.*Nouembr.*1599.
vbi latè ponuntur quales debeant eſſe huiuſmo
3 di coniecturæ. † Quidquid contrarium ſimpli-
citer dicat magis commune *Gabr.concl.4.de fi-
deicom.* cum multis alijs, de quibus *per* Ignat.
Lop. *ad* Diaz. *reg.*339.*col.6. & per* Ceuall. *q.*
277.& *q.*94. *n.* 4. vbi ampliat etiam ſi expreſ-
sè grauentur,vt poſt obitum illorum fiat ſubſti-
turio, & non ſolùm in hæreditate, ſed etiam in
legatis,de quibus Couarr. *in c.*Rainutius. *§.*3.
*n.*2.& 6. *de teſtam.*

¶ N. 11. *poſt verb.* iſtam opinionem.

Cum aliàs ſi fiat mentio de bonis mobilibus, &
immobilibus vbicunq; ſitis non comprehendan
4 tor iura, † & actiones, cum ſint tertia ſpecies,
non circumſcribantur loco *Dec. conſ.*442. *in
cauſa.* Mandoſ. *form.* 3. *commiſſ. in verb. ſtabilia. in fin.*

¶ N. 15. *poſt uerb.* latè in huiuſmodi cauſa.

Cuius vigore fuit data poſſeſſio non obſtante
appellatione, quæ licèt detur a ſententia liqui-
5 dationis,† tamen quando in ſententia mittitur
quis in poſſeſſionem talium,& talium rerum
nominatim,non eſt dicendum,quod hoc ſit pro
prie liquidare, quia ſequeretur, quod omnes
ſententiæ reſtituentes ad certa corpora eſſent
liquidatoriæ, quod eſt falſum,*vt per* Rot.*coram*
*Card.Seraph.*Fauentina *ſpolij.*15.*Aprilis* 1580.
vbi etiam, quod facta probatione in actis, ex
qua liquidãtur bona non ſubiecta reſtitutioni,
nihil obſtat, quominus Index poſſit pronuncia-
re aliquem eſſe reſtituẽdum ad talia bona,quia
illa liquidatio fit ſolùm ad effectum poſſeſſorij
7 *Dec. conſ.*28. † Prout dicimus de nullitate, ex
qua deducitur ſpolium *Rot. coram Sanctiſſimo*
*Tiburtina caſtri.*1577. *& per* Cardinal. *Pamph.
Recanaten.bonorum.*26.*Iunij.*1588.

¶ N. 16. *poſt uerb.* l.vinum.ff.ſi cert.pet.

Prout regulariter fructus ſolent liqoidari à di-
8 cta die † *l.certum.C.de rei vendic.* Itaut quam-
uis per multos annos quis non fuerit proſequu
tus litem, Tamen ſi poſtea fuit commiſſa cauſa
reſtitutionis in iotegrum,dicatur ſuſcitata pri-
9 ma lis *Caſſador. deciſ.*13. *de reſcript.* † Et in
conſequentiam fructus debentur à die primi iu
dicij, cum reſtitutio reponat omnia in priſtinũ
Abb.in c.ad noſtram.n.4.de reb. eccleſ.nõ alien.
Ruin. *conſil.*26. *nu.*23.*lib.*3.Adeo quod ad hu-
iuſmodi effectum non attendatur bona vel ma-
la fides Odd. *de reſtit. in integr.art.*2.*queſt.*45.
*n.*13.& 20. Quidquid dicat Couarr.*lib.*1.*var.
reſolut. c.*3.*n.*13. cuius oppinio non admittitur
vt *per* Rot. *coram* Card. *Seraph. Peruſina exe-
cutionis.*19. *Nouembris.*1597.

¶ N. 18. *poſt uerb.* Marzar.conſ.3.n.1.

Quomodo aotem circa quantitatem ſint taxandi
10 huiuſmodi fructus media via eligitur,†cum in
hac materia ſufficiant leuiores probationes,
etiam per coniecturas *Bald. in l.*2. *n.*21. *C. de
fruct. & lit. expenſ.* Et per ſolum *Achill. deciſ.
5. de fructib.*Et per teſtes de auditu,& crudeli-
tate *Alex.in l.pretia rerum.n.9.ff.ad leg.falcid.*
cum

cum alijs per *Rot. coram Card. Seraph. peruſina*
11 *executionis. 19. Nouembr. 1597.* † vbi fuerunt
taxati inter ſalmas duodecim iuxta locationẽ,
& ſeptem, iuxtà ſententiam; & ibi etiam quod
ſatis probatur perceptio fructuum ex poſſeſſio-
ne non dato alio poſſeſſore *Rot. deciſ. 5. de præ-
bend. in nou. Achil. deciſ. 5. de fructib. contra Ca-
putaq. deciſ. 30. p. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Arbitri quando æquiparentur iudicibus. nu. 4.*
2 *Iudex debet quærere concordiam partium.*
3 *Sententia arbitri nihil operatur ſi partes ſunt concordes.*
5 *Arbitri in quos iudex mandat cauſam compromitti habent iuriſdictionem, & æquiparantur iudicibus.*

D E C I S I O LXXXII.

¶ N. *6. poſt verb.* vlteriori diſputatione.

Quamuis eſſet concludendum pro executione
cum ſimus in iudicibus, vt dictum eſt, Vnde hu-
iuſmodi arbitri tenentur iudicare ſecundum
1 conuentionem partium, † cum æquiparentur
iudicibus *Iaſ. in l. ſi conuenerit. de re iudic. Soc.
conſil. 29. colu. 4. lib. 1.* Prout debet facere Iudex
qui nihil aliud quærit, niſi concordiam par-
tium, & ſecundum earum voluntatem con-
2 trouerſiam finire. † *l. 1. §. & poſt operis vbi
Bart. in ſummario. de nou. oper. nunciat. Gloſ. in
c. 1. in verb. concordiam. de mut. petition.* Quod
ſecus eſt in arbitrio volũtario, qui debet æquã
3 ferre ſententiam *l. qualem. de recept. arbitr.* †
Licèt quando ſunt concordes ſententia arbitri
nihil operaretur, quaſi non producat actionem,
& ſit ſuperflua *Bart. in d. l. ſi conuenerit. & ibi
Iaſ. n. 7.* qui de communi *de re iudic.* Et gene-
4 rale eſt, † quod in cauſis, in quibus non poteſt
compromitti videlicet in dote, rebus prohibi-
tis alienari, alimentis, & alijs, quibus à iure in-
terdicta eſt alienatio, poterit tamen fieri com-
promiſſum in iſtos arbitros electos ex neceſſi-
tate ſtatuti, cum habeant iuriſdictionem, &
æquiparentur iudicibus, & ſi compromiſſum
neceſſarium, non voluntarium, vt latè compro-
bat *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. num. 33. vſque
ad n. 40.* Idem ſi iudex cogat partes ad compro-
mittendum, cum aliàs videt litem non poſſe
terminari, vel quia fuit diu litigatum, nam
5 hoc etiam dicetur compromiſſum neceſſariũ †
itaut iſti arbitri dicantur habere iuriſdictionem
veri iudicis, & ſint arbitri iuris *Caputaq.
deciſ. 164. p. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio, & approbatio ſententiæ in parte, & partibus non prodeſt aduerſario.*
2 *Reſcripta, & commiſſiones appellationum quãdo ſint communes inter litigantes. n. 3.*

D E C I S I O LXXXIII.

¶ *N. 6. poſt verb.* Surd. deciſ. 143.

Appellatio enim limitata producit effectum li-
1 mitatum, † itaut non proſit aduerſario *c. rai-
naldus. 18. & ibi Abb. n. 7. de teſtam.* Et appro-
batio ſententiæ in parte, & partibus non ope-
ratur inuito aduerſario tanquam dependens à
voluntate approbantis, prout dicimus de pro-
teſtatione *gloſ. in l. alimenta. 11. in verb. mater-
na. C. de negot. geſt. Bartol. in l. final. de eo quod
cert. loc. & in l. non ſolum. §. morte. columm. 3.
de nou. oper. nunciat.* Nouat. *Put. & alij per
Mandoſ. form. 17. commiſ. in verb. in parte &
partibus. ad fin.* vbi teſtatur de veriori opinio-
2 ne, & per Rotam approbata; † & ibi am-
pliat ad reſcripta, & commiſſiones appella-
tionum, quæ licèt ſint communes inter liti-
gantes, itaut aduerſarius non obtinens poſſit
illi vti *Bald. in l. ſi quis. in 1. lect. §. ſed & ſi
impetrauerit. ff. quod quiſque iur. Iaſ. in l. ſi
3 arrogator. nu. 55. de adoption.* † Tamen quando
eſſet commiſſa cauſa appellationis cum illis
clauſulis quatenus contra, vel in parte, &
partibus non iuuat aduerſarium, qui cauſam
non cõmiſit; Quia apparet per præmiſſam pro-
teſtationem, quod cauſam committens noluit
aduerſarium iuuare *Put. deciſion. 14. de appell.
Mandoſ. form. 17. commiſſ.* vbi etiam approbat
huiuſmodi praxim appellandi in parte, &
partibus poſt *Abb. in cap. rainaldus. num. 7. de
teſtam.*

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio dicitur fauorabilis, per quam conſulitur quieti litigantium, quamuis pœnam contineat.*
2 *Conſtitutio poteſt eſſe odioſa, & fauorabilis.*
3 *Damnum præſumitur datum ab eo qui habet intereſſe.*
4 *Laceratio inſtrumenti cenſetur facta ab aduerſario.*
5 *Moleſtia illata per familiam quando imputanda ſit domino.*
6 *Commodum ſentiens ex aqua præſumitur illã ſubtraxiſſe, & ſic in ſimilibus. n. 7.*

D E C I S I O LXXXIV.

¶ N. 2. *poſt verb.* deciſ. *639. p. 1.*

Cum diſpoſitio amplietur quo ad huiuſmodi
probationem, Nam quamuis ſit odioſa reſpe-
1 ctu pœnę, † quæ infligitur contra offendentes,
ideo eſſet reſtringenda, Tamen eſt fauorabilis,
dum conſuluit quieti, & ſecuritati litigantium
Put. deciſ. 104. n. 1. lib. 1. Et diuerſis reſpectibus
2 conſtitutio poteſt eſſe fauorabilis, † & odioſa
*Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 35.
in fin.* Quidquid contrarium ſequantur *Dec. in
l. 2. ff. de in ius voc. & Aim. conſ. 137. num. 12.*
Quia

Digitized by Google

Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur
Ludou. *Molin. de hiſpan.primogenit. lib.1.c.18.*
num.6.

Eo magis quia præſumendum eſt delictum factum,
3 aut damnum datum ab eo, † qui habet intereſ-
ſe, & commodum ſentit abſq; alia probatione
Bart.in *l.fin.num.5.de quæſtion.* Menoch.*de re-*
*cuper.poſſ.rem.2.nu.56.*Lancell.*de attent.par.1.*
q.1. num.71. Prout dicimus de laceratione in-
4 ſtrumenti appellationis, † ad quam verifican-
dam non requiritur alia probatio, cum præſu-
matur illius ſubtractio ad inſtantiam partis cō
trariæ, quæ commodum ſentiebat Rot. *coram*
R. P. D. *Orano Placentina fructuum. 5. Maij*
*1584. & per Cardinal.*Blanchett. *compoſtellan.*
liquidationis fructuum.28. iunij.1591. Gonzal.
5 *ad reg. 8.* Cancell. *in probem. §.7. num.161.* †
Idem de moleſtia illata per familiam, quæ im-
putatur Domino in illis caſibus, in quibus ipſe
commodum ſentiret Rom.*&* Iaſ. *in l.de pupillo*
*§.ſi quis ipſi prætori.de nou.oper. nunciat.*Surd.
de alim.titul.9.quæſtion.26. num.118. Vbi ad-
dit ſimile de pœna infligenda ob aquam inuen-
6 tam in alicuius prato, † præſumitur enim ab
eo ducta contra edicta prohibitoria, ex quo
verſa eſt in eius vtilitatem *Alber. in l. 1. §. ſi*
quis ita in ſuo.ff. ne quid in loc. publ. Et de fal-
ſificante inſtrumentum, cum etiam in eo præſu-
7 mendum ſit hoc factum fuiſſe ab illo, † cuius
vtilitatem concernit Curt.*Sen.conſil.55.in fin.*
cum declarationibus, de quibus *per* Bart. *in l.*
vlt.n.5.ff.de quæſtion. Bald. *in l.1.n.22.C.de fid.*
inſtrum.

S V M M A R I V M.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri eſt petenda co-*
ram iudice ordinario arbitratoris.

D E C I S I O L X X X V I.

¶ N. 4. *poſt uerba*. & magis æqua.

Boer.*deciſ.284.n.16.*& ita in praxi receptum eſ-
ſe teſtatur Hieron.Ceual. *q.453 in fin.*

¶ N. 13. *poſt uerba*. in caſu retractationis.

Itaut reductio ad arbitrium boni viri ſit pe-
1 tenda coram Iudice ordinario illius, † qui pe-
tit reductionem ſecundum Andr.Gail.*pract.ob-*
ſeruat.lib.1.c.1.num.49. & cap. 149. Licet ve-
rior ſit opinio, vt petatur reductio coram iudi-
ce ordinario arbitratoris, iuxta ſententiam
Bart. *in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff.pro ſoc.*
quam magis veram, & ſeqnendam relatis quin-
que opinionibus dicit Theſaur. *deciſion. 14. per*
tot.

S V M M A R I V M.

1 *Donatarius non poteſt reſtituendo bona donata*
quæ habuit cum onere aliquid præſtandi ab
illa obligatione ſe eximere. Idem in legatario
& ſimilibus, n.2.
3 *Dominus fundi quando poſſit cedere rei ſi non*
vult ſoluere collectas.
4 *Vſufructuarius an liberetur à ſua obligatione*
renunciando rei.

D E C I S I O L X X X V I I.

¶ N. 13. *poſt uerb.* vſq; ad n. 99.

IDem eſt in donatario, cui ſi fuit impoſitum
1 per donātem onus præſtandi alimenta, † aut
quid ſimile non poterit reſtituendo bona ſe ab
illa obligatione liberare, Cum ſimus in contra-
ctu perfecto, & nominato, in quo non admit-
titur pænitentia, Maximè quia donatarius re-
cipiendo donationem cenſetur agnouiſſe onus
illi iniunctum Surd. qui multis comprobat, de
alim.tit.9.quæſt.23.num.16.& eſt tex.in l.ſi do-
2 *nationis cauſa.3.C.de contrah.emption.* † Quod
etiam erit in legatis, & contractibus innomina-
tis, videlicet ſi detur prædium, vt aliquid fiat
cum etiam in illis non liceat pænitere, quando
res non eſt integra, & fuit res tradita, & cep-
tum adimpleri *l. ſi pecuniam. 5. §. item ſi quis*
dederit ff. de condict.cauſ.dat. Imol *in l.in ædibus*
§.1. de donation. Surd.*dict. quæſt.23. num.26.*
& 27.

Nec facit qoud dominus fundi poſſit illi cedere, ſi
3 non vult ſoluere collectas † Bartol. *in l. ſi cum*
quo. ff. de aq.pluu. arc. Quia procedit quando
tenetur ad onus rantūmodo ratione rei *l. qui-*
cunq:C.de fund. patrim. lib.11. Bald. *in l. & ſi*
forte.§. att labeo. ff. ſi ſeruit.vendic. Vbi quan-
do onus venit ex diſpoſitione contrahentium
non liberatur poſſeſſor relinquendo rem, ſecus
autem ſi ex diſpoſitione legali Rom.*conſil.161.*
4 *in fin.*Oſaſ.*deciſ.86.n.5.* † Ideo dicimus vſufru-
ctuarium liberari renunciando rei, quia onus
eſt merè reale, & annexum rei, cum aliud eſſet
quando extaret aliqua obligatio Surd.*de alim.*
tit.9.q.23.n.22.poſt Bald.*in l. cum fructuarius.*
70.ff.de vſufr.& quemad.quis vtat.

S V M M A R I V M.

1 *Ratificatio requiritur in contractu vltro citro-*
que obligatario.
2 *Abſens poteſt nolle ſibi acquiri.*
3 *Per notarium non acquiritur ius abſenti ſine*
ratificatione.
4 *Reuocatio donationis non datur quamuis do-*
nans decederet antequam donatarius ratifica-
ret.n.5.& 6.

D E C I S I O L X X X V I I I.

¶ N. 5. *poſt uerb.* conſ.100.n.3. lib.1.

Prout regulare eſt, vt in contractu vltro citro-
que obligatario opus ſit ratificatione ad ef-
1 fectum ſibi alterum obligandi † Bart. *in l. nec. ei.*
§.eo-

§. eorum. de adopt. Rub.*conſ.117.n.5.* Bertazz.
claus. 18. *gloſ.6.n.2 in princ.* Acquiritur enim
2 abſenti reuocabiliter,nō irreuocabiliter,† quia
poteſt nolle ſibi acquiri, & recuſare acquiſitio-
nem,ſicut legatarius , cui acquiſitum eſt lega-
tum Rum. *cons.172.n.16.lib.1.*

¶ N. 7. *poſt verb.* cum alijs ſupra allegatis.

Et quod per ſtipulationem notarij non acqui-
3 ratur ius abſenti ſine eiuſdē ratificatione, † eſt
verior opinio , vt per *Cagn.* qui ita ſeruat te-
ſtatur *in l. ſi librarius.n.64.de reg. iur.* Gozad.
*cons.14. n.*38. latè Bertazol. *claus.* 18. *glos. 7.*
nu. 2. verſ. contraria. vbi de magis communi.
Solum enim cenſetur acquiſitum ius abſenti ex
notarij ſtipulatione , ad hoc vt contractus non
poſſit reuocari per contrahentem , & ad effe-
ctum,vt abſens poſſit acceptare *Bald. in l.cum
à socero.ante fin. C. de iur. dot.*Paris.*conſil.77.*
4 *num.*31.*lib.1.* † Itaut neq; detur pœnitentia,
aut reuocatio donationis, quamuis donās de-
cederet antequam donatarius ratificaret , ob
illam rationem, ne plus iuris tranſeat in hære-
dem,quàm erat in defuncto , cum etiam ius in
eo formatam tranſeat ad ſucceſſorem , prout
in ſpecie concludit Conar. *in rub. de testamen.*
5 *p.3. n.13. verſ. illud profecto.* † Quidquid con-
trarium dicant *Castr. conſil.195. col.2. verſic.
secundo videndum. lib.2.&* Bertazzol.*clauſul.*
18.*glos.7. n.3. cum alijs per* Roland. *conſil.*19.
6 *lib.1. n.12.* † Quia contra eos eſt verior opi-
nio, vt teſtatur latè *Surd. decis.*209.*n.4. usque
ad nu.15. Ludou.Molin. de hispan. primogenit.
lib.4. c.2. n.77.*

S V M M A R I V M.

1 *Probatio proximitatis ſufficit quamuis non pro
betur non adeſſe alios proximiores.*
2 *Exceptio eſt opponēda nominatim,et in ſpecie.*
3 *Clauſula generalis contra quem effectum in-
ducat , et an ſuffragetur post rem iudicatam
quamuis fuerit obtenta reſtitutio. numer.4.
et 5.*

D E C I S I O L X X X I X.

¶ N. 7. *post verb.* ſed hic non omittendum.

Sufficeret tamen probatio proximitatis abſque
eo quod probetur non adeſſe alios proximio-
1 res, † cum talis probatio non exigatur ab ipſis
agentibus,ſed excipientibus *Iat. in l.si potest.
de acquir. haredit. Tiraq. de retract. lignag.
§.11. glos.1.n.6.* Rot.*per Cardin.*Seraphin.*Leo-
dien. hereditatis.* 21. *Ianuar.* 1597.*et in eadem
causa.*20.*Februar.*1598.

¶ N. 11. *poſt verb.* col. 1. lib. 2.

Itaut non ſufficiat opponere in genere , cum
2 immo exceptio ſit opponenda nominatim, † &
in ſpecie *elem. constitutionem.4. de elect. V ant.
de nullit. c. vlt. nu.29.* Rot. *decis.70. de appell.
in antiq.*

¶ N. 12. *poſt verb.* ſecundo declara. de
exceptio.

Præſertim cum addita fuerit clauſula genera-
lia contra,quæ licèt non habeat vim oppoſitio-
3 nis exceptionum , † Tamen operatur, vt ſem-
per remaneat reſeruatum, & ſaluum ius ad op-
ponendum, & excipiendum quocunq; tempore
etiam poſt terminum citationis,quod non poſ-
ſet fieri non exiſtente illa clauſula Caput. *de-
cis.323. nu.1. p. 1. Vestr. in prax. lib.5. c. fin.*
4 *num.*10. Put.*decis.119. lib.2.* † Quamuis poſt
rem iudicatam huiuſmodi clauſula non ſuffra-
garetur , licèt eſſet obtenta reſtitutio in inte-
grum , prout ita ſeruari per Rotam teſtatur
Gonzal. ad reg.8. cancell. glos.64. num.25. in
5 *fin.* † Et quod opponens generalia contra di-
catur oppugnare inſtrumenta tanquam non
bona *Granue. theorem. 28. n.23.* Sicut etiam
è contra non dicitur acceptari commiſsio per
dictam clauſulam Put. *decis.72. lib.3.*

¶ N. 14. *poſt uerb.* conſ.106. n.40.

R*imin.* Iun. *conſil.494. num.20. lib.5.* Rot.Ge-
nuens. per Charthar. *decis.33. n.8.*

S V M M A R I V M.

1 *Solemnitas extrinseca præsumitur in antiquis
dummodo non enuncietur minus legitima.*
2 *Titulus uitiosus toleratus per officiales Princi-
pis an præiudicet,remiſsiuè.*
3 *Attentata quando ſint reuocanda tam in pro-
phanis , quàm in beneficialibus ex officio Iu-
dicis , et ad partis instantiam non obstante
notorio defectu in proprietate.n.4.5.6.et 7.*

D E C I S I O X C I.

¶ N. 8. *poſt uerb.* priuil.2. n.76.& 77.

PRout dicimus de ſolemnitate extrinſeca ,
quæ in antiquis præſumitur ad validitatem
1 geſtorum, † ſed ſi producatur inſtrumentum
enuncians ſolemnitatem minus legitimam etiā
in antiquis nihil operabitur , Itaut nec præſu-
ſcriptio, nec vſus immemorabilis ex vi illius
tituli inualidi ſit cōſiderandus Castr.*conſi.*423.
ex puncto transmiſſo. col.2. in fin. et conſil. 81.
in causa. col.3. lib.2. Bellam.*cons.10. in princ.
Affl. decis.*207.*num.5. et in c. 1. §. ſi quis per
trigima. not. 1. ſi de feud. fuer. cont. int. dom.
et agnat.* latè Peregrin. *de iur. fisc. lib.6. tit. 8.*
2 *de præscript. fiscalib. n.25.* † Vbi multa quan-
do titulus eſſet nullus , & vitioſus , ſed tolera-
tus per Superiorem , vel eius officiales an præ-
iudicet Aim. *de antiq. temp. p. 4. §. absolutis.
num.60. et §. materia. nu.2. et p.3. limit.7. &*
iudi-

Digitized by Google

vidimus in genere. num. 28. *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 22. *nu.* 10.

¶ N. 12. *poſt. verb.* conſ. 80. n. 3.

Et quando ſumus in materia prophana indi-
3 ſtinctè non ſolùm ex officio Iudicis, † ſed etiam
ad partis inſtantiam reuocantur attentata non
obſtante notorio defectu in proprietate *Alex.*
4 *conſ.* 99. *viſis proceſſibus. n.* 9. *lib.* 5. † Licet in
beneficialibus ne detur vitioſus ingreſſus, &
ne pars notorium defectum habeat in beneficio
excludi deberet, & tunc fiet ſequeſtratio *Gon-
zal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 31. *n.* 19. vbi ita
intelligit *deciſ.* Rot. 11. *de cauſ. poſſeſſ. & pro-
perit. in antiq. & deciſ. Aegid.* 101. Nam ibi
non debet fieri reuocatio ad effectum, vt reſti-
tuantur paſſo attentata, ſed vt poſſeſſio ſeque-
5 ſtretur; † Cum enim ibi eſſet intruſus in be-
neficio reſeruato, non habet aliquod ius, Vnde
quamuis ſit ſpoliatus à prouiſo Apoſtolico, con-
ſtito plenè, & concludentur de reſeruatione,
non datur reuocatio attentatorum, niſi ad ef-
6 fectum ſequeſtrandi poſſeſſionem, † non vt ſpo-
liato reſtituatur poſſeſſio *Simonet. de reſeruat.
q.* 40. *n.* 12. *Germon. de indult. cardin. §. vo-
luminis. n.* 27. Rot *coram* R.P.D. *Oradino. Ro-*
7 *man. archipresbyterat.* 11. *may.* 1584. Quam-
uis etiam in beneficialibus poſſet Iudex ex of-
ficio reuocare attentata licet tutior ſit dicta ſe-
queſtratio *Mandoſ. form.* 14. *commiſ. in verb.
cauſam, & cauſas attentatorum. in fin.*

SVMMARIVM.

2 *Decuriones poſſunt obligare bona vniuerſitatis non ſingulorum in contractibus per eos geſtis.*

DECISIO XCIII.

¶ N. 5. *poſt verba.* reſtitut. in integr.

Cum etiam iſti Decuriones poſſint obligare
bona vniuerſitatis in contractibus per eam ge-
ſtis, licèt non valeret obligatio bonorum par-
2 ticularium, & ſingulorum de vniuerſitate, † ſi-
ne eorum conſenſu *Bart. in l.* 4. *§. actor. n.* 7.
de re iudic. Parlador. lib. 2. *rer. quotidian. c. fin.
§.* 3. *p.* 5. *n.* 35. *Auendan. reſponſ.* 34. Alia enim
ſunt bona vniuerſitatis, alia ſingulorum de
Vniuerſitate *l. ſicut. ff. quod quiſq. vniuerſ.
nomin. Menoch. de arbitr. caſ.* 593.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes dicuntur deponere de veritate rei, vel facti quando deponunt de confeſſione. Intellige vt nu.* 2.

3 *Teſtes examinati inter alios faciunt ſemiplenam probationem quando ſunt mortui. & num.* 5.

4 *Præſumitur defunctum non fuiſſe immemorem ſalutis æternæ.*

DECISIO XCIV.

¶ N. 4. *poſt verba.* regulariter ergo. n. 5.

Itaut dicantur teſtes deponere de veritate rei,
& facti, non ſolùm quando deponunt de ipſo
1 contractu, † videlicet mutuo depoſito, & ſimi-
libus, ſed etiam de confeſſione, ſi apoca eſt con-
fecta ſuper confeſſione, quia ſufficit quod at-
teſtentur de contentis in ſcriptura, cum etiam
confeſſio noceat non ſolùm confitenti, ſed cre-
ditoribus, qui contraxerunt poſt confeſſionem
*Bart. & Ang. in l. ſcripturas. C. qui pot. in
pign. hab.* quorum opinionem teſtatur eſſe
2 magis veram *Surd. deciſ.* 71. *n.* 8. † Intelligen-
do tamen, vt teſtis deponens de tenore inſtru-
menti, ſeu apocæ non probet, niſi ſit peritus
Idem Surd. deciſ. 137. *n.* 7. *& conſ.* 144. *n.* 2.
lib. 1.

¶ N. 13. *poſt verb.* ſexto, & vltimo.

Ideo etiam dicimus quod teſtes examinati inter
alios faciunt ſemiplenam probationem, quan-
3 do ſunt mortui, † Non enim parti eſt impu-
tandum, quæ non curauit illos denuo examina-
ri, & licèt dicantur recepti parte non citata,
ideo non deberent probare, Tamen ſufficit fui-
ſe citatum illum, cuius principaliter intererat,
& ſi fuiſſet citatus facerent plenam probatio-
nem, nam hoc caſu loquimur de ſemiplena,
4 cum ſemper pro defuncto præſumatur, † vt
non fuerit immemor ſalutis æternæ, Ita in
ſpecie concludit *Bart. in l. admonendi. nu.* 45.
de iur. iur. cuius opinio eſt verior, quidquid
alij contrarium ſequantur, vt ibi dicit *Iaſ. in* 1.
5 *lectur. n.* 98. † Subdens eſſe bonam, & mirabi-
lem doctrinam, *Natt. conſ.* 394. *num.* 21. *&
conſ.* 160. *nu.* 44. *Oſaſc. deciſ.* 38. *n.* 6. & latè
comprobat *Surd. deciſ.* 103. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum dicitur res immobilis, & illam poſſidens non tenetur ſatiſdare. nu.* 2.

3 *Dos conſumpta quando iterum ſit per patrem conſtituenda.*

DECISIO XCV.

¶ N. 8. *ad med. poſt verb.* verſ. & pecunia depoſita.

Et quod pecunia deſtinata ad emptionem præ-
1 diorum dicatur res immobilis, † dicit com-
munem *Iaſ. in l. cætera. §. ſed ſi parauerit.
n.* 22. *de leg.* 1. *Rebuff. in auth. habita. priuil.*
56. *n.* 5. *C. ne fil. pro patr.* Et ita fuiſſe iudi-
catum teſtatur *Graſſ. in §. legatum. num.* 7.
2 *q.* 19. † Vnde quemadmodum poſſeſſores re-
rum immobilium non tenentur ſatiſdare *l. ſcien
dum. ff. qui ſatiſd. cogant.* Ita neque tenebi-
tur

tur poſſidns pecuniam deſtinatam ad prædia
emenda *Ceuall. q. 312. num. 2.* poſt *Marſil. in
rubr. de fideiuſſor. num. 245. Soarez. in l. 2. for.
tit. de los emplazamentos*. vbi multa de intelle-
ctu *d. l. ſciendum*.

¶ N. 21. *poſt verb.* licet enim. lib. 1.

Et iterum dotare ſi dos fuerit conſumpta cum
3 declarationibus, † quas adduxi diſceptat. c. 65.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio pro bonis exiſtentibus in territorio comprehendit illa quæ ſunt in ciuitate.*
2 *Molendina quando dicantur prædia vrbana, ſeu ruſtica.*
3 *Molendina ſunt de pertinentijs ciuitatis, & quid veniat nomine pertinentiarum.*

DECISIO XCVI.

¶ d. N. 3. *poſt uerba*. col. 3. n. 6. in fin.

Et multa quod in materia fauorabili conceſ-
ſio pro bonis exiſtentibus in territorio com-
1 prehendat etiam illa, † quæ ſunt in ciuitate,
& è contra *Menoch. conſil. 140. num. 12. lib. 2.*
vbi ex hoc concludit, quod legatum de bonis
exiſtentibus in oppido comprehendat etiam
molendina, quæ ſunt ſita extra oppidum, quan-
2 do præſertim eſſet dictum de prædijs, † cum
molendina dicantur prædia vrbana, ſi in ſolo
ædificata ſunt, & ſi tabulis compactis in flumi-
ne ſunt confecta dicuntur eſſe ruſtica *Tiraqu.*
3 *de retr. conſang. §. 1. gloſ. 7. num. 92.* † Cum
etiam molendina ſint de pertinentijs ciuitatis,
& oppidi *Bald. in c. 1. n. 4. de capitan. qui cur.
vendid.* Natt. *conſ. 505. nu. 26.* Menoch. *conſ. 140.*
4 *in fin. num. 24.* † vbi etiam quid veniat nomine
pertinentiarum *Socin. conſ. 47. n. 4. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Dignior iudicatur qui eſt magis vtilis, & aptus ad beneficium, & in quibus iſta dignitas conſiſtat, n. 2. & 3.*
4 *Epiſcopus quem debeat eligere ex duobus æque idoneis. n. 5.*
6 *Arbitrio ſuperioris remittitur ad iudicandum quis ſit idoneus.*
7 *Examen nouum conceditur ad docendum de iniqua electione.*
8 *Appellatio datur à Iudice malè arbitrante.*
9 *Dignitas præſentati eſt attẽdenda, & talis prouiſio non impeditur per appellationem. nu. 10.*
11 *Per electionem indigni quando quis teneatur ad reſtitutionem remiſſiuè.*

DECISIO XCVII.

¶ N. 19. *poſt verb.* de reformat. ſeſſ. 24.

Etenim debet iudicari dignior, qui eſt magis
1 vtilis, & aptus ad beneficium, † cui præficitur
*Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 7. num. 4. ad med.
uerſ. dignior vero. Lup. in cap. per veſtras. not.
3. §. 26. num. 12. de donat. int. vir. & vxor
fol. 367.* Hoied. *de incompatib. benefic. p. 1. cap. 23.*
2 *n. 130.* † Et iſta dignitas conſiſtit in ætate legi-
tima, literarum ſcientia, morum honeſtate, &
ordine neceſſario *c. cum in cunctis. §. inferior.
de elect. Silu. de benefic. p. 3. q. 5. num. 1. Concil.*
3 *Trid. c. 1. cum ſeq. ſeſſ. 7. & cap. 2. & 4. ſeſſ. 22.*
Prout è contra indignus dicitur qui non habet
qualitates requiſitas ad miniſterium, cui præ-
ficitur Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num. 73. D. Thom.
2. 2. artic. 2. quæst. 63.* Et facit deciſio Rot. *per*
Reu. P. D. *Oran. Beneuentan. parochialis. 13.*
4 *iunij. 1590.* † Vbi ex duobus approbatis per
examinatores pro æquè idoneis in ſcientia ele-
ctio vnius facta per Epiſcopum fuit iudicata le-
gitima, quamuis non eſſet Doctor, nec Sacer-
dos, nec pauper, ſicut alter; Nam iſtæ quali-
tates quamuis ſint conſiderabiles, tamen non
faciunt digniorem pro gubernanda parochia,
cum vltra doctrinam ſint maioris conſidera-
tionis mores, & aptitudo ad munus iniunctum
5 *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.* † Et
ita etiam fuit declaratum per *Sacram Congre-
gationem eiuſdem Concilij*, per quod multum
defertur iudicio Epiſcopi, prout regulariter ad
iudicandum quis ſit idoneus plurimum valet
6 arbitrium Superioris † *Bald. in c. ſi pro debili-
tate. in fin. de offic. deleg. Doctor. in cap. ſedes. de
reſcript. Menoch. de. arbitrar. cent. 1. caſ. 67.
n. 13.* Intelligendo quatenus ſuperior rectè iu-
dicauerit *Alex. conſil. 33. viſo themate. num. 2.
lib. 1. Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 12.* Rot. *per*
Reu. P. D. *Sacrat. Tuden. parochialis. 28. apri-*
7 *lis. 1603.* † Cum ſecus eſſet ſi conſtaret de ini-
qua electione, ad quam oſtendendam concedi-
tur nouum examen in cauſa appellationis, vt
reſoluit *Sacra Congregatio Concilij* etiam
quod prius non doceatur de fumo læſionis, &
grauaminis, ne per hoc ligentur manus appel-
8 lantis: † Prout regulariter datur appellatio,
quando Iudex perperam, & non rectè arbitra-
tur ob illam rationem, quia in huiuſmodi arbi-
trarijs poteſt idem Iudex dolum committere
*Bald. in l. ſi fugitiui. col. vlt. ad fin. verſ. & ſic
patet. C. de ſeru. fugit. Alexan. ad Bart. in l. ſi
qua pœna. 244. in fin. ff. de verb. ſignific.* poſt
gloſ. ibi in verb. pœna. in fin. Tiraq. *in l. ſi vn-
quam. in uerb. omnia uel partem. num. 32. C. de
reuoc. donation.*

¶ N. 20. *poſt uerba.* congregationem concilij.

Si autem fuerint plures patroni, quorum vna
9 pars aliquem præſentauit, altera alium, † tunc
debet attendi dignitas præſentati, & eſt eligen-
dus magis idoneus *c. cum autem. de iur. patron.*
de quo plura *Couar. in cap. peccatum. p. 2. §. 3.
num. 4. de reg. iur. in 6. Concil. Trid. ſeſſ. 24.*
10 *c. 18.* † Itaut talis prouiſio non impediatur per
appellationem; In his enim, quæ ſunt neceſſa-

ria ad cauſas Cappellaniæ prouiſio eſt facienda appellatione remota. *Guter. lib. 2. canonic. præſt. c.11. n.25.*

¶ N. 21. *poſt verba.* ad reſtitutionem.

Couar. in cap. peccatum. p.2.num.1.§.7.de reg. iur. in 6. Vbi quod hæc eſt benignior opinio *Nauar. de reſtit.lib.2. c.2. n.140. Guter.par.2. canonic. q uaeſtion. c.11. n.38.*

¶ d. N. 21. *poſt verb.* iure conuenit.

Et alios caſus. in quibus tenetur ad reſtitutio-
11 nem, † ponit *Guter. d. cap. 11. Ludou. Molin. de hiſpan. primogen. lib.2.cap.5.num.57.Sot.de iuſt. & iur. lib.3. q. 6. artic. 1. concluſ. 9. & lib. 4. q. 6. art.3.*

S V M M A R I V M.

1 *Ordinarius poteſt conferre beneficia in curia Romana etiam præſente Papa.*
2 *Vicarius Cardinalis abſentis, qui habet indultum præſentialitatis poteſt pro eo conſenſum præſtare.*
3 *Vicarius quando poſſit concedere literas dimiſſorias ſine mandato.*

D E C I S I O X C V I I I.

¶ N. 6. *poſt uerb.* extra diœceſim.

Biſign. deciſ.5. de off.vicar. poſt gloſ.in c.ſtatutum. 3. in verb. in remotis. de præb. in 6. Boer. deciſ. 30.

Ibid. *poſt verb.* Epiſcopus.

Silu. de benef. q.40. & q.63. p.3.

¶ N. 7. in fin. *poſt uerba.* p.2. col. 3.

Quamuis *Mandoſ.reg.27. q. 2. in fin.* dicat eſ-
1 ſe veriorem opinionem,† quod ordinarius poſ-
ſit conferre beneficia in Curia Romana ſiue præ-
ſente,ſiue abſente Papa,prout teſtatur ſe vidiſſe
plures collationes fieri in vrbe, & illas pro va-
lidis reputari, & ita fuiſſe per Rotam iudicatũ.

¶ N. 18. *poſt uerb.* ex longæua.

Contra quem etiam eſſe veriorem opinionem
2 teſtatur *Mandoſ. reg.24. n.12.*† Vbi ex hoc in-
fert, quod Vicarius Cardinalis abſentis,qui ha
bet indultum præſentialitatis præſtabit conſen-
ſum pro eo,& ita dicit per Rotam deciſum poſt
Gomeſ. d. q. 21.

¶ N. 27. *poſt verb.* q.14. n.29.

Adde tamen quod licèt requiratur mandatum
ſpeciale, vt Vicarius poſſit concedere litteras
3 dimiſſorias,† vt ſupra dictum eſt;Tamen intel-
ligitur dummodo aliud non ſeruetur de conſue
tudine, vel non ſimus in Vicario Apoſtolico, vel in Vicario generali habente ſpecificata aliqua maiora,quàm ſit huiuſmodi licentia dandi dimiſſorias, vel quando idem vicarius nou habens ſpecialem facultatem dictas litteras concedendi ſucceſſiſſet aliquibus prioribus vicarijs ſolitis illam habere, & concedere *Mandoſ.* qui latè prædictos caſus comprobat *reg. 24. q. 6. num.9. vſque ad n.16.*

S V M M A R I V M.

1 *Per augmentum canonis dicitur conſtare de euidenti vtilitate eccleſiæ, & quando poſſit probari contrarium. n.2.*
3 *Sententia commiſſarij vigore reſcripti ſi in euidentem facit præſumere locationem vtilem do nec aliud non conſtet.*
4 *Locatio rerum eccleſiæ non reſcinditur ex ſola ſuſpitione, quod fiat conſanguineo.*

D E C I S I O X C I X.

¶ N. 18. *poſt uerb.* eſſe communem.

IDem in locatione perpetua, in qua ſi fuerit
auctus canon dicitur conſtare de euidenti
1 vtilitate eccleſiæ, † itaut regulariter in huiuſ-
modi locationibus ſoleat fieri diminutio ſextæ
partis reſpectu temporalis locationis *iuxta auth. præterea.C. de ſacroſanct.eccleſ.* & fuit deciſum *per Rot. coram Card. Mantic. Romana domus. 30. martij.1590.& per Cardin.Seraph. papien. bonorum. 28. aprilis. 1595.*
Quamuis contra prædicta admitteretur probatio
2 in contrarium per eum † qui vellet docere de
non vtilitate locationis *Bald. in c. ſicut. in fin.*
*de re iudic.*Prout dicimus de ſententia Commiſ
ſarij vigore reſcripti ſi in euidentem, quæ facit
præſumere locationem vtilem eccleſię, dummo-
3 do contrarium non probetur † *Bald.in cap.1.de*
*his qui feud.dar.poſſ.Dec.conſ.142.*Nam interim
præſumetur pro executoribus *Abb. conſil. 41.*
nu.2. lib.1. Rot. *coram Card.Seraph.*Papien.*bo-*
*norum.*28.*aprilis. 1595.* Vbi etiam quod ex ſo-
4 la ſuſpitione, † quod locatio fiat conſanguineo
non reſcinditur alienatio, cum in iſtis locatio-
nibus Papa ſolùm ſe reſtringat ad vtilitatem
Eccleſiæ *Socin. conſ.15. lib.1.*

S V M M A R I V M.

1 *Decimas negantes aut impedientes ſolui dicuntur inuaſores rerum alienarum.*
2 *Decima an ſint debita de iure diuino, ſeu humano. n.3.*
4 *Pro petitione decimarum quæ actio competat. num. 5.*
6 *Decima an poſſint tolli conſuetudine.*
7 *Præſcribens decimas an teneatur probare famam, quod illas haberet ante Concilium Lateranenſe.*

8 *Exemp-*

Digitized by Google

8 *Exemptio decimarum intelligitur de decimis quæ debentur de iure communi, ſecus iure ſpeciali ex aliquo priuilegio. n. 9.*
10 *Derogatio regulæ de non tollendo ius quæſitum non ampliat diſpoſitionem.*
11 *Clauſulæ generales habentes vim ſpecialis derogationis non debent extendi ad ea, quæ præſumuntur ignorata.*

DECISIO C.

¶ N. 3. *poſt uerb.* laicus in fi. n. 5.

Nam ſolutio decimarum eſt priuilegiata, tan-
1 quam debita Deo, † itaut negantes illas dare,
aut impedientes eos, qui dant dicantur res alie
nas inuadere *Concil. Trid. c. 12. ſeſſ. 25. de reformat.* Sunt enim debitæ Deo de iure diuino, &
naturali *c. cum ſit de decim. Franc.* qui de com-
muni *in c. 1. eod. tit. in 6. Vaſq. controuer. illuſtr.
lib. 2. c. 89. in princ. Nouar. in manual. capit. 21.
2 n. 28. Gig. conſ. 119. n. 2.* † Quamuis *Couar. lib. 1
var. reſol. c. 17. n. 2. in fin.* concludat illas de-
beri iure humano, & pontificio, non diuino poſt
D. *Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. Turrecrem. in c. reuertimini. 16. q. 1. Rebuff. de decim. q. 1. latè. Guter.
lib. 2. canon. quæſt. c. 21. Alph. de Caſtr.* qui de
communi. *lib. 5. aduerſ. hæres. in verb. decima*
3 cum alijs † *per Germon. de ſacr. temp. immun.
lib. 3. c. 19. n. 15.* vbi tenet primam opinionem
tanquam veriorem per multas auctoritates
Conciliorum, & præſertim *Trident. c. 12. ſeſſ. 25.
de reform.*

¶ N. 7. *poſt uerb.* & n. 142.

Itaut hodie pro executione prædictorum pro-
4 cedatur per cenſuram Eccleſiaſticam † *Concil.
Trid. c. 1. ſeſſ. 25. de reform. Nauar. in manual.
c. 21. n. 32.* Tàm contra clericum, quàm aduer-
ſus laicum, cum aliàs pro petitione decimarum
5 competeret actio confeſſaria † *Fab. in §. æquè
ſi agat. inſt. de action. & ibi Gomeſ. nu. 10. Iaſ. in
l. ſi prius. n. 5. de nou. oper. nunciat.* Vel condi-
ctio ex canone, ſiue rei vendicatio *Rebuff. de decim. q. 9. poſt Alber. in l. ſi quis ita ff. de vſufr.*

d. n. 7. *poſt. verb.* retardandi executionem.

Cum etiam decimæ poſſint tolli conſuetudine ſi
6 ſint perſonales † *Hoſt. in c. de aliquibus. de decim. Nauar. in manual. c. 21. nu. 31. Vaſq. lib. 2.
controu. illuſtr. c. 89. n. 8.* Quia iſtæ non ſunt de
iure diuino *Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 17. n. 8.
Balb. de præſcript. p. 1. part. 1. q. 7.* Itaut qui præ-
ſcripſit decimas non teneatur probare famam,
quod illas haberet ante Concilium Lateranen-
7 ſe † *Rip. in c. decernimus. column. fin. num. 75. de
iudic.* cum declarationibus, de quibus *per Vaſq.
d. c. 89. num. 6. & per Guter. lib. 2. canon. quæſt.
c. 14. num. 4. latè Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8.
n. 18. vſq. ad n. 24.* Cum vlterius prętendere-
tur exemptio vigore priuilegijs alias per Sum-
mum Pontificem conceſſi, Quam tamen exem-
8 ptionem cum iterum de illa quæreretur † dixi
eſſe intelligendam de exemptione ſolutionis
earum decimarum, quæ debentur parochijs, vel
alijs perſonis, aut Collegijs ex diſpoſitione iu-
ris communis, non autem in his, quæ ſunt debi-
tæ iure ſpeciali ex aliqua particulari conceſſio-
ne, & priuilegio, maximè ſi ſit ex cauſa onero-
ſa, & ex quaſi contractu Principis, quibus non
ſolet Papa facilè derogare, & quia derogatio-
nes generales non trahuntur ad ignorata, cum
etiam præſumendum ſit Papam ignoraſſe ius
ſpecialiter alicui competens, quidquid aliud ſit
in iure competens de iure communi, cuius
9 præſumitur ſcientia † prout ita ſeruat *Rot. coram Cardin. Seraphin. Valentin. decimarum. 1.
iulij. 1598. & coram Cardinal. Pamphil. 9. iunij.
1597. & latè declarat Menoch. conſ. 36. num. 59.
vſq; ad n. 64.* vbi etiam quod non obſtabunt
clauſulæ ex certa ſcientia, motuproprio, non
obſtãtibus, cum ſimilibus, de quibus etiam latè
Aim. conſ. 142. col. 8. & 9.
Amplius neque obſtabit, quod fuerit derogatum
regulæ *de non toll. iur. quæſit.* Quia dicta dero-
gatio non ampliat principalem diſpoſitionem,
10 ſed ſolum operatur reſpectu eorum, † qui ſunt
comprehenſi in priuilegio *Felin. in cap. licet. n. 7
de off. ordin. Sarn. de infir. reſign. q. 34. n. 3. Caſtr. in ſpecie conſ. 187. n. 5. ad med. lib. 2.* Prout
neq; minus obſtabunt clauſulæ generales, quæ
licèt habeant vim ſpecialis derogationis *Alex.
11 conſil. 187. lib. 5.* † Tamen non porriguntur ad
ea, quæ præſumuntur ignorata, ſed ad illa, quo-
rum Princeps veriſimiliter poſſet habere noti-
tiam, & in quibus nõ requiritur ſpecialis dero-
gatio *Natt. conſ. 209. n. 6. Rot. per Card. Millin.
Taruiſana plebis. 28. iunij. 1593. & per Cardin.
Seraph. Valentin. decimarum. 1. Iulij 1598. Soc.
Iun. conſ. 77. n. 106. & 126. lib. 1.* Cum alijs per
Menoc. conſ. 36. n. 63. & per tot. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum competit pro tacita hypotheca.*
2 *Tenor ſcripturæ, ad quam ſit relatio quando debeat totus referri.*
3 *Verba prout, & ſimilia quando ſtent limitatiuè, conditionaliter, & cauſatiuè. n. 4. & 5.*
6 *Alimentorum diuturna præſtatio comprobat confeſſionem dotis factam per maritum.*
7 *Dotis conſtitutio probatur per coniecturas.*

DECISIO CIII.

¶ *N. 5. poſt verb.* martij 1580.

Et coram Cardin. Seraph. Romana vinea. 26. iunij. 1598. Vbi ampliat quamuis eſſemus in tacita hypotheca generali *per tex. in l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* † Cum etiam Saluianum competat pro tacita hypotheca *Gabr. conſ. 44. n. 1. lib. 2. Menoch. de adipiſc. rem. 3. nu. 55.* Rot.

per eundem Car.*Seraph.* *Romana de Comitibus.* 27.*Maÿ* 1581.

¶ *N.* 15. *poſt verb.* ſecunda ratio.

Non obſtat, quod debeat referri totus tenor ſcri-
2 pturæ, ad quam fit relatio † vt probet *Bald.in*
*l.2 nu.*4.C.*de error.aduocat.* Maſq. *concl.*1319.
*n.*21.Sicut dicimus de vẽditione facta per pro-
curatorem referẽtem ſe ad mandatum, de quo
non conſtat *Affl.deciſ.*273. *Soc. conſ.*266. *lib.*2.
3 *Gerard.ſing.*39.*in fi.*†Quia procedunt quando
verba,prout, & ſimilia ponerentur per modum
diſpoſitionis, ſecùs relationis, ſi enim præceſſit
diſpoſitio certa,& perfecta,verba,quæ ſequũtur
perfectionem actus,non mutant ſubſtantiam cũ
ponantur per modum relatiuum *l demonſtra-*
4 *tio falsa.*§.1.*de cond.& demon.* † Sicut quando
adijcitur tempus poſt diſpoſitionem puram nõ
fit legatũ conditionale *l.ex his verbis.* C.*quan.*
*dies leg ced.*Dec.*conſ.*522.*n.*4. Et ita intelligun-
tur tradita *per Iaſ.in admouendi.in* 1. *lectur.n.*
29.*& in* 2.*lect.n.*40.*de iur.iur.* Vbi quod iſta
verba prout,ſecudum,ſicut, & ſimilia ponuntur
5 pro quia † non conditionaliter, ampliando ad
contractus, vltimas voluntates,& diſpoſitiones
legales,& ita etiam diſtinguit C*eual.* *q.* 44.

¶ N. 23. *poſt verb.* alias coniecturas. lib.3.

Licet etiam operaretur inditium illud non admiſ
ſum per C*ouar.* quod ſit comprobata confeſſio
dotis facta per maritum ex diuturna præſtatio-
6 ne alimentorum † ſecundum Soc. qui de cõmu-
ni *conſ.*82.*col.*2.*lib.*3. Aim. *conſ.*40.*n.* 2. Natt.
*conſ.*547.*n.*25. C*ephal.conſ.*448.*n.*23. S*urd.de*
*alim.tit.*8.*priuil.*22.*n.*17.

¶ N. 24. *ad med.verſ.* ſed in caſu noſtro.

Cum etiam conſtitutio dotis probetur per conie-
7 cturas.†*Bald .in l.cum citra.*C.*de iur.dot* I*aſ. in*
§.*fuerat.n.*29. *inſtit.de action.* Rot.*per* C*ardin.*
L*ancellot.*Romana,*ſeu Sabinen. dotis.*13.I*anua-*
*rij.*1576.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris poteſt probari per te-*
ſtes. Fallit in mandato ad exigendum, & re-
*cipiendum ſolutionem.n.*2.
3 *Reuocatio procuratoris poteſt fieri per teſtes.*
4 *Procurator conſtituitur per nuncium, & per*
litteras miſſiuas,& an eodem modo reuocetur
*nu.*5.
6 *Sententia ſuper notorio valet, quamuis de illo*
non conſtat,ſi poſtea probetur.
7 *Proceſſus in contumaciam eſt validus,ſi poſt ſẽ-*
tentiam de ea appareat.
8 *Sententia ſuper re iudicata non debet exequi,ſi*
ſuperuenit cauſa ob quam conſtet de iniqui-
tate,ita è contra eſt exequenda,ſi poſtea iuſti-
ficetur.
9 *Mandatum quando poſſit produci poſt ſenten-*
*tiam,& concluſionem in cauſa.n.*10.*et* 12.
11 *Concluſio in cauſa eſt terminus excluſiuus om*
nium probationum.
13 *Oppoſitio,et proteſtatio in iudicialibus debet re*
peti in vnoquoque actu.

DECISIO CV.

¶ N. *post verb.* omnibus col. 1. n. 3.

Et quãuis videatur iſta opinio habere difficulta-
tem,cum multi teneant contrarium, de quibus
per Doctor. in l. 1. *et l. maritus.* C.*de procurat.*
1 † Tamen ab ea non eſt recedendum tamquam
magis communi,veriori,& in iudicijs approba-
ta A*go.in ſumm.*C.*de mandat. princip. Bart.et*
Ang.in l.non ſolum. §. *qui alieno. de procurat.*
M*asquard.concluſ.*1010. *nu.*1. Quidquid aliud
ſit in mandato ad exigendum,& recipiendum
2 ſolutionem, † quod non poterit probari per te-
ſtes B*ald.in l.falſus.*19.*colu.penult. verſ.utrum*
*autem mandatum.*C.*de furt.*B*oer.deciſion.*281.
præſuppono. *n.*2. Sicut enim reuocatio procu-
3 ratoris poteſt fieri per teſtes† *c.ex inſinuatione*
de procur. Ita quoq; conſtitutio, & probatio
conſtitutionis. Maximè quia etiam per nũcium
4 poteſt conſtitui procurator *l.*1.*de procurat.*†Et
per literas miſſiuas,ſeu epiſtolas *clem.*1.*de pro-*
*curat.*C*aput.deciſ.*183. *et* 185. *p.*2. Vbi etiam
*n.*6. quod ſatis eſt habere iura facientia ad cau
ſam,vt quis admittatur in procuratorem; Dũ-
modo non ſit domeſticus,ſufficit enim qualiter-
cunq; conſtare de voluntate eius, pro quo ad
cauſam venit V*stal.in clem.*1.*nu.*16.*col.*2.*in fi.*
5 *verſ, venio ad partem primam. de procurat.* †
Prout etiam per literas miſſiuas mandatum re-
uocatur P*aris. de reſignatione. q.* 28. *lib.* 9. vbi
teſtatur de magis vera opinione,quod procura
tor habens mandatum ad renunciandum reci-
piens literas à cõſtituẽte,in quibus dicat,quod
de negotio reſignationis nihil faciat,niſi denuo
certior fiat, ſatis erit vt vlterius non procedat,
cum illa verba ſint loco intimationis reuoca-
tionis mandati:licèt enim non ſit reuocata vo-
luntas ceſſat tamen vſq;ad nouas literas.

¶ N. 30. *post verb.* fiat productio.

P*ut.decis.*383. *num.*11. *lib.*2. C*reſcent. decis.*4.
de procurat. A*chil. decis.* 6.*num.* 2. *eod. tit.* Et
ſępius ita deciſum teſtatur Rot. *coram* C*ard.*
S*eraphin.*B*urgen.de cardenna.*23.*ianuarij* 1598
et per C*ardinal.* P*amphil.* A*nconitan.* 25.*maij*
1587.
Prout dicimus de ſententia lata ſuper declaratio-
6 ne notorij, quæ ſuſtinetur, † quamuis tunc de
illo non conſtet, ſi poſtea probetur I*nnoc. in*
*c.*2.*nu.* 9.*de cohab.cleric.* A*ffl.decis.*178. *num.*7.
Idem de proceſſu facto in contumaciam, & au-
dientiam contradictarum, qui valet quamuis
non conſtaret de contumacia,quæ verè aderat
7 ſi poſt ſententiã probetur †V*eſtr.in prax. lib.*4.
c 4.

c. 4. n. 5. Itaut prædicta procedant, quamuis
ſententia tranſiſſet in iudicatum, quæ poteſt
iuſtificari ex nouiter deductis *Caput. deciſ. 115.*
8 *& 154. p. 3.* † Vbi quod ſicut ſententia in iu-
dicatum tranſacta non debet executioni demã-
dari, ſi ſuperuenit cauſa, per quam conſtet de
illius iniquitate *Felin. in cap. inter cæteras. 9.
col. penul. verſ. amplia etiam ſi iſta notorietas.
nu. 11. de re iudic. Afflict. deciſ. 28. num. 6.* Ita
è contra res iudicata quantumcunq; iniqua
ſi poſtea iuſtificetur eſt exequenda, vt contra-
riorum eadem ſit diſciplina *l. 1. de his qui ſunt
ſui vel alien. iur.*

¶ N. 14. *post uerb.* conſ. 108. n. 1.

Et hanc eſſe magis æquam ſententiam, quam-
uis contraria ſit receptior dicit *Mandoſ. reg.
29. q. 10. n. 4. & reg. 34. q. 39 nu. 6.* vbi teſta-
tur ita ſeruari in Rota, in qua aliquando ap-
probatur opinio contra communem, ſi eſſet
æquior, prout dicit eſſe in hoc caſu *per d. de-
ciſ. 12. nota quod geſta in antiq.* quæ alias eſt
9 *deciſ. 1. de procur. etiam antiq.* † Immo non
ſolùm geſta per non procuratorem non pote-
runt ratificari poſt ſententiam ſecundum præ-
dictam opinionem, ſed neq; poſt concluſum in
cauſa *Caſſador. deciſ. 40. ſuper regul.* Mandoſ.
regul. 29. quæſt. 10. num. 5. poſt *Rot. deciſ. 148.
nota quod vbi eſt concluſum. in antiq. Menoch.*
Vant. & alij per *Monter. deciſ. 40. num. 64.*
10 *& 65.* † Hæc enim à pari procedunt ſenten-
tiam eſſe latam, & concluſum in cauſa, Itaut
poſt concluſionem non dicatur amplius iudi-
cium *Mandoſ. form. 7. commiſ. in verb. pen-*
11 *deant indeciſæ. verſ. contra uero.* † quaſi con-
cluſio ſit terminus excluſiuus omniũ probatio-
num *Io. de Amic. conſil. 9 nu. 25. & conſ. 108.
n. 6.* Et hanc Rotæ opinionem ſequitur *Mon-
ter. deciſ. 40. n. 69.* vbi quidquid de iure com-
muni alij connertant, ita Aragoniæ practica-
12 tur, † quod in geſtis per falſum procurato-
rem nullum habentem mandatum nõ eſt locus
poſt ſententiam ratihabitioni, licèt ſi illud adeſ
ſet, quamuis de eodem non conſtaret tempore
latæ ſententiæ, Tamen verius eſt quod ſenten-
tia ſubſiſteret, cum poſſit illud quandocunq;
produci ſi non fuerit oppoſitum à Iudice, vel
à parte iuxta *d. conſil. Aim. 108. nu. 1.* quem ſe-
quitur *Rot. diuerſ. deciſ. 688. n. 2. p. 1.*

¶ N. 21. in fin. *poſt uerba*. de appellat.

Et quod in iudicialibus iſta oppoſitio, & pro-
13 teſtatio, vt operetur, † debeat repeti in vno
quoq; actu eſt *deciſ. Mohed. 44.* quem ſequen-
dam dicit *Rot. per Cardin. Seraphin. Parmen.
ſtatut. 12. Februar. 1596.* & voluit *Iaſ. in l. non
ſolum. §. morte. num. 13. de nou. oper. nunciat.
Felin. in c. cum m. ferrarienſis. nu. 68. & ibi
Rip. n. 101. de conſtit.*

S V M M A R I V M.

1 *Clauſulæ appoſitæ in parte executiua non au-
gent, neq; tollunt actum. Declara vt n. 4.*
2 *Clauſula appellatione remota in parte executi
ua non comprehendit contradictores de iure
ſed ſolum de facto, neq; excuſat ab attenta-
tis. num. 3.*

D E C I S I O C V I.

¶ N. 1. *poſt uerba.* conſ. 67. n. 5.

*Marſil. in l. ſi quis nec quæſtio. n. 11. de quæſt.
Vaſq. de ſucceſ. progr. lib. 2. c. 16. n. 2.*

¶ N. 14. *poſt uerb.* conſ. 126. n. 5. vol. 5.

*Aim. cons. 186. n. 3. ad fin. uers. non obſtant. &
cons. 920. n. 2. Surd. cons. 195.*

¶ N. 18. *poſt uerb.* in clem. 1. de præbend.

Et regulariter clauſulæ appoſitæ in parte exe-
cutiua gratiæ, vel cuiuslibet actus non augent
1 gratiam, † neq; actum, neq; tollunt ſubreptio-
nem *Felin. in c. nonnulli. n. 27. concluſ. 15. de
reſcript. Caput. deciſ. 83. n. 3. p. 1. Rot. diuers.
decis. 532. n. 7. p. 1. Ludouic. Molin. de hiſpan.
primogen. lib. 4. cap. 2. num. 24. Put. decis. 177.*
2 *lib. 1.* † Ideo etiam clauſula appellatione re-
mota poſita in parte executiua literarum non
comprehendit contradicentes de iure, ſed ſo-
lum de facto *Abb. in c. pro illorum. num. 9. de
præbend. Felin. in c. ſuper eo. n. 8. de off. deleg.
Achil. de Gras. decis. 4. nu. 12. de ſent. excom-*
3 *mun. Put. decis. 272. n. 6. lib. 3.* † Neq; excu-
ſat ab attentatis, vt eſt deciſio *Rot. coram* R.
P. D. *Lancellot. Calaguritana. beneficij. 18.
Aprilis. 1603.* recedendo à deciſione contraria
facta *coram* R. P. D. *Corduba. Calaguritan. be-
neficij. 30. Octobris. 1593.* † Intelligendo quan-
do in iſtis clauſulis executiuis non diſponitur
principaliter illud, quod ex eis comprehendi
prætenditur, ſed ſolùm obiter, incidenter, &
ad alium finem fit mentio de aliquo, quod non
erat comprehenſum ſub principali diſpoſitio-
ne, cum ſecus ſit quando ex propoſito poſt gra-
tiç conceſſionem illud dictum fuerit, tunc enim
illa clauſula ſufficeret in quacunq; parte adij-
ciatur, vt illud diſpoſitum cẽſendum ſit, & ope-
raretur eoſdem effectus, quos principalis di-
ſpoſitio operatur, vt poſt *Felin. Anchar. Imol.
& alios* per eum allegatos declarat *Molin. de
hiſpan. primogenit. lib. 4. c. 2. n. 50.*

¶ N. 20. *poſt uerb.* de offic. ordin.

Et quatenus etiam dicta verba eſſent ſuperflua
potius dicendum eſt illa eſſe toleranda, quàm
quod habeant facultatem diſponendi *Surd.* in
ſpecie *decis. 195. n. 9. verſic. & non obſtat. poſt
Marſil. ſing. 60.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalus non cogitur iurare fidelitatem ſingu lis hæreditatibus,ſed vnum eligit.*

2 *Inueſtitura poteſt fieri per vnum ex Cõdominis pro alio.*

3 *Sigillum vnum ſufficit adhiberi quando ſunt plures* Comites.

4 *Exactor vnus eſt conſtituendus per plures dominos qui à ſubditis cenſum recipiat.*

5 *Alimenta ſi ſunt præſtanda à pluribus iudex vnum eligit.*

6 *Iudex prouidet, vt præſtentur alimenta per tempora modò ab vno, modò ab alio.*

7 *Alimenta præſtanda in domo hæredis ſi contingat illos diuidi poterunt dari in domo vnius.*

8 *Iudex componit ſi plures qui debent ali diſcordant in percipiendis alimentis.*

9 *Alimenta per Iudicem debent diuidi, prout teſtator diuiſiſſet.*

10 *Actiones ciuiles,& criminales debent vniri per actorem.*

11 *Aeſtimatio iniuriarum poteſt fieri per iniuriatum coniunctim,vel diuiſim.*

12 *Cumulationi actionum quando ſit locus remiſſiuè.*

DECISIO CVII.

¶ N.11.in fin. *poſt verba*. ex ſupra allegatis.

QVibus adde idem eſſe in ſimilibus caſi-
1 bus,prout quando ſunt plures hæredes:†
Nam omnibus non cogitur vaſſalus iurare fi-
delitatem,ſi feudum eſt indiuiduum, cum ſuf-
ficiat vnum eligere,cui iuret *gloſ. in c.1.§.om-
nes filij. ſi de feud. defunct. fuer. cont.int.dom.
& agnat.* Requiſitis tamen prius dominis, vt
in vnum conueniant, quibus non conuenienti-
bus licitum erit vaſſallo vnum eligere *Amod.
de laudem. q.23. nu 5.& 6.* Vbi etiam *nu.10.*
2 quod in pluribus locis ſeruatur, † vt vnus pro
alio poſſit inueſtituras facere præſertim ſenior,
& qui eſt magis dignus, cum hoc ſit laudabile,
& ſubditis conducibile, ne maiori incommodo
afficiantur in requirendo tot dominos; Vnde
etiam ſi ſunt plures Comites ſufficiet adhibere
3 ſigillum vnius, † qui illud tenet *Bald. in c.1.
col.2.n.4.de controu. inueſt.* Ideo etiam quan-
do ſunt plures Domini, quibus ſoluendus eſt
cenſus, ne grauentur vaſſali ſoluere portiun-
culam cuilibet ipſorum, ſolitum eſt mandare
4 eiſdem dominis, † vt conueniant de exactore,
qui poſtea vnicuique partem ſuam diſtribuat
*arg. l. ergo. §. creditoribus. de fideicommiſ. li-
bertat.* & ita ſeruari dicit *Amod. de laudem. q.
23. nu.11.*

Simile eſt in alimentis à pluribus vni debitis, ſi
5 enim præſtatio eſt difficilis, † Iudex vnum eli-
git,à quo ſolo præſtentur,cui cęteri contribuãt
pro ſua portione, quaſi euitanda ſit particula-
ris ſolutio, & quæ minutatim ſit tanquam dã-
noſa, prout in ſpecie alimentorum *ex tex. in
l. cum hi. 8. §. vult igitur. verſ. aut ſi a pluri-
bus. de tranſact.* Vbi *gloſ. in verb. minutatim.*
adducit etiam *tex. in l. ſolent. 3. in princ. ff.
de alim. & cibar. legat. & ibi gloſ. in verb.con-
iunguntur. Ruin. conſ. 81. in quæſtione. nu.4.
lib.2.* argumento *l. planc.3. in princ. ff. famil.
hereiſc.* vbi *gloſ. in verb. non minima. l. poteſt.
de leg.1. l. communi diuidundo.in princ.ff.com.
diuid. l. tutor. §. lucius. de vſur. l. in commo-
dato. §. duobus. ff. commod.*

Amplius non ſolùm Iudex hoc faciet circa perſo-
6 nas,ſed etiam poterit prouidere per tempora,†
quod vnus præſtet alimenta per tot menſes,al-
ter per alios *Bart in l. ſolent. in 2.reſponſo.ff de
alim. & cibar. legat.per text.in l.cum conſtet.de
aq.quot.æſtiu. Surd.de aliment.tit.3.q.9.nu.23.*
Vbi etiam quod poterit implorari officium iu-
dicis non ſolum per legatarium creditorem ali
mẽtorũ,ſed etiam per hæredes grauatos *Ruin.
conſ.81.nu.4.lib.2.*

Quæ etiam procedunt non ſolùm circa perſo-
7 nas, & tempora, ſed etiam circa locum, † vn-
de ſi alimenta relinquantur in domo hęredum,
ſi contingat illos diuidi, & ſeorſum habitare
erunt præſtanda in domo vnius ex hæredibus,
prout iudex arbitrabitur *Idem Ruin. conſil. 81.
nu.4.lib.2.* Et facit ſimile dominorum qui non
cõcordans in vſu iuriſdictionis eiuſdem caſtri,
tunc enim in eis habet locum iudicium diuiſo-
rium, vt alternis vtantur temporibus *l. lucio.
cum l. ſeq. de aq. quot. æſtiu. Ang. in l.2. §. ex
his. de verb. obligation. Abb. in c. fin. col.1. de
re iudic.* Et eſt *tex.in l.arbor.§. fin.ff de comm.
diuid. l.4. §.ult.cum l. ſeq. & ibi gloſ. in uerb.
cauſam. ff. de ſeruit.*

Quemadmodum è conuerſo quando alimenta de-
8 berentur pluribus,† nã ſi diſcordarẽt circa mo
dũ illa percipiendi,iudex ex officio ſuo compo
nit *Felin. in rubr. de treug. & pac.nu.8.in fin.
verſ.et ſi illi quibus.poſt Specul.qui fil.ſint legit.
in fin.uerſ.qui diſcordant. Afin. de executien.§.
3.c.141.n.14. fol.63.* vbi multis ſimilibus com-
probat quando ſpectet ad iudicem diſſenſum,&
diſcrepantiã partium ad concordiam reducere
poſt *Doct.in l.2.§.ex his. de uerb.obligat.* Bart.
*in l.in uenditione. §. ſi unus. de bon.auctor. iu-
dic. poſſiden.& in l.duo iudices. in fin. de re iu-
9 dic.*† In qua tamen diuiſione Iudex eo modo ſe
geret, prout paterfamilias diuidiſſet, cum in
hoc æquiparetur iudex & teſtator *l. ſolent.3.in
princ.de alim.& cibar.legat.& ibi gloſ.in uerb.
diuiſiſſet.l.2.C.de diuid.tutel.*

Idem eſt in actionibus tam ciuilibus, quàm crimi
nalibus, quas licèt diuerſas cogitur actor vni-
10 re, † vt vno iudicio procedatur, vt citius diri-
mantur lites, & ob alias cauſas, de quibus *in
l.1.& 2.ff. de quib.reb.ad eund.iudic.eat.& ibi
gloſ. in uerb. eundem. l.hæredes. 26. §.de pluri-
bus.ff.famil.herciſc.& ibi gloſ. in uerb. iudicium*
cum alijs per *Doct.in l.edita ff.de edend.*

Et *eſt tex. in l. prætor edixit.7. §.ſi mihi plures.ff.
de iniur.* vbi quod non permittitur experiri ſe-

paratim

paratim de ſingulis iniurijs, ſed cogēdus eſt paſ
11 ſus contumelias ſimul omnes cōiungere, † quāuis quo ad illarum æſtimationem poſſit actor,
vel ſingulas ſingulariter æſtimare, vel omnes
vnica æſtimatione comprehendere *Cin. in l. ſi nō conuicij. q. 15. n. 15. C. de iniur. Salic. in l. 4. n. 4. in fin. verſ. quæro qui iam. C. eod.* Et multa
12 de cumulatione, † ſeu electione actionū poſt vnā
electā quod idem eſt, quando illi ſit locus *Doct. in l. edita. C. de edend.* latè *Farinac. quæſt. 100. n. 123. cum ſeq. & q. 105. n. 28. Facchineus. controuerſ. lib. 9. c. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Præuentio an dicatur facta per ſolam præſentationem reſcripti. & n. 2.*
3 *Contumax non eſt iterum citandus.*
4 *Iudex non debet citare malè appellantem, aut à iudicio recedentem.*
5 *Declinans iuriſdictionem iudicis quando reputetur pro contumace.*
6 *Contumax quando poſſit mulctari.*
7 *Citatio non requiritur ſi Epiſcopus poſtquam citauit ad ſententiam remiſit cauſam pronunciandam Vicario.*
9 *Sententiam unius Iudicis quando poſſit ab alio ſubſcribi.*
10 *Vnus Iudex non poteſt ferre ſententiam ſine collega, nec ualet ſubſequens ratificatio. n. 11.* Declara. *ut nu. 12.*

DECISIO CVIII.

¶ N. 13. *poſt verb.* quinto. limitat. 102.

Ideo dicimus, quod per ſolam præſentationem
1 commiſſionis, ſeu reſcripti † non dicitur Iudex
delegatus præueniſſe *Doct. in c. ut debitus. 59. poſt gloſ. ibi in uerb. aſſignatæ. de appellat.* Maſq.
2 *concluſ. 1232. in uerb. præuentio.* † Quamuis
contrarium ſeruetur in Rota Romana, vbi per
ſolam commiſſionis præſentationem intelligitur facta præuentio *Caſſad. deciſ. 5. de reſcript. poſt* Rot. *deciſ. 6. eod. tit. in antiq. Put. deciſ. 47. lib. 2.*

¶ N. 16. in fin. *poſt uerb.* ſing. 108.

Quando enim pars, quæ debet citari eſſet contumax in non comparendo, poſtquàm à principio fuit citata ad totam cauſam, & ad ſingulos
3 actus in eadem citatione, † nulla alia citatio
erit facienda, & ſi fiat eſt ex abundanti *Rot. deciſ. 8. in fin. de teſtib. in nou.* Iudex enim non
debet citare malè appellantem, aut à iudicio
4 recedentem † *c. 2. de dol. & contum. in 6.* Quaſi
non comparendo, aut recedendo à præſentia iudicis videatur nolle coram eo litigare *clem. 1. et ibi glos. in uerb. non citato. de uol. et contum. Vant. de nullit. c. fin. n. 112.*
Quare videmus quod declinans iuriſdictionē Iu-
5 dicis nō debet amplius citari, † ſed proceditur
contra eū tanquā aduerſus contumacem, quando ſcilicet oppoſuit declinatoriam ſimpliciter,
ſecus cum clauſula, ſi & quatenus, prout ita faciendum eſſe docet *Ang. in l. eum uidetur. de iudic.* Vbi etiam teſtatur de communi conſuetudine mundi, & quod ſtultum eſſet ſimpliciter ſi-
6 ne dicta clauſula forum declinare, † Itaut etiā
iudex poſſit contra talem contumacem mulctā
indicere, quaſi ob eam fuerit eluſus, quidquid
aliàs contumax non mulctetur, quando ius aduerſarij non eſt factum deterius *Gemin. in c. 1. §. ult. col. 2. in fin. de elect. in 6. Alex. in l. is uidetur in fin. ſi quis ius dicent. non obtemp. Surd. de alim. tit. 6. q. 26. n. 95.*
Quibus adde quod quando eſſemus in iudicibus
conſtituentibus idem tribunal per hebdoma-
7 das, † qui alternatim certa negotia expediunt,
& vnus, ac alius pronunciat, tunc non erit noua citatio neceſſaria, prout etiam in Epiſcopo
qui poſtquam citauit ad ſententiam remiſit cauſam pronunciandam ſuo Vicario generali, quaſi tunc factum vnius dicatur factum alterius
cum ſit idem auditorium *c. romana. in t. reſp.*
8 *appellat glos. in c. non putamus. de conſuetud.* †
& concludit in ſpecie *Gonzal. ad reg. 8. cancell. post glos. 9. §. 1. in annotat. cōtra attent. in cauſ. beneſic. nu. 134.* Vbi etiam quod in huiuſmodi
iudicibus ſententia ab vno prolata poterit ab
alio ſubſcribi etiam ſine citatione, vt in Audi-
9 toribus ſacræ Rotæ Romanæ † dicit *Mandos. in regul. de annal. q. 75. n. 3. et 4.* Dummodò tamē
videat omnia acta integra, quando cauſa in qua
prædeceſſor pronunciauit non fuit de recenti
diſcuſſa, cum aliàs non requireretur tanta diligentia nouæ viſionis proceſſus, maximè quādo
omnium vota fuerunt annotata *idem Mandoſ. form. 13. cōmiſſ. ferijs non obstantibus. in princip.* per doctrinam *Vital. in clem. 1. n. 73. de probat.*
10 Quamuis vnus ſine alio † non poſſet ferre ſententiam *c. cauſam matrimonij. 16. de offic. deleg.* Itaut non valeat pronunciatio Collegæ nomine
alterius, licèt poſteà per Collegam ratificetur,
ob illam rationem quia in ſententijs, & in his
quæ ſunt publici iuris ratihabitio non proce-
11 dit † *Bart. in l obſeruare. §. fin. de off. procons. Felin. in c. prudentia. uers. nunquid unus. de offic. deleg.* & ita in ſpecie concludit *Vant. de nullit. defect. iurisdict. ordin. nu. 182.* latè *Rot. Genuens. per Chartbar. decis. 60. per tot.* Intelligendo in ſententia definitiua, ſecus in interlocutoria, per quam non finitur iudicis officium,
quia poteſt fieri per vnum ex Côiudicibus *glos. in l. pomponius. 36. in uerb. proferre. in fin. ff. de re iudic.* argumento *l. ultim.* & ibi *Bald. n. 2. C. de auctor. præſtand.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ratione ſpolij non auditur in negotio principali, niſi illo purgato, et refectis expenſis. et quid in fructibus non liquidis. n. 2. et 3. Et idem in attentatis. nu. 4. Fallit in paupere. n. 5.*
6 *Iudex prouidet ne ad arma deueniatur,*

7 Iudex

Digitized by Google

7 *Iudex debet cogere partes ad præſtandum cautionem de non offendendo.*

DECISIO CX.

¶ N. 10. *poſt verba.* & cum dicta.

Et talis condemnatus ratione ſpolij non audi-
1 tur in negotio principali, niſi prius illud pur-
gauerit, & omnes expenſas refecerit *Abb. in c. accedens. il 2. n. 5. vt lit. non conteſt* Caputaq. *decil 270. n. 5. p. 2. Put. deciſ. 298. lib. 2.* Itaut huiuſmodi reſtitutio debeat fieri etiam reſpectu
2 fructuum non liquidorum, † non enim ſufficit oblatio cum depoſitione vnius iulij pro non liquidis, ſed debet fieri realis, & actualis *Bald. in c. cerquerente. de reſtit. ſpoliat.* Caputaq. *deciſ.*
3 *150. n. 7. p. 1.* † Quidquid dixerit *Mobed. deciſ.* 317. quia cōtra cū eſt verior opinio, vt per *Rot. coram Card. Seraphin. Alerien. beneficij. 15. Martij. 1596.* Vbi quod non ſolùm procedit in ſpo-
4 lio, † ſed etiam in attentatis, quæ ſuſpendunt omnia iudicia quantumuis priuilegiata etiam ſpolij *c. non ſolum. in fin. de appellat. in 6. Rot.*
5 *deciſ. 1. de ordin. cognit. in antiq.* † Quamuis ſecus eſſet in paupere, qui auditur non refectis expenſis, & fructibus non reſtitutis, cum referuentur in fine litis, & ita pro eo ſcribitur in cōmiſſione *Vestr. in prax. c. 1. n. 8. lib. 7 Lancellot. de attentat. p. 3. cap. fin. n. 93.* Vbi etiam docet quomodo hoc caſu paupertas probetur.

d. n. 10. *poſt verb.* euitandum ſcandala.

Quo caſu eſt in arbitrio iudicis prouidere, ne
6 ad arma & rixas deueniatur † ob controuerſiam partium *l. æquiſſimum. 15. in princ. ff. de vſufr. Curt Sen. conſ. 60. ſuper eo. nu. 1. Dec. in rubr. C. de edict. diu hadr. toll. n. 6.*

¶ N. 12. *poſt verb.* conſ. 10. n 9.

Vel cogere partes ad præſtandam cautionem de inuicem non offendendo etiam pro amicis,
7 familiaribus, † & complicibus *Felin. de treug. & pac. n. 11. declar. 5. poſt Bart. in l. illicitas. §. potentiores. de off. præſid. Pariſ. conſil. 168. n. 5. lib. 4.* cum alijs per *Mandoſ. reg. 34. q. 43. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Ruſtico ſagaci non eſt ſubueniendum.*
2 *Citatus perſonaliter non excuſatur à desertione, ſi non appellauit à die citationis, quamuis non fuerit ei intimata ſententia.*
3 *Scriptura priuata requirit recognitionem, ita ut defectus illius poſſit opponi in curia quamuis in partibus non ſit oppoſitus. n. 4.*
5 *Mandatum non meretur executionem ſi non iuſtificetur ex actis prioris inſtantiæ, & n. 6. Amplia, vt n. 8.*
7 *Mandatum procuratoris eſt producendum quā do opponitur.*
9 *Citatio requiritur ad hoc, vt aliquid dicatur de actis.*
10 *Ceſſio & creditum cedentis eſt iuſtificandum in actis eiuſdem notarij, vt executio ritè committatur. & n. 11.*
12 *Clauſula ſi quid exequendum intelligitur de iure.*

DECISIO CXI.

¶ N. 3. *poſt verb.* de appellat.

Intelligendo de ruſtico opere, & conuerſatione
1 *Ceuall. q. 58. n. 5.* † Cum aliàs ruſtico verſuto, & ſagaci non ſit ſubueniendum *gloſ. in l. athlete. 8 §. de ruſticis. in verb. interdum. de excuſat. tutor. Tiraq. de pan. temper. cauſ. 11 n. 27. verſic. intellige ſeptimo.* cum declarationibus de quibus per *Iaſ. in l. ſi quis id quod. nu. 32. de iuriſdict. omn. iud. Menoch. de arbitr. caſ. 194. nu. 3. cum ſeq.*

¶ N. 7. *poſt uerb.* audiatur appellans.

Aliud eſſet in citatione perſonaliter facta ad
2 ſententiam † tunc enim non requireretur alia intimatio eiuſdem ſententiæ, itaut citatus non excuſetur à deſertione ſi non appellauit à die citationis, propt tenebatur, non autem à die notitiæ ſententiæ; ſi cuim timebat ſibi per eam præiudicari, debuit comparere, quod cum non fecerit non debet prætendere ignorantiam eius rei, ad quam fuit perſonaliter citatus, cum ex hoc habuerit notitiam ſufficientem ſententiæ ferendæ Caputaq. *deciſ. 130. p. 3. poſt Capic. deciſ. 139.*

¶ N. 12. *poſt verba.* inſtitutionis.

Dec. conſ. 510. n. 1. Marſil. in prax. §. diligenter. n. 39. Menoch. conſ. 98 nu. 17. lib. 1. Ann. pag. 41.
3 Et adeò † in ſcriptura priuata requiritur recognitio cum requiſitis, de quibus latè *Coler. de proceſſ. executiu. p. 3. c. 1. n. 98. & 104 cum ſeq.* vt defectus recognitionis iurium poſſit opponi
4 in Curia, † quamuis in partibus non fuerit oppoſitus *Rot. coram Cardin. Paleott. Cremonen. prioratus. 30. Octobris. 1560. & coram* R P.D. *Manzaned. Cartaginen. tranſlationis penſionis. 19. Iunij. 1606.*

¶ N. 17. *poſt uerb.* de reformat.

Vltimo præter ea quæ dicta ſunt de inualiditate
5 executionis ob inſtrumenta non producta, † facit etiam, quod regulariter neceſſe eſt vt Mandatum iuſtificetur ex actis prioris inſtantiæ, ſi enim ex illis non poteſt iuſtificari, non eſt exequendum, cum ſolùm præfata acta attēdantur ad effectum, vt ſit locus clauſulæ ſi quid exequē dum *Rot. per Cardin. Pamphil. Romana Cenſus. 4. Decembris. 1595.* Vbi fuit declaratum nullum mandatum ob non productionem inſtru-
menti

6 menti cenſus illius notarij,† eum non conſtaret
de obligatione, ex qua potuiſſet fieri condemna
tio *Galleſ. ad form. oblig. it. camer. tit. de proceſ-*
ſib. in princ. Stante præſertim oppoſitione par-
7 tis,† exemplo mandati, quod non ſufficit adeſ-
ſe, niſi produeatur in actis, quando fuit oppoſitũ
Aim. conſ. 109. *n.* 1.

Amplius neq; ſuffiecret inſtrumentum fuiſſe roga-
tum ab alio notario eiuſdem tribunalis Audi-
8 toris Cameræ † cum habeant iſti tabelliones
rogitus ſeparatos, vnde deberet produci in of-
ficio eius, vbi fuit petita executio, & præuia ci-
9 tatione ad dicendum contra, † vt dicatur de
actis *Bartol. in l. extrauag. ad reprimendum. in*
verb. de plano. Rom. conſ. 119. *num.* 3. *Conar lib.*
1. *var. reſolut. c.* 1. *nu.* 5. *Caſſad. deciſ.* 7. *in fin. de*
appel.

Immo etiam neq; ſufficeret ceſſio cenſus, ſeu alte-
10 rius crediti rogata in actis, † vbi petitur exe-
cutio, cum ſit iuſtificandum non ſolùm, quod
quis ſit ceſſionarius, vt agat vigore obligatio-
nis cameralis *Bald. in l. per diuerſas.* 22. *q.* 10.
verſ. aduerte tamen. n. 14. *C. mand. Alex. conſil.*
115. *ad fin. lib.* 3. Sed etiam debet probari exi-
ſtentia crediti eo modo, quo teneretur ipſemet
11 cedens, † eum in eius locum ceſſionarius ſuc-
cedat *Doctor. in l. ſi nomen. C. de hæredit. vel*
actio vendit. Itaut neq; ſuffragetur quod po-
ſtea dictum creditum producatur, quia hoc non
ſufficit ad effectum executionis mandati rela
xati ante illius productionem, quaſi illud non
12 debeat exequi niſi, ex eiſdẽ actis iuſtificetur,†
cum iſtæ clauſulæ reſcripti ſi quid exequendum
intelligantur; prout de iure *Iaſ. in l. cauſas. n.* 7.
C. de tranſact. Rot. coram Card. Pamph. romana
cenſus. 4. *decemb.* 1595.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianicæ detractio permittitur etiam quã*
do legitima eſſet ſemis. & n. 2.

3 *Trebellianica poteſt detrahi etiam ſi ex ſtatuto*
legitima augeatur.

DECISIO CXII.

¶ N. 4. *poſt verba* quæſtionis. lib. 2.

Couar. in c. rainutius. §. 11. *n.* 9. *in fi. de teſtam.*

Quamuis ſimpliciter ſit magis vera, & commu-
1 nis opinio contraria, † quod videlicet ſit
locus detractioni vtriuſque quartæ etiam
vbi legitima eſſet ſemis ob illam rationem,
quia iura canonica indiſtinctè loquuntur,
& legitimæ augmentum habet ſuam propriam
cauſam, ideo non debet impedire trebellia-
nicam *Cephal. conſil.* 106. *in fin. Mannel. Albenſ.*
2 *conſil.* 41. *nu.* 2. † & ita iudicatum dicit *The-*
ſaur. deciſ. 152. *Eugen. conſ.* 11. *n.* 9. *& poſt Alex.*
Rimin. Iun. Pic. Becc. Marzar. Graſſ. & alios,
quos allegat, dicit ita practicari *Peregrin. de fi-*
deicomm. art. 3. *n.* 56. *verſ. horum opinionem. in*
3 *fi.* vbi etiam ampliat † idem ſi ex ſtatuto eſſet
actua legitima, quia vltra eam deducetur quo-
que trebellianica *Soc. conſ.* 93. *n.* 8. *lib.* 1.

¶ N. 8. *poſt verba.* poterit occurrere.

Latè *Menoc. conſ.* 196. *n.* 16. *vſq; ad n.* 20. *li.* 2.

S V *M* M A R I V *M*.

1 *Epiſcopus poteſt erigere tribunal in qualibet*
parte ſuæ diœceſis. Intellige ad modicum tem-
pus. n. 2. *& in locis non exemptis. n.* 4. *&* 6.

3 *Locus exemptus dicitur eſſe de diœceſi.*

5 *Statutum Epiſcopi non ligat delinquentes in*
locis exemptis exiſtentibus in diœceſi.

7 *Cathedra non iudicialis poteſt poni per Epiſco-*
pos in locis exemptis.

8 *Acceſſoria cenſentur conceſſa, ſi concedatur prin*
cipale.

9 *Epiſcopus poteſt celebrare cum pontificalibus in*
locis exemptis per ſeipſum, non per alium. nu.
10. *&* 11.

DECISIO CXIII.

¶ N. 23. *poſt verb.* de metall. eod. lib.

QVæ autem dicta ſunt de Epiſcopo, vt poſ-
ſit erigere tribunal in qualibet parte ſuæ
1 diœceſi concurrendo cumulatiuè †
cum alijs inferioribus habentibus iuriſdictio-
nem *Franc. in c. cum epiſcopus n.* 3. *de offic. ordin.*
in 6. *Lancel. de attent. p.* 2. *c.* 4. *limit.* 1. *num.* 69.
2 Sunt intelligenda † Primo dummodò Epiſcopus
hoc faciat ad modicum tempus, nam ad lon-
gum non poſſet ſine iuſta cauſa remouere ca-
thedram, & tribunal à Ciuitate *Gemin. in c. pla*
cuit vt nemini. 7. *q.* 1. cum alijs de quibus *per*
Gonzal. ad reg. 8. *cancel. de alternat. gloſ.* 43. *n.*
192. vbi ita declarat *conſ. Nauar. de off. ordin.*

Secundò dummodò Epiſcopus non erigat tribu-
3 nal in loco exempto † quod quãuis ſit de diœ-
ceſi, ſi in ea conſiſtat *Cardinal. Vital. & alij in*
clem. de for. compet. Abb. in c. apoſtolica. n. 3. *de*
donation. Rot. diuerſ. deciſ. 207. *n.* 2. *p.* 2. *Felin. in*
4 *c. grauem. n.* 2. *de off. ordin.* † Tamen quo ad ere-
ctionem tribunalis non dicitur eſſe de diœceſi
clem. 2. *de priuileg. Rot. diuerſ. deciſ.* 145. *par.* 2.
Nauar. conſ. 2. *de offic. ordin.* Itaut ſtatutum
Epiſcopi quemadmodum non ligat delinquen-
5 tes extra ſuam diœceſim, † ſic etiam non com-
prehendat eos, qui delinquunt in locis exem-
ptis exiſtentibus in diœceſi *Franc. & Gemin. in*
c. 2. *§. ſtatuto. de conſtit. in* 6. *Caſtr. & Iaſ. in l.*
fin. iuriſd. omn. iudic.

Iſtud tamen cum de hoc aliàs dubitaretur Dixi eſ-
ſe declarandum quo ad cathedram iudicialem,
6 quam prohibentur Epiſcopi,† & Archiepiſcopi
collocare in loco exempto *c. luminoſo.* 18. *q.* 2.
cap. ſi papa. circa med. de priuil. Vital. in clem.
archiepiſcopo. nu. 3. *eod. tit.* Cum aliud ſit in ca-
thedra non iudiciali; Nam Archiepiſcopi, &
Epi-

Epiſcopi pro actibus exercendis, quæ illis de iure permittuntur in locis exemptis. de quibus
7 per Doct. *in elem archiepiſcopo. de priuil.* † poſſunt ibidem cathedram in ſolio colocare ad effectum celebrandi, & prædicandi, Ratio eſt quia hoc ſpectat ad honorem Epiſcopalem, & eſt de acceſſorijs ad celebrationem, & prædi-
8 cationem, quæ cenſentur conceſſa, † quando conceditur principale *c. quanto 3. vbi D. c. in 2. notab. de iudic.* Aim. *conſil. 149. num. 6.* Et ita allegando iura loquentia de cathedra iudiciali concludit *gloſ. in cap. luminoſo. in verb. collocare 18. quæſt. 2. & in cap. ſi papa in verb. collocare de priuileg. in 6.* Prout etiam dicimus, quod Epiſcopi, & Archiepiſcopi poſſunt in locis
9 exemptis ſuæ diœceſis, † & prouinciæ celebrare miſſas, & diuina officia etiam cum pontificalibus *clem. archiepiſcopo. de priuileg.* Quamuis enim pontificalia ſint de lege iuriſdictionis; Tamen ſunt etiam inſignia dignitatis Epiſcopalis, & eorum vſus eſt ſine præiuditio exemp-
10 tionis † *Anchar. in d. clem. archiepiſcopo. nu. 2. & ibi Vitalin. num. 24. & 30. de priuileg.* Licèt non poſſent facere ab alijs celebrari in eorum præſentia cum pontificalibus, ſed ſolùm fine illis, Quia hoc eſſet exercere iuriſdictionem au-
11 ctoritatiuè, † quod Epiſcopis, & Archiepiſcopis in dictis locis exemptis probetur *Cardinal. in d. clem. archiepiſcopo. n. 11. & ibi* Imol. *n. 9. de priuileg.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando valeat ſi non redeatur pro apoſtolis.*

2 *Committens cauſam poſt rem iudicatam cenſetur ei renunciare.*

DECISIO CXIV.

¶ N. 2. *poſt verb.* limit. 1. n. 71.

Immo cum fuerit commiſſa cauſa infra termi-
1 num valet appellatio, † quamuis appellans non redierit pro apoſtolis *Caputaq. deciſ. 38. p. 1.*

¶ N. 7. *poſt verb.* fallit de accuſat.

Idem in committente cauſam poſt rem iudicatam, qui cenſetur eidem rei iudicatæ renũciare
2 † *Rot. diuerſ. deciſion. 55. part 3. lib. 2. Caputaq. deciſ. 278. p. 2. Achill. de Graſ. deciſ. 12. n. 6. de re iudic.*

¶ *N. 16. poſt verb.* iuram. 13. n. 26.

Et priuileg. 77. n. 8. Grammat. deciſ. 103. n. 168.

SVMMARIVM.

1 *In probatione, quæ fit per teſtes, & inſtrumenta an requiratur cognitio contrahentium. & nu. 2.*

3 *Cognitio contrahentium quando requiratur remiſſiuè.*

DECISIO CXVI.

¶ N. 3. *poſt verb.* ad ſecundum.

Anan. in c. licet. col. penul. de crimin. falſ. Dec. in auth. ſi quis in aliquo. num. 39. in fin. C. de eden. Ruin. conſ. 189. num. 17. lib. 1. Bertazzol. clauſ. 2. gloſ. 2. nu. 9. vbi dicit multum notandum, & de veriori opinione reſtatur, quidquid aliud concludat *Bal. in l. fi. in princ. n. 16. C. de iur. deliber.*

¶ N. 10. *poſt verb.* auth. de fid. inſtrum.

Diſtinguendo inter probationem, quæ fit per teſtes, tunc enim debent cognoſcere cõtrahen-
1 tes, † ſi ſuper eorum actibus teſtificantur, ſecus ſi probatio fit per inſtrumentum, quia tunc non eſt neceſſarium, quod teſtes cognoſcant contrahentes, vel illos cognouerint, quia ſtatur inſtrumento, dummodo non ſimus in in-
2 uentario, † vel in inſtrumento in ſcriptis confecto ab imperito literarum, quia requiritur co-
3 gnitio in iſtis caſibus, † & in alijs, de quibus per *Felin. in c. cum cauſam. num. 11. de teſtib. & ibi Abb. num. 16. Bald. in l. 1. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat Bertazzol. clauſ. 2. gloſ. 2. num. 7. verſic. quoad ſecundum.*

¶ N. 11. *poſt verb.* de fid. inſtrum. n. 13.

Prout neq; reſpectu partis requiritur iſta cognitio teſtium *§. & licet. auth. de fid. inſtrum. to. Andr. ad Specul. de teſtib. §. 1. verſ. ac teſtimonio. Bertaz. clauſ. 2. gloſ. 2. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier an poſſit agere ad dotem ſi infra annũ ei non fuit ſoluta, vel teneatur accipere bona ei aſſignata in caſu ſolutionis non factæ infra dictum tempus. & n. 3. 4. & 5.*

2 *Clauſula ex nunc prout ex tunc operatur, vt vnum tempus inſit alteri.*

DECISIO CXVII.

¶ N. 4 *poſt verb.* c. 63. n. 9. in fin.

Cephal. conſ. 43. n. 5. Cagnol. in l. 1. num. 75. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperau. Curt. Iun. conſ. 232. n. 3.

¶ N. 5. *poſt verba.* Affl. deciſ. 397.

Et quidem hæc opinio eſt verior quidquid dicat Decius, præualet enim auctoribus, & ra-
1 tionibus, † prout latè concludit *Purpur. conſil. 557. Siluan conſil. 102. Aim. conſil. 477. num 6. & conſil. 691. num. 5. Theſaur. deciſ. 147. Surd.* de-

Digitized by Google

deciſ. 113. *nu.* 8. Vbi *n.* 10. ampliat magis pro-
cedere, ſi in datione in ſolutum adeſſet illa clau
2 ſula ex nunc, prout ex tunc, † per quam vnum
tempus ineſt alteri *Alex. in l. titius. la 2. in 2.
notab. de verb. obligat.* Cum enim debitum
fuerit extinctum per dationem in ſolutum, non
datur amplius recurſus ad illa bona etiam ſi
3 euincerentur, nõ habita conſideratione, † quod
datio fuerit pura, vel condirionalis, quia cum
conditio extiterit, puri, & purificati idem eſt
4 iudicium, † nec adeſt ratio, quare potius pa-
ctum debeat eſſe ad fauorem creditoris, quàm
debitoris, poſtquam datio in ſolutum eſt irre-
uocabilis, & non debet eſſe locus pænitentiæ
Surd. deciſ. 113. & ſæpius fuiſſe ita iudicatum
5 dicit *Addit. ad Theſaur. deciſ.* 147. † Dummo-
do tamen ſolutio ſit facta liberè, cum ſecus ſit
quando non eſſet talis, ſed ad vtendum, & fruen
dum, donec fuerit ſolutum re nondum effectua-
liter tradita, vt in d. *Add. ad Theſaur. ibid.
poſt* Gozad. *conſ.* 42. *n.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia datæ viduæ intra annum luctus pro
veſtibus emendis an poſſint condici, ſi non e-
mantur.*
2 *Iocalia an pertineant ad vxorem mortuo viro.*
3 *Statutum loquens de augmento dotis an habeat
locum in iocalibus.*

DECISIO CXVIII.

¶ N. 9. *poſt uerba.* C. de donat. int. vir. & vx.

Et plura quo ad veſtes, quæ dantur viduis in-
tra annum luctus quando cenſeantur donatæ, &
per tranſitum ad ſecunda vota competat repe-
1 titio; † Et quid ſi fuerint datæ pecuniæ pro illis
emendis, & non emantur, quod non poſſint
condici latè *Surd. de alim. tit. 4. q. 2. n. 20. cum
ſeq. poſt Bald. conſ.* 478. *num.* 3. *lib.* 5. *Campeg.
de dot. p. 2. q. 56. Cordub. in l. ſi quis à liberis.
2 §. non tantum. num. 23. de liber. agnoſ.* † Et ad
quem pertineant iocalia *Bertazol. conſil. ciuil.*
57. cum alijs per *Addit. ad Theſaur. deciſ.* 195.
3 Vbi etiam quod ſtatutum, † loquens de aug-
mento dotis non habet locum in iocalibus, &
quod ſolùm annulus ſponſalitius cedit lucro
vxoris non admiſſa diſtinctione *Maſq. concluſ.*
563. *num. 6. cum ſeq.* Quæ quando procedunt
dixi latè *diſceptat. c.* 189.

SVMMARIVM.

1 *Promittens non expellere conductorem an cen-
ſeatur renunciaſſe, vt neque pro vſu ſuo poſſit
illum eijcere. n.* 3. Intellige *vt n.* 4.
2 *Pactum debet aliquid addere iuri communi.*
5 *Iuramentum habet vim ſpecialis expreſſionis.*
6 *Renunciatio quando extendatur ad ius de fu-
turo.*

DECISIO CXIX.

¶ N. 14. *poſt verb.* cap. 15. n. 4.

Natt. conſ. 416. Nam eſſet tamen diſcedendum
1 ab opinione *Ang.* † quam ſequitur *Idem Natt.
conſ. 384. num. 11. Corn. Felin.* & alij de quibus
per *Surd. conſ. 34. nu. 28. & de alim. tit. 9. q. 26.
2 n.* 21. Quia aliàs pactũ nihil operaretur, † Vn-
de debet aliquid addere iuri communi *Dec. in
c. quæ in Eccleſiarum. col. penul. n. 31. de conſtit.
Becc. conſ. 94. num.* 28. Vnde neque pro vſu ſuo
erit licita expulſio conductoris, ne verba con-
trahentium inania iudicentur *Bald. in rub.* C.
de de contrab. empt.
Nec aduerſatur *text. in l. quaro. §. inter locato-
rem. ff. locat.* Quia ibi pactum de non expel-
lendo includit ſolùm caſus, in quibus condu-
ctor contractum violat, & eſt in culpa, videli-
cet quando non ſoluit penſionem, aut rem de-
3 molitur, † tunc enim non mirum ſi licita eſt ex-
pulſio non obſtante pacto, vt declarat *Caſtr.
in d. §. inter locatorem. Abb. in cap. propter. §.
verum. locat.* Vnde in caſu in quo conductor
non peccat aduerſus cõtractum, prout eſt quan
do neceſſitas ſuperuenit domino, iniquum vi-
detur, vt quis expellatur contra pactum, per
quod ſpecialiter ſibi prouidit, ne expelleretur
Rutger. *Roland. in theſaur. iur. empit. q.* 22,
nu. 8. vbi quod in iudicijs iſta opinio tanquam
4 verior præualebit; † Intelligendo in cauſa ne-
ceſſitatis propriæ, cui locator poteſt renuncia-
re, quidquid aliud ſit, qnando neceſſitas eſt pu-
blica, qua extante conuentio non obſtabit, &
erit licita expulſio, cum iſtius neceſſitatis re-
nunciatio non valeat *l. ius publicum. & l. pe-
nult. ff. de pact.*
Magis prædicta procederent ſtante iuramento in
contractu adhibito, illud enim operatur, &
cenſeri debeat cogitatum etiam de eo cuius
5 non fuit facta expreſſa mentio, † cum habeat
vim ſpecialis expreſſionis *l. qui iure militari.
ff. de milit. teſtamen. Doctor. in l. ſancimus.* C.
de teſtam. Vnde etiam cenſebitur renunciatum,
vt neque pro vſu ſuo licita ſit expulſio, prout in
terminis declarat *Claud. ad* Bertazol. *conſ. cri-
min.* 395. *lib.* 2. Non obſtante, quod renuncia-
tio iuris, quod quis habet, vel habere ſperat in-
telligatur ex cauſa de præſenti. Nam quando
nullum ius competit de præſenti, in quo poſſit
renunciatio verificari, debet extendi ad ius de
futuro Bart. *in l. qui Roma. §. duo fratres. q. 6.
num. 19. in fin. de verb. obligation.*

SVMMARIVM.

1 *Moroſus non dicitur qui impeditur facto aduer
ſarij.*
2 *Actus habetur pro facto in præiudicium impe-
dientis.*
3 *Lis dicitur conteſtata contra eum, qui impedit,
ne conteſtetur.*
4 *Tempus inſtantiæ non currit contra impeditũ.*

5 Im-

Digitized by Google

5 *Impedimentum cauſatum culpa impediti quando excuſet. & n. 6.*
7 *Impedimentum procuratum nunquam excuſat quamuis non ordinetur ad caſum.*

DECISIO CXX.

¶ N. 5. *poſt verb.* de reg. iur.

Quare cum ob impedimentum non potuerit
cauſa expediri, non debet impeditus ſuſtinere
1 pœnam deſertionis, † cum regulariter non di-
catur moroſus, qui impeditur facto aduerſarij,
Ideo poteſt proſequi excuſationem lapſo tem-
pore ſibi dato *Bart. in l. cum ipſe. num. 1. ff. de
excuſat. tut.* Itaut omnis actus habeatur pro
2 facto in præiudicium eius, † qui præſtat impe-
dimentum *Ferret. conſil. 3. n. 1. lib. 1.* Vbi quod
habetur pro poſſeſſore, qui impeditur, ne capiat
poſſeſs ionem *Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuria-
rum. ff. ſi quis caution.* Vbi quod lis habetur
3 pro conteſtata contra impedientem, † ne illa
conteſtetur, cum ſimilibus, de quibus *per Ti-
raq. de retract. lignag. §. 12. gloſ. 2. nu. 1. cum
lutio ſit faciēda, nec ne Cephal. *conſ. 451. n. 271.
lib. 4.* Vbi ſi eſt certum perſonam eſſe immunē
in omnibus ſuis rebus, non eſt amplius publica-
nus certificandus, ſecus quando illi eſſet igno-
7 tum. † cum enim omnia, & ſingula ſunt immu-
nia, nulla cognitio eſt neceſſaria, & ſic non eſt
opus conſignatione, quaſi ceſſante cauſa deſinat
effectus; Prout etiam eſt in re, pro qua notoriè
8 gabella non debetur, vt in libris ſcholarium,†
& ſimilibus Peregr. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 31.*
Idem ſi dictum ſit, vt liberè poſſint tranſire ſine
ſolutione gabellæ, aut per ſimilia verba, nam
tunc etiam cenſeretur remiſſa denunciatio,
quidquid aliud ſit quando eſſet ſimpliciter con-
ceſſa exemptio gabellæ Rum. in ſpecie *conſ. 112
col. 5. ad fin. lib. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor veniens ad cauſam quando poſſit appellare pro ſuo intereſſe.*
2 *Tertius veniens ad cauſam debet admitti tam in prima, quàm in alijs inſtantijs.* Intellige, *vt nu. 3.*
4 *Mandatum generale ad omnia debita recuperanda an comprehendat futura.*
5 *Mandatum ad vendendum non extenditur ad bona futura.*

DECISIO CXLIX.

¶ N. 2. in fin. *poſt verb.* lib. 4.

Latè Surd. *conſ. 271. n. 21. lib. 2.* vbi ampliat ad
1 fideiuſſores tam contractuum, † quàm iudica-
tum ſolui, dummodo non ſe obligauerint in iu-
dicio apud acta Caſtr. *in l. vlt. in ſi. C. de vſur.
rei iudic.* Anchar. *q. 19. nu. 6. lib. 2. poſt Bald. in l.
tale pactum. §. qui prouocauit. col. 1. verſ. in con-
trarium. de pact. contra* Boſſ. *de carcerat. fide iuſ.
relaxand. n. 60.*

¶ N. 9. *poſt verb.* Natt. conſ. 457. lib. 2.

Quare dicimus, quod licèt quis debeat admitti ad
2 cauſam pro ſuo intereſſe,† tàm in prima, quàm
in ſecunda & tertia inſtantia iuxta doctrinā Ol
dr. conſ. 255. contra prouiſionem, nu. 4. Sarnenſ.
de trienn. q. 21. nu. 3. Tamen veniens in tertia
3 inſtantia, & ſuccumbens, † ſi ſciuerit litem agi
in prima, vel ſecunda inſtantia ſibi præiudicat
quo ad illam ſententiam, quia dicetur tertia, a
qua non licebit amplius appellare, cum ſecus
eſſet, quando ignoraſſet cauſam agi, quaſi tunc
debeat dici prima ſententia etiam quod vene-
rit in tertiæ inſtantia ad cauſam Put. *& alij* de
quibus per Mandoſ. *form. 9. commiſſ. in verb. in
ſtatu & terminis. in ſi.* vbi approbat huiuſmodi
diſtinctionem, quicquid dicat Fel. *in c. cum ſu-
per. in ſi. de re iudic.*

¶ N. 13. *poſt verb.* ex defect. mand. n. 97.

Ideo mandatum generale ad omnia debita re-
cuperanda non comprehendit futura poſt illud
contracta quæ non habent dependentiam de
4 præterito,† & ſolutio facta huiuſmodi procura-
tori tanquam non vero non liberat *gloſ. in l. om-
nium. 37. in verb. non dantur. & ibi* Bart. Ang.
& alij. ff. de procurat. Queſad. *q. 31. n. 35.* Exēplo
5 mandati ad vendendum,† quod neq; comprehē-
dit bona futura *l. ſi ita legatum. de aur. & arg.
leg.* Ioſeph. Ludou. *& alij* de quibus per Ceuall.
qui ita practicari teſtatur *q. 136. n. 12.* & quando
mandatum procuratoris comprehendat futuras
lites *dixi c. 143. diſcept. n. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Defectus beneplaciti Apoſtolici facit actum corruere ſi ex conuentione partium eſſet adhibendum, quamuis aliàs non requireretur. n. 2.*
3 *Beneplacitum* Papæ *præſumitur ſpatio triginta annorum ſtante obſeruantia actus, quamuis non enunciatum.* Idem *in confirmatione Apoſtolica. n. 4.*
5 *Scientia Principis, & eius officialium quando ſufficiat quo ad ſolemnitates, & titulum vitioſum longo tempore obſeruatum.*
6 *Dato titulo uno inualido præſumitur alius melior.*
7 *Acquiſitum ex vna cauſa non poteſt ex alia acquiri.*
8 *Attentata per procuratorem ſine mandato non reuocantur priuilegio attentatorum.* Fallit. *n. 9. & 10.*
11 *Oblatio purgandi attentata cum depoſito pro non liquidis quando ſufficiat. n. 12. & 13.*

DECISIO CL.

¶ N. 2. *in princ. poſt verb.* cap. 24. q. 21.

Itaut defectus beneplaciti Apoſtolici obſtet
1 actui, & faciat illum corruere, † ſi non accedat

ex partium conuentione, præſertim cum clau-
ſula nec aliàs, nec alio modò, quamuis illud
non eſſet neceſſarium *Rot. coram Cardin. Pam-
phil. Comen. locationis. 10. may. 1600. & per*
R. P. D. *Ludouiſ. Camerinen. tranſactionis* 19.
2 *nouembris. 1604.* † Quidquid aliàs beneplaci-
tum non ſit adhibendum, cum intelligatur quan
do illud de neceſſitate requireretur *Put. deciſ.
42. & 96. lib. 1.* Rot. coram *Card. Pamphil. Ca-
laguritan. penſionis. 4. iuny. 1597.*

¶ N. 3. *in fin. poſt uerba.* deciſ. 179. n, 1. p. 2.

Et coram Cardin. *Seraph.* Mediolanen.. S. *Celſi.
5. may. 1597.*

¶ N. 4. *in fin. poſt uerb.* conſ. 99. n. 34. lib. 2.

Amplius beneplacitum Papæ præſumitur ſpatio
3 triginta annorum ſtante obſeruantia actus, †
quamuis non fuerit enunciatum *Put; deciſ. 365.
nu. 4. lib. 2.* Rot. *coram Cardin. Seraphin. Roman.
caſalis. 28. iuny. 1593.* cum alijs de quibus *per
Felin; in c. alberieus. n. 4. de teſtib.* Prout dicimus
4 de confirmatione Apoſtolica, † quæ etiam nõn
enunciata præſumitur ex obſeruantia triginta
annorum *Bald. in c. ex parte. nu. 2. de teſtib.* Dec.
conſil. 409. n. 12. Mobed. *deciſ. 2. n. 1. de tranſact.*
Rot. *coram* Card. *Seraph.* Mediolanen. S. *Celſi.* 5.
maij. 1597. & coram R. P. D. *Iuſto.* Tarrago-
5 *nen. ſacriſtia. 4. iuny.* 1600. † Et quod ſcientia
Principis, vel eius officialium cum eorum tole-
rantia ſufficiat quo ad ſolemnitates, & titulum
vitioſum longo tempore obſeruatum, & preſcri
ptum multa adducit *Peregr. de iur. fiſc. tit.* 8.
lib. 6. n. 26. Ceuall. q. 45. & 46. Vbi etiam am-
pliat ad iuriſdictionem, pedagia, & ſimilia, quan
do adeſſet immemorabilis, quæ habet vim titu-
li ſiue contra priuatum, ſiue contra Principem,
tam in præſcribendo iuriſdictionem cumulati-
uè, quàm priuatiuè Par*lador. rer. quotid. p. 2. c.
1. nu. 13. Guter. pract. quæſt. lib. 1. q. 85. num. 3.*
Garz. *de hiſpan. nobil. gloſ. 7. n. 7.*

¶ N. 10. *in princ. poſt uerb.* de fide inſtr.

Lap. alleg. 132. in fin. Caputaq. *deciſ. 339. n. 4.*
6 *lib.* 1. & dato vno titulo licèt inualido, † præ-
ſumitur alius melior *Put. deciſ. 356. lib. 1. Cre-
ſcent. deciſ. 21. n. 4. de probat.*

¶ N. 11. *post uerb.* priuil. in 6.

Aliàs acquiſitum ex vna cauſa, & titulo non po
7 teſt amplius acquiri ex alio titulo, † vel cauſa
Iaſ. *in l. quiuis. de verb. obligat.* Felin. *in c. inter
dilectos. §. ex pluribus. num. 17. de fid. inſtrum.*
Caſſador. *deciſ. 9. n. 1. de conceſſ. prabend.*

¶ d. n. 11. *ad fi. poſt uerb.* præiudicare monaſterio,

Cum attentata per procuratorem non haben-
8 tem ſpeciale mandatum † non veniant reuocan
da per viam attentatorum, quaſi in generali
mandato non veniant illicita *Doct. in cap. cum
generali. de off. vic. in 6.* Rot. *deciſ. 7. vt lit. pend.*

¶ N. 12. *poſt uerb.* de quibus agimus.

Immo ſufficeret nedum expreſſa, ſed tacita rati-
9 ficatio Domini, † vt attentata per procurato-
rem, qui non habebat mandatum ſint reuocan-
da *c. cum. quis abſq, 23. de ſent. excõmunic. in 6.
Abb. in c. 1. n. 15. uerſ. oppono. & ibi* Felin. *n. 23.
vt lit. non conteſt.* Caputaq. *deciſ. 53. lib. 1.* Cum
ratificans habeatur pro mandante *l. ſi quis mi-
hi bona. §. iuſſum. de acquir. heredit. c. vlt. in fin.*
10 *de procur. in 6.* † Quare datur cautela, quod
ſtatim Dominus, habita notitia poſſeſſionis ca-
ptæ per ſuum procuratorem generalem, decla-
ret nolle eam ratam habere, & illi renunciet,
tunc enim ceſſabit actio ſpolij, & attentatorum,
Aegid. deciſ. 551. Caputaq. *deciſ. 179. p. 3.*

¶ N. 14. *in fin. poſt uerb.* de appellat.

Fuit per Canonicos facta oblatio purgandi atten-
tata, & quia prætendebatur fructus perceptos
11 non eſſe liquidos, † fuit factum per eos depoſi-
tum pro non liquidis, quaſi tunc illud ſufficiat
iuxtà *deciſ.* Mobed. 311. Quod tamen dixi non
eſſe admittendum, quia debet fieri realis, &
actualis reſtitutio ſecundum veriorem opinio-
nem, de qua per *Bald. in c. conquerente. de reſtit.*
12 *ſpoliat.* † Quod procedit non ſolum in ſpolio,
ſed etiam in attentatis, quæ ſuſpendunt omnia
iudicia quantumuis priuilegiata *c. non ſolùm.
in fin. de appell.* Rot. *deciſ. 1. de ordin. cognit. in
antiq.* Et ita ſeruari contra *Mobed.* dicit *Rot.
coram* Card. *Seraph.* Alerien. *beneficij. 15. mar-
tij. 1596. poſt* Caputaq. *deciſ. 150. nu. 7. p. 1. &*
13 *deciſ. 270. p. 2. & deciſ. 185. p. 3.* † Licèt quando
attentata non ſunt omnino clara, & ob immi-
nentem fructuum recollectionem periculum eſt
in mora, ex quadam benignitate, & ſtilo Rotæ
Romanæ recedatur ab illo rigore non admitten
di depoſitum cum obligatione ſoluendi reſiduũ
poſtquam fuerit liquidatum, Quia tunc dicta
obligatio, & depoſitum admittitur R*ip. in l. ad-
monendi. nu. 193. de iur. iur.* Maximè in vltimis
audientijs propter ferias, quod tunc magis con-
ceditur *Rot. coram* R. P. D. Gipſio. *Aſten. feud.
16. iunij. 1597.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio decem annorum probat titulum quando quis pluribus vicibus ſoluit.*

2 *Praſtatio alimentorum de tribus annis quando obliget in futurum.*

3 *Præſumptio ſolutionis trium annorum æquiparatur vera, & propria probationi.*

4 *Statuta loquentia de dote verificantur in dote præſumpta.*

5 *Ex-*

Digitized by Google

5 *Exceptio ſolutionis de qua conſtat verè, vel præſumptiuè impedit executionē. n.6.7. & 8.*

DECISIO CLII.

¶ N. 1. *poſt verb.* Gig. de penſ. q.80.

Peregr. de iur. fiſc. lib.5. tit.1. n.32.

¶ N. 2. *poſt verb.* de probat. n.12.

Non enim vnica ſolutio tantum operatur, quan
1 tum ea, quę ſit diuerſis temporibus, † vnde quā-
uis ſolutio decem annorum probet titulum, ta-
men non procedit, quando quis vnica vice ſol-
uit pro decem annis *Bart. in l. eum qui. de ann.
leg. Bald. in l. ſi certis annis. C. de tranſact. Surd.*
2 *de alim. tit.*8. *priuil.* 22. *n.* 28. † Vbi idem con-
cludit in præſtatione alimentorum, quæ eſt ma-
gis fauorabilis, Licèt enim per præſtationem
trium annorum quis cogatur in futurum ſolue
re alimenta, tamen ſi præſtatio facta eſt vna
vice pro tribus annis, non obligat hæredem
pro futuro tempore, quia plures actus ſtrictius
operantur *Doctor. in d. l. ſi certis annis. C. de tran
ſact. Iaſ. in l.* 1. *n.*4. C. *de fideicomm.*

¶ N. 7. *poſt verb.* ſeu conſenſus.

Quibus adde, quod adeò iſta præſumptio trium
3 annorum ſufficit, † vt æquiparetur propriæ, &
veræ probationi, cum per eam præſumptionem
probetur ſolutio cenſus tēporis præteriti, ideo
habebit locum, quamuis per ſtatutum huiuſmo
di ſolutio eſſet probanda per publica documen
ta, quaſi hæc præſumptio æquiparetur proba-
tioni factæ per eadem documenta, Prout dici-
mus de probatione inſtrumentali requiſita per
ſtatutum, quia ſufficiet præſumptio ex inſtru-
mento, iuxta diſpoſitionem *l. de in rem verſ. de
vſur. Bald. in l.* 1. *n.*18. C. *de fideicom* Quidquid
ab eo diſſentiat *Iaſ. in l. certi conditio. in princ.
nu.* 12. *ff. ſi cert. petat.* Cum contra eum ſit ve-
rior opinio, vt teſtatur *Menoch. conſ.* 5. *nu.* 22. *&*
23. Vbi multa quando iſti actus præſumptiui
habeantur pro veris.
Idem eſt in ſtatutis loquentibus de dote, quæ etiā
4 verificantur in dote præſumpta † *Abb. conſ.*46.
*nu.*3. *lib.*1. *Socin. conſ.*80. *n.*24. *lib.*4. *Pariſ. conſ.
54. nu.*1. *lib.*3. Itaut exceptio ſolutionis, de qua
verè, vel præſumptiuè conſtat, impediat execu-
tionem, quæ tribuitur inſtrumentis ex vi ſtatu-
5 ti, † vel pacti *Roder. Soarez.* qui dicit multum
notandum *in l. poſt rem iudicatam. poſt 13. no-
tab. in verb. ſecundo extende hanc legem. n.4. verſ.
ſecus dicas vbi per ſtatutum. ff. de re iudic. fol.*
526. Vbi *in fin. verſ. melius exemplificabit.* lo-
quitur in ſpecie de eo, qui tribus annis retro ſol
6 uit cenſum, † & de hoc habet apocham credi-
toris, præſumitur enim ſoluiſſe omnes cenſus
etiam priorū annorū *l. quicunque* 3. *C. de apoch.
publ. lib.*10. Adeo vt iſto caſu denegetur parata
executio creditori, cum contra confeſſionem
7 in ſcriptis † admittatur alia probatio in con-
trarium ſaltem præſumptiua per aliam ſcriptu-
ram *l. generaliter.* 13. C. *de non numer. pecun.*
& ſic exceptio ſolutionis cenſus per tres annos
8 retro, † impediet executionem pro cenſu præ-
teritorum annorum, ſequitur *Matth. Coler. de
proceſſ. execut. p.4. c.1. n.129. & 130.*

DECISIO CLIII.

¶ N. 25. *poſt verb.* ff. de minor.

Cum de prædictis iterum fuiſſe dubitatum in ſacra Rota Romana præualuit opinio ſupra firmata ad fauorem Collegij Societatis Ieſu, vt in deciſione R.P.D. *Coccini Macerat en. legati.* 27. *februar.* 1606. quam poſui *c.136. diſceptat.* vbi etiam multa addidi ad materiam præſentis deciſionis.

SVMMARIVM.

1 *Literarum recognitio quando ſufficiat, quamuis teſtes non deponant ſe vidiſſe ſcribere. num. 4.*

2 *Recognitio manus alterius eſt fallax, & non ſuffiett ſi nō reddatur cauſa, quod viderit ſcribere ad effectum l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab. & n.3.*

DECISIO CLVI.

¶ N. 23. *in fin. poſt verb.* qui tabulas. de furt.

Ex quibus Dixi competere actionem petitam, cū
1 ſit probata intentio actoris, † & fuerint litte-
ræ ſufficienter recognitæ, quamuis teſtes non
depoſuerint vidiſſe ſcribere, cum in iſtis literis
hoc non requiratur; Quidquid aliud obſerue-
tur in cæteris ſcripturis, in quibus ſolent teſtes
adhiberi prout in caſu *l. ſcripturas.* C. *qui po-
2 tior. in pig. hab.* & in ſimilibus, † In iſtis enim
erit neceſſe. quod teſtes dicant vidiſſe ſcribere,
nam aliàs non deponerent reſpectu ſcripturæ
per aliquem ſenſum corporeum, neque diceren
tur teſtificari; ſed indicare per experientiam,
quam habent de illius manu, quæ ſæpè eſt fal-
lax, cum plurimi inueniantur, qui ſimilem ſcrip
3 turam faciunt, † Ideo non redderent ſufficien-
tem cauſam, & per conſequens non eſſet indu-
cta plena probatio *Ruin. conſ. 79. quo ad pri-
mum dubium. n.*1. *vſque ad n.5. col.1. & 2. lib.4.
Corn. conſ.63. in hac conſultatione. lib.3. Aret.
conſ.64. diligenter & maturè. Socin. conſil.174.
in cauſa doliſa. lib.*1. poſt *Bart. in auth. et ſi con-
tractus. C. de fid. inſtrum. & in l. nuda ratio. de
donat. Ruin. conſ.70. nu.4. lib.4. Gramm. deciſ.
34. num.*15. Et ſecundum prædictam diſtinctio-
4 nem † ſæpè iudicauit *Rot. coram Card. Serap.
bononien. beneficij.* 27. *nouembr.* 1595. *& per*
Reu. P. D. *Oradin. Auenionen.* 1560. *& coram*
R. P. D. *Oriolen. Barchinonen. matrimonij.* 31.
ianuar. 1565. *& per* R.P.D. *Lancellot. Valen-
tin. mercedis.* 3. *Iunij.* 1602.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Verba confidentes de fide tua an induceant induſtriam perſona, & excludant ſubſtitutionem. num.2.*
3 *Induſtria perſona non dicitur electa per clauſulam conſcientiam oneramus, & non impeditur ſubdelegatio.* Intellige *vt n.4.*
5 *Lex loquens de* Epiſcopo *non excludit* Vicariũ.
6 *Epiſcopus an poſſit committere* Vicario *diſpenſationem ſibi delegatam, aut iniunctionem pœnitentia. n.7.*
8 *Conſuetudo facit, vt ſubdelegatus poſſit ſubdelegare.*
9 *Prætor an poſſit ſubſtituere notariũ, aut alium qui non ſit doctor, & eiuſdem qualitatis.*
10 *Vicerector non poteſt deputari, qui non poterat eſſe* Rector.
11 *Quod non licet nomine proprio, neque licebit alieno.* Intellige *vt n.* 13.
12 *Qualitas requiritur in ſubrogato, qua in ſubrogante.*
14 *Factio teſtamenti prò alio non poteſt committi ei, qui non poterat teſtari.*
15 *Canonicus committens vices ſuas ad eligendum Pralatum debet deputare Canonicum.*
16 *Parochus concedens facultatem ſubdito confitendi peccata alteri Sacerdoti intelligitur de habente curam animarum.*
17 *Officialis impeditus quando poſſit ſubſtituere, & teneatur de culpa ſubſtituti. n.* 18.
19 *Doctor legens an ſubſtituat filium ſuum.*

DECISIO CLVII.

¶ N. 1. *in fin. poſt verb.* de offic.deleg.

Siue ſit datus ex officio, ſiue de conſenſu par-
1 tium *Mandoſ. reg.4. q. 11. num. 3.* † Quidquid
aliud ſit quando adeſſent verba confidentes de
fide tua, vel ſimilia, per quæ videretur eſſe ele-
cta induſtria perſonæ *Butr.conſ.48.abſque diffu-
ſione.poſt n. 3.* Licèt neque per dicta verba eſſet
2 prohibita facultas ſubſtituendi in negotio, †
quod poſſet retardari, vel differri, ſi non fieret
ſubſtitutio, vt in Collectore, & ſimilibus *Creſcent.deciſ. 1.de offic.deleg. Mandoſ.d.q.11.n.5.*

¶ N. 9. *in fin. poſt verba.* de for.compet.

Sequitur Rot. *coram* R. P. D. *Penia. Auellian.
archipresbyteratus. 6. Aprilis. 1590.* & ibi
3 quod per clauſulam conſcientiam oneramus, †
non eſt electa induſtria perſonæ, itaut cenſea-
tur impedita ſubdelegatio, *& coram* Cardin.
*Pamphil. Legionen. S. Fecundi. 1591. Nauarr.
conſ.6.de offic.deleg.*latè *Flor. pract.quæſt.lib.1.
4 q.4.n.67.vſque ad n.71.* † vbi quod ſatisfactum
eſt dictæ clauſulæ, dummodo committatur co-
gnitio, & examen perſonis in dignitate conſti-
tutis ſecundum formam *cap. ſtatutum. de re-
ſcript. in 6.* & ita ſeruari de ſtilo Rotæ teſta-
5 tur † *Idem Flores. d.q.4. in princ.num.2. & 3.*
Cum etiam quando lex, aut canon loquitur de
Epiſcopo, aut Dioceſano non excludat Vica-
rium, & alium Ordinarium *Abb. in c.cum olim
in 4. notab. de præſcript.*

¶ N. 13. *poſt verb.* C. de iudic.

Menoch. conſ.17. n.3. iuncto. n.12. Vbi ex hoc
6 concludit non potuiſſe Epiſcopum, † cui fuit
per Papam commiſſa diſpenſatio cum cauſę co-
gnitione delegare Vicario actum diſpenſatio-
nis, quamuis potuiſſet committere cauſæ co-
gnitionem *Paul.de Leazar. in clem. iudices. de
7 offic.deleg.* † Prout neque delegare iniunctionẽ
pœnitentiæ tanquam actum nudi miniſterij, per
quem cenſetur eſſe electa induſtria perſonæ *c.
vlt.§. fin. ibi penitentias iniungere. de offic. de-
leg.* Menoch.d.*conſ.17.nu.7. verſ.ſecundo addu-
cor. Flor. pract.quæſt. lib.1.q.4.n.69.*

¶ N. 14. *poſt verb.* ſolitus ſubſtituere.

Itaut etiam ſubdelegatus poſſet ſtante conſue-
8 tudine deputare ſubdelegatum, † & Collector
ſubcollectorem *Mandoſ. reg. 4. q.3.* per tex. *in
l. prætor.§. is quoque de iudic.*Franc. *in c. cum
cauſam. col.6. q.10. de appellat.*

¶ N. 16. *poſt verb.* geſta per eum valebunt.

Prout aliàs cum de hoc quæreretur Dixi fuiſſe
nullam deputationem Notarij factam per Præ-
9 torem, † tanquam de eo, in quo non aderat
qualitas doctoratus in officio præturæ requiſi-
ta, ob illam rationem, quia ſubrogatus debet
eſſe eiuſdem iuris, & conditionis, ſicut eſt ille,
in cuius locum ſubrogatur *gloſ. in l. ſi cum. §.
iniuriarum. in verb. danda. poſt med.ff. ſi quis
caution. Mandoſ. reg.4. q.8.nu.3.* poſt Bart. *in
l.1.* C. *de mancip. & colon. patri. lib.* 11. Ang.
*in l. ſtipulationes commodiſſimum. de verb. ob-
ligation.*
Quare dicimus quod non poteſt eſſe Vicerector
gymnaſij, qui impeditur fungi munere Recto-
10 ris † *Felin. in cap. 1.num.4.de ſumm. trinit.&
fid. catol.*Ruin.*conſ.148. num.2. lib.4.* Menoch.
*conſ.17.n.*8. Cum enim hoc ei non liceat nomi-
ne proprio facere, multo minus licebit nomi-
11 ne alieno † *cap.poſt ceſſionem.de probat. c.ſicut
non ſuo.46. diſtinct.l.1.ff. de adminiſtr. rer. ad
ciuit. pertin.* Et generaliter hoc verum eſt, vt
habilitas, & qualitas requiſita in aliquo princi-
12 pali requiratur etiam in eius Vicegerente † *c.
ſtatutum.§.in nullo quoq; de reſcript.in.6.c.fin.
§. vices ſuas. de offic. delegat. eod. lib.* Si enim
quis non eſt habilis ad exercitium, ad quod de-
putatur, neque ex commiſſione poterit hoc fa-
13 cere, Quidquid aliud ſit in eo, † qui conſtituitur
tanquam nudus miniſter ad exercendum cer-
tum, & determinatum actum, qui poterit no-
mine alieno exercere, quod per ſe non poſſet
c. 1. de procurat. in 6. & multis ſimilibus com-
probat Spin. *de teſtam.gloſ.5. princip.num.30.*

14 *vſque ad n.46.* † vbi ex hoc concludit, quod in
caſibus, in quibus committitur alicui factio re-
ſtamenti, debet eſſe talis, qui nomine ſuo poſ-
ſet teſtari, aliàs commiſſio illi facta, & teſtamen
tum ſubſecutum non valeret; Exemplo Cano-
nici committentis vices ſuas ad eligẽdum Præ-
15 latum, † vel alium, requiritur enim, vt ille, cui
committitur ſit eiuſdem Capituli Canonicus,
& habeat eaſdem qualitates *c. quia propter. &*
cap. ſi quis iuſto. de elect. in 6. Quod etiam eſt in
Parocho concedente alicui ſubdito facultatem
16 confitendi ſua peccata alteri Sacerdoti, † nam
intelligitur de eo, qui habeat exercitium cu-
ræ animarum actu, & habitu, prout habebat
committens *Spin. de teſtam. d. gloſ. 5. num. 31. in*
princ. verſ. ſimiliter etiam.

In caſibus tamen, in quibus huiuſmodi ſubſtitu-
tiones eſſent admittendæ, deberet conſtare de
17 rationabili cauſa, † Itaut officiali impedito per
menſem ſaltèm liceat ſubſtituere, quo elapſo ſi
duraret impedimentum, fieret noua ſubſtitutio,
in quo ſtabitur aſſertioni impediti, & ſi ſubſti-
tuens intra illud tempus non veniat, tamen
ſubſtitutus tenetur eum expectare, & ſi mor-
tuus fuerit, perſeuerabit in officio *Mut. ſuper*
18 *conſuetudin. panormit. c. 68. nu. 83.* † Vbi etiam
quod ſubſtituens tenebitur de culpa, & defecti-
bus ſubſtituti contra *Neaſ. in §. nulli. n. 7. in-*
ſtit. de auctor. tutor. vt concludit *Boniorn. ſu-*
per. cap. 18. & 419. regn. reg. alph. quem refert
Mut. ibid. n. 83. in fin.

Idem eſt in Doctore legente, qui poteſt ſubſtitue-
re filium ſuum, licèt ſit minoris doctrinę ex cau
19 ſa tamen, † & ad modicum tempus, aliàs non
poſſet ſine conſenſu eorum, quorum intereeſt
Rebuff. in l. ſæpe ita compertum. 53. colum. 5. ad
med. verſ. dare vicarios. de verb. ſignific. Ia-
cob. Ben. de priuil. iuriſconſult. priuil. 13. n. 5.
poſt Cardin. in cap. fin. de offic. deleg. M. Man-
tua. apophtegm. 32.

SVMMARIVM.

1 *Penſio eccleſiaſtica quando poſſit nudo conſen-*
ſu penſionarij extingui ſine conſenſu ſuperio-
ris. n. 2.
3 *Penſio non venit nomine beneficij eccleſiaſtici.*
Intellige vt n. 9.
4 *Pœna de confidentijs beneficiorum non habet lo*
cum in penſione.
5 *Committens ſimoniam in beneficijs non cõmit-*
tit in penſione.
6 *Habens pẽſionem an gaudeat priuilegio fori, &*
canonis ſi quis ſuadente diabolo. & n. 10.
7 *Clericus non incedens in habitu, & tonſura*
gaudet priuilegio canonis ſi quis ſuadẽte. n. 8.

DECISIO CLVIII.

¶ N. 14. *poſt verb.* in cap. fin. de ſimon.

Amplius quamuis penſio conſtituta ſuper
aliquo beneficio Eccleſiaſtico poſſit remit
1 ti nudo conſenſu penſionarij, † vt dictum eſt;
Tamen quia in caſu noſtro erat expreſsè reſer-
uata pro alimentis nec in totum, nec ad tem-
pus poterat remitti ſine auctoritate ſuperioris
argumento *text. in l. cum hi. de tranſact.* & in
terminis ita concludit *Gig. de penſion. q. 45.*
2 *num. 9. & 10. tom. 15. tract. f. 240.* † Maximè
quando remiſſio penſionis reſeruatæ pro ali-
mentis fieret ſine iuramento, quidquid illo ex-
tante poſſet dubitari an valeat etiam ſine au-
ctoritate ſuperioris, prout valere tenet *Gu-*
ter. de iuram. confirm. p. 3. cap. 3. num. 5. verſ.
præterquam. ſi remiſſio.

¶ N. 17. *in fin. poſt verb.* Gig. de penſ. q. 41.

Et quidem ſecundum veriorem opinionem pen-
3 ſio non dicitur beneficium eccleſiaſticum, † nec
venit illius appellatione *Gemin. in c. quamuis.*
il. 1. de præb. in 6. Hoied. *de incompatib. benefi-*
cior. p. 2. cap. 7. n. 5. Gomeſ. de infirm. reſignant.
q. 12. Nauar. conſil. 2. num. 6. de conſtit. Vbi ex
hoc concludit pœnam de confidentis beneficio-
4 rum, † non habere locum in translatione pen-
ſionis *Pariſ. in tract. de confident. q. 23.* cum
alijs per *Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 5. §. 5.*
Vbi per multa ſimilia comprobat penſionem
non comprehendi nomine beneficij.

Ideo conſtitutio contra committentes ſimoniam
5 in beneficijs non extenditur ad penſiones † *Na-*
uar. conſ. 16. in princ. de ſimon. Vnde neque ha-
bens penſionem gaudet priuilegio fori, ſicut
qui habet beneficium eccleſiaſticum in termi-
6 nis *Concilij Tridentini ſeſſ. 23. c. 6.* † prout de-
clarauit *Sacra Congregatio eiuſdem Concilij.*
Quamuis quo ad effectum *canonis ſi quis ſua-*
dente, ſufficeret penſio, Immo etiam ſi clericus
7 non habeat pẽſionem, neque deferat habitum, †
aut tonſuram habet priuilegium dicti canonis
iuxta decretum *eiuſdem Congregationis Conci-*
lij quod refert *Gonzalez. d. gloſ. 5. §. 5. num. 7.*
8 Et voluit *Nauar. conſil. 44. de priuileg.* † Quid-
quid contrarium dicant *Solis. de cenſib. lib. 2.*
cap. 6. & vlt. nu. 14. & Enriq. in ſumm. lib. 1.
c. 80. nu. 17. & Rebuff. in repet. c. ſi quis ſuadente
diabolo. 17 q. 4. ampliat. 5.

Quibus adde, quod quando beneficium capitur
9 amplo, & fauorabili nomine, † tunc etiam pen-
ſio poterit comprehendi illius appellatione
Gomeſ. in reg. de triènn. q. 50. prout etiam quan
do penſio confertur in titulum, Maximè hodie
ſtante motu proprio *Sanctiſſ. Pij V.* vbi pen-
ſionario iniungitur onus ſingulis diebus recitã-
di officium B. Mariæ, & ſic penſio habet anne-
xum onus ſpirituale, per quod magis poteſt di-
ci, vt beneficij appellatione veniat *Diaz.* qui
ram in vno, quàm in alio caſu loquitur *in prax.*
crimin. cap. 64. quod eſt nouiter impreſſum in
ſecunda editione *nu. 10. verſ. procedit tamen ſu-*
10 *perior.* Vbi etiam ex prædictis tenet, † Cleri-
cum prima tonſura, vel minoribus ordinibus
initiatum, qui penſionem in titulũ obtinet, frui
debere priuilegio fori Eccleſiaſtici.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dolus locatoris aſſerētis locationē fuiſſe pro minori tempore quando præponderet culpa conductoris non inueſtigantis dictum tempus, & num. 5.*
2 *Dubius comparatur ignoranti.*
3 *Scientia debet eſſe ſpecialis non generica.*
4 *Dubius habetur pro ſciente, quando poteſt de facili certiorari.*

DECISIO CLIX.

¶ N. 17. *poſt verb.* in fin. lib. 5.

NOn obſtat quod dolus commiſſus per locatorem aſſerentem rem fuiſſe pro minori tempore locatam debeat præponderare cul-
1 pæ conductoris † non inueſtigantis veritatem locationis, & pacta in ea contenta *l. item ſi obſtetrix. 9. & ibi gloſ. in verb. tenebitur. ff. ad leg. aquil. l. homo liber. §. item. de acquirend. rer. domin.* Immo licet conductor eſſet dubius de
2 tempore locationis, † Tamen dubius comparatur ignoranti Bart. *in l. fin. §. vlt. nu. 2. C. de furt.* Bald. *in rub. C. de probat. n. 4. in fin.* Natt. *conſ. 162. n. 32.* Tiraq. *in l. ſi vnquam. in præ-*
3 *fat. n. 99. C. de reuoc. donat.* † Vnde ſcientia debet eſſe ſpecialis, non generica, & confuſa, aliàs non obligat Alex. *conſ. 114. col. 1. & 2. lib. 1.* Matth. Coler. *in c. illud. in fin. de præſcript.* Quia verius eſt, quod dubius, & ignorans non æquiparentur quando de facili dubitans poteſt
4 certificari, † & non curauit, tunc enim habetur pro ſciente, neq; poteſt imputari dolus ei, qui indicauit ſubſtātiam actus, prout eſt in caſu de quo agimus, cum locator fecerit mētionem de inſtrumento locationis, Vnde facilimè poterat inueſtigare omnes qualitates, & pacta in ea appoſita, notificando etiam eum, cui fuit res locata, itaut ex hoc poſſet conductor certificari de omnibus ad locationem ſpectantibus, neq; enim eſt neceſſaria ſingularis, & indiuidua notificatio, ſed ſufficit ſpecialis, quæ facit ceſſare do-
5 lum, † Quare non eſt quærendum an ille præponderet culpæ conductoris, nam tunc dicitur dolus, quando fallendi cauſa fuit aliquid expreſſum, Cum etiam potuerit locator credere, quod nihil, aut parum referret, vt locatio fuerit ad triennium, vel quinquennium, prout in ſpecie omnia prædicta comprobat latè Surd. *deciſ. 165. n. 45. & n. 62. vſq; ad 69.*

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſoluere ante menſem Februarij intelligitur ante inceptum non finitum.*
2 *Concordia teſtium eſt facienda quando teſtes ſunt numero inæquales. Intelligi vt n. 3.*

DECISIO CLX.

¶ N. 6. *poſt verb.* contrarietas eſt clara.

Cum etiam ſtante communi vſu loquendi iſta verba ante ſtipulationem exponantur ante in-
1 ceptam, † prout dicimus de promittente ſoluere ante mēſem Februarij, nam intelligitur promiſiſſe ante inceptum menſem propter communem vſum loquendi, quamuis de iure poſſet intelligi ante menſem ſcilicet finitum Felin. *in probem.* Gregor. *gloſ. 1. col. 3. n. 10. in fin.*

¶ N. 7. *poſt verb.* Abb. n 5.

Alber. qui de communi *de teſtib. p. vlt. nu. 16.*
2 *tom. 5. tract.* Ceuall. *q. 87.* † qui etiam *q. 86.* ſubdit faciendam eſſe concordiam quando teſtes ſunt numero inæquales, & non aliter Felin. *in c. cum contingat. n. 16. de offic. deleg.* vbi de recepta opinione reſtatur, Aliàs reducendi ſūt ad concordiam Bald. *in l. item videndum. de petit. hæredit.* Iaſ. *in l. ſi petitor. §. item ſi iu-*
3 *ramento. n. 30. de iur. iur.* † Niſi in caſu *l. fin. de reb. credit. vt per* Alciat. *lib. 4. Paradox. c. 13. & in l. 1. §. ſi quis ſtipulanti. nu. 37. de verb. obligat. & de præſumption. reg. 3. præſumpt. 16. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit perpetuò opponi. & n. 2.*
3 *Lex ſi excludat exceptionem non aufert probationem ex delatione iuramenti partis, & num. 4.*
5 *Executio an impediatur per exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
6 *Recognoſcens chirographum quando ſibi præiudicat, vt non poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. n. 7. & 8.*

DECISIO CLXIV.

¶ N. 3. in fin. *poſt verb.* in princ. C. de non numer. pecun.

Menoch. *conſ. 47. nu. 9.* Vbi intelligit genera-
1 liter quamuis non ſimus in terris Eccleſiæ, † non diſtinguendo forum à foro, & tam in creditore Clerico, quàm Laico, cum æquitas vnū, & alterum tueri debeat, & tam in foro conſciētiæ, quàm contentioſo Cappell. Tholoſ. *q. 318.* Menoch. *ibid. n. 9. in fin.*

¶ N. 5. *ad fin. poſt uerb.* contron. iur. c. 81.

Vbi intelligit quando abeſt mala fides, nam ſi
2 de ea conſtaret, † non prodeſſet iſta biennalis præſcriptio, cum Ius Canonicum tollat omnem præſcriptionem ſtante mala fide *c. fin. de præſcript.* Franc. *in c. poſſeſſor. n. 7. de regul. iur. in 6.* Et ita practicari quod iſta exceptio ſit

F ij bienna-

biennalis tam de Iure Canonico, quàm Ciuili
teſtatur *Ceuall. q. 83. in princ.* Quamuis de
æquitate canonica admitteretur debitor ad
3 dandum poſitionem creditori, † quod pecuniā
non numerauit, ſuper qua creditor eſſet cogen-
dus iurare, Nam cum lex ſolum excludat ex-
ceptionem, non aufertur probatio ex delatio-
ne iuramenti partis *Bartol. in l. in contractu.*
n.41. C. *de non numer. pecun.* Ceuall. *d. q. 83.*
4 *n.6.* latè *Menoch. conſ.47. n.8. & 9.* † Prout in
cauſis executiuis, in quibus lapſis decem die-
bus non admittūtur probationes, tamen excep-
tio per iuramentum creditoris non eſt excluſa
Parlador. rer. quotid. c. fin. p.5. §. 10. n. 26.

¶ N. 16. in fin. *poſt verb.* cap. ſi cautio, de fide inſtrum.

Ex quibus patet non potuiſſe impediri executio-
5 nem, de qua agebatur; † Quidquid aliàs execu-
tio impediatur, quando opponitur exceptio
non numeratæ pecuniæ, prout aliàs cum de hoc
quæ reretur Dixi verius eſſe *Duen. reg. 260.*
n.6. Gomeſ. tom. 2. c. 6. n. 3.
Neq; obſtabar recognitio ſimplex chirographi,
per quā videbatur eſſe ſublata exceptio nō nu-
6 meratæ pecuniæ, † vnde per conſequens non
poterat impediri executio, quaſi requiratur
quod debitor a principio recognoſcens chiro-
graphum neget etiam pecuniam fuiſſe nume-
ratam, tunc enim impedietur executio, cum
aliud ſit quando ſimpliciter recognoſcitur, &
poſtea excipitur de non numeratione, prout
in ſpecie diſtinguit *Parlador. rer. quotid. lib. 2.*
c. fin. p. 1. §. 5. nu. 12.
Quia verius eſt poſſe reum ſimpliciter recognoſ-
7 centem chirographū, † allegare dictam excep-
tionem non numeratæ pecuniæ, Nam illa reco-
gnitio procedit reſpectu chirograghi, non debi
ti, & ſicut contra inſtrumentum publicum po-
teſt allegari iſta exceptio, Ita etiam poterit
contra chirographum recognitum, cum reſpe-
ctu impediendæ executionis idem debeat ope-
rari ſcriptura publica, ſeu priuata, Vnde tam
in vno caſu, quàm in alio executio impedic-
8 tur, † Dummodo recognoſcens non fateatur
debitum, quia tunc eſſet plus, quàm ſimpliciter
fateri recognitionem, Quare contra confeſſio-
nem factam in iudicio non admitteretur ex-
ceptio non numeratæ pecuniæ *l. 1. de confeſſ.*
l. generaliter. C. *de non numer. pecun.* Et ita
in terminis de veriori opinione contra *Parla-*
dor. teſtatur *Ceuall. q. 39. n. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutio à iuramento ſolùm habilitat perſonam ad exercendum actionem ſuam ſine metu periurij, nec ex ea oritur aliquod præiudicium parti. n. 2.*

3 *Abſolutio iuramenti requiritur quamuis ſtatutum annullet iuſiurandum interpoſitum in actu ſine certis ſolemnitatibus.*

D E C I S I O C L X V.

¶ Ante N. 1. *poſt uerba.* de qua non conſtabat.

Auchar. conſ. 282. Bertrand. cons. 42. lib. 1. Felin. qui de magis tuta opinione teſtatur *in c. 1. de iur. iur.*

¶ N. 1. *poſt uerb.* ad effectum allegandi.

Oldrad. cons. 120. Roland. cons. 63. n. 3. lib. 1.

¶ N. 2. *poſt uerb.* conſ. 63. n. 3.

Ratio eſt, quia in relaxatione iuramenti non
1 agitur de cauſa principali dirimenda, † ſed ſo-
lū de habilitatione perſonæ, vt qui iurauit exer
ceat actionem ſuam ſine metu periurij *Rip. in*
rubr. de iudic. nu. 29. Aim. conſ. 7. num. 7. Gabr.
cons. 27. n. 33. lib. 1. Neq; enim ex iſta relaxa-
2 tione fit præiudicium creditori, † qui ſemper
habet ius ad defendendum contractum, Vnde
non debet citari, cum eo inuito poſſit fieri, &
ſic multo magis ipſo ignorante, & abſente *l. qui*
poteſt. de reg. iur. Roland. *cons. 2. n. 6. lib. 2.*

¶ N. 3. ad fin. *poſt uerb.* concluſ. 1. n. 96. de citation.

Poſt *Butr. in c. debitores. de iur. iur. Ias. in l. à patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Tiraq. in tract. res inter alios acta limit. 30. vers. hoc primum.*

¶ N. 10. *post uerb.* concl. 5. in fin.

Et huiuſmodi abſolutio iuramenti requiritur,
quamuis ſtatutum annularet iuſiurandum in-
terpoſitum in contractu ſine certis ſolemnita-
3 ribus, vt in ſpecie *conſtitutionis Marchiæ*, &
ſtatuti Vrbis lib. 1. c. 149. eſt deciſio Rot. *coram*
R. P. D. *Ludouiſio ſegnina caſtrorum. 26. Iunij.*
1602. Vbi quod prius debet conſtare notoriè,
euidenter, quod ſimus in terminis dictæ conſti-
4 tutionis † & ſtatuti Rot. *coram* R. P. D. *Bubalo.*
Romana legitima de Vrſinis. 20. Maij. 1588. Vbi
quod ſtatutum Vrbis annullans iuramentum
ſtante læſione vltra tertiam partē intelligitur,
quando adeſt ſententia, vel notoriè conſtat de
læſione, Ideo antequam de ea appareat, ſi obij-
ciatur de periurio, neceſſe eſt docere de abſo-
lutione.

D E C I S I O C L X V I.

¶ N. 7. *poſt uerb.* C. de fid. inſtrum.

Vnde quamuis dicatur in inſtrumento ſtandum
eſſe ſimplici verbo creditoris circa dāna, & in-
tereſſe, tamen creditor tenebitur iurare de ca-
lumnia, ſi à debitore hoc petatur non obſtanti-
bus verbis ſcripturæ *Bald. in l. 2. de iur. iur. &*
in c. ceterum. de iuram. calumn.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Signum notarij eſt de ſubſtantia de conſuetudine, non de iure.*
2 *Notarius principalis debet ſubſcribere inſtrumentum, non eius ſubſtitutus, quamuis etiam ſit tabellio.*
3 *Tempus eſt probandum quo ad ſcripturas repoſitas in archiuio.*

DECISIO CLXVII.

¶ N. 1. *poſt verb.* Boer. deciſ. 37. n. 10.

Quod eſt de cōſuetudine Bart. *in l. ſi quis ex ar*
gentarijs. n. 6. & 32. de edend. vbi Cagnol. *n. 104.*
1 *Aim. conſ. 72.* Roland. *conſ. 44. num. 40. lib. 1.* †
Quidquid aliàs de iure ſignū non ſit de ſubſtan
tia Abb. *in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 14.*
Bertrand. conſ. 133. lib. 2. Bart. *in rub. ff. veter. col. 2. n. 6. verſ. ſecundo aduerte.* & ibi latè Add. *in verb. ſignum appone.* Ceuall. *q. 32. verſ. ſed contrarium.*

¶ N. 5. *poſt verb.* tale ſignum. de fid. inſtrum.

Itaut etiam notarius principalis debeat ſub-
2 ſcribere, nō autem eius ſubſtitutus, & † quamuis
ipſe quoque eſſet tabellio legalis, quia intelligitur, vt valeat eius ſubſcriptio quo ad ea, quæ ipſi rogantur tanquam principales, non quo ad alia, in quibus ipſi interuenerunt tanquam ſubſtituti niſi concurrant ea, de quibus per *Caſtr. conſil. 209. n. 2. lib. 1.* Rot. *coram Caed. Pamphil. Ferrarien. bonorum. 9. may. 1594.*

¶ N. 14. *poſt verb.* concluſ. 5. n. 1.

Cum præſertim conſtet de tempore, in quo fue-
4 runt repoſitæ in archiuio, † cum aliàs nulla
probatio poſſet deduci, quaſi ibi potuerint eſſe dimiſſæ tempore litis pendentię *Corn. conſ. 342. n. 6. verſ. reſtarent. lib. 3. Caputaq. deciſ. 41. n. 3. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum mulieri, ſi peruenerit ad viduitatem quando amittatur, & fructus debeat reſtitui.*
2 *Relictum alicui ſeruādo viduitatem amittitur ſtatim quod nubit, non tamen reſtituuntur fructus. Intellige, vt n. 3.*
4 *Conditionem ſufficit eſſe adimpletam quamuis implementum non duret. & n. 5.*
6 *Matrimonium cum impotente quando valeat.*
7 *Variatio magis prohibetur in vltima voluntate.*
8 *Legatum quandiu vixerit, et in domo teſtatoris, habitare voluerit an debeatur, ſi mulier nubat infra annum luctus, & ducat maritum ſecundum in domum prioris viri. n. 9. & 10.*

¶ N. 6. *ad fin. poſt verb.* iſtius domus. lib 1.

Neque obſtat *Caſtr. in l. fin. C. de indict. vid. toll.*
1 Quia loquitur, † quando teſtator dixiſſet, ſi per-
uenit ad viduitatem, tūc enim perdit legatum, non autem reſtituit fructus, Prout quando diceretur donec, & quouſque, acquirit enim fructus pro tempore præterito, & amittit legatum pro futuro *Bald. in l. cum filius. §. mutianam. de leg. 3. Surd. de alim. tit. 5. q. 3. num. 33.* Vbi etiam
2 *n. 40.* † ampliat idem eſſe, quando teſtator reli-
quiſſet aliquid vxori ſeruando viduitatem, quia ſi aliquo tempore fuit vidua, licèt poſtea nubat, non reſtituit fructus, ſed ſolùm perdit legatum ob illam rationem, quia gerundium illud ſeruando, exponitur, pro donec, vel quandiu ſeruauerit *Bald. conſ. 267. proponitur. n. 4. lib. 5.* Dummodò non appareat de contraria mente
3 teſtatoris *Ruin. cōſil. 170. n. 5. lib. 3.* † quaſi tunc
potius reſoluatur in conditionem, quando iungitur verbo futuri temporis *Dec. conſ. 433. n. 6. Socin. Iun. conſil. 122. n. 20. lib. 2.*

Amplius legatum amittetur, & fructus reſtituētur
quamuis in caſu, de quo agimus matrimonium
4 non durauerit, † cum ſufficiat conditionem mo
mentaneam fuiſſe adimpletam, licèt implementum non duret *l. rogo. de fideicommiſſ. libertat. Oldrad conſ. 21. n. 1. Surd. conſ. 157. n. 20. lib. 2. & de alim. tit. 5. q. 3. n. 30.* cum alijs quos addu-
5 xi *cap. 137. diſceptat.* † Statim enim, quod fuit
contractum matrimonium eſt purificata conditio, cum ſit momentenea, ſi nuptiæ ſequantur *l. cum fuerit. de condit. & demonſtr. Dec. in l. ſi quis hæredem. 7. nu. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.* Licèt matrimonium fuerit factum cum impoten-
6 te, † cum illud teneat à principio, ſed veniat ex
poſt facto diſſoluendum, vel ſaltèm, quod declaretur nullum *Hoſt. in ſumm. de frigid. & malefic. n. 3. Abb. in c. puberes. n. 4. de deſponſ. impub. Rot. coram Card. Seraph. Romana executionis. 6. martij.* 1581. Vbi etiam quod illud tenet volentibus coniugibus.

¶ N. 7. *ad fin. poſt verb.* de vſufr. n. 117. & 134.

7 Sequitur *Surd. de alim. tit. 5. q. 3. num. 38.* † cum
magis prohibeatur variatio in vltima voluntate *l. huiuſmodi. §. ſtichum. de leg. 1.*

¶ N. 13. *in fin. poſt verba.* ſupra allegatis.

Quo vero ad aliud legatum relictum vxori quan-
diu vixerit, & in domo teſtatoris habitare vo-
8 luerit, † Verius eſt illud deberi quamuis mulier
nupſerit, & ducat ſecūdum maritum in domum prioris viri, & inſimul habitent etiam infra annum luctus, quaſi nubat iure permittente, vnde non debet pænam mereri *Bald. conſ. 381. lib. 5. Caſtr. conſ. 366. lib. 1. Aim. conſil. 36. Roland.*
9 *cōſ. 95. n. 14. lib. 1.* † Quicquid contrariū ſequa-
tur *Oldrad. conſ. 213. ad quæſtionem. argumento l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3.* cum alijs per

Præpoſ. in c. fin. col. penult. de ſecund. nupt. vbi
quod tanquam ingrata deber vxor priuati le-
gatis ſibi à viro factis, ſi ſecundo nupſit Alex.
10 ad Bart in l. 1. C. eod. tit. † Quia contraria opi-
nio eſt verior, & ita ſeruari teſtatur Peregr. de
iur fiſc. lib. 3. tit. 15. n. 4. Surd. conſ. 135. n. 20.
lib. 1. & de alim. tit. 9. q. 30. n. 1.

SVMMARIVM.

1 Fiſcus quando poſſit in totum vendere, & in-
feudare rem, quam habet cõmunem cum alio.
2 Datio in ſolutum de re aliena ualet, & ſocietas.
3 Venditio rei alienæ an præiudicet domino, &
ſocio ſi præſens ſit, & non contradicat. n. 4.
5 Prohibentis conditio melior eſt.
6 Locatio rei communis inuito ſocio quando ua-
leat. & n. 7.
8 Venditio rei communis non ualet quamuis fa-
cta à pluribus, ſi unus ſocius cõtradicat etiam
habens minimam partem.
9 Locus Plauti in Penulo an intelligatur de uen-
ditione domus communis, uel qualiter debeat
declarari. n. 10.

DECISIO CLXIX.

¶ N. 7. poſt uerb. col. fin. n. 5.

Quod procedit etiam ſi Fiſcus modicam par-
1 tem in re habeat, & quamuis res ſit indiuidua, †
modo interſit Fiſci rem totam vendi reſpectu
maioris pretij, tam in contractu venditionis,
quàm in alijs translatiuis dominij, vel vſus, vn-
de fiſcus poterit in totum infeudare, & dare in
emphyteuſim rem, quam haber cõmunem cum
priuato Bald. Felin. & alij de quibus per Pere-
grin. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4 n. 23. uerſ. amplia au-
tem. Vbi etiam extendit quando fiſcus habe-
ret ius hypothecæ pro parte.

¶ N. 12. poſt uerb. de contrah. empt.

l. ſi emptione. §. item ſi emptor. ff. eod. Bart. in l.
ſi quis pro emptore. §. ult. de uſucap. Tiraq. de
retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 19. poſt.

¶ d. n. 12. poſt uerb. celebrato inter partes.

Sicut etiam valet datio in ſolutum de re aliena
2 Affl. deciſ. 369. n. 1. † & idem in ſocietate, quæ
poteſt fieri ſuper re alterius, & in alijs caſibus
quos adduxi diſcept. c. 38. n. 16.

¶ N. 19. poſt uerb. C. comm. diuid.

Et licèt præſupponatur huiuſmodi venditio-
nem fuiſſe factam præſente, & tacente ſocio, qui
3 modo contradicit, † quo caſu præiudicaret
venditio rei alienæ vero domino ſecundum
gloſ. in l. cum proponas filios. 16. C. de pact. &
in cap. 1. §. præterea. in uerb. regreſſum. in fin.
uerſ. item conſentire. quib. mod. feud. amittat.
Tamen iſta præſentia, & taciturnitas non pro-
batur, quæ licèt fuiſſet probata, nihilominus
non operaretur validitatem venditionis in pre-
iudicium ſocij, & domini ſecundum magis ve-
4 ram opinionem, † de qua per Bald. in l. 1. n. 11.
C. de bon. matern. & de communi teſtatur Iaſ.
in l. filiusfamilias. §. diui. in 2. lect. n. 85. de leg. 1
Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 154. Guliel.
Bened. in cap. rainutius. in uerb. ſi abſque liberis.
il 2. n. 114. de teſtam. Quidquid ſenſerit gloſ. in
d. l. cum proponas, quàm non eſſe approbatam
teſtatur Ceuall. q. 202. n. 8.

¶ N. 26. in fin. poſt uerb. ita fuit concluſum.

Idẽ alias cũ de hoc quæreretur Dixi in locatione,
5 quæ non poteſt fieri inuito ſocio, † cum melior
ſit conditio prohibentis l. ſabinus. 28. commun.
diuid. c. in re communi. 56. de reg. iur. in 6. Itaut
neque tertius frater teneatur ſtare locationi fa-
ctæ per duos Bald. in c. 1. §. ſi quis de manſo. in
fin. ſi de inueſtit. feud. fuer. cont. Socin. conſ. 58.
col. penult. verſ. circa tertium caſum. lib. 4. Iaſ.
6 in l. quominus. n. 58. ff. de flumin. † Licèt quãdo
locatio eſſet vtilis, & res eſſet ſolita locari vale-
ret locatio rei communis etiam inuito ſocio ob
illam rationem, quia in vtilibus ſocius cenſe-
tur habere mandatum à conſocio gloſ. in l. ne-
mo ex ſocijs. in verb. alienare. ff. pro ſoc. Caſtr. in
l. in re communi. n. 3. de ſeruit. vrban. prædior.
& in ſpecie locationis latè ita concludit Surd.
conſ. 43. num. 8. vbi ampliat quamuis negotium
non eſſet damnoſum, dum verè illius interſit, &
quamuis vnus ex ſocijs vellet pro ſe retinere,
quia præfertur, qui vult locare, ſi res ſit ſolita
locari, cum enim ſit ad huiuſmodi vſum deſti-
nata quilibet ſocius poteſt locare Ruin. conſil.
65. nu. 7. verſ. nec pro dictis. lib. 5. Alex. Dec. &
alij, de quibus per Petr Sanz. de diuiſ. bonor. c. 4.
7 lib. 2. n. 17. † Quamuis æquius eſſet deuenire ad
diuiſionem interim impediendo ſocium locare
Socin. conſil. 58. col. penult. lib. 4. Prout etiam
quando vnus ex ſocijs vellet locare, præferen-
dis eſſet conſocius in locatione tàm in prædio
vrbano, quàm ruſtico Bald. in l. 1. num. 6. C. qui
teſtam. facer. poſſ. Ruin. conſ. 143. nu. 18. lib. 4.
Et adeò prohibebitur alienatio ſeu locatio inuito
8 ſocio, vt neq; ſit conſiderandum, † quod alij, qui
volunt alienare habeant maiorem partem, &
ſint plures, cum etiam habens minimam por-
tionem poſſit impedire, hic enim eſt vnus caſus,
in quo minimum trahit ad ſe maximum Bald.
in l. 1. C. de comm. ſeru. manum. col. 1. n. 2.
Ex quibus colligitur, vt hoc obiter annotetur non
eſſe admittendam vulgarem illam interpreta-
9 tionem † ad Plaut. in pænulo in illis verſibus.

Quid nunc mihi es auctor Milphio? Mil. vt me
verberes.
Atque actionem facias, nam impuniſſimè
Tibi quidem hercle vendere haſce ædes licèt;
Ag. Quid iam? Mil. Maiorem partem minore
habitas mea.
Ag. ſuperſede iſtis verbis.

Quos

Quos verſus ita interpretatur Turnebus. Tibi licet impunè haſce ędes vêdere in auctione, nam maior eſt pars tua, minor mea, itaut acceſiiuncula mea non poſſit impedire venditionem.;† Quæ quidem declaratio nõ ſubſiſtit cum ex ſuperius allegatis appareat eſſe contra ius, vt habens maiorem portionem alicuius rei poſſit inuito ſocio vẽdere, quamuis in ea minimam par tem habeat. Quod etiam multis comprobat *Muret. lib. 11. var. lect. c. 19.* vbi quoque concludit legendum eſſe, maiorem partem in ore habitas meo; vnde erit ſententia; licet tibi has ædes impunè vendere, cum illis amplius tibi opus nõ ſit; Ita enim mihi ſæpè os contundis pugnis, & calcibus, vt non in ędibus, ſed in ore meo maiorem temporis partem habitare videaris.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruator dicitur Ordinarius, vel Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. n. 2.*

3 *Canonici an poſſint eſſe Conſeruatores, & an habeant dignitatem, & de honore illis præſtando. n. 4.*

5 *Clerici ſeculares, aut regulares extra monaſterium degentes coram quibus debeant conueniri in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, & an coram Conſeruatore. n. 6.*

7 *Conſeruatores de quibus cauſis cognoſcant.*

DECISIO CLXX.

¶ N. 1. *poſt uerb.* par. 1. lib. 1.

Et quæ dicuntur de ordinario habent locum in
1 Conſeruatore, † qui habetur tanquam ordinarius, vel delegatus ad vniuerſitatem cauſarum *cap. fin. de offic. deleg. in 6.* Ideo in eis habent lo
2 cum quæ diſpoſita ſunt de ordinarijs, † & talibus Delegatis *gloſ. in cap. ſtatutum. §. inſuper.* vbi *Franc. col. 2. de reſcript. in 6. Surd. de alim. tit. 1. q. 79. n. 10.*

¶ N. 9. *in fin. poſt uerb.* ſententias, & nullitates.

Quibus adde, quod licet Canonici non poſſint eſ
3 ſe Conſeruatores, vt dictum eſt, † ſecundum opinionem *Ant Burg. in cap. cognoſcentes. nu. 133. de conſtitut.* Tamen in compendio priuilegiorum Mendicantium hoc eis conceditur, quia faltem largo ſumpto vocabulo veniunt appellatione dignitatis *Felin. in cap. paſtoralis. n. 12. de offic. deleg. Caputaq. deciſ. 257. par. 1. Achil. deciſ. 1. de reſcript.* Et quamuis Canonici Eccleſiæ Cathedralis non dicantur propriè habere dignitatẽ, Tamen quo ad delegationes æquiparantur dignitatibus *c. ſtatutum. de reſcript.*
4 *in 6.* † Et de honore illis præſtando multa *Doct. in d. cap. paſtoralis de offic. deleg. & in c. epiſcopos. diſt. 18. & in cap. 2. de iudic. Cardin. Paleott. in Archiepiſcop. Bononien. par. 7. fol. 513. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 1. n. 37.*

Item adde quod in ciuilibus cauſis mercedem, & miſerabilium perſonarum, clerici ſeculares, aut
5 regulares extra Monaſterium degentes † quomodolibet exempti, etiam ſi certum Iudicem à Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, In alijs vero, ſi ipſum Iudicem non habuerint coram locorum Ordinarijs tãquam in hoc ab ipſa Sede delegatis conueniri, & iure melio ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint priuilegijs, exemptionibus, Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris *Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat.* Si vero Regulares degunt intra clauſtra conueniuntur coram ſuo Superiore regulari *Abb. in cap. cum contingat. de for. compet.*

Ex priuilegio tamen *Gregor.* XIII. conceſſum
6 eſt omnibus regularibus, † vt in Ciuitatibus Italiæ eligant ſibi conſeruatores, coram quibus conueniuntur, & ſemel electi non mutantur, & eorum nomina infra menſem Epiſcopis ordinarijs indicantur, alioquin coram ipſis ordinarijs poterunt conueniri *Hier. Sorb. in compend. priuileg. ordin. mendic. in verb. conſeruatores. Concil. prouinc. Mediolan. 5. par. 3. tit. de Epiſcop. & Epiſcopor. for.*

Et de conſeruatoribus Capitulorum Clericorum,
7 aut ſimilium, † & vniuerſitatum generalium, & religioſorum de quibus cauſis cognoſcant, vltra cauſas violentiæ, & manifeſtæ iniuriæ latè *Gundiſal. Mendez. Vaſconcell. lib. 1. varior. iur. argum. cap. 18.* Vbi etiam multa quod poſſint cognoſcere de cauſa renouationis emphitheuſis.

SVMMARIVM.

1 *Poſitionum copia quando ſit mittenda.*

2 *Contumax in non comparendo an excommunicetur.*

3 *Tempus quando ſit praciſè probandum.*

DECISIO CLXXI.

¶ N. 9. *poſt uerba.* ad euidentiam.

Et quod debeat mitti copia poſitionum, dum-
1 modo non reſpiciant proprium factum, † & quatenus petatur, cum alijs requiſitis multa adducit *Surd. conſil. 361. per tot. lib. 3.* Vbi *etiam num. 25.* quod contumax in non compa-
2 rendo in cauſa leui poteſt excommunicari, † quidquid ſecus ſit in non parendo.

¶ N. 14. *poſt verb.* probatio temporis.

Tunc enim præciſè illud probandum eſt *Bart.*
illuſtr. c. 64. n. 21 poſt. Anchar. in c. 1. de reb. ec-
cleſ. non alien. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56.
nu. 112.*

¶ N. 15. *poſt verb.* prout in actis.

Facta menſuratione expenſis vtriuſq; partis,
in iudicio enim finium regundorum interuenit
4 æqualis vtilitas, † non vnius magis, quam al-
terius, qua ratione vterq; vicinorum dicitur a-
ctor, & reus *l. iudicium communi. ff. fin. regund.*
Et regulariter menſura prędij fit expenſis vtri-
uſque tam emptoris, quàm vendentis *Salicet.*
5 *in l. 3. C. fin. regund.* † Etiam ſi alterutra par-
tium tantum contradicat *Felin. in cap. quia in-
dicante. columm. 1. de præſcript. Iaſ. in l. prætor.
ait. §. is etiam. n. 10. de edend.* Itaut ſi vna pars
ſoluat recuperet ab alia *Surd. de alim. q 86. in
fin. tit. c.*

¶ N. 16. *poſt uerb.* de minor.

Prout idem eſt in ſpolio, cuius exceptio non
6 admittitur ad impediendum proceſſum, † ſtan-
tibus dictis clauſulis *Aim. conſ. 299. col. penult.
verſ. quarto reſpondeo. Menoch. conſ. 2. nu. 190.
Surd.* qui de veriori opinione teſtatur *conſ. 166
num. 8.*

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas ſuperueniens in cauſa appellationis
non conualidat ſententiam lata contra eum
qui illam qualitatem non habebat.*
2 *Actus perfectus non vitiatur quamuis perue-
niat ad caſum, à quo non poterat incipere.*
3 *Cappellania aſſignata alicui ob defectum voca-
ti à teſtatore non habentis qualitatem requi-
ſitam non auferetur ei quamuis in cauſa ap-
pellationis ſuperueniat dicta qualitas.*

D E C I S I O C X C V I I I.

¶ N. 9. *in prin. poſt verb.* quæ deſ. aduoc.

QVod adeo verum eſt, vt quamuis lite pen-
dente ſuperueniat qualitas, quæ à princi-
1 pio defuerat, nihil proficeret, † neq; per
ſuperuenientem qualitatem poſſet ſentẽtia re-
uocari in cauſa appellationis, cum debeat eſſe
præciſè eo tempore, quo cedit dies *Alex. conſil.
148. nu. 2. lib. 2. Gonzal. conſ. 36. n. 7.* Aim *conſ.
212. nu. 6.* Actus enim legitimus, & perfectus
2 non vitiatur, † licèt perueniat ad caſum, à quo
non poterat incipere *Bart. in l. pluribus. §. &
ſi placeat. de verb. obligat. Tiraq. in l. ſi vnquam
in verb. ſuſceperit. liberos. n. 151. C. de reuoc.
donat.*

Et facit quod alias Dixi cum de hoc quæreretur
de cappellania aſſignata alicui in defectum
3 vocati per teſtatorem, † quaſi nõ haberet qua-
litatem requiſitam, vel conſanguinitatis, vel
ordinis ſacri, vel ætatis, aut ſimilis, Nam non
eſt illi auferenda in cauſa appellationis, licèt
poſtea ſuperueniat ætas, Sacerdotium, aut con-
ſanguinitas, cum ius quæſitum ex ſuperuenien-
tia conditionis non tollatur *c. ſi pro te de re-
ſcript. in 6. Anch. in c. cum ei quem. col. 3. nu. 2.*
4 *de conceſſ. preb.* † & in terminis poſt *Felin. Ber.*
& alios concludit *Spin. de teſtam. gloſ. 4. n. 69.
& 70.* & multum notandum dicit *Ceual. quaeſt.
693. n. 25.* Vbi quod ſæpe occurrit proſequutio
litium, vt ſuperueniat interim qualitas, quę
tamen non prodeſſet *Curt. Iun. conſ. 57. nu. 11.
Pariſ. de reſignat. lib. 4. q. 1. n: 14. Et eſt tex. in l.
non oportet. de leg. 2. l. interuenit. de legat. præ-
stand.* cum ſimilibus adductis per *Ludouic. Mo-
lin. de hiſpan. primogenit. c. 13. num. 37. lib. 1.*
vbi de veriſſima opinione teſtatur, poſt *Socin.*
qui plura adducit *in l. ſi cognitis. num. 29. de
reb. dub.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationem factam ad ſummum Pontificem
proprio nomine poteſt quis proſequi coram ſuc
ceſſore.*
2 *Legatus ſeu Nuntius poteſt committere cauſam
appellationis ad inſtantiam unius ex litigan-
tibus quamuis fuerit appellatum ad Papam
ſub eius proprio nomine.*

DECISIO CXCIX.

¶ N. 13. in fin. *poſt verba.* ff. de appellat.

ET quamuis appellatio eſſet facta ad Sum-
mum Pontificem ſub eius proprio nomine
1 † Tamen poſſet appellans proſequi coram ſuc-
ceſſore, Etenim videtur potius appellaſſe ad
Sanctam Sedem Apoſtolicam, quàm ad perſo-
nam Papæ *Vant. de nullit. defect. iuriſd. nu. 92.
poſt Franc. in c. ſi gratioſe. n. 7. de reſcript. in 6.
vbi Gemin. n. 12.* qui etiam ſubdit poſſe Lega-
2 tum, † ſeu Nuntium committere cauſam ap-
pellationis ad inſtãtiam quoq; vnius ex litigan-
tibus, quando appellatur ad Pontificem eius
nomine expreſſo, cum potius cenſeatur eſſe
ſub nomine Sedis Apoſtolicæ *Mandoſ. reg. 1. q.
10. n. 14.* Quamuis contrarium ſequantur *Gam
bar. de Legat. n. 102. lib. 8. & Valaſq. conſult. 62.
nu. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio perſonæ in omnibus eſt ſpectanda.*
2 *Solutio monetarum facienda eſt de minima. n. 3
Intellige ut n. 5. & 7.*
4 *Obſeruantia declarat qualis fuerit promiſſio ſo-
lutionis monetæ.*
6 *Legatum aureorum de quibus aureis intelliga-
tur.*
8 *Salarium ſuccedit loco uictus.*
9 *Solutio ob cauſam ſtudij facienda eſt in loco,
ubi quis ſtudio incumbit:*
10 *Difficultas recipiendi monetam auream, aut
frumentum, uel quid ſimile facit, ut poſſit ſol-
ui eius æſtimatio.*

DECISIO CCI.

¶ N. 3. *poſt verb.* voluiſſe fieri.

Cum in omnibus ſit ſpectanda venditio perſonæ
1 † *l. plenum. 12. §. equitij. de uſu & habit. c. cum
de beneficio. 5. de preb. in 6. & ibi gloſ. in uerb.
prioratu. Innoc. in c. ſignificante. column. fin. de
pignor.*

¶ N. 4. *poſt uerb.* poſſidere.

Neq; obſtat quod in materia monetarum debeat
præſtari quod minimum eſt tam in contracti-
2 bus, quam in vltimis voluntatibus *l. nummis. de
leg. 3. Socin. conſ. 274. num. 4. lib. 4.* Tiraq. *de re-
tract. lignag. §. 1. gloſ. 18. num. 73.* & eſt deciſio
Rot. Roman *pratenſi cenſus. 11. decembris.* 1598.
Vbi ex hoc concludit, quod reductio ad quadra
3 ginta ducatos auri in auro de camera, † cum
ſint duæ ſpecies ducatorum, eſt intelligenda de
ducatis veteribus tanquam minoris valoris, cũ
etiam in dubio ſit fauendum debitori *l. ſemper
in obſcuris. de reg. iur.* Et contra fundantem ſe
4 in verbis ambiguis *l. ueteribus. de pact.* † Maxi-
mè ſi adeſſet obſeruantia, per quam magis de-
clararetur, qualis fuerit promiſſio ſolutionis
Alex. in l. ſi certis annis. C. de pact. Itaut iſta ob-
ſeruantia non requirat præſcriptionem *Aim.
conſ. 201. n. 10. & conſ. 202. nu. 2. Rot. in d. cauſa
Rom. pratenſi cenſus.*
Quia ſtante veriſimilitudine, & qualitate perſonæ
5 receditur à dicta regula, † Intelligendo potius,
vt præſtatio fiat de moneta nobiliori, & grauio-
ri, exemplo legati facti de aureis, quamuis enim
ſint multæ ſpecies aureorum, erit facienda in-
6 terpretatio de grauioribus, † non leuioribus ob
dictam qualitatem perſonæ *Corn.* in ſpecie
*conſ. 244. col. 8. uerſ. his tamen non obſtantibus.
l. 1. 2. Surd. deciſ. 298. n. 11.* & quod iſta conditio
7 in ſolutionibus attendatur voluit † *Bal. in l. fi.
n. 8. C. de condit. inſert.* Natt. *conſ. 513. n. 4.* cum
illa det verbis intelligentiam, & declaret diſpo-
ſitionem *Dec. in l. cum quid. nu. 23. ff. ſi cert. pet.
Fel. in c. cauſam quæ. col. 3. de reſcrip.* Menoc. *præ-
ſump. 34. in fi. lib. 3.*

¶ N. 5. *poſt uerba.* lib. 10.

8 Cum ſalarium ſuccedat loco victus † *l. 2. C. lo-
cat. Ang. in l. ſi non ſortem. §. libertus. de condic.
indeb. Surd. de alim. q. 67. in fi. tit. 1.*

d.a.

¶ N. 5. in fin. *poſt uerb.* de offic. aſſeſſor.

Immò ſi quid ſoluendum ſit in cauſam ſtudij il-
9 lius fauore eſt præſtandum in loco, † vbi quis
ſtudio incumbit, quamuis in alijs caſibus con-
trarium eſſet ſeruandum *Bald. & Ang. in l. ſed
& ſi ſuſceperit. §. illis libertis. de iudic.* Duen.
reg. 261. *num.* 22. quando videlicet creditor, &
debitor eſsēt diuerſi fori, & domicilij, & in ſimi
libus, de quibus *per Surd. de alim. titul. 4. q. 16.
num.* 40.

¶ N. 10. in fin. *poſt uerb.* par. 10.

cum alijs quos adduxi *diſcept. c. 186.*
Quibus adde, quod in materia huiuſmodi ſolutio-
num ſtante difficultate reperiendi monetam
10 conuentam puta auream, † poterit fieri ſolu-
tio in argentea iuxta æſtimationem auri, Quaſi
tunc ſit ſoluenda ſpecies, de qua loquitur obli-
gatio, quando illa poteſt reperiri, aliàs ſucce-
dit æſtimatio S*arn. de ualor. q. 8.* Rot. *coram* R.
P.D. Litta Aretin. penſionis. 20. *februar.* 1598.
dixi latè *diſcept forenſ. c. 94. n. 63. cum ſeq.* Vbi
multa de penſione, frumento, vino, & ſimi-
libus, quidquid aliàs non poſſit ſolui vna mo-
neta aut res pro alia inuito creditore ſtante
pacto Doct. *in l. paulus. de ſolution.* Surd. *conſ.*
242. *n.* 3. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de reficiendo expenſas, et cautionei præſtanda intelligitur ſi fuerit petita fideiuſſio.*
2 *Actus tendens ad fauorem alterius habet locum ſi præcedat petito.*
3 *Beneficium conferendum antiquiori dicitur recte collatum ſi per eum qui maiorem antiquitatem prætendit non fuerit oppoſitum.*
4 *Petitio cautionis requiſita à ſtatuto non eſt neceſſaria, quando mandatur illam præſtari, vt aliquod ius quis conſequatur, & eſt ad fauorē vtriuſq; partis. n.* 5.
6 *Admiſſio appellationis cum clauſula ſi & in quantum quando faciat perſeuerare iudicem in iuriſdictione.*

DECISIO CCII.

¶ N. 4. *poſt uerb.* rem. 4. n. 850.

QVæ magis procedunt in caſu, de quo agi-
mus, quia conſtat de petitione huiuſmodi
1 cautionis, † nam ſi non eſſet petita non
poſſet dici proceſſus nullus, quamuis ſtatutum
diſponeret ſuper eius nullitate, prout in ſimili
ſtatuto de reficiendo expenſas, & cautione per
actorem forenſem præſtanda concludit *Caſtr.
in l vniuerſa. & ibi Iaſ. C. de precib. imper. offe-
rend. Fel. in c. fin autem. de reſcript. Alex. conſ.* 96
in prin. lib. 4.
Et faciunt quæ dicunt Doctores de quolibet actu
2 tendente ad fauorem alterius, † quod debet in-
telligi ſi per partem petatur, aut opponatur
*Bar. & alij in l. 1. §. ſublata. ad trebell. latè Me-
noch. præſump. 46. lib. 2. Surd. de alim. tit. 7. q. 19
num. 13.* Rot. *coram Cardinal.* Lancellot. *Bur-
gen. portionis. 20. iuny.* 1583. vbi ex hoc con-
3 cludit, † quod ſi per ſtatutum Eccleſiæ benefi-
cium ſit conferendum antiquiori, & habenti
certas qualitates, valebit collatio facta ei, qui
habet qualitates prædictas, quamuis nō ſit an-
tiquior, ſi non fuerit oppoſitum de antiquitate
per antiquiorem, cū competat ius antiquiori, ſi
voluerit eo vti, & nō teneatur iſte docere, quod
extent alij ipſo antiquiores, qui velint ius ſuum
proſequi *Iaſ. in l. ſi poteſt. n. 83. de acquir. hæ-
redit.* Tiraq. *de retract. §. 1. glof. 1. num. 6.* Et
multa ſimilia quod oppoſitio requiratur in
quolibet actu adducit *Gonzal. ad reg. 8 cancel.
gloſ. 10.*
Quamuis non requireretur petitio, ſi ſtatutum exi
geret cautionem non ſolùm ad fauorem vnius
partis, ſed vtriuſq; & quando quis teneretur ca-
uere ad effectum, vt aliquod ius conſequatur,
tunc enim ante oppoſitionem eſſet offerenda
fideiuſſio, & in ſimilibus caſibus, de quibus latè
Surd. deciſ. 57. per tot. Vbi de ſtatuto, quod ap-
pellans teneatur infra ſex dies iurare de calum
nia, & ſtatim cauere de reficiendo expēſas, alias
5 appellatio ſit deſerta, † quia ſi non fuerit præ-
ſtita fideiuſſio etiam ſine petitione cauſa faciet
tranſitum in iudicatum, quod etiam voluit *Iaſ.
conſ. 191. lib. 2. Bero. q. 79.* Quidquid contra-
rium dicat *Natt. conſ. 685.* cuius opinionem
nunquam fuiſſe approbatam teſtatur *Surd. d.
deciſ. 57. in fin.*

¶ N. 5. *poſt verb.* iuris communis.

Maximè quia iudex à quo admiſit appellationem
6 ab huiuſmodi interlocutoria, † quæ admiſſio
quamuis ſit cum clauſula ſi & in quantum, per
quam dicitur iudex perſeuerare in iuriſdictione
ſi appellatio non erat admittenda *Natt. conſil.
566. nu. 5. Lancellot. de attent. appellat. pendent.
limit. 1. n. 83. tom 5. fol. 359.* Tamen hoc non
procedit in interlocutoria, in qua iudex deferē-
do appellationi videtur abdicare à ſe iuriſdi-
ctionem, quam habebat, cum potuiſſet illud gra
uamen reuocare etiam partibus contradicen-
tibus, quaſi in interlocutoria non ſuſpendatur
iuriſdictio iudicis à quo in reuocando *Franc.
in c. cum ceſſante. nu. 4. & 8. de appellat.* Rot. *Bo-
nonien. per Benintend. deciſ. 1. col. fin. verſ. ſi ve-
ro ſumus.* vbi dat cautelam, vt in reſpondendo
appellationi iudex vtatur verbis negatiuis cum
clauſula non admiſit niſi ſi & in quantum, quæ
verba non haberent vim delationis *Car. in clem.
quamuis. §. quod ſi iudex. in fi. de appell.*

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata ſine tribus teſtibus quando attendatur in præiudicium poſteriorum creditorum*

Digitized by Google

torum habentium ius ex publico inſtrumento.

2 *Conſtitutio dotis, & eius numeratio poteſt probari indicijs, & coniecturis, & quales eſſe debeant. n. 3. & 4.*

5 *Confeſſio veriſimilis probat.*

6 *Libri Mercatorum quando probent contra tertium.*

7 *Princeps, & ſtatutum poteſt concedere hypothecam, executionem, & vim publici inſtrumenti libris mercatorum. n. 8. & 9.*

DECISIO CCIII.

¶ N. 10. in fin. *poſt verb.* concordiam partium.

Et quidem hoc videbatur verius, prout dicimus
1 de prima apocha non munita trino teſte, † quæ licèt non ſit attendenda in præiudicium poſteriorum creditorum habentium ius ex publico inſtrumento *Socin. conſil. 274. lib. 1.* Tamen ſecus eſt quando iſta apocha priuata eſt iniuncta cũ adminiculis, ex quibus tollitur ſuſpitio antidatæ, & per conſequens plenè probat *Iaſ. conſ. 129. n. 11. lib. 1. Aim. de antiquit. tempor. par. 1. § uiſo. n. 7. & eſt deciſio Rot. coram Cardin. Sera-*
2 *ph Anconitan. dotis. ultim. ianuar. 1597.* † Vbi quod ſicut conſtitutio dotis poteſt probari per indicia, & præſumptiones *Bald in l. eum extra. C. de iur. dot. & conſ. 102. n. 1. lib. 5. Campeg. de dot. q. 39. in fin.* Ita etiam numeratio dotis *Cor. conſ. 281. n. 6. lib. 1. Decian. conſ. 49 nu. 4. lib. 2.* Ex quibus inditijs ſi exeluditur ſuſpitio antida-
3 tæ præualebit publicis inſtrumentis. † Inditia autem ibi approbantur, ſi concurrat dotis promiſſio ſubſcripta per contrahentes, & duos teſtes, quorum manus fuerit recognita iuxtà doctrinam *Bart. in l. admonendi. n. 26. de iur. iur.* Vel petito alicuius ſummæ pro reſiduo dotis promiſſæ, & ſententia ſuper eo ſequuta; Adnotatio in libris mercantilibus, ſi de conſuetudine illis detur fides, cum ſimilibus præſumptionibus, ex quibus ſuſpitio antidatæ poſſit excludi, Cum etiam adſit veriſimilitudo, quod vxor nõ
4 ducatur ſine dote, † Vnde ſtante veritate cauſæ præcedentis nempè contracti matrimonij, non eſt præſumendum aliquid fuiſſe per falſitatem ſcriptum *Natt. conſ. 632. Affl. deciſ. 402.* Itaut confeſſio cuiuſcunq; quando eſt veriſimilis pro-
5 bet † *Cin. Bald. & alij per Surd. deciſ. 105. n. 7.* Vbi etiam de confeſſione mariti veriſimili, quæ nocet creditoribus *Idem Surd. conſ. 290. nu. 47. Burſat. conſ. 32. n. 31.*

Non obſtat ex huiuſmodi libris non probari cre-
6 ditum contra tertium † quidquid ſi aduerſus debitorem *Rip. in l. priuilegia. n. 24. uerſ. quod non ſimpliciter. de priuileg. creditor.* Quia cum adſit ſtatutum, vt illis adhibeatur fides, intelligitur indiſtinctè tàm contra tertium, quam contra debitorem *Socin. in ſpecie conſ. 240. num. 3.*
7 *col. 2. uerſ. ſecundo contra præmiſſam. lib. 2.* † Vbi quod valet huiuſmodi ſtatutum, per quod etiã illis poteſt concedi hypotheca, executio, & vis publici inſtrumẽti, ex quo enim continẽt ſcripturam continuatam, & ſucceſſiuam, non datur ita facilè fraus latè *Surd. deciſ. 312. n. 3. & per tot.* Vbi quod procedit nõ ſolùm in ſtatuto, ſed
8 multò magis in Principe, † qui tanquàm lex animatà poteſt facere, vt fides detur probationibus minus legitimis *Menoch. de arbitr. quaeſt. 25* Quaſi per iſtud ſtatutum, ſeu ordinationẽ Principis eximatur Mercator ob onere probandi il-
9 la, quæ requiruntur, † vt eius libris detur fides contra ſingulos debitores, videlicèt quod ſit legalis, manu ſua ſcripſerit librum, veritatem ſcribere conſueuerit, exprimendo cauſam debiti, aliquid contra ſe ponendo, cum verificatione aliquarum partitarum *Guid. Pap. deciſ. 441. Roland. conſ. 92. n. 6. lib. 3. Rot. per* R. P. D. *Lancell. Rom. pecuniaria. 16. februar. 1601.* cum concordantibus deciſionibus ibi allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex concedendo reuerentiales dicitur deferre appellationi.*

2 *Aegidiana habet locum quamuis appellatio fuerit admiſſa, & n. 3.*

4 *Clauſula ſi & in quantum facit, ut non cenſeatur admiſſa appellatio non admittenda.*

5 *Dictio niſi ponitur aduerſatiuè ad præcedentia.*

DECISIO CCIV.

Amplius neq; obſtaret, quod per iudicem fuerint
1 dati reuerentiales † per quos licèt videatur eſſe delatum appellationi *Rot. deciſ. 5. de appell. in nou. Gabr. conſ. 33. n. 10. lib. 1.* & ſic cauſa ſit facta appellabilis, vnde executio non rectè procedet, cum de illa debeat cognoſci in cauſa appellationis *Bald. in l. poſt ſententiam. n. 7. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. Alex. conſ. 2. nu. 5.*
2 *lib. 2.* † Tamen erit locus Aegidianæ, Deferens enim appellationi per conceſſionem reuerentialium facit ſolùm, vt habeat locum effectus deuolutionis, non præiudicando effectui ſuſpẽſiuo *Benintend. deciſ. 17.* Vnde Iudex a quo abdicauit quidem a ſe iuriſdictionem deferendo appellationi, non tamen efficit, vt Iudex ad quem non poſsit procedere ad executionẽ ſententiæ, videntur enim reuerentiales cõceſsi ſub
3 conditione, † quatenus cauſa ſit appellabilis, & ſolùm quo ad illam partem, quæ admittit appellationem *Socin. iun. conſ. 18. lib. 1.* & ita ſeruat *Rot. coram* R. P. D. *Penia Roman. damnoru et intereſſe de Gabrielibus.* 10. *iunij.* 1591.

Quod magis procederet ſi appellatio fuiſſet ad-
4 miſſa cum clauſula ſi & in quantum, † vel non admiſit niſi ſi & in quantum, quia non cenſetur admittere ſi non ſit admittenda, ſicut è contra haberetur pro admiſſa, ſi eſſet locus admiſſioni *Bald. conſ. 428. n. 3. lib. 1. Alex. conſ. 83. n. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 31. nu. 35. lib. 2. Cephal. conſil. 423.*
5 *n. 35. Surd. deciſ. 264. n. 18.* † Dictio enim, niſi, ponitur priuatinè, & aduerſatiuè ad præcedentia, adeò vt ſi præcedat dictio affirmatiua ipſa

neget

neget *Din. in c. peccatum. in princ. de reg. iur. in 6. Iaſ. in l. actionem 4. n. 3. C. de tranſact.*

SVMMARIVM.

1 *Negatiua quod non fuerit adimpletum eſt ipſo iure probata.*
2 *Opponens rem non fuiſſe traditam an debeat probare non traditionem.*
3 *Ratiſicatio tacita non poteſt induci, quando quis actum expreſſè impugnauit.*

DECISIO CCV.

¶ N. 4. *poſt verb.* C. de procur.

Et facit quod dicimus de eo, quod eſt adimplen-
dum, tunc enim eſt ipſo iure negatiua probata,
ſi dico non impletum *l. 1. C. de probat. Bart. in
l. in illa. col. 2. de verb. obligat. Bald. conſ. 506. lib.
2. Surd. de alim. tit. 1. q. 48. num. 53.* Vbi de con-
uentione, vt emptor non teneatur ſoluere pre-
tium, niſi prius quàm res vendita fuerit tradi-
2 ta, † ſi enim venditor agat ad pecuniam, & em-
ptor opponat de non traditione, vendenti in-
cumbit onus probandi traditionem *Aim. conſ.
191. n. 15. poſt Iaſ. in d. l. in illa n. 15.* Quia tunc
iſta negatiua quod non ſit ſatisfactum promiſ-
ſioni allegatur ab eo, cui eſt debita affirmatiua,
& illi, cui quis eſt obligatus ex contractu, cum
ſecus ſit, quando ab alio allegaretur, eo enim
caſu negatiua, quod non impleuerit probanda
erit per tertium, qui eam allegat, non autem
per illum, qui dicit ſe non impleuiſſe *Aim. conſ.
1. n. 7. Hartman. Piſtor. quaeſt. iur. Rom. & ſa-
xonie. q. 22. n. 7.*

¶ N. 5. *in fin. poſt verb.* conſ. 175. n. 7.

Nam quando pars expreſsè actum impugnauit nõ
poteſt ex illo actu inferri ad tacitam ratifica-
3 tionem † *Butr. conſ. 128. n. 8.* Ideo quis recipien
do pecuniam non videtur approbare contra-
ctum, quem expreſsè impugnauerat. *Bart. in l.
procurator. la. 2. §. 1. oppoſ. 1. ff. rem rat. hab.
Natt. conſ. 101. n. 12.* cum alijs per *Surd. deciſ.
262. nu. 9. & latius deciſ. 267. per tot.* vbi multis
ſimilibus comprobat loquens in productione
ſcripturarum.

SVMMARIVM.

1 *Fæmina poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos.*
2 *Hermafroditus magis incaleſcens ſexui fæminino admittitur in teſtem in teſtamento inter liberos.*
3 *Hæreditas quando poſſit dari, ſeu adimi in codicillis.*
4 *Solemnitas ſtatuti non cenſetur remiſſa quando per illud prohiberetur teſtamentum fieri fauore alterius etiã ob priuilegium piæ cauſæ.*
5 *Piæ cauſæ quando ſit magis fauendum, quàm filijs.*

DECISIO CCVI.

¶ N. 2. *in fin. poſt uerb.* facienda.

Ideo etiam in teſtamento inter liberos fæmina po
1 teſt eſſe teſtis † *Gloſ. in auth. quod ſine. C. de te-
ſtam. Grat. conſ. 90. nu. 86. lib. 1. Bened. in c. rai-
nutius. in verb. teſtamentum. il 1. nu. 65. de te-
ſtam.* cum alijs per *Molin. de hiſpan. primogen.
2 c. 8. n. 27. lib. 2.* † Prout hermafroditus, qui ma-
gis incaleſcit ſexui fæmineo, quidquid in alijs
teſtamentis tales non ſint idonei *Ceuall. q. 60.
num. 6.*
Idem in hæreditate quæ licèt non poſſit in codi-
3 cillis adimi, neque dari, † *l. hæreditas. C. de his
quib. vt indign. l. 2. C. de codicill.* Tamen ſecus
eſt fauore liberorum *Bart. in l. hac conſultiſſi-
ma. §. ſi quis autem. in fin. C. de teſtam. Alex.
conſ. 156. n. 10. lib. 2.* Quamuis contrarium ſe-
quatur *Bald. in l. ſi filius. n. 7. C. famil. hercisc.*
& magis communem dicat *Rom. conſ. 179. n. 12.*
& veriorem *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 25.
num. 7.* & ita tenendum *Ceuall. q. 730. n. 3. poſt
Gratian. reg. 74. n. 8. Cephal. conſ. 733. n. 42. lib.
3. Turret. conſ. 22. n. 13. lib. 1.*

¶ N. 3. *poſt verb.* haberet.

Quidquid aliud ſit, quando lex, aut ſtatutum
prohiberet ſine aliqua ſolemnitate teſtari fauo-
4 re alterius, † tunc enim talis prohibitio non
cenſeretur remiſſa etiam ob priuilegium piæ
cauſæ *Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ. nu. 91. de
conſtit. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 8. n. 174.
Socin. conſil. 48. col. 1. verſ. nec obſtare videtur.
lib. 1. Petr. Peceh. de teſtam. coniug. lib. 3. cap. 12.
Crot. conſ. 158. & 194. Lancellott. Gall. de ſta-
tut. in princ. q. 3. num. 54. cum ſeq tom. 2. f. 299.
Roder. Soarez. in l. 13. for. de las deudas. ſeu
de debitis. column. 1. in princ. verſic. ſic in pro-
poſito. fol. 259.*

¶ N. 5. *in princ. poſt verb.* filijs.

Immo magis fauemus piæ cauſæ, quàm filijs,
quando nõ agitur de eorum excluſione à legi-
5 tima † *Anchar. conſil. 46.* Vbi quod conditio ſi
deceſſerit ſine filijs, non ſubintelligitur, quãdo
filij grauati ſunt reſtituere piæ cauſæ, quia
plus ei fauetur; quàm filio, ſi non tractatur de
totali excluſione *Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ
Mariæ. col. 28. de conſtit.* & multum notandum
dicit *Surd. de alim. tit. 2. q. 15. n. 169.*

¶ N. 6. *poſt verb.* lib. 1.

poſt *Butr. conſ. 25. col. 3. in princ. Alex. conſil.
105. col. 3. lib. 4. Bald. conſ. 399. Dec. conſ. 455.*

SVMMARIVM.

1 *Dies poteſt apponi in ſcriptura priuata patris*
te-

teſtantis inter liberos tam in principio, quàm in fine.
2 *Approbatum non poteſt amplius reprobari.*
3 *Alimenta debent præſtari ſecundum conditionem. & quantitatem redituum, non patrimonij, & iuxta præſentem ſtatum, non præteritum. num. 4.*
5 *Conſuetudo vltima eſt attendenda.*
6 *Alimenta à patre taxata præſumuntur iuſta.*
7 *Iudex quando recedat à voluntate teſtatoris, & conuentione partium in alimentis. n. 8.*

DECISIO CCVII.

¶ N. 6. *poſt verb.* de communi.

Latè *Harman. Piſtor. quæſt. iur. Roman. & Saxonic..q.2. in princip.* Itaut ſufficiat appoſi-
1 tio diei, † etiam poſt ſubſcriptionẽ patris *Put. decif.226. num.4. & decif.235.lib.1.* Cum nihil
referat an ponatur in fine ſcripturæ, ſeu in principio; prout de Notario apponente ſubſcriptionem ſiue ante, ſiue poſt protocollum, vtroq; enim modo datur fides inſtrumentis per eum ſubſcriptis *Alex.conſ.147. nu.10.lib.2.Menoch. præſumpt. 66.lib.3.*

¶ N. 7. *poſt verb.* in princ. p.1.

Cum ſemel approbatum non poſſit amplius re-
2 probari† *l.ſi quibus teſtibus.C. de teſtib.l. pomponius ſcribit. ff. de negot. geſt. Bece. conſil. 3. num. 39.*

¶ N. 8. *poſt verb.* perſonæ alimentandæ.

Prout regulariter ſunt præſtanda.*§. illud quoq; in fin. & ibi gloſ. in verb. menſuram. auth. ne-*
3 *que virum quod ex dote.* Natt.*conſ.387.nu.8.* †
Itaut attendatur redditus bonorum, non quantitas patrimonij, quia præſtantur de lucro, non capitali *l. 3. §.1. vbi pupill. educ. deb. Salic. in l.1. C. de alim. pupill. præſtand. Alexan. conſ. 100. lib.1.*
Quemadmodum è contra taxantur ſecundum qualitatem perſonæ iuxta præſentem ſtatum,
4 non prout aliàs fuit *Bald. in l. ſi maritus. la 2. ff. ſolut.matrim.Iaſ. in l.cum hi. §. vult igitur. nu.1. de tranſaction. Menoch. præſumpt. 157. num.34.lib.5. Surd. de alim.q.18.tit.4. n.3.*vbi dicit hãc opinionem veriorẽ contra *Cordub. in l.ſi quis à liberis.§.ſolent. nu.35. de liber. agno-*
5 *ſcend.* † Cum etiam attendatur vltima conſuetudo *l. mela.§. quid ergo. de alim.& cibar. leg. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. num.3. de conſtitut.* Natt. *conſ.367. n.18.*
Vnde cum pater taxauerit alimenta, & præſumptio ſit pro eo, quod ſint concedẽtia ſecundum
6 vires patrimonij, † & qualitatem perſonæ *Bald. in auth. ex teſtamento. C. de collat.* Iudex hoc ſequi debet, donec non cognoſcit eſſe infra decentem quantitatem, quo caſu poſſet rece-
7 dere à voluntate teſtatoris † *l. ſed & ſi quis.§. quid ergo. de relig. & ſumpt. fun. Brun.de augm. & diminut. concl.10. nu.11. Surd. de alim. tit.4. q.13. n.7.& tit.8. priuil. 85. n.3.* Quemadmodum etiam à voluntate partium, quam neq; Iudex tenetur ſequi quo ad alimenta *Iaſ.*
8 *in l. ſi conuenerit. de re iudic.* † Quaſi hoc concernat publicam vtilitatem, quæ conuentione partium non poteſt tolli *l. ius publicum. de pact.* neque per legem teſtatoris *Bald. in l.1.§. ius naturale. colum. fin. de iuſt. & iur. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.1.n.312.f.476.*

SVMMARIVM.

1 *In oblationibus de ſoluendo quæ requirantur, & an debeat adeſſe mandatum ſpeciale. n.2.*

DECISIO CCVIII.

¶ N. 4. *poſt verb.* C. de vſur. col.3.

Et fuit deciſum per *Rot. coram* Card. *Pamphil. Anconitan. fructuum de* Rinaldinis. *15. Nouembris. 1595.*

¶ N. 8. *in princ. poſt verb.* verſ. tu vltra eos.

Menoch. de abitr. caſ.231. in addit. num.29. & per tot. vbi quoque multa requiſita adducit in
1 huiuſmodi oblationibus; † Cum etiam requiratur mandatum procuratoris, & quod caueatur de euictione rerum legatarum ad hoc, vt oblatio hæredis de ſoluendo impediat ne legatarius agat ſaluiano *Rot. coram* R. P. D. *Orano. Ariminen. legati. 9. decembris. 1585.*

SVMMARIVM.

1 *Auocatio cauſæ poteſt fieri per Principem etiã ſine clauſula motu proprio.*
2 *Renunciari quãdo poſſit reſcripto per aliquem impetrato quamuis contineat commodum, & priuilegium tertij, & an poſſit quis interrogari an velit illo vti. n.3.*

DECISIO CCIX.

¶ N. *8. poſt verſ.* nono amplia.

Minus erat præſumenda auocatio cauſæ,
1 cum non adeſſet clauſula motu proprio,†
quaſi ſolùm illa exiſtente Princeps dicatur poſſe cauſam auocare iuxta *deciſ. Guid. Pap. q.440.* Quamuis hoc nõ ſit tutum, nam ſiue motu proprio, ſiue aliter Princeps reſcribat ſemper poteſt cauſam pendentem coram Ordinario, ſeu Delegato auocare, quia plena iuriſdictio in ſolo Principe conſiſtit, & ſi ex toto poteſt reuocare Iudicem, magis poterit aduocare ad ſe cauſam pendentem, ſeu reuocare prout contra *Guid. Pap.* veriorem eſſe ſententiam teſtatur *Mandoſ. forin. 6. commiſ. in verb. auocamus.*

¶ N.11.

¶ N. 11. *poſt uerba.* in prin. n. 15.

Quidquid aliàs poſſit quis ante citationem ad-
uerſarij pœnitere, & non vti reſcripto per eum
1 impetrato, † ac illi renunciare ſi reſpiciat non
publicum, ſed priuatum commodum *c. ex con-
queſtione. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in l. 3. num. 12. ff.
quod quiſq; iur. Fel. in rubr. de reſcript.* Quamuis
idem reſcriptum contineret aliquod priuile-
gium non ſolum ad fauorem impetrantis, ſed
etiam ad commodum tertij; Dummodo nõ ap-
pareret concedentem voluiſſe ius acquiri ter-
tio tempore datæ *Abb. in d. c. ex conqueſtione
de reſcript. Rot. coram* R.P.D. *Bubalo Salaman-*
3 *tin. penſionis. 13. ianuarij. 1584.* † Vbi etiam
quod impetrans non poteſt interrogari an velit
vti reſcripto, cum ante citationem non ſit de
actis.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an habeat vſufructum, ſeu alimenta quã-
do ſunt inſtituti tranſuerſales etiam extanti-
bus filijs non inſtitutis. n. 3. & 4. & quid ſi in-
ſtituatur mater, vel alius aſcendens. n. 5.*
2 *Ex duabus rationibus non ſufficit unam adeſſe*
6 *Teſtator præſumitur magis deligere filios, quã
uxorem, & plus vxorem, quam matrem.*
8 *Homo relinquit patrem, regionem, & eorum
non meminit propter vxorem.*

DECISIO CCX.

¶ N. 9. in fin. *poſt verba.* concordiam.

ET quidem verior eſt opinio, quod vxor ha-
beat vſufructum, ſi ſunt inſtituti tranſuer-
1 ſales, † non ſolum quando fratres ſunt inſtituti
nullis extantibus filijs, vel deſcendentibus, ſed
etiam quando filij, vel deſcendentes extant, li-
cèt non inſtituti, quia ceſſat ratio conſuetudi-
nis propter fauorem filiorum, vnde debemus
ſtare propriæ ſignificationi verborum *Alexan.
conſ. 57. col. 1. lib.* 3. Ratio eſt, quia diſpoſitum
ad fauorem vnius impropriando verba non de-
bet trahi ad alium, & extendi de perſona in
perſonam; Quamuis enim poſſit dici adeſſe ra-
tionem illam extendendi conſuetudinem pro-
pter identitatem, quaſi adſit coniectura teſta-
toris ob filios excluſos propter fratres, Tamen
adeſt maior, ratio fauoris filiorum, Vnde non
2 eſt idem ſtatuendum, cũ illa non militet, † neq;
ſufficit ex duabus rationibus vnam adeſſe, cum
vtraq; debet concurrere, Et quod cadit in filio
vincente vxorẽ, non eſt in fratre vincente filiũ,
neq; frater inſtituti ſuccedit in locum filij ex-
cluſi, & ſic non adeſt fauor filiorum, quorum
reſpectu conſuetudo dicitur fauorabilis, cum
3 aliàs potius ſit odioſa, † & ita eſſe tenendum
tanquam verius; magis æquum, & rationa-
bile dicit Surd. *de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 95.
ad med.* Quidquid *Capra* & alij contrarium
4 ſenſerint, † Cum magis communis opinio ſit
contra eos *Iaſ. conſ. 44. n. 13. lib. 1. poſt Ioan. An-
dr. Ang. & alios,* de quibus per *Alex. conſil. 57.
col. 1. lib. 3.* qui loquuntur in fratre, ſorore, &
tranſuerſalibus, cum idem ſit in cæteris extra-
neis exceptis deſcendentibus *Surd. dict. quæſt.
15. nu. 75.*
Prout idem eſſet inſtituta mater, vél alio aſcendẽ
5 te, † quia etiam tunc vxor haberet vſufructum
*Imol. in l. titia. 35. §. titia. col. vlt. de leg. 2. Ang.
conſ. 338. num: 2. in fin. Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verb. libertis. num. 108.* C. *de reuoc. donat. contra
Ancbar. conſil. 237. col. 2. Boer. deciſion. 194. n. 4.*
quorum opinio nõ eſt admittenda, cum aduer-
ſus eos ſit magis vera, & communis ſententia,
vt teſtatur *Surd. de alim. q. 15. num. 17. ad med.*
6 *tit. 2.* † Etenim non adeſt eadem ratio in ma-
tre, quæ in filijs, cum teſtator præſumatur ma-
gis diligere filios, quàm vxorem, nõ autem plus
diligere matrem, quàm vxorem, quę à viro ma-
gis diligitur, quàm mater, cum ea relicta ad-
hereamus vxori iuxta præceptum de quo *Ge-
neſ. 2. & Matth. 19.* Et ſint duo in carne vna
Marc. 10. Et amor vxorius cæteros omnes ſu-
7 peret, vt dicitur *Eſdr. 3. c. 4.* † Homo patrem
ſuum relinquit, qui enutrijt illum, & ſuam re-
gionem, & ad mulierem ſe coniungit, & cum
muliere remittit animam, & neque patrem me-
minit, neq; matrem, neq; regionem, Et paulo
poſt *d. c. 4.* Diligit homo vxorem ſuam magis,
quàm patrem, aut matrem, & latius explicat
Tiraq. in l. ſi vnquam. in præfat. n. 12. C. *de reuoc.
donation.*

DECISIO CCXI.

¶ N. 3. in fi. *poſt uerb.* remed. 15. n. 95.

Licet ſecus ſit Eccleſia, quæ reſtituitur, quam-
uis facto ſui prælati ceciderit *Alex. conſ. 92. col.
2. lib. 1. Caputaq. deciſ. 170. n. 3. p. 3.*

¶ N. 5. *poſt verb.* de acquir. poſſeſſ.

Rot. coram Card. *Seraphin. Cauallicen. 7. maij.
1571. & Ceſenaten. bonorum. 28. iunij. 1596. co-
ram eodem.*

SVMMARIVM.

1 *Apocha ſcripta manu alicuius obligat quamuis
non ſit ſubſcripta.*
2 *Notarius debet ſubſcribere inſtrumentum aliàs
non probat, quamuis illud ſcripſerit.*
3 *Scriptio ſola ſufficit, licèt ſubſcriptio requiratur
pro forma.*
4 *Subſcriptio protocolli poteſt fieri etiam in prin-
cipio libri.*
5 *Clauſula actum æquipollet ſubſcriptioni, &
nu. 6.*
7 *Diſpoſitio quando ualeat licèt non uerificetur
relatio.*
8 *Liquidatio non cenſetur reiecta per ſtatutum
excludens omnem exceptionem.*

9 *Ex-*

Digitized by Google

9 *Excipiens non tenetur probare exceptionem.*
10 *Probatio uera, non præſumptiua, aut per æquipolleus, requiritur.*

DECISIO CCXII.

¶ N. 2. in fin. *poſt verb.* conſ. 44. n. 77. in princ.

IMmo magis operatur ſubſcriptio, Nam
quamuis alias apocha ſcripta manu alicuius
1 obliget, † licet non ſit ſubſcripta *Alex. in l. cum*
antiquitas, nu. 7. C. de teſtam. Roman. conſ. 303.
in princ. Socin. *conſ. 15. num. 49. lib. 1.* Tamen
quo ad notarium requiritur ſubſcriptio, itaut
non ſufficiat illum ſcripſiſſe propria manu con-
2 tractum, † prout hunc eſſe communem ſtilum
teſtatur Mandoſ. *ad* Rom. *conſ.* 303. Et facit
auth. de tabellion. in princ. vbi ſubſcriptio debet
adhiberi pro forma, quaſi agatur de præiudi-
cio tertij, vt falſitas magis excludatur; Quid-
3 quid alias ſufficeret ſola ſcriptio, † quamuis
ſubſcriptio eſſet de forma ſecundum *Dec. in l.*
hac conſultiſſima. n. 26. C. *de testam.* Put. *deciſ.*
225. n. 3. lib. 1. cum declarationibus, de quibus
per *Menoc. præſumpt. 66. n. 14. lib. 3. Maſq. con-*
cluſ. 1341.

¶ N. 5. *in fin. poſt verba.* n. 34. lib. 2.

Surd. conſ. 187. n. 3. lib. 2. post Roland. *conſ. 44. n.*
21. lib. c.
Itant ſufficiat ſubſcriptio in principio protocolli,
4 ſeu libri inſtrumentorum, † per quam datur fi-
des omnibus in eodem libro contentis A*lex. cōſ.*
47. n. 10. lib. 2. post Bart. *in l. ſi quis ex argenta-*
rijs. §. initium. n. 35. de eden. Menoc. præſump. 66
n. 32. lib. 3.
Amplius clauſula actum in tali loco æquipolleret
ſubſcriptioni, quaſi per eam ſignificetur actus
5 conſumatus, † & perfectus complectendo om-
nia geſta B*ald. in auth. quod ſine.* C. *de teſtam.*
A*lex. conſ. 14. nu. 14. lib. 6.* Natt. *conſ. 46. num. 4.*
Dec. *conſ. 61. n. 16. in fin.* Dummodo iſta clau-
ſula actum ponatur in fine inſtrumenti, non in
principio, tunc enim non operaretur ſubſcrip-
tionem, neque perficeret inſtrumentum, Nota-
rij enim ſæpè putātes rogari de aliquo actu fa-
ciunt notam perfectam illam poſtea publicatu-
6 ri, † & ex diſſenſu partium, vel ex alio acciden-
ti contractus non celebratur Caſtr. *in l. hac cō-*
ſultiſſima. in fin. C. *de testam.* Par*iſ. conſ. 27.*
num. 18. lib. 2. Cephal. conſ. 409. num. 4. Angel.
Purpur. Menoch. *et alij per* Surd. *conſ. 187. n. 22.*
lib. 2.

¶ N. 9. *poſt verb.* producatur.

Vnde cum ſimus in relatione facta ab eo, qui
7 habet facultatem diſponendi, † faciendi illum
actum, valebit diſpoſitio, quamuis relatio ipſa
non verificetur B*ar. in l. eum qui. §. iulianus. de*
conſtit. pecun. Caputaq. *deciſ. 197. in fi. p. 2.*

¶ N. 14. *poſt verb.* ibid. n. 2.

Ideo eicimus quod non cenſetur reiecta exceptio
8 liquidationis, † quamuis per ſtatutum excluda-
tur omnis exceptio *Bal. in l. 2. n. 2. C. de execut.*
rei iud. Surd. *deciſ. 27. Aſin. de execution. §. 1. c.*
29. Coler. de proceſſ. executiu. p. 3. c. 1. n. 2. Vnde
debitor licet non poſſit ſe opponere aduerſus
executionem inſtrumenti, tamen poterit excipe
re contra liquidationem, quam facit creditor
ad effectum exequendi inſtrumentum Bal. *in l.*
ſi cauſam. col. ult. C. *de execut. rei iudic.* Mar*ſil.*
in l. ſi quis uiduam. n. 20. de quaeſtio. Socin. *conſ.*
151. n. 5.

¶ N. 10. *post uerb.* p. 1. poſt prin.

Bal. Alex. Iaſ. et alij in l. fin. §. titius. de uulg. et
pupil. Dec. *conſil. 322. Couar. lib. 2. uar. reſolut.*
9 *cap. 11. num. 2.* Par*iſ. conſil. 11. num. 85. lib. c.* †
Itaut reus excipiens non teneatur probare hu-
iuſmodi exceptionem, cum ſufficiat ſola nega-
tiua, vt probatio pertineat ad actorem, qui ſe
fundat in contractu conditionali *Cephal. conſil.*
667. nu. 83. lib. 5. Rimin. Iun. *conſil. 126. num. 31*
10 *lib. 2.* Honded. *conſil. 34. n. 6. lib. 1.* † Non pro-
bando præſumptiuè, ſed verè, nec per æquipol-
lens, ſed in forma ſpecifica R*uin. conſ. 68. nu. 18.*
lib. 1. Decian. *conſil. 64. nu. 6. lib. 2.* cum diſtin-
ctionibus, de quibus per Par*iſ. conſ. 34. num. 6.*
lib. 3. Cardinal. Mantic. *de coniectur. ult. uo-*
lunt. titul. 16. n. 8. lib. 1. Surd. conſ. 157. num. 20.
lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Actio quæ datur pro dote competit etiam pro eius augmento.*
2 F*ructus naturales percepti poſt ſolutum matrimonium augent dotem.*
3 D*ebitor augmenti dotis tenetur ad uſuras, ſicut debitor dotis.*
4 M*aritus habet maiorem cōmoditatem ſuſtinendi onera matrimonij ob augmentum dotis.*
5 L*egatum factum pro dote alicuius an debeatur ſi mulier iam erat nuptiui tradita in uita legantis. n. 6. 9. 12. et 13.*
7 T*estator præſumitur decedere in eadem uoluntate quo ad legata facta quando non mutauit testamentum.*
8 L*egatum ſi conſul fuerit debetur quamuis iam eſſet factus conſul tempore legati, et quid in ſimilibus diſpoſitionibus. n. 10. et 11.*
14 C*onditio impoſſibilis nuptiarum quando uitiet legatum factum mulieri, ut matrimonium contrahat. et quid* ſi *iam erat monialis, et profeſſa.*

DECISIO CCXIII.

¶ N. 2. *in fin. poſt uerb.* angmentum.

Aret. in l. ſi *ex testamento. de uulgar. Iaſ. in rubr.*
ff ſo-

ff. ſolut. matrim. col. fin. poſt Bald. *in l. etiam. in*
2. notab. C. *de iur. dot.* cum declarationibus de
quibus latè *Surd. de alim. tit. 9. q. 4. per tot. &*
q. 8. *eod. tit.* Et ſicut actio dotis datur pro do-
1 te, † ita & pro illius augumento *l. vlt.* C. *de do.*
nat. ant. nupt. Bald. *in l. ſi marito. §. fin. ſoluti*
matrim. & in l. vlt. §. preterea. C. *de de iur dot.*
vbi quod fructus, & acceſſiones dotales perce-
ptæ poſt ſolutum matrimonium augent dotem,
2 † & debentur non officio Iudicis, ſed iure actio-
nis, loquendo tamen de fructibus naturalibus
Surd. de alim. tit. 7. q. 43. n. 13.
Quare etiam debitor augmenti dotis tenetur ad
3 vſuras dotales † quemadmodum debitor dotis
cum ſit eiuſdem naturæ cum ipſa dote *Natt.*
conſ. 253. n. 4. Roland. de lucr. dot. q. 100. Quid-
quid ſentiat *Corn. conſ. 240. lib. 3.* vbi tenet vſu-
ras dotis non procedere in augmento, quaſi il-
læ concedantur marito popter onera matrimo-
nij, & antequam vir habeat augmentum, tene-
batur alere vxorem pro dote primo conſtitu-
ta, Nam contraria opinio eſt verior, vt teſtatur
4 *Surd. de alim. tit. 1. q. 42. nu. 76.* † Etenim
maior commoditas eſt in marito quando aug-
mentum promiſſum ſoluitur quo ad ſuſtinenda
onera matrimonij, vnde ſemper durat intereſ-
ſe, quod paſſus eſt vir ob dilatam ſolutionem
augmenti, ergo in vtroq; caſu debet operari,
cum dos, & augmentum detur pro oneribus ma
trimonij *l. dotis fructus. de iur. dot.*

¶ N. 18. *in fin. verb.* de æqualit. dot.

Ex prædicta concluſione, quod dos poteſt augeri
conſtante matrimonio, aliàs cum de hoc quæ-
5 reretur Dixi, † quod legatum factum pro dote
alicuius debetur, etiam ſi in vita legantis fue-
rit mulier per alium dotata, & nupta quamuis
enim cauſa, propter quam fuit factum legatum
videatur finita, & non poſſit impleri ex dicto le-
gato, cum nuptiæ fuerint ſequutæ *Bart. in l. lu-*
cius. la 1. de legat. 1. Tamen verè cauſa non di-
citur finita, vel extincta, ſed adimpleta, Ideo ne-
que debet extingui legatum *Bald. in l. filia lega-*
6 *torum.* C. *de legat.* † & ita in ſpecie concludit
Caſtr. conſ. 148. proponitur in facto. lib. 2. poſt
Rain. de Forl. & Gul. de Cun. in l. cum his. §. ſi
mulier. ff. de condict. indeb. Vbi etiam adducit
rationem, quia dos poteſt augeri conſtante ma-
trimonio, prout præſumendum eſt fuiſſe reli-
ctum, quando quantitas eſt talis, quæ conueniat
doti, vel pro expenſis, ſi illi non côueniret, quan-
7 do fuit parua quantitas legata. † Cum etiam
non facta mutatione teſtamenti in hac parte
legati cenſeatur potius teſtator voluiſſe dece-
dere cum eodem teſtamento, cum ſciret illam
eſſe nuptui traditã *l. athleta. §. dat remiſſionem.*
de excuſat. tutor. Cardin. Mantic. de coniectur.
vlt. voluntat lib. 12. tit. 1. n. 12. & 13. cum alijs
per Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit li-
beros. n. 15. & 172. & 178. ad fin. C. *de reuoc.*
donat. & eſt *tex. in l. publius neuius. 36. in princ.*
ff. de condit. & demonſtat. vbi de relicto in
8 honorem conſulatus, † quod debetur quamuis
teſtatore viuente legatarius fuerit Conſul. cum
non repugnet hoc prius adimpleri *l. ſi quis* C.
de inſtit. & ſubſtit. & notat. *gloſ. in d. l. publius*
meuius. in verb. deberi.
Quibus adde quod idem ſequitur *Alex. conſ. 7. vi-*
9 *ſis & diligenter animaduerſis. n. 10. col. penult. in*
fin. verſ. hoc in terminis voluit. lib. 2. † vbi ſe-
quendo *Gul. de Cun.* concludit, quod ſi fuerint
relicta centum pro maritanda filia ab auo, ſeu
patre, poſſunt illa peti actione ex teſtamento de
dote, quamuis ipſa nupſerit viuente, & ſciente
teſtatore, poſt *Oldr.* quem allegat *in l. lucius de*
leg. 2. & Bald. in l. filia. C. *de legat. & in l. hu-*
iuſmodi. §. cum pater. de leg. 1. & petr. de An-
char. in c. filius. de teſtam. Sarmient. Spin. Palat.
Rub. & alij de quibus *per Ceuall. q. 139. n. 6.* vbi
quod non defecit iſta conditio, & legatum de-
betur, quamuis ſit nupta, quaſi tunc ſolus effe-
ctus rei attendatur, vnde nihil intereſt, quod fi-
nis præcedat, & actus ſequatur, & voluit *Car-*
din. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12.
tit. 1. n. 13. Vbi quod videtur permanſiſſe in ea-
dem voluntate, cum teſtator non mutauerit te-
ſtamentum *Magon. decis. Lucenſ. 28. n. 21.* vbi
etiam allegat *Imol. in. l. ſed hoc ita. ff. de verb.*
obligation. Marſil. in rub. de fideiuſſor. n. 85. Pa-
riſ. conſ. 29. n. 60. lib. 3. Tiraq. ceſſ. cauſ. limit. 18.
nu. 1. 2. & 3.
Idem eſt in ſimilibus diſpoſitionibus, vt in legato
facto filiæ, quæ vidua erit, in quo veniet etiam
10 illa, † quæ erat iam vidua tempore teſtamen-
ti, & in relicto ſi nauis venerit, nam debetur ſi
ignorante teſtatore venit, ſecus ſi ſciebat, quia
expectabitur alius aduentus, & de collatione
beneficij vacaturi, in qua comprehendetur va-
cans, & de legato cum pubes erit, quod refer-
tur etiam ad tempus præſens, quamuis teſtator
ſciat eſſe eo tempore puberem, quaſi tunc non
ſimus in materia apta reinterari, cum non poſſet
denuò pubeſcere, & de diſpoſitione loquente in
naſcituro, quæ comprahendet iam natum, & in
ſimilibus caſibus relatis per *Felin. in c. ad hæc.*
col. vlt. verſ. limita niſi tempore. de reſcript. Car-
din. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 7. n. 11.
Spin. de teſtam. gloſ. 14. n. 152. Serm. ſelect. in-
terpret. lib. 2. c. 1. n. 10. Ang. de teſtament. gloſ.
67 tom. 8. p. 1. fol. 57. Georg. Natt. de ſtatut. q. 2.
n. 65. tom. 2. f. 250. Campeg. de ſtatut. exclud. fæ-
min. q. 34. n. 156. tom. 2. f. 268. Quidquid aliud
ſit quando conſtaret de contraria mente teſta-
toris, † vt in legato pro perficiendo arcu ec-
11 cleſiæ, qui erat imperfectus, ſi enim ab alio
perficiatur, relictum fiet caducum, neq; in
alium pium vſum conuertetur iuxtà *conſ. Ca-*
pr. 121. num. 2. Vel quando per talem
euentum conditionis legatum non alterabatur,
quaſi tunc illa deberet adimpleri poſt mortem,
teſtatoris, vt in caſu *Aim. conſ. 167. n. 6. & 7.*
verſ. ſed dicet aliquis. Vel ſi conditio aduerſa-
retur voluntati teſtatoris, vt in legato, ſi talem
ducat in vxorem, & illa erat mortua *Spin. de te-*
ſtam. gloſ. 14. n. 151. Vel quando relinqueretur
pro incerto matrimonio *Bald. in l. fin.* C. *de*

ſentent. quæ ſin. cert. quant. Iaſ. *in l. quominus. n. 133. tc flumin.* Vel ſi eſſet relictum ſub modo,
videlicèt pro maritagio *Abb. conſ. 52. n. 1. & 5.*
Quæ magis habebant locum in caſu, de quo age-
batur, quia teſtator non dotauit in vita eam, cui
12 reliquit pro dote, † ſed tantum euenit condi-
tio, cum fuerit mulier nupta, & ab alio dotata, ſi
enim ipſemet dotaſſet legatum non deberetur
prout declarat Decian. *conſ. 7. n. 7. verſ. quia
reſpondetur. lib. 2.* Tiraq. *ceſſ. cauſ. limit. 18.
n. 2. verſ. quod nota.* Quamuis etiam, ſi ipſemet
teſtator dotaſſet in minori tamen ſumma, quàm
legauerat, poſſet peti illud plus, quod legatum
13 eſt tanquam relictum in augmentum dotis, † cũ
aliud ſit quando, vel fuit datum illud idem
quod fuit relictum, vel etiam plus T*iraq. ceſſ.
cauſ. limit.* 18. *n. 1. in fin. verſ. ſequuntur. Decia. d. conſ. 7. n. 7. lib.* 2. vbi addit idem eſſe quando
alius extraneus dotaſſet viuente, & ſciente te-
ſtatore, & tamen ipſe non mutaſſet legatum, ne-
que ademiſſet, cum potuiſſet, prout in his ter-
minis loquitur C*aſtr. conſ. 148. lib.* 2.
Vltimò adde quod etiam huiuſmodi legatum cum
nupſerit deberetur, quamuis legataria ingredia
14 tur monaſterium, † vel etiam ſi eſſet iam pro-
feſſa tempore teſtamenti, licèt enim reddatur
conditio impoſſibilis nuptiarum, cum iam pro-
feſſa non poſſit nubere, Tamen quicquid ſit in
contractibus, aliud eſt in vltimis voluntatibus,
in quibus conditio impoſſibilis non vitiat di-
ſpoſitionem, ſed ipſa conditio vitiatur, & habe-
tur pro non adiecta, & legatum debetur, ac ſi
purè eſſet relictum, non quia conditio ſit adim-
pleta, uerè, & formaliter, ſed quoniam lex præ-
ſumit. quod legaſſet pure, & ſimpliciter, ſi ſci-
uiſſet conditionem impletam, ſiue ſimus in con-
ditione caſuali, ſiue mixta, ſeu teſtator ignora-
uerit profeſſionem, vel ſciuerit; prout latiſſimè
concludit Surd. *conſ. 69. n. 18. vſq; ad nu. 30. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 Beneficia Curialium non acceptata non cadunt ſub reſeruatione.
2 Poſſeſſor mala fieri poteſt offerendo excludere agentem ſaluiano interdicto.
3 Oblatio nulliter facta an poſſit denuo fieri ad impediendum ſaluianum.

DECISIO CCXIIII.

¶ N. 2. *poſt verb.* ſeptimo oppono.

Mandoſ. reg. 6. q. 5. n. 3. vbi ex hoc infert bene-
1 ficia Curialium collata † nondum acceptata
non cadere ſub reſeruatione, cum illud geniti-
uum curialium denotet dominium, quod non
acquiritur, niſi poſt acceptationem *l. ſi ego. de
negot. geſt. c. ſi tibi abſenti. de prabend. in 6. Pariſ. conſ. 142. n. 10. lib. 4.*

¶ N. 15. *poſt uerb.* memb. 3. n. 18.

Menoch. de arbitrar. in addit. caſ. 232. n. 17. vbi
2 extendit ad malæ fidei poſſeſſorem, † Etenim
creditor agens hypothecaria non concludit ad
rem præcisè, ſed donec ſibi ſoluatur, vnde ſi poſ-
ſeſſor malæ fidei offert debitum, id facit ex vo-
luntate creditoris A*im. conſ. 208. col. 1. in princ.
verſ. uideretur dicendum.* & eſt tex. *in l. paulus.
§. qui pignoris. & ibi* Gloſ. *in uerb. quart. ff.
quib. mod. pign. uel hypoth. ſolut.* Gloſ. *in l.
mulier. in uerb. iuſto. qui potior. in pignor. habeant.* A*ffl. deciſ. 259. in fin.* Itaut neq; obſtet
3 oblatio nulliter facta, † quæ poterit denuo va-
lidè fieri. cum hoc permittatur in quauis parte
iudicij M*enoch. de arbitr. in addit. caſ. 232. nu.
49. poſt* Corn. *conſ. 82. n. 8. lib. 4.*

¶ N. 16. *poſt uerb.* declaratur primo.
Et *de arbitrar in addit. ad caſ. 232. nu. 17. uerſ.
ſexta eſt cauſa. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſine hypotheca ſoluens, uel offerens ſoluere pro debitore non poteſt cogere creditorem ad cedendum iura. & n. 3.*
2 *Oblatio, ſeu depoſitum factum pro debitore à quocumq; inducit liberationẽ, & impedit executionem.*
4 *Creditor hypothecarius cogit creditorem ad cedendum iura.*
5 *Creditor quando debeat promittere ſe potiorem & anteriorem, uel ſufficiat cedi iura talia qualia. nu. 6. & 7.*
8 *Vendens ſponte tenetur ad promiſſionẽ dupla, ſecus in coacto à Pratore, ut inuitus uendat.*

DECISIO CCXV.

¶ N. 12. *poſt uerb.* conſ. 190. n. 2. lib. 5.

Idem eſt in quolibet creditore ſine hypotheca ſol-
1 uente, vel offerente pro ſuo debitore, † qui non
poteſt cogere inuitum creditorem ad ceden-
dum iura ſua *l. nulla. C. de ſolut.* C*aſtr. in l. ſi res
obligata. de leg. 1.* C*in. in l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* Solutio enim poteſt fieri credito-
ri inuito per quemlibet etiam extraneum, & li-
2 berat debitorem, † itaut per ſolam oblationem
ab eo factam impediatur creditor agere contra
debitorem, de qua oblatione, & depoſito pote-
rit opponi contra creditorem, & liberationem
inducit Iaſ. *in. l. tale pactum. §. poſt diuiſionem.
3 de pact. ubi* C*aſtr.* dicit perpetuò notandum: †
Quamuis iſta liberatio non proſit ipſi liberan-
ti ad obtinendam ceſſionem, cùm ſolùm profi-
ciat poſteriori creditori, qui incipit eſſe primus
in hypotheca ſtante huiuſmodi liberatione fa-
cta per extraneum, ſeu creditorem ſine hypothe
ca *l. 2. in fin. de pignor. act.* C*aſtr. in l. ſi res obligata. de legat. 1.* N*eguſ. de pignor. p. 5. m. 3. n. 42.*
Aliud eſt *in* creditore hypothecario, qui non tan-
tum per ſolutionem liberat rem ab hypotheca
cre-

4 creditoris, † ſed etiam ſuam confirmar, & ideo
cogit primum creditotem ad cedendum ſibi iu-
ra, itaut etiam abſque ceſſione ſecundus credi-
tor ſuccedat in ius primi creditoris *Bart. in l.*
ariſto. C. qui potior. in pignor. hab. Bal. in l. nulla
ad fi. C. de ſolution.

¶ N. 22. *in fin. poſt verb.* memb. 3. n. 47.

Non obſtat *l. 5. C. creditor euict. pignor. non deber.*
Vbi creditor, qui vult pretium opus eſt vt pro-
5 mittat ſe anteriorem, & potiorem, † Quia
procedit quando creditor poſſidet pignus, & ex
lege, vel pacto facit illud vendi ſub haſta, tunc
enim tenetur promittere debitum verum, & an-
terius *Bald. conſ. 227. quando pro debito. in prin.*
lib. 5. & in d. l. 1. col. 2. q. 1. C. creditor. euict. pign.
6 *non deb.* † Aliud autem eſt in creditore poſſi-
dente rem, tunc enim ſi ſecundus vul offerre,
non cogitur cedere niſi iura talia qualia, *l. mu-*
lier. qui potior. in pign. l. ſi nomen. de hæred. vel
act. uendit. Vbi quando ſecundus offert primo
non debet cedere, niſi ius nominis, nec ſpectat
ad eum præſtare debitorem locupletem, ſed ſo-
lum eſſe debitorem, cum ſatis ſit, vt cedat iura,
7 & tradat pignus, & ponat in locum ſuum, † Ra-
tio eſt quia ſecundus creditor hoc facit ex volū
tate, primus autem relaxat pignus ex neceſſita-
te iuris *l. qui erat hæres famil. herciſc.* Vbi qui
ſponte diſtrahunt tenentur ad promiſſionem
8 duplæ, ſecus qui à Prætore coguntur inuiti, †
neq; enim qui compellitur vendere debet eſſe in
aliquo damno *l. ſi familia. C. famil. herciſcund.*
Ideo ſufficit, quod cedat iura talia qualia, & de
bitum verbum, non exactum, non autem ſe eſſe
anteriorem, prout in terminis diſtinguit *Franc.*
deciſ. 427. col. penult. & vlt. n. 9. verſ. nec obſtat.
quod dicitur. p. 2. Ann. alleg. 78. per tot.

SVMMARIVM.

1 *In fratribus iuratis habet locum querela inof-*
ficioſi, non tamen cadit inceſtus, aut aliud im-
pedimentum matrimonij. n. 2.

DECISIO CCXVI.

¶ N. 2. in fin. *poſt uerb.* militibus.

Cum etiam iſta fraternitas iurata nihil iuris
1 tribuat, ideo neq; in ea cadit inceſtus, † quaſi
nullum exiſtat impedimentum matrimonij; pro
ut dicimus de iſtis patribus vulgaribus, qui re-
cipiunt aliquem filium in ſanctis *Petr. Cabal. re*
ſolut. crim. caſ. 200. n. 62. in prin. dixi c. 135. di-
ſceptat. n. 3. vbi etiam quod ſufficit dari quere-
2 lam inofficioſi abſq; eo, † vt committatur pœna
conuenta, quando fuit promiſſum ſub pœna tra
ctare aliquem uti fratrem *Menoc. de arbit. caſ.*
501. n. 34. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de quota litis dicitur quando habetur*
reſpectus ad rem in iudicio deductam.
2 *Fiſcus non poteſt paciſci de quota litis, neq; pro-*
curationem alicuius ſuſcipere. n. 3.
4 *Procurator faciens pactum de quota lite priua-*
tur officio, & alijs pœnis ſtatuti, & an pœna
falſi. n. 5.
6 *Pactum quotæ litis an ſit debitum de conſue-*
tudine.
7 *Pactum de quota litis prohibetur tam aduocatis*
quam omnibus alijs etiam imperitis. n. 8.

DECISIO CCXVIII.

¶ N. 2. *poſt uerb.* extraord. cognit.

Tunc enim dicitur pactum de quota litis, quā-
1 do fit reſpectum ad rem, † quæ in iudicium de-
ducitur, & hoc prohibetur procuratoribus, &
aduocatis *Roland. conſ. 36 n. 20. lib. 1. Peregr. de*
priuil. fiſc. li. 4. tit. 7. n. 16. Vbi quod nec fiſcus
2 poteſt paciſci de quota parte litis, † nec illius
defenſionem ſuſcipere *l. 2. C. ne fiſc. uel respub.*
procurat. alic. patroc. cauſ. in lit. praeſt. Cum neq;
3 fiſcus poſſit procurationem ſuſcipere pro alio †
l fi. C. eod. tit. Quidquid alijs huiuſmodi pacta
permittantur, de quorum veritate *Bec. conſ. 49*
col. 2. latè. Farina. q. 106. n. 16. 56. & 58. & quid
in clientulo *ibid. n. 67.*

¶ N. 6. *poſt uerb.* de poſtul.

Et quidem magna pęna eſſet, cum iſti paciſcen-
4 tes priuarentur officio procurationis, † & ad-
uocati, vltra pęna falſi *l. ſumptus. de pact. item.*
C. eod. l. 1. §. ſi cui. de var. & extraord. cognit.
Peregrin. de iur. fiſc. titul. 7. num. 16. lib. 4. Itaut
ſi per ſtatutum contra iſtos imponatur alia
pęna, non tamen erit ſublata illa priuationis
officij, quæ de iure communi imponitur *Me-*
noch. de arbitr. caſ. 522. n. 13. in fi. & de præſum-
5 *pt. lib. 6. præſumpt. 38. n. 38.* † Quamuis illud de
pœna falſi non ſit tutum, quod procurator pa-
ciſcens de quota litis illa pęna puniatur, cum
contrarium ſit verius, vt per *Farina. q. 106. n. 11*
ampl. 6.

¶ N. 6. *poſt uerb.* C. de procur.

Addebatur quotam litis debitam eſſe de conſue-
tudine iuxtà opinionem de qua per *Iaſ. in §. tri*
pli. inſtit. de action. Zaccar. ad Abb. in c. fin. n. 9.
6 *de conſuetud.* † Quamuis contraria ſententia
ſit tutior, & magis vera, vt per *Gloſ. in c. ſtatu-*
tum. in verb. ex iuriſdictione. de elect. Roman.
qui de communi *ſing. 180. Silueſtr. in uerb. iu-*
dex. §. 8. poſt Io. *Andr. & Abb. in c. cum. non ab*
7 *homine. de vit. & honeſt. cleric.* † Ideo erit pro
hibitum huiuſmodi pactum tam aduocatis, &
procuratoribus peritis, quam illiteratis, & qui-
buslibet alijs, itant ſtatutum quamuis ſolum lo

quatur de aduocatis, & procuratoribus, tamen
etiam ad illos debeat extendi, cum eadem ſi ra
tio, quaſi ex hoc poſſint eodem modo opem
8 ferre litigantibus maxime, † quia ex huiuſmo-
di pactionibus multi redemptores litium effi-
ciebantur illas emendo, & varijs fraudibus ad-
uerſarios vexando, quod publicæ vtilitati, &
moribus repugnat *l. 1. §. ſi cui. & ibi glo. in verb.*
more. ff. de var. & extraord. cognit. latè Menoch.
qui omnes ſupradictos caſus declarat *de arbi-*
trar. caſ. 522. per tot.

SVMMARIVM.

1 *Ruſtico ſagaci non eſt ſubueniendum.*

DECISIO CCXIX.

¶ N. 2. *poſt verb.* ad fi. de teſtib.

Maximè in ruſtico ſagaci, & verſuto, cui minus eſ-
1 ſet ſubueniendum † *Iaſ. in l. ſi quis id quod. n. 32*
de iuriſd. omn. iud. Bal. & alij in l. 2. ff. ſi quis in
ius vacat. non ier. Menoc. qui multa ad excluſio-
nem ruſticitatis adducit *de arbitrar. caſ. 194. n.*
3. Ceual. q. 58. n. 3.

SVMMARIVM.

1 *Reuocata ſententia iam executa conceditur etiã reuocatio executionis. & quid ſeruetur in curia* Romana *n. 3.*
2 *Aegidiana denegans appellationẽ in poſſeſſorio habet locum tam in reo, quàm actore.*
4 *Executio non competit ſi inſtrumentum fuit vulneratum.*
5 *Lites de litibus non debent fieri.*
6 *Executio non conceditur quando conſtat de nullitate ſententiæ etiam in caſu executiuo, & priuilegiato.*
7 *Non eſt ſpectandum quid fiat in curia, ſed quod fieri debet, & ſtilus vnius curiæ ad aliam nõ trahitur.*

DECISIO CCXX.

¶ N. 10. *poſt uerb.* ſuperius allegata.

Et ſequitur *Surd. conſ. 542. n. 12. verſ. cuius dictũ*
laudatur. lib. 4.

Quibus adde *Franc. deciſ. 136. par. 1.* vbi in ter-
1 minis concludit, † quod ſtante Ritu Magnæ
Curiæ, per quam conceditor executio ſenten-
tiæ iuris aſſiſtendi non obſtante appellatione, ſi
contingat reuocari ſententiam iam executam
conceditur reuocatio executionis eo modo,
quo prius fuit commiſſa executio primæ ſen-
tentiæ, cum actor, & reus non debeant ad im-
paria iudicari, & prohibita appellatione vni,
cenſetur etiam alteri denegata *Put. deciſ. 316.*
2 *lib. 2.* † Vbi de ægidiana denegante appellatio-
nem in poſſeſſorio, quæ habet locum tam in
reo, quàm actore *Contard. in l. unic. nu. 2. li-*
mit. 7. C. ſi de moment. poſſ. quidquid contrarium
ſentiat *Menoc. de adipiſ. rem. 4. n. 876.*

Verum eſt, quod in Curia Romana ſeruatur con-
trarium, Nam ſi fiat executio alicuius ſenten-
3 tiæ vigore obligationis cameralis, † aut ſimilis
& per Iudicem appellationis pronuncietur in-
iuſtum, & irritum, quod executum, eſt non
propterea iſta ſententia reuocatoria mandare-
tur executioni, ſed ſuſpenditur, donec dentur
tres ſententiæ conformes; deferendo appella-
tioni ad vtrumq; effectum deuolutiuum, & ſu-
ſpenſiuum, quaſi tunc ſit alterata via executiua
4 *Caputaq. deciſio. 274. par. 2.* † Maxime quia fuit
vulneratum inſtrumentum executiuum, quo
caſu ſi pronuncietur aliquam obligationem
non mereri executionem, aut inſtrumentum
eſſe nullum, ceſſat via executiua, donec profe-
rantur tres ſententiæ conformes *Rot. diuerſ. de-*
ciſ. 132. in prin. p. 2. cum præſertim videatur in-
conueniens, quod toties fiat executio priuſquã
lis terminetur, nam ſi poſtea contingeret reuo-
dari ſecundam ſententiam, iterum eſſet con-
5 cedenda executio, † & ſic nouæ expenſæ fierent
& lites de litibus, quod eſt abſurdum *l. 4. §. ait*
prætor. ff. de re iudic.

Quidquid tamen ſit de ſtilo prædicto *Card. Alex.*
& omnes ſupra allegati concludunt de iure eſſe
reuocandam executionem quando illa fuit de-
clarata nulla. Quæ magis procedunt in caſu
noſtro, quia ſumus in manifeſta, & notoria nul-
litate executionis, Vnde facilius eſt concedcn-
6 da reſtitutio in priſtinum ſtatum, † Prout è
conuerſo dicimus quod nõ debet concedi exe-
cutio, quando conſtat de nullitate, & iniquitate
illius etiam in caſu executiuo, & priuilegiato,
& non admittente appellationem *Abb. in capit.*
inter cæter. 2. de re iudic. Alex. conſ. 106. num. 27.
lib. 3. Natt. conſ. 51. num. 21. Parlador. lib. 2. rer.
quotid. cap. fin. p. 5. §. 15. num. 4. Vnde quamuis
eſſet ſeruandus dictus ſtilos, tamen ſolùm de-
beret intelligi in caſu, in quo non conſtat no-
torie de nullitate executionis, vt minus lædat
7 ius commune, quàm fieri poſſit; † Cum etiam
non ſit ſpectandum quid in Curia fiat, ſed quod
fieri debet *l. ſed licet. de offic. præd. Mandoſ. de*
inhibit. q. 9. num. 3. in fin. Vltra quod ſtilus, &
obſeruantia vnius Curiæ non debet excedere
illum locum *Cin. in l. 1. n. 7. C. quæ ſit long. con-*
ſuetud. Iaſ. in l. 1. col. 2. num. 8. in fin. C. de ſacroſ.
eccleſ.

¶ N. 13. *in fin. poſt verb.* executæ de facto.

Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin. §. 15. num. 4. p. 5,
cum alijs ſupra allegatis

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta negans* Domino *poſſeſſionem poteſt expelli.*
2 *Conductor non ſoluens penſionem poterit eijci.*
3 *Emphiteuta non ſoluens canonem poteſt conueniri interdicto uti poſſidetis.*

4 Con-

4 *Conducens rem propriam an opponat exceptionem dominij,& quid,in hærede.n.5.*
6 *Retentio,& repetitio datur ob penſionem anticipatè ſolutam.& n.7.*
8 *Cauſa ob quam aliquid factum prætenditur eſt probanda .*
9 *Teſtis ſingularis probat contra producentem .*

DECISIO CCXXI.

¶ N. 21. *poſt verb.* de reg. iur.

IDeo Emphiteuta,qui negat Domino poſſeſ-
ſionem poterit expelli,quaſi videatur illam
1 interuertere negãdo † *Specul. de locat. §.nunc.*
aliqua verſ.ſexageſimotertio.vbi Bald. *in addit.*
Menoc.de retin.poſſ.rem.3. n.469. Immo etiam
conductor non ſoluens penſionem conuentis tẽ
2 poribus dicitur iniuſtè detinere,† & poterit eij
ci *gloſ.in l.æde.C.locat.*Bar.*in auth.qui rem C.*
*de ſacroſanct.eccleſ.*Exemplo ephiteutæ,qui non
ſoluens canonem dicitur turbare. Dominum in
ſua ciuili , & ex hoc poteſt conueniri interdicto
3 vti poſſidetis † *gloſ.& alij in clem. poſſidere.§.*
qui ad nundinas.de acquir. poſſeſſ. Quod magis
eſt in conductore,qui ſolùm habet detentionẽ ,
Cum emphyteuta habeat ius in re *Sur.de alim.*
tit.9.q.26.n.53.

¶ N. 3. *in princ. poſt verb.* & n.35.q.5.

Poſt *Caſtr.in l.qui rem.ff. depoſ.* Vbi quod etiã
4 conducens rem propriam,† ſi in iudicio conue-
niatur remedio *l.ſi quis conductionis. C. locat.*
non oponet exceptionem dominij *Dec.in l.neq;*
*pignus.n.4.in fi.de reg.iur.*Alex.*in l.ſi aliquam*
rem.n.29. de acquir. poſſeſſ. Quod habet locum
etiam in hæredibus locantis,contra quos non
opponitur huiuſmodi exceptio † *Aim. cõſ.157.*
n. 1. Dummodo non agatur per locatorem ex
locato, tunc enim haberet locum exceptio do-
minij , neq; admitteretur diſpoſitio *tex. in l. ſi*
quis conductionis.in fin.C.locat. cuius remediũ
eſt intentandum,ſi locator timet oppoſitionem
dominij per conductorem,vt docet *Ang. in d.l.*
*ſi quis conductionis.*Quidquid diſſẽtiat ibi *Cin.*
cum contra cum ſit verior opinio *Dec. conſ.13.*
n.14.latè Menoc.*de recuper.poſſeſſ. rem.10.q.6.*
Rot.Genuenſ.*per Cartar.deciſ.41.n.4.*

¶ N. 6. *poſt uerb.* in prin. lib. 1.

Non obſtat prætenſa anticipata ſolutio penſionis
6 domus , ob quam datur , † non ſolùm actio ad
repetendum ſolutum *glo.in l.ſi vno.§.item cum*
*quidam.num.2.ff. locat.*Bald. *conſ.175. num.3.*
*lib.2.*Burſat.*conſ.*101.*n.6.* Sed etiam permitti-
tur retentio,itaut conductor non poſſit expelli
de domo,quamuis fieret ei oblatio,vel daretur
7 cautio de ſoluendo † *Socin.conſ.90. n.20. lib.4.*
*Benint.deciſ.77.n.10.*Ludou.*deciſ. Lucenſ. 38.n.*
120. quaſi facilius concedatur retentio , quàm
actio *l.2.C.de fideiuſſor.*Dec *conſ.298.n.4.* Cum
etiam illa retentio detur ob impenſam , quam
poteſt dici feciſſe occaſione rei per ipſum de-
tentæ *Bartol. in l. in fundo. in fin. n. 16. de rei*
vendic.

Quia non probatur aliquid fuiſſe ſolutum propter
8 anticipatam penſionem domus locatæ, † prout
iſta cauſa erat probanda , quando prætenditur
aliquid ob eandem cauſam factam *Dec. in l. 1.*
*n.7.C.de edend.Cephal.conſ.65.in fi.*Immo vnus
teſtis deponit de mutuo,non de penſione,Vnde
9 tanquam approbatus per producentem, † licet
ſit ſingularis debet contra eum plenè probare
Ang.in l.cum precum.C.de liber.cauſ. Rom.*cõſ.*
104.Aim.conſ.201.n.5.& 7.Gabr.de teſtib.con-
cluſ.1.amp.5. Maximè cum talis teſtis deponat
de prædictis quando fuit examinatus ſuper ar-
ticulis, Quidquid poſſet dubitari in depoſitio-
ne facta in interrogatorijs partis aduerſæ,quaſi
tunc producens non intelligeretur approbare
dictum teſtis à ſe inductis , ſed ſolùm eius per-
ſonam , de cuius ſententiæ veritate multa *Ca-*
ualcan.deciſ.12.n.40.

SVMMARIVM.

1 *Sterelitas qualis debeat eſſe , vt penſio remittatur .*
2 *Fertilitas præcedentium annorum quando operetur vt non fiat remiſſio.n.5.*
3 *Remiſſio non habet locum in locationibus perpetuis ob damna in fructibus contingentia .*
4 *Damnum notabile debet eſſe ut remiſſio concedatur .*
6 *Executio competit etiam pro intereſſe promiſſo in inſtrumento guarantigiæ .*

DECISIO CCXXII.

¶ N. *1. poſt uerba.* cent. *1.*

*Maſq.concluſ.*1334.vbi refert multas opiniones
1 quæ ſterilitas debeat eſſe , † vt penſio remitta-
rur,& ibi quid in tributis perpetuis,cenſibus,&
annuis præſtationibus,& alijs,in quibus poteſt
allegari remiſſio ſterilitatis *Salaz.de uſu & cõ-*
*ſuetud.c.*11.*n.88.*

¶ N. 6. *poſt verb.* declara ſecundo .

Maximè quia non adeſt pactum, vt fiat remiſſio ,
quo ſtante nõ attenderetur fertilitas præcedẽ-
2 tium annorum , † Quidquid aliàs Iure Com-
muni inſpecto vbertas vnius anni compenſetur
cum ſterilitate alterius *Ang. conſ. 312. num.6.*
Surd.de alim.tit.9.q.26. n. 21. Prout neque di-
cta remiſſio damnorum in fructibus haberet
3 locum in locationibus perpetuis † *Bald.in l. 1.*
C.de iur.emphyt.Viu. comm. opin.247. Rot. *per*
Cardinal.Seraphin.Mediolanen.S. Celſi.5.maij
1597.

Immo vt ſit locus remiſſioni deberet probari no-
4 tabile damnum , † de quo hic non conſtat Co-

Digitized by Google

uar. pract. quæſt. cap. 30. Roland. *conſ. 86. lib. 3.* Rot. coram. R. P. D. Penia Anagnin. Molendini. 10. *maij.* 1600. Vbi etiam, quod eſt probanda quantitas percepta in alijs annis, in quibus ſi conductor percepit tot fructus, vt præſens dam
5 num reſarciri potuerit, † tunc propter præſentem læſionem, aut damnum acceptum non eſt locus remiſſioni, quod ſeruat Rot. in multis cauſis de quibus ibidem *per* R. P. D. *Peniam & coram* R. P. D. *Cordub. Rom. remiſſionis, officij.* 19. *iunij* 1598. *& coram* R. P. D. *Gipſio Rom. afflictus caſalis.* 8. *febru.* 1593.

¶ N. 7. *poſt uerb.* concl. 930.

Concedendo executionem etiam pro dicto intereſſe. Quidquid dicat *Iaſ. in l. certi condictio.*
6 *n.* 21. *ff. ſi cert. petat.* † vbi concludit pro eo non dari executionem, quamuis promiſſum ſit in inſtrumento guarantigiæ, Quia contra eum eſt verior opinio, & magis communis *Alex. in l. iuris gentium. §. quod ſere. de pact. Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *c.* 6. *§.* 2. *nu.* 11. *Couar. lib.* 2. *var. reſolu. c.* 11. *in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum vt excuſet. quale eſſe debeat.*

DECISIO CCXXIII.

¶ N. 3. *poſt. uerb.* iudex.

Dummodo excuſatio ſit rationabilis, & talis, vt
1 poſſit dici legitimum impedimentum† *Archid. & Prob in c.* 1. *n.* 25. *de cleric. non reſident. lib.* 6. Neq; iudicaretur iuſtum; vbi negotium eſſet tale, quod poſſet tractari per alios tanquam procuratores, & ſimiles *Bald. in l. eos. § apoſtolos. in princ. C. de appellat. Aim conſ.* 179. *nu* 9. *Rot. per Cardinal. Seraphin. Carthaginen. fructuum.* 29. *maij.* 1595.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus eſt nullus ſi conſtituatur per vnum in ſuo prædio cum obligatione plurium, qui omnes pretium habuerunt.*
2 *Conſtitutio de cenſibus ligat etiam in locis non ſubiectis Eccleſiæ in temporalibus.*
3 *Conſtitutio Papæ pertinens ad ſalutem animæ vbiq; eſt ſeruanda.*
4 *Statutum locale propter æquitatem vbiq; ligat.*
5 *Conſtitutio facta ad euitandum peccata eſt fauorabilis, & extenditur quamuis ſit pænalis.*
6 *Cenſus non eſt nullus licèt non ſit in pecunia numerata quando conſtat illam perueniſſe ad manus venditoris in cedula bancaria.*
7 *Cenſus eſt ualidus ſi pro pretio detur in ſolutũ quantitas prius debita ex mutuo, ſeu depoſitio. & n.* 11.
8 *Datio in ſolutum ſuccedit loco pretij.*
9 *Debitum ex vna cauſa poteſt in aliam conuerti.*
10 *Simulatio non adeſt ob veritatem cauſæ præcedentis.*
11 *In alienatione cenſus non debet interuenire pecunia, prout in illo de nouo creando. n.* 13.

DECISIO CCXXIV.

¶ N. 2. *poſt uerb.* & 59. & n. 21.

Itaut pecunia ſit danda ei, qui impoſuit cenſum, ſi enim conſtitueretur cenſus per vnum in ſuo
1 prædio† cum obligatione trium, qui omnes receperunt prætium, cenſus erit nullus, quia illũ imponens non habuit totam pecuniam, alij vero qui eam receperunt non impoſuerunt cenſum ſuper aliquo fundo latè *Surd. conſ.* 421. *& conſ.* 318. vbi reſpondet omnibus in contrarium facientibus.

¶ N. 4. *poſt uerb.* naturale.

Quamuis verius ſit illam conſtitutionem ligare
2 in omnibus locis, † etiam non ſubiectis Eccleſię in temporalibus quo ad omia in ea contenta, nulla facta diſtinctione circa ius humanum vel Diuinum *Honded. conſ.* 35. *in prin. lib.* 2. *poſt, Te-*
3 *ſaur. deciſ.* 154. *n.* 4. *Surd. conſ.* 287. *n.* 13. *lib.* 2 † Cum in pertinentibus ad ſalutem animæ Conſtitutio Papæ ſit vbiq; ſeruanda, licèt non contineat leges naturales, & ciuiles *gl o. in c.* 2. *de reg. iur. in* 6. *Doct. in c. fi. de præſcript. & in c. vlt. de ſecund. nupt.*
Immo conſtitutio etiam localis ſuadente ęquitate
4 & rationis identitate generaliter, † & vbique debet ligare, quaſi loci demonſtratio fiat ratione frequentioris *vſus eide immun. eccl. lib.* 6. *glo. in auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccleſ. Mandoſ. reg.* 25. *col.* 2. *n.* 3. *verſ. ſecundo dato.*
Præterea cum conſtitutio ſit facta ad euitãda peccata, & conſulendum animæ dicitur fauorabilis
5 † & extenditur quamuis eſſet pænalis *gloſ. in c. ſtatuta cuncti. in verb. alios. de elect. in* 6. *Abb. in c. ex tenore. qui fil. ſint. legit.* vbi dicit ſingulare, & non tradendum obliuioni *Caputaq. deciſ.* 215 *n.* 5. *p.* 3.

¶ N. 6. *poſt uerb.* videtur etiam.

Quibus adde non ſemper cenſendum eſſe contractum cenſus inualidum quamuis non fuerit pe-
6 cunia in ipſo actu numerata, † Nã valebit ſi re uera conſtat pretiũ perueniſſe ad manus venditoris cenſus; prout fuiſſe declaratũ in ſignatura coram ſanctiſſimæ me. Greg. XIII. teſtatur. *Rot. per Cardin. Pamphil. Romana. cenſus.* vbi fuit concluſum pro illius validitate, licèt in actu impoſitionis non interueniſſet pecunia, ſed ſolùm cedula bancaria *Rot. coram* R. P. D. *Litta Eugubien. cenſus.* 10. *februa.* 1597. cuius deciſionis tenor eſt apud *Farina. inter deciſ. crim.* per eum recollectas 10. *in fi. n.* 14.

Idem

Idem eſſet ſi præcedens debitum venditoris verte-
7 retur in ſolutionem cenſus, † puta ſi debitor ex
cauſa depoſiti, vel mutui non habens pecuniam
conſtituendi cenſum illum venderet, & daret in
ſolutum pro quantitate debita, prout in ſpecie
concludit *Surd. conſ. 162. n. 38. poſt* Redoan. *de
reb. eccleſ. non alien. rubr. de conſtit. ann. cenſ.
n. 6.* contra *Nauar. de vſur gloſ.* 4. *nu.* 89. ob
8 illam rationem, † quia iſta datio in ſolutum
ſuccedit loco pretij *l. ſi prædium.* C. *de euict.*
9 *Pariſ. conſ. 75. n. 32 lib. 4.* † cum debitum ex
vna cauſa poſſit conuentione partium conuer-
ti in aliam *l. certi conditio. §. depoſui. ff. ſi certo
pet.* Neq; adſit ſimulatio ob veritatem cauſæ
10 præcedentis † *l. lucius. ff. depoſ.* Nec poſſit con-
ſiderari fraus in datione in ſolutum *Dec. conſ.
18. nu. 3. Tiraq. de retract. conuent. in præfat.*
Prout etiam ſufficiet numeratio per depoſitum
penes Mercatorem, quaſi conſtitutioni poſſit
11 ſatisfieri per æquipollens. † Quamuis ſecun-
dum alios non videatur tutum admittere con-
tractus cenſus celebratos aliter, quàm in pecu-
nia numerata ad tollendas fraudes, prout in
hanc opininionem inclinaſſe maiorem partem
Rotæ Romanæ teſtatur R. P. D. *Penia Bono-
nien. cenſus 15. febr. 1599.* quaſi conſtitutio re-
quirat pro forma realem, & actualem numera-
tionem pecuniarum, de cuius veritate multa
Surd. d. conſ. 162. n. 38. lib. 2.

Conſtitutio autem prædicta de cenſibus, dum di-
ſponit, quod pecunia debeat interuenire in actu
12 celebrationis cenſus † cum quæreretur an
idem dicendum ſit in alienatione eiuſdem cen-
ſus, Dixi veriorem eſſe opinionem negatiuam,
licèt enim Bulla videatur requirere iſtam nu-
merationem in illis verbis tàm in cenſu de no-
uo creando, quàm in creato alienando, tamen
dicta clauſula non refertur ad pretij numera-
tionem, ſed ſolùm ad cætera pacta, quæ in con-
ſtitutione prohibentur. Cum enim ſint plures
ſpecies alienationis, vt legatum, donatio, & da-
tio in ſolutum, cum ſimilibus, non datur in alijs
pretij numeratio, Vltra quod in creando cen-
ſum hoc fuit ſtatutum, vt euitentur fraudes *Na-
uarr de vſur. nu. 85 Ludou. Lopez de contract.
13 lib. 1. c. 59.* † quæ ratio ceſſat in cenſu creato,
quamuis alienetur, & ita ſeruari in Rota teſta-
tur R.P.D. *Manzaned. Rauennanten. ſaluiani.
12. ianuar. 1607.* vbi etiam approbatur votum
R. P. D. *Robuſtery* circa intellectum clauſulæ
hanc ſalutiferam, quod non refferatur ad ſubſtan
tialia adhibenda in creatione, ſed ad cætera
contenta in eadem conſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Retentio eſt fauorabilis & datur tam ſingula-
ri ſucceſſori, quàm contra ſingularem ſucceſ-
ſorem. nu. 2.*
3 *Executio quando impediatur per exceptionem
meliorameniorum, & an ſufficiat cautio.
nu. 4. & 5.*
6 *Expenſæ non attenduntur niſi ceſſerint in vti-
litatem eius qui tenetur illas reficere.*
7 *Aeſtimatio melioramentorum ſecundum quod
tempus ſit facienda. nu. 8. & 9.*
10 *Expenſa nimis onerosa non reficienda.*
11 *Denunciatio poteſt fieri, vt emptor non faciat
expenſas in re ſubiecta reſtitutioni.*
12 *Res quando dicatur haberi pro derelicta ob im-
penſas exceſsiuas, & nimis oneroſas. n. 13.*

DECISIO CCXXV.

¶ N. 16. *poſt verb.* conſ. 29. n. 18. lib. 2.

Fauorabilis enim eſt huiuſmodi retentio com-
1 petens non ſolùm in executione ſententiæ, † ſed
contra ſingularem ſucceſſorem debitoris *Rip.
in l. vbi. pure. § qui in diſtrahendis. n 3. ad tre-
2 bell.* Couar. *lib. 1. var. reſolut. c. 2. n. 3.* † Sicut
etiam datur ſingulari ſucceſſori debitoris *Soc.
conſ. 158. n. 28. lib. 2.* A*lex. conſ. 148. n. 1. & 2.
Surd. de alim. tit. 8. priuil. 62. n. 11.*
Itaut executio impediatur, quamuis ſit oblata
cautio per exequi volentem de ſoluendo melio-
3 ramenta † *Caſtr. conſ. 17. in fin. lib. 1. Alex. conſ.
408. lib. 4.* Rimin. *Iun. conſ. 411. n. 6. lib. 9. Gal-
leſ. de obligat. camer. p. 4. q. 2. n. 12.* vbi dicit ita
4 iudicatum in Rota Romana. † Licèt admitte-
retur fideiuſſio quando melioramenta non eſ-
ſent liquida P*ut. deciſ. 471. lib. 2.* R*ot. diuerſ.
deciſ. 659. nu. 1. p. 1.* cum alijs per *Gratian. de
cìſ. Genuenſ. 15. per tot.* Quidquid aliud ſit exi-
ſtente pacto cum clauſula ſolutis tamen prius
5 melioramentis, † & omnibus expenſis, quo caſu
non admitteretur fideiuſſiio, ſed realiter ſolu-
tio erit facienda *Caſtr. conſ. 270. n. 3. lib. 2. Rot.
coram* R.P.D. *Manzaned. Ternacnen. domus. 6.
aprilis 1606.* & latius in eadem cauſa *28. no-
uembris. 1605.* cum alijs de quibus amplè *Rut-
ger.* Ruland. *in theſaur. iur. emphyt. q. 25. n. 23.
cum ſeq.*

¶ N. 22. *poſt verba.* in fin. de acquir.
rer. domin.

Etenim non eſt curandum quantum fuerit impen-
6 ſum, † ſed an ceſſerit in illius vtilitatem, quia id
ſolùm dicitur peruenire ad eum, cui res reſtitui-
tur. Vnde neceſſe eſt, quod conſtet in tantum
rem eſſe melioratam G*loſ. in l. in fundo. de rei
vendic* F*elin. in c. cum cauſa. col. penul. de re iu-
dic.* N*eguſ. de pignor. p. 5. m. 4. n. 11.* vbi monet
Aduocatum, vt probet non ſolùm quantitatem
impenſæ, ſed etiam quod res in tantum fuit fa-
cta pretioſior, aliàs ſuccumbet, & ſequitur *Surd.
de alim. tit. 61. q. 7. n. 10. & q. 11. eod. tit. n. 41.*
Et ita ſeruat *Rot. coram* R. P. D. *Manzaned.
7 Terracinen. domus. 6. aprilis. 1606.* † poſt *Con-
ſtant.* Harmenop. quem dicit optimè iſta de-
clarare *in prompt. iur. tit. 1. in rubr. de bon. fid.
poſſ.* Et voluit laté *Menoch.* qui hanc opinio-
nem veriorem eſſe concludit *præſumpt. 32. n. 8.
8 lib. 3.* † vbi intelligit in bonæ fidei poſſeſſore
puta conductore, Emphyteuta, & ſimilibus,
non

Digitized by Google

non antem in hærede grauato reſtituere fidei-
commiſſum, in quo attendetur tempus reſtitu-
tionis, prout hanc differentiam ponit *Ruin. cōſ.*
14.n.3.& conſ.38.n.25.lib.1. et conſ.117. col.2.
lib.3. et conſ.165.n.6.lib.4.Couar. lib.1.uar.re-
9 *ſolut.c.8.n.3.* † Et multa quo ad expenſas neceſ
ſarias, & vtiles quod tempus attendatur addu-
cit *Menoch* qui amplè diſtinguit *de arbitrar. caſ.*
258.in addit.n.62.uſq.ad n.74.

¶ N. 23. *post verb.* concl. 1. de acquirend.
rer. dom.

Et per *Surd. conſ.155.n.16.lib.1.* cum alijs quos
adduxi *diſcep.c.193.n.3.4.et 5.*
Quibus adde quod in iſtis melioramentis conſide
10 randū eſt etiam, vt impenſa non ſit magna, † &
nimis onerosa, prout dicimus in eo, qui poteſt
redimere rem venditam, qui licèt teneatur re-
ficere omnes meliorationes vtiles, Tamen
quando ſunt tales, ex quibus venditor remoue
retur à facultate redimendi, præſumerentur
factæ in fraudem illius, vt cogatur rem dimit-
tere, & non eſſent reficiendæ quamuis bona fidę
ſint factæ, percipuè ſi per inopiam non poſſent
ſolui *l. in fundo ubi Bart. num.8. de rei uendic.*
Menoch. de recuper. rem.15. num.523. poſt Al-
ber. in l. intra utile.§.1. de minor. Tiraq. de re-
tract. conuent. §.7.gloſ.1. nu.28. Bald. conſ.272.
lib.3. latè *Rebuff. in l. unica. nu.4. C. de ſentent.*
11 *quæ pro eo quod inter.* † Licèt cautius ſit de-
nunciare emptori, ne aliquas impenſas faciat,
cum rem velit venditor retrahere *Tiraq. dict. §.*
7.n.5.in fin. cum declarationibus, quas adduxi
diſcep.c.193. & alijs per *Rutger. in theſaur. iur.*
emph. q.25. num. 9. vbi multa quid operentur
huiuſmodi denunciationes. Itant exceſſiuæ ex-
12 penſæ tunc debeant iudicari, † quando res ha-
betetur pro derelicta *l. ſed an vltro, 10. §. is*
autem. ff. de negot. geſt. Rot. coram R. P. D.
Manzaned. Terracinen. domus .6. aprilis.1606.
Vbi etiam quod hoc erit in arbitrio Iudicis, qui
conſiderabit an meliorationes conſultò fuerint
13 factæ per eum, † quem ſciebat dominus futu-
rum non eſſe ſoluendo, & an illum nimium one
rent, & ſecundum qualitatem rei, & perſona-
rum omnia definiet, cum non dicantur vtiles
impenſæ, quæ adeo ſunt exceſſiuæ, vt teneatur
quis rem habere pro derelicta *Bald. conſ. 303.*
lib. 1. et conſ. 332. lib. 3. cum alijs per *Tiraq.*
de retr. conuent. §.7.gloſ.1. n.5. Rutger. in the-
ſaur. iur. emphyt. q.25. n.9.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum mandans ut ſoluatur de lite decima pars intelligitur quo ad quantitatem, ſuper qualis conteſtatur.*
2 *Notario debetur merces pro extractione instrumenti reſpectu totius ſummæ, non pro ea parte qua quis vellet uti.*
3 *Legatarius non tenetur dare mercedem notario pro tota hæreditate, ſed ſolum pro legato.*

D E C I S I O C C X X V I.

¶ N. 4. *ad fin. poſt uerb.* ſoluenda data.

Ideo ſi ex forma ſtatuti debeat ſolui de lite de-
1 cima pars erit attendenda quantitas, † ſuper
qua lis conteſtatur, non antem ea, quæ eſt in
ſententia, vel quæ in effectu debetur *Bart. in l.*
cum quædam. §. fin. ubi Iaſ. nu.5. de iuriſd. omn.
iud. Surd. conſ.66. n.10. lib.1.

¶ N. 8. *poſt uerb.* ſubhaſtationibus.

Quare etiam dicimus, quod notario debetur mer
ces pro extractione inſtrumenti habito reſpectu
2 ad totam ſummam in eo contentam, † licèt pe-
tens copiam inſtrumenti ſolùm velit eo vti pro
parte, cum debeat inſpici ſubſtantia, non effe-
ctus exactionis inſtrumenti *Surd. conſ.66. n.8.*
lib.1.
Quidquid aliud ſit in legatario, qui non tenebi-
tur pro tota hæreditate, ſed ſolùm pro legato,
3 quaſi eius intereſſe hoc tantum reſpiciat, † cum
etiam vtilitas, quę prouenit ex inſtitutione ve-
niat in conſequentiam, non enim poteſt conſe-
qui legatum, niſi probet hæredem inſtitutum,
vnde attendetur illud, quod principaliter agitur
Bece. conſ.47.n.32. Vltra quod vtilitas, quæ pro
uenit legatario ex inſtitutione reſtringitur ſolū
quo ad legatum tantum, vnde non mirum ſi nō
tenebitur ſoluere tabellioni, niſi pro legato, nō
autem pro inſtitutione *Surd. conſ.66. n.10. uerſ.*
ſed in præſenti caſu lib.1.

S V M M A R I V M.

1 *Notarius non debet atteſtari, niſi de his quæ ſenſu corporis percipit.*
2 *Verbum numerauit intelligitur de actuali numeratione, et excludit confeſſionem, neq. ſuffi- ciet pecuniam adfuiſſe in ſacculo. n.3.*
4 *Confeſſio quando ueniat, ſi notarius atteſtetur de numeratione.*

D E C I S I O C C X X V I I I.

¶ N. 13. *poſt verb.* concl. 1112. n.2.

Natt. Caſſan. Aim. Alciat. et alij per Surd. *de-*
ciſ.284.n.1. Ratio eſt quia notarius non debet
1 atteſtari niſi de his, † quæ percipit ſenſu corpo
ris *Bart. in auth. ſi quis in aliquo in fin. C. de*
edend. Maximè quia verbum numerauit deno-
2 tat actualem numerationem † *Bald. in rubr. C.*
de fid. instrum. col.4. n.14. vbi amplius voluit
neque ſufficere, quod adfuerit pecunia oſtenſa
in ſacculo, punietur enim de falſo, ſi notarius di
xerit pecuniam fuiſſe numeratam, quamuis par
tes falſæ fuerint ibi addeſſe totam pecuniæ quā
3 titatem † *Iaſ.* qui dicit multum notandum *in*
l. ſingularia. n.46. ff. ſi cert. pet Natt. *conſil.162.*
n.15. Surd. deciſ.284. n.4. Quando enim adſunt
verba omnino reſtricta ad vſum notarij, & te-
ſtium

ſtium nullo modo poſſunt verificari in confeſ-
4 ſione, † Cum alias ſi conſtaret, quod notarius non atteſtaretur de ſuo, & teſtium viſu, poſſet includi confeſſio Rom.in l predia n.4.de acquir. poſſeſſ. vbi dicit ita eſſe concordādas opiniones Bar.& aliorum.Cepol.conſ.22.col.4. verſ.tamen puto.Surd.deciſ.220.n.7.

SVMMARIVM.

1 *Subdelegatus à Delegato principis non poteſt procedere cum clauſula appellatione remota conceſſa Delegato.*
2 *Priuilegium Epiſcopi,vt ab eius ſententijs non appelletur non competit eius Vicario.*
3 *Clauſula appellatione remota excludit effectum ſuſpenſiuum.*
4 *Clauſula appellatione remota nihil operatur conſtito de grauamine,& quando eſt in parte executiua literarum,& n.5.*
6 *Appellatio non datur à ſententia de exequendo. num.7.*
8 *Mandatum ſpeciale requiritur ad appellandū ab executione.*
9 *Appellatio permittitur ab exceſſiua executione.*

DECISIO CCXXIX.

¶ N. 3. *in fi. poſt verb.* quia iudex.

Contraria autem habent locum quando ſimpliciter eſſemus in ſubdelegato à Delegato Principis,
1 † qui non poterit procedere cum clauſula appellatione remota *Spin.de teſtam.gloſ.5.n.36 in fin.& eſt tex.in c.ſuper quaeſtionum. 27.§.ſi vero de off. deleg.* vbi ſi vnus ex duobus delegatis Principis cum clauſula appellatione remota ſubdelegat alteri acceptanti, non poteſt ſubdelegare,& appellatione remota procedere,quod tamen ante acceptationem poſſet, & ſi ab iſto erit appellandum appellabitur ad Papam, quamuis fuerit ſubdelegatus non in totum ſecundum veriorem intellectum, de quo per *Doct.in d.§.ſuper quaeſtionum.* Quaſi non poſſit hoc facere cum iuriſdictione ſibi à Condelegato commiſſa, quod poterat ex ſola iuriſdictione ſibi à Principe delegata *d.§.ſi vero verſ.quia quod poteſt.*

Ideo etiam dicimus quod priuilegium competens
2 Epiſcopo,† vt ab eius ſententia non appelletur non tranſit in Vicarium *Bal. & alij in l.à proconſulibus.19.C. de appellat.* Prout ſi ex forma ſtatuti appellatio ſit prohibita à ſententia Poteſtatis,non erit prohibita ab ea,quam eius Vicarius proferret *Firman.de Epiſcop.par.6.lib.4. n.8.in fi.Cepb.conſ.615.num.103.lib.5.Iaſ.Rom. Franc.& alij per Iacob.Sbrozz.de Vicar.epiſcop. lib.2.q.4. n.2.*

Quare cum ſit data facultas iudicandi cum ea-
3 dem clauſula appellatione remota, † quae fuit conceſſa primo iudici,erat excluſus effectus ſuſpenſiuus appellationis, cum huiuſmodi clauſula illum operetur, & excuſet ab attentatis *c.paſtoralis. 28.§.praeterea. de offic. deleg.c. tua nobis.in fin.de decim.Franc.in c.bonae.nu. 36.de*
4 *appellat.* Maximè † quia in caſu noſtro non conſtat de notorio grauamine, quaſi tunc nihil operaretur *Lancell.de attent.p.2.c.12. limit.8. nu.1.& 28.Dec.conſ.49.n.2. Put.deciſ 414.lib.3* Quamuis eſſet appoſita per Papam *Catut. deciſion.33.par.1.*Et multa de dicta clauſula quid operetur tām ſi eſt poſita cum cauſae cognitio-
5 ne, quàm ſine, † & quando eſt poſita in parte executiua literarum,quae tunc non comprehenderet contradicentes de iure, ſed ſolum,de facto latè *Gonzal.ad reg.8.Cancell.gloſ.9. §.1.in annotat.contra nullitat. & attent. nu.242. poſt Felin.in c.ſuper eo.de offic. deleg.Doct. in cap.ex*
6 *parte.eod.tit.Lancell.d.c.12. nu.35. & 42.* † Et quando eſſet in parte executiua, quod non excuſet ab attētatis eſt deciſio *Rot.coram.R.P.D. Giſpſo Caurien. permutationis. 11. maij 1595. Put.deciſ.271.lib.3.*

Et quatenus etiam dicta clauſula non adeſſet, tamen non erat locus appellationi, cum ſimus in
7 ſententia de exequendo, † à qua non datur appellatio *Gloſ.in l ſi eum exceptione.§.hac actione.quod met.cauſ.Grat.conſ.91.lib.2. Aim.conſ. 283. num.14. Gabr. de appell. concluſ.4.in fine* Quidquid ſentiant *Gloſ. in l.ab executione, C. quor.appell.non recipiunt. & Alex. conſil. 113. n.10.lib.5.Roland.conſ.43.num.5.lib.1. Dec. in*
8 *c.nouit.n.40.de appellat.* † Quia contraria opinio eſt verior,vt neq; à pronuncia de exequendo liceat appellare,quemadmodum non permititur ab executione, prout teſtatur *Surd. conſ. 358.lib.3.* vbi quod neque executor definit eſſe
9 talis,quamuis cognoſcat de meritis,† ideo nequae hoc caſu poterit appellari, cum etiam requiratur ſpeciale mandatum ad appellandum ab executore,& debeat inferi cauſa exceſſus,nō referendo ſe ad acta,ſed in ſpecie,& indiniduo *Surd.d.conſ.358.per tot.*

Praeſertim cum non allegetur aliquis exceſſus exe-
10 cutionis, quo caſu permitteretur appellatio † *Felin.in cap.quo ad conſultationem. de re iudic. Corn.conſ.71.col.fin.lib.1.Diaz. reg.41. Duen. reg.41.limit.1.* Intelligendo quo ad effectum ſuſpenſiuum,non deuolutiuum,ne aliàs via executiua ſit longior ordinaria *Ceual.*quia ita practicari teſtatur *q.190. poſt Guter. in l. nemo poteſt num. 447. de leg. 1. Canar. de execut.inſtrum. n.46.& 47.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum deferens lucrum dotis intelligitur etiam de promiſſa.n.5.intellige,vt n.11.*
2 *Maritus an lucretur partem dotis quamuis vxorem non cognouerit.*
3 *Statutum,vt mulier non contrahat ſine conſenſu viri,non habet locum antequam fuerit cognita & ad domum traducta.*
4 *Hypotheca ſuper poſſeſſionibus facit, ut dos habeatur pro ſoluta.*

6 Pro-

6 Probatio admittitur per teſtes, vt ſtatutum
poſſit declarari habere locum in dote promiſſa
quamuis loquatur de data. & n. 7.
8 Iudex debet iudicare ſecundum obſeruantiam
probatam.
9 Teſtamentum quando valeat, ſi adhibeantur
teſtes fratres mendicantes, quomuis ſtatutum
requirat eos, qui ſint de iuriſdictione loci.
10 Interpretatio ſtatuti quando fiat per obſer-
uantiam.
12 Dos nõ dicitur tradita marito quamuis in ca-
pitulis fuerit dictum dat, & aſſignat. n. 16.
13 Verbum aſſigno ſignificat translationem do-
miny. Intellige, vt n. 14.
15 Aſſigno habet plures ſignificationes.
17 Per ſolam aſſignationem dotis tranfertur do-
minium ſine traditione. Declara, vt n. 118.

DECISIO CCXXX.

¶ N. 4. ad fin. poſt verb. de lucr. dot. q. 5.

Et fuit deciſum per Rot. coram R.P.D. Ludoui-
ſio. Roman. donationis propter nuptias. 30. mar-
1 tij. 1601. † Vbi de ſtatuto vrbis. lib. 3. c. 131.
per quod defertur ſimpliciter lucrum dotis,
non habita diſtinctione promiſſæ, vel datæ, vn-
de intelligitur de vtraq; Bald. in l. 3. C. de con-
dit. inſtit.
Itaut ſtante dicto ſtatuto quamuis mulier non fue
2 rit carnaliter cognita à viro, † nec ad domum
ipſius traducta, lucretur etiam maritus partem
dotis ſecundum communem opinionem, de qua
per Caſtr. in l. cum fuerit. de condit. & demon-
ſtr. poſt Bart. in l. nihil. ff. rer. amot. Corn. in l,
quod ſine. C. de bon. quæ liber. De qua tamen
quæſtione multa hinc inde adducit Tiraq. in
l. ſi vnquam in verb. donatione largitus. n. 222.
C. de reuoc. donat. Dec. conſ. 67. col. 3. in fin. Mar-
ſil. ſing. 106. Felin. in rubr. de ſponſalib. col. 2 cum
3 alys per Ceuall. q. 110. † Vbi etiam, quod ſtatu-
tum vt mulier non contrahat ſine licentia viri,
non habet locum, ſi non fuit cognita, & tradu-
cta ad domum ipſius contra Lup. in rubr. de
donat. int. vir. & vxor. §. 78. n. 1.

¶ N. 19. poſt verb. habenda eſſet.

Quod magis procederet, ſi extaret hypotheca ſu-
per poſſeſſionibus, quæ facit, vt aliquo pacto
4 videatur dos ſoluta † Achil. deciſ. 2. de dot. alias.
13. de conſtit. Rot. coram Card. Seraphin. Auxi-
mana dotis. 10. ianuar. 1575. Vbi etiam quod il-
lud ſtatutum Vuximi tanquam generaliſſimum
conprehendit quoq; dotem promiſſam, cum
5 non ſit apertè reſtrictum ad dotem datam, † &
quamuis ibi adſint verba potius conuenientia
doti datæ, quale eſt verbum remaneat apud vi-
rum, Tamen ſtante generalitate ſtatuti, dum di-
cit dotis contentæ in iſtrumento, illud verbum
remaneat poteſt recipere interpretationem re-
ſpectu iuris incorporalis, vt in eadem deciſ. Au-
ximan. dotis.

Amplius eſſet admittenda probatio per teſtes, qui
6 deponerent ſtatutum fuiſſe interpretatum, † vt
habeat locum etiam in dote promiſſa, itaut non
ſit opus præſcriptione quadraginta annorum,
cum illa interpretatio non ſit contra regulas iu-
ris, quæ loquuntur de interpretatione, ſed ſecun
dum ius, quo caſu non requiritur tantum tem-
poris ſpatium Alex. conſ. 94. lib. 2. Et in ſpecie
ſtatuti loquentis de dote eſt deciſio Rot. per
7 Card. Seraph. d. auximana dotis. † Aliud enim
eſt quod tractetur de vſu introducente præſcri-
ptionem, ſeu conſuetudinem, prout eſt iuris,
Aliud quando tractatur de vſu, ſicut eſt obſer-
uantia de facto introducens interpretationem,
quæ cum in ſolo facto conſiſtat, non requirit
tantum tempus Butr. in c. fin. n. 46. de conſue-
tud. & ibi Rocc. n. 25. Rot. coram R. P. D. Ora-
din. Roman. bonorum de Mattheis. 14. martij
1572. cum declarationibus, quas adduxi diſce-
8 ſceptat. c. 153. n. 26. † Et quod per probationem
iſtius obſeruantiæ ſubſequutæ Iudex debeat iu-
dicare talem eſſe mentem ſtatuti multis com-
probat Surd. deciſ. 130. n. 18. & 19. vbi ex hoc
concludit iudicatum fuiſſe, valere teſtamẽtum,
in quo fuerunt adhibiti teſtes religioſi, & Fra-
tres Mendicantes, aut Clerici, † quamuis ſtatu-
tum Mantuæ diſponat, vt in teſtamentis adhi-
beantur teſtes, qui ſint de iuriſdictione eiuſdem
communis, licet enim Clerici non ſint de dicta
iuriſdictione, tamẽ ſufficit pro validitate actus,
10 quod ita fuerit practicatum, † Itaut procedat
talis interpretatio, etiam ſi ſtatutum diſpone-
ret, quod non attendatur conſuetudo contra ius
ſcriptum Dec. conſ. 11. n. 9.
Quidquid tamen ſit de prædictis, In caſu ſtatuti,
11 de quo agebamus, † Verius eſt, vt illud inteli-
gatur de dote realiter tradita, vt ſupra dictum
eſt, Aliàs nulla eſſet differentia inter promiſ-
ſam, & cum effectu datam Surd. conſ. 45. n. 16.
Et in ſpecie ſtatuti Aſculani, de quo modò eſt
quæſtio, concluſum fuit per Rot. coram R. P. D.
Gipſio Aſculan. lucri dotis. 22. iunij. 1598.
Immo ibi amplius deciditur, quod non probatur
dos tradita marito, quamuis in capitulis ma-
12 trimonialibus dictum fuerit, † Talis vult da-
re cum promiſſione dotis infraſcriptæ, etiam
quod dicatur dat, & aſſignat cõmuniter, & pro
indiuiſo, & pro dote, & nomine dotis vnam do-
mum &c. Ratio eſt, nàm licèt verbum aſſignare
13 ſignificet veram traditionẽ, † & dominij tranſ-
lationem l. ſi pluribus de legat. 1. l. dotis fructus.
§. vlt. cum l. ſeq. ff. de iur. dot. Natt. conſ. 496.
n. 5. lib. 3. Doctor. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.
Tamen non ſemper intelligitur de præſenti tra-
14 ditione, cũ trahetur etiam ad futuram † Alex.
in l. talis ſcriptura. de leg. 1. Rot. diuer. deciſ.
845. p. 3. Et habet diuerſas ſignificationes, & ca-
pitur ſecũdum cauſas præcedentes, & prout iu-
ris ratio patitur Rebuff. in l. aſſignare. ff. de
15 verb. ſignif. † Cum aliquando verbum aſſigno
ſignificet nudam traditionem Pariſ. conſ. 23.
n. 6. lib. 3. vel cuſtodiam, & nudam adminiſtra-
tionem Bald. in l. omne verbum. n. 7. C. commun.

de

de legat. Vel pignus *Bart. in l. ſi conſtante. n. 93. ff. ſolu. matrim.* *Menoc. conſ.* 201. *n.* 7. *lib.* 3. Ideo tanquam verba dubia debent declarari contra eum, qui ſe in illis fundat, & quod hoc caſu potius ſtante demonſtratiuè, cum non transferatur poſſeſſio per ſimplicem pactionem *eſt deciſio Rot. coram* R.P.D. *Gipſio. d. Aſculan. lucri dotis*. Neq; obſtat quod fauore dotis transferatur dominium per ſolam aſſignationem, vel promiſſionẽ etiam abſq; traditione *Guid. Pap. q.* 524. Quoniã
17 hoc priuilegium † non extenditur ad maritum ad effectum conſequendi lucrum dotale, vt per R.P.D. *Gipſium ibid.* Licèt quando ex coniecturis, & præſumptionibus, & alijs clauſulis in inſtrumento aſſignationis appoſitis poſſet declarari dubitatio iſta an ſit dos tradita, nec ne, per
18 huiuſmodi verbum aſſigno, † tunc concluderetur eſſe tranſlatum dominium, & factam eſſe dationem in ſolutum, maximè in aſſignatione bonorum mariti, quæ ſit mulieri ſoluto matrimonio, & ad euitandum delictu m ne contractus diceatur pignoraticius, & in alijs caſibus, de quibus latè *Menoc. conſ.* 201. *n.* 6. *cum ſeq. lib.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Actio & quodcunq; remedium eſt ſublatum, quando ſtatutum prohibet moleſtari aliqua occaſione, vel cauſa.*
2 *Exceptio & officium iudicis cenſetur ſublatum ſi per ſtatutum prohibeatur omni actio, & moleſtia poſt viginti annos.*
3 *Officium iudicis ſuccedens loco actionis eſt ſublatum eodem tempore, quo ipſa actio.*

DECISIO CCXXXI.

¶ N. 14. *poſt verb.* iudex. col. 3.

QVæ magis procedunt, quia per ſtatutum de quo agimus non prohibetur quis mo-
1 leſtari aliqua occaſione, vel cauſa, † tũc enim ne dum diceretur ſublata actio, ſed quodcunq; remedium, per quod iudicialiter, vel extraiudicialiter poſſet inquietari *Ruin. conſ.* 77. *nu.* 6. *lib.* 2. *Soc. Iun. conſ.* 113. *num.* 38. *lib.* 1. *Rot. coram Cardinal. Pamphil. Anconitan. vineæ.* 4. *februarij.* 1583. Vbi etiam de ſtatuto, ex cuius
2 diſpoſitione tollitur omnis actio, † & prohibetur omnis moleſtia poſt viginti annos, Nam cenſetur ſublata exceptio præſcriptionis, & officium iudicis, quamuis aliàs illud competeret ad teſeruandam læſionem *Calcan. conſil.* 74. *nu.* 37. ratione doli re ipſa, qui dolus conſtituit in mala fide impediente præſcriptionem
3 *c. ſi. de præſcrip.* † Prout etiam eſſet ſublatum officium iudicis eodem tempore, quo ipſa actio quando ſuccederet loco actionis *Balb. de præſcript.* 4. *p. q.* 3. *prin. n.* 101. Et quando exceptio competat, licèt actio non detur dixi ſupr. *deciſ.* 151.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum poteſt fieri per Eccleſias Collegiatas ſuper cauſa præcedentiæ ſine conſenſu Epiſcopi. n.* 5.
2 *Cauſa præeminentiæ eſt magni præiudicij. Intellige, vt n.* 3.
4 *Pro bono pacis multa veniunt in compromiſſo, quæ aliàs non venirent.*
6 *Ius reuerentiale pacto tolli non poteſt, neq; præſcribitur. n.* 7.
8 *Exemptio inter Epiſcopum, & Monaſterium quando includat ius reuerentiale.*

DECISIO CCXXXII.

¶ N. 15. *in fin. poſt verb.* prædictis caſibus.

Quamuis autem pertineat ad Epiſcopum defi-
1 nire controuerſias, † quæ oriuntur quo ad incedendum in proceſſionibus, vt dictum eſt, Tamen poterit etiam ſuper eis compromitti per Eccleſias Collegiatas ſine Epiſcopi, aut Superioris ſui licentia, Nam licèt materia præhe-
2 minentiæ ſit magni præiudicij † *Put. deciſ.* 449. *in fin. lib.* 2. *& deciſion.* 6. *lib.* 3. Itaut non compromittatur ſine auctoritate Superioris. Nihilominus aliud debet eſſe ſuper modo incedẽdi, vel accedendi ad proceſſiones; Ratio eſt, quia ex hoc nulla ſubiectio conſiderabilis indu-
3 citur, † cum ſit potius quædam ordinata adminiſtratio, quæ tanquam licita, & honeſta non prohibetur paciſci, vt tollatur diſcordia pro habenda ratione diuini cultus, Cum etiam pro bono pacis, & quietis multa veniant in com-
4 promiſſo, † quæ aliàs non venirent *Caccialup. de tranſact. q.* 18. *num.* 8. *in fin. Corſet. de priuileg. pac. in princ. n.* 2. cum alijs adductis ſupra
5 *deciſ.* 6. *n.* 33. *&* 37. † Et ita in terminis reſoluit *Rot. coram Cardinal. Seraph. Calaguritan. præeminentiarum.* 30. *iunij.* 1568. Vbi quoq; additur ſimile de iure reuerentiali, de quo etiam ſit compromiſſum pro bono pacis; Quidquid aliàs
6 ius reuerentiale pacto tolli non poſſit † *Imol. in l. eleganter.* 15. *in prin. ff. ſolu. matrim. Doct. in c. paſtoralis. de donation. Abb. in c. venerabilis.* 21. *n.* 3. *verſ. quinto non poteſt. de cenſib.* Quemad-
7 modum neq; illud præſcribitur † *Gomeſ. in §. penales. col.* 14. *inſtit. de action. Gabr. de præſcript. concluſ.* 12. *n.* 2. Vnde exemptio conceſſa per pa-
8 ctum inter Epiſcopum & Monaſterium non includit exemptionem à iure reuerentiali; † ſecus in exemptione conceſſa per Summum Pontificẽ ex priuilegio *Caſſan. in tract. glor. mund. p.* 4. *conſider.* 27. *f.* 110. vbi ita intelligit *Bal. in l. fi. C. de oper. liber.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori conceſſum dominis an extendatur ad famulos.*
2 *Dominus quando poſſit dici impeditus ex caren-*

Digitized by Google

reutia famuli eſt arbitrarium iudici.
3 *Officialium appellatione qui veniant.*

DECISIO CCXXXIII.

¶ N. 5. *in prin. post uerb.* deciſ. 22.

Latè *Menoe.de arbitr.caſ.562.n.4.vſq;ad n.13. vbi n.11.* concludit eſſe magis probabilem opi-
1 nionem, † quod priuilegium fori conceſſum do minis extendatur etiã ad famulos, & colonos, ſi Dominus impediretur vti ſeruitio coloni, ſi ille non poſſet frui priuilegio *Felin. in c.2.n.2.*
2 *ver.tene iſtam concluſionem.de for.comp.* † Quod erit arbitrarium Iudici cognoſcere quando ſit damnum, aut impedimentum Domini *Menoch. ibid.n.12.* qui etiam multa adducit an priuilegium immunitatis ab oneribus comprehendat colonos, & famulos.

¶ N. 19. *poſt verb.* compet.n.14.& n.83.

Et qui veniant appellatione officialium *Carauit.*
3 *rit.49.* vbi de birruario, † & actuario *Franc.deciſ.407.in fi.Fab.Ann.conſ.107.n.21.*

SVMMARIVM.

1 *Minor petens pretium rei vendita ſine ſolemnitatibus videtur renunciare nullitati. Idem in maiore.n.2.*
3 *Actus nullus nõ producit actionem ad pretiũ.*
4 *Dominus petens fidelitatem, & canonem renũciat caducitati.*
5 *Mulier, Minor & prælatus quando poſſint recipere annuos redditus abſq; decreto, & ſolemnitatibus.n.6.et 7.*

DECISIO CCXXXIV.

¶ N. 22. *poſt verb.* de ſacroſ. eccleſ.

